



BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XXIV
F
1
NAPOLI








GAZOPHYLACIVM TOTIVS PHILOSOPHIÆ,

Siue,

THESAVRVS SELECTIORVM ARISTOTELICÆ ET SOCRATICÆ PHILOSOPHIÆ QVÆSTIONVM.

OPVS VERE AVREVM IN VSVM Theologiæ, Iurisprudentiæ, & Medicinæ studiosorum è musæo præstantissimorum Italiæ Philosophorum nuper erutum.

Cum generali Indice, tum librorum tum capitum summam complectente, huic operi præfixo.



COLONIAE,
Excudebat PETRVS MOVLARDVS.
M.DC.XLVI.

T



IN TRACTATIONES PHILOSOPHICAS, HOC PRIORE TOMO COMPRÆHENSAS, AD STVDIOSOS ADOLESCENTES

Præfatio.

QVVM non decreuerim de Philoſophiæ laudibus eximiis, apud vos, Adoleſcentes ſtudioſi, verba facere, quod argumentum alius eſt & loci & temporis: de Ariſtotele tantùm, in cuius philoſophiam tractationes doctiſſima hic vobis offeruntur, pauca quædam diſſerere libuit, vt in hoc Philoſophiæ veſtibulo aliquid videatis quod ad reliqua omnia diligentius ſcrutãda vos excitet. Digniſſimus enim profectò eſt ſtudio veſtro aſſiduáq; veſtra lectione, vt ſi quis alius. præſtantiſſimus hic & rerum omnium, atque adeo totius naturæ peritiſſimus philoſophus. Ac licet tanta ſit Platonis eloquentia, vt longè omnibus, quorum ſcripta extant, antecellere videatur: multæ etiã in eius dialogis & diſſertationibus ſapientiſſimæ cogitationes ſparſæ ſint, methodumq; ad ſophiſtas conuincendos aptiſſimam perſequatur: tamen ab eruditis viris, quòd nullam artem diſciplinámve integrè aut ordine tradiderit, meritò putatur reprehenſus: vt interea taceam quòd Deipnoſophiſtarum libro vndecimo ſcribit Athenæus, Chæronem quendam, Platonis diſcipulum, acerba tyrannide cùm patriam vexaſſet, non ſolùm præſtantiſſimos ciues exegiſſe, verum etiam illorũ ſeruos dominorum opibus locupletaſſe, vxores iiſdem connubio iunxiſſe: ſcilicet, quia in pulchra illa reipublicæ gubernandæ tradita à Platone diſciplina multùm profeciſſet. Ariſtoteles contrà, ab Alexandri magni temporibus multorum, doctrina & iudicio præſtantium virorum, ſententiâ, diſcentium vtilitati conſulere & ſcholas iuuare voluiſſe viſus eſt. Qua voluntas in Philoſopho non exiguam laudem meretur. Dialecticen, Phyſicen & Ethicen integrè complexus eſt: quas vt explicaret duo adhibuit, quæ in docendo maximum lumen afferunt: methodum, & ſermonis proprietatem. Vtile eſt igitur iuniores ad doctrinam Ariſtotelicam aſſueſieri, antequam Platonicam ſcholam (quæ inter diſputandum incertas opiniones parere exiſtimata eſt) accedant. Quantum verò & rebus ipſis Ariſtoteles alias ſectas ſuperet, ex eo intelligi poteſt, quod dialectica nulla alia digna viſa eſt quæ ad poſteros perueniret, niſi Ariſtotelica. Phyſicen ex Geometricis principiis prudentiſſimè duxit, & miro ordine perſecutus eſt. Quàm venuſtum eſt, quod vnus vidit naturam virtutis eſſe affectuũ mediocritatem! Repræhenditur à nonnullis in tanto philoſopho obſcuritas, quam etiam ipſum affectaſſe dicunt, quia profeſſus ſit libros ſuos, acroamaticos nominatim, editos eſſe & non editos. Sed vt alij rectè iudicant, vidit prudentiſſimus vir hanc methodi rationem haud animaduerti poſſe niſi à liberaliter inſtitutis: ideóque aſſeruit non eſſe editos, ineptis videlicet, qui non inſtructi aliis artibus iſta attingere præſumebant. Magna equidem eſt eius multis in locis elegantia, necnon orationis perſpicuitas. Alicubi ob rerum ſubtilitatem & exilitatem, quam ille propter methodũ conſectatur, diſputatio fit obſcurior: verũ animaduerſa methodo, tenebræ illæ euaneſcunt. Quid, quod eius libri pro





IN TRACTATIONES PHILOSOPHICAS, HOC PRIORE TOMO COMPRÆHENSAS, AD STVDIOSOS ADOLESCENTES

Præfatio.



UUM non decreuerim de Philosophiæ laudibus eximiis, apud vos, Adolescentes studiosi, verba facere, quod argumentum alius est & loci & temporis: de Aristotele tantùm, in cuius philosophiam tractationes doctissimæ hîc vobis offeruntur, pauca quædam disserere libuit, vt in hoc Philosophiæ vestibulo aliquid videatis quod ad reliqua omnia diligentius scrutãda vos excitet. Dignissimus enim profectò est studio vestro assiduáq; vestra lectione, vt si quis alius: præstantissimus hic & rerum omnium, atque adeo totius naturæ peritissimus philosophus. Ac licet tanta sit Platonis eloquentia, vt longè omnibus, quorum scripta extant, antecellere videatur: multæ etiã in eius dialogis & dissertationibus sapientissimæ cogitationes sparsæ sint, methodumq; ad sophistas conuincendos aptissimam persequatur: tamen ab eruditis viris, quòd nullam artem disciplinámve integrè aut ordine tradiderit, meritò putatur reprehensus: vt interea taceam quòd Deipnosophistarum libro vndecimo scribit Athenæus, Charonem quendam, Platonis discipulum, acerba tyrannide cùm patriam vexasset, non solùm præstantissimos ciues exegisse, verum etiam illorũ seruos dominorum opibus locupletasse, vxores iisdem connubio iunxisse: scilicet, quia in pulchra illa reipublicæ gubernandæ tradita à Platone disciplina multùm profecisset. Aristoteles contrà, ab Alexandri magni temporibus multorum, doctrina & iudicio præstantium virorum, sententiâ, discentium vtilitati consulere & scholas iuuare voluisse visus est. Quæ voluntas in Philosopho non exiguam laudem meretur. Dialecticen, Physicen & Ethicen integrè complexus est: quas vt explicaret duo adhibuit, quæ in docendo maximum lumen afferunt: methodum, & sermonis proprietatem. Utile est igitur iuniores ad doctrinam Aristotelicam assuefieri, antequam Platonicam scholam (quæ inter disputandum incertas opiniones parere existimata est) accedant. Quantum verò & rebus ipsis Aristoteles alias sectas superet, ex eo intelligi potest, quod dialectica nulla alia digna visa est quæ ad posteros perueniret, nisi Aristotelica. Physicen ex Geometricis principiis prudentissimè duxit, & miro ordine persecutus est. Quàm venustum est, quod vnus vidit naturam virtutis esse affectuũ mediocritatem! Reprahenditur à nonnullis in tanto philosopho obscuritas, quam etiam ipsum affectasse dicunt, quia professus sit libros suos, acroamaticos nominatim, editos esse & non editos. Sed vt alii rectè iudicant, vidit prudentissimus vir hanc methodi rationem haud animaduerti posse nisi à liberaliter institutis: ideoque asseruit non esse editos, ineptis videlicet, qui non instructi aliis artibus ista attingere præsumebant. Magna equidem est eius multis in locis elegantia, necnon orationis perspicuitas. Alicubi ob rerum subtilitatem & exilitatem, quam ille propter methodũ consectatur, disputatio fit obscurior: verũ animaduersa methodo, tenebræ illæ euanescunt. Quid, quod eius libri pro

bibliothecis esse possunt? plurima enim ex monumentis, quæ temporum iniuria interciderunt, citat: ac meritò propter ingenij suauitatem ac felicitatem à Cicerone flumen aureum vocari videtur. Hæc autem referenda putaui, non modò vt Aristoteles magis ametur: verùm etiam vt cogitent studiosi cur sit amandus, & nocturna diurnaq́ manu versandus. Ac planè ita sentiunt Academiarum & scholarum penè omnium doctissimi professores, magnam doctrinarum confusionem secuturam esse, Aristotele, methodi præclaro artifice, neglecto: nec alia ratione ad methodũ assiduè fieri quendam posse, nisi in hoc genere philosophiæ Aristotelicæ mediocriter versatus sit. Igniculum à Prometheo è cælis allatum Plato methodũ esse eleganter finxit. At hoc igniculo amoto aut extincto, id est, sublata sincera dicendi disserendíque ratione, amisso inquam eruditionis modo, quem Aristoteles τρόπον παιδείας vocat, homines in belluas transformari necesse est. Quàm autem necessaria sit Iurisprudentiæ, Medicinæ, Theologiæ studiosis, Physices & Ethices indagatio, neque ego possum, neq́ alius opinor, quãuis disertissimus effari queat. Adde quod sicuti Spartanus ille cuidã Herculis laudes decantanti, intempestiuam esse huiusmodi orationẽ (quũ à nemine tantus heros carperetur) festiuè respondit: ita me si philosophiæ singulas illas partes laudare aggrediar, quantaq́ ex eorum cognitione ad omnes, eósque præsertim qui grauiora tractãt, redeat vtilitas, longa oratione docere instituã, meritò omnes vt rẽ, à nullo qui humanum sapiat vituperatam laudantem, derideant. Aliquid tamen audeamus, vt ad maiora meditãda studiosi adolescentes excitentur. Quos & quot errores sinceræ philosophiæ ignorantia inter Iuris ciuilis & Medicinæ professores pepererit, eruditissimi Iurisconsulti & Medici antè aliquot annos satis superq́ aperuerunt. Ineruditam Theologiam malorum esse Iliada, nostrum hoc seculum abundè probat. Magnæ res absque philosophiæ luce non perspicuè explicantur: miscẽtur ea quæ oportebat seiungi: rursus illa quæ coniungi rerũ series & natura postulat distrahuntur: pugnantia sæpe scriptores proferunt in medium, quæstionum status inuoluuntur, ludunt profana ingenia homonymiis, amphibolis, perpetua principij petitione, ignoratione Elenchi, fallacia causæ, accidentis, &c. pro veris ac propriis vicina arripiuntur. Tandem tota doctrina monstrosa euadit, & similis illi picturæ Horatianæ redditur. Nihil in ea cohæret, non initia, non progressus, non exitus cerni possunt. Inde in artibus & disciplinis innumeri errores oriuntur, quoniam in tanta caligine alius aliud intelligit, fiunt andabatismi, σκιαμαχίαι, λογομαχίαι: nouæ voces inducuntur, & dum paralogismis ac sophistica, ceu velitationibus, alij in alios incurrunt, dissentiones altas admodum agunt radices in disputantium animis. Interim infirmi & pij viri non pauci relinquuntur ambigentes: rabularum, agyrtarum, mataeologorũ agmina præualent: tandem odio & contemptu quodam, iuris ciuilis puritas, veræ medicinæ ratio, pietas Christiana apud plerósque in fumum abit, fiuntq́ mentes profanæ, & veritatis ac publicæ priuatæq́ tẽperantiæ & honestatis infensissimæ atq́ deploratissimæ hostes. Porro, Iurisconsultorum, Medicorum, Theologorumq́ discipulos, ad rectè & dilucidè explicãdas sophistarũ nugas, non tantũ vulgaria Grãmatices ac Dialectices præcepta tenere necesse est: verumetiã multiplici doctrina præditos esse oportet. Non pauca enim assumenda sunt ex Physicis, multa ex morum philosophia conferunt ad disciplinas illas percipiendas. Quemadmodum autem in Aristotele methodũ & formam orationis laudauimus, ita illud omnino fatẽdum est, neminẽ fieri posse methodi artificem, nisi ritè in philosophia assuefactum: & quidem in hoc philosophiæ genere quod à sophistarum dolis alienum est, quod veritatem ordine rectaq́ via inquirit atq́ amplectitur. Qui in eo studio educati habitum sibi parauerunt reuocandi ad methodum omnia quæ intelligere aut tradere aliis cupiunt, hi norunt etiam in disputationibus quæcunque dicuntur ad statum propositarum quæstionum reuocare, intra metas eruditæ disceptationis Sycophantarum garrulitatem coercere, euoluere intricata, dissipata contrahere, obscuris & ambiguis addere lumen. Magnâ & copiosâ doctrinâ opus est ad formãdum de rebus, quæ occurrunt, iudicium. Methodi autem habitum minime assequẽtur ij qui nõ assuefiunt in pluribus philosophiæ partibus, in quibus qui non exercentur, etiãsi attigerint dialecticẽ, nihilominus tamen vmbram quandam methodi, nihilque aliud præterea, assequuntur. Nec alij sæpius vitiosa & sophistica colligunt quàm isti: cúmque se artifices methodi esse putent, turpissimè fallunt & falluntur, atque sunt, vt homerico verbo vtar, ἀλαόσκοποι. Magno ac perutili instrumento destituun-

destituuntur Medici & Theologi, qui non attigerunt eruditas disputationes de principiis, de elementis, de natura rerum, de anima, de sensibus, de causis appetitionum & affectuum, de notitiis, de voluntate, &c. Arroganter faciet qui se dialecticum profitebitur, si nescit illas causarum partitiones quæ in naturali philosophia traduntur, nec, nisi à Physicis, percipi possunt. Omnino est circulus & orbis quidam artium, quo inter se deuincta copulatáq; sunt omnes, vt ad singulas percipiendas multa ex iis assumere oporteat. Qui instructi sunt Philosophia morali, litium nodos multáque doctrinæ Christianæ capita felicius soluere & explicare possunt. Hanc vero philosophiæ partem nemo rectè tradat qui Physices sit ignarus. Doctrinæ autem genera distinguenda sunt. Aliud quidem est Iurisprudentia, aliud Medicina, aliud Theologia, aliud Philosophia: & illas miscere qui conabitur, horrendam inuehat ἀταξίαν necesse est. Sed harum disciplinarum studiosos methodi œconomia iuuari, multáque ex philosophia mutuari conuenit. Si quis huic orationi derogat fidem, rabularum forensium perniciosissimos strepitus audiat, agyrtarum & empyricorum lapsus lethiferos consideret, mataeologorum impiam hypocrisin excutiat: tunc apud se reputet an non confusaneas de rebus humanis diuinísque opiniones ex hominum ciuili atque sacra societate prorsus eliminari oporteat. Indoctos autem appellamus non solùm rudes literarum, verùm etiam sciolos non paucos, qui cùm magnificè declamitent, vel potius ineptè vociferentur, tamen certi nihil dicunt: tum quia ad methodum nullo pacto assuefacti sunt, tum quòd fontes rerum ignorant, nec attendunt quid humanæ & diuinæ disciplinæ profiteantur, aut quatenus cum philosophia consentiant. Stoicorum, Epicureorum, Academicorum in philosophia lapsus detegere, haud fert animus, & de sectarum discriminibus vt disseram præfationis huius angusti limites non permittunt: at eligenda est professio quæ non rixandi sed quærendæ & amplectendæ veritatis studium conseruet, deinde quæ moderatas tueatur opiniones, nō captet indoctorum plausus, aut contentionum præstigias, quæq; nouorum dogmatum absurditates summopere vitet. Harum rerum consuetudo pessima est, & qui eam ad humanarum sacrarúmque literarum studia afferunt, ingentes cient turbas, ingeniorúmque violatores sunt appellandi. At sincera philosophia illud in primis curat ne quid sine demonstratione affirmet: præterea petulantibus ingeniis frenum iniicit, segniores assuefacit ad studium veritatis: eruditis autem aperit quæ sunt vicina illi causæ de qua est pronuntiandum. Tandem rerum modesta perscrutatio in mores abit, & diligentia illa quæ in laudabili arcanorum rationis, naturæ & vitæ rectè instituendæ perscrutatione impenditur, veram in cordibus humilitatem parit. Audacia verò, negligentiæ comes, quanta incommoda afferat, omnium ætatum exempla in Rebuspublicis & in ipsa Ecclesia ostendunt, quæ à mataeologis sæpissime vexata est, & hoc tempore crudeliter etiamnum laceratur.

Hæc præfari libuit, quum de Typographi nostri, viri de literis & literatis bene meriti, cōsilio cogitarem. Is enim collectis doctissimorum virorum in Aristotelis philosophiam lucubrationibus, vt vestros conatus promoueret, quæ Germanica & Gallica bibliopolia difficulter nec sine ingenti pretio suppeditant apud Italos edita scripta in tomos quosdam (si Deus cœptis annuerit) referre constituit. In primo autem, quē nunc emittit, Mocenicum & Cæsalpinum peripateticæ disciplinæ eximios magistros, ex quorum præclaris laboribus Aristoteleæ philosophiæ sensus & obscuriorum locorum facilis interpretatio potest hauriri, non sine doctorum quorundam iudicio collocauit. Quoniam verò disquisitione veritas elucescit, his adiungere visum est Telesii libros de natura rerum, in quibus de principiis, de elementis, nonnullísque aliis physices arcanis, cū Aristotele & medicorum principibus eminus ac cominus ita dimicat, vt peripateticæ doctrinæ fundamenta plerunque conuellere videatur. Neq; verò nunc primùm, sed iampridem reperti sunt & magni quidem nominis scriptores qui in Aristotelem animaduersiones ediderunt, nec studia eorum qui veritatem inquirunt vituperanda esse censemus: dummodo id modestè sinceróque animi proposito exequatur. Quid autem de Telesii disputationibus, quæ attētum & acutum lectorem desiderant, amplius sentiendum sit, eruditorum esto iudicium. Quod ad vos attinet, Adolescentes studiosi, Philosophiæ recessus ita colite, vt nō modò doctiores, verūetiam prudētiores ac vera pietate ornatiores, ad vitæ humanæ vtilitatē & Dei gloriā, euadatis. Bene valete. Scriptū V. Non. Mart. An. M. D. LXXXVIII.



CONTEMPLATIONVM AC PARTIVM TOTIVS OPERIS INDEX.

Totum opus distinguitur in Contemplationes quinque.nam vniuersalia,quæ in eo contemplantur,totidem contemplandi rationes exposcunt.



INDEX CAPITVM SINGVLARVM PARTIVM.

Prima Contemplatio continet quatuor capitula, quæ sic inscribuntur.

Pars prima Contemplationis secundæ continet Capitula XVII. quæ sic inscribuntur.

Capitula secundæ Partis Contemplationis secundæ sunt octo, videlicet.

Capitula tertia Partis Contemplationis secundæ sunt XIII. videlicet.

Capitula quarta Partis Contemplationis secundæ sunt octo, videlicet.

Capitula prima partis Contemplationis tertiæ sunt XXVI. videlicet.

Capitula secundæ partis Contemplationis tertiæ sunt XIII. videlicet.

Capitula primæ Partis Contemplationis Quartæ sunt XXXI. videlicet.

Capitula secunda Partis Contemplationis Quartæ sunt XI. videlicet.

Capitula tertia Partis Contemplationis Quartæ sunt XVII. videlicet.

acc

Capitula quarta partis Contemplationis quartæ sunt XII. videlicet.

Capitula prima partis Contemplationis Quintæ sunt XXIX. videlicet.

Capitula secundæ Partis Contemplationis Quintæ sunt XXVII. videlicet.

¶¶ j.

Capitula tertiæ partis Contemplationis Quintæ sunt XIII. videlicet.



QVAESTIONVM PERIPATETICARVM ANDREÆ CÆSALPINI ARETINI, TOTO HOC OPERE CONTENTARVM,

ARGVMENTA.

Libri primi. Quaestiones septem.

Præfatio.

Libri secundi, Quæst. nouem.

Libri tertii, Quæst. viii.

Libri quarti, Quæst. viii.

Libri quinti, Quæst. viii.





BERNARDINI THELESII CONSENTINI DE RERVM NATVRA, IVXTA PROPRIA PRINCIPIA.

Argumenta in librum primum.

Argumenta in librum secundum.

Quæ

Argumenta in librum tertium.

Argumenta in librum quartum.

Argumenta in librum quintum.

Argumenta in librum sextum.

Quæ

Index Capitum.

Argumenta in librum septimum.

Argumenta in librum octauum.

Argumenta in librum nonum.



PHILIPPI MOCENICI ARCHIEPISCOP. NICOS. REGNI CYPRI.

VNIVERSALIVM INSTITVTIONUM ad Hominum perfectionem quatenus industria parari potest,

Contemplatio Prima:

Quæ, humanæ industriæ initia, processus, atque consummationem attingens, cæterorum, quæ præterea ad humanæ perfectionis decentem adeptionem contemplanda sunt, exordia, series, ac dispositiones constituit.

CAPVT I.

De primis humanæ Industriæ causis, exordióque à scientifica perceptione sumendo.



NATVRÆ diuina vis rerũ omnium bonum, ac consummationẽ intendit. Iraque iis, quæ rationis, electionisque munere sunt destituta, indelebilem quandam ad propriũ opus propensionem ingenuit, vt, arte, quã nec percipiunt, nec imitantur, sed referuut tãtùm, impellente, ac dirigente, & propria munia obeant, & eorundem fructus abundè recipiaor. Homines verò, qui ratione, ac electione ducuntut, ipsamque diuinam artẽ percipiunt, & imitantur, ne à recto harum vsu facilè recedete possent, illius legis vinculo deuinxit, quæ eiusdem proprij muneris amorem, ac functionem indesinenter proponit, & imperat, simulque hominum rationem, electionem, ac vires ira coarctat, vt huius vinculi dissolutiooem neque aggredi, neque expetere, neque concipere possint. Ideóque homini proprijssimum est, singula cum regulæ alicuius cõstanti seu inquisitione, seu vsu aggredi, & exercere, arte scilicet ac industria vti. Hinc etiã euenit, vt hominũ vnicuique vehemens quidã sensuum omnium, ac in primis oculorum amor diuinitus tribuatur, miráque cupiditas senriendi, ac singula experiendi: dum enim, his impellentibus, sensus exercet, ac experiotentis insistir, nonnulla illi internè insiguntur, quæ totius humanæ iudostriæ exordia ac semina contiuent, & hominem quàm tutissimè dirigere possunt ad cętera omnia, quæ vim habent ad eiusdem tam fundamenta turius iacienda, firmanda excirandáque, quàm cursum omnem (prout conuenit) consummandũ. Ex his autem illa præcipuum sibi locum vindicare videntut, quibus certiores reddimur, De singulis rebus vere affirmare nos posse, aut negare, Infinitum pertransiri non posse, Bonum amabile, ac optabile esse, Malum fugiendum, & odio prosequendum, Quæ Natura coostant, appetere bonum, cęteráque eiusdem generis, quibus propter summam eorum euidentiam vnusquisque assentitur.

His verò absque vllo erroris metu superaddũtur alia, videlicet: Ex rebus quasdam cuique vtiles, quasdam inutiles esse, Ex actionibus, alias perfectas, alias imperfectas, Ex cogitationibus, atque sententiis quasdam certas, incertas alias, erroribúsque inuolutas. Itaque, nisi his Dei, ac Naturæ directionibus obsistamus, ad id deducimut, vt quàm tutissimè decernamus, hæc mala à nobis fugienda esse, bona verò his opposita prosequenda, simulque summam operam nauandam, vt ab operationibus nostris defectus, à cogitationibus, ac sententiis error omnis repellatur. In his autem assiduè, ac sedulò persistentes, facilè percipiemus, totissima perfectionis humanæ semina, simulque humanæ iudustriæ exordia, ex illa perceptione sumenda esse, quæ præstantiori hominis parti verè aptatur: quæque, communiori ratione, scientificæ vocem obtinuit. quamuis enim Industriæ humanæ vis versari possit, & soleat circa corpora externa, circa proprij corporis operationes, circa eiusdem corporis habitus, morales actus, morum habitus, circa certa, ac determinata proposita, circa consultationes, discursusqoe omnes, & circa ipsum scire, reliquorum tamen nullum, nisi scientiæ præceptis diligentissimè cultum fuerit, ad summã perfectionem perueniet.

Ad scientiam verò eatenus industria valet, quatenus nos ad illius inquisitionem excitat, & in eius quasi prospectum, atque complexum adducit, illam verò perfectione aliqua decorate nullo modo potest. veritas namque, & certitudo scientiæ, ita naturales sunt, vt, si quis harum alteram ab ea seiungat, ipsammet scientiam tollat, scientia enim seruari non potest, falsitati seu ambiguitati adiuncta.

Cùm igitur imperfectio oriatur ex permixtione boni & mali, prauitas verò ex superato bono, & excedente contrario malo, manifestum est, scientificam perceptionem ex suimet natura ab omni imperfectione ac prauitate liberam esse, simulque perfectionem ac bonitatem sibi consonam essentialiter obtinere.

Hoc cæterorum nulli conuenit: nam consilia, proposita, morum, artiúmque habitus, & actiones Perfectæ, & Imperfectæ, Bonæ, ac Malæ appellantur, & sunt. Aliud quoque singulare, ac verè præclarum, quodque cæteris omnibus est denegatum, ipsum scire obtinuit, vt scilicet ex propriæ naturæ vi non tantùm cæteris omnibus propriam virtutem inijciat, sed ea etiam ratione, vt tum circa se ipsum, tum circa alia omnia versari possit. licet enim discursus, consiliáque præstantissime huic actioni nobilitate proxima circa seipsa etiã, & circa alia omnia exerceantur, hoc tamen non ex propriæ naturæ vi illis cõuenit, sed quatenus principiis aliquibus ab ipso scire acceptis, arte quadam proprias reflectant vires, atque circa seipsa versentur.

Quantum autem attinet ad Voluntatis nostrę proposita, ad motum habitus eorũdemque vsus ad artes, corporisq; actiones, quisque sui ingenij vi intueri poterit,

horum vnumquodque ab amplissima scientificæ cogni tionis amplitudine ac potestate longe recedere.

His rationibus patere potest, inter ea, quæ ad hominum perfectionem Industria parandā aliqua ratione valent, Scientiam primas partes ita sibi vindicare, vt primam perficiendi virtutem obtineant, alia verò omnia, perfectibilia esse, & ipsius scientię virtute tantummodo purgari ac perfici posse.

CAPVT II.

De scientificarum perceptionum copulatione, deriuationéque in ea, & ex ea, qua singuli hominū reò asserūt, De vnaquaque re verum esse, affirmare seu negare.

QVÆ superius constituta sunt, continent exordia humanæ Industriæ, ac perfectionis. Nunc earundē incrementa, processus, ac consummationē percipere enitendū est. his enim rectè delineatis, tutius postmodum dirigemur ad adeptionem ipsius humanæ perfectionis, quatenus ab Industria oritur, simulq. longe decētius obtemperabimus legi iā constitutæ, qua ad propriū munus indesinenter impellimur. in quorum vnoquoq; nobis constanter insudandum est, ne deficiamus nobis ipsis, ac ceteris, quib. Dei ac Naturæ legibus deuincimur. Quæramus igitur Certitudinē aliquā, quæ prima sit, quæque, si referatur ad cetera, quæ sub scientiam cadunt, eandem vim habeat in illis dirigēdis, quam in consiliis, propositis, moribus, aliisque disponendis, scientiam ipsam obtinere diximus. asserēdum siquidem est, Certitudines omnes ea ratione dispositas esse, vt altera ab altera pendeat, vnaque aliam consequatur, omnes verò perducantur ad vnam, omnium euidentissimam, atque primam, à qua exortæ sunt. Si quis autem ex certitudinibus hanc connexionem tollere, easdémque omnino disiunctas asserere velit, is facilè re ipsa fateri cogetur, quod verbis negat. nam vel rationem aliquam ad suam sententiam confirmandam adducet, vel nullam. Si nullam proferet, inanem opinionem ostendet, & voluntariam: si aliquam, eam ex Certitudine alia ducet. Certitudinum igitur connexione, re vtetur, quam verbis sustulerat. Si verò concedat, esse quidem coniunctionem aliquam Certitudinum, sed quamlibet à superiori pendere, nullamque esse primam, infinitum certitudinum numerum inducet, quo nihil repugnantius dici potest. Quid enim magis certitudinem tollit, quàm Infinitas? Denique si ad id confugerit, vt & certitudinum ordini assentiatur, & Infinitati aduersetur, dicátque illud tertium, reperiri plures ordines certitudinum, ac in horum vnoquoque aliquam primam esse, ex qua oriantur aliæ, quæ in eodem sunt genere, primas tamē neque ab eodem principio hauriri, neque in eundem finem tendere, sed inter se omnino disparatas esse, rerum, ac Naturæ ordinem labefactabit, initia nostræ perfectionis, quæ ab ipsa scientia pendere diximus, atque adeo scientiam, & Perfectionem ipsam diuellet. Deinde, vt acutius etiam huiusce opinionis falsitatem videamus, sciscitor, Ex his multis Certitudinum generibus vnúmne ad omnis scientiæ constitutionem sufficiat, vel omnia requirantur? Si vnum sufficit, reliqua inania erunt, quod repugnat Naturę: sin verò omnia necessaria sunt, singula quoque vim aliquam in hanc scientiæ constitutionem conferent, quod, nisi ab vno principio in vnum finem ducantur, intelligi non potest. nam, quæ impulsus planè diuersos habent, finésque penitus disiunctos aspiciunt, commune opus construere nullo modo possunt. Est itaque vna prima omnium euidentissima Certitudo, à qua ducuntur aliæ. At verò prima hæc Certitudo sedulò perquirenda est. hac enim comprehēsa, & tanquam communi aliquo semine in animū admissa, ex illius vi in eorum prospectū facilè deueniemus, quæ ad Industriam texendam, perfectionēque prosequendam, præterea expetēda sunt. Illud autem in primis animaduertēdum censemus, hanc, quam nunc instituimus, contēplationem pertinere non ad Res, quæ cognoscendæ sunt, sed ad cognoscendi modū, ad ipsam videlicet Certitudinem. quanquā enim nulla est scientia, si nihil est quod sciri possit, rerum tamen scibilium recta dispositio ex Certitudinum ordine ducenda erit. nam scientia ipsa existit, ac constituitur non ex re sibi subiecta, sed ex certo Rationis obtutu, qui illius est forma.

His animaduersis, quam quęrimus, Certitudo se ipsam obiiciet. neque enim, quod certissimum est, ac ceteris omnibus certitudinem impertitur, inquirētium intuitū aufugere potest. Erit igitur illa satis vulgata, qua asseritur, De vnaquaque re vere affirmare nos posse, aut negare. hęc siquidem talis est, vt reliquæ omnes illius viribus innitantur, ipsa verò à seipsa tantummodo pendeat. Id facilè animaduertet, qui eam in dubiū reuocare tentauerit. nam simul omnes nostras cogitationes adducet in suspicionem, de eodem idem affirmabit, atque negabit, demúmque omnem affirmādi ac negandi rationem tollet: qua sublata, nulla erit Certitudo. denique vel inuitus eò reuoluetur, quò minime vult. nā cum hanc assertionē oppugnat, affirmationib. aut negationibus vtitur. statuit ergo affirmandi negandíue rationem.

Rationes verò, quibus ceteræ Certitudines scientificæque perceptiones à prima, quam iā constituimus, deriuari possunt, præcipuè colligendæ sunt ex illius partibus, ex earundem partium vi ac dispositione. necessariū siquidem est, has partes, quæ primę Certitudinis materiam verè constituunt, rerum omnium differentias, ac Certitudinum omnium materias virtute haud secus cōtinere, quàm ipsa ceteras omnes Certitudines virtute cōtineat. Siquis enim hoc in dubium reuocare velit, hic Primæ certitudinis munus non attinget, vel iam constitutis aduersabitur. Simili etiam ratione, harum partium vires, ac dispositiones, ceterorum omniū cognoscibilium vires ac dispositionem obiiciēt. Patet autem, rerum omnium differentiis, simulque earundem viribus ac dispositionibus rectè perceptis, nos vlterius latere non posse, quid primo loco ac quo pacto contemplandum sit, seu quo ordine cetera sint prosequenda.

CAPVT III.

De tribus Rerum ordinibus, ex tribus Primæ Certitudinis partibus colligēdis, ac de his, quæ seu omnibus sunt communia, seu singulis propria.

PRIMÆ Certitudinis partes sunt tres. Res, de quibus vere affirmare, seu negare possumus. Ea, quæ vere affirmantur, seu negātur, & ipsamet Affirmatio, seu Negatio. Harum vnaquęque non vnum tantùm, sed plura obiicit. nam, cum dicitur, De vnaquaque re verum est, affirmare, seu negare, clarè admodum demonstratur, Res, de quibus aliud quid verè affirmatur, seu negatur, plures esse. Ex hoc autem tam eorum, quæ de eisdem affirmātur, seu negantur, quam affirmationum, ac negationū multitudinem rectè colligi, exploratum est. Ex his igitur Primæ Certitudinis partibus non tres res, sed tres Rerum series colligātur necesse est. Ea vere, quæ harum serierum, seu vnicuique communia sunt, seu singulis propria, ex earundē partium vi, atque ex ipsa communissimæ Certitudinis sententia, facilè demonstrari possunt, simulque probari, Nullum cognoscibile extra has dari posse. conuincitur enim omnia, quæ seu primam, seu secundam, seu tertiam seriem ingrediuntur, posse Rei nomen admittere, mente concipi, verbis proferri, ac veritatem, simulque seu affirmationem, seu negationem sustinere. nam triū partium vnaquæque in ipsa cōmunissima Certitudine certis quibusdā vocibus profertur, quæ cum neque inanes, neque inutiles sint, rē aliquam, mente conceptā, seu concipiendam, ex necessitate proponunt. Vtrū autē ea, quę Rei nomen admittunt, ac concipi possunt, apta sint ad veritatē, assertionemq. sustinendam, ex eadem prima certitudine apertè colligitur. asserit enim, Rei vnicuique veritatem adiungi posse, huiusmodíque adiunctionē affirmatione, vel negatione proponi. Hæc, trium partium vnicuique, simulque vnicuique Rerum seriei, communia sunt. Quænam autem singulis sint propria, non dissimili ratione colligi poterit. cùm enim vnaquæque vox

certum

certum conceptũ excitet, ac rem certam obiiciat, manifestũ est, plures voces, in prima certitudine assumptas, plures conceptus verè excitare, ac res plures obiicere. hoc enim nõ admisso, sequeretur, Vocum multitudinẽ vanam esse. Præterea, coniunctio absque rerum coniunctarum multitudine dari non potest. Itaque, nisi hæ voces diuersæ diuersa obiicerent, nulla ex his partibus copulatio, copulationísue certitudo sperãda esset. Patet etiam, priorem partem, quæ Rei nomine proponitur, respectu illorũ quæ illi verè addantur, fundamenti seu subiecti munus exercere, ita tamẽ, vt ex illorum adiectione manifestetur, Secundã, Adiuncti seu prædicati, Tertiam vero assumi, neq; tãquã fundamẽtum, neque tanquã adiunctum seu predicatũ, sed vt demonstrantẽ modos, quibus subiecti ac prædicati copulatio adimpleri potest. Ideoque quatenus respiciatur, vt Res, quæ veritatẽ, nec non affirmationem seu negationem admittit, eam Rerum seriem pariter, quæ à prima atque à secunda rerum serie sustineri potest, ita tamen vt ad vtriusque manifestationem pertineat.

Primus igitur Rerum ordo ex illis rebus erit cõstituendus, quæ veræ, reali ac propriæ existentiæ innituntur, ideoque ad alias omnes relatæ, fundamenti partes sustinere possunt, ac Rerum, seu Primarum rerum nomen sibi decentissime assumunt, perfectiori tamen ac imperfectiori ratione, prout perfectius seu minus perfectè subsistunt. supposita enim harum remotione, reliqua omnia auferri necesse est.

Huiusmodi sunt Deus Opt. Max. Angeli, Homo, Cælum, Elementa, Corpora mixta, Arbores, Plantæ, atque Animalia, necnon singulæ illorum partes, quatenus reipsa determinatéque subsistunt.

Secundus ordo illas res complectetur, quæ nulla propria subsistentia præditæ sunt, vel certe respectu propriæ subsistentiæ contemplari non possunt, sed mentibus nostris sese intuendas obiiciunt, quatenus Rerum verè subsistentium occasione excitatæ exercent propriam concipiendi vim. Hæ igitur, quæ diuersorum sunt graduum, atque in rebus verè subsistentibus affirmari seu negari possunt, si proprioribus vocibus vtendum sit, non Primæ res, sed Secundæ, seu Realitates appellandæ erunt: propria enim subsistentia carent, ac rebus subsistentibus innituntur. Talia sunt Esse, Essentia, Veritas, Bonitas, Pulchritudo, omnésque vniuersales conceptus, vtputa, Homo, animal, & alia huius ordinis, quæ verè propria subsistentia carent. neque enim Essentia aliqua actu reperiri potest, quæ non sit vel ipsius Dei, vel alicuius Angeli, vel alterius Rei verè subsistentis, quemadmodũ neque communis homo per se subsistit, licet per se concipi possit.

Tertius rerum ordo (vt ex eisdem colligi potest) illas res continet, quæ neque propria subsistentia fulciuntur, neque mentibus nostris, quatenus verè subsistentia respicit, sese obiiciunt, sed nihil aliud sunt, quam Modi, quibus ratio sese exercet circa verè subsistentia, ac circa ea, quæ in verè subsistentibus relucent, & hoc rationis actus admittere solent. Quapropter neque Res absolutè, seu Primæ res appellandæ erunt, neque res secundæ, seu Realitates, sed res Tertiæ, seu Rationalitates, vel Rationis Entia. Huiusmodi sunt, affirmatio, negatio, subiectum, prædicatum, species, differentia, syllogismus, inductio, & reliqua similia.

Primo rerum ordini proprium est, non tantùm mente concipi posse, sed sensu etiam vtcunque percipi, licet non eodem modo. aliqua enim per se ipsa sensum mouent, aliqua verò per effectus. Eisdem etiam conuenit, posse proferri non tãtum communibus, sed propriis etiam vocibus, nominibus scilicet, illarum vnicuique singulariter, seu ex singulari relatione impositis.

Secũdo rerum ordini, ipsis scilicet Realitatibus, propriũ est, sensu percipi non posse, sed rationis tantũmodo vi attingi, ita tamẽ vt nullã animi reflectionẽ requirant. Eisdem etiam proprium erit, proferri posse non tantum vocibus cõmunibus, sed propriis etiã, quę tamẽ relatiue tantũmodo determinẽtur, ac vt Res subsistẽtes respiciũt.

Tertio demum rerum ordini, ipsis scilicet Rationalitatibus, proprium erit, à ratione concipi posse, quatenus aciem suam circa proprios actus reflectit. Quare Secundæ etiam Intentiones appellari solent. Hæ vocibus poterunt significari, sed omninò communibus, non autem seu absolutè, seu relatiue propriis. deficiunt enim non tantum à subsistentia absoluta, sed etiam à relatiua.

Nullum autem Rerum ordinem præter hos inueniri posse, & ratio & rerum experientia demonstrant: quemadmodum enim ratio conuincit, fieri non posse vt res aliqua inueniatur, quæ neque propria virtute subsistat neque his quæ propria virtute subsistunt, adhæreat, neque ad harum conceptionem seu explicationẽ rationis vi constituatur: ita etiam ex rerum vsu assentiri cogimur, Ea omnia quæ mentibus nostris obiiciuntur ac cõcipi possunt, ad horum ordinem verè pertinere.

CAPVT IIII.

De singulorum ordinum connexionibus, ac limitibus. De duplici eorũdem, ac humanarum cognitionum serie, déque illius cognitionis, ex qua humana perfectio deducenda est, partibus ac dispositione.

QVæ pertinent ad dispositionem horum ordinum, nec non partium, quæ ab illorum vnoquoque continentur, facilius ac tutius percipientur, si duo prius innotuerint, quæ eorundem copulationem Naturæ consonam demonstrare possunt. Primum est, idem respectu eiusdem subiecti & prædicati partes sustinere non posse: idem enim eodem atque eadem comparatione & notius esset & ignotius, indicaret & indicaretur, quod Primæ certitudini repugnat. Secundum est, Subiectorum & prædicatorum ordines certos habere fines, extra quos non exeant, alioquin infinitè progrederentur. Itaque ex rebus, quæ verè subsistunt, aliquæ Subiecti tantummodo partes agere poterunt, non autem prædicati, ex rebus secundis, seu ex Realitatibus, quædam respectu rerum subsistentium, Prædicati, quædam verò respectu Entium rationis, subiecti tantummodo partes admittent. Ex rebus tertiis, seu ex rationis Entibus quædam Prædicati tantummodo, non autem subiecti, locum obtinebunt. Neque tamen suspicandum est, ex huiusmodi constitutionibus infirmari communissimæ certitudinis veritatem, quę asserit, vnamquámque rem veritatem seu expressionem admittere. nunc enim attendenda non est prædicatorum possibilitas, quæ ad Primæ assertionis veritatem tuendam sufficit, sed prędicatorum vtilitas, quę ex noui alicuius perceptione tantũmodo deduci potest. Vt igitur non est negandum, aliquid addi posse Rei, cui inter prædicata vltimus locus aptandus est, sic diuersum aliquid vere addi posse, affirmare non licet. Itaque dato, significabile huiusmodi esse, licebit quidem dicere, significabile est significabile, at, cũ nihil externũ aut ignotũ addatur, talis additio inutilis erit. frustra enim tentatur illustrare id, quod nõ tantũ ex seipso clarũ est, sed cætera omnia clara reddit. Simili ratione, illa alio subiecto fulciẽda nõ sũt, quę cęteris omnib. cõparata subiecti partes exercẽt, nã seipsa sustinẽt. Licebit tamẽ dicere exẽpli gratia, (quãuis sine vllo cõmodo) Socrates est Socrates.

Quæ hactenus dictã sunt, demonstrare possunt, primã ac communissimã certitudinẽ proponere non tantũ scibilia omnia, & reliqua quæ quacúmque alia ratione cognoscẽda sunt, sed duplicè etiam eorũdẽ dispositionem obiicere. alterã scilicet quæ ab his exordiatur, quæ subiecti tantũ munus admittunt, alterã huic oppositã, cuius initiũ ab his sumitur, quæ tantũmodo prædicãtur. Et hæ quidẽ series respondent duplici rationis nostræ prospectui. dũ enim Naturæ tantũ impulsus viget, mens nostra prius intuetur Res primi ordinis, quæ cæteris rerũ ordinibus subiiciuntur, harúmq; perceptioni accedunt cõprehẽsiones eorũ, quæ his verè ac realiter annectũtur, & postremo loco animaduertũtur, quæ magis rationalia sunt & respectu aliarũ rerũ ac cęterorũ rationis Entiũ semper Prædicati munia sustinẽt. Dũ verò non Naturæ, sed artis potius, atq; industriæ exercetur vis, perfectáque contemplatio exordienda ac contexenda est, ordine omnino commutato, primo loco speculanda sunt

rationis Entia, quæ à rebus exiſtentibus quam maximè distant, quæ cæteros rerum ordines illuſtrare, ac manifeſtare & poſſunt & debent, ac de eiſdem prædicantur, & verè prænoſcenda ſunt. nam, ſicut abſque illorum perceptione cætera perfectè cognoſci nõ poſſunt, ita his rectè perceptis ad cætera tutè deſcenditur. Et hæ quidem ſeries ea etiam diſponent, quæ continentur in vnoquoque rerum ordine: ſemper enim ex ſimplici Naturæ impulſu ea prius attenduntur, quibus fundamenta partes magis aptantur, ea induſtriæ verò directionibus contemplatio ab illis eſt exordienda, quæ, ſi aliis comparentur, de illis prædicantur. Tunc igitur ſcientificæ perceptiones decentiſſimè conſummabuntur, dum exordio accepto ex his, quæ à rebus ſubſiſtentibus quam maximè diſtãt, ſingulæ ſeries abſque vllo ſaltu perluſtrabuntur. Silentio tamen demandandum non eſt, Res omnes tertij ac ſecundi ordinis pertinere ad ipſum ſcire. nam, cum illarũ vnaquæque immutabilis ſit, ſciẽtificæ perceptionis certitudinem ac inuariabilitatem ſuſtinere poteſt. Rerum verò, quæ ingrediuntur primum ordinem, plurimæ, corruptioni obnoxiæ ſunt, ideóque non ſcientia, ſed ſenſu tantummodo percipiuntur. Æternis etiam quædam aptãtur eſſentialiter & neceſſariò, ideoque ſcientiam decentiſſimè patiuntur, quædam nõ neceſſariò, ſed voluntarie. quorum nullum ſcientificam perceptionem admittit, ſed ex diuina reuelatione cognoſcẽda ſunt. Itaq; humanæ cognitionis tres ſeu ordines, ſeu gradus admittendi ſunt, videlicet, Scibilium, Eorum quæ ex libero electionis actu circa æterna contingunt, & Senſibilium, quatenus reipſa ſubſiſtunt, ac ſenſu tantummodo percipiuntur. Siquis autem hos ordines adinuicem conferat, facilè intueri poterit, Scientificam perceptionẽ plurimum excellere eam, quæ ſenſibus exercetur, ſed ſummè deficere ab illius dignitate, quæ obiecit æternorum mutationes volũtatis vim cõplectentes, quæque neque ſenſuũ, neque rationis vi, ſed diuina reuelatione tantũmodo attingi poſſunt. Igitur non diſſimili ratione horũ perceptio erit deſiderabilior quauis ſciẽtifica perceptione, quam tamen eſſe ſummè expetibilem ex propria natura, ex ſuperioribus paret. Corruptibilium perceptio ex propria natura homini neque bona, neque expetibilis erit. omnis ſiquidem illius bonitas in eo tantummodo conſtituitur, quod ſeu ſcientiis adipiſcendis, ſeu cõſiliis ineundis, atque propoſitis dirigẽdis, cæteriſque agendis deſeruire poſſit. Ipſa verò ſcientifica perceptio, quæ hominum naturæ quam maximè propria eſt, ea ratione inter præſtantiorem ac minus perfectam conſtituitur media, vt & cõſiliis humaniſque omnibus præſit, ſimúlque ſenſibiliũ ac corruptibilium omnium cognitionem exerceat ac moderetur, & præſtantiorem intelligentiam aſſiduè exoptandam ſedulóque proſequendã demonſtret. Horum autem vtrúmque eò firmius præſtare poterit, quò plenius ac firmius ea omnia percurret quæ ſub illã cadunt, quorúmque vnumquodque propria quadam ratione ad ſcientiæ conſummationem cõducit. decens ſiquidem Entium rationalium perceptio deducit ipſum Scire ad decentem diſpoſitionẽ; ac diſtinctionem, ſimúlque mentem noſtram paratiſſimam reddit ad proprios actus rectè tutéque exercendos, & ob id facultatem logicam parit. Comprehenſio eorum, quæ ſecundum Entium ordinem conſtituunt, necnon Æternorum omnium, quatenus ſcientificè percipi poſſunt, ſi plenè perluſtrentur noſtrum Scire primo præſtantiori reſolutione illuſtrabit, primámque ſcientiã conſtituet, ſimúlq; rationem præclariſſimis veritatibus ornabit, eidémque ſuauiſſimos ſapientiæ fructus delibandos obiiciet. Secundò ſcientiæ vim ad pleniorem reſolutionem perducet, ex qua oriuntur Naturalis Philoſophia & ſciẽtiæ Mathematicæ mentémque noſtrã admirabili rerum omniũ diſpoſitione proportionéque decorabit ac nutriet. Poſtremò Scire noſtrum ad ſummã plenitudinem ac conſummationẽ diriget pariétque Morũ directricẽ Philoſophiam, & Medicã facultatem, ex quibus oritur decens Scientiarũ extenſio ad inferiores animi vires, & ad corruptibilium perceptionem, ſimúlque recta ratio conſulendi propoſiti, intentioniſque firmandæ ac dirigẽdæ, tũ ad Morũ virtutes actu adipiſcendas, tũ ad eas actu exercendas. Hac autẽ Sciẽtiæ perfectione cõſtituta, ſicuti rationis humanæ vis his omnibus decorabitur, ex quibus deducenda eſt hominũ perfectio quatenus ab Induſtria pendet, ita ſperandum eſt, illi defuturas nõ eſſe illuſtrationes eorũ quæ diuinitus reuelãda ſunt, cæteráque dona præſtantiora. Obtemperantes igitur præceptis huius Contẽplationis, quæ cõplectitur cæterarum ſemina, has omnes Scientiæ partes, eodẽmq; ſeruato ordine, pro viribus proſequemur, iis tamen prætermiſſis quæ pertinẽt ad Mathematicas, atque ad Medicinam: nam hominum perfectioni infirmius deſeruire videntur.

CONTEMPLATIONIS SECVNDAE,

QVAE CIRCA RATIONIS ENTIA VERSATVR, ET Logicam facultatem conſtituit,

Pars Prima:

IN QVA SIMPLICES ANIMI CONCEPTIONES, illarúmque multiplices differentiæ explicantur.

CAPVT I.

De huius Contemplationis ſubiecto, partibus, ac diſpoſitione.

RATIONIS Entia, vt ex ſuperioribus patet, nihil aliud ſunt, quàm modi, quibus tum humana ratio aſpicere poteſt Res, rerúmque veritates omnes: tum res ipſæ ac veritates Rationis vim recipere poſſunt. Rationis verò, dũ res veritatémque purè reſpicit, tres ſunt præcipuæ operationes. Prima aliquid ſimpliciter concipit. Secunda, quod ſimpliciter cõcipit ſimpliciter copulat. Tertia, quod ſimpliciter copulauit, ad nouam ignorámque veritatẽ eliciendam coniungit. Id autem eſt diſcurrere, ſeu ratiocinari. Cætera rationis opera ex horũ repetitione varia exoriũtur. Ex hoc autẽ manifeſtũ eſt, horum trium vſuũ vim non parum immutari poſſe, ſimúlque ad lõgè præſtãtiorem ordinem perduci, dum ratio ſibi ipſi, ſeu diſcurrenti, ſeu proponenti, ſeu ſimpliciter concipienti, ſingulari quadam ratione aſſiſtit & præeſt. Quapropter, ex huiuſmodi vſu ſi nõ quarta rationis operatio, quartus certè operandi modus deducendus erit, qui, vt cæterorum actuum vnuſquiſque, propriam contemplationem videtur expoſcere. Ex his verò quatuor, quæ præſentem pertractationem in quatuor partes ſecant, illud primo loco contẽplandum erit, quod magis ab ipſis Rebus diſtat, ideóque reflexum rationis intuitum poſtremo loco exercet. Reliqua etiam eadẽ lege diſponenda erunt. Primò igitur ſimpliciter concipiendi, ſecundò proponendi, tertiò diſcurrendi,

quartò

quartò moderandi seu dirigendi actus cõtemplabimur. rario enim, dum ex Naturæ ordine reflexum intuitum exorditur, primò attingit propriam in propriis actibus dirigendis virtutem, secundò discurrendi, tertiò proponendi, quartò simpliciter concipiendi. Eidem autem dispositioni illæ quoq; rationes fauẽt, quæ docent, In speculandi actu simpliciora præferenda esse magis compositis, & communiora minus communibus. constat enim, Simplices animi perceptiones, tamquam cæteris simpliciores, ingredi, proponendi, discurrendíque actus, necnon horum actuum directionem, non autem econtra. Patet etiam, horum posteriorũ actuum vnumquemque simpliciter concipi posse. Propositiones siquidem, discursus, & directiones singularibus vocibus, quatenus singulis aptantur, internè obiiciuntur. Ipsæ verò simplices perceptiones, vt communiores, neque proponendi, neque discurrendi, neque moderandi actus admittent. Harum autem partiũ tres priores, quæ sibi explicandos assumunt tres rationis actus, necnõ dispositiones omnes eorundem, rerúmque ac veritatum hos actenus respicientium sustinentiúmque, quatenus decenter percurrentur, parient rationalis huius contemplationis, (quæ Logica appellari solet) theoriam, seu ipsam docentẽ Logicam. Quarta verò, a qua demonstrandæ sunt directiones, moderaminàque decentissima eorundem actuũ iam apprimè perceptorum, cõstituet praxim eiusdem rationalis cõtemplationis, seu Logicæ, finémque huic nostræ contemplationi imponet: rectè enim conceptis singulis rationis actibus, eorundémque directionibus, nihil prçterea expetendum erit, quod ad veritatem seu indagandam, seu diiudicandam conducat. In ipsarum autẽ simplicium perceptionum pertractatione, quæ primo loco contemplationem nostram exercere debẽt, tria potissimum præstanda sunt.

Cap. 2. Primò singularium ordines, ac differentiæ proponendæ sunt, vt absolutè atque in seipsis rationis vim admittunt.

Cap. 8. Mox variæ eorundem relationes perquirendæ, quarum vnaquæque simplicem conceptionem admittit.

Cap. 16. Postremò rimandæ atque enarrandæ erunt series ac dispositiones omnes, quibus simplices conceptiones Rationis vim admittere atque attingere solent. Vltra autem hæc simplicium conceptionum doctrina extendi non potest: singula enim ex communi dispositione ac ordine & perficiuntur & conquiescunt. Ad vniuscuiusque verò conceptionis consummationem tria pariter sunt necessaria: videlicet Res seu veritas concipienda, Certus aliquis concipiendi modus, & Certa aliqua concipiendarum expressio: quæ, licet ex sui natura externam prolationem aspiciat, ad internam tamen conceptionem consummandam atque illustrandam plurimùm conducit. Igitur cum horum vnũquodque simplicem rationis nostræ conceptionem admittat, manifestum est, eorum, quæ absolutè, atq; in seipsis simpliciter concipi possunt, tres ordines dari.

Cap. 2. Primus rerum expressibilitatem omnem vnà cum exprimendi rationibus complectitur.

Cap. 3. Secundus continet simpliciter concipiendi rationes, & rerum easdem recipientium aptitudines.

Cap. 6. Tertius docet rationes, quibus res simpliciter conceptibiles distinguendæ ac disponendæ sunt.

Horum autem ordinum vnusquisque complectitur quidem ex necessitate eadem tria, Cõceptibile scilicet, Conceptionem, atque Expressionem, ea tamen ratione, vt ordo postremus aptetur rebus cõceptibilibus potius quam Conceptioni seu Expressioni, Secundus conceptionem præcipue respiciat, Tertius demum circa expressionem expressibilitatémque quam maximè detineatur. Quapropter, sicuti hic tertius à rebus rerumque veritatibus plurimùm distat, ita primus recipiet reperitum atque omnium rationalem rationis intuitum, nostræque huic contemplationi primo loco subiicietur. Neque verò latere nos debet, admirabili rerum omniũ dispositione factum esse, vt rerum significabilium certisque signis expressibiliũ doctrina, nos recto quasi tramite ducere possit, primo ad multiplices concipiẽdi rationes, mox verò horum doctrina accedente, ad conceptibilium omnium decentissimas dispositiones attingendas. quemadmodum enim certa signa certos animi conceptus excitant, certi conceptus certam aliquam rem seu rei veritatem obiiciunt, ita signorum doctrina communis ad conceptuum doctrinam communem nos dirigit. Et hæc cõceptuum doctrina nos manu ducet ad res rectè comprehendendas, quatenus conceptibiles sunt. quod easdem ob causas circa cætera omnia, quę decenti serie horum contemplationi accedunt, euenire credendum est.

CAPVT II.

De conceptuum ac rerum conceptibilium, quatenus certis signis ac vocibus proferri possunt, natura & proprietatibus.

SIGNORVM, quibus animi cõceptus, résque ipsæ ac rerum veritates proferri possunt, quędam visibilia sunt, quædam verò auditu percipiuntur. Quemadmodum autem inter visibilia, characteres, characterúmque copulationes diuersæ, ita inter ea, quæ ad Auditum pertinent, articulatæ hominum voces, præcipuas sibi vindicant partes. Hi præcipue signorum ordines, seipsos mutuò signare possunt. characteres enim, qui certas referunt voces, certis vocibus signari solent. Manifestum tamẽ est, characteres cõstitui ad certas voces vocũque dearticulationes signandas, voces verò ad certos animi conceptus excitandos, certásque res, seu rerum veritates internè obiiciendas. Characterum igitur vis ex solo signantiũ ipsósque constituentium arbitrio pendet. à rebus enim rerúmque veritatibus est omnino seiuncta, simulque his legibus soluta quibus deuinciuntur res rerumque veritates, ex ea aptitudine qua naturaliter exprimi possunt. Eandem etiam ob causam ipsi characteres subterfugiunt contemplationem omnem, qua res rerúmque veritates intueri solent. Voces verò dearticulatæ, atque ad significandum assumptæ, licet à rebus rerúmque veritatibus non parũ distent, ab illis tamen omnino non seiunguntur: ex naturali enim dispositione ad illarum internas obiectiones essentialiter pertinent. Quare arbitrium illorum, qui rebus singulis nomina vocésque imponunt, seu iam impositarum vsum recipiunt, non perducitur ad ea, quæ effluunt ex rerum expressibilium natura ac differentiis, sed ad certarum vocum delectum tantummodo extenditur. Quapropter, licet res eadem pluribus vocibus signari soleat, neque tãtùm ex idiomatum diuersitate, sed in eodem etiam idiomate, ex quo synonima constitui solent, significandi tamẽ modi neque augeri, neque minui, neque immutari possunt. Ideoque ipsæ voces ad significandũm assumptæ, vtcumque pertinent ad contemplationem rerum ac veritatum, expressionem admittẽtium. In illarum verò speculatione, illæ rerum expressibilitates tantummodo attendendæ erunt, quæ simpliciter ac primò cõceptibiles atque explicabiles sunt, quæque nullam prçterea concipiendi rationem complectũtur, neque in alias priores ac notiores voces possunt resolui, seu vllam interpretationem recipere, illa excepta, quæ seu ex rei ipsius obiectione, seu per synonima exercere solet. Huiusmodi sunt, homo, albedo, scribere, ea nempe, quæ his vocibus exprimuntur, verè primò ac simpliciter expressibilia sunt: neque enim illarum voces vllam seu resolutionem seu interpretationem sustinent. quod aliis pluribus vocibus euenire cõstat, vt puta, humanum, album, scribens, & huiusmodi, & aliæ quæ illis Rebus aptantur, quæ primò expressibiles non sunt. quod ex eo manifestè deducitur, quoniam illarum vnaquęque resolutionem atque interpretationem admittit. dicimus enim humanum esse id, quod homini conuenit, id esse album, quod albedinem continet, & eum esse scribentẽ, qui scribendi actum exercet. Horũ autẽ vnumquodq; sicut certũ aliquẽ modũ cõtinet eorũ, quę primò ac simpliciter expressibilia ac conceptibilia sunt, ita ex certo hoc concipiẽdi modo expressibile redditur, ac propterea ad posteriorẽ simplicium conceptuũ ordinem deducendus erit, qui tamen ex hoc reflexo rationis intuitu primò obiicitur. Ipsa autem primò ac simpliciter ex-

preſſibilia, neceſſariò communia ſeu indeterminata ſunt licet enim particularia primo ſenſibus noſtris ſubiiciantur, nihilominus, vt alibi clatius demonſtrabitur, horum nullū expreſſionē admittit, abſque illius virtutis a dictione, cui indeterminata & cōmunia attingere da tū eſt, quæque eorundē expreſſibilitatem verè concipit.

His autem primò ac ſimpliciter expreſſibilibus commune eſt, ſolitariam tantummodo perceptionem atque conceptionem admittere: cuius illud certiſſimum ſignū eſt, quoniam vocum ſignificantium vim exprimere tentantes, voces ſingulas ſeiunctim perpendere cogimur, neque nobis illarum copulationes, (niſi fortè exempli alicuius gratia) intueri permittitur. Eadem etiam ab inuicem differunt, quoniam quædam non ſolitariè tantum concipi poſſunt, ſed ea etiam ratione, vt nullum aliud ſignificabile innuant ſeu connotent. quædam alterius ſignificabilis connotationem neceſſariò complectuntur. Priora, quæ nihil præterea innuunt, nomine tantummodo proferri poſſunt. Econtra etiam, quæcumque nomine proferuntur, ſi primò expreſſibilia ſint, ſingulariter poſſunt proferri, & nihil præterea connotare. huiuſmodi ſunt, homo, albedo, paternitas.

Poſteriora, quæ aliud præterea connotant, non tantum nomine, ſed alia quoque orationis parte proferri poſſunt. quatenus enim vnum tantùm præter id, quod ſignificant, innuunt, ſeu verbo, ſeu pronomine, ſeu aducrbio proferenda erunt, id ſiquidem, quod innuitur, quãdoque nihil aliud eſt, quam Duratio quædam, tuncque Verbi vſus requiritur, vt puta, amare, amari, eſſe, quorum vnumquodque rem & rei durationem explicat: quandoque nominis expreſſionem requirit, tuncque id totum, quod exprimitur, pronomine erit proferendum: pronomini enim proprium eſt, alicuius, quod nomine proferri poteſt, contractionem determinationémue intuendam obiicere, vt puta, ego, tu, ille. quandoque verbalem prolationem admittit, túncque Aduerbij vox requiritur, vt puta, dum dicitur, Velociter. Aduerbia igitur pronomini proportione quadam reſpondent. vt enim pronomen, illius, quod nomine ſignandum eſt, contractionem determinationémque proponit, illúdque ob id ex neceſſitate innuit, ita aduerbium, illius, quod verbalem prolationem admittit, contractionem proponit, ſeu reſpectu temporis, ſeu loci, ſeu modi ſeu alterius circūſtātiæ: Ideóq; illud idē connotet neceſſe eſt.

Dum autem ea quæ ſignificantur, non vnum tantùm connotant, ſed plura, illis proprium erit, ſeu coniunctione, ſeu præpoſitione (quarum differentias ipſa Grammatica docet) explicari poſſe: nam, quæ plurium copularionem ſeu disiunctionem proponunt, Cōiunctione: quæ verò plurium ordinem ſeu relationem obiiciunt, Præpoſitione ſignanda ſunt. Præter has

a conceptibilium ac expreſſibilium differentias, nulla alia præterea dari poteſt. nam quæcumque primò expreſſibilia ac conceptibilia ſunt, ſeu nomine, ſeu verbo, ſeu pronomine, ſeu aduerbio, ſeu coniunctione, ſeu propoſitione, optimè proferri ac exprimi poſſunt. Participium verò, atque Interiectio, quæ his Orationis partibus adiungi ſolent, alterius ordinis videntur eſſe. Participium ſiquidem concipiendi modum eſſentialiter continet, neque ea obiicit quæ primò conceptibilia ſunt. Interiectio verò animi potius affectionem quàm conceptionem obiicit.

Cùm autem conſtitutum ſit Ea, quibus expreſſibilitas primò ac ſimpliciter conuenit, ſolitariè tantummodo exprimi ac cōcipi poſſe, manifeſtū eſt horum relationes nullas dari. quæcūque enim ſolitariè concipiuntur, quatenus ita cōcipiūtur, ab omni relatione ſubtrahi neceſſe eſt, Neque verò his aduerſantur, quę de eoſūdē innuitionibus ac cōnotationibus dicta fuere. huiuſmodi enim innuitiones ac connotationes exercentur non ea vtraque parte, ſeu mutuò, ſed ſingulariter tātùm: ideóq; relationū quidem ſemina ac exordia continent, ſed relationes perficere nullo modo poſſunt.

Capvt III.

De pluribus rationibus concipiendi, ac de illis primò ex quibus oriūtur Conceptiones, Subſtātiua & Denominatiua, Abſoluta & Relatiua, Cōcreta & Abſtracta.

Inter ea, quæ primò ac ſimpliciter ſignificabilia atque conceptibilia ſunt, (de quibus ſuperius diximus:) quæ Coniunctionibus ac Præpoſitionibus proferuntur, vnica tantùm ratione concipi poſſunt. Idem iis euenire videtur, quæ ſeu Aduerbio, ſeu Pronomine proferri ſolent. hæc tamē aliquando ex Nominū ſeu Verborum, quibus adiungūtur, virtute, ſecondariè multiplicē conceptionē admittunt. Ea verò, quæ ſeu nomine ſeu Verbo ſignificantur, primò ex propria natura, multiplici ratione, animi cōceptionē exercere ſolent. Quapropter horū vnúmquodque ſicuti ea propriæ naturę vi ab aliis, quæ eiuſdem ordinis ſūt, diuerſū eſt, ita ex cōcipiēdi ratione à ſeipſo differre poteſt. Reliqua verò eſſētialiter tātū inter ſe diſtinguūtur.

Ea quæ ſeu nomine ſeu verbo proferri ſolēt, tribus ex cauſis multiplicem conceptionem admittunt. Prima ex eo ſumitur, quoniam horum vnumquodque humanæ rationis intuitum multipliciter exercere poteſt. Secunda, quoniam ſinguli illarum conceptus pluribus rationibus ad vſum deduci ſolent. Tertia, quoniam non vnaquæque eodem pacto poteſt ſignificari. Cap. 4. Cap. 5.

Quod ad primam attinet, manifeſtum eſt, Res huiuſmodi non tantùm in ſeipſis ac primò conceptibilia eſſe ſeu ſubſtantiuè: ſed etiam, quatenus aliis copulantur, ſeu denominatiuè, quatenus ad alia non referuntur, ſeu abſolutè, quatenus ad alia referuntur, ſeu relatiuè, quatenus à nullo eliciuntur, ſeu concretè, & quatenus ab aliis eliciuntur, ſeu abſtractè.

Sciendum autem, Denominatiuam & Relatiuam cōceptionem ſemper concretam eſſe: ſimúlque connotare aliquid, cui oppoſitæ conceptiones conueniant, ſubſtantiua ſcilicet & abſoluta, conceptionem abſtractam ſemper eſſe abſolutam ac ſubſtantiuam, ipſam verò ſubſtantiuam conceptionem tam concretæ quàm abſtractæ aſſociari: eueniréque ob id, vt eorum quæ Nominis vi primò proferenda ſunt, quatenus primò concipiuntur, quædam ſubſtantiuam, abſolutam, & concretam conceptionem exerceant, vtputa Homo, quædam ſubſtantiuā, abſolutam & abſtractam, vt puta Humanitas, albedo, & paternitas. Horum verò, vt aliis copulantur, quædam Denominatiuam & concretā conceptionē inducunt, vt puta Albedo, ex qua oritur album: quædam relatiua & concretam, vtputa Paternitas, ex qua oritur Pater: quædam pariunt conceptionē ſimpliciter ſubſtantiua & cōcretam, vt Humanitas, qua ipſe homo conſtituitur.

Ea, quibus verbalis prolatio primò & eſſentialiter cōuenit, ſubſtantiuam, abſolutam atque concretam conceptionem non ſuſtinent. namque huiuſmodi res, Relationis ſemina eſſentialiter continent. Relatio verò ſicut Abſolutioni aduerſatur, ita abſque concreta ac ſubſtantiua conceptione non datur.

Prima igitur illorū cōceptio, quæ proferri ſolet ea modo infinito Nominū naturā referēte atque æmulāte, eatenus Subſtātiua atq; Abſoluta appellari poteſt, quaten' cōceptio ſit abſtracta: vt puta dū dicim' amare, currere.

Horum verò abſtractio, ſi idem infinitus modus ad Nominis naturā propius accedat, atque ad verbalia Nomina perducatur, clarius admodū apparebit: vt puta dū dicitur, Amor, curſus, & reliqua huiuſmodi, quæ omnia cùm abſtracta ſint, Subſtātiua etiā atque Abſoluta ſunt. Eadē, quæ Verbis proferri ſolēt, Denominatiuā quoque ac relatiuā conceptionē admittunt, quarum vnaquęque ſemper cōcreta eſt. Et prior quidē, quoniā magis abſoluta eſt, Participiis quæ Denominationē eſſentialiter continent, et it proferenda, vt puta dū dicimus, Amās, & currēs. Poſterior verò verbalem prolationē exercet, vt puta dū dicimus, Ego amo, vel Ille amat: tunc ſiquidē Relatio verè elucēſcet, clarius tamen, ſeu obſcurius, quatenus res prolata magis ac minus ad Relationē ſit prona. horū enim ſignificabilium naturæ non parum inter ſe diſtant. Ideóque, quædā quibuſdam verbis proferenda ſunt, quę ſi aliis cōparētur verbis, propriori quadam ratione Relatiua appellari poſſunt: vt puta Poteſt, Debet, aliáque nonnul-

nonnulla. Siquis autem enumeratas conceptionum rationes adinuicem conferat, facilè animaduertet, duas extremas, Subſtantiuam videlicet, ſimúlque Abſolutam atque concretam, necnon abſtractam, ſimúlque ſubſtantiuam atque abſolutam duabus mediis longè elatiores ac tutiores eſſe. Nam certa conceptibilia, atque ex certiori quadam ratione Intuentur, medias verò, Denominatiuam videlicet ac relatiuam, ſe mutuò arctiſſimè, ſæpè etiam indiſſolubiliter complecti: ſicut enim Denominatio abſque Inhærentis & recipientis relatione non datur, ita relatio certam Denominationem inducit, atque etiam ex certa aliqua vi, quæ denominatiuam conceptionem non indecenter exercet, neceſſariò deducenda eſt. Ideóque rectè nonnunquam ambigi ſolet, vtrum conceptio denominatiua an relatiua ſit: nulla tamen ratione dubitandum eſt, quin denominatiua conceptio, quatenus ex Nomine pendet, his proximior ſit, quæ ex propria natura ſubſtantiuam, abſolutam, & concretam conceptionem admittunt: horum namque rationes, & cætera omnia, quæ illis virtualiter inhærēt, licet relatiua voce proferantur, denominatiuè tamen ſunt concipienda, vt puta, Rationale, in quo hominis ratio ineſt, & Riſibile, quod in rationali virtualiter cōtinetur.

Relatiua verò conceptio vt à ſubſtantiuis abſolutis ac concretis longè diſtat, ita his quàm maximè adhæret quæ ex propria natura abſtracta ſunt, quæque Conceptionum omnium ordinem claudere videntur: neque enim res ad infinitum deduci poſſunt. Huiuſmodi autē videntur eſſe ea, quorum abſtractio non à nomine ſed à verbo colligenda eſt, vt puta Intellectio, viſio, aſſociatio ſeu ſocietas, & reliqua eiuſdem ordinis: horum ſiquidem vnumquodque ex plurium Relatiuorum copulatione atque concurſu conſtituatur neceſſe eſt: nam Intellectio oritur ex concurſu intelligibilis & intellectiuę virtutis, & viſio pendet ex coniunctione viſibilis & videntis, ſicuti ſocietas perficitur ex ſocietatis recipiendę aptitudine & eiuſdem inducendæ virtute.

Ex hoc autem demonſtratur, ſecundam denominationem, quæ Participij vi proferenda eſt, huic concipiendi rationi eſſentialiter copulari: data enim viſione, videntem ac viſum non dari impoſſibile eſt. Animaduertendū verò eſt, dari etiam nonnullas denominationes, quarum fundamenta ſumi ſolent ex relationibus rerum non omnino cohærentium, ſed potius diſiunctarum, vt puta In platea eſſe, ſeu certo aliquo tempore, necnon certum ſitum conſtituere, & aliquid habere.

Ad horum autem conceptibilium vnumquodque clariùs dignoſcendum, Abſtractæ conceptionis vſus quàm maximè prodeſſe poteſt. Hæc enim cæteris omnib. ſimplicior ac purior, aliis omnibus quodam modo aſſiſtere atque præeſſe videtur. Quapropter, quemadmodum Cōceptibilibus omnibus aptari poteſt, ita, quatenus ad cōcretam conceptionem deducitur, ſingulorum naturam optimè indicat: ex eo ſiquidem percipimus, Hominem ex propria natura ſubſtantiuam, abſolutam & cōcretam conceptionem exercere, quoniam ex humanitatis adiectione nullam denominationem, nullamque relationē, ſed proprium tantummodo Eſſe proponit: ſimilique ratione intueri licet, Patris cōceptionem eſſe relatiuam, Albi autem denominatiuam: quoniam Pater, ex Paternitatis additione, rei, cui additur, relationem obiicit, Albus verò ex albedinis additione, eiuſdem rei denominationem demonſtrat, horúmque nullum proprium rei eſſe concipiendum proponit.

CAPVT IIII.

De variis ſimplicium Cōceptionum vſibus, ex quib. deducūtur Cōceptus vniuerſales, communes, medii ac particulares.

EXPLICAVIMVS diuerſos ſimplicium conceptionum vſus, ex quibus ſecundam multipliciter concipiendi rationem pendere diximus. Voces, ad ſignificandum aſſumptæ, aliquando ſolitariè proferendæ ſunt, aliquando non ſolitariè, ſed cum additione alterius vocis, quæ prioris vim ſeu contrahat, ſeu dirigat, ſeu determinet.

Horum verò vſuum vnuſquiſque propriam quandam concipiendi rationem exercet.

Huiuſmodi tamē vſus ac additiones, aliter ab his quæ Nomine proferuntur admitti ſolent, & aliter ab his quæ verbalem prolationem expoſcunt.

Igitur, vt ſingula rectè percipiantur, vtrumque Conceptibilium ordinem percurremus. Nomina dum ſolitariè proferuntur, Rei prolatæ naturam abſolutè atque in ſeipſa concipiendam vtplurimum proponunt, vt puta ſi dicatur, Homo, ſeu Animal: tunc enim ipſam hominis ſeu animalis naturā in ſeipſa reſpicimus, & propterea hi conceptus verè atque abſolutè Vniuerſales appellandi erunt. Aliquando tamen eadem hæc nomina, abſque additione prolata, Rei quidem naturam proponūt, non tamen abſolutè, atque in ſeipſa acceptam, ſed quatenus indiſtinctè atque indeterminatè, ſeu communicabilis eſt, ſeu iam actu communicata, vt puta dum dicimus, Homines, tunc enim naturam humanam iam ipſos homines conſtituentem reſpicimus. Ideóque ex talibus vocibus Vniuerſales quidem conceptus colligendi erunt, non tamen ſimpliciter tales, ſed qui Vniuerſales, vagi, ſeu communes rectè denominentur: illorum ſiquidem vis, dum rerum conceptarum natura id patitur, ita ex certorum ſignorum additionibus immutari ſolet, vt inducat conceptus tum communes, tum medios, tū particulares, ſeu vagos, ſeu pluribus rationibus determinatos. Cōceptus redduntur communes, dum adduntur ſigna, Omnis, vel Nullus: vt puta ſi dicatur, Omnes homines, ſeu, Nullus homo. Conceptus redduntur Medij, dum adduntur ſigna, Quāplurimi, plures, perpauci, pauciſſimi, vt puta, ſi dicatur, Plurimi hominum, Plures homines, Pars hominum, Pauci, ac Pauciſſimi homines. Conceptus redduntur particulares, & vagi, dum adduntur ſigna, Vnus, Aliquis vel Aliqui. Conceptus redduntur particulares, ac determinati, dum adduntur ſigna, Illi, vel Ille, Iſti, vel Iſte, vt puta, ſi dicatur, Illi homines, vel Iſti homines, Ille homo, vel Iſte homo. Animaduertendum verò eſt, talia ſigna decentiſſimè adiungi poſſe cōmunibus Nominibus, quæ concretè concipiuntur, ſeu abſolutè, ſeu ſubſtantiuè, ſiue denominatiuè, ſiue relatiuè concipiantur, ab illis verò, quæ abſtractè concipiuntur, non ſuſtineri. Ideóque, quamuis rectè dicatur, Patrū pars maior, vel Patrum plurimi, &, Homines plurimi: non tamen dicere licet, Plurimæ paternitates, vel Plurimæ humanitates, quod aſcribendum eſt Abſtractę cōceptionis ſummæ puritati ac ſimplicitati. Hæc enim omnino abſolutè Rei concipiendæ naturā attingit, atque ob id inflexibili quadam ratione. Quæ autem ex propria natura, ſubſtantiua, abſoluta, ac concreta ſunt, plures cōcipiendi rationes admittunt non tantùm ex ſupradictorum ſignorum additionibus, ſed etiam ex propriorum Nominum additione: quod nulli aliorum conceditur, niſi fortè quatenus ad hæc referuntur. Et hæc quidem propria nomina, puta Socrates & Plato, quorum vnumquodque certum hominem ſignat, minus determinant, quàm ſigna Iſte, vel Iſti. Nomina enim propria, rem, tanquam ſupradictorum ſignorum vi contrahibilem, videntur proponere, ſigna autem modò enumerata, rem, vt iam contractam, obiiciunt.

Præter iam conſtituta ſigna, quæ Vniuerſalibus vagis tantummodo adiungi atque vtplurimum præponi conſueuerunt, alia etiam recipienda ſunt, quæ non tantùm his apponuntur, quæ vniuerſaliter concipi ſolent, ſed iis quoque, quæ ex propriorum Nominum prolatione obiiciuntur. Hæc duorum ordinum videntur eſſe: quædam enim conditionem ſeu expreſſionem aliquam continent, vt puta dum dicimus, Homo philoſophus, Deus iratus, Socrates ſanus & ſimilia.

Et hæc quidem, quemadmodum participalibus addita, ea vtcumque contrahunt, ita vniuerſali vago adiuncta illud ad particulare vagum deducūt, atque ea ratione, vt ex talibus additionibus magis contrahatur, quàm ex ſignorum quæ particulare vagum conſtituunt: dum enim dicimus Homo philoſophus, Conceptus hominis vniuerſalis magis contrahitur, quàm ſi dicatur Vnus homo, ſeu Aliquis homo. Quædam non con-

ditionem, fed potius limitationem, feu certam quandam vim videntur afferre. Hæc autem figna duo funt, videlicet fignum Quatenus, & fignum Quia, feu alia, quæ eandem vim continent. Horum vnumquodque ita poftponitur, vt alterius etiam vocis additionem requirat.

Primum vocibus communibus decentius additur: decentiffimè enim dicitur Homo, quatenus homo, & Homo, quatenus ciuilis: quorum vis obtundi videtur, fi dicatur Homo, quia homo, & Homo, quia ciuilis.

Secundum propriis nominibus rectius adiungitur: rectiffimè enim dicitur, Deus, quia bonus, &, Socrates, quia philofophus.

Differunt etiam inter fe huiufmodi figna, quoniam fignum Quia, vim caufæ manifeftæ explicat, licet non femper propriiffimam caufam obiiciat: fignum verò Quatenus, aliquando vim caufæ non exprimit, fed rem tantummodo contrahit, vt puta dum dicimus, Homo, quatenus libertate præditus, dum autem caufam exprimit, propriiffimam caufam exprimit.

Sed iam deueniendum eft ad enumerationem fignorum immutantium Conceptionem rerum verbis proferendarum. Horum præcipua atque ipfis Verbis quàm maximè confona figna illa videntur effe, quæ temporis differentias ac partes obiiciunt. Hęc ideo fingulariter enumeraffe fufficiet, quoniam cætera, quæ locorum, modorum ac reliquarum circumftantiarum diftinctionem offerre folent, his rectè perceptis, facilè admodum colligentur. Signa, quæ Verbis adiuncta, temporis rationes, differentias ac partes proponunt, funt, Semper, Nunquã, Veris tempore, Illo tempore, & Hoc tempore. Horum autem proportionem ad illa quæ communibus nominibus adiungi folent numerúmque refpiciunt, vnufquifque facilè intueri poteft. Conftat enim, Id, quod refpectu numeri eft Omnis, feu Nullus, refpectu temporis effe Semper, feu Nunquam, similíque ratione id, quod in numero eft Plurimi, Plures, & reliqua huiufmodi, refpectu temporis effe Sæpiffimè, Sæpè, Rarò, Rariffimè, & eiufdem ordinis reliqua: quod in numero eft Aliquis, vel Vnus, in tempore effe Aliquando, vel Vno tempore: quod in numero eft Homo philofophus, in tempore effe Veris tempore: quod in numero eft Ille, vel Illi, ifte vel Ifti, in tempore effe Illo tempore, & Hoc tempore.

CAPVT V.

De fimplicium Conceptuum differentiis, quæ ex natura rerum conceptibilium deduci folent.

VT tertia ratio, ex qua fimplices Conceptus multipliciter exerceri folent, clarius attingi poffit, animaduertendum effe exiftimamus, Cõmunibus omnibus proprium effe, ex communi eorum, quibus aptari poffunt, ratione conftitui ac denominari, huiufmodique rationem aliquando eãdem omnino effe, vt puta Animalis conceptio, quæ eadem penitus ratione Homini, Equo, Leoni, ac reliquis omnibus conuenit. Horũ enim vnumquodque ideo animal appellatur, quoniam fingulis æqualiter conuenit fentiendi virtute præditum effe. Et hi quidem communes conceptus Vniuoci, vocéfque eafdem referentes Vniuocæ appellari folent. Aliquando verò communis Denominationis ratio neque omnino eft eadem, neque omnino diuerfa, ita tamen, vt res communiter acceptæ, realem, fimúlque abfolutum conceptum admittant ex communi ipfarum rerum conceptarum intuitu atque obiectione, vt puta Entis conceptio, quam huiufmodi verè effe fupponimus, idque fuo loco clariùs demonftrandum erit. Ipfius igitur Entis vox, neque eadem omnino, neque diuerfa omnino ratione prædicabitur de Deo, & de rebus quæ à Deo funt. Quapropter illius conceptus, cæterique huiufmodi conceptus, ac voces ex Analogia denominationem accipient. Voces verò, quæ rebus pluribus ratione omnino diuerfa aptari poffunt, Æquiuocæ dicuntur, vt puta Canis vox, quæ animali ac ftellis duabus, quæ in Leone funt, conuenit. Hæ nullum certum animi conceptum referunt, ideóque eliminandæ erunt nõ tantùm à perfectis fcientiis, fed etiam à quocumque difcurfu, fi veritatis folius conceptio atque expreffio attendatur. Siquis autem Vniuoca, Analoga, & Æquiuoca inter fe conferat, facile intueri poterit, Analoga medium locum decentiffimè obtinere, ideóque eò magis ac minùs certè ac tutè animi intuitum atque conceptionem dirigere, quò magis ac minus accedunt feu ad Vniuoca, quę omnino perfectè fignificant, feu ad Æquiuoca, quæ quammaximè decipere poffunt. Inter Analoga ea videntur Vniuocis proximiora, quæ fubftantiuam, abfolutam atque concretam conceptionem exercere poffunt: vt puta Ens, quod verè huiufmodi effe demonftrabitur, dum de rebus agetur. huius enim denominationis ratio quamuis ex certa aliqua re omnibus Entibus communi elici non poffit, elicitur tamen ex quodã reali quod à nullo Ente feiungitur, & verè eandem conceptionem admittit. Analoga verò, (quæ & denominatiua funt, & denominatiuam conceptionem requirunt, vt puta, vox fani, quæ aptari folet corpori reipfa fano, Medicinæ corporis fanitatem inducenti, Vrinæ eandem indicanti,) licet verè non fint Æquiuoca, ab illorum tamen defectu non omnino recedunt. Hoc autem manifeftè percipimus, animaduertentes harum vocum cõceptionúmque rationes ita inter fe diftare, vt cõceptionem omnino diuerfam requirant. corpus enim concipitur fanum ex denominatiua conceptione, reliqua verò dicuntur fana ex conceptione relatiua, quæ etiam pro multiplicibus relationibus, multiplicibus rationibus effentialiter disiunctis innititur. Supradicta tamen fanitatis vox, ac reliquæ eiufdem ordinis, Æquiuocæ appellandæ non funt, quoniam, vt fuperius conftitutum eft, Denominatiuæ atque Relatiuę conceptiones ea intuentur, quę inter fe mutuò, arctiffimè, fæpe etiam indiffolubiliter copulantur. Ideóque licet diuerfa proponant, ea tamen; non vt diuerfa, fed vt fe mutuò patientia atque ad idem tendentia obiiciunt. Ad Æquiuocationem autem facilius deprehendendam, fimúlq. ad Analogorum virtutes tutius dignofcendas, non parùm conducere poffe exiftimamus, fi fingula ad abftractam conceptionem deducantur: ipfa enim abftracta conceptio, tamquam cęteris omnibus purior atque fimplicior, vt animi intuitum non diuertit, ita eundem à quacumque hallucinatione quammaximè tutum reddit.

CAPVT VI.

De rerum conceptibilium diftinctionibus ac feriebus.

EX his, quæ de variis concipiendi rationibus hactenus dicta funt, quàm tutiffimè colligere licet, plures rerum conceptibilium feries admittendas, eáfque ex quatuor præcipuis fontibus deducendas effe: videlicet, Ex his quæ fubftantiuam, abfolutam atque concretam conceptionem expofcunt, & ex triplici abftractorum ordine, quorum prior deduci folet ex Denominatiuis puro nomine proferendis, Secundus ex Relatiuis, Tertius ex Denominatiuis, quæ participio funt exprimenda, atque etiam ex aliis Denominatiuis, de quibus fuperius dictum eft. Quæ fubftantiuam, abfolutam fimúlque concretam conceptionem expofcunt, eam Rerum feriem obiiciunt, quæ cæterarum omnium eft præcipua. Hoc autem ex eo demonftrari poteft, quoniam ex his Concretis ea Abftracta eliciuntur, quæ nullam Rerum feriem conftituere

stituere possunt: ea enim ratione Concretis adiiciuntur, vt neque relatiuam, neque denominatiuam conceptionem inducant, sed ad eiusdem Concreti essentiam verè pertineant. Horum exemplum Homo præbere potest ex homine enim humanitas abstrahitur, quæ, licet non sit homo, sicut neque homo est humanitas, nullam tamen circa hominem denominatiuam seu relatiuam conceptionem inducit: ad hominis enim Esse atque constitutionem essentialiter pertinet. Ideóque cùm homo absque humanitate dari non possit, neque econtra, manifestum est horum vnumquodque ad eandem seriem verè deducendum esse: hoc autem Abstractorum nulli conuenit, horum enim nullum Rei, cui adiungitur, essentiam complectitur. Quapropter neque ab eadem seiunctum destruit illius esse seu cõstitutionem. Ex quo demonstratur, horum Abstractorum vnumquodque certam Rerum seriem constituere.

Sicut igitur illorum, quæ substantiuè, absolutè & concretè concipiuntur, vnica tantummodo series est admittenda, cui etiam, tanquam præcipuæ, decentissimè aptanda erit substantiæ vox, ita cæterorum series plures erunt, quæ etiam, quoniam substantiis innituntur, Accidentium voce proferri solent. Ad harum autem serierum numerum ac dispositionem rectè concipiendam, animaduertendum esse existimamus, Denominatiuam concipiendi rationem (seu Nomini seu Participio innitatur) inniti posse pluribus, quæ essentialiter distinguuntur. Ideóque obiicere plures etiam series Abstractorum simpliciterque conceptibilium. Eorum enim, quæ à Denominatiuis puro nomine proferendis eliciuntur, quædam ipsam substantiam quotam reddunt, vt Numerus, seu Discreta quantitas, quæ diuisionis iam consummatæ vim continere videtur. Quædam quantam, vt quantitas Continua, quæ primam rerum diuisibilitatem obiicit. Quædam aliam quandam Denominationem illi addunt ex multiplici seu forma & figura, seu passione & passibili qualitate, seu naturali potentia vel impotentia, seu habitu ac dispositione. Hæc tamen communi Qualitatis nomine signari solent, sicuti Numerus ac Continua quantitas communem Quantitatis vocem admittunt.

Animaduertendum verò est, non tantùm substantiam vi quantitatis denominari Quantam, sed etiam Tempus, Locum, Orationem quoque, ac cæteras actiones & passiones, quorum tamen nullum Quantitatis vocem abstractè admittit. Neque enim primò diuisibilia sunt, vt ipsa quantitas. Supradictarum autem Denominationum vnaquæque ex his elicitur quæ verè permanentia sunt, & omnino intrinseca ipsi substantiæ cui adhærent.

Relatio verò omnis, quæ ex Relatiuorum abstracta conceptione deducitur, atque vnicam conceptibilium seriem parit, licet permanens sit, substantiæ tamen cui adhæret non est omnino intrinseca, sed partim intrinseca, partim extrinseca. Quare tanquam media constituitur inter Abstracta eorum quæ puro Nomine explicantur, & eorum quæ Verbali nomine sunt proferenda, ac reliquorum. Ea quæ à Verbis eliciuntur cum Relatione conueniunt, quoniam substantiæ cui inhærent partim intrinseca partim extrinseca sunt. Differunt autem ab eadem, quoniam Permanentia carent, sed influxu quodam constituuntur, seu certè Durationem vtcunque connotant. Cætera vero, permanentia quidem sunt, sed substantiæ cui inhærent omnino extrinseca. Quæ ex Verbis eliciuntur ad duas præcipuas series deducenda videntur, ad Actionem scilicet & Passionem. Reliqua Substantiæ omnino extrinseca quatuor series patient. Eam videlicet quæ dicitur Vbi, quæque elicitur ex Re, quatenus est in loco, vt puta Domi, seu in Platea. Eam, quæ Quando appellatur, quæque colligitur ex Re quatenus est in tempore, vt puta Hoc tempore. Hanc autem rerum seriem, sicut & seriem Loci, & duas posteriores, ideo permanentia continere diximus, quoniam temporis fluxum respicit, non quatenus est huiusmodi, sed quatenus definitur ac permanentium naturam exercet.

Tertia Rerum series, omnino extrinseca substantiæ, cui aptatur, oritur ex Rei, Quantitatis, & figuræ relatione, quatenus aliorum quantitatem figuramve associat, seu aliter respicit, & situs denominatur, vt puta Erectus, Pronus.

Quarta econtra, oritur ex relatione alienæ quantitatis & figuræ, propriam quantitatem & figuram associantis, seu aliter respicientis, & dicitur Habere, vt puta, armatus, vestitus. His autem sex postremis Rerum conceptibilium seriebus commune est oriri ex Relatiuorum concursu. Nam ipsa relatiua, dum actu concurrunt, exuunt relatiuam simúlque denominatiuam naturam, atque, prout vnicuique conuenit, deducuntur ad certam Absolutorum seriem. Idque ex eo conicere licet, quod, hac copulatione remota, concurrentes partes ad Relationis seriem reuertuntur. Licet enim Actio & Passio ingrediantur Actionis & Passionis series, Agens tamen & Patiens relatiua sunt.

Idem etiam facilè demonstrari potest circa Locum, vt non adhuc continet, sed vt contentiuus est, nec non circa Tempus, vt non adhuc definitum, sed vt definibile est, circa figuram, vt non adhuc collocata, sed vt collocabilis, & circa vestem, vt non adhuc induta, sed vt inducenda. Horum enim vnumquodque vt sic acceptum, non pertinebit ad seriem seu Loci, seu Temporis, seu Situs, seu Habere, sed tantùm ad Relationis seriem.

Harum serierum vnaquæque complectitur vniuersalia, & non vniuersalia. Cùm enim ea, quæ in singulis seriebus continentur, neque idem penitus, neque diuersa esse possint, necessarium est, vt in aliquibus conueniant, (ex quo Communia & Vniuersalia constituuntur) & in aliquibus differant, quod tandem ad non vniuersalia perducit. Vniuersalium autem quædam fortasse dicenda erunt Analoga, quædam Vniuoca. Quod tamen circa Relationis seriem locum habere non videtur. Relatiua enim omnia ex eadem penitus ratione Relationi subiiciuntur, ex eo scilicet, quod ad Aliud dicantur.

CAPVT VII.

De singulorum Prædicamentorum proprietatibus.

SVBITANTIÆ, vt substantia est, proprium videtur esse, continere vim primam seu agendi, seu recipiendi. Quinetiam illi fortasse conuenit, nulla ratione recipere Magis seu Minus, nisi fortè respectu illorum, per quæ perfectiùs seu imperfectiùs propria munia exercere potest, quæ maiorem minorémque perfectionem admittunt. Quod tamen ascribendum est potius Accidentibus, substantiæ ministrantibus, quàm ipsi substantiæ. Et hæc quidem conueniunt tantùm substantiis singularibus, ac particularibus, non autem vniuersalibus.

Numerus conuenit cum communi substantia, quoniam nulla ratione recipit Magis seu Minus. ab eadem verò quàm maximè differt, quoniam illi nulla agendi patiendive vis decenter aptari potest.

Quantitas sicuti ex diuisione efficitur minor, ita ex alterius quantitatis adiectione efficitur maior.

Inter Qualitatis series, forma & figura circa quantitatem continuam præcipuè versantur, atque Absolutorum naturam perfectè retinent. Reliquæ verò ad Relationem quàm maximè propensæ sunt.

Formæ igitur atque figuræ conueniunt cum Quan-

ritate, quoniam reſpectu extenſionis adaugeri ac diminui poſſunt: ab eadem tamen Quantitate differuot, quoniam tametſi nullam agendi ſeu patieodi vim afferant ſubſtantiæ cui adhærent, vtcumque tamen deſeruiunt Actioni tāquam inſtrumentum, Paſſioni verò taoquam diſpoſitio.

Paſſio & paſſibilis qualitas, ſubſtantiæ, cui inhærent, agendi vim ſeu patiendi aptitudinem videotur afferre, vel certè actionem Paſſiooémve conſequuntur. Illis etiam propriiſſimum eſt, reſpectu intentioois admittere Magis ac Minus: quod tameo de mediis illarum gradibus eſt intelligeodum: nam, quæ ſummè intenſæ ſunt, vlterius intendi non poſſunt.

Naturalis potentia vel impotentia, quæ videtur oriri ex concurſu duarum qualitatis ſpecierum iam conſtitutarum, recipit Magis ac Minus, reſpectu virtutis quæ firmior, ſeu infirmior eſſe poteſt. Huic propriū eſt, Subſtaotiæ coi ineſt afferre agendi vel patiendi vim, ſeu illius priuationem.

Habitus & Diſpoſitio præcipuè inſeruire videntur Naturali potentiæ vel impotentiæ ſeu firmandæ ſeu debilitandæ: quare hac etiam ratione reſpicient Actionē ſeu Paſſionem. Illis proprium eſt admittere Magis ac Minus, idque reſpectu tum perſectioris vel imperſectioris gradus, tum firmioris inhærentiæ vel minus perſectæ.

Relationis vis admirabilis omnino eſt: nam pluribus rationibus extenditur ad vnamquamque Rerum ſeriem & ad ſingulas vniuſcuiuſque partes, ſeu communes, ſeu propriæ, ſeu analogæ, ſeu vniuocæ ſint: atque, vt ad actū deducitur, vnumquodque cooiungit ſeu ſeparat. Illius partes enumerare neque Logici munus eſt, oeque certæ alicuius Scientiæ, ſed vnaquæque ſpeculatio atq; ſcientia, pro ſubiectorum ſuorum latitudioe atque limitibus, demonſtrat certas quaſdam relationes. Manifeſtum tamen eſt, eas, quæ à noſtra hac facultate reſpiciuntur, eſſe cæterarum omnium communiſſimas, & reliquarum omnium rationem vtcumque complecti. Hoc autem clarius admodum intuebimur, cùm de totius huius Doctrinæ vſu agendum erit.

Actionis & Paſſionis ſeriebus proprium videtur, recipere Magis ac Minus, oon taotùm reſpectu Extenſionis & Intentionis, ſed Velocitatis etiā ac Perſeuerantię.

Quatuor poſtremi Accidentium ordines, qui ſunt omnino exteriores Subſtantiæ cui conueniunt, nullum Accidens recipiunt, neque enim Res ad infinitum deduci poſſunt. Ideóque etiam Magis ac Minus penitus ſubterfugiunt. Omnis autem illorum diuerſitas accidentalis ortum ducit ex diuerſis cæterotom Accidentium concurſibus atque relatiunibus.

Capvt VIII.

De Conceptuum ſimplicium, Rerúmque ſimpliciter conceptibilium relationibus: ſimúlque de Terminis & Copula de Prædicato & ſubiecto.

Oncipiendi rationes multiplices non tantùm cōſtituunt diſtinctionem Conceptuū ſimplicium Rerúmque ſimpliciter conceptibilium: ſed eoſdem etiam Conceptus, ſimúlq; Res ſic conceptas, idooeas atque aptas reddunt ad exercendas mutuas relationes, prout vniuſcuiuſque naturæ cooueuit. Harum relationum vnaquæque certas deoominationes expoſcit, certáſque proprietates inducit. Illa verò videtur prior atque ſimplicior, quæ pendet ex certa Conceptibilium aptitudine mutuæ copolationis admittendæ, & ex certa eiuſdem copulationis cōſummandæ virtute. Ex hac igitur relatione, Coniungendi virtus, Copulæ: ipſa vero coniungibilia, Terminorum denominationem conſecuta ſunt. Terminis proprium erit, Nomine tantum proferri poſſe, ſeu alia Orationis parte, quæ Nominis vim ſeu explicitè ſeu implicitè complectatur, quatenus huiuſmodi vim complectitur. Copulæ verò admittent expreſſionem, tantummodo vi Verborum, vt verbalem naturam retinent, & indicatiuè proferuntur. Dum autem Verba, etſi alicuius Termini partes ſuſtineot, ſemper reſolui poſſunt in Participium, atque in aliud Verbum, ſententia nullatenus immutata, vtputa dum dicitur, Homo currit. Quæ ſententia, Verbo ad Participium reſoluto, ſimiliter proſertur, dum dicitur, Homo eſt currens.

Hoc tamen ſemel tantùm euenire poteſt: Verbo enim ſemel reſoluto, Verbum, Eſt, quod Participio annectitur, verbalem naturam ea ratione retinet, vt vlteriorem reſolutionem non patiatur. Idcóque Copulæ tantummodo munia ſuſtinet.

Huic primæ Cooceptibilium relationi illa adiungitur, qua Termioi propriori quadam ratione ad ſe inuicem referuntur. Nam illorum aliquis oeceſſariò Copulationem ingreditur tanquam manifeſtabilis ſimúlque ſuſtinens, aliquis verò tanquam manifeſtans atque ſoſtinenti adiunctus. Ex huiuſmodi autem relatione, Terminus ſuſtioens, Subiecti vocem ſortitus eſt: Adiunctus verò Prædicati. Subiecto, vt ſobiectum eſt, proprium videtur eſſe Nominis vi, explicitè prolati, tantummodò proferri, ita tamen vt Verborum Modus infinitus non repellatur, quem diximus Nominum naturam æmulari. Eidem etiam ſubiecto Subſtantiua atque Abſoluta conceptio ea ratiooe conueniunt, vt ſi denominatiuum ſeu relatiuom aliquod aſſumatur ad ſubiecti locum, aſſumi tantummodo poſſit ex ſubſtantiua atque Abſoluta conceptione. Ideóque dum (exempli gratia) dicitur, Album eſt coloratum, vox Albi præcipuè ſubiicit rem ſubſtaotiuam atque abſolutam, cui albedo ineſt. Simili etiam ratiooe dum dicitur, Pater eſt philoſophus, illum præcipuè ſubiicimus, cui accidit Patrem eſſe, quíqoe verè ſubſtantiuam atque abſolutam conceptionem exercet. Hæc autem ſubſtantiua & abſoluta conceptio, quæ Subiecto quam maximè conuenit, indiſtinctè copulari poteſt conceptioni tam Concretæ, quam Abſtractæ. Homo namque concretè acceptus, & Albedo abſtractè, & reliqua eorundem ordinum, Subiecti partes decentiſſimè ſuſtineot.

Prædicatum, vt prædicatom, ſeu explicitè ſeu implicitè Nominis vim complectatur, non incongruè de Subiecto prædicari poterit. Quatenus enim Nomen implicitè continet, Copulæ etiam virtutem complectitur: vt puta dum dicitur, Homo currit, quæ illi æquipollet qua dicitur, Humo eſt currens. Eidem prædicato eſt proprium umnes concipiendi rationes admittere: ideóque illius vi ſingula adiongi poſſunt, prout vniuſcuiuſque natura patitur. Quemadmodum autem Prædicatum omnes coocipiendi rationes decentiſſimè ſuſtinet, ita omnem Signorum additionem repellit: nam ad Subiecti manifeſtationem pertinet. Itaque ſicoti ab ipſius Subiecti vniuerſitate deficere non poteſt, ita neque propriæ vniuerſitatis vim vltra illius limites extendere atque exercere. Subiecti autem manifeſtatio, adimplenda Prædicati virtute, conſummari ſolet aliquando ex certæ alicoius rei adiunctione, aliqoando ex certæ alicuius rei remotione. Quapropter ex Prædicati adiectione ſemper quidem certa animi conceptio Subiecto adiungitur: at ex huiuſmodi adiectione non ſemper deootatur Rei conceptæ adiectio, ſed ſæpè ſeiunctio. Dum rei conceptio, & res ipſa Subiecto adiungitur, Prædicatum affirmatiuum appellandum erit: illius enim copulatio affirmationem conſtituit. Dum conceptio taotùm annectitor, res verò concepta reiicitur, Negatio conſtituetur, ipſúmque Prædicatum Negatiuum dicetur.

Et hæ quidem denominationes aptandæ etiam erunt ipſi Copulæ, cuius vi tam Affirmatio, quam Negatio conſummanda eſt. Quatenus autem ipſa Copula ſit affirmatiua, proferetur abſque vlla additione, vt puta, dum dicimus, Homo eſt animal. Quatenus ſit negatiua, ſignum, Non, illi præponendum erit, vt puta dum dicitur, Homo non eſt lapis.

Capvt IX.

De Relationibus tum affirmatiuis, tum negatiuis, quæ ex mutuis conceptibilium copulationibus tum affirmatiuis, tum negatiuis oriuntur, ſimúlque de diuerſis, de genere, de ſpecie, & de indiuiduis.

NARRATIS Relationibus illæ accedunt, quæ ortum ducunt ex eorundem Conceptibilium mutuis copulationibus tum affirmatiuis, tum negatiuis, Naturæ diſpoſitioni congruis. Has autem quatuor ordinum eſſe manifeſtum eſt, quædam enim conſtituuntur ex plurium conceptibilium ſeriebus, quatenus propriam concipiendi rationem retinentes ſe mutuò reſpiciunt. Quædam pendent ex mutuo intuitu eorum quæ eandem Conceptibilium ſeriem ingrediuntur. Quædam oriri ſolent ex aſſociatione plurium ſerierum, quatenus ex concreta ſimúlque denominatiua conceptione ſeu inter ſe copulantur, ſeu ab inuicem diſiunguntur. Quædam demum exurgunt ex plurium tum eiuſdem tum non eiuſdem ſeriei aſſociatione, quatenus ex concreta ſimúlque relatiua conceptione concurrunt ad certum aliquod ſeu conſtituendum ſeu deſtituendum. Si diſtinctæ rerum Conceptibilium ſeries ad inuicem referantur, & ſingulæ propriam concipiendi rationem retineant, (ita ſcilicet, vt quæ ad Subſtantiam pertinent, concretè concipiantur, quæ verò ad Accidentium ſeries, abſtractè) illarum vnaquæque vnà cum his, quæ à ſingulis continentur, ab vnaquaque diuerſa erit: nam ſicuti ſubſtantia diſtinguitur à numero, à quantitate continua, à quacumq; qualitate, à relatione, atque à cæteris rerum conceptibilium ſeriebus, ita illarum vnaquæque ab vnaquaque ſeiungitur. Hæ igitur ſeries ſic conceptæ, negatiuè tantummodo inter ſe annectentur, non autem affirmatiuè. Illa, quę eandem conceptibilium ſeriem ingrediuntur, neque inter ſe omnino conueniunt, neque omnino diſcrepant, pluréſque vniuerſalitatis gradus complectûtur, duabus rationibus ad inuicem referri poterunt, quatenus ſcilicet in eodem gradu vniuerſalitatis non conueniunt, & quatenus in eodem conueniunt. Ex ea relatione, quæ oritur ex diuerſo vniuerſalitatis gradu, ſemper affirmatiuè inter ſe copulari poterunt, ita tamen vt id quod eſt vniuerſalius prædicetur de eo quod eſt minus vniuerſale, & non econtra. Et ex hac quidem prædicationis exercendæ virtute ſingulæ conceptibilium ſeries certi alicuius Prædicamēti nomen obtinuêre, ſicut etiam id quod eſt magis vniuerſale, & prædicatur de alio vniuerſali, Generis denominationem eſt conſequutum, Vniuerſale verò, quod illi ſubiicitur, ſpecies appellatur. Hæc autem cum vniuerſalis ſit, prædicari poterit de particularibus ab ea comprehenſis, ipſáque particularia ex huiuſmodi relatione, Indiuidua dici conſueuêre. Harum prædicationum vnaquæque in Quid exercenda erit, vt ſcilicet pertineat ad reſponſionem illius interrogationis, qua Rei natura inquiritur: Prædicatum enim vniuerſalius ſpectat ad eſſentiam Subiecti minus vniuerſalis, & ex eadem ſerie accepti. Sicut igitur Genus prædicatur de Specie in Quid, vt puta dum dicitur, Homo eſt animal: ita Species de Indiuiduis in Quid prædicabitur, vt puta dum dicitur, Socrates eſt homo.

Quoniam verò in vnaquaque rerum conceptibilium ſerie magis ac minus vniuerſalia ea ratione admittenda ſunt vt neutra ex parte Res poſſint deduci ad infinitum in vnaquaque conceptibilium ſerie, ſeu in vnoquoque prædicamento, admittenda erunt & Genus communiſſimum & Species, quæ de nullo alio vniuerſali prædicari poſsint. Et ipſum quidem communiſſimum genus, Genus generaliſſimum appellatum eſt, Species verò, vltimum locum obtinens inter vniuerſalia, Speciei ſpecialiſſimæ denominationem accepit. Media verò decentiſſimè dici ſolent & Genera ſubalterna & ſpecies ſubalternæ. quatenus enim de minus vniuerſalibus prædicantur Generis munia ſuſtinent, ſpeciei verò quatenus de magis vniuerſalibus, ſubiiciuntur. Vniuerſalia, quibus conuenit affirmari de multis, quatenus reſpectu Prædicabilium vniuerſaliorum retinent partes ſubiecti, admittunt additionem ſignorum tam communium quam particularium, Mediorum autem omnino refugiunt: ſicut enim decentiſſimè dicitur, Omnis homo eſt animal, & Hic homo eſt animal, ita nullo pacto dicendum eſt, Hominum pars maior eſt animal. Copula quoque, dum Prædicatum eſt huiuſmodi, proferenda erit abſque vlla additione: neq; enim dicendum eſt, Homo veris tempore, ſeu, hoc tempore eſt animal: nam ea quæ vniuerſaliter inſunt, ſicuti ſingulis inſunt, ita ſemper & vbique ioſunt.

Vtrum autem Analoga conceptio aptari ſeu nō aptari poſſit ſingulis Rerū ordinibus, vt ab aliis ſeiungūtur, noſtra hęc Contēplatio nihil cōtinere videtur quod ad id ſeu aſſerendū ſeu negandū nos dirigat. Ideóq; id ex Rerum ipſarum ſpeculationibus eliciendum erit. Illud tamen compertum eſt, admittendam eſſe Communiſſimam conceptionem, quæ de vnaquaque Rerū ſerie prædicari poſſit, hāncque Analogicè neceſſariò prædicari. Analoga enim conceptio, quæ neque rē communē, neq; communem rerum gradum obiicit, ſed communē tantum conceptibilitatem, communior eſt vniuoca conceptione, quæ ſemper rem communem ſeu rerum communem gradum attingit. Siquis autem interroget, an communiſſima hæc conceptio concreta vel abſtracta ſit, reſpondendum fortaſſe erit, vtramque harum conceptionum vel indeterminatè ab ea recipi, vel vtcumque in ea copulari. Superius enim conſtitutum eſt, neque concreta de abſtractis, neque abſtracta de concretis ita affirmari poſſe, vt concretum ſit abſtractū, aut abſtractum concretum. Quapropter, ſi communiſſima conceptio eſſet ſimpliciter cōcreta, rectè quidem prædicaretur de Subſtantiarum ſerie concreta: ſed de Accidentium ſeriebus, quæ Abſtracta tantummodo complectuntur, dici non poſſet. Econtra verò, ſi ſimpliciter abſtracta eſſet, aptaretur tantummodo Accidentiū ſeriebus, non autē ſubſtantiarum ſeriei.

Præterea, præſtantiſſimarum rerum natura eſt huiuſmodi, vt concreta & abſtracta illarum conceptio nihil diuerſum obiiciat, vt puta Deus & Deitas. Itaque manifeſtum eſt, Communiſſimum genus analogum vtroque modo de his prædicari poſſe: ſicut enim rectè dicimus, Deus eſt Ens, ita etiam quā tutiſſimè dicere licet, Deitas eſt Ens, quod nullo pacto liceret, ſi communiſſima Entis conceptio ſeu ſimpliciter concreta eſſet, ſeu ſimpliciter abſtracta. Animaduertendum tamen exiſtimamus, ſi res (vt reipſa ſunt) attendantur, Communiſſimam hanc cooceptiooem concretam potius eſſe, quàm abſtractam, quæ ex rationis conatu elici ſolet: patet enim neq; quantitatem, neq; qualitatē alia ratione dari poſſe, niſi quia Quantum & Quale datur: idémque compertū eſt euenire tum in cæteris rerum ſeriebus, tum etiam in his in quibus abſtractum & concretū idem ſunt. Quamobrem rectiſſimè aſſeruêre dicētes, horum vnumquodque appellandum eſſe Ens, non quia Ens, ſed quia Entis.

Eandem ob cauſam etiam ſcientia exercenda erit primo circa Subſtantias, conſequenter verò circa Accidentia.

Numerus tamen & Quantitas, quoniam magis adhærent ſubſtantiæ, propriori quadam ratione contēplationem admittunt, licet non ex propria exiſtendi vi, ſed potius ex humanæ rationis conatu.

At quoniam ſuperius à nobis ſancitū eſt, Ea, quę Participio proferuntur, Denominatiuā potius quā Subſtantiuam conceptionem exercere, animaduertendum videtur, Genus analogum communiſſimum, licet proferri ſoleat Entis voce, quæ Participij naturam retinet, verè tamen requirere ſubſtantiuam conceptionem, haud ſecus quā ſi Rei nomen proferatur. Ideóq; decentius loqui videntur proferentes nō Ens, ſed id quod eſt. Cōmuniſſimo igitur generi, quod neceſſariò eſt analogū, propriſſimū erit ſubſtantiuā & abſolutā conceptionē ea ratione recipere, vt cōcretæ & abſtractæ cōceptionis vim

complectatur. Ideoque de omnibus, quæ seu cócretam seu abstractam conceptionem exerceant, affirmatiuè prædicari poterit.

Specierum autem analogarum, quædam prædicabiles erunt, & iccirco generis vniuoci communissimi partes exercere poterunt, vt puta Corpus corruptibile: quædam verò non erunt prædicabiles, vt puta Deus. Et hæ quidem ita Species specialissimæ appellandæ erunt, vt dum propriæ naturæ vim indiuisibiliter complectuntur, simul indiuidui sustineant partes: quæ tamen Indiuidua dicenda erunt potius singularia quàm particularia, cùm ea quæ speciebus specialissimus vniuocis subiiciuntur, particularia potius quam singularia appellari possint.

Horum autem tum singularium tum particularium conceptio nullam signorum additionem patitur: neque enim dicendum est, Omnis Deus, Aliquis Deus, Hic Deus, siue, Omnis Socrates, Aliquis Socrates, & Hic Socrates, nisi fortè dum Vocum æquiuocatio timenda est.

CAPVT X.

De differentiis ac proprietatibus: de Definibili ac proprio subiecto.

RERVM conceptibilium eandem seriem ingredientium, atque ex vario Vniuersitatis gradu disiunctarum Relationes ita explicatæ sint. Quantùm autem ad earum relationes, quæ eandem similiter seriem ingrediuntur, simúlque eandem vniuersalitaté retinent, sciendum est, harum quasdam suscipere affirmatiuam tantummodo copulationem, quasdam verò negatiuam tantummodo.

Quæ affirmatiuè tantummodo copulantur, ea ratione sibi mutuò inhærebunt, vt non tãtùm subiectum absque Prædicato dari nõ possit, sicut in generis ac speciei copulationibus euenit, sed neque Prædicatum extra Subiectum reperiatur, quod eisdem generis ac speciei copulationibus negatum est: etenim genus, cùm sit specie communius, necesse est etiam extra illam inueniri posse.

In huiusmodi autem copulationibus, Prædicatum duorum alterum subiecto adiungit, videlicet vel ipsius subiecti constituentem, ac maximè essentialem virtutem, vel ea quæ eandem virtutem primò atque essentialiter consequuntur: neque enim præter hæc aliquid inueniri potest quod Subiecto affirmatiuè addatur atque vniuersale æqualiter sit. Dum Prædicatum profert virtutem maximè essentialem ac constituentem, assumit nomen Differentiæ constituentis, simúlque adæquatæ ac definietis. Subiectum verò ex huiusmodi relatione Definibile dicendum erit. Horum exemplum ex ipso homine ac rationali accipere licet: rationale enim est hominis differentia adæquata atque constituens, homo verò ex rationalis adiectione definitur atq; explicatur. Dum Prædicatum ea proponit quæ primò ac essentialiter consequuntur propriam Subiecti virtutem, prædicatum ex huiusmodi relatione Proprietatis vocem consequitur. Subiectum verò Subiectum proprium dicendum erit. Horum exemplum præbere possunt Homo, atque risibilis: risibilis enim est hominis proprietas, homo autem huius proprietatis subiectum proprium. Huiusmodi autem differentiæ ac proprietates catenus Subiecti prædicamentum ingrediuntur, quatenus simpliciter referunt internam illius vim in qua virtualiter continentur. Quatenus verò huiusmodi vis, in qua continentur initia relationis, effluit, ad aliam Prædicamenti seriem deducenda erit, neque proponet amplius differentiam seu proprietatem, sed differentiæ ac proprietatis vsum. Hæ autem differentiæ ac proprietates conueniunt tantummodo vniuersalibus atque singularibus, quæ speciei partes sustinere possunt, particularibus verò non aptantur: neque enim Socrates, seu Plato ex certa differentia particulari constituitur, sed ex certa tantummodo contractione communioris differentiæ. Quapropter, certas similiter specificarum proprietatum contractiones recipient. Ipsæ autem differentiæ ac proprietates propriori quadam prærogatiua conueniunt his quæ substantiæ prædicamentum ingrediuntur. Differentiarum tamen ac proprietatum vsus clarius recipiunt ea prædicamenta, quæ absoluta ac permanentia sunt, vt puta Numerus, Quantitas, & Qualitatum ordines. Relationum verò differẽtiæ ac proprietates omnes videntur consequi tantummodo rerum relatarum naturam, idemque Actioni ac Passioni fortasse euenit: harũ enim vnaquæque oritur ex relatiuorum consensu. Reliquis remotioribus Rerum ordinibus nullæ differentiæ seu proprietates aptari possunt, nisi fortè ex cæterarum rerum annexionibus. Et hæc quidem Rationi omnino consona sunt. nam, si vnaquæq; rerum series ex propriæ differentiç ac proprietatum vi posset remotiora recipere & noua parere, infinitæ Rerum series exorirentur, harúmque copulatio consummatione careret, quam tamen decentissimè adimpleri manifestum est, dum remotiora à prioribus pendent, & priora à remotioribus determinantur.

Vniuersalia autem, quibus differentiæ constituentes & proprietates rectè aptari possunt, necessariò sunt seu species, seu genera, atque horum vnumquodque non eadem ratione. Differentiarum igitur ac proprietatum, quædam Genericæ erunt, quædam specificæ. Eadem etiam admittẽt denominationem tum Specialissimarum, tum Subalternarum, atque etiam Analogarum, & vniuocarum, quatenus scilicet proponunt virtutem primam Generis, vel generalissimi, vel subalterni, & speciei vel specialissimæ, vel subalternæ, & Analogorum, siue Vniuocorum, atque ea, quæ primam virtutem consequuntur. Easdem etiam ob causas, tam differentiarum, quàm proprietatum, quædam erunt magis communes, quædã verò minus communes, prout aptari possunt generibus ac speciebus magis ac minus communibus. Et illæ quidem, quæ magis communes sunt, prædicari poterunt de minus communibus tum speciebus tum differentiis ac proprietatibus, neque ideo infirmabitur veritas eorum quæ superius constituta sunt circa genera ac species: differentiæ enim ac proprietates, quatenus de minus communibus prædicantur, suscipiunt atque exercent naturam generis: quatenus verò eisdem subiiciuntur, Speciei. Quamuis autem propriissimum Differentiæ opus sit constituere, illi tamen decentissimè aptari potest etiam Diuisibilitas, ex qua colligenda est omnis rerum diuersitas. neque enim Genus, Speciebus vniuersalius, ad Species contractiores deduci posset, nisi differentia, ipsum constitués, diuersimodè contrahi posset, atque ex huiusmodi contractionibus cõstituere plures species sub eodem Genere. Hoc tamen non conuenit Differentiis, species specialissimas constituentibus: hæ enim indiuisibiles sunt. Proprium autem differt ab ipsa Differentia, quoniã constituendi vi caret, & essentialiter est consecutiuum. Differt etiam ab eadem differentia, quoniam ipsa respectu cuiuscunque generis vel speciei, (cuiuscunque ordinis sint) vna tantummodo est.

Proprietates autem sæpius sunt plures. quemadmodum enim posito aliquo genere, vel specie aliqua, atque vniuscuiusque differentia constituta, aliqua Proprietas consequitur, ita etiam accidere potest, atque sæpius accidit, vt prima proprietate posita alia consequatur quæ secundum teneat locum, Secundam consequatur tertia, Tertiam quarta, atque ad ampliorem etiam numerũ deueniatur, ita tamen, vt infinitum omnino vitetur, sed in illis terminus constituatur, ex quibus apparere potest quonam pacto Res, cuius proprietates rimamur, communem Rerum omnium ordinem ingrediatur, in eoque proprium bonum seu aliis impertiatur, seu ab aliis recipiat, seu etiam vtrumque præstet.

Euenit etiam, dum id quod constituitur simplex non est sed compositum, vt duæ proprietates seu duo quæ ad proprietatem pertinent, Rei constitutionem primò consequantur, quod rebus corruptibilibus quam maxime conuenit, vt ex scientia Naturæ constare poterit.

Proprietatum autem, (prout magis minúsve Essentiæ adhæ-

adhærent) quædam erunt magis absolutæ, quàm relatiuæ quædam magis relatiuæ, quàm absolutæ. Absolutarum etiam, quædam erunt Primæ, quædam Non primę, sicut relatiuarum quędam constituent relationem internam, quædam verò externam. Horum tamen vnumquodque de illis proprietatibus est intelligendum, quæ Substantias consequuntur. Reliqua verò, quæ ex Relatiuorum concursu exoriuntur, vel paucis, vel nullis proprietatibus fulciuntur, siue quoniam iam ingrediuntur communem ordinem, siue quoniam ita ad illum accedunt, vt proprietatum multitudine ad illum deducenda non sint, sed vel pauca sufficiant, vel nulla requirantur.

Capvt XI.

De differentiarum proprietatúmque analogarum ac vniuocarum natura & proprietatibus.

Svbstantivorvm absolutorum ac concretorum differentiæ semper respiciunt aliquam subiecti virtutem, prout illius naturę conuenire potest. Et siquidem differentia sit analoga & communissima, illi proprium erit à nulla certa determinatáque virtute procedere: ita enim tantummodo communissimo generi absoluto, omnia comprehendenti proportione respondebit. Differentiis analogis specificis proprium erit inniti variis operandi ac essendi modis, illorúmque virtute specierum naturam exprimere. Et hæ quidem prius Nobilissimam constituent speciem, reliquas verò posterius, ea serie seruata qua à Perfectissima recedunt: cùm enim innitantur operandi modis, nisi perfectissimi præcedant conceptus, Imperfectiores oriri aut dari non possunt.

Differentiæ vniuocæ, Substantiuum atque absolutum aliquod constituentes, semper innitentur alicui actioni determinatæ: ita enim tantummodo Enti reali atque vniuoco rectè aptari possunt. Prius igitur Rerum essentiam proponent, postea verò essendi atque operandi modos. Et si quidem sint generalissimæ, innitentur illi rei aut actioni quæ cæteras omnes, quæ sub eodem genere continentur, præcedit, & ab illarum vnaquaque supponitur, ob ídque cæterarum omnium erit imperfectissima.

Differentiæ vniuocæ subalternæ ita communissimam contrahent, vt prius imperfectissimam constituant speciem, gradatim autem perfectiores, quousque ad perfectissimam deueniatur, quæ comprehendens omnes huiusce generis perfectiones, perfectionem maiorem non admittit. Et harum vnaquæque pro Specierum dignitate innitetur virtuti nobiliori vel ignobiliori. Dum autem perfectiores gradus imperfectioribus adduntur, neque commiscentur rerum naturæ speciésve, neque plures species constituuntur, sed vnica species, quæ, licet virtute sit multiplex, rerum tamen perfectarum multitudinem omnem repellit. minus enim perfecti gradus ex perfectioris additione perducuntur ad nouum Essendi ordinem, ex quo rerum species verè consistunt.

Proprietates eorundem absolutorum substantiuorum ac concretorum, quatenus pendent à generibus analogis, non procedunt à genere, tanquam à causa reali. nam analoga certo rerum gradui non innituntur, sed ab eo ortum ducunt, quatenus ratione percipi potest. Data siquidem generici conceptus veritate, multorum etiam aliorum veritatem dari necesse est. Hæ igitur proprietates, quatenus generalissimæ sint, erunt omnino indeterminatæ, quemadmodum etiam est indeterminatum Cõmunissimum genus res omnes comprehendens, & illius differentia constitutiua. Quatenus vero non sint generalissimæ, contrahent proprietates generalissimas, virtute diuersorum modorum, prout de analogis differentiis iam dictum est, eadémque ratione plenam determinationem recipient prius nobiliores, posterius verò ignobiliores.

Quælibet autem proprietas aliis rebus incommunicabilis est, ideóque dum recedunt à perfectissimo modo, necessariò deducuntur ad naturam omnino diuersam, quod analogis etiam differentiis euenire diximus.

Vniuocæ proprietates, eorundem Substantiuorum rationibus iam constitutis, semper oriri solent ex certis rerum aptitudinibus, ob idque etiam determinari prius ad imperfectissimam speciem, postea verò ad eas quę perfectiores sunt, Ita tamen vt proprietates, quæ cõueniunt imperfectioribus speciebus, ratione proprij gradus sint omnino incommunicabiles, licet quatenus perfectioribus annectantur, ad perfectiores modos atque vsus perduci possint.

Specialissimis proprietatibus vniuocis proprium erit, nullam absolutam determinationem admittere, seu respectu modi essentialis, seu respectu Naturæ. Quamobrem omnis illarum diuersitas ortum ducit seu ex variis relationibus, seu ex aliquorum Accidentium additione.

Capvt XII.

De relationibus, ex quibus plures res, vnum, seu non vnum, pluribus modis appellari solent, atque de variis earundem oppositionibus.

His sic constitutis explicandæ sunt relationes ac relationum differentiæ illorum quæ sunt eiusdem seriei, seu prædicamenti, simúlque eiusdem vniuersalitatis, & negatiuè tantummodo copulari possunt. Accipimus autem vnicuique rerum conceptibilium ordini commune esse, contineri sub genere aliquo communissimo, tum vniuoco, tum analogo, (quod vniuoci communitatem excedit) simúlque complecti genera Subalterna, quæ Genus generalissimum diuidant, & Species specialissimas, quæ eadem genera Subalterna diuidant, atque etiam Indiuidua, quæ Species specialissimas contrahant. Sicut igitur hæc omnia respectu generalissimi generis vniuoci vnũ sunt, ita, quatenus communissimum genus diuidũt, necessario diuersa erunt, Siquis enim hoc neget, concedat necesse est, Omnia vnum atque idem esse, omnémq; differentiarum vim aufferẽdam. Hæc verò vniuersalitas plurium ordinum est: Itaque ea, ea quibus generalissimi generis distinctiones priores pendent, in ipso generalissimo genere Vnum tantummodo appellandą erunt: In genere verò Subalterno Diuersa, vt puta Corpora inanimata & Corpora animata, seu sentientia & non sentientia, quæ, vt corpora, vnum sunt, vt talia corporum genera, diuersa, Ea, quæ ipsa etiam genera subalterna diuidunt, ab ac Species specialissimas deducunt, Vnum erunt non tantum in genere generalissimo, sed etiam in generibus subalternis. Respectu vero Speciei diuersa: vt puta homo, leo, bos.

Indiuidua demum, quæ ab eadem Specie continentur, atque eandem multipliciter contrahunt, Specie vnum sunt, & solo numero diuersa.

Siquis autem ea, quæ continentur à genere vniuoco, illis conferat quæ omnem vniuocationem excedunt, ita tamen vt eidem analogo subsint, vt puta Deus, & homo, percipiet hæc plusquam genere differre. Et hæ quidem tam diuersitatum quam vnitatum rationes multiplices, communes sunt singulis seriebus rerum conceptibilium ita tamen vt diuersitatis vis pro vniuscuiusque natura non parum immutari possit: quod intelligendum est de diuersitate Generum ac Specierum. Indiuidua enim semper retinent simplicem distinctionem ex solo numero acceptam. Euenit igitur vt Substantiarum diuersitas simpliciter formalis appellari possit, quoniam vtrúmque oppositorum continet certam agendi vim, cui actio oppositis generis seu speciei non aduersatur.

Numerorum ac continuarum quãtitatum oppositiones in eo discrepare videntur à Substantiarum oppositionibus, quoniam inducere solent non agendi vim,

ſed paſſiuam aptitudinem, qua diuiſionem recipere ſeu non recipere poſſunt. Itaque tales oppoſitiones appellandæ erunt non formales, ſed materiales. Figurarum oppoſitiones, mediæ videntur eſſe inter oppoſitiones Subſtantiarum, & eas quæ aptantur numeris ac quantitatibus: ex eo enim quod agendi virtute carent, formales non ſunt, ex eo verò quod actioni deſeruiunt, recedunt à natura illarum quæ ſunt ſimpliciter materiales. Oppoſitio Paſſibilium qualitatum ac paſſionum, non tantùm formalis eſt, ſed etiam contraria. Nam, quæ taliter opponuntur ſe mutuò deſtruunt.

Naturales potentiæ & impotentiæ ita inter ſe opponuntur, vt alterum oppoſitorum ex ſola oppoſitæ virtutis priuatione conſtituatur. Ideóque talis oppoſitio Priuatiuæ nomen ſortita eſt. Habituum ac diſpoſitionum oppoſitiones, pro habituum diſpoſitionúmque differentiis & contrariæ & priuatiuæ appellari poſſunt.

Relatiuorum oppoſitio, quæ pro relatorum natura ac relationum variis fundamentis diuerſa eſt, dum oritur ex ſimplici relatione, continet minimum oppoſitionis, & dicitur relatiua.

Oppoſitiones actionum ac paſſionum conſequuntur naturam agentium & patientium. Quapropter appellari poterunt ſeu ſimpliciter formales, ſeu ſimpliciter materiales, ſeu contrariæ, ſeu non contrariæ. Quatuor poſtremæ rerum conceptibilium ſeries, vt ex ſuperioribus colligere licet, nullam oppoſitionem admittunt, atque iccirco optimè deſeruire ſolent diſtinctioni Indiuiduorum, quæ carent omni oppoſitione. At ſilentio demandandum non eſt, Subſtantiarum oppoſitiones aptari primo concretis, & abſtractis conſequenter. Econtra verò Accidentium oppoſitiones aptari primo abſtractis & concretis conſequenter: ſicuti enim humanitas opponitur formaliter equinitati, quoniam homo & equus formaliter differunt, ita ideo calidum dicitur cõtrarium frigido, quoniam caliditas eſt contraria frigiditati.

Capvt XIII.

De primo ordine relationum, quæ aptari ſolet rebus quatenus exiſtunt, atque ob mutuam copulationem concrete concipiuntur, ex quibus deducendæ ſunt terminorum copulationes Eſſentialis & neceſſaria, Eſſentialis & non Neceſſaria, Neceſſaria & nõ eſſentialis, Nec eſſentialis nec neceſſaria.

Relationes quæ aptari ſolent rebus ſubſiſtentibus, quatenus ob copulationem rerũ plurium ordinum concretam conceptionem admittunt, duorum ordinum ſunt. Primus eas relationes complectitur quæ oriuntur ex aptitudine, qua res, plures rerum ſeries ſeu plura prædicamenta ingredientes, variè copulari poſſunt Subſtantiæ, & ſibi inuicem, ſeu etiam ab inuicem disiungi.

Secundus ordo continet eas relationes, quæ oriri ſolent ex mutuo intuitu plurium ſubſtãtiarum ſeu perfectarum, ſeu imperfectarum, ſeu propriam vim retinentium, ſeu eandem immutantium, ſeu agentium, ſeu non agentium, necnon ex his quæ eaſdem actiones concomitantur.

Earum quæ primum ordinem ingrediuntur, quædam ſunt Eſſentiales, ſimúlque abſolutè neceſſariæ, quædam Eſſentiales & neceſſariæ, non tamen abſolutè, ſed ex alicuius conditionis additione, quædam Neceſſariæ, ſed non eſſentiales, quædam Eſſentiales & accidentaliter non neceſſariæ, quædam Eſſentiales & abſolutè non neceſſariæ, quædam omnino Accidentales, nullá que ex parte ſeu Eſſentiales ſeu neceſſariæ. Illæ ſunt Eſſentiales atque abſolutè neceſſariæ, quæ oriuntur ex vi alicuius naturæ proprietatem ſibi eſſentialem ad vſum deducentis, atque ex certa quadam externi Subiecti aptitudine: vt puta, Animas hominum à Deo creari, ſimúlque ad beatitudinem dirigi. Et hæc quidem prænotari poſſunt communibus ac particularibus ſignis, ſed non mediis. Sicut enim decentiſſimè dicitur, Omnes humanæ animæ à Deo creatæ ſunt, atque ad beatitudinem diriguntur, necnon, Hæc, ſeu illa, ſeu Socratis anima à Deo creata eſt, atque ad beatitudinem dirigitur, ita aſſerere non licet, Animarum partem à Deo creatam eſſe & ad beatitudinem dirigi.

Illæ ſunt Eſſentiales, atque etiam neceſſariæ, non tamen abſolutè, ſed cum alicuius vel aliquarum conditionum appoſitione ſeu ſuppoſitione, in quibus Prædicatum ita eſt eſſentiale & neceſſarium, vt impediri non poſſit: vt puta dum dicitur, Animalia omnia conſequũtur propriæ ſpeciei figuram, niſi Naturæ opus impediatur ſeu corrumpatur, &, Omnis hominum manus habet quinque digitos, niſi Naturæ opus impediatur. Harum autem Subiecta decentius videntur proferri vagè atq; abſque vllo ſigno.

Illæ ſunt Neceſſariæ, ſed non eſſentiales, quæ oriuntur nõ ex forma ſed ex neceſſaria diſpoſitione materiei, vt puta dum dicitur, Omnis coruus eſt niger. Hæ in eo conuenire videntur cum generis ac ſpeciei connexionibus, quoniam illarum Subiectum non inuenitur abſque Prædicato, Prædicatum autem abſque Subiecto inuenitur.

Illæ ſunt Eſſentiales & ex accidenti non neceſſariæ, quæ recedunt à neceſſitate, atque ad contingentia delabuntur ob alicuius conditionis remotionem, vt puta, Hominis manus habet quinque digitos. Harum connexionum veritas cùm à neceſſitate recedat, tutanda erit ex Signorum mediorum additione. Illarum exempla facilè colligi poſſunt ex exemplis Superiorum, dicendo ſcilicet, Animalium pars maxima propriam conſequitur formam, &, Hominis manus, vt in pluribus, habet quinque digitos. Harum autem connexionum vnaquæque etiam disiunctionis vim continet: cum enim concedas, Manus, vt in pluribus, habere quinque digitos, ſequitur, Eas quinque digitis rarò carere. Et hoc quidem facilè demonſtrare poteſt harum connexionum infirmitatem.

Tales connexiones, (dum illarum Subiecta ſunt particularia, ſeu ex Signorum additione particularium vim recipiunt) probabiliter tantùm veritatem proferunt, vel certè ſenſuum teſtimonium exquirunt, vt puta dum dicitur, Socratis manus habet quinque digitos.

Illæ ſunt Eſſentiales & abſolutè non neceſſariæ, quæ ex vſu differentiarum conſtituentium ſeu proprietatum ea ratione colliguntur, vt neque ſemper neque vt in pluribus maneant, vt puta dum dicitur, Socrates actu ratiocinatur, actu ambulat, ſeu actu ridet. Hæ ſemper particulares erunt, & aliquo pacto attinebunt ad Subiecti ſeu bonum ſeu malum, magis tamen ſeu minus, prout ſunt magis ſeu minus eſſentiales. His totidem negatiuè adiungi poſſunt.

Illæ neque Eſſentiales, neque Neceſſariæ ſunt, ſed omnino Accidentales, quarum Subiecta ſimiliter particularia ſunt, Prædicata autem non pertinent ad Subiecti ſeu bonum ſeu malum, vt puta dum dicitur, Socrates eſt albus, & alia huiuſmodi, quæ Accidentia per Accidens dici conſueuere. In horum autem terminorum copulationibus Prædicatum ea ratione Subiecto adiungitur, vt vtrumque ab vtroque disiungi poſſit. Ideóque in eorundem disiunctionibus ipſi Termini eo pacto inter ſe disiungentur, vt etiam coniungi poſſint.

Capvt XIIII.

De ſecundo ordine relationum quæ rebus exiſtentibus aptantur, ex quibus conſtituuntur plures reſpectus Totius tum permanentis, tum ſucceſſiui, ac partium ſuarum.

Inter ſecundi ordinis relationes illa communiſſima eſt, atque ob id etiam prima, qua Totum cõmuniter acceptum refertur ad partes conſtituentes communiter acceptas, & tales

& tales partes tam ad Totum quàm ad se inuicem. Hæ complectuntur cæteras omnes, tanquam species. Harum verò specierum, quædam successionem non complectuntur, quædam successionem respiciunt. Quæ successionem non complectuntur, sed ex omnino permanentibus ortum ducunt, iterum distinguendæ erunt, atque ad quatuor ordines deduci poterunt.

Primum ordinem ea ingrediuntur, quæ ita constituūt quoddam Totum, vt Totius ac partium singularum actio sit eiusdem naturæ, ideóque partes à toto disiunctæ propriam virtutem conseruant: vt puta Aquæ, Aeris, ac Terræ partes. Et hæc quidem pariunt Totum homogeneum, & partes homogeneas. Ad eundem ordinem pertinere videntur rerum coacervatarum collectio, & reliqua, quæ ad inuicem copulantur seu respectu solius numeri, seu respectu solius quantitatis, inducúntque Totum seu numerale, seu quantitatiuum. Ad secundum ordinem deducentur illa quæ plura sunt, & Totum quoddam ita constituunt, vt vnaquæque partium propriam vim amittat, Totúmque tantummodo operetur, partes verò à toto disiungi non possint, vt puta dum liquida miscentur, & reliqua, ex quibos oritur totum ex commixtione. Ad eundem ordinem pertinere videntur gradus qualitatum passibilium, potentiæ & Impotentiæ, habituúmque ac dispositionum, ex quibus oriri solent partes graduales, seu potentiales, seu inceptionis. In tertio ordine illa collocantur, quæ cùm sint plura ac Totum quoddam constituant, remanent quidem partium singularum virtures, quæ etiam diuersæ sunt, sed ipsæ partes propriam virtutem amitrunt, vt puta animalium membra. Hæc pariunt totum organicum & partes organicas: inducunt etiam figurarum partes. Quartus ordo ea continet quæ ita associantur, vt partium vnaquæque & propriam vim retineat, & propria quadam ratione eandem exerceat, atque etiam quatenus disiungi possit, post diuisionem proprium Esse conseruet. Huiusmodi videntur esse Vniuersi sensibilis partes, atque (si humana respiciantur) hominum multitudo ad decentis societatis formam redacta. Talis etiam est atque longè præstantiori ratione associatio singularium, quæ vniuocam prædicationem non admittant, ipsorum scilicet Intelligibilium.

Quæ pariunt Totum aliquod successiuum, & totius successiui sunt partes, duorū ordinū videntur esse: quædam enim ad ipsam successionem simpliciter pertinent, quædam verò ea præterea complectuntur, quæ ad huiusmodi successus exercendos atque consummandos aliqua ratione concurrunt. Priores igitur dicendæ erunt Partes subordinationis: nam ex quadam subordinatione ad successionem pertinent.

Posteriores Partium coocomitantium vocem admittent, quoniam successionem concomitantur.

Partium subordinatarum quædam sunt successionis essentiales, quædam accidentales. Essentialium ex liberis actionibus erit exemplum, consultatio, deliberatio, commissio, executio. Hæ pro actionum diuersitate semper diuersæ erunt, sæpè etiam pauciores & plures. Itaque in ædificatione Partes subordinatæ sunt fundamentorum iactio, murorum constructio, culminis superpositio, & totius operis consummatio. In oratione exordium, narratio, confirmatio, confutatio, & peroratio. Hæ tamen omnes necessariò pertinent vel ad initium, vel ad processus, vel ad consummationem.

Partes subordinationis accidentales illæ sont, quæ ob aliquod accidens requiruntur, vt puta si quis rure existens, & aliquid Senatui persuadere intendens, rhedam conscendat, ciuitatem ingrediatur, togam accipiat, atque in Senatum veniat. Hæc enim omnia accidentaliter persuasionem præcedunt. Nam, si in Senatu existens hoc decreuisset, horum nullum agendum erat.

Partium concomitantium quædam actionem, seu successionem pariunt, ideóque essentiales dicendæ sunt, quædam verò actionem ipsam non constituunt, sed ab ea non disiunguntur, ob idque Accidentales videntur esse, licet fortasse necessariæ.

Partes concomitantiæ essentiales ad denarium numerum redigi possunt, et úntque primò, Ipsa res operās, quę etiam Causa efficiens appellari solet, vt puta Homo. Secundò, Vis illa, quæ mouentem impellit, vt puta Ira, seu cupiditas, seu amor, seu ratio recta. Tertiò, res cui bonum vel malum exactione infertur, vel finis Cui, vt puta Patria. Quartò, Bonum quod agens intendit, atque ad illud tanquam ad finem dirigitur, seu causa finalis, vt puta Patriæ libertas. Quintò, Media, per quæ finis obtinetur, vt puta Tyranni expulsio, Bonorum congregatio, atque optimarum legum promulgatio. Sextò, Res circa quam vel circa quas actio versatur. Septimò, Vires præcipuę quibus vtendum est in actionis consummatione. Octauò, Auxilia quæ ad idem conferunt, inter quæ Instrumenta etiam ponenda sunt. Nonò, Ea quæ ex tali actione circa alia vel ab aliis eueniunt. Decimò, Agendi atque operandi modi. Hæc omnia essentialiter Actionem concomitari videntur, quoniam agens per intellectum in qualibet actionis parte ad illa respicit. Partes Coocomitantiæ non essentiales sunt quinque. Primò enim attendendus est Rerum status ante actionis initium, Secundò, Agendi occasio, Tertiò, Aliquorum præsentia seu absentia, Quartò, Actionis tempus, Quintò, Actionis locus.

Adnimaduertendum tamen est, nonnunquam idem respectu diuersorum, Totius & partis munia sustinere, Rémque eandem plures relationis modos sustinere, pluresque denominationes admittere.

Capvt xv.

De Copularum differentiis atque viribus multiplicibus.

Post explicationem relationum, quæ inter terminos inueniri possunt, aliqua circa illas relationes dicenda sunt, quæ oriri solent ex varia copularum natura, ac variis earundem viribus. quamuis enim Copulæ ea ratione copulationē perficiant, qua Termini copulationem admittere possunt, nostræ tamen Contemplationis ratio non parum roboris adipisceretur, si ea quæ ex terminorum relationibus sunt perlustrata, etiam ex Copularum intuito lustrari poterint: sæpe enim euenit, vt quæ ex vno relatiuo non attinguuntur, alterum obiiciat seu longè facilius reddat. Præcipuè vero statuendum videtur, Verbum Est, quatenus semel à Participio seiunctum vlteriorem resolutionem non admittit, Copulæ partes simpliciter sustinere, neque aliquid complecti quod pertineat ad Prædicatum, cætera autem Verba, quamuis Indicatiuè prolata, Copulæ munia verè sustineant, aliquod præterea complecti quod attinet ad prædicatum magis tamen ac minus, prout magis ac minus relatiua sunt: ea enim quæ minus sunt relatiua, solitariè prolata sententiam magis firmant, ideóque Prædicati potius quàm Copulæ naturam videntur afferre. Econtra, quæ sunt magis relatiua, nisi aliud seu Verbum seu Nomen addatur, nullam sententiam pariunt. Quapropter, Copulæ vocem propriori quadam ratione suscipiunt.

Quamuis autem harum relationum plures dentur gradus, ad id tamen quod intendimus perficiendum sufficiet ea verba selegisse quæ sunt maximè relatiua, rectéque appellari possunt fontes cæterorum quæ sunt omnino relatiua.

Hæc sunt, Habet, Potest, Scit, Vult, Debet, & Consueuit. His communis Actionis vox accedit: reliqua eorum verba quæ omnino relatiua non sunt, sed relationem vtcumque retinent atque Copulæ vires sustinent, certæ alicuius actionis vim continent. Ex superioribus autem patet, Copulam Est, his addēdam seu potius præferendā esse. Omnium igitur copularum radices ac fontes ad octonarium numerum non incongruè deducentur, eruntque Est, Habet, Potest, Scit, Vult, Debet, Consueuit, & Agit. Hi verò copularum fontes quatuor rationibus diffundi & extendi possunt. Prima ratio oritur ex vario illarum vsu. Secunda ex illarum actiua seu passiua significatione. Tertia ex perfecta seu imperfe-

cta copulatione. Quarta ex horum copulationis seu æqualis seu inæqualis initio, seu perseuerantia, seu fine.

Si attendantur varij vsus, dicendum erit Copulam Est manifestare Aliquando vocem seu conceptum, seu orationem, potius quàm rem aliquã: vt puta si dicatur, Vox canis est æquiuoca, Entis conceptus est genericus, & Propositio hæc vera est vel falsa, rectè seu non rectè cõposita, Aliquando personam seu personæ nomen, vt puta dum dicitur, Hic est ille quem vocant Socratem, Aliquando rem aliquam, quod pluribus etiam rationibus efficere potest: aliquando enim manifestat substantiua absoluta, aliquando denominatiua, aliquando relatiua, ídque vel absolutè, vt puta dum dicitur, Socrates est albus, vel comparatiuè, vt puta dum dicitur, Socrates est magis albus, quàm Plato, vel simpliciter, vt puta, dum dicimus, Homo est animal, Homo est albus, & Homo est pater, vel cum additionibus signorum, quæ verbis aptari possunt, vt puta, dum dicimus, Omnis homo est animal, Aliquis homo est albus, & Socrates est pater.

Copula Habet, eatenus à logica respici solet, quatenus coniungit res permanẽtes, atque aliqua ratione inter se diuersas: nam dici rectè non potest, seu Aliquid illud habere quod est, seu Aliquid illud esse quod habet. Itaque de homine cui anima inest verè dicitur Homo habet animam, cum dici non possit Homo est anima: & de eodem verè dicitur Homo est animal, cum dici non possit Homo habet animal, nisi quis fortè abstractum accipiẽs, dicat, Homo habet animalitatem, quod etiam in Accidentalibus admittetur. Nam, cùm verè dicatur Homo est albus, verè etiam dicetur Homo habet albedinem. Differunt autem tales loquendi modi: nam dum dicimus, Homo est animatus, vel Homo est albus, totum hominem respicimus. Dum verò dicimus, Homo habet animam, vel Homo habet albedinem, non respicimus totum hominem, sed ipsius materialia ac sustinentes partes, quibus & animam & albedinem inesse asserimus.

Copula Potest, tribus præcipuè rationibus ad vsum deduci solet: aliquando enim explicat intrinsecas vires atque omnino essentiales, aliquando explicat easdem vires quatenus naturalia instrumenta illis perfectè vel imperfectè deseruiant, aliquando respicit exteriora seu subiecta seu instrumenta, necnon externas vires ac impedimenta. Priori modo dicimus de infante nuper nato, eum posse currere, licet cursum actu tunc exercere non possit. Secundo modo idem asserimus de viro perfecto, licet vel ægrotet vel in vinculis detineatur. Tertio modo idem dicimus de eodem viro perfecto in optima sanitatis dispositione constituto ac plena libertate fruente.

Copula Scit, & copula Vult, significant quandoque internos habitus, quandoque internos actus. Dum significant internos habitus, ea referunt quæ admittunt etiam vim copulæ Est, & copulæ Habet: nam respectu habitus idem est dicere Socrates scit, & dicere Socrates est sciens, vel Socrates scientiam habet. Dum proponunt internos actus, concurrunt quodammodo cum copula octaua.

Copula Debet, sex rationibus præcipuis ad vsum deduci solet: aliquando enim decentiam significat, vt cũ dicimus Summa bonitas debuit seipsam communicare, quod idem est ac si dicatur, Summam bonitatem decuit seipsam communicare: aliquando significat consonantiam, vt puta dum dicimus, Qui incepit, debet perficere: scilicet consonum est, vt, qui incepit, perficiat: aliquando significat debitum non declinandi à virtute morum seu debitum gratitudinis, vt dum dicimus, Qui beneficium recipit, se erga benefactorem gratum ostendere debet: aliquando significat debitum Prudentiæ, seu propriæ ac veræ vtilitatis, vt dum dicimus, Vnusquisque: seipsum ad perfectionem atque ad felicitatem dirigere debet: aliquando significat debitum ex pacto, vel ex humana lege, vt puta dum dicimus, Vnusquisque pactis stare debet ac Reipubl. legibus obtemperare. Aliquando significat debitum ex Naturæ ac Dei opt. lege impositum, vt dum dicimus, Vnusquisque Deo inseruire debet.

Copula Solet, plures vires non videtur admittere, idémque euenire copulæ agit, quatenus copulæ partes sustinet, quatenus autem actiones diuersas obiicit alterius est contemplationis.

Ex Actiua passiuáue copulandi ratione, copula Est, copula Potest, & copula Solet, non immutantur: prima enim semper neutrè profertur: posteriores verò imitantur naturam Verbi, quod illis adiungitur. Copulæ verò Habet accedit copula Habetur, copulæ Debet copula Debetur, copulæ Scit copula Scitur, copulæ Vult copula Desideratur, seu alia, eandem vim referens, copulæ Agit copula Agitur.

Ex perfecta seu imperfecta copulatione, copulæ dupliciter adaugẽtur: quandoque enim demonstrant progressum à gradu perfectiori ad minus perfectum, quandoque econtra. Deducuntur igitur à copula Est, copulæ Efficitur ac Destruitur, à copula Habet, copulæ Acquirit & Amittit, Acquiritur & Amittitur, à copula Scit, copulę Discit & Dediscit, Discitur & Dediscitur, à copula Vult, copulæ Accenditur & Remittitur in volendi actu, & quæ his passiuè respondent, à copula Debet, copulæ Adstringitur seu Soluitur debito, & quæ his passiuè respondent, à copula Solet, copulæ Assuescit & Desuescit, & quæ his passiuè respondent, Copula Potest & copula Agit, quantum pertinet ad earum propriissimam vim, semper perfectè coniungunt, licet ea quæ coniunguntur quandoque sint perfecta, quandoque imperfecta.

Ex quarta ratione, Copulæ eatenus adaugentur, quatenus referunt durationem, seu fluxum, húncque seu ęqualem seu inæqualem. Itaque ex hac ratione adaugebuntur copularum vires, quatenus ad ea referuntur quę particularia seu singularia sunt, præsertímque respectu illorum quæ omnino essentialiter omninóque necessariè ipsis non aptantur: sicuti enim rectè non dicitur, Homo incipit, seu perseuerat esse animal, seu Socrates perseuerat esse hominem, respectu substantiæ: ita decentissimè dicitur, Socrates incipit currere, perseuerat in cursu, & desinit currere. At silentio demandandum nõ est, Ea quæ copulantur vi copulæ Est, aliquando esse Verba infinita, aliquando Nomina. Dum sunt nomina, (siue Subiecti siue Prædicati sustineant partes) semper ponuntur in primo casu: cùm enim aliquid præterea assumitur extra primum Casum, id neque Subiecti neque Prædicati munia sustinet, sed pertinet tantùm ad horum contractionem seu determinationem. Copula Habet, nomen nomini semper adiungit, ea tamen ratione vt semper Prædicatum à primo Casu amoueat. Copulæ Potest, Debet, & Solet, semper adiungunt Subiecto verbum aliquod Modi infiniti: dicimus enim exempli gratia, Socrates potest studere, debet studere & solet studere, Aliquando tamen adiungunt non Verbum solum, sed Nomen etiam: non tamen primi Casus: vt puta si dicatur, Socrates potest studere Euangelio. Copula Scit, & copula Vult, videntur associare naturas tam copulæ Habet, quam harum quibus Verba infinita adiunguntur: dicimus enim, Socrates scit Grammaticam, & scit canere, Vult equum, & vult equitare. Copula octaua vt actus externos obiicit, semper Prædicati partes perfectè sustinet, ita tamen vt tale Prædicatum contrahi ac immutari possit ex adiectione illorum quæ Actiones concomitantur. Itaque dicimus, Socrates currit, necnõ, Socrates currit in platea, hodie, coram Platone, atque huiusmodi reliqua.

Capvt XVI.

De rerum conceptibilium dispositionibus.

Post simplicium conceptionum enarrationem tum vt rationis intuitu absolutè exercentur, tum etiam vt se mutuò intuentur, nunc, quod tertio loco tractandum erat, perquirendæ atque explicandæ sunt earundẽ series ac dispositiones, veritatis conceptioni deseruientes. Hæ sumendæ sunt

ſunt ex iam demonſtatis rerum conceptibilium relationibus, ex illiſque præcipuè quibus res aſſociantur ad inuicem,&affirmationibus deſeruire poſſunt:quamuis enim concipiendi rationes & res ipſæ conceptibiles abſolutè acceptæ,certa quadam ratione inter ſe diſponantur, rectéque ob id quædam primæ, quædam poſtremæ,quædam propria quadam ratione Mediæ appellari poſſint, harum tamen diſpoſitionum vnaquæque continetur virture in affirmatiuis eorundem conceptibilium relationibus realibúſque copulationibus, ex quibus etiam non diſſimili ratione effluunt diſpoſitiones rerum ab inuicem diſiunctarum ac negatiuarum relationum,haud ſecus quàm negationes ab affirmationibus ortum ducunt. Diſpoſitiones verò conceptibiliũ quæ ad inuicem aſſociantur, (vt ex ſuperioribus colligere licet)ſunt duorum ordinum, quorum vnuſquiſque iterum eſt bipartiendus.

Primum ordinem ingrediuntur conceptibilia, quæ licet concurrant ex vi certæ alicuius relationis,relatiuè tamen proferri non ſolent,ſeu certè relatiuam vim non referunt,vt puta dum animal ſeu rationale prædicantur de homine.

Ad ſecundum ordinem pertinent conceptibilia,quę verè relatiuè accepta ad inuicem aſſociantur, vt puta dum dicitur,Totum conſtat ex ſuis partibus.

Primus ordo iterum diuidendus eſt quoniam eorum quæ abſolutè accepta aſſociantur, quædam ad ſe inuicem referuntur,tanquam genera & ſpecies, ſeu Indiuidua,& ſunt inæqualis vniuerſitatis, horúmque diſpoſitio,ſeu ſeries,longitudinis ſeries dicenda erit.Quædam eum intuitum exercent qui exerceri ſolet à Definibili, à differentia,à proprietate & ab Accidentibus, dum ad inuicem copulantur,ac eiuſdem vniuerſalitatis ſunt, horúmque diſpoſitio vocabitur non indecenter Latitudinis ſeries.

Secundus ordo ruſum ſimiliter ſcindẽdus erit, quoniam eorum quæ relatiuè accepta concurrunt, quædam pariunt totum aliquod permanẽs, ac latitudinis ſeriem quodam modo imitantur, quædam totum ſucceſſiuum, ſeu certam aliquam actionem,& quatenus ſibi inuicem ſuccedant,Longitudinis ſeriem referunt,quatenus verò ſe inuicem concomitentur, ſeriei Latitudinis naturam redolebunt.

Harum ſerierum vnaquæque ſi referatur ad rationis humanæ intuitus ac perceptiones,certè alicuius viæ monia ſuſtinet.Itaque cùm illarum ſingulæ certis limitibus vtrinque claudantur(neque enim datur Infinitum) duplicem curſum admittunt: nam vterque terminus & primus & extremus occurrere poteſt, quod neque fruſtra neq; inutiliter euenit,ſed quàm maximè neceſſariò: nouimus enim hominum rationi duplicem intuitum aprari, quorum alter dicitur Primus ac naturalis, quoniam Natura impellente abſque vlla animi reflexione primo loco exerceri ſolet,alter Secundus & rationalis, quoniã vehementiorem animi conatum expoſcit, vt prior & naturalis cognitio perficiatur. Ratio igitur ex priori intuitu,qui facilior eſt,ſed imperfectior,ſicuti prius fluentia,mox firma,prius relatiua, mox abſoluta cognoſcit, ita in his quæ Latitudinis ſeriem vel imitantur vel pariunt,primo remotiora ac minus tum eſſentialia tum neceſſaria attendit,poſtmodum magis neceſſaria magiſq; eſſentialia ac intimiora,& in his quæ Longitudinis ſeriem vel redolent vel verè conſtituunt, primò particularia ac poſteriora,poſtmodum vniuerſaliſſima ac priora rimatur.In rationali verò progreſſu, qui perfectior ac difficilior eſt,quíque prioris vſum vtcunque ſupponit, ſingula commutantur in eo enim primo loco inſpiciuntur quæ ex priori intuitu occurrunt poſtrema, & prima poſtremas occupant partes. Ea tamen, quæ actiones concomitantur,ſingulare quoddam obtinuere, vt ſcilicet exordia, quæ reſpectu vtriuſque intuitus rationi ſunt propria, pro diuerſarum actionum natura diuerſimodè commutentur: cum enim in his (vt nouimus) certa ſerie attendenda ſint Vis agens, Vis impellens ad agendum, Finis cui, Finis propter quem, Media, Subiecta, Agendi vires,Inſtrumenta ac Auxilia, Concomitãtia,& Agendi modi,ſi actus attendantur in ſe ſeu communiter, Modi reſpectu actus cognitionis tam actiuæ quam paſſiuæ,ex Naturæ intuitu poſtremo loco occurrunt,& ex intuitu rationali primo loco obiiciuntur,horúmque Modorum perceptioni annectuntur,primòCõcomitantia,ſecondò Inſtrumenta, tertiò Cognitionum vires,quartò Subiecta,deincépſque reliqua quæ ſequuntur.Reſpectu verò exteriorum actuum, hæc ſeries in vtroque rationis intuitu omnino commutatur: nam ex intuitu Naturæ actionum certi modi primo obiiciuntur,ac ſenſus mouent,& agendi vires vltimo loco attinguntur,quæ tamen ex rationali intuitu primò occurrũt: contemplantes nempe prius rerum naturas ac agendi vires intueri debent,mox verò,prout ſingulis contemplationibus conuenit,attendere vires quæ ad agendum impellunt, ea ad quorum commodum diriguntur, ac reliqua.

Hæc verò rẽſpectu cognitionum ideo commutantur, quoniam ex Naturę ordine cognitionis actus cæteris omnibus actionibus præeſt. Itaque ſola rationis noſtræ actio rectè in his Logicis contemplatur, nõ prout effluit à rationis virtute,(cuius ſubſtãtia adhuc ignoratur) ſed in ſeipſa,ac prout præſtãtioris cuiuſdam neceſſitatis legibus deuincta,exerceri poteſt.atque ab externis attingi.Neque alia ratio adduci poteſt,cur hęc rationis Entia ſeiunctam ſpeculationem expoſcant, neque plenè demonſtrari poſſint ſeu à prima ſcientia,ſeu à naturali philoſophia, licet illarum vnaquæque verſetur circa Subſtãtiam humanæ animę,ac rationis,& ea demõſtret quę illi eſſentialiter annectuntur. At ſilentio demandandum nõ eſt,ea quę ex naturali intuitu rationi primo loco obiiciuntur,ſemper ex ea parte rationis vim primò attingere,ex quibus poſtmodũ rationalis intuitus erit exordiendus,idque veritatem continet reſpectu cuiuſcũque ſeriei,ſeu lõgitudinem ſeu latitudinem patiat: quemadmodum enim dum remotum aliquod intuemur,lõgè tutius affirmamus illud eſſe quoddam Ens,ſeu quoddam corpus,quã illud eſſe viuẽs,ſeu animal,ſeu hominẽ, ſeu Socratem vel Platonẽ,quorum tamẽ vnũquodque proximius poſtmodũ accedẽtes, certa quadam ſerie cõſpicimus: Ita in primo noſtrarum cognitionũ exordio, in quo omnia nobis ignota ſunt,prius attingimus circa ea quæ ſenſibus obiiciuntur,(licet omnino confuſè)rationem Entis ſeu corporis,mox verò eadẽ, prout vnicuiq; cõuenit,certa ſerie intuemur vt viuẽtia,vt animalia, vt homines,& vt talis homo.Simili etiam ratione ex eodẽ recto intuitu licet remotiora ac minus eſſentialia primò ſenſum moueant,horũ tamẽ perceptioni neceſſariò annectitur aliqua confuſa ac valdè remota conceptio eſſẽtialium ac internorum.Harum veritatum ſignum nõ infirmum afferre videtur puerorum cõſuetudo: hi nempe cùm circa patentes communia prius cõcipiant, omnes homines,tãquam eadem communia referẽtes,Patres vocare ſolẽt,eaſdémque ob cauſas omnes fæminas Matres, mox verò propriora attingentes,ſingulos diſtinguunt. Iidem etiã,ſi iraſcãtur,veſtem alicuius percutiẽtes, exiſtimãt ſe illum verè percutere. Ideo autẽ hæc cõmunia & interna tunc rationalem intuitum nõ admittunt,quoniã adhuc nõ percipiuntur vt vniuerſalia,ſeu vt eſſentialia, neque enim adhuc attenduntur rerum conuenientiæ, differentię,ſeu conſequentię,ac longè minus attinguntur horum rationes,quarum perceptio paratos nos reddit ad rectè affirmandum,quidnam ſeu generis,ſeu ſpeciei,ſeu differẽtiæ,ſeu proprietatis vocem admittat ſeu ſubterfugiat:patet autem, nihil verè vniuerſaliter ſeu eſſentialiter concipi, niſi his rationibus rectè conceptis perſpiciamus harum aliquam rei conceptæ verè aptari: nam,quæ ſunt vniuerſalia & eſſentialia, neceſſariò ſunt vnum ex his.Igitur,cùm vniuerſalium rationes à Logica demonſtrentur, conuincimur abſque ipſius Logicæ doctrina nihil verè vniuerſaliter ſeu eſſentialiter concipi poſſe, licet concipiatur communiter ſeu vagè.hæc enim conceptiones ex recto rationis intuitu præcedunt vniuerſalibus perceptionibus, haud ſecus quàm repetiti Memoriæ actus præcedãt experimẽtis cõmunibúſque perceptionibus, & variæ ſenſationes

Memoriæ constitutionem præcurrant. Itaque sensu de medio sumpto cætera consequenter ruunt: rectissiméque dictum est, sensu aliquo deficiente Scientiæ partem ex necessitate deficere: nam Cęcum ex natiuitate de coloribus disputare impossibile est.

Ex ipso autem rationali progressu Absolutorum longitudinis ac latitudinis series semper annectendę erunt. Itaque concepto communissimo genere analògo, quod ex longitudinis serie primò obiicitur, ab eo recedēdum non erit, donec omnia perlustrentur, quæ illi adiuncta patiunt primam ac communissimam latitudinis seriem. His verò rectè collectis, ex decenti diuisione Communissimum genus per differentias eidem essentialiter consonas, ad Species proximiores contrahendum erit, ipsáque longitudinis series ex primo gradu protrahenda, móxque reuertendum erit ad latitudinis seriem, quæ speciei primò oblatæ aptatur. Et hæ quidem series eadē seruata methodo eóusque protrahendæ ac repetēdæ erunt, donec deueniatur ad illa quæ vlteriorem diuisionem non sustinent, rectéque ob id Indiuisibilia appellati solent. Hæc verò (vt nouimus ex superioribus) sunt duorum ordinum: quædam enim ideo dicuntur Indiuisibilia, quoniam ex certa quadam ratione diuidendi occurrunt vltima, quædam, quoniam omnem diuidendi rationem effugiunt. Sicuti igitur ex consummatione primæ diuisionis prima sciētia consummatur, ita ex decenti vsu diuisionum omnium, quæ absolutis aptari possunt, absolutorum scientiæ omnes ad proprium terminum perducuntur.

Tunc verò ad ea erit deueniendum, quæ relationum vi sciētias exercere ac parere possunt, quæque haud secus actionibus præsunt quàm logica contēplationibus. Io his omnibus pertractandis ratio nostra semper pro viribus associabit vtrumque intuitum, naturalem scilicet & rationalem, vt ea quæ obiiciuntur rationis vi, confirmentur sensuum ac experientiæ virtute, simúlque rebus certis aptentur: ea enim rationis perceptio infirma atq; omnino fluctuans erit existimanda, quæ asserit, exēpli gratia, Dari animal rationale, dom nulla experientia confirmare potest, Hominem verè ac reipsa talem esse. Sicuti autem scientiæ vniuscuiusque partes ex his reddentur faciliores ac firmiores, ita non parum conducet ad pleniorem vniuscuiusque scientiæ cōsummationem, si completis demonstrationibus quæ desiderantur circa singulas species, quæ in ea tanquam indiuisibiles attendendæ sunt, animaduertentur earundem specierum relationes, quibus se inuicem intuentur ac sibi inuicem associantur, vt generis ac illarum natura patitur, tunc siqoidem intueri licebit, qoonam pacto ea quæ in vnico genere copulantur, ad vnum quoddam constituendum conueniant. Illæ tamen relationes semper attendendæ erunt, quæ oriuntur ex principiis & causis eiusdem ordinis: relationes enim quæ pendent à principiis & causis diuersorū ordinū, à diuersis scientiis speculandæ sunt.

Quæ hactenus diximus, Copularum etiam series demonstrare possunt, præsertim quatenus perfectè coniuogunt: nam Copulæ eadem ratione coniongendi actum exercent, qua termini inter se coniungendi sunt.

Quod aotem attinet ad imperfectas earundem Copularum copulationes, admonuisse sufficiet, In his, quæ fluxum admittunt, Naturæ progressum prius Rerum mutatiooes concipere, mox ad earundem mutabilitates perduci, postremò verò firma atque immutabilia intueri, húncque ordinem omnino commutari respectu rationalis intoitu.

Capvt XVII.

De terminorum propr. etatibus quæ ex illorum dispositione pendere solent, ac de illorum denominationibus, simúlque de definiendi rationibus.


Ermini, quatenus ingrediuntur vel ingredi possunt longitudinis siue latitudinis series, Proprietates simúlque denominationes quasdam adipiscuntur: illi enim qui primum locum obtinēt, termini Primi vocantur, qui verò non obtinent, primum locum, vocantur Non primi. Termini, qui ad alios relati illis ita sunt proximi, vt nullus alius intercedat, vocantur termini Immediati. Qui verò ad alios relati illis non omnino sunt proximi, (quoniam alij interponuntur) vocantur termini Mediati. Accidit igitur vt terminorum quidam sint Primi & Immediati: quidā Immediati, sed nō Primi: quidā nec primi, nec immediati. Et hæ quidē terminorū differentiæ tā in longitudinis quàm io latitudinis serie admittendæ erunt. In naturali autem progressu, termini primi simúlque immediati non dantur. nam si longitudinis series attendatur (vt ex superioribus patet) particularia, quæ in ipso Naturæ progressu primum occupant locum, ex communissima ratione primò concipiuntur. Quòd si respiciatur latitudinis series, patebit similiter in eodem progressu prius attendi minus substantialia, sed ea ratiooe vt ab his quę magis sunt substantialia non disiungantur.

Horum autem vnumquodque quàm maximè inter se distat. Ea igitur quæ simul sunt prima atque immediata, deducenda erunt ad rationis progressum. Et hæc quidē aptissima inuenietur ad Scientiarū principia constituēda. horū enim copulatio ex seipsa ita euidēs est, vt huic euidentiæ vterque rationis intuitus assentiatur. Terminorum mediatorum copulatio ex sui oatura est ignota, seu termini sint primi, seu non primi. Ideóque hęc semper scibilis erit, atque Immediatorum vi demonstrabilis. Hoc tamen intelligendum est respectu illius seriei quæ latitudinis dicitur: in longitudinis enim serie nihil obstat mediata etiam per se nota esse, licet accidētaliter & aliquo modo demonstrentur. In ipsa autem latitodinis serie, Immediatorum sed non primorum connexio ex se quidem nota est, non tamen absoluté, & omnibus, sed illis tantummodo quibus præcedentia sunt cognita. Termini qui in latitudinis ordine primi sunt semper ex differentia accipiuntur. Quare horum vnusquisque pertinet ad Definitionem, ad ipsum scilicet quod quid est.

Hi etiam, quatenus definibile sit communissimum, constituent definitionem communissimam illique aptissimam. sin autem definibile non sit communissimum, solitarie accepti, definitionem noo videntur constituere. definitionis enim munus proprium est, Rei definibilis conceptum distinctum parere, non autem confusum, vt ex solius nominis prolatione euenire solet.

Vera autem distinctio in his quæ cum aliis conueniunt, atque ab aliis differunt, oritur ex huius conuenientiæ & differentiæ copulatione. Definitio igitur absoluta definibilis non communissimi ita deducitur ex differentia, vt illius & generis cōmunioris connexionē requirat. Conceptus verò specierum specialissimarum quatenus oriuotur ex genere plenè percepto, & ex differentiæ propriæ conceptione, adipiscuntur non tantùm distinctionem, sed omnimodam etiam resolutionem, prout simplicibus conceptibus id euenire potest. ratio est, quoniam species specialissimæ diuisionem essentialem non admittunt. Itaque in ipsarum perceptione mens nostra, quantum ad longitudinis ordinem attinet, verè conqoiescit. Et hæc quidem definiendi ratio, quæ generi differentiam subiungit, veréque formalem definitiooem constituit, conuenit præcipue vniuersalibus, quæ à Substantiæ genere comprehenduntur, reliqua enim vniuersalia, quæ abstractè cōcepta formaliter definiri possunt, definiuntur perfectius, & imperfectius, prout perfectiori seu imperfectiori ratione differentiis essentialibus subiiciuntur.

Ea etiam, quæ non sunt omnino simplicia, sed illorū formæ materialiter sustinentur, certáque deseruientia exposcunt, tunc tātummodo perfectè definiuntur, dom definitio materialis, hæc adiuuantia ac sustinentia complectens, adiungitur definitioni formali.

Ipsa verò definitio materialis demonstrabilis erit, ac formalis definitionis virtute semper demōstrari poterit. Hæc tamen circa illa Entia sunt intelligenda, quæ cùm absoluta siot alicuius actionis principia suot: Numeri enim,

enim, Quãtitates continuæ, ac figuræ omnes, quoniam ex sui natura nullam actionem pariunt, ex sola formali definitione rectè percipi possunt.

Ex quo euenit, vt numerorũ ac quantitatum scientiæ seiunctim cõsistant, cũ neque substãtiæ materiales, neq; aliæ accidentiũ series seiunctim sciẽtificè percipiantur.

Quoniam autem definitio constat ex genere & differentia constituente, quæ conuenit tantùm vniuersalibus seu singularibus vniuersalium vim complectentibus, sequitur Vniuersalia tantummodo verè definibilia esse. Quæ verò vniuersalia non sunt, descriptione aliqua potius quàm definitione, explicari poterunt.

Idem eueniet Accidentibus omnibus, quatenus concretè concipiuntur.

Hæc tamen signantur potius quàm explicãtur, vt puta, dum dicimus, Album est res cui inest albedo.



CONTEMPLATIONIS SECVNDAE,

Pars Secunda:

IN QVA AGITVR DE COPVLATIONIBVS simplicium conceptuum, seu de Propositionibus, ac de variis Propositionum differentiis:

CAPVT I.

De propositionum natura, partibus, partiúmque muneribus, in quibus Propositiones omnes conueniunt.

SIMPLICIVM cõceptuum concursus, qui illorum relatiuam consequitur vim, Propositionem constituit. Huius præcipuum munus est, incomplexarum cognitionum seu conceptuum copulationem explicare, seu ad illius veritatem percipiendam dirigere: ipsæ siquidem voces significantes, dum seiunctim proferuntur, Res ipsas seiunctim intuẽdas obiiciunt. Ideóque illarum associatio vana & inutilis esset, nisi dum adinuicem copulantur, obiicerent earundem rerum ac conceptionum copulationem. Partes autem, ipsam constituentes, tres sunt: neque illarum numerus seu augeri seu minui potest. vniuscuiusque enim propositionis constitutio pendet ex ea aptitudine simplicium cõceptuum, qua alter alteri adiungi, seu alter ab altero sustineri potest, necnõ ex ea vi quæ vtrumque coniungit ac copulat. Id verò quod adiungitur ipsum scilicet Prædicatũ, neque sibi ipsi neque ex propria virtute alteri adiungi potest. similique ratione, Id quod sustinet, ipsum videlicet Subiectũ, neque seipsum sustinere, neque id quod sustinẽdum est ex propria virtute sibi ipsi adiũgere aptum est, sicuti neque virtus Prædicatum Subiecto adiungens, ipsa scilicet Copula, valet ex vnica copulatione plura Prædicata eidem Subiecto adiicere, vel plura Subiecta eidem seu pluribus Prædicatis supponere. Itaque asserendũ est in vnaquaque propositione ita tria hæc necessaria esse, Copulam scilicet, Subiectum, & Prædicatum, vt vnicam propositionem ingrediatur vnica tantùm Copula, vnicũ tantùm Subiectum, & vnicum Prædicatum etenim si multæ sint copulæ, dum vnaquæque propriam vim coniungẽdi exercet, multas perficient coniunctiones ac multas consequenter propositiones constituent. (nam illarum aliquam inutilem esse Natura non patitur.) Eadem ratione si termini binarium numerum excederẽt, vel ad propositionem non pertinerent, vel pluribus copulationibus copulandi essent, pluresque propositiones cõstituerentur: nam vnica copula ex vnica copulatione duos tantummodo terminos coniungere potest. Siquis autem ad nõnullas propositiones respiciens, (quarum aliquæ continent plures voces, ternariúmque excedunt numerum, aliquæ verò duas tantum) circa hæc ambigat, hic admonendus erit, ipsas voces ex eo tantummodo ad propositionem pertinere, quoniam aliquid significant, propositionísque partes sumendas esse non ex vocum, sed ex significationum numero. Igitur, si voces omnes, quæ Copulam præcedunt, proferuntur ad vnam tantùm significationem conficiendam, illæ autem, quæ copulam sequuntur, ad aliam, si his duobus addatur copulæ significatio, inuenientur tres tantummodo significationes, licet maior sit vocum numerus. Quod si duæ tantùm sumantur voces, Copula ipsa, tamquam Participium virtute continens, duarum partium vim obtinebit. si enim hac esset destituta virtute, propriam coniungendi vim exercere non posset: omnis namque coniunctio coniungendorum multitudinem ex necessitate supponit. Quapropter idem dicet dicens, Deus est, &, Deus est ens. His sic constitutis circa propositionũ cõmune opus ac eiusdem partes, nũc singularum partium munus proprium explicandum est. Id vt rectè fiat, accipiendum est, vim totius propositionis partes has coniungentis huiúsque coniunctionis veritatem proferentis, intendere bonum ac commodum, seu manifestationem certæ alicuius partis, atque etiàm id quod intendit verè perficere, virtute alterius partis. Patet autẽ partem, cuius bonum intenditur, esse propositionis subiectum, & virtutem, qua id bonum perficitur, Prædicato ascribendam esse: sicuti enim Copulæ sufficit proprium coniungendi munus, ita impossibile est id quod additur manifestari ab eo cui additur. Propriissimæ igitur partes Prædicati erũt, manifestationem inducere, Subiecti verò manifestationem recipere, Copulæ, dum Prædicatum subiecto adiungit eidem manifestationi ministrare. Hæc ergo semper erit notior Prædicato, sicuti Prædicatum subiecto est notius. manifestatio siquidem subiecti, vt subiectum est, semper perficitur ex additione alicuius rei seu conceptus. Prædicatum, quatenus est Prædicatum, ex nulla vel rei vel conceptus additione est manifestandũ, sed Nominis tantùm interpretationem admittet, quod conuenit Grammaticæ potius quàm Logicæ. Copula verò ipsa, quatenus copula est, tanquam maximè nota, nullam seu Rei seu Nominis expositionem sustinet. neque enim Verba, quoad indicandi modum, nouam aliquam explicationem admittunt. Quare, si aliquando explicanda sint, ad alium Modum redigi solent, præsertímque ad Infinitum, in quo nihil obstat quin subiecti etiam obtineant partes. Itaque de Copula prænoscendũ est, Quid vox prolata significet, &, illius vsum rectum esse, De Prædicato tantummodo, Quid significet, reale enim illius esse seu non esse, cum ex inhærentia pẽdeat,

ex tota propositione colligendū erit, De Subiecto, ecōtra, reale illius esse ex necessitate prænoscitur, non autem quid significet, nam proponimus etiam circa Innominata, ac quibusdam circa ea perceptis, nomen illis imponimus.

Capvt II.

De Propositionum denominationibus, quæ ex diuersa terminorum natura deducuntur, déque varus earundem formis.



V æ superius dicta sunt, ea complectūtur quæ propositionibus omnibus sunt communia. Nunc igitur earondem differentiæ ac proprietates explicandæ erunt.

Præcipuè verò statuendum videtur, Propositiones multipliciter denominari ob multiplicem naturam terminorum ex quibus constituuntur, ita tamen vt talium denominationum quędam sequantur Subiecti naturam, quædam naturam Prædicati, quædam deducendæ sint ex vtriúsque termini relationibus ac dispositionibus, quædam demum oriantur ab ipsa Copula.

Illæ, quæ pendent à subiecto, reddunt propositionem seu vniuersalem, seu mediam, seu particularē: dato enim subiecto vniuersali, vniuersaliter accepto, propositio vniuersalis dicenda est, sicuti eodem subiecto existente seu medio, seu particulari, propositio seu media seu particularis appellabitur.

Illæ, quæ eliciuntur à Prædicato, efficiunt propositionem seu Analogam, seu Vniuocam. nam Prædicato existente analogo, propositio analoga dicitur, licet Subiectum sit vniuocum, & eodē existente vniuoco, censetur Vniuoca. Illæ, quæ consequuntur varias terminorum relationes ac dispositiones, in causa sunt vt propositiones vocentur Essentiales, seu pluribus rationibus Accidentales, necnon immediatæ seu mediatæ, primæ ac non primæ. data siquidem terminorum relatione essentiali seu accidētali, & dispositione seu immediata seu mediata, propositio dicenda erit Essentialis seu Accidentalis, Mediata seu Immediata. Ex eadem etiam dispositione propositiones vocantur Primæ ac non Primæ, ita tamen vt respectu rationalis intuitus, Prioritatis ratio in Longitudinis serie sumēda sit ex subiecto maximè vniuersali, in latitudinis verò serie ex prædicato maxime essentiali, respectu naturalis intuitus ecōtra. Ob Copulę differentias propositio dicitur seu Affirmatiua seu Negatiua. nā existente Copula affirmatiua, propositio dicitur Affirmatiua, &, dum eadem est negatiua, propositio dicitur Negatiua. Et hæ quidem differētiæ acceptæ ex ipsa Copulà propositionom qualitatem cōstituont. Illę verò, quæ a Subiecto pendent, earundem quantitatē pariunt: reddunt enim ipsas propositiones seu vniuersales, seu medias, seu particulares. Cæteræ, de quibus iā dictū est, immutant substātiam potius propositionū, quàm qualitatem seu quantitatem, non tamen respectu formæ, sed respectu materiæ: oriuntur enim ex diuersa natura partium propositionem constituentium. Itaque rectè appellari poterunt Materiales. Præter has omnes propositionū differentias illæ admittendæ erunt quæ verè formales dicendæ sunt: effluunt enim immediatè à propositionum munere multipliciter præstito, mediatè verò ab ipsarum partium munere decenter seu indecēter ad totius propositionis opus exhibito: quorū vnumquodque actionem respicit, ac formę ascribēdum est. Neque verò in dubium reuocare licet, quin Copula possit perfectè & imperfectè coniungere, Prædicatum perfectè & imperfectè manifestare, & subiectum perfectè & imperfectè sustinere. Itaque, dum partiū vnaquæque proprium munus decentissimè sustinet, propositio fruetur perfectissima forma propriúmq; opus decentissimè perficiet: ex Copulæ nempe vi verè assertiua erit, simúlque affirmationem ac negationem admittet. Ex Prædicati munere decenter præstito, determinatè ac resolutè seu affirmabit seu negabit, & Determinata dicetur. Ex consummato subiecti munere affirmabit seu negabit absolutè, & absoluta denominabitur. Hæ verò propositiones simul Assertiuæ, Determinatæ, & Absolutæ, vnica voce Perfectæ Cathegoricæ appellari solent: quarum exemplum erit, A est B. &, A non est C. seu, Homo est animal, & Homo non est Leo.

Dum prædicatū proprias partes imperfectè sustinet, propositio nō vnicum tantùm prædicatum sed plura recipiet, quæ etiam pro huiusmodi infirmitatis gradu aliquando Certa erunt, vt puta dum dicimus, Numerus est par vel impar, &, Animal est rationale vel irrationale, aliquando incerta, vt puta Hic numerus est vel par vel impar, &, Accidens est vel bos, vel equus, vel mulus.

Dum prædicata sunt certa, deficit quidem in resolutione, sed determinationē retinet: nam ea ratione proponitur, Numerum parem vel imparem, &, Animal rationale vel irrationale esse, determinatúrque verè, dari numerum parem & numerum imparem, necnō animal rationale & animal irrationale, vt tantummodo remaneat dubium, quisnam numerus sit par & quis impar, & quodnam animal sit rationale & quod irrationale. Quapropter tales propositiones Diuisiuæ appellandæ erunt.

Dum prædicata non tantùm sunt plura, sed etiam incerta propositio omni resolutione ac determinatione destituetur: neque enim prædicatorum vnumquodque subiecto verè adiungitur, sed vnicum tantùm, ob ídque Indeterminatæ nomē accipiet. Propositionibus (in quibus prædicati virtus infirmatur, seu sint Diuisiuæ seu Indeterminatæ,) commune est, affirmationem tantūmodo rectè admittere, negationem verò omnino repellere: nam, dum dicitur exempli gratia, Numerus est par vel impar, seu, Harum literarum numerus est vel par vel impar, licebit fortasse talium propositionum falsitatem vel veritatem simpliciter affirmare seu negare. Licebit etiam illarū vnicuique duas propositiones perfectè assertentes obiicere, numerū scilicet parem non esse & numerum non esse imparem, seu, Harum literarū numerū non esse parem & harum literarum numerum non esse imparem: sed impossibile omnino erit, vnicam propositionem diuisiuā seu indeterminatam, simúlque negatiuam illi opponere. Dum subiectum proprias sustinendi partes imperfectè obit, idē subiectū alterius propositionis vi fulc[illegible]dū erit: hac enim destitutum, Prædicato nulla ratione subiici posset, quod tamen his adiumentis accedētibus vtrumque sustinet. Hæ verò propositiones omni absolutione carebunt, ideóque dicentur Cōditionales, vt puta dum dicitur, si A est B, A est C. seu, si homo est animal, homo est sensitiuus.

Harum propositionū prior pars vocatur Antecedēs, posterior Consequēs, prioris enim veritatē cōsequitur.

Conditionalis proponēdi forma admittit affirmationem ac negationem: quarum tamen vnaquæque deducenda est ex qualitate solius Consequentis: dato enim Consequēti affirmatiuo, Cōditionalis affirmatiua dicēda est, licet Antecedens sit negatiuum, & dato Consequenti negatiuo Conditionalis erit negatiua, licet Antecedens sit affirmatiuum.

Dum Copula à proprio munere recedit; nulla terminorum seu coniunctio seu disiunctio consummabitur, ipsáq; propositio omni assertione destituetur, sed mētis nostræ dubia tantummodo proferre poterit: Ideóque simplicis interrogationis vocem admittet, vt puta dum dicitur, A est B, vel non.

Defectus autem qui singulis propositionum partibus aptari possunt, ita ab illarum vnaquaque admitti solent, vt altera alterius defectum nullo modo recipiat. Quare prædicatum nō suscipit ambiguitatem: seu conditionē, subiectum non patitur ambiguitatem, seu diuisionē, seu indeterminationem. Copula itidem neque diuisionem, neque indeterminationem, neque conditionē recipit.

Propositiones verò ob solā ambiguitatem ita infirmæ ac imbecilles redduntur, vt nullum aliud malum seu defectū sustineāt absq; omnimoda destructione, aut certè absque fructus amotione. si enim dicatur hoc pacto, A est B, vel C. an non est B. vel C. seu hoc pacto, si A est B. estne A vel C. vel nō C. ex huiusmodi prolationib. vel

id,

id, quod in priori parte videtur proponi, posterioris partis vi omnino remouetur, vel nihil omnino proponitur.

Reliquæ propositionum imperfectiones, quæ ortum ducunt ex defectu tam Subiecti quam Prædicati, copulari possunt non tantùm absque compositionis ruina animíque offensione, sed etiam cum aliquo fructu. coniũgentes enim conditionem cum diuisione, seu cum indeterminatione, dicimus, si homo est animal, est vel rationalis vel irrationalis, &, si id quod in stabulo est inclusum est animal, erit vel equus, vel bos, vel capra, vel asinus, vel aliud certum animal. Hi etiam prædicati defectus admitti possunt tam à Conditionalis consequente, quam ab antecedente, ita tamen vt quatenus in vtroque reperiatur, Antecedens assumat plura prædicata certa, Consequens autem plura incerta, & non econtra. cum enim Consequens ab Antecedente pendeat, ab illius perfectione deficiat necesse est. Propositiones verò, quæ plures complectuntur defectus, ea incommoda patientur quæ ab illorum vnoquoque pendere superius demonstratum est: idcóque ob Prædicati defectum affirmationem tantummodo admittent. Si quis enim experiatur propositiones has ad negationem deflectere, dicátque, exempli gratia, Si viuum quod intuemur non est rationale vel irrationale, nõ est animal, facile percipere poterit, Antecedens vel nihil inferre, vel duas negatiuas perfectæ formæ complecti, ac si diceres, Viuum neque est rationale neque irrationale.

Capvt III.

De propositionum proprietatibus, quæ pendent ex formarum ac materierum relationibus.

QVæ superius enarrata sunt, sufficienter (ni fallimur) demonstrare possunt propositionum differentias, seu à materia, seu à forma pendeant. Rimabimur nunc earũdem propositionum propritates. Hæ autem deducendæ erunt ex his relationibus, quibus adinuicem referri possunt tum formarum vnaquæque ad vnamquámque materiam, tum ipsę propositiones ad inuicem, nec non ex certis viribus quibus ob harum relationum concursus varios, propositiones solent seu destitui seu decorari. Nostra verò hæc contemplatio vnamquámque propositionum eatenus respicere debet, quatenus & vera sit & valeat veritatis vim seu ad alias extendere, seu ab aliis recipere, simúlq; falsas propositiones destruere. Quamuis igitur seruata proponendi forma, liceat vnumquodque vnicuique copulare, atque etiam, dum ipsa forma id sustinet, tam affirmatiuè quàm negatiuè: manifestum tamen est, non vnumquodque de vnoquoque verè affirmari seu negari posse, neque vnumquodque de vnoquoque decenter atque vtiliter interrogari. quædam enim quibusdam tãtummodo addenda sunt ac certis tantummodo proponendi formis: quędam etiam proponenda sunt affirmatiuè tantummodo, quędam negatiuè tantummodo, simílique ratione, quædam decenter, quædam indecenter interrogantur.

Exordiamur à perfectissima proponendi forma. Hæc versatur circa omnes materias ac materierum differentias, illis tamen exceptis quæ accipiẽtes genus aliquod tanquam subiectum, illi adiungunt tanquam Prædicata diuisiua oppositas differẽtias, quibus idem genus diuiditur essentialiter: vt puta dum dicitur, Animal est vel rationale vel irrationale, &, Numerus est vel par vel impar: huiusmodi enim terminorum relationes (vt vnicuique facile patere potest) Diuisiuæ formæ aptantur.

Siquis autem interroget, quænam pars materierum propriori quadam ratione aptetur huic perfectissimæ formæ, respondendum erit, talia esse ea omnia quę communissimam latitudinis seriem constituunt, atque eò magis quò magis sibi inuicem immediatè copulantur: harum enim connexionum veritas euidens est, atque ita resoluens, vt neque interrogationem neque vllam aliam proponendi formam admittere possit, nisi fortè ad alicuius peruicaciam comprimendam. Talia verò non tantùm nullam aliam proponendi formam admittunt præter perfectissimam, sed neque negationes eiusdem perfectissimæ formæ. nam, quæ omnibus sunt communia, de aliquo verè negari non possunt. Ea etiam, quæ longitudinis seriem rectè ingrediuntur, propria quadam ratione conueniũt eidem perfectissimæ formæ. horum enim veritas (vt ex superioribus patet) euidens est, solámque affirmationem admittit.

Diuisiua proponendi forma exerceri solet circa vniuersalia, & circa particularia, ita tamen vt, quatenus circa particularia versetur, ea accidẽtali rerum positione veritatem proferant: vtputa si dicatur, Qui in Patauino gymnasio studiis incũbũt, vel philosophię vel legibus incumbunt. quatenus verò exercetur circa vniuersalia, semper accepto genere, tanquam subiecto, prędicat de eo differentias diuisiuas, vt sunt diuisioæ: vt puta dum dicitur, Animal est rationale vel irrationale. Et hæ quidem materiæ huic formæ non tantum propriissimè conueniunt, sed etiam solæ conueniunt respectu illorum quę essentialiter vera sunt. Indeterminata proponendi forma versari potest circa eadem quæ Diuisiuam formam admittunt, ea tamen ratione vt assignet contractioribus locum Subiecti. Quamobrem, dum ex diuisiua forma dicitur, Studentes Patauij, seu Philosophiæ seu Legibus incumbunt, &, Animal est rationale vel irrationale; ex forma Indeterminata dicendum erit, Socrates, qui Patauij studet, seu Philosophiæ seu legibus operã dat, &, Homo est vel rationalis vel irrationalis. forma proponendi Conditionalis versatur circa omnia indistinctè, his tantummodo exceptis, quæ in dubium reuocari non possunt, ad quæ tamen decenter extendi poterit, dum alicuius peruicacia comprimenda est. Illi autem propriissimè aptantur ea, in quibus Subiectum est particulare, sed ignotum: vt puta dum dicimus, Si accedens est homo, accedens est rationalis. Interrogatiua forma (quæ cæteris comparata inuenitur omnium imperfectissima) ab his aptè admitti non potest, quorum relatio est immediata, seu ab his quæ pariunt longitudinis ordinem & ad se inuicem referuntur, tanquam genus ad species, licet termini non essent immediati. nam data horum terminorum notitia, illorum copulatio erit vel per se nota, vel talis vt Prædicati cognitio contineatur saltem confusè in cognitione Subiecti. Itaque repellit omnem ambiguitatem, ex qua rectè suboriretur interrogandi occasio. Reliqua omnia decenter interrogationem recipiunt. Particularia verò propriissimè; nam de illis (siue subiecta sint ignota, Prædicata verò nota, siue Prædicata ignota, subiecta verò nota) decẽtissimè interrogamus: vt puta dum quęratur, an animal in stabulo positum sit Equus vel non, &, an Socrates incumbat philosophiæ vel non. Horum autem vnumquodque decentissimè interrogari eo manifestum est, quoniam tam imperfecti quam perfecti sæpe ignorant & quærunt talia, quorum veritas pendet non à ratione sed à sensu. Cætera verò ab imperfectis tantùm interrogantur, quoniam illorum certitudo ratione colligitur.

Capvt IIII.

De relationibus ac viribus propositionum in quibus certæ formæ certis materiebus associantur.

PErceptis propositionum proprietatibus prioribus, magisque internis ac absolutis, nunc posteriores, remotiores, ac magis relatiuæ explicãdæ sunt. Hæ deducũtur non ex propositionum formis ac materiis, prout se inuicem compatiuntur, sed ex earum propositionum relationibus, simúlque ex viribus quibus sunt, vel præditæ vel destitutæ, & se inuicem seu commodis seu incommodis prosequuntur.

Deducuntur autem ad senariũ numerũ, vt res ipsa facile demonstrare potest. Et primus locus decenter aptabitur relationi, qua propositio ex propriorũ terminorũ

conuersione seu commutatione aliam propositionem cōstrucre potest, vt puta dum positio, Hominem omnem esse animal, asserimus, Aliquod animal esse hominem Itaque hæc virtus appellari poterit Virtus Constructiua ex terminorum conuersione. Secunda relatio erit illa, qua propositio alteri propositioni consentit, quin etiam ex ea colligitur, vt puta, dum dato Omnem hominem animal esse, colligimus, aliquē hominē animal esse. Quapropter hæc virtus dicetur Collectiua ex corellario.

Tertia relatio erit illa, qua propositio ex suimet positione alteri propositioni ita aduersatur, vt illam destruat: vt puta dum posito, Omnem hominem esse animal, percipimus falsam esse illam propositionem quæ asserit, Aliquem hominem non esse animal. Igitur appellabitur Virtus Destructiua.

Quarta relatio erit illa qua propositio propriam vim in aliam propositionem extendit ac iaculatur, quæque Effectiuæ virtutis vocem rectè admittet. Hæc proprium opus non perficit, nisi certa quædam propositio illi apponatur, quæ quintam relationem exerceat. illam scilicet qua propositio alterius propositionis effectiuā virtutem admittit, ac Receptiua potentia rectè denominabitur.

Harum virtutum exemplum duæ propositiones proponent, quarum prior dicat, Omnis homo est animal, Secunda verò asserat, Socrates est homo: sicut enim prior prædita efficiente virtute eam in posteriorem inicit, ita posterior, exercens Receptiuam potentiam, prioris vim recipit, simúlque conuincit ipsum Socratem animal esse.

Sexta demum relatio illa erit qua propositio auxiliatur constructioni alterius propositionis, quam sola non potest erigere: vt puta dum dicitur, Hic homo est rationalis: hæc enim propositio licet nō probet omnem hominem esse rationalē, illius tamen veritati fauet: ideóq; talis virtus Inductiua dicenda erit.

Hæ propositionum vires (vt diximus) consequuntur illarum formas, quatenus materiis adiūctas. Itaque tam ex formæ quàm ex materierum differentiis variè immutari, extendi, ac contrahi poterunt: formarum tamen vires clarius apparere poterunt, si materiæ ex ea parte attendantur quæ propositionum tantummodo qualitatem ac quantitatem immutant: hæ enim differentiæ oriuntur ab his quæ magis absoluta sunt, quæque formarum vim ita sustinent, vt illarum puritatem nulla ratione perturbent In cæteris, materiæ vis virtutem formarum videtur excellere, ideóque, nisi decens cautio adhibeatur, ea quæ pendent à certa materia propositionum formis ascribi possent, quod alia materia assumpta falsitatem induceret. Igitur, vt ab his simus tutiores, secernēdæ erunt à præsenti contemplatione differentiæ, quibus propositiones denominantur Essentiales seu Accidentales, Primæ seu non primæ, Immediatæ seu Mediatæ.

Capvt V.

De viribus perfectissimæ proponendi formæ, quæ pro qualitatis quantitatisque differentiis non parum inter se distant.



Is animaduersis, non difficile decernemus quænam vires, & quousque singulis proponēdi formis aptari seu non aptari possint. Igitur à perfectissima exordientes, dicimus illi has omnes vires ita aptari, vt quàm maxime vigeant. Prior quidem (quam Constructiuam ex cōuersione appellandam diximus) dum propositio est affirmatiua & vniuersalis, inducere potest aliam affirmatiuam, non quidem vniuersalem sed particularē omnino indeterminatam, nam dato, exempli gratia, Omne A esse B, necessariò fatendum est Aliquod B esse A. aliter enim rueret firmissima certitudo principij communissimi. Dum propositio eiusdem perfectissimæ formæ est negatiua, simúlque vniuersalis vel communis, construet ex eadem vi negatiuam eiusdem quantitatis. nam, si verè dicimus, Nullū A est B. verè etiam dicitur (idque ex sola eiusdem communissimi principij virtute) Nullum B est A. Neque tamen existimādum est negatiuam vniuersalem excellere perfectionem affirmatiuæ vniuersalis, quę construit tantùm particularem, licet construat negatiuam vniuersalem. nō enim ob excellentiorē virtutem hoc illi euenit, sed potius ob defectum maiorem. nam negationis constructio Destructio potius est appellanda quàm Constructio. Ideóque sicuti facilius est destruere quàm construere, ita etiā facilius est negare, quàm affirmare. Propositiones eiusdem formæ, sed respectu quantitatis Mediæ seu Particulares, tā Vagæ quam Determinatæ, quatenus respectu qualitatis sunt affirmatiuæ, constituent aliam affirmatiuam particularem seu vagam, seu determinatam. dum enim verè dicimus, Pauci hominū sunt philosophi, vel Aliquis homo est philosophus, simul verè etiam dici potest, Aliquis philosophus est homo: sicuti etiam, si verè dicimus, Iste homo est philosophus, verè affirmabitur, Iste philosophus est homo.

Negatiuæ eiusdem perfectissimæ formæ tam mediæ quam particulares vagæ, carent hac constructiua virtute. quamuis enim verè dicatur Plures homines nō sunt philosophi, seu Aliquis homo nō est philosophus, non tamē verè dicitur Plures philosophi non sunt homines, seu Aliquis philosophus non est homo. Quatenus autē eadem negatiua particularis assumit Subiectum certum atque etiam illi addit Prædicatum certum, construere poterit ex eadem terminorum conuersione propositionem sibi similem: nam si verè dicitur Hoc A nō est illud B, seu Socrates non est Plato, verè etiam dici poterit Illud B non est hoc A, seu Plato non est Socrates.

Eadem perfectissima proponendi forma prędita est etiam secunda virtute, quam dicimus Cōstructiuam ex corrolario, seu collectiuam. Hæc tamen virtus quam maximè roboratur in his propositionibus, dum vniuersales ac communes sunt: data namque vniuersali affirmatiua (vt puta, omnem hominem esse visibilem) colligitur singulos quibus conuenit esse homines, visibiles esse. Data autem vniuersali negatiua (puta, Nullum hominem esse Leonē) eadem ratione quàm tutissimè colligentur propositiones negatiuæ, in quibus asseritur Hunc & illum hominē, necnon singulos homines, Leones non esse.

Dum propositiones, neque vniuersales sunt neque communes, sed mediæ, ex illarum positione colligentur aliæ propositiones mediæ oppositi ordinis. nam, si homines vt in pluribus habēt quinq; digitos, colligitur eos rarò habere seu pauciores seu plures digitos, & econtra. Ex eisdem propositionibus mediis colligūtur etiā propositiones particulares indeterminatæ. Ex particularibus autem (seu sint indeterminatæ seu determinatæ) nihil colligitur.

Eadē perfectissima proponendi forma exercet quàm tutissimè tertiam virtutem, Destructiuam scilicet. data enim propositione huius formæ, quę vniuersalis sit seu communis, (siue sit affirmatiua siue negatiua) destruentur omnes vniuersales seu communes oppositę, necnon omnes mediæ ac particulares, quæ continentur sub vniuersalitate propositionum oppositarum. Pręter has destruentur etiam omnes propositiones medię quæ complecti possent ab hac vniuersalitate seu communitate. Hæ tantùm non destruentur omnino, sed tantummodo ratione modi. Quare, si quis verè dicat, Animal essentialiter est sensitiuum, vel, Omne animal est sensitiuum: hic destruit omnino propositiones dicentes, Nullum animal est sensitiuum, Homo, Equus, & cętera animalia non sunt sensitiua, Homo vt in pluribus non est sensitiuus. Destruet etiam non omnino, sed ratione modi, propositionem dicentem, Homo vt in pluribus est sensitiuus, & reliquas eiusdē ordinis. Propositiones eiusdē perfectissimę formæ, quatenus sunt mediæ, destruent, vi eiusdem Destructiuæ virtutis, ambas vniuersales ac cōmunes, nec non omnes medias ordinis diuersi, quæ in qualitate conueniunt, atque etiam oppositas eiusdem ordinis, sed diuersæ qualitatis. Quare, si verè dicitur, Homo vt in pluribus habet in vnaquaque manu ac pede

quinque

quinque digitos, verè negatur Omnes homines habere quinque digitos, Nullum hominem habere quinque digitos, Homines paucos vel paucißimos habere quinque digitos, Homines, vt in pluribus, non habere quinque digitos. Particulares, quatenus sunt indeterminatæ, destruunt tantummodo vniuersales qualitatis oppositæ: nam affirmatiuæ destruunt vniuersalem negatiuam, negatiuæ vniuersalem affirmatiuam. Ideóque siquis verè dicat, Aliquis homo est philosophus, hic certè destruet nullum hominem esse philosophum. Et siquis dicat, Aliquis homo non est philosophus, hic destruet, Omnem hominem esse philosophum.

Quatenus autem particulares sunt determinatæ, destruent non tantùm vniuersales ac communes oppositæ qualitatis, sed particularem etiam sibi oppositam. nam, si verè dicatur Socrates est philosophus, verè dici nō potest Socrates non est philosophus. Huiusmodi autem propositionum relationes oppositæ certas proprietates adipiscuntur, & certas denominationes exposcunt. nam Vniuersales adinuicem oppositæ appellātur Contrariæ, quæ simul veritatem sustinere non possunt, licet ambæ sæpius falsæ sint. Mediæ, quatenus adinuicem oppositæ, dici possunt Subcontrariæ. Hæ se inuicē destruunt, similitérque simul veritatem nō sustineot, sed illarū vtraque à veritate recedere potest. Particulares indeterminatæ atque inuicem oppositę Subalternarum nomen adeptæ sunt. Hæ simul a veritate recedere non possunt, sed ambas eam sustinere non repugnat: nā si aliquis homo currit, & aliquis homo nō currit, vel illarum vna vel ambæ veræ erunt. Particulares determinatæ dici poterūt subalternu determinatæ. Et hæ quidem quatenus assumūt idem subiectum, à veritate simul recedere non possunt. Quatenus assumunt diuersa subiecta, non erit inconueniens vt aliquādo ambæ sint veræ, aliquando autē ambæ à veritate recedant. nam impossibile non est Socratem aliquando currere, & aliquando non currere, &, dū Socrates currit etiam Platonem currere, seu, dum Socrates non currit Platonem etiam non currere.

Vniuersales ac particulares indeterminatæ, quatenus ad inuicem opponuntur, Cōtradictoriæ appellatæ sunt. Harū verò altera ex necessitate vera est, altera falsa. Particulares determinatæ, quatenus referuntur ad easdem vniuersales oppositas, eandem vim exercere possunt. Eædem particulares determinatæ dum referūtur ad aliā particularem determinatā, quę idem subiectū assumat, Contradictoriæ vim exercēt. Idem etiam euenit Medijs propositionibus, quatenus, eadem quantitate retēta, differunt tantummodo in qualitate. Itaque harū etiā propositionum oppositio Contradictoria vocanda erit.

Eadē perfectißima proponendi forma pręcipua quadam ratione retinet ac exercet Actiuam propositionum virtutem, (cui superius assignauimus quartum locum) nec nō Receptiuā potentiā, quæ Quinta posita est. Harū virtutum nulla exerceri potest à propositionibus seiunctim acceptis, sed tantummodo quatenus ad se inuicem referuntur: ea enim quæ agendi virtute prædita est, requirit subiectionem alterius propositionis in qua insit Receptiua potentia Agendi virtuti consona. Quatenus igitur hæ propositiones accipiuntur ex latitudinis serie, illarúmq; termini sunt ęqualiter vniuersales, tam Actiua virtus quàm Receptiua potentia constituentur, & ad actum perduci poterunt ex solo proferendi ordine: propositio siquidem, quæ primò profertur, exercet Actiuam virtutem, Illa verò, quæ profertur, secundo loco, subijcit Receptiuā potentiam. Actiua tamen virtus propriissime conuenit magis essentialibus. ac, si propositiones vel ambæ, vel posterior, accipiantur ex longitudinis serie, virtus Actiua aptabitur propositioni magis vniuersali, seu minus determinatæ: ac propositiones minus cōmunes, aut certè subiecti minus determinati, exercebūt Receptiuam potentiam, ideóque ab agēte propositione recipient tam proprium Prædicatum quàm propriā Copulam. Hoc tamen de illis est intelligendum, quæ neque medię sunt, neque particulares vagę: hæ enim Receptiuā potentiam non admittunt, licet Actiua virtute sint præditæ. Ipsæ autem propositiones vniuersales huius perfectißimæ formæ, (siue sint affirmatiuæ siue negatiuæ) agēdi vim ita exercere possunt, vt Prædicati ac Copulæ communicationem inducant. dato enim Omnem hominem esse rationalē, siquis subiiciat Socratē esse hominem, ipsa vniuersalis propositio ita vim suam actiuā diffundet, vt ex necessitate sequatur Socratem esse rationalem: &, Si nullus homo volat, dato Socratem esse hominem, eadem ratione sequitur ipsum non volare. Propositiones verò mediæ, quæ eadē virtute actiua præditæ sunt, effundere quidem possunt propria Prædicata in propositiones particulares determinatas, sed nō Copulas, neque enim pariunt necessariam illationem, sed probabilem tantum: posito enim, Hominum manus vt in pluribus habere quinque digitos, siquis subiiciat, Hāc esse hominis manū, sequitur probabile esse, ipsam quinque digitos habere, at non reipsa habere.

Propositiones particulares vagæ neque recipiūt actiuam virtutem ab alia communiori, neque illā in particulares determinatas aliquo pacto diffundūt. nam, licet Aliquis homo currat, & Socrates sit homo, neque ex necessitate neque ex probabili sequitur Socratē currere. Particulares determinatæ, sed nō omnino, (vt puta illæ quarum subiecta determinātur, vi Nominis proprij, seu signi,) actiua virtute sunt præditæ, eámque ad omninò determinatas propositiones infundunt, quæ Receptiuā potentiam tantummodo retinent: Actiua verò virtute penitus denudantur, ídque ex necessaria illatione. dato enim Socratem esse philosophum, si subiiciatur Hunc esse Socratem, sequitur ex necessitate eundem esse philosophum.

Eadem perfectißima proponendi forma prædita est etiam postrema propositionum virtute, quam Inducentem seu Inchoatam appellare decet. Hæc semper intēdit constitutionem propositionum seu minus determinatarum, seu magis vniuersalium. In vniuersaliū tamen constitutione valde infirma est atque imbecillis, ideóque proprium opus aggredi non potest absque cōcursu plurium propositionum, quæ eandē conferant vim. His autem accedētibus, rectè exerceri solet. dato enim, exempli gratia, Socratem Platonem, Antonium, & singulos homines qui enumerari possunt, paucis exceptis, aptos esse ad philosophandum: colligitur maximam hominū partem ad philosophandum esse aptam. At, si horum vnusquisq; rationalis apparet, videtur sequi Omnes homines esse rationales. Quoniam verò impoßibile nobis est particularia omnia enumerare, hæc virtus, quantum ad vniuersalia pertinet, proprium opus inchoat potius quam perficiet.

Capvt VI.

De viribus ac infirmitatibus propositionis Diuisiuæ, Indeterminatæ, Conditionalis, & Interrogatiuæ.

DIVISIVA proponendi forma, quæ secundū à perfectißima locum obtinet, eiusdem perfectißimæ formæ vires præstantiores æmulatur, atque etiā aliqua ratione excellit. virtus enim Constructiua ex conuersione in ea ita roboratur, vt construere poßit duas affirmatiuas particulares indeterminatas. etenim, si verè dicitur, Omnes qui Patauij student, seu Philosophiæ seu Legibus incumbunt, verè etiā dici poterit, Aliquis qui Philosophiæ incumbit, Patauij studet, &, Aliquis qui Legibus incumbit, Patauij studet. Et hæc quidem respectu cuiuscumque materiæ, veritatem continent: neque enim (vt diximus) materiæ essentiales nunc attēdendæ sunt, in quibus ex Diuisiuæ propositionis conuersione duæ affirmatiuæ vniuersales videtur cōstrui. Eadē proponendi forma decoratur virtute Constructiua ex correlario, seu Collectiua, eámque ita exercere potest, vt certas quasdam propositiones effundat non tantum ex Subiecti contractione certáque vnius Prædicati adiectione, sed etiam ex mutua duorū prędicatorum relatione. nam, dum verè dicitur Omne animal est vel rationale, vel irrationale, verè etiam dicī poterit, Aliquod Animal est rationale, & Aliquod ani-

mal est irrationale, necnō Animal rationale nō est irrationale,& Animal irrationale non est rationale. Ex vsu verò Destructiuæ virtutis, eadem Diuisiua proponendi forma destruet quatuor propositiones vniuersales, quarū duæ sunt affirmatiuæ, duæ verò negatiuæ. dato enim omnem numerum esse parem vel imparem, destruitur Omnem numerum esse parem,& omnem numerum esse imparem, Nullum numerum esse parem & Nullum numerum esse imparem. Ex huiusmodi autem forma non destruitur aliqua propositio seu media seu particularis. Actiua huius Diuisiuæ formæ virtus satis infirma est. neque enim parere potest aliquod determinatum, sed parit tantummodo indeterminata, ita tamē vt inducat necessariam illationem. dato enim verè dici, Animal est rationale vel irrationale, si subiiciatur, Homo est animal, sequetur necessariò indeterminata illa, quæ asserit Hominem esse vel rationalem vel irrationalē. Hæc proponendi forma Receptiuam potentiā nō admittit: nam ex propria natura inferiora intuetur, quæ ab ipsa Receptiua potentia respici nō possunt. Ideóque eadem hæc Diuisiua forma similiter caret Inductiua virtute, quæ semper ad superiora dirigitur.

Indeterminata proponendi forma caret virtute Constructiua ex terminorum conuersione: illius enim Prædicata addūtur proprio Subiecto indeterminatè atque incertè. Quapropter inferri non potest, Subiectū prædicari de aliquo illorum. Collectiua verò virtus ea ratione retinetur ab Indeterminata proponendi forma, vt illius vi quatuor Conditionales colligi possint. dato enim Hominem esse vel rationalem vel irrationalem, verè dici poterit, Si homo est rationalis, non est irrationalis, Si homo non est rationalis, est irrationalis: Si homo est irrationalis, non est rationalis:& , Si homo non est irrationalis, est rationalis. Hæc forma penitus denudatur destructiua virtute: nam nihil certi proponit. Ideóque illius veritas neque alteri assertioni aduersatur, neque ad aliquod destruendū sufficere potest, Actiuam verò virtutem exercere quidem potest, sed quammaximè infirmè. nam factum quidem cōuincit, sed nullam internam illustrationem adducit. dato enim, Harū literarum numerum esse parem vel imparem, necnon Hunc numerum non esse imparem, colligitur ex facti consequentia Hunc numerum esse parem: similique ratione, dum dicitur, Hunc numerum esse imparem, colligitur eum non esse parem.

Receptiuam verò potentiam, atque Inductiuam virtutem ab huiusmodi forma admitti non posse, manifestè apparet ex iis, quæ dicta sunt circa Diuisiuā proponendi formam: quæ etiam facilè confirmari possunt ex Incertitudine prædicatorum.

Conditionalis proponendi forma virtute Actiua est tantùm prędita. sicuti enim ob proprij Subiecti infirmitatem seu Prædicati, partes illi demandare non potest, (quod in Conuersiuæ virtutis vsu pręstandum est) seu illud contrahere, (quod collectiua virtus exposcit) ita, quoniam nihil absolutè asserit, nullam aliam propositionem destruit, ex quo oritur virtus destructiua. Caret etiam tam Receptiua potentia quàm virtute Inductiua, quoniam illarum vnaquæque ex propria natura imperfecta est, ac, nisi fulciantur robore perfectissimę formæ, omnino deficiunt. Si quis autem interroget, quanā ratione forma conditionalis, cæteris omnibus virtutibus destituta, agēdi virtutem sustinere possit, quæ cæteris omnibus videtur firmior, respondēdum erit, huius Actiuæ virtutis duplicem vsum admittendū esse. Alter est ille, quo propositiones formarū perfectiorum effundere solent propriam vim ad aliarum propositionū perfectionem ac bonum. Alter verò, quo propositiones formarum imperfectiorum conantur propriam imperfectionem expellere. Cōditionalis igitur propositio, necnon Indeterminatæ omnes, hac posteriori ratione tantummodo præditæ sunt Actiua virtute: harū enim vnaquæque conatur ex illius vsu exuere propriam imperfectionem atque perfectiorem formam induere. Indeterminata siquidem prosequitur determinationem: Conditionalis verò absolutionem. Quapropter, dum dicitur exēpli gratia, Si homo nō est irrationalis, homo est rationalis, vel, Si homo est animal, homo est sensitiuus, nihil aliud intēditur, nisi vt, accepto, Hominem non esse irrationalem, colligamus eum esse rationalem, &, accepto, eundē esse animal, colligamus ipsum esse sensitiuum.

Interrogatiua proponendi forma denudatur viribus omnibus. nam, sicuti propositionum Esse deducitur ex sola asserendi virtute, ita virtus omnis ab aliquo certo Esse deduci debet. Interrogatio igitur, quæ caret asserēdi virtute, deficitque ob id ab ipsarum propositionum Esse, ab illarum etiā virtutibus deficiat necesse est. Propriissimum ergo illius opus erit, proferre mentis nostræ dubia ipsamque excitare ad eorumdē determinationē. Harum autē difficultatū amotio, simúlque animi plena quies expetenda erit certa quadam serie ex perfectiorū formarum vsu. Indeterminata siquidem propositio, dum plura incerta proponit, ita interrogationi satisfacit, vt simul dirigat mentis nostræ aciem ad illa quæ sunt attēdenda. Conditionalis verò, dum quidpiā apponit quod certum quidem est, sed non adhuc absolutum, videtur præterea obiicere lumen aliquod, cuius vi mens nostra tutè versari possit circa ea quæ percipienda sunt.

Diuisiua proponendi forma, dum plura certa proponit, ea ratione mēti nostræ quietē affert, vt eandē impellat ad perquirēda singula quibus plura hæc aptāda sunt.

Ipsa demum perfectissima proponendi forma, respectu rerum propositarum, affert summā quietem mētibus nostris.

Capvt VII.

De his in quibus propositionum vires seu conueniunt, seu non conueniunt, & de propositionum dispositionibus.

Omnivm propositionum viribus cōmune est, dū ad vsum deducuntur, animi motū excitare, quem tamen nō possunt perficere virtutes Constructiua ex conuersione, Constructiua ex correlario, & Destructiua. Actiua verò virtus & Receptiua potentia, quatenus ad inuicē copulantur, necnon concursus plurium inducentium virtutū ad idē construendum, talem animi motū verè perficiunt. Tales verò motus, prout consummantur, Discursus vocem cōsecuti sunt, licet non eadem ratione, quin potius longè diuersa, vt postmodum demōstrabitur. Virtutes autem, quæ animi motum exordiuntur & non perficiunt, seiunctim proprios actus exercere possunt absq; vllo alterius propositionis accessu, ex communissimæ tantummodo certitudinis virtute. Actiua verò virtus, Receptiua potentia, & virtus Inductiua absque communi amplexu infecundæ sunt. Et hæc quidem ex his facilè deducuntur quæ superius sunt constituta. Ex quibus etiam colligere licet, Constructiuam virtutem per conuersionem, Constructiuam ex correlario seu Collectiuā, atque etiam Inductiuam, eas tantummodo propositiones construere quæ eiusdem sunt qualitatis, ex affirmatiuis scilicet tantùm construi affirmatiuas nō autem negatiuas, eadēque ratione ex negatiuis negatiuas non autem affirmatiuas. Destructiua verò virtus oppositā legem videtur admittere: eas enim propositiones tantummodo destruit, quæ diuersæ sunt qualitatis. negatiuæ siquidem destruunt affirmatiuas non autem negatiuas, & affirmatiuæ negatiuas non autem affirmatiuas. Quod si obiiciantur propositiones formæ diuisiuæ, quæ Affirmatiuæ appellantur, & construunt nō tantùm affirmatiuas sed etiam negatiuas, destruúntque non tantum negatiuas sed etiam affirmatiuas, dicendū erit hoc ideo euenire ex propositionibus diuisiuis, quoniam licet formaliter sint affirmatiuæ illarum tamen vis affirmandi obtunditur ac infirmatur, ob associationem duorum Prædicatorum quæ se inuicem pati non possunt.

Quapropter negationes etiā virtute cōtinent: ex quo factum est vt primę negationes, veritati consonę, ex illis pendeant, sicuti ab eisdē etiam oriuntur propositiones indeterminatę ac conditionales. Idē de propositionibus

medijs

mediis sentiendum est, qoæ similiter constituunt ac destruunt propositiones affirmatiuas ac negatiuas, virtute enim vtramque qoalitatem similiter complectuntur. nam, quæ dicit exempli gratia, Manum vt in pluribus quinque digitos habere, simul asserit, Minotem pattem qninque digitos non habere. Si qois autem existimet, ex vniuersali affirmatiua dicente exempli gratia, Omne A est B, construi negatiuam vniuersalem dicentem, Nullum A est non B, & ex negatiua vniuersali dicente exempli gratia, Nullum C est D, construi affirmatiuam dicentem, Omne C est non D, similíque ratione ex particolari affirmatiua dicente, Istud A est B, construi negatiuā dicentem, Istud A non est non B, atqoe ex particulari negatiua dicente, Aliquod C non est D, construi affirmatiuam dicentem, Aliquod C est non D, hic admonendos erit, tales propositiooes reipsa non discrepare à qualitate illarum, à qoibus eliciuntut, licet qualitas videatut opposita Sicut euim vnica disiunctio (vt superius demonstratum est) negatiuam qualitatem constituit, ita eadem bis repetita (sioe explicitè siue implicitè id fiat) negationem repellit & affirmationem inducit. Actiua verò virtus & Receptiua potentia vtraque lege quodammodo solutæ suot. nam ex harum virtutum viu affirmatiuæ pariunt affirmatiuam & negatiuam, ita tamen vt, vtraque existente affirmatiua, affirmariua tantummodo colligatur. At de his postmodum diligentius tractandum etit, dom agetur de Argumentationibus.

Capvt VIII.

De propositionum dispositionibus.

Propositionvm dispositiones præcipuę deducendæ sunt ex dispositionibus materierum ac perceptionum, quæ eisdem materiebus aptari possunt, necnon ex dispositioobus quæ earundem formis conueniunt. Materietum dispositiones pendent ex dispositionibus terminotum ac copolarum, de quibus iam dictum est.

Perceptiones itidem ex eorundem terminorum ac copularom conceptionibus sunt deducendæ. quapropter in tationis ordine perceptiones vniuersalium vniuersaliter conceptorum ita præcedent cęteris omnibus, vt subministrent aptissimè principia omnibus scientificis perceptionibus: Id verò (vt ex superioribus patet) tunc eueniet, dum tam Subiectum quàm Prædicatum ex certa vniuersalitatis ratione concipientur: quemadmodum enim non percipientes, exempli gratia, id quod de omnibus ac de singulis hominibus in Quid ptimo prædicari potest, non concipimus hominem vniuersalitet ac vt speciem, & non atringentes ratiocinandi vim, tanquam constituentem Nominis speciem, non concipimus rationale vniuersaliret ac vt veræ differētiæ munia sustinet, ita, nisi horum vtrumque vniuersaliter conceptum associetur, non affirmatut vniuersaliter Hominem esse rationalem, seu Rationale esse hominem.

Si quis autem non eoncipiens hominem, vt certam qnandam terum speciem: & Rationale vt illius differentiam constiruentem, proferat easdem propositiones hic psiracorum more enunciabit, vel certè non attinget vniuersalem doctrinam. Easdem ob causas siquis dicat verè vniuersalitet, Rationale est risibile, seu Risibile est rationale, hic necessariò concipiet Rationale tanquam risibilis causam, & risibile tanquam proprium quoddam, quod ab hac causa effluit.

Specierum autem ac genetum conceptiones vniuersales differunt à perceptionibus differētiarū ac proprietatum, quoniam species & genera dum concipiuntur vniuersaliter, absque differentiæ perceptione, coocipiontur absolutè, sed confusè, non autem distinctè. Differentiæ econtra, si absque specie concipiantur, concipiontur distinctè, sed relatiuè, non autem absolutè: idémque proprietatum conceptionibus euenit, excepto quod hæ magis distant ab absolutis. Itaque, quamuis percipientes exempli gratia, Hominem de singulis hominibus in Quid prædicari, percipiamus hominem vniuersalitet, neque vlterius ambigere liceat, an talis conceptio sit vnioersalis, ignoramus tamen adhuc hominis rationem, ex qua distincta illius cognitio deducenda est, similique ratione, percepta rationalitatis vi, non tamen adhuc concepto homine vt essentialiter rationali, constituitur quidem perceptio verè vniuersalis ac distincta, sed relatiua tantùm, noo autem absoluta. Itaque differentiarū perceptiones impellunt ad conceptus speciei seu generis ex quibus perficiuntur. Proprietates verò distinctè ac resolutè perceptæ, nō autem absolutè, impellunt non tantùm ad Subiecti generis seu speciei, sed etiam ad differentiæ perceptionem, necnō ad priorum proprietatum conceptus, dum ipsę primę noo sunt. Differentiæ autem coostituentes, & rationis & causæ monia instioere solent, rationis quidem, quatenus respiciunt speciem seu genus: nam obiiciunt intuendam illorum rationem, seu quod qoid est, causæ verò, quatenus pariunt proprietates. Quapropter rectissimè dictum est, quæstionem in qua quæritur Quid sit, & quæstionem, in qua perscrutatur Propter quid sit, in idem cadete, in ipsius scilicet differentiæ perceptiooem, ex qua colligēda est solutio vtriusque quæstionis. Dispositio earundē propositionum, quatenus ex simplici forma deduceoda sit, his Legibus erit contexenda, quibus terminorum ac copularum dispositionem modeiaodam diximus. oam respectu intuitus simplicioris, seu oaturalis, imperfectiora perfectioribus præferuntur, respectu verò intuitus rationalis econtra. Patet autem propositionum perfectissimè asserentium formas perfectissimas esse, Diuisioas obtinere locum dignitatis his proximum, Tertiū aptari conditionalibus, Quartū indeterminatis: ipsámque Interrogationis formam imperfectissimā esse. Ideo autem asserendum est, conditionalem excedere dignitatem Indeterminatæ, quæ ex Diuisiua immediatè deducitur, quoniam perfectiori ratione asserit, & Indeterminatæ propositionis infirmitatem non parum corrigit. Hi tamen dignitatum grados, qui aptantur propositionibus, ob differentias solius formæ, facilè commutari possunt ob varias materierum adiectiones. propositiones enim perfectissimæ formæ dum versantur circa ea quæ seosus mouent, quæque vt talia, ob summam certitudinē, interrogationem nō videntur recipere, imperfectiores censendæ erunt interrogationibus rerum præstantiorum. quod ex eo manifestè conuincitur, quoniā tales interrogationes ex simplicis Naturæ ordine supponunt certas aliquas rerum sensibilium perceptiones. nam data rerum omnium ignorantia, interrogatio dari non potest. Sicuti igitur propositiones perfectissimæ erunt, dum in eis formarum dignitas coocomitatur materierum digoitatem (vt in illis euenit quæ versantur circa communissimam latitudinem rerum conceptibilium) ita illarum perfectio ac imperfectio diminuitur seu augetur, dum formarum perfectioni aduersatur materierum imperfectio, seu econtra. Hinc factum est vt Conditionalis propositio, quæ respectu formæ ab vtroque extremo est tertia, etiam in materierum transcursu Mediatricis munia vt plurimum exercere possit, idqne siue ex Naturæ ordine ab imperfectioribus cognoscendi gradibus tendatur ad perfectiores, siue ex rationali intuito vis perfectioris cognitionis ad inferiora sit deducenda.

Si qois autem eosdem dignitatis, ac perfectionis gradus etiā circa propositionū vires discernere exoptet, hic ex iā cōstitutis colligere poterit, Actiuā virtutē, quatenus associat perfectissimā proponendi formā, esse cæteris omnibus præstātiorē, eandē, vt inest propositionibus Diuisiuis, secūdā in dignitate cēsendā esse, Tertiū locū aptari potētiæ Receptiuæ, Quartū Actiuæ virtuti propositionis Cōditionalis, Quintū Actiuæ virtuti propositionis Interminatę. post has verò collocādas esse, virtutem Destructiuā, virtutē Constructiuā ex correlario, & virtutē coostructiuā ex cōuersione ipsámq, Inductiuā virtutē omniū imperfectissimā esse, ideóq; respectu naturalis intuitus primo loco exercenda est respectu verò intuitus rationalis (prout subiecta materia patitur) postremo. nā optimus Medicus tūc dignoscitur, dū adamussim ioterrogare potest ea omnia, quæ cōducūt ad ægroti infirmitatē optimè discernēdā, & in cęteris facultatib. idē euenit.

CONTEMPLATIONIS SECVNDAE,

Pars Tertia:

IN QVA AGITVR DE VARIIS COPVLATIONIbus propositionum ad nouam veritatem eliciendam, seu de Argumentationibus.

CAPVT I.

De Commum Argumentationum natura.

PRopositionvm decens appositio Argumentationē patit, haud secus quàm simplicium conceptionum cooueniens copulatio Propositionē constituit. Tunc autem propositiones aptè atque decētet apponuntur, cum ipsarum vites ad idem constituēdum atque probandum concurrunt.

Hoc plutibus rationibus adimpleti solet, pro diuersa propositionum natura, atque etiam pto multiplici earundem associatione. constat verò plurium propositionum vires tunc tantommodo ad idem confirmādum decentissimè copulari, cum illarum vnaquæque continet aliquod proprium & aliquod commune: propositiones enim ex eisdem terminis constiruræ plures propositiones nō sunt, sed eadē, licet sæpius repetita. Quòd si plotes sint, ex sola conuersione seu ex collectiuæ virtutis vsu abinuicem distinguuntur, neque Argumentationem perficere possunt. Propositiones verò ex termino vtroque seiunctæ, nihilque commuoe continentes, neque sibi inuicem copulantur, neque aliquod pariunt: patet enim propositionum copulationem, ac ptopositionum copulatarum partum, à simplicium conceptionom copulatione atque ab earondem partu omnino differre. Simplices quidem conceptiones quooiam indiuisibiles sunt, tertio aliquo omnino extraneo, ipsa scilicet copula, coniungi solent. Nullum autem extraneum pariunt, sed omnis illarum vis nouæ huic copolationi incumbit, nouámque illius exptessionem iotēdit. Econtra propositiones, quoniā diuisibiles sunt, ea certa vniuscuiúsque parte singulis interna (communis scilicet termini virtute) ad inuicem copulātur, & externum quodquam pariunt, propositionem scilicet, quæ tāquam totius Argumentationis fructus à producentibus ea tatione distinguitur, qua ipsæ ptopositiones producentes inter se distinguuntur. Harum autem ptopositionū vnaquæque propriam vocem sortita est: ea siqoidem, qoæ ex præcedentium concursu peodet, Conclusionis nomē obtinuit. Propositiones verò præcedētes, Præmissæ appellaræ sunt. Termini etiam, quatenus Argumentationes ingrediuntut, certas quasdam denominationes obtinuere. Itaque, qui in Conclusione prædicatur, ac Præmissatum vni est ptoprius, vocatur Terminus Maior. Qui verò in eadem subiicitur, ac alteri Præmissarum est proprius, dicitur Tetminus Minot. Horum vnusquisque, Præmissarum aliquam siogulariter ingreditur, & ad Conclusionis constitutionem transmittitur, quoniam Præmissarum vnaquæque certum aliquod Conclusioni confert. Ideo autem Conclusionis prædicatum dicitur Terminus Maior, quoniam (vt alibi demonstratum est) si plura non comprehendar quàm Subiectum, ab illius vniuetsitate numquam deficit.

Simili tatione, Conclusionis subiectum appellatut Terminus Minor, quoniam subiecto essentialitet coouenit à Prædicati vniuersitate deficere posse, cam verò numquam excedere.

Terminus vtrique Præmissarum communis, ob non dissimilem causam Terminus Medius dictux est. nam oeque Maioris termini vniuersitatem transcendere potest, neque pauciora, quàm Terminus Minot, compreheodere: ideòque tanquam intet vtrumque medios est accipiendus. Eisdem etiam rationibus ex Præmissis illa, cuius terminus prædicatur in Conclusione, diciror Propositio Maior. Illa autem, cuius terminus in eadem Conclusione subiicitur, vocatur Proposirio Minot. Et Maior quidem propositio ptiorē locum obtinebit, quoniā in rationis ordine magis vniuersalia minus vniuersalibus præferuntur.

Quamuis autem hæ terminorum ac propositionum voces ex diuersis vniuersalitatis gradibus præcipuè deduci soleant, eędem tamen eisdem rectissimè aptari poterunt, dum latitudinis series decurritur, in qua nulla datur vniuersalitatis distinctio: tunc siquidem, licet singuli termini ac propositiones singulæ commutari possint, recta tamen horum omnium dispositio sumenda est ex relationibus magis seu minus essentialibus: nam magis essentialia, quæ in eodem tationis ordine pręcedunt minus essentialia, obtinebunt locū magis vniuersaliū: & minus essentialia, eotum quæ sunt minus vniuersalia.

In ipsis verò Argumentationibus Conclusio accipitur, vt ignota, Præmissæ autem, vt præcognitæ: nam ex his Conclusio ignota est aperienda. rectissimè siquidem dictum est, Omnem doctrinam disciplinámque discursiuam ex præexistenti cognitione fieri.

Patet tamen, in Argumentationum vsu, propositionum præcognitionem præcipuè supponi: terminorum enim ac copulæ cognitio ad rectam propositionis perceptionem attinet.

Sicuti autem (vt alibi diximus) ad propositionū perceptionem, de Copula prænoscimus Esse, & Quid significet, de Prædicato, tantummodo Quid significet, & de Subiecto (quod ex innominatis etiam sumere licet) reale tantummodo Esse, Ita circa Argumentationum præmissas, illarum veritas erit prænoscenda.

Siquis autem Terminos Argumentationum attendat, ac singulorum perpēdat munia, facilè percipere poterit Minorem terminum in tota Argumentatione id præstare, quod in vnica propositione Subiecto coouenit, simílique ratione terminum maiotem Prædicati, & termioū medium Copulæ, munia proportione quadam sustinere. Hinc euenit, vt de Minori termino haud secus, quàm de propositionis subiecto, illius tātum Esse necessariò prænoscendum sit de termino maiori, Quid vox significet, de termino medio vtrúmque. nam tam ad subiecti quam ad Prædicati partes sustinendas, prout seu maiorem seu minorem terminum respicit, est aptus. Quarum autem propositionum veritas absque vllo Argumentationum vsu tutè anticipetur, ex his manifestum est quæ superius de Terminorum relationibus ac de Propositionum

tionum differentiis enarrata sunt.

Capvt II.

De Argumentationum generibus, speciebus, figuris, Modis, ac Perfectionum gradibus.



RGVMENTATIONVM differētiæ communiores colligendæ sunt ex viribus propositionom ipsas Argumentationes primò ingredientiū. Hæ (vt ex constitutis patet) sunt tres: Actiua scilicet virtus, Receptiua potentia, & Virtus inductiua. Duæ priores, nisi ad inuicem copulentur, infecundæ sunt. Virtus autem inductiua, simili virtuti adiūcta, aliquid vtcumqoe arguit. Duo igitur præcipua Argumentationum genera admittenda erunt.

Primum Actiuæ virtutis ac Receptiuæ potentiæ vires manifestè exercet, atque syllogisticas Argumētationes complectitur, quæ, sicuti perfectioribus propositionum viribus vtuntur ac verè perfectę sunt, ita ex vnico tum Actiuæ virtutis tum Receptiuæ potentiæ vsu proprium opus (Conclusionis scilicet illationem) ad consummationem perducunt rectissimè siquidem dictum est, Syllogismum esse orationem, in qua quibusdam positis ac concessis, aliud quid ex necessitate, seu saltem probabiliter, sequitur.

Secundum Argumentationum genus eas Argumentationes colligit, quæ ex ipsa Propositionis vi quam exercet, Inductiones appellari solent. Hæ, quoniam imperfectiori propositionū virtuti innituntur, licet non duas tantùm vt Syllogismus, sed plurimas propositiones pręmittere soleant, nihilominus quantum ad vniuersalia pertinet, nihil ex necessitate cōcludunt, sed ad id quod intēdunt tantūmodo dirigunt atque inducunt: ideóque tam Præmissarum vis quàm tota Argumentatio talē denominationem obtinuere.

Siquis autem Inductionum robur certè perpendat, facilè assentietur eas nihil aliud esse quàm quendam syllogismum diminutum. nam, cum syllogismi ex duabus præmissis constare debeant, dum vnica tantum pręmissa assumitur, alia verò vtcūque supponitur, syllogismi vis non omnino profertur neque apertè exercetur, huiusmodique Argumentationes Enthymemata vocari solēt.

Harum illa perfectior est, quæ maiorem propositionem profert, minorē autem supponit, vtputa, si dicatur Omnis homo est animal, Ergo Socrates est animal. Illa verò est imperfectior, quæ Minorem obiicit, Maiorem tacens, vt puta si dicatur Socrates est homo, Ergo Socrates est animal. Ad huius imperfectiorem Enthymematum ordinem Inductio pertinere videtur: facilè enim intueri licet illius propositionis præmissas, licet sint plurimæ (neque enim certum aliquem numerum exposcūt) continere tamen tantummodo vim vnicæ propositionis Minoris, in qua plura subiecta copulētur. nam idem est dicere ex plurium propositionū vsu Socrates est risibilis, Plato est risibilis, Petrus est risibilis, & reliquorum qui visi sunt, vnusquisque est risibilis, quàm si ex vnicæ propositionis vsu dicatur, Socrates, Plato, Petrus, & reliquorum, qui visi sunt, singuli sunt risibiles. Sicuti igitur hac propositione vnica sic proposita nihil infertur, absque alterius propositionia, quæ subiicetur, virtute, (vt puta singulis hominibus, qui apparēt, risibilibus existentibus, probabiliter colligi posse, Omnes homines esse risibiles) ita nisi eiusdem Maioris vis supponatur, ex vsu plurium propositionum inducendi vi pręditarum, nulla erit concludendi ratio. In eo tamen Inductiones imperfectum Enthymema excellere videntur, quoniam vt plurimùm circa ea versantur quibus primæ ac communissimę certitudinia vis prōptius opitulatur. Ideóque absque vllo Maioris propositionis vsu Mēs nostra Conclusioni tutius assentitur.

Syllogismorum plures differentiæ ac species admittendæ sunt, constat enim actiuam propositionum virtutem, cuius in Syllogismi opere consummando partes potissimæ sunt, non tantùm perfectissimæ ac diuisiuæ proponendi formæ aptari, sed etiam conditionali & indeterminatæ, necnon his quæ simul seu conditionales ac diuisiuæ sunt, seu conditionales ac indeterminatæ. Propositionum autem formis immutatis, illarúmque præsertim quæ omnem agendi virtutem continent, syllogismorū formas non immutari impossibile est. Sicuti igitur communissimi generis, Argumētationes omnes amplectentis, distinctio ex vitium quæ in Argumentatione exercentur distinctione pendet, ita syllogisticæ Argumentationis species ex formalibus propositionum differentiis deducendæ erunt.

Inductiua autem Argumentatio, quatenus à syllogismis seiungitur, quoniam perfectissimæ tantum formæ vsum admittit, in plures species non distinguuntur. Syllogisticæ Argumentationes admittere possunt propositiones formæ perfectissimæ, formæ diuisiuæ, formæ conditionalis, & formæ indeterminatæ. ideóque ob huiusmodi præmissarum differentiaa ad plures deducentur species. syllogismi enim, qui propositionum seu perfectissimæ formæ, seu formæ diuisiuæ vsum recipiunt, Categorici appellandi erunt: similíque ratione, qui conditionalem propositionem assumunt, Conditionales, Qui verò indeterminatam, Diuisiui. Hi autem ideo dicuntur Diuisiui, quoniam diuisiuæ propositionis vi de medio sumpta nulla indeterminatarum propositionum veritas admitti posset. Categorici syllogismi ita in Præmissarum constitutione trium terminorum vsum retinebūt, vt duorum propriorum nullus in ipsis præmissia reperatur, illorum verò vterque Conclusionem ingrediatur. Huius syllogismi exemplum erit,

Omne animal est sensitiuum.
Omnis homo est animal,
Ergo Omnis homo est sensitiuum.

Conditionales syllogismi ac Diuisiui conueniunt cum Categoricis, quoniam tres tantummodo terminos complectuntur: sed ab illorum natura recedunt, quoniā terminos proprios in ipsis præmissis bis reperire solent: Conditionalis siquidem propositio, quæ in conditionali syllogismo primum occupat locum, ex tribus terminis constituitur, huicque alia propositio formæ perfectioris est subiicienda, quæ, ne terminorum numerum ternarium transgrediatur, eosdem repetat necesse est. Indeterminata similiter propositio plura prædicata complectitur: quorum aliquod in Minori repetendum est. Et hæc quidem in Conditionalibus ob subiecti, in Diuisiuis verò ob Prædicati infirmitatem eueniunt.

At silentio prętereundum non est, virtutes constructiuas ex conuersione, & ex correlario, atque etiā Destructiuam, quarum nulla perfectū discursum parit, perfectis discursibus, ipsisque præcipuè syllogismis sæpius inseruire. ipsæ enim virtutes constructiuæ ex conuersione, seu ex correlario, propositionum, syllogismos ingredientium, infirmitati mederi solent. Destructiua verò virtus, totam Argumentationem fulcit. quod, dum accidit, Argumentationum formæ quodam pacto immutari videntur. Ideóque Categorici, qui absque vllo Destructiuę virtutis vsu proprio muneri incūbunt, Recti appellantur, illi verò, qui Destructiuę virtutis adiumenta recipiunt, Obliqui dicendi sunt. Simili ratione syllogismi conditionales, quatenus nō vtentur Destructiua virtute, conditionales constructiui appellandi erunt: quatenus verò ea vtentur, erunt conditionales Destructiui. Syllogismi Diuisiui Destructiuæ virtutis vsum non admittunt, quoniam Prædicata propositionis indeterminatæ, quatenus distinguntur, Diuisiuæ propositionis vi non deficiente, plures propositiones constituunt, quæ Contradictoriarum propositionum vim continēt. Inductiones, dum non assumunt Destructiuæ virtutis vsum, simplices, dum verò assumunt, Compositę dicendæ erunt.

Singulę autem Argumentationum syllogisticarū species, categorica videlicet conditionalis & diuisiua, quæ ex formalibus propositionū differētiis ab inuicē distinguuntur, plures syllogizādi formas cōplectuntur, quarū vnaquæque plures modos admittit, quorum itidem

vnusquisque non paucos perfectioris ac imperfectioris gradus, atque etiam plures denomioationes suscipere solet. Et ipsæ quidem figuræ, singulas syllogisticarum Argumentationum species contrahentes, ex multiplici terminorum, propositiones iogredientium, dispositione deduceendæ sunt. Singolæ vero figuræ Modi earundem præmissarum qualitatem ac quantitatem consequuntur.

Perfectioris autem gradus, quibus singuli modi distinguuntur, ac certas denominationes inducunt, eas terminorum ac propositionum differentias comitantur, quibus ipsæ propositiones essentiales seu non essentiales, Necessariæ seu non Necessariæ, appellari solent. At horum vnumquódque diligentius perquireodum atque explicandum est.

Capvt iii.

De syllogismorum rectorum figuris.

TRes termini, ex quibus duæ Categoricorum syllogismorum Rectorum præmissæ constituuntur, si omnes setierum Modi possibiles attendantur, quatuor rationibus disponi poterunt, terminos siquidem vtrique communis, quem Medium terminum appellari diximus, potest subiici in propositione Maiori, in Minori autem prædicari: in Maiori prædicari, & in Minori subiici, in vtraque prædicari, & in vtráque subiici.

Horum quatuor modorum priorem, rerum ordini quammaximè conuenire manifestum est: in eo enim terminus maior, qui cæteris duobus vniuersalior, vel certè oon minus vniuersalis est, tanqoam magis voiuersalis ingreditur: prædicatur enim de termino communi, seu medio, qui de termino minori prædicatur.

Secundus modus (vt earondẽ rationũ vi demonstrari potest) rerũ ac Naturæ ordinẽ omnino peruertit: quare veritati nullo modo inseruiet, & inutilis omnino erit.

Duo autem modi posteriores, quoniam Naturę ordinem neque penitus retinẽt, neque penitus peruertunt, & prioris quidem modi perfectione longè deficient, vtiles tamen in quibusdam erunt.

Et hi quidem syllogismorum modi vtiles, tres eorundem syllogismorum figuras constituẽt, primam scilicet, secondam, & tertiam. Prior antem, quoniam perfecta est ac Naturæ ordini omnino consona, non tantum perfectissimam proponendi formam, sed Diuisiuam etiam atque Indeterminatam admittet, atque circa omnes materierum differentias versari poterit, conclusionémque tum affirmatiuam, tum negatiuam, veritati consooam pariet.

Figura secunda affirmatiuam Conclusionem non pariet. nam in ea terminos medios prædicatur io vtraqoe præmissarum, accipitúrque ob id tanquam terminus Maiori ac Minori communior. Impossibile autem est, huiusmodi medij virtute, terminum maiotem de termino minori affirmatiuè prædicari. Quare negatiuam tantummodo Conclusionem educet, quæ tamen ex parte quantitatis plures differentias admittit.

Figura tertia, in qua medius terminus in vtraque pręmissarum subiicitur, particularem conclusionem tantummodo pariet: impossibile enim est terminũ maiorẽ, virtute Medij termini cui subiicitur, de minori termino cui idem medius terminus subiicitur, vniuersaliter prædicari.

Quare tertia hæc figura secundâ erit imperfectior. Vtriusque tameo syllogismi ad primâ figuram deduci poterunt, vt in ea decentẽ consummationem recipiant, ac roborentur: nã imperfecta ex Naturæ ordine perfectionẽ exquirunt eámque à perfectioribus consequontur. Ipsius igitur primæ perfectissimæque figuræ non tantum Modi, sed Modorum etiam singulorum materiales differẽtiæ, diligenti examine perquirendę atque explicandæ sont. his enim recte perceptis, cæterarum figurarum ac Modorum omnium, quæ ab illarum vnaquaque exerceri possunt materiæ ac materierum differentiæ omnes percipientur.

Capvt iiii.

De Primo Modo syllogismorum rectorum figuræ primæ, atque de materierum, circa quas exerceri potest, differentiis: simúlque de Demonstrationibus potissima, Propter quid, Signi, & Quia.

PRimæ figurę primus modus ille erit, io quo vtraque præmissorum est affirmatiua, atque etiam vniuersalis, vt puta si dicatur,

Omne A est B,
Omne C est A,
Ergo, Omne C est B.

Modus iste, quoniam affirmatio negationem digoitate præstat, & Vniuersale, non vniuersale, cæteros omnes dignitate excellet. Quare affirmatiuè atque vniuersaliter concludet, quod oulli aliorum datum est. Illius etiam illatio non tantùm firmissima atque tutissima erit, sed cæteris illationibus omnibus, affirmatiuisque præsertim, vim ac robur subministrabit. Apparet enim ex sola communissimi priocipij vi, illud quod alicui prædicato affirmatiuè & vniuersaliter subiicitur, illis omnibus affirmatiuè & vniuersaliter subiici, quibus idem Prædicatum affirmatiuè atque vniuersaliter subiicitur.

Siquis enim hoc neget, asserátque, exempli gratia, Vioens (quod de animali vniuersaliter affirmatur) de homine, de quo animal vnioersaliter affirmatur, non affirmari vniuersaliter, huic fatendum esset, Viuens ipsum de animali & voiuersaliter affirmati & viuersaliter non affirmari, quod primæ ac omnium firmissimę certitudini repugnat.

Tribus autem rationibus ex vniuersalibus affirmatiuis licet syllogixare.

Prima est, dum præmissarum vtraque accipitur ex latitudinis serie, atque etiam ex eadem serie: neque enim aliter commuoem terminum complecti possent, sed ex qoatuor terminis oecessariò constituerentur.

Secunda est, dum vtraque ex longitudinis serie sumitur, quæ series easdem ob causas erit vtrique cõmunis.

Tertia ratio est, dum vno præmissarum ad latitudiois, altera vero ad longitudinis seriem pertinet.

Dum prima ratio exercetur, vtplurimùm vtraque præmissarum erit formæ perfectissimæ, vtpota dum dicitur,

Omne appetitiuum est motiuum.
Omne animal est appetitiuum.
Ergo, omne animal est motiuum.

Quandoque Maior erit Diuisiua, Minor autem formæ perfectissimæ, vtputa dum dicitur,

Omne sensitiuum est vel rationale vel irrationale.
Omne animal est sensitiuum.
Ergo, Omne animal est vel rationale vel irrotionale.

Hæc autem Argumentatio ita ad latitudinem spectat, vt simul ex Dioisiuæ virtute afferre videatur propensionem quandam ad longitudinis seriem.

Huius primi ordiois Syllogismi probant ea quæ vere sunt ignota, quæqoe subiecto propriissimè ac primò conueniont. Ideóque ex his taotummodo Scientiæ Syllogisticæ consummandæ prima constitutio deducenda erit.

Ipsæ autem scientificæ Demonstrationes, si ad inuicem comparaotur, eruot ex eo dignıores indigoioresve, quoniam circa magis minúsve vnioersalia versantur. Ex eo verò erunt firmiores seu infirmiores, quoniam magis minúsve primis ac immediatis innituntur: vniuersaliores enim minus voiuersalium dignitatem excellunt simúlque easdem tuentur. Illæ verò, quæ primis ac immediatis insistunt, quammaximò firmæ sunt, præsertim si præmissarum vnaquæque sit prima ac immediata, seu primis ac immediatis insistens: tunc quippe ratioois nostræ perceptio illis visionibus proportione respondet, quæ versantur circa visibile, decentissimè illustratum ac

tum ac decentissime oculo obiectum. Siquis enim vtrúque percipiendi ordinem comparet, facilè animaduerret Maiorem propositionē id præstare in rationis nostræ intuitu, quod à lumine in sensibilium visione exhiberi solet: Minorem verò, rem ipsam animo discernendā obiicere. Vtráque igitur præmissarum, prout illi conuenit, prima atque immediata existente, vtrúmque decentissimè præstat, & scientifica perceptio summam perfectionem assequitur, euenitque ob id vt huiusmodi Syllogismi Demonstrationum Potissimarum vocem admittāt: in illis siquidem demonstratur propria passio de Subiecto, cui primò conuenit per propriam causam: idque ea ratione vt simul demonstretur rem esse essendi causa, háncque verè esse causam, neque rem aliter se habere posse. Dum autem præmissarum altera, seu vtráque non est immediata ac prima seu primis inhærens, neque tamen termini ita distant, vt causæ vis rationis nostræ intuitum omnino subterfugiat, Demonstrationum robur non parum infirmatur: haud secus quàm visio infirmari solet, dum id quod videndum est seu lumine debiliori perfunditur, seu lōgius quàm par sit distat, seu etiam patitur vtrúmque malum, ita tamen vt visum omnino non effugiat. nam, si omnino effugit nulla est visio, sicuti, dū ob summam terminorum distantiam rationis intuitus causæ vim nullo modo attingit, nulla est demonstratio. Ideo autem ea, quæ ad latitudinis seriem pertinēt, probātur simul tum respectu ipsius Esse, tum respectu causæ, ac Potissimam Demonstrationem admittunt quoniā horum vnumquódque ex necessitate est vel vniuersale absolutum, vel commune communiter acceptum.

Sicuti igitur horum nullū absque certo mētis nostræ lumine, seu simpliciter, seu vt alteri adiunctum, concipi potest: ita illorum vnumquodque ex vnius tātummodo rationis seu causæ virtute colligendum est.

Quamobrē hac percepta, omnino percipitur, clarius tamen seu obscurius, vt ex superioribus patet. Hac verò non percepta penitus ignoratur. quod circa ea, quæ ex pluribus causis deduci possunt, non accidit: hæc siquidē non tantùm clarius, & obscurius sciri possunt, sed etiam partim sciri & partim ignorari. nam, dum causarū aliqua attingitur, cæteræ verò latent, eiusdem rei scientia & inscientia quodam modo copulantur. Ideóque sæpius vi illius demonstrationis, quæ dicitur Demōstratio (Quia) rei Esse attingimus, causam autem ignoramus quæ noua syllogizādi ratione, ex qua constituitur Demonstratio (Propter quid) perquirenda erit. In secunda syllogizandi ratione, quæ ad eundem primæ figuræ modū primum pertinet, quæque præmissas ex longitudinis serie accipit, illarū vtráque erit perfectissimæ formæ: neque enim ea, quæ ex huiusmodi serie accepta ad inuicem copulantur, aliam proponendi formam admittunt. Hæc syllogizandi ratio firmissima quidem erit, sed nihil verè ignotum concludet: patet enim ex illius vi Essentiæ partes colligi atque definitionis constitutionem foueri: ex qua principiorum perceptio pendet.

Et hæc quidem Principiorum scientia, cum sit omniū præstantissima, si rectè ad vsum deducatur, demonstrare potest ea quæ verè sunt ignota atque à summa vniuersalitate recedunt.

Quod autem dicti syllogismi verè nihil ignotū probent, ex eo manifestum est, quoniam his semper innitūtur, quæ, quatenus sunt ignota, sunt magis ignota quàm id quod concluditur. Quatenus verò sunt nota, eodem sunt minus nota: assumunt siquidem prædicatum minus vniuersale ad prædicati magis vniuersalis confirmationem, vtputa Hominem animal esse, ad probandum, Hominem viuentem esse, quod longè est clarius. nam communiora ac vniuersaliora sunt magis nota quàm minus communia. Ideóque, data terminorum notitia, impossibile est cognoscere Hominem esse animal, nisi cognoscatur Hominem esse viuentem, cum tamen nihil repugnet cognoscere Hominem esse viuentem, & nescire eum animal esse.

Et hæc veritatem continent, seu rationis ordo attendatur, seu naturalis. Quod enim ad rationis progressum attinet manifestū est magis vniuersalia & primò occurrere, & ad minus vniuersalia elucidanda vim propriam extendere.

Quantum autē ad Naturæ progressum, nouimus particularia ex communioribus rationibus prius concipi, mox verò sub rationibus contractioribus ipsúmque rationis intuitum tunc decentissimè exerceri, dum primò circa id detinetur quod in Naturæ progressu primi Prædicati sustinet partes.

In tertia syllogizandi ratione, quæ alteram præmissarum ex longitudinis serie, alteram verò ex latitudinis assumit, ea quæ ad latitudinem pertinet semper erit magis vniuersalis, quàm illa, quæ ex longitudine sumitur: ideóque semper Maioris locum obtinebit. Eadem etiam perfectissimam propositionū formam atque etiā Diuisiuam admittet.

Huiusmodi verò syllogismi aliquod quidem ignotum probare poterunt, sed ea ratione, vt nihil aliud obiiciāt, quàm cōmunioris veritatis cōtractionem seu extēsionē. Ex quo euenit vt ea quæ soli Subiecto ac primo insunt, demonstrare non possint: dum enim, exempli gratia, dicimus,

Animal est sensitiuum,
Homo est animal,
Ergo, homo est sensitiuus. seu,
Animal est rationale vel irrationale,
Homo est animal,
Ergo, Homo est rationalis vel irrationalis.

Demonstratur sensitiuum de homine, necnon rationale seu irrationale: quorum nullum ipsi homini primo conuenit. Ex tali autem syllogizandi ratione, quæ nunquam Demonstrationem perfectissimam conficere potest, sæpius rei causam, sæpe etiam rei Esse tantummodo probari solet. scientiæ enim extensio perducenda est nō tantùm ad minus vniuersalia, sed ad communia communiter accepta, atque etiam ad singularia æterna.

Horum verò plurima ea prædicata admittūt quæ pluribus mediis probari possunt. Hæc igitur syllogizādi ratio illas complectetur Demonstrationes, quæ seu Propter quid, seu ipsius Esse, ac Quia, appellari solent.

Dum circa absolutè vniuersalia syllogizatur, rei causa confirmari videtur: dicens siquidem, Animal est sensitiuum, terminorúmque vim attingens, percipiat necesse est Animal ex sensitiuo, tamquam ex propria ratione, constitui.

Dum igitur subiirit, Hominē esse animal, colligitque, Eundem sensitiuum esse, eadem ex necessitate conspiciet, Sensitiuum pertinere ad hominis rationem ex ea parte qua est animal.

Dum verò syllogizandi vis deducitur ad communia, seu etiā ad singularia æterna, tā causa quàm rei Esse (seiunctim tamen) demonstrari solent, prout seu propria sunt ignota, posteriora verò cognita, seu econtra. siquis enim arguat,

Quæ contrario carent sunt incorruptibilia,
Cælestia corpora contrario carent,
Ergo sunt incorruptibilia:

Hic à posteriori videbitur arguere, atque incorruptibilitatem cælorum ex quodam posteriori demonstrare.

Quod si dicat,

Omnia, quæ à Deo immediatè creātur, sunt incorruptibilia,
Corpora cælestia immediatè creantur,
Ergo, sunt incorruptibilia.

Eiusdem Conclusionis causam videbitur afferre.

Siquis autem circa singularia æterna, seu etiam circa corruptibilia quæ sensu percipiuntur, syllogizās his innitatur quæ sensus ipse percipit: puta nunc dari defectū Lunæ, colligátque, exempli gratia, Nunc dari Terræ interpositionem diametralem inter Solem & ipsam Lunā, hæ Demostrationes (quæ Demonstrationes Signi, rectè, ni fallimur, appellabuntur) vtráque præmissarum vniuersalem non assument, ideóque erunt non huius primi modi sed alterius.

Capvt V.

De reliquis primæ figuræ modis, atq; de singulorū materiis.

Illivs ſyllogizandi modi, qui in prima figura primum occupat locum, partibus ac materiis ſatis expoſitis, nunc deueniendum eſt ad aliorum eiuſdem figuræ modorum conſtitutionem, atque ad ſingulorum materias exponendas.

Sciendum igitur eſt, dari alium huius figuræ modum qui vtramque præmiſſarum vniuerſalem aſſumens, veritatis indagationi atque demonſtrationi inſeruire poteſt. In hoc modo altera erit negatiua, altera verò affirmatiua: impoſſibile enim eſt Præmiſſarum vtramque negatiuam eſſe. nam alibi demonſtratum eſt, Actiuam virtutem propoſitionis negatiuæ extendi nõ poſſe, dum recipiẽtis propoſitionis ſubiectum proprio ſubiecto affirmatiuè non copulatur, Receptiuámque eiuſdem potentiam ab alterius propoſitionis actiua virtute nulla ratione attingi, niſi proprium prædicatum in ea affirmatiuè ſubiiciatur. Negatiua verò ſemper erit Maior, affirmatiua autem minor. nam, ſi locus Maioris aſſignaretur affirmatiuæ, Medii termini vis inutilis eſſet. cum enim hic terminus, tamquam Maioris termini vniuerſalitatem non excedens, eidem Maiori termino in hac figura ſubiiciatur, de Minori verò termino prædicetur, dato, Maiorem eſſe affirmatiuam, ſequeretur, Id, quod eſt communius, virtute illius, cui non repugnat, ſi ſit minus commune, negari poſſe: quod Natura non patitur. ſi quis enim dicat, Omne A eſt B, Nullum C eſt A, nulla ratione inferre licebit, Nullum C eſſe B, nã B quod eſt communius, poterit & A & C, conuenire, quemadmodum animal & homini & Leoni conuenit. Ideóque neque ſi dicatur, omnis homo eſt animal, Nullus Leo eſt homo, inferre licebit, Nullum Leonem eſſe animal. At econtra, ſi negatiua affirmatiuam præceſſerit, Medij termini vis quam optimè exerceri poterit. nam poſito, Nullum A eſſe B, & Omne C eſſe A, quam tutiſſimè inferre licebit, Nullum C eſſe B. Similique ratione, dato, Nullum hominem eſſe Leonem, & Omne riſibile eſſe hominem, inferre licebit, Nullum riſibile Leonem eſſe. Huius ſecundi Modi robur omne deducitur à propoſitione dicente, Illud quod de re aliqua vniuerſaliter negatur, de illis etiam negabitur de quibus dicta res vniuerſaliter affirmatur. Et hęc quidem reſpondet propoſitioni cui primus innititur Modus, atque ex ea etiam pendet haud ſecus quàm negatio (quæ Affirmatiune natura poſterior eſt) ab Affirmatione pendeat.

Clarius autem idem ſyllogizandi modus ratione Materiæ ab eodem primo Modo deducitur: ſuperius quippe demonſtratum eſt Negatiuas propoſitiones veritati conſonas, atque indubitatæ certitudinis, conſtitui ac foueri affirmatiuarũ ac diuiſiuarum propoſitionũ virtute, quæ ad ipſum primũ Modũ pertinent. Supradicti igitur ſecundi Modi munus præcipuum erit confirmare ac demonſtrare vniuerſales negatiuas omnes, necnon communes quæ certitudinem aliquam admittere poſſunt vi illarum negatiuarum, quæ ex Diuiſiuarum virtute primò conſtituuntur, necnon Affirmatiuarum quæ primis negatiuis rectè ſubiiciuntur.

Quare cum harum vniuerſalium negatiuarum cognitio ad perfectas ſcientias pertineat, in his duobus modis omnium ſcientiarum materiæ colligi poterunt.

Præter ſupradictos duos modos dantur plures alij modi eiuſdẽ primæ figuræ: inter quos duo illi dignitate præſtare videntur qui alterá præmiſſarum abſolutè vniuerſalẽ aſſumũt, vt ſcilicet ſuſtinere poſſit, ſi ſit affirmatiua, Signũ (Omnis:) Si vero ſit negatiua, Signũ (Nullus.)

Horum vterque vniuerſali ſeu communi abſolutæ ſubiicit affirmatiuam particularem: mediæ enim propoſitiones, licet ex communibus deducantur, attamen neque illis neque vniuerſalibus abſolutis aut præciſe aut ſubiici poſſunt. Ipſæ autem particulares ſemper vniuerſalibus ſubiiciuntur. nam, vt ex ſuperioribus patet, Maioris locus, præſertim in hac figura, vniuerſalioribus concedendus eſt.

Horum duorum modorum prior vniuerſalem affirmatiuam aſſumet, atque particularẽ affirmatiuam illi ſubiiciet, vt puta dum dicitur,

Omnis A eſt B,
Aliquod C eſt A,
Ergo, Aliquod C eſt B.

Negatiua particularis affirmatiuæ vniuerſali vtiliter ſubiici non poteſt. neque enim vi negationis rei minus vniuerſalis negatio rei magis vniuerſalis infertur.

Poſterior autem modus vniuerſalem negatiuam aſſumet, illique particularem affirmatiuam ſubiiciet, vt puta dum dicitur,

Nullum A eſt B,
Aliquod C eſt A,
Ergo, aliquod C non eſt B.

Negatiua particularis negatiuæ vniuerſali ſubiici nõ poteſt, vt ex his patet quæ ſuperius demonſtrata ſunt.

In vtroque modorum dictorum Concluſio eſt particularis, quæ in poſteriori etiã negatiua eſt: ipſa enim cõcluſio deteriorẽ partem præmiſſarũ ex neceſſitate ſequitur. Sciendum autem eſt in tertio modo, Diuiſiuæ propoſitioni locũ Maioris concedi poſſe, vt puta dũ dicitur,

Animal eſt vel rationale, vel irrationale.
Socrates eſt animal. Ergo, &c.

Dictorum modorum robur ex duabus propoſitionibus pendet quæ illis proportione reſpondent, quibus firmantur duo priores ac cæteris omnibus præſtantiores Modi, immo ab eiſdem deducuntur, quatenus ad particularia, quibuſdam vocibus mutatis, contrahi poſſunt, ſicuti etiam ipſi ſyllogizandi modi ab eiſdem præſtantioribus modis ex ſimili contractione colliguntur, tertius ſcilicet à primo, quartus verò à ſecundo. Quapropter circa eaſdem materias verſari poſſunt, his exceptis quæ aſſignantur demonſtrationibus vtrámque præmiſſorum ex latitudinis ſerie accipientibus. conſtat enim propoſitionem particularem, quatenus vniuerſaliter ſubiicitur, ad longitudinis ſeriem pertinere.

Horum igitur modorum fructus conſtituetur in extentione eorum quæ ad perfectiores modos pertinent. Et hæ quidem extentiones tot ordinum erunt, quot ſunt vniuerſalium ac communium ordines.

Erunt etiam, ratione non diſſimili, tot graduum quot ſunt particularium indeterminationes atque determinationes: neceſſariorum enim negatio prius extendi debet ad minus determinata, nam cõmunium naturã magis ſapiunt, mox verò gradatim ad magis determinata, quoad perueniatur ad hoc vel illud. Huiuſmodi argumẽtationes (quantum ad illationis vim) à perfectiorũ demonſtrationum robore parum deficient, ratione autem materierum ſeu ſubiectorum quammaximè ab illarum præſtantia recedent: verſantur enim circa ſingularia ac particularia, quæ vel corruptibilia omnino ſunt, vel diuerſimodè mutabilia, atque ob hæc pręcipuè huiuſmodĩ argumentationes modos ſuſtinere poſſunt.

Supradictos ſyllogizandi modos ſequuntur modi illi in quibus neutra præmiſſarum eſt vniuerſalis abſoluta. In his propoſitio media vniuerſali ac communi, ſeu abſolutæ ſeu vagæ, ſubiici non poteſt. Non ſubiicitur vniuerſali ſeu communi abſolutæ, nam ipſis Mediis commune eſt vtramque vniuerſalem ſeu communem, affirmatiuam ſcilicet & negatiuam; deſtruere. Ideóque locum minoris accipiens Maiorem propoſitionem deſtrueret, atque omnem ſyllogizandi ſubuerteret vim. Non ſubiicitur vniuerſali ſeu communi vagæ: nam vaga propoſitio, licet communis, ex eo vaga appellatur, quoniam nullam certam formam ex propria vi retinet, ideóque quatenus ſit aſſumpta, actiuæ virtutis vſum non recipit. Supradictorum igitur modorum ille erit præſtantior, qui mediam propoſitionem tamquam Maiorẽ aſſumens, communem vagam tamquam Minorem illĩ ſubiicit: nam propoſitio vaga, cui Minoris locus adſcribitur, ex neceſſitate eſt affirmatiua. media ſiquidem propoſitio, quæ Maioris ſuſtinet partes, vtriuſq; qualitatis vim complectitur: ideoq; neque Negatiuæ copulari, neque in Negatiuã propriã virtutẽ extendere poteſt. Supradicti modi, qui quintum obtinet locũ, exemplũ erit,

Membra naturalia vt in pluribus cõmodiori figura ſunt prædita,
Manus hominis eſt membrum naturale,
Ergo manus vt in pluribus commodiori figura erit prædita.

Huiuſ-

Huiusmodi conclusio particularis esse non potest, quoniam præmissarum nulla est particularis. Non potest esse vniuersalis, tum quia syllogismus vniuersalem absolutam non assumit, sed vagam, quæ à Maiori media determinationem recipit, tum quia ipsi Conclusioni deterior conditio ex necessitate infigitur.

Supradictus syllogizandi modus indistinctè & affirmatiuè & negatiuè proferri potest, neque tamen ob id propriam naturam seu vim immutabit, quoniam (vt superius demonstratum est) ipsæ Mediæ propositiones vtriusque qualitatis vim complectuntur. Quare dato, Instrumenta naturalia vt in pluribus perfectiori forma esse prædita, datur etiam, Eadem naturalia membra vt in pluribus forma perfectiori non carere. Quamobrem si subiiciatur, Manus est membrum naturale, eadem elicietur conclusio, licet non eadem loquendi forma.

Huius syllogizandi modi materiæ propriæ erût propositiones omnes quæ ab omnino essentialibus deficiunt, quæque, cùm perfectam scientiam nõ sustineant, ad ipsam experientiam quàm propriissimè pertinere videntur. quod ex his, quæ de Inductionum materiis dicenda sunt, clarius apparebit.

Supradicto syllogizandi modo sextus adiungitur, ille scilicet in quo Maior est media, Minor verò particularis, quæ etiam rationibus superius adductis affirmatiua ex necessitate erit, & Conclusio similiter erit particularis, Illatio autem non absoluta, sed coniecturalis: mediæ enim propositionis actiua virtus absolutè extendi non potest. Dicti modi erit exemplum,

Manus hominis, vt in pluribus, est figuræ perfectioris.
Hæc est manus hominis,
Ergo, Verisimile est hanc manum esse perfectioris figuræ.

Supradictus autem syllogismus negatiuus quoque reddi potest, sicuti de modo superiori dictum est. Huius syllogizandi materiæ neque experimentales sunt, neque sensitiuæ, sed coniecturales. Licet enim Maior sit experimentalis, Minórque sensu confirmari possit, nihilominus quoniam Conclusio neque experimentalis est, neq; sensu probatur, sed probabili ratione, ad Coniecturam quàm rectissimè duci potest, cùm præsertim omnium syllogismorum materia ex ipsa conclusione tantummodo sit determinanda. Ipsæ autem coniecturales materiæ in duas partes præcipuas distingui possunt: quarum altera illa omnia complectitur quæ liberæ nostræ voluntatis vi à necessitate recedunt: ad alteram verò illa pertinent quæ naturalium agentium vi, seu ob propriæ naturæ conditionem, Accidentibus atque etiam mutationibus multipliciter sunt subiecta.

Supradictos syllogizandi modos sequuntur illi in quibus pręmissarum vtraque est particularis, ita tamen vt altera minus determinata existens, alteram quę magis determinata erit quodam pacto complecti possit: hoc quippe ad syllogisticam ratiocinationem constituendam sufficit, licet ordinis imperfectioris. Non enim negandum est pręmissarum complexum, dum altera est vniuersalis, longè pręstantiori ratione perfici.

Pręterea, pręmissarum particularium veritas non oritur ex aliqua Naturę necessitate, seu ex his quę Naturę ordini aduersantur, ideóque facti potius quàm Naturę appellanda est.

Ex huiusmodi verò propositionum particularium copulatione, duo syllogizandi modi rectè constituentur: possibile enim est & illarum vtranque esse affirmatiuã, & Maiorem negatiuam, Minorem autem affirmatiuam. Cęteras omnes combinationes syllogismum huius figurę sustinere non posse, ex superioribus patet. Prioris igitur modi exemplum erit,

Socrates est Philosophus,
Vir accedens est Socrates,
Ergo, Vir accedens est Philosophus.

Posterioris modi erit exemplum,

Socrates non est ambitiosus,
Accedens est Socrates,
Ergo Accedens non est ambitiosus.

Horum modorum materię, quę omnino à necessitatę recedunt, duarum sunt ordinum. Quędam enim ex propria natura coniecturales sunt, ita tamen vt ab illis particularibus, quæ proprio tantùm nomine sunt vel determinabilia vel determinata, extendantur ad eadem particularia, quatenus magis determinata: & ideo huiusmodi Conclusiones coniecturalium veritatum extensiones rectè vocari poterunt: eruntque plurium graduum, quoniam ipsorum particularium determinationes similiter sunt plures: quædam siquidem ex propria natura sensu tantummodo sunt percipienda, sed quoniam præterita sunt, vel absentia, vel alia ratione à sensu remota, atque etiam respectu partium sæpè ignota, syllogismi vi ostendi possunt, vtputa siquis dicat,

Alexander scripsit hunc librum,
Accedens est Alexander.
Ergo accedens scripsit hunc librum.

Et hæ quidem plures differentias admittunt, vt experientia ipsa docet, atque ex his quæ in naturali scientia pertractanda sunt dilucidius perspicimus. In præsentiarũ admonuisse sufficiet, sensibilia, quatenus actu sensus mouent, cuiuscunque ordinis, minorem tantum propositionem his syllogismis imperfectioribus subministrare, quatenus actu sensus non mouent, sed vel ex imaginationis vi internè comprehenduntur, seu memoriæ virtute internè retinentur (quoniam hæc sunt minus determinata) Maiorem propositionem suppeditare. Ideóque etiam ipsa Cõclusio eorundem ordinum ex necessitate erit: constat enim prædicatum à Maiori semper sumendum esse.

Sicuti autem huius primæ figuræ modus tertius pendet à primo, (Minore vniuersali & affirmatiua ad particularia contracta) & quartus à secundo ex eadem contractione, ita etiam quintus ac sextus modus, quatenus affirmatiuè proferuntur, atque etiam modus septimus ab eodem primo aut à tertio modo omne robur accipiunt, Maiori propositione in mediam vel in particularem indeterminatam mutata, atque etiam Minori (quatenus id requiritur) ad maiorem determinationem deducta. Dum verò modi quintus ac sextus negatiuè proferuntur, à secundo ac quarto pendebunt, sicut ab eisdem, eisdémque rationibus, octauus modus similiter deriuatur.

Quæ hactenus enarrata sunt circa Syllogismos primę figuræ tum respectu formæ, tum respectu materiæ, nos quam tutissimos reddere possunt, Primam hanc figuram circa omnia versari, quæ argumentatione ac ratiocinatione probari possunt, atque etiam omnibus propositionibus vti quæ per se notæ sunt.

Quapropter asserendum erit, omnia quæ nobis aliqua ratione cognoscibilia sunt, ab ea contineri, atque ex necessitate circa eadem versari reliquas Categoricorum Syllogismorum figuras, figurarúmque modos, necnon cæteros omnes Syllogismos tum cõditionales, tum diuisiuos, atque ad impossibile deducentes, ipsam præterea Inductionem: ita tamen vt non vnaquæque figura seu argumentationum species circa omnes versetur, sed singulis certæ quædam partes aptentur, prout ex his innotescet, quæ dicenda sunt tum de aliorum Syllogismorum ad primam figuram reductione, tum de cõstitutione Principiorum ex Inductionis ac diuisiui Syllogismi vsu. In cæterarum igitur argumentationum explicatione satis erit singularum formationes, ac modos demonstrare: illarum enim materiæ ex materiis Syllogismorum primæ figuræ deducendæ erunt, prout vnicuique conuenit.

CAPVT VI.

De Modis Syllogismorum rectorum secundæ figuræ.

IN secunda figura, in qua Conclusio negatiua semper est, præmissarum altera necessariò est negatiua, altera verò affirmatiua.

Præmissarum vtraque potest esse vniuersalis, túncque perfectiores illius modi constituentur.

Primus vniuersali negatiuæ Maioris partes assigna-

bit,vniuerſali verò affirmatiuæ locum Minoris, elicietúrque vniuerſalis concluſio, vt puta ſi dicatur,

Nullus lapis currit,
Omnis homo currit,
Ergo nullus homo lapis.

Hic modus ad ſecundum primæ figuræ modum deducitur ex Maioris cõuerſione, vt ſcilicet dicatur Nullum currens lapis.

Secundus modus Affirmatiuæ vniuerſali Maioris locum attribuet: Negatiuæ verò vniuerſali Minoris aſſignabit partes. Quamuis enim in prima figura id permitti non poſſit, in hac ſecunda tamen atque in hoc Modo liberè conceditur: medius quippe terminus in vtraque præmiſſarum prædicatur,ideóque illarum vnaquæque commutari poteſt.

Secundus tamen Modus à priori vim recipit, in quo Negatiua deceñtiori diſpoſitione Maioris partes exercet.

Huius ſecundi modi exemplum erit,

Omnis homo currit,
Nullus lapis currit,
Ergo Nullus lapis homo.

Hic ſyllogizandi modus deducitur ad ſecundum modum primæ figuræ.

In eadem ſecunda figura arguere etiam licet ex vna præmiſſarum vniuerſali, ex altera verò particulari. Ipſa particularis Minoris partes tantummodo exercere poteſt. Maior autem vniuerſalis & affirmatiuam & negatiuam qualitatem admittit, ita tamen vt ea affirmatiua exiſtente, particularis Minor ſit negatiua, eadem verò exiſtente negatiua, Minor ſit affirmatiua. Patet enim ex duabus negatiuis nihil inferri, neque ex duabus affirmatiuis, negatiuè concludi: quod nouimus huic figuræ propriiſſimum eſſe.

Maiore igitur negatiua vniuerſalique exiſtente, Minori autem affirmatiua & particulari, tertius huius figuræ conſtituetur modus, cuius hoc erit exemplum:

Nullus lapis currit,
Aliquod accedens currit,
Ergo, Aliquod Accedens non eſt lapis.

Hic modus ad quartum primæ figuræ deduci poteſt, conuerſa propoſitione maiori, vt ſcilicet dicatur, Nullum currens eſt lapis.

Data maiori vniuerſali affirmatiua, Minori autem negatiua particulari, quartus modus conſtituetur, cuius hoc erit exemplum:

Omnis homo currit,
Aliquod animatum non currit,
Ergo, Aliquod animatum non eſt homo.

Hic ad ſecundum primæ figuræ modum deducitur, Nam, dum dicit, Aliquod animatum eſt homo, contrahit Minorem vniuerſalem, quæ in prima figura diceret (exempli gratia) Nulla planta currit, ad particularem cum quadam commutatione.

In hac figura propoſitionis mediæ ingredi non poſſunt: nam tum affirmationis tum negationis vim complectuntur: ideóque conuerſionem non patiuntur.

In ea tamen conceditur, vt vtraque præmiſſarum ſit particularis, licet non vtraque omnino determinata. Tunc autem minus determinata Maioris propoſitionis partes exercebit. Hæc & affirmatiua & negatiua eſſe poterit, ita tamen vt à Minoris ſubiiciendæ qualitate differat. Igitur, ſi Maiore particulari indeterminata & negatiua exiſtente, minor particularis determinata atq; affirmatiua ſubiiciatur, quintus modus oritur, cuius exemplum erit:

Socrates non eſt Epiſcopus,
Accedens eſt Epiſcopus,
Ergo, accedens non eſt Socrates.

Maiore particulari indeterminata atque affirmatiua exiſtente, illi ſubiicietur Minor particularis, determinata atque negatiua, ſextúſque huius figuræ modus conſtituetur, cuius exemplum erit:

Socrates multa ſcripſit,
Accedens nihil ſcripſit,
Ergo, Accedens non eſt Socrates.

Hi duo ſyllogizandi modi à duobus ſuperioribus vim recipiunt, quintus ſcilicet à tertio, & ſextus à quarto.

Capvt VII.

De Modis ſyllogiſmorum rectorum tertiæ figura.

IN tertia figura communis terminus in vtraque præmiſſarum ſubiicitur. Ideóque licet vtraque præmiſſarum quandoque ſit vniuerſalis, Minor tamen, particularis vires non excedit.

Hæ præmiſſæ in qualitate conuenire ac differre poterunt, ita tamen vt vtraque non ſit negatiua. Iam enim conſtitutum eſt, Ex duabus negatiuis nihil inferri. Vtraque præmiſſarum vniuerſali, ſimúlque affirmatiua exiſtente, primus huius figuræ modus conſtituetur, cuius exemplum erit:

Omnis homo eſt animal,
Omnis homo currit,
Ergo, Aliquod currens eſt animal.

Hic deducitur ad tertium modum primæ figuræ, Minore ad eam conuerſa, quæ dicit Aliquod currens eſt homo.

Vtraque præmiſſarum vniuerſali exiſtente, non tamen vtraque affirmatiua, conſtituetur ſecundus modus eiuſdem tertiæ figuræ.

In eo Maior erit negatiua, Minor autem affirmatiua: ſuperius enim demonſtratum eſt, dum terminus medius ſubiicitur in aliqua præmiſſarum, vel in vtraque, Maiori affirmatiuæ negatiuam non poſſe ſubiici.

Huius modi exemplum erit:

Nullum currens eſt lapis,
Omne currens mouetur,
Ergo, Aliquod, quod non mouetur, non eſt lapis.

Hic reducitur ad quartum primæ figuræ ex eadem Minoris conuerſione, vt puta ſi dicatur, Aliquod quod mouetur currit. Dantur etiam in hac figura tertia Modi, in quibus præmiſſarum altera eſt vniuerſalis, altera verò particularis. Hæ ſimiliter in qualitate cõuenire poſſunt, atque etiam in eadem differre. Et ſiquidem conueniant ambæ erunt affirmatiuæ. Euenit autẽ in hac figura (quoniam illius Concluſio eſt ſemper particularis, & arguendi Modi ad primam figuram ſunt deducẽdi) vt non tantùm vniuerſalis affirmatiua præferatur particulari affirmatiuæ id quod ad tertium modum pertinet, ſed etiam ipſa particularis affirmatiua reſpectu vniuerſalis affirmatiuæ Maioris propoſitionis exerceat partes: ex quo quartus eiuſdem figuræ ſyllogizandi oritur modus.

Tertij modi erit exemplum:

Omnis homo eſt animal,
Aliquis homo currit,
Ergo, Aliquod currens eſt animal.

Hic reducitur ad tertium modum primæ figuræ ex conuerſione Minoris, vt ſcilicet dicatur,

Aliquod currens eſt homo.

Qoarti modi erit exemplum,

Aliquis homo currit,
Omnis homo eſt animal,
Ergo, Aliquod animal currit.

Hic ſimiliter reducitur ad eundem primæ figuræ modum, eadem Minoris conuerſione atque eiuſdem tranſpoſitione, ita vt Maioris propoſitionis exerceat partes. Dum præmiſſæ diuerſæ ſunt non tantùm ratione quantitatis, ſed etiam qualitatis, negatiua (vt ex ſuperius cõſtitutis liquet) Maioris propoſitionis locum neceſſariò ingredietur. Hæc & vniuerſalis & particularis, rationibus iam dictis, admitti poterit. Et ſiquidem ſit vniuerſalis, quintum conſtituet modum, ſi vero particularis, ſextum.

Quinti modi exemplum erit:

Nullum currens eſt lapis,
Aliquod currens ad nos accedit,
Ergo, Aliquod ad nos accedens non eſt lapis.

Hic modus deducitur ad quartum primæ figuræ ex Minoris conuerſione, vt ſi dicatur,

Aliquod ad nos accedens currit.

Sexti modi erit exemplum:

Aliquod currens non eſt lapis,
Omne currens ab aliquo elongatur.

Ergo,

Ergo, Aliquod, quod ab aliquo elongatur, non est lapis.

Modus hic à secundo modo huius tertiæ figuræ vim recipit. Nam, data vniuersali dicente, Nullum currens est lapis, collectiuè elicitur propositio dicens, Aliquod currens non est lapis, quæ in hoc sexto syllogizandi modo Maioris propositionis partes exercet.

Mediæ propositiones tertiam figuram ingredi non possunt, sicuti neque secundam. Ratio est quoniam cõuersionem non patiuntur, à prima verò sustinētur, quoniam illius perfectio harum propositionum infirmitati medetur.

In tertia hac figura admittitur vt præmissarum vtraq; sit particularis. Quod si vtraque sit affirmatiua, septimum constituent syllogizandi modum, cuius exemplum erit:

Accedens est Philosophus,
Accedens est Socrates,
Ergo, Socrates est Philosophus.

Sin autem altera erit affirmatiua, altera verò negatiua, ipsa negatiua rationibus superius adductis necessariò Maioris propositionis locum ingredietur, & octauũ huius figuræ modum constituet, cuius exemplum erit,

Accedens non est Philosophus,
Accedens est Petrus,
Ergo, Petrus non est Philosophus.

Hi duo modi postremi reducentur ad duos postremos primæ figuræ.

CAPVT VIII.

De syllogismis obliquis, seu ad impossibile ducentibus.

NVNC de illis syllogismis absolutis dicendum est qui innituntur Destructiuæ virtuti, ideóque Obliqui, seu ad impossibile Deducentes appellati sunt. Horum tractatio Rectorum syllogismorum speculationibus iure optimo annectenda est, tum quoniam eadem vtuntur syllogizandi forma, tum etiam quoniam ad eorundem subsidium ab ipsa Natura parati sunt.

His syllogismis commune est, Rectorum syllogismorum Conclusionem Destructiua virtute confirmare: nouimus enim propositionum vnamquamque alicui Contradictoriæ opponi, Contradictoriarúmque altera vera existente reliquam ex necessitate esse falsam, similíque ratione ex vnius falsitate alterius veritatem conuinci. Hoc autem sic accepto, ad horum syllogismorum formationem erit deueniendum. Detur, ex Recti syllogismi vi conclusum fuisse, Omnem hominem viuere, eo quòd omne animal viuat, & omnis homo sit animal. Detur etiam, aliquem huic conclusioni non assentiri. Hic ad illud deducendus erit vt fateatur, Omnem hominem non viuere: si enim etiam hoc neget, communissimi principij veritatem destruet, & in vtraque Contradictoriarum falsitatem admittet.

Accipiatur igitur hæc propositio vna cum altera illarum ex quibus deductum fuit, Omnem hominem viuere, Maiori scilicet vel Minori, & siquidem associetur Maiori, dicetur hoc modo:

Omne animal viuit,
Aliquis homo non viuit,
Ergo, Aliquis homo non est animal.

At hoc falsum est, prius enim admittebatur, Omnem hominem esse animal.

Falsa igitur aliqua præmissarum, neque enim ex veris præmissis rectè dispositis falsa conclusio elici potest, Maior non est falsa, Ergo Minor, qua dicitur Aliquis homo non viuit. Vera itaque est huius Contradictoria, prior scilicet conclusio qua dicitur Omnis homo viuit.

Sin autem associetur Minori, dicetur hoc modo:

Aliquis homo non viuit,
Omnis homo est animal.
Ergo, Aliquod animal non est viuens.

At hæc conclusio est falsa: contradicit enim præmissæ superius acceptæ, qua dicebatur Omne animal est viuens. Quare eisdem probationibus demonstrabitur Præmissarum aliquam falsam esse. Et, cùm hoc illi tantummodo, quæ priori conclusioni contradicit, obijci possit, illam falsam esse apparebit, priorem autem conclusionem veram.

His duobus syllogismis ad impossibile ducentibus propriam aliquam denominationem aptandam existimamus, atque illum qui retinet maiorem propositionem syllogismi Recti, Obliquum Maiorem dicendum esse, eum verò qui minorem retinet, Obliquum Minorem.

Hi syllogismi Rectorum figuram ex necessitate immutant: ex eo enim quod assumunt Contradictoriam conclusionis Syllogismi prioris, quantitas & qualitas diuersæ redduntur, Ex eo vero quòd eidem vel Maioris vel Minoris locum assignant, Terminorum etiam dispositio varia erit. Ideóque dum prior syllogismus est primę figuræ, posterior est vel secundæ, vel tertiæ. Secundæ, dum Maior accipitur. Tertiæ dum accipitur Minor, vt ex superiori patet exemplo. Quòd si prior syllogismus sit figuræ secũdæ, Destructiuus maior ad primam figuram, minor autem ad tertiam deducetur. Dũ verò prior est figuræ tertiæ, Destructiuus maior ad secundam deducetur, minor ad primam.

Videtur autem, præter supradictos Obliquorum syllogismorum vsus, alios dari ac longè decentiores, dum scilicet alter terminus medius nõ absque contradicentis consensu exterius accipitur, vt puta siquis eiusdem syllogismi conclusioni contradicens fateri cogatur: Aliquem hominem non viuere, quærendum ab eo est an consentiat hominem augeri. Si dicat se consentire, tunc arguendum erit hoc pacto:

Omne viuens augetur,
Aliquis homo non viuit,
Ergo, Aliquis homo non augetur.

At hanc falsam esse fateris. Falsa igitur est aliqua pręmissarum, non Maior cui consentis, Ergo Minor. Quare prioris syllogismi conclusio, cum huic opponatur contradictoriè, vera erit.

Vsus hic admodum probandus videtur, in prioribus autem frustra omnino laboratur: etenim si aduersarius syllogismi Recti pręmissas atque eiusdem rectam formam admittit, conclusioni nullo modo contradicere potest. Sin autem pręmissis nõ consentit, neque formam agnoscit, frustra secũdus suscipitur labor, in quo eadem ab auditore concedi supponitur. Pręterea dum præmissæ negantur, vel illarum aliqua, quatenus demonstrabiles sunt, earum veritas demonstranda erit: quatenus autem sunt per se notę, illud obseruare licebit quo admonemur, Contra negantes principia non esse disputandum: quod ad illos etiam extenditur qui rectè syllogizandi formæ non assentiuntur.

Silentio autem demandandum non est, dum syllogismus rectus innititur propositioni indeterminatæ seu diuisiuæ, obliquum syllogismum eandem Diuisiuam propositionem, affirmatiuè prolatam, eadem forma retenta ad Negatiuæ formam deducere non posse, ex superioribus enim patet, Diuisiuas atq; Indeterminatas propositiones Negatiuam proponendi formam non sustinere, ideóque Cõtradictoria negatiua duarum negatiuarum vim complectetur. Nam si conclusum sit Hominem esse vel rationalem vel irrationalem, seu animal esse vel rationale vel irrationale, Contradictoria erit Hominem neque rationalem neque irrationalem esse, & animal neque rationale neque irrationale esse, si enim horum alterum admittatur, conclusio vel nullo pacto infirmabitur, vel ex parte tantum, quorum vnumquodque Contradictoriæ naturam destruit.

CAPVT IX.

De quatuor formationibus ac vigintiseptem Modis Conditionalium propositionum, in quibus tota Conditionalium syllogismorum vis continetur.

CONDITIONALIVM syllogismorũ doctrina perquirenda nunc est. Primò autem statuendum erit, Nullam propositionem appellandam esse Conditionalem, cuius termini vel à ternario numero deficiant, atque vel ad binarium, quod minimum est, deducantur, vel ternarium numerum excedant, atque ad quaternarium, quod summum est, perueniant.

Horum terminorum numerus non ex transpositione quantitatisve mutatione sumendus erit, sed ex propria ipsarum rerum conceptibilium distinctione. Siquis igitur dicat, exempli gratia, *Si omnis homo est animal, aliquod animal est homo*, vel hoc pacto, *Si omnis homo est animal, aliquis homo est animal*, hic duos tantum terminos assumet, neque Conditionalem propositionem constituet, vel certè non ea ratione vt syllogismis conditionalibus deseruire possit.

Hoc autem ex eo manifestius intuebimur animaduertentes Conclusionem syllogismi dicentis (exempli gratia) *Si omnis homo est animal, aliquod animal est homo, Omnis homo est animal, Ergo, Aliquod animal est homo*, nihil commodi seu fulcimenti ab ipsa Conditionali recipere, sed ex sola Absoluta pendere: patet enim admisso, *Omnem hominem esse animal*, ex huius propositionis conuersione colligi, *Aliquod animal esse hominem*. Cùm igitur Naturæ ordo aliquod vanum, ac omnino inutile, non sustineat, hæ propositiones à Conditionalibus syllogismis erunt reiiciendæ. Illæ etiam simili ratione repudiandæ erunt, quorum termini ternarium numerum excedunt: valdè enim perspicuum est has omni virtute propriáq; etiam forma destitui. Propositio siquidem dicens, exempli gratia, *Si omnis homo est animal, omne sensitiuum est viuens*, nihil continet, ex quo prior pars, ipsum scilicet antecedens, parti posteriori, ipsi scilicet consequenti, copulari possit. Posteriori igitur neque in priorem, propriam vim effundere, neque ab illa aliquid commodi seu incommodi recipere potest. Ex his autem quamtutissime demonstratur Antecedenti ac consequenti commune quidem esse duos terminos continere, sed ea ratione vt vterque vtrique minimè sit seu communis seu proprius, sed vnus vtrique sit communis, reliquorum verò alter vnicuique sit proprius: hac siquidem ratione tantummodo Conditionalis propositio complectetur virtutem duarum propositionum vires proprias sibi inuicem mutuantium.

Horum autem terminorum quadruplex dispositio quadruplicem Conditionalium propositionum formationem constituet. Quandoque enim termini, quorum alter antecedenti alter consequenti est proprius, in vtroque subiiciuntur: communis vero terminus in vtroque prædicatur.

Quandoque iidem termini proprij in vtroque prædicantur, communis verò in vtroque subiicitur. Quandoque terminus, qui est antecedenti proprius, prædicatur, & ille, qui est proprius consequenti, subiicitur: communis verò in antecedenti subiicitur, & in consequenti prędicatur. Quandoque econtra, qui antecedenti est proprius, subiicitur, qui verò est proprius consequenti, prædicatur, communis verò in antecedenti prædicatur, & subiicitur in consequenti. Et hæc quidem pertinent ad Conditionalium propositionum formas.

Quantùm autem ad differentias, quæ ex qualitate quantitatéve multiplici deducendæ sunt, quæque Conditionalium propositionum modos vtiles atque inutiles constituunt, sciendum est in prima formatione Conditionalis partes in qualitate nunquam differre: data enim prædicati identitate, subiecti verò diuersitate, vel qualitatis similitudo admittenda est, vel huius coniunctionis fructus penitus repellendus: his enim partibus non existentibus, seu vtrisque affirmatiuis, seu vtrisque negatiuis, communis termini vis, antecedens ac consequens: verè coniungere, & antecedens ad consequentis illationem aliquid conferre non poterit. Nam, licet eadem seruata forma in quibusdam liberum sit negationem affirmationi connectere, atque etiam illarum vnamquamque præferre, vt puta dum dicitur, *Si homo est rationalis, nullum aliud animal est rationale*, vel, *Si homo non est rationalis aliquod aliud animal erit rationale*, patet tamen hoc non formæ sed materiæ ascribendum esse. Accidit enim vt Conditionalis partes Contradictoriis æquipolleant.

Quod autem ad earundem partium quantitatem attinet, Antecedens consequente neque magis vniuersale neque minus determinatum erit. Ipso etiam antecedente existente vniuersali seu communi communiter accepto, Consequens non erit medium. Dum enim Antecedens Consequente est minus vniuersale seu magis determinatum, hac præsertim forma retenta, Antecedens respectu consequentis propria virtute carebit. Nã virtute illius quod est minus vniuersale seu magis determinatum, aliud magis vniuersale seu minus determinatum inferri non licet. Constat autem Consequens in Antecedentis virtute constitui. Mediam verò, absolutæ vniuersalis seu communis communiter acceptæ vi, rectè deduci non posse, manifestum est ex his quæ de propositionum viribus dicta sunt.

Sicuti autem prima hæc Conditionalium propositionum formatio hos modos reiicit, ita cæteros omnes admittit. Illius igitur modi vtiles ad denarium numerum deducentur, quorum quinque vtramque affirmatiuam, totidem verò vtramque negatiuam complectuntur.

Primus constituitur ex vtraque affirmatiua, simúlque vniuersali, vt puta dum dicitur, *Si omne animal est viuens, omnis homo est viuens*.

Secundus vtramque negatiuam simúlque vniuersalem continet, vt puta dum dicitur, *Si nullum animal est lapis, nullus homo est lapis*.

Tertius continet duas affirmatiuas medias, seu priorem communem ex conditione, vt puta dum dicitur, *Si instrumenta naturalia, dum opus Naturæ non impeditur, seu, vt in pluribus, perfectiorem formam adipiscuntur, Manus hominis, vt in pluribus, perfectiorem formam adipiscetur*.

Quartus continet duas negatiuas Medias, seu priorem communem ex conditione, vt puta dum dicitur, *Si membra naturalia, vt in pluribus, seu nisi opus Naturæ impediatur, perfectiorem formam non adipiscuntur, Manus, vt in pluribus, perfectiorem formam non adipiscetur*.

Quintus vtramque affirmatiuam, atque particularem, vt puta dum dicimus, *Si Plato fuit amicus Socratis, ille qui scripsit Philebum fuit amicus Socratis*.

Sextus vtramque negatiuam, & particularem, vt puta dum dicimus, *Si Plato non fuit amicus Socratis, ille qui scripsit Philebum non fuit amicus Socratis*.

Septimus vtramque affirmatiuam, ita tamen vt prior sit vniuersalis, posterior autem particularis, vt puta dum dicitur, *Si omnis homo est animal, Socrates est animal*.

Octauus vtramque negatiuam, ita tamen vt prior sit vniuersalis, posterior verò particularis, vt puta dum dicitur, *Si nullus homo est lapis, Socrates non est lapis*.

Nonus duas affirmatiuas, priorem mediam, secundam autem particularem, túncque illatio erit probabilis tantùm, vt puta *Si manus, vt in pluribus, optimam consequitur formam, Socratis manus probabiliter optimam formam est consecuta*.

Decimus duas negatiuas, priorem mediam, posteriorem autem particularem, túncque similiter probabilis tantùm erit illatio, vt puta dum dicimus, *Si manus non deficit, vt in pluribus, à perfectiori figura, hæc manus probabiliter non deficit à perfectiori figura*.

In Cõditionalium propositionum formatione secunda, in qua termini proprij in vtraque illius parte prædicãtur, communis verò in vtraque subiicitur, ipsæ partes in quantitate differre non possunt: vtuntur enim eodem subiecto, ex quo sumitur quantitatis ratio. In qualitate autem conuenire & differre possunt, ita tamen vt negatiua affirmatiuam non præcedat: neque enim ex negatiuæ virtute (nisi fortè ex materiæ qualitate) affirmatio inferri potest.

Quatenus vtraque pars sit affirmatiua, aut prior affirmatiua,

matina, fecunda autem negatiua, Prædicatum antecedentis prædicato consequentis magis vniuersale vel minus determinatum esse non poterit.

Quatenus verò ambæ sunt negatiuæ, econtra. Nam consequentis prædicatum prædicato antecedentis magis vniuersale aut minus determinatum non erit. Huius igitur formationis modi vtiles septem erunt.

Primus ex vtraque affirmatiua simúlque absolutè vniuersali seu communi communiter accepta, constituetur, vt puta dum dicimus, *Si omnis homo est animal, omnis homo est viuens.*

Secundus ex priori affirmatiua, posteriori verò negatiua, vtriusque tamen vniuersalibus absolutè, seu communibus communiter acceptis, vt puta dum dicimus, *Si omnis homo est animal, nullus homo est lapis.*

Tertius ex vtraque negatiua atque vniuersali, vt puta dum dicimus, *Si nullus Leo est homo, nullus Leo discurrit.*

Quartus ex vtraque media, seu altera media, altera verò vniuersali vagè.

Existimamus autem modum hunc ratione qualitatis distinguendum non esse: nam mediæ propositiones, sicut virtute vtramque qualitatem continent, ita ex vtraque rectè proferri possunt: eadem enim conditionalis media proferri potest ex vtraque parte affirmatiuè, ex vtraque parte negatiuè, atque priori negatiuè, posteriori verò affirmatiuè: dicimus nanque, *Si manus est naturale instrumentum, manus vt in pluribus, decentem consequitur formam,* &, *Si manus vt in pluribus non consequitur propriam formam, manus non est naturale instrumentum.* In his autem liberum erit, negatiuam prolationem affirmatiuè proferre: quoniam huiusmodi negationes affirmationis vim complectuntur. Ideóque ex hoc arguendum non est negatiuæ vim ad affirmationis constitutionem pertinere.

Quintus modus ex duabus particularibus affirmatiuis constituetur, vt puta dum dicimus, *Si Socrates est homo, Socrates est animal.*

Sextus ex duabus particularibus, priori affirmatiua, posteriori vero negatiua, vt puta dum dicitur, *Si Socrates est homo, Socrates non est lapis.*

Septimus ex vtraque particulari ac negatiua, vt puta dum dicitur, *Si quod à longè prospicitur non est animal, Quod à longè prospicitur non est homo.*

In tertia formatione in qua terminus communis prædicatur in antecedenti, & subiicitur in consequenti, necnon in formatione quarta, in qua idem terminus communis subiicitur in antecedente & prædicatur in consequente, Conditionalis propositionis partes tam in quantitate quàm in qualitate differre possunt: in qualitate, quoniam idem prædicatum non assumunt: in quantitate, quoniam eodem subiecto non vtuntur. Euenit tamen vt in tertia formatione Antecedens semper sit affirmatiuum, neque enim assumpto antecedente negatiuo ex solius formæ vi tertium aliquod circa illius prædicatū seu affirmatiuè seu negatiuè colligere licet. In ea verò consequens vniuersale seu affirmatiuum seu negatiuum admitti non potest: cum enim illius Subiectum in antecedente affirmatiuo sit prædicatum, virtute conuersionis ab ipso Antecedente deducitur, constat autem cōuersam affirmatiuè semper esse particularem.

In quarta autem formatione Consequens semper negatiuum erit. Nam nulla alia ratione ex solius formæ virtute Antecedens, proprium subiectum Consequentis prædicatum efficere potest. In eadem Consequens vniuersale etiam erit, quatenus ex Antecedente vniuersali inferatur: nanque ex particulari vniuersale non elicitur.

Harum formationum nulla propositionum mediarum vsum admittit. Constat enim, ex huiusmodi seu prædicati seu subiecti transmissionibus, harum propositionum vires omnino constringi. Tertiæ igitur formationis modi ad quaternarium, quartæ verò ad senarium numerum deducuntur.

Tertiæ formationis exempla erunt:

Primi modi, *Si omnis homo currit, aliquod currēs est animal.*

Secundi, *Si omne animatū est homo, aliquis homo non currit.*

Tertij, *Si aliquis homo est lapis, aliquis lapis currit,*

Quarti, *Si aliquod currens ad nos accedit, aliquod ad nos accedens non est lapis.*

Quartæ formationis erunt exempla,

Primi modi, *Si omnis homo currit, nullus lapis est homo.*

Secundi, *Si nullum currens est animal, nullus homo currit.*

Tertij, *Si omne, quod mouetur est lapis, aliquod currens non mouetur.*

Quarti, *Si nullum animal currit, aliquis homo non est animal.*

Quinti, *Si Petrus est Philosophus, accedens non est Petrus.*

Sexti, *Si Socrates non est Philosophus, accedens non est Philosophus.*

Ad pleniorem autem Conditionalium propositionū doctrinam, sciendum est illarum illatiuam vim huiusmodi esse, vt alterius propositionis perfectioris, quæ non profertur, virtuti innitatur. nam cum tres terminos complectantur, atque illos (qui antecedenti & cōsequenti sunt proprij,) tertio, (qui vtrique communis est) non absolutè, sed cū conditione adiungant, manifestū est, eas neque immediata immediatis, neq; mediata mediatis perfectè coniungere. Quapropter, nisi alicuius propositionis perfectioris virtute fulcirentur, nihil certi afferre possent. neque enim assertio conditionalis dicens (exempli gratia) Si omnis homo est animal, omnis homo est sensitiuus, verè tuta esset, nisi tanquam compertum acciperetur, Omne animal sensitiuum esse. Idē etiam, easdémque ob causas, cęterarum conditionalium vnicuique euenire manifestum est. Huius autem propositionis perfectioris, cui Conditionalis innititur, ratione, rationem diligentius perquirentes, facilè admodum perspiciemus eam ad Categoricos syllogismos proprissimè pertinere. sæpius enim repetitum est, imperfectiora perfectiorum virtute munienda ac perficienda esse. Ideóque ipsa Conditionalis propositio, quę tāquā conditionalium syllogismorum pars præcipua constituitur, ex his tantummodo roboranda est, quæ ad Categoricos syllogismos essentialiter pertinent, quorum etiam virtute ab ipsis categoricis syllogismis deduci, atque ad eosdem quam tutissimè reduci possunt. Et hæc quidem ipsorum conditionalium syllogismorum formationibus differentiisque rectè perceptis clarius admodum elucescent.

Capvt X.

De conditionalium syllogismorum formis ac modis, simúlque de conditionalium propositionum vsu ex singulorū formatione eliciendo, necnon de conditionalium syllogismorum ex categoricis deductione, atque ad eosdem deductione.

Conditionalium propositionum doctrinæ Conditionalium syllogismorum pertractatio annectenda est. Horum materia omnis ex cōditionali propositione deducenda erit. patet enim in ea tres terminos copulari: iamque constitutum est, Syllogismis omnibus commune esse ex trium terminorum copulatione formari.

Ex superioribus quoque constat, horum imperfectiorum syllogismorum vim omnem dirigi non ad nouum aliquod pariendum, sed ad iam concepta perficienda.

Exploratum porro est, tunc verè imperfecta perfici, cum eadem materia seruata ad perfectiorem formæ ordinem perducuntur. Dum verò noua materia assumitur, nouum aliquod potius construitur, quam antiquū perficiatur. Has igitur ob causas, atque etiam, quoniam propositio conditionalis actiua tantummodo virtute est prædita, receptiua verò potentia penitus denudatur, illi semper Maioris propositionis partes demandādę erunt, ea tamen ratione, vt ex eadem postmodum tāpropositio minor quàm conclusio eliciantur: cùm.n. duas complectatur partes, antecedens scilicet & consequēs, vtrisque affluenter sufficere potest. Quatenus igitur Minor ex antecedēte sumitur Cōclusio ex consequentis repetitione sumenda erit. Quatenus verò Minor deducitur à consequēte, antecedens conclusioné constituet.

Harum autem vnaquæqoe non conditionaliter ſed abſolutè proferenda erit; ſupetius nempe demonſtratum eſt, imperfectæ formationis propoſitiones ad inuicem copulatas neque fructum aliqoem parete, neque propriam imperfectiooem repellere. Minoris itaque propoſitionis munus proprium erit, terminorum, quos à conditionali propoſitione accipit, copulationem abſolutè vel affirmando ponere, vel negando deſtruere. Et ſiquidem affirmaodo ponet, eandem qualitatem & quantitatem retinebit, prout in Maiori reperitur.

Sin autem negaodo deſtruct, parti ex qua ſumitur comparata, Contradictoriæ munia exercebit. Quare ab eadem ſemper in qualitate diuerſa erit, aliquãdo etiam in quantitate. Conſtat enim vniuerſalium indeterminatarúmque particularium contradictorias tam in qualitate quam in quantitate diuerſas eſſe, eas verò, quæ vel Mediæ propoſitioni vel particulari determinatæ aduerſantur, ex ſola qualitate diſtingui.

Neque tamen ob id ſuſpicandum eſt, Conditionales ſyllogiſmos ſibi contradictoriè aduerſantia complecti: ſatis enim perſpicuum eſt, Conditionalem, dum neutram qualitatem abſolutè proponit, vtramque Minoris arbitrio ſubiicere. Dum verò propoſitio minor (ſiue ab antecedenti ſiue à conſequenti ſumatur) partem illam à qua ſumitur ponit, omnis illius vis ad alterius partis conſtitutionem dirigetur. Sin autem eam deſtruit, alterius partis deſtructionem intendet, conditionalium enim propoſitionum natura talis eſt, vt illarum Antecedens Conſequens inferat, atque ipſum conſequens ab antecedente pendeat. Ideóque impoſſibile eſt ex vnius poſitione alterius poſitionem vel ex vnius deſtructione alterius deſtructionem non inferri. Dum autem mioor propoſitio partem Maioris à ſe aſſumptam ponit, Concluſio etiam ex eiuſdem Minoris vi aliam partem ſimiliter ponet. Quod ſi ipſa Minor partem à ſe ſumptam deſtroet, reliqua pars in Concluſione deſtruetur.

Quod autem ad Medium terminum attinet, ſcire oportet, dum propoſitio minor ſumitur ex antecedente, terminum, qui ipſi antecedeoti eſt proprius, Medij termini partes aſſumere: &, dum eadem Minor ſumitur ex conſequenti, terminum, qui conſequenti eſt proprius, eiuſdem Medij termini munia ſibi vindicare: patet ſiquidem Concluſionis munus eſſe, Terminum maiorem minori termino copulare. Quapropter ſicuti impoſſibile eſt terminum medium, qui nonquam concluſionem ingreditur, accipi ex ea parte quæ concluſionem ingreditur, Ita neceſſariò eſt aſſentiendum, eum ex illa colligi quæ mioorem propoſitionem iogreditur.

Ea autem quæ ſuperius enarrata ſunt perpendentes facilè perſpiciemus, Conditionalium ſyllogiſmorum quatuor formationes ad ſummum inueniri poſſe: quarum Prima illa erit, in qua poſito ex minoris propoſitionis vi Antecedente, io Concluſione ponitur cõſequens, vt puta dum dicitur,

Si nunc Sol horizontem noſtrum ſuperat, Nunc dies eſt,
Nunc Sol horizontem noſtrum ſuperat,
Ergo, Nunc dies eſt.

Secunda erit, in qua deſtructo ex eiuſdem minoris propoſitionis vi Conſequente, Antecedens deſtruitur in concluſione, vt puta dum dicitur,

Si nunc Sol eſt infra horizontem noſtrum, nunc nox eſt.
Nunc nox non eſt.
Ergo, Nunc Sol non eſt infra horizontem noſtrum.

Tertia erit, in qua deſtructo per Minorem Antecedente, conſequeos deſtruitur in concluſione, vt puta dum dicitur,

Si nunc Sol horizontem noſtrum excedit, nunc dies eſt,
Nunc Sol horizontem noſtrum non excedit,
Ergo, Nunc dies non eſt

Quarta erit, in qua poſito conſequente in propoſitione minori, ponitur aotecedens in concluſione, vt puta dum dicitur,

Si nunc Sol eſt infra noſtrum horizontem, nunc nox eſt,
Nunc nox eſt,
Ergo nunc Sol eſt infra noſtrum horizontem.

Harum quatuor formationum duæ tantummodo ex propriæ naturæ vi ad veritatem demonſtrandam conducunt, prima ſcilicet, in qua ex antecedeotis poſitione concluditur couſequẽtis poſitio, & Secunda, in qua deſtructo conſequente concluditur aotecedentis deſtructio. Reliquæ verò, licet in materia conuertibili (qua accepta vtraque Conditionalis pars commutari poteſt) videãtur inſeruire veritati, patet tamen hoc illis ex ſimplicis ſyllogiſmi virtute oon euenire: quod ex eo facere liquet, qooniam in materia non conuertibili ad deceptionem perducunt. Ratio eſt, quoniam antecedenti eſſentialiter conuenit Conſequens inferre poſſe, noo autem ab eo pendere: Coonſequeoti verò econtra, ab Antecedente pendere, at non ipſum aotecedeoa inferre.

Quapropter data, exempli gratia, propoſitione cõditionali dicente, Si accedens eſt homo, accedens eſt animal, arguere noo licet hoc pacto, vt ſcilicet ſubiiciatur, Accedens non eſt homo, Ergo Accedens non eſt animal: ſeu hoc pacto, Accedens eſt aoimal, Ergo Accedens eſt homo. Nam conſtat, dari plora animalia, quæ homines non ſunt.

Ex duabus autem vtilibus ſyllogiſmorom Conditionalium formationibus, prior, quoniaoi ſemper confirmat, Confirmatiua appellari poterit, poſterior autem, quoniam ſemper deſtruit, Deſtructiuæ nomen admittet. Et hæc quidem Deſtructiuæ viriuti innititur, ideóque abſolutis obliquis ad impoſſibile ducentibus proportione reſpondet. Prior verò Rectorum abſolotorum naturam retinet.

In vtraque dantur ſyllogiſmi duorum ordinum: quod abſolutis etiam obliquis ſyllogiſmis conuenire iam demonſtratum eſt: conditionalis ſiquidem propoſitio (quã externæ propoſitionis vi roborari, ac Categoricis ſyllogiſmis copulari nouimus) quandoque illi innititur propoſitioni, quæ in ſyllogiſmo categorico eſt maior, atque actiua virtute eſt prædita: quandoque autem illi quæ in eodem eſt minor, atque receptiuam potentiam exercet.

Dum autem conditionalis propoſitio ex maioris categorici ſyllogiſmi propoſitione firmatur, minor eiuſdem categorici in ſyllogiſmo conditionali neceſſario proferenda erit, atque in eodem ſimiliter erit minor.

At ſi Conditionalis propoſitio firmetur virtute propoſitionis illius quæ in categotico ſyllogiſmo eſt minor, conditionalis ſyllogiſmus maiorem eiuſdem categorici aſſumet atqoe minorem efficiet. Hinc conditionales ſyllogiſmi decenter & Maiores & Minores appellati poterunt. Dom enim eam propoſitionem proferunt, quæ in categorico eſt maior, Maiores dicendi erunt. Dum autem illã aſſumunt, quæ in categorico eſt minor, ſyllogiſmorum Conditionalium Minorum denominationem recipiunt. Et hæ quidem differentiæ tam Conſtructiuis quam Deſtructiois conditionalibus primæ ac ſecundæ formationis aptandæ erunt: ſicuti enim in prima quæ Conſtructiuos tantum complectitur ſyllogiſmos, dantur Conſtructiui maiores & Conſtructiui minores, ita in ſecunda, quæ Deſtructiuos ſyllogiſmos tantummodo profert, Deſtructiui maiores & deſtructiui minores admittendi erunt.

Eueoit autem pro multiplici tum categoricorum tum conditionalium ſyllogiſmorum natora, vt propoſitionum conditionalium formationes, de quibus ſuperius dictum eſt, multipliciter exerceantor. Dum enim ſyllogiſmi conditionales ex categoricis primæ figuræ ſunt deducendi, ſeu ea ratione conſtituendi, vt (quatenus qualitatis quantitatíſque differentiæ id patiuntor) ad eoſdem reduci poſſiot, in ſyllogiſmorum conditionalium conſtitutione conditionalis propoſitio neceſſariò accipienda erit, ſeu ex prima formatione, in qua termini tam antecedenti quam coofequenti proprij, in vtroque ſubiiciuntur, communis verò in vtroq; prædicatur ſeu ex ſecũda in qua termini proprij in vtroque prædicãtur, communis verò in vtroque ſubiicitur. Accipietur ſiquidem ex prima formatione, dum duo maiores, Conſtructiuus ſcilicet & Deſtructiuus, formandi ſunt. Sumetur autem ex formatione ſecunda,

dum,

dum duo minores, Constructiuus scilicet & Destructiuus, sunt constituendi. Quaptopter accepto, exempli gratia, hoc syllogismo categorico primæ figuræ,

Omne animal est sensitiuum,
Omnis homo est animal,
Ergo, Omnis homo est sensitiuus.

Syllogismus conditionalis maior constructiuus, in quo Minore categorici syllogismi omissa, ita tamen vt illius virtus retineatur, illiúsque Maiore ad conditionem deducta, efficitur antecedens, Conclusio verò eiusdem categorici consequentis locum assumit, erit huiusmodi,

Si omne animal est sensitiuum, Omnis homo est sensitiuus,
Omne animal est sensitiuum,
Ergo, Omnis homo est sensitiuus.

Destructiuus maior, in quo Minore similiter prætermissa, primæ conclusionis Contradictoria non quidem absolutè, sed conditionaliter, tanquam Antecedens assumitur, illique Maioris propositionis Contradictoria adiungitur, tanquam Consequens, erit huiusmodi,

Si aliquis homo non est sensitiuus, aliquod animal non est sensitiuum,
Omne animal est sensitiuum,
Ergo, Omnis homo est sensitiuus.

Constructiuus minor, in quo Maiore syllogismi categorici omissa, Minor assumitur tanquam Antecedens, Conclusio verò tanquam Consequens, talis erit,

Si omnis homo est animal, omnis homo est sensitiuus,
Omnis homo est animal,
Ergo, omnis homo est sensitiuus.

Destructiuus minor, in quo Maior similiter omittitur, conclusionísque Contradictoria tanquam Antecedens, Minoris verò Contradictoria tanquam consequens, assumuntur, erit huiusmodi,

Si aliquis homo non est sensitiuus, aliquis homo non est animal,
Omnis homo est animal,
Ergo, Omnis homo est sensitiuus.

Patet autem, conditionales propositiones duorum conditionalium Maiorum esse primæ formationis, duorum autem Minorum esse formationis secundæ.

At, si conditionales syllogismi ex categoricis figuræ secundæ eliciantur, atque etiam ad eosdem primo reducendi sint, propositio conditionalis syllogismi maioris constructiui erit tertiæ formationis, in qua terminus, Antecedenti proprius, in eo prædicatur terminus, Consequenti proprius in eo subiicitur, communis autem subiicitur in Antecedente & prædicatur in Consequente.

Conditionalis propositio syllogismi maioris destructiui erit formationis quartæ, quæ tertiæ dispositionem omnino commutat.

Conditionales verò duorum minorum, Constructiui scilicet & Destructiui, erunt formationis secundæ. Accepto igitur categorico hoc syllogismo figuræ secundæ,

Nullus lapis currit,
Omnis homo currit,
Ergo, nullus homo lapis:

Constructiuus maior talis erit,

Si nullus lapis currit, nullus homo lapis,
Nullus lapis currit,
Ergo, Nullus homo lapis.

Destructiuus maior talis erit,

Si aliquis homo lapis, aliquis lapis currit,
Nullus lapis currit,
Ergo, Nullus homo lapis.

Constructiuus minor talis erit,

Si omnis homo currit, nullus homo lapis,
Omnis homo currit,
Ergo, Nullus homo lapis.

Destructiuus minor talis erit,

Si aliquis homo lapis, aliquis homo non currit,
Omnis homo currit,
Ergo, Nullus homo lapis.

Dum conditionales syllogismi ex categorico tertiæ figuræ eliciuntur, seu ad eum primo reducendi sunt, Conditionalis propositio duorum maiorum, Constructiui scilicet & Destructiui, erit primæ formationis, Conditionalis constructiui minoris erit formationis tertiæ: Destructiui autem minoris, formationis quartæ. Accepto igitur, exempli gratia, categorico hoc syllogismo ipsius figuræ tertiæ,

Omnis homo est animal,
Omnis homo currit,
Ergo, Aliquod currens est animal,

Constructiuus maior talis erit,

Si omnis homo est animal, aliquod currens est animal,
Omnis homo est animal,
Ergo, Aliquod currens est animal.

Destructiuus maior talis erit,

Si nullum currens est animal, aliquis homo non est animal,
Omnis homo est animal,
Ergo, Aliquod currens est animal.

Constructiuus minor talis erit,

Si omnis homo currit, aliquod currens est animal,
Omnis homo currit,
Ergo, Aliquod currens est animal,

Destructiuus minor talis erit,

Si nullum currens est animal, aliquis homo non currit,
Omnis homo currit,
Ergo, Aliquod currens est animal.

Et hæ quidem conditionalium propositionum formationes, dum conditionales syllogismi à categoricis seu primæ, seu secundæ, seu tertiæ figuræ eliciuntur, semper atque ex necessitate eædem erunt. Nam categoricorum etiam syllogismorum termini, pro vniuscuiusque figuræ natura, semper eadem ratione disponentur.

Si quis autem singulos conditionalium propositionum modos, quos superius enumerauimus, colligens, ex illorum vnoquoque tam conditionales quàm categoricos syllogismos illi consonos conficiat, hic facilè intueri poterit, quinam tum conditionalium propositionum, tum conditionalium, atque etiam categoricorum syllogismorum modi sibi inuicem respondeant, simúlque horum omnium sufficientiam, iam satis perspectam, clariorem reddent.

Sicuti autem ex vnoquoque categorico syllogismo quatuor conditionales colligi possunt, ita vnusquisque conditionalis ad certum aliquem categoricum deduci poterit. Quod ex eo etiam quàm tutissimè demonstratur, quoniam conditionalibus omnibus commune est alicuius propositionis formæ perfectioris, prout ad categoricum pertinet, virtute firmari.

Capvt XI.

De syllogismis diuisis, atque de illorum modis.

Post syllogismorum conditionalium constructiuorum ac destructiuorum enarrationẽ, Syllogismi Diuisiui sese contẽplandos nobis obiiciunt.

Hos similiter ingrediuntur duæ propositiones præmissæ, altera indeterminata, quæ etiam rationibus superius adductis Maioris occupabit locum: altera determinata, quæ Minoris exercebit partes. Et hæc quidem semper à Maioris indeterminatæ subiecto Subiectum accipiet, & ex eiusdem prædicatis Prædicatum, ita tamen vt non vtrumque prædicatum, sed alterum tantum determinatè assumat.

Hæc igitur respectu quantitatis cum Maiore con-

ueniet: superiùs quippe demonstratom est propositionum quantitatem ex Subiecto esse metiendam, respectu verò qualitatis vtramque recipiet. Et siquidem fuerit affirmatiua, Conclusio negatiua elicietur. Sin autem fuerit negatiua, Conclusio affirmatiua erit, cùm enim prædicata in Maioti sumantur disiunctiuè, atque tanquam ad inuicem opposita, manifestum est ea, quæ à Minori determinatè assumi possunt, Contradictotiarum vim similuet retinere. Ideóque certam vnius constitutionem alterius destructionem parere, & vnius destructionem alterius constitutionem demonstrare. Hæc igitur forma arguendi ita exercebit Actiuam maioris propositionis virtutem & receptiuam potentiam minotis propositionis, vt Destructiuæ virtutis fulcimenta ex necessitate retineat. Quapropter horum syllogismorum vnicus erit ordo, neque in rectos & obliquos, seu in construentes & destruentes diuidi poterunt, vt perfectiotibus argumentationibus euenit.

Illorum verò Modi quatuor erunt, duo scilicet vniuersales, in quibus vniuersalis propositio assumitur, vnus affirmatiuus, alter negatiuus, & duo particulares, in quibus particularis assumitur, quorum similiter vnus erit affirmatiuus, alter vero negatiuus.

Primi modi vniuersalis, in quo Minor est affirmatiua, exemplum erit:

Homo est vel rationalis vel irrationalis,
Homo est rationalis,
Ergo, Homo non est irrationalis.

Secundi modi vniuersalis, in quo Minor est negatiua, exemplum erit:

Homo est vel rationalis vel irrationalis,
Homo non est irrationalis,
Ergo, Homo est rationalis.

Primi modi particularis, in quo Minor est affirmatiua exemplum erit:

Harum literarum numerus est vel par vel impar,
Harum literarum numerus est par,
Ergo, Harum literarum numerus non est impar.

Secundi modi particularis, in quo Minor est negatiua, exemplum erit:

Harum literarum numerus est vel par vel impar,
Harum litterarum numerus non est par,
Ergo, Harum literarum numerus est impar.

Huius autem Diuisiuę argumentationis vim perpendentes cũ à cęteris perfectioribus argumentationibus, quamplurimùm differre perspiciemus: categoricorũ enim syllogismorum conclusio deteriorem præmissarum partem sequitur, idq; tum ratione qualitatis, tum etiam ratione quantitatis.

In conditionalibus autem syllogismis, antecedentis positio semper consequentis positionem constituit, & consequentis destructio semper antecedentis destructionem conuincit, ipsáque Conclusio pluribus rationibus in præmissarum qualitate ac quantitate persistere & ab eisdem recedere potest. Harum verò Diuisiuarum argumentationum cõclusio semper præmissarum quantitatem retinet, ratione autem qualitatis semper à Maiori discrepat.

Siquis autem Medij termini constitutionem aspiciat, hic eadem discrimina intuebitur: in categoricis enim syllogismis, prout vniuscuiusque natura fert, terminus medius accipitur aliquando à Minoris subiecto Maiorísque prædicato, aliquando ab vtriusque prædicato, aliquando ab vtriusque subiecto. In conditionalibus verò, Minoris subiectum (quod etiam seu in Antecedente seu in Consequente subiicitur) medij termini sustinet partes.

In ipsis autem Diuisiuis, Minoris propositionis prædicatum (quod etiam prædicatur in Maiori) semper medij termini continet vim.

Illud etiam singulare eisdem Diuisiuis syllogismis aptatur, vt immediatas etiam propositiones, quæ in aliis syllogismis Conclusionis locum refugiunt, probare possint.

Capvt XII.

De Inductionibus.



Mniavs syllogismorum ordinibus sic explicatis, modo dicendum est de inductionibus, quæ Inchoaræ ac omnium imperfectissimæ propositionum virtuti præcipuè innituntur, Prius autem statuendum erit, Inductionum quasdam ipsa inchoata virtute simpliciter vti, atque ob id Simplices ac rectas appellari posse, Quasdam verò Destructiuæ potentiæ vsum adiungere, atque ob id Compositas vel Obliquas nominari. Et priores quidem categoricis rectis, atque conditionalibus constructiuis proportione respondent, posteriores verò obliquis ac destructiuis.

Propositiones autem inchoatam virtutem exercentes vt ex superioribus patet, perfectam propositionem formationem requirunt: huius enim virtutis finis est, nouum aliquod seu parere, seu saltem cõcipere. quod nullis imperfectis propositionum formationibus conuenire potest. Nouum autẽ, ad quod huiusmodi propositiones Argumentatione inductiua diriguntur, nihil aliud est quàm quantitatis immutatio, vt scilicet particularium propositionum vi elicianrur propositiones vel mediæ vel vniuersales, & propositionum vniuersalium vi constituantur propositiones magis vniuersales: nouimus enim, construentibus virtutibus commune esse, ea tantummodo construere quæ eiusdem sunt qualitatis. Ex quo manifestè colligitur, ipsarum etiam præmissarum vnamquámque eiusdem qualitatis esse, nam si affirmatiuæ negatiuis associentur, ad eiusdem constitutionem deseruire non possent, quin potius sibi inuicem aduersarentur ac seipsas destruerent. Non dissimili ratione probatur, ipsas præmissas eandem etiam quantitatem retinere. patet siquidem, propositiones quæ in quantitate differunt, dũ ad inuicem copulantur, actiuã virtutem ac receptiuam potentiam necessariò exercere, non autem inductiuam. Idem etiam demonstratur ex vniformi harum propositionum munere, muneríque sustinendi virtute. idem quippe munus & eandem formam requirit, & eandem qualitatem ac quantitatem exposcit. Hæc autem quantitatis vniformitas, quantùm ad particulares propositiones attinet, respectu solius determinationis est intelligenda. sicuti enim particulares indeterminatæ, simplici inductioni nulla ratione ministrare possunt, ita particulares determinatæ, siue magis siue minus determinentur, in eadem Inductione decentissimè associantur.

Quantùm autem ad terminos attinet, Inductionis præmissæ ea ratione formandæ erunt, vt ex Subiecti tantummodo diuersitate ab inuicem distinguantur, in prædicato verò conueniant. sicuti enim propositiones nihil commune continentes, eiusdem productioni seu constructioni inseruire non possunt, ita quæ respecto prædicati, cui manifestandi munus proprissimè demãdatur, diuersæ sunt, proprias vires ad idem eadem ratione constituendum copulare non possunt. Harum verò propositionum numerus in ipsis simplicibus Inductionibus nullam determinationem recipiet, sed quanto magis adaugetur, tantò firmius propositum insinuabitur.

Inductiones in eo Diuisiuorum syllogismorum vim æmulari videntur, quod immediatas etiam propositiones elicere possunt.

Obliqua inductio, cui instantiæ nomen conuenire videtur, duabus rationibus Destructiua virtute vtitur, ad construendum scilicet, & ad destruendum.

Tunc constructioni fauet, dum negatur posse dari Instantiam, eáque à contradicente exquiritur. Si enim contradicens instantiam afferre non potest, Conclusioni vniuersali quodammodo assentiri cogitur: vt puta Omnes homines risibiles esse, si demonstrare non potest, Aliquem hominem non risibilem esse, seu aliquando fuisse, fateri videtur.

Tunc

Tunc verò ad destruendum assumitur, dum alicui asserenti, exempli gratia, Manus omnes quinque digitos habere, instantiam damus, Manum aliquam obiicientes qoam plurium digitorum esse manifestum est.

Capvt XIII.

De fructu, qui ex imperfectioribus argumentationibus, argumentationúmque modis elicitur, déque syllogismorum diuisiuorum, atque Inductionum vsu, ad principia indemonstrabilia elicienda.

ARgvmentationvm formæ ac Modi omnes sufficienter, ni fallimur, enumerati sunt. Reliquum modò est, vt breuiter demonstremus fructum imperfectiorum argumentationum, Rectorum videlicet syllogismorum secundæ ae tertiæ figuræ, Obliquorum, Conditionalium, Diuisiuorum, ac Inductionum. Quamuis enim nullum cognoscibile inueniri poisit, quod à prima figura categoricorum ac rectorum Syllogismorum non admittatur, non tamen suspicandum est, cæteras argumentationum formas ac illarum modos inutiles esse. Nam syllogismi deducentes ad impossibile, atque conditionales destructiui, qui cum eiusdem quodammodo coincidunt, vnà cum Obliqua Inductione, non parum roboris afferunt propositionibus omnibus quæ ingrediuntor syllogismos rectos primæ figuræ, siue principiorom partes exerceant, siue Conclusionis, siue ad latitudinis siue ad longitudinis seriem deducantur, siue vniuersalia sint siue media, siue particularia indeterminata siue particularia determinata. Oppositarum enim propositionum falsitas ex dictarum argumentationum virtute conuincitur, & noua quadam ratione earundem propositiooum veritas confirmatur. Syllogismi verò categorici secundæ ac tertiæ figuræ, necnon conditionales omnes plurimùm adiumenti afferunt ad veritatem, tom percipiendam tum extendendam. Tunc siquidem veritati percipiendæ deseruiunt, dum mens nostra rectum ac naturalem ordinem sequitur. In eo enim ab imperfectioribus tum cognoscibilibus, tum cognoscendi modis, exordiatur necesse est. His igitur imperfectioribus formis ac modis insistens, certis quibusdam veluti gradibus ad perfectiora dispooitur, atque ad veritatem clarius intuendam firmatur.

Tunc autem eædem argumentationes veritatem iam perceptam extendunt ac muniunt, cum Rationis ordo sequendus est: tunc enim veritates, quæ in prima figura iam demonstratæ sunt, si ad secundæ ac tertiæ figuræ deducantur modos, proprias quodammodo vires diffundunt.

Quod si eædem ad Cooditionalium syllogismorum modos inflectantur, ob multiplicem eiusdem veritatis intuitum ita mentibus nostris infigi solent, vt etiam sine aliquo discursu, absque vllo erroris metu, admittantur atque amplexentur, túncque, si rectè perpendimus, ipsæ veritates redduntur menti nostræ familiares ac domesticæ: ideóque absque vllo labore aut erroris metu ab ipsa mente receptæ, impertiuntur illi gratissimos contemplandi sensus, seu firmissimam agendi rationem, prout illarum ordini conuenit. Et in hac quidem veritatum familiaritate totius Logicæ directionis fructus consummari videtur. Nam à naturali ac morum directricè philosophia exquirenda sunt alia quæ ad similitudines pertinent, necnon ad easdem veritates, similitudinum vi ita eliciendas ac colligendas, vt viuidæ ac quodammodo sensibiles redditæ, & vnico intuitu perlustrentur, & imperfectiores animi vires impellere, comprimere, atque ad decentem obtemperantiam consensúmque deducere possint.

Ipsi verò syllogismi Diuisiui, Simplicésque Inductiones, quarum argumentationum vnaquæque immediata concludere potest, aptissimè erunt ad principia constituenda ac confirmanda, simúlque non parum virium afferent tum ad definitiones ipsiúsque definibilis copulationem conuincendam, tum ad rerum species constituendas. Quod tamen de illis speciebus est intelligendum, quæ ex diuidendi methodo perfectè definiri possunt. Reliquæ verò species, quæ non alicuius differentiæ vi, sed seipsis differunt, vehementiori quodam rationis nostræ conatu erunt inuestigandæ ac enumerandæ. At silentio demandandum non est, argumentatiooum tam syllogisticarum quam inductiuarum modos ac materias omnes ex Conclusionis natura, tanquam ex illarum partu, tutissimè colligi posse. Quemadmodum enim propositiones ex prædicato dicuntur Analogæ vel Vniuocæ, ita etiam argumentationes ex termino maiori, qui in conclosione prædicatur, erunt Analogæ vel Vniuocæ.

Simili ratione, quemadmodum propositiones ex multiplici Subiecti gradu dicuntur Vniuersales, Communes, Mediæ, Singulares & Particulares, ex Copulæ vi redduntur affirmatiuæ seu negatiuæ, ex vtriusque termini relatione dicuntur Essentiales vel Noo essentiales, Necessariæ vel Contingentes, & ex terminorum serie atque distantia dicuntur tum respectu longitudinis, tum respectu latitudinis, Primæ seu Non primæ. Ita argumentationes ex conclusionis Subiecto dicuntur Vniuersales, Communes, Mediæ, Singulares ac Particulares: ex eiusdem Conclusionis copula, affirmatiuæ seu oegatiuæ, ex relatione terminorum qui Conclusionem ingrediuntur, Essentiales seu Accidentales, atqoe etiam ex eorundem dispositionibus Primæ seu Non primæ.

Quòd vero ad argumentationum dispositiones attinet, admonuisse sufficiet, eas eisdem legibus disponendas esse, quibus propositiones tum respecto materiæ, tom respectu formæ, tam in naturali quàm iu rationali progressu dispooendæ sunt.



CONTEMPLATIONIS SECVNDAE,

Quæ Logicam facultatem constituit,

Pars Quarta:

QVÆ VERSATVR CIRCA totius Logicæ vsus.

CAPVT I.

De triplici Logicæ doctrinæ vsu, videlicet perfecto, imperfecto, & deprauato.



HACTENVS ea speculari sumus, quæ visa sunt pertinere ad doctrinam illorum actuum, quos ratio nostra exercere solet. Nunc verò dicẽda sunt aliqua circa huius doctrinæ vsus. Præcipuè autem statuendum videtur, hos vsus ad ternarium numerum rectè deduci posse, Primum, Rectum, simúlq; Perfectum appellandum esse, Secundum Rectum; sed Imperfectum, Tertium Imperfectum, simúlque Prauũ. Ex Recto ac Perfecto vsu intenditur non tantùm singularum quæstionum determinatio, sed etiam omnium ordo ac dispositio. Hic vsus Rectus est ac perfectus, quoniam & veritatem respicit & omnem veritatẽ prosequitur, idque decentissimè: constituens siquidem quæ & quo ordine speculanda sint, singula ita pertractanda suscipit, vt tandem omnia perlustret ac colligat. Ex Recto, sed imperfecto Logicæ vsu, oriri solet aliqua solutio quæstionum, voluntariè seu pro occasione constitutarum. Appellamus hunc vsum Rectum, quoniam ex propria natura veritatem intendit. Imperfectus verò est, quoniam, dum quæstionum omnium ordinem prætermittit, non exorditur contemplationem à communissimis ac primis, neque singula singulis annectit. Quapropter scibilium ordinem ex necessitate disrumpit, neque conficere potest illationem vllam quæ probabilis vim transcendat. Ex deprauato Logicæ vsu ea seliguntur quæ à Logica doceri solent, vt tanquam decipientia vitari possint.

Hic tamen vsus ex propria natura malus ac detestandus, aliquando ex accidenti vtcunque prodesse potest: nam talia decipientia solent iuniorum ingenia excitare atque exacuere, & vanorum hominum inscitiam peruicaciamque comprimere. Ex eo etiam vsu doctrina non parum vtilis censenda est, quoniam reddere nos potest paratiores ad vitanda ea quæ decipere solent. Et hæc quidem commoda vna cum aliis longè præstantioribus deducuntur similiter ex Recto, sed imperfecto Logicæ vsu: illi enim qui propositę quęstionis confirmationem seu destructionem ex Logicis admonitionibus promptè rutari assuescunt, redduntur aptiores tum ad sermocinandum, tum ad aliorum sermones diiudicandos. Prętérea facilius abundant his, quæ expetenda sunt tam ad scientiarum principia rectè firmanda, quàm ad realia rationalibus facilius subiicienda.

CAPVT II.

De Recto, ac Perfecto Logicæ doctrinæ vsu.



QVÆ pertinent ad perfectum Logicę vsum, ita ab ipsa Logica disposita ac parata sunt, vt nouam sollicitudinem vix exquirant: patet enim tria esse, quæ pręstanda sunt ab his qui Contemplationibus decenter incumbunt. Primum est concipere ac delineare totam seriem eorum quæ contemplanda sunt, Secundum, rectè intueri, inuenire, ac diiudicare ea quæ ad singula pertinent, Tertium, ex his quæ inuenta ac selecta sunt, contexere contemplationem tam respectu propositionum quàm respectu Argumentationum. Horum trium vnumquodque decentissimè præstari poterit, si totius Logicæ vis ac cursus rectè attendatur: contemplandorum siquidem series omnis delineanda est terminis non realibus, sed rationalibus, quorum numerum ac dispositionem ab ipsa Logica colligere licet. Siquis autem in ipso contemplationis exordio proponat res ipsas vnà cum earum dispositione, hic non proponet quid contemplandum sit, sed actu potius contemplationem exercebit. Firmissimus verò intuitus singulorum, quę iam constituta sunt, necnon eorundem inuentio ac diiudicatio, tutissimè fouentur ab ipsis Definitionibus rationalium terminorũ. Scientes enim, exẽpli gratia, Communissimum genus absolutum, quod primo loco attendendum est, nihil aliud esse quàm id quod de rebus omnibus prædicatur in Quid, nulla ratione fluctuabimus in statuendo Communissimo atque absoluto genere reali. Nam mentis aciem conuertemus ad ea tantummodo quę sunt maximè communia. Itaq; oblato ipso Ente, quàm tutissimè diiudicabimus ipsum verè absolutum ac communissimum esse, & partes communissimi ac absoluti generis sustinere. Simili ratione accipientes Differentiam, communissimum genus constituentem, quę secundo loco est concipienda, sumendam esse ex communissima aliqua virtute, Proprietates autem, quę tertio loco attendendę sunt, plures esse, ac plurium ordinum, omnibúsque id euenire vt communissimæ virtutis constitutionem primò consequantur, parati reperiemur ad perquirendum, inueniendum, ac diiudicandum id, quod Communissimum constituit Ens, & ea quę illius constituentem virtutem concomitantur.

Qua autem ratione, selectis his quę sustinent partes tum subiecti definibilis tum differentię constituentis ac proprietatum, ex Logicis directionibus rectè constitui ac iudicari possint propositiones ex vtroq; termino reales atque Argumentationes, neminem latere potest, qui pręcepta Logica memoria retineat. Animaduertendum tamen est, perfectum hunc Logicę vsum, quem intuemur pararissimum, respectu eorum quę ab ipsa Logica pręstanda sunt, difficillimum reddi ex rerum contemplabilium natura atque ex humanæ mentis imbecillitate: transcendentia siquidem (quæ sensus nostros omnino effugiunt) exposcunt acutissimum ac perseuerantem mentis intuitum. Cætera verò summam pręterea solertiam ac diligentiam desiderant, ne seu in ea incautè incidamus quę decipere possunt, seu aliquid prætermittatur quod ad scientiam pertinet. Plurima etiam reperiuntur, quæ licet sensibilia sint, nostros

tamen

tamen sensos non recipiunt, neque absque erroris metu his subiici possunt, quæ simplex rationis vis intuetu. Euenit igitur, vt contemplantium plurimi inqu rant porius quid dictum sit, quàm quid dicendum, arque etiam vt eorum, qui veritati perquirendæ ac diiudicandæ sedulò incubuere, quidam scientiarum potius semina attigerint, quàm scientias: quidam perfectiora conantes seu ob Logicæ scientiæ defectum, seu ob minus accuratum illius vsum, seu ob vtrunque, propositum plenè adepti non sint. Itaque vehementer admoneod sunt, quicunque veritatis studio tenētur, vt singula tum ab alijs tradita, tum à seipsis inuenta, quàm sæpissimè repetant diiudicéntque, ea veró, quæ cōmuniora ac priora sunt, nunquam sufficienter perpensa existiment, ni minimus horū error totam cōtemplationem inficiat, ac maximus efficiatur in fine. Nam & optimus Paterfamilias, non ignorans quot & qualia desiderentur in domo decentissimè disposita, sæpè suppellectilia omnia inuisit singulorúmque defectus corrigit, donec omnia adsint & singula sint optima optiméque disposita.

C A P V T I I I.

De Recto, sed imperfecto Logicæ doctrinæ vsu, & de duplici quæstionum ad illum pertinentium ordine, Dialecticarum scilicet & Rhetoricarum.

ECTVS sed Imperfectus Logicæ, vsus ideo difficilis est, quoniam singula seiunctim respicit, neque tractationem exorditur à primis. Quapropter non incongruè assimilari poterit nauigationibus illorum, qui nauigandi quidem artem callent, sed neque marium neque regionum peritiam habent: ideóque (vt quandoque post tempestates euenit) ignorant omnino quæ Maria Terræve circumstant. Itaque singula ab his diligentissimè animaduertenda experiendáque sunt, vt aliqua ratione ad tuta perduci possint. Idem tamen Logicæ vsus facilis, censeri potest, qooniam vnum tantùm prosequitur, neque intendit exactum aliquod, sed probabiliores tantùm rationes exquirit. Ex quo intueri licet, eos qui huic methodo non solius exercitij causa incumbunt, sed eam tanquam præcipuam amplexantur, plurimùm fortasse elaborare, sed parùm proficere.

Quæstiones verò, quæ disiunctim pertractari solent, ad duos præcipuos ordines sunt deducendæ. Primum ordinem ingrediuntur quæstiones omnes determinatæ. vt puta dum quæritur de certo aliquo homine, an sit iustus. Ad secundum ordinem pertinent quæstiones indeterminatæ, vt puta dum quæritur, ao homo sit aptus ad philosophandum.

Quæstiones determinatæ ea perscrutari videntur, quæ, quantum ad simplicem veritatis perceptionem attinet, parum admodum expetenda sunt, sed omnis illorum vis dirigetur ad animi motus excitandos comprimendósve, atque etiam ad certam aliquā executionem adimplendam. Vanè siquidem quæritur de certo aliquo homine, an sit iustos, nisi percepta illius iustitia intendamus eum amare, seu aliquid illi committere. Siquis autem asserat, horum perceptionem simpliciter expetendam esse, hic fateri cogetur, Scientiam omnem à propria consummatione longè distare, neque vnquam ad illam accedere posse: singularium enim numerus infinitus censetur, & præsentia omnia, nedum præterita ac futura cognoscere est impossibile. Quæstiones verò indeterminatæ dirigi solent ad simplicis veritatis perceptionem, neque ex sui natura aliquod præterea expetunt. Earū dem etiam veritas, tam ex parte minoris propositionis quàm ex parte maioris, soli rationi innititor. Quatenus enim sensuum adiumenta exquirit, hæc e quocunque sensibili eiosdem speciei assequi possunt. Igitur asserendum est, tales quæstiones imperfectiorem hunc Logicæ vsum propriori quadam ratione exposcere, atque ad illam facultatem pertinere quæ Dialectica appellatur. eos enim sermones respicit qui habentur inter homines Veritatis solius amore. Determinatæ verò quæstiones Rhetoricæ rectè demandantur: nam Rhetorica versari solet circa particularia determinatè determinata, neque prosequitur veritatem communiom seu indeterminatorum, nisi fortasse quatenus determinatorum veritati deseruiunt. Euenit ob id, vt Dialectica vtatur oratione concisa ac omnino nuda: nititur enim cōstituere affirmationem seu negationem propositæ quæstionis. Rhetorica verò semper expansè loquitur, vt orationis vi animi affectiones seu reprimat seu concitet, atque ad certos actus Auditores impellat. Easdem ob causas, vtriusque facultatis Auditores præcipui & opera propriora non parū inter se differunt: Dialecticæ enim opus præcipuum est docere seu conuincere, & illius Auditor seu discipulus est (quantum ad hoc) loquēte inferior, seu condisputator loquenti æqualis. Rhetoricæ vero opus præcipuum est persuadere & conuincere. Persuasio ea ratione probationibus innititur, vt ea etiam complectatur quæ pertinent ad animos conciliandos multipliciterque deflectendos: Ideóque ad eos Auditores dirigitur qui Iudicis sustinent partes, & tanquā Maiores ab oratore respiciuntur.

Conuincendi actus probationibus quidem præcipuè innititur, sed commotiones etiam animi vtcunq; complectitur, eas tamen tantummodo quæ rectum rationis vsum perturbare seu excitare possunt, similq; erubescētiam seu confusionem inducere. Ideoque eos intuetur tanquam Auditores, qui verè aduersantur seu aduersari possent, eósque vt æquales alloquitur, seu vt minores. Singularia autem quæ totam naturam complectuntur, vt puta Deus, tam ad Dialecticam quàm ad Rhetoricam pertinere possunt. Nam & vniuersalium & particulariū proprietates ac vires coniungunt. Idem sentiendum erit de his quæ ex propria natura sunt seu expetibilia seu fugienda, vt puta Virtus, Vitia, Sapientia, Ignorantia, Honor, Dedecus, Diuitiæ, Paupertas, ac huiusmodi reliqua. Nā horum vnumquodque indeterminate acceptum Dialecticæ subiicitur, contractum verò ad particularia Rhetoricæ vim exposcit.

C A P V T I I I I.

De Quæstionis Dialecticæ natura, materia, & quænam in ea supponantur, seu ignorentur.

A quæ ad Rhetoricam facultatem attinent, nulla alia ratione Logicæ doctrinæ vsum concinere videntur, nisi quia Dialecticæ complectuntur vsum. His igitur quæ ad Dialecticam pertinent rectè perceptis, nihil eorum nos latebit quæ deseruire possunt veritati disiunctim inquirendæ, siue primò intendatur, siue non primò.

Reliqua quæ ad Rhetoricæ consummationem expetenda præterea essent, colligenda erunt ex his quæ speculanda sunt circa animi affectus, circa morales habitus, ac circa reliqua quæ pertinent ad humanotum actuum directiones.

Dialecticæ verò monia omnia rectè (ni fallimur) perscrutari poterunt, si Dialecticæ quæstionis natura prius concipiatur diligentiúsque animaduertatur. Nam Demonstrationis principia semper colligenda sunt ex definitione, seu ex descriptione, quæ definitionis munia sustineat, neque eo circa quod versatur rectè percepto, reliqua, quæ ad illud pertinent, diligentius speculātem diutius latere possunt. Accipimus igitur quęstionem Dialecticam nihil aliud esse quàm propositionem seiunctim acceptam interrogatiuéque prolatam, vt Logicæ facultatis argumentationúmque vsu accedente contrahatur, (vt veritas exquirit) ad affirmationem seu ad negationem. Dum dicimus Dialecticam quęstionem esse propositionem, asseriamur necesse est in ea contineri Subiectum, prędicatum, ac copulam, horúmque vnumquodque certis quibusdam vocibus exprimi, & certa aliqua ratione concipi.

Dum oos addimus, Dialecticam quæstionem esse

ptopoſitlonem quæ diſiunctim accipitur, fateamũt neceſſe eſt eam attendendam eſſe, ranquam deſtitutam adiumentis omnibus, quæ colligi poſſent ex iam demonſtratis, ſioe illius ſententiam clarius explicare poſſint, ſiue illius ſolutioni ſundamenra vtcunque ſuppeditent. Ex eo autem quod adiungirur, eandem propoſirionem interrogatiuè proſerre, vt Logicæ ſacultatis Argumentationúmque vſu accedente, tutè contrahator, ſeu ad affirmationem ſeu ad negationem, colligitur Dialecticas quæſtionea, reſpectu vtriſque rermini, rationalea non eſſe: nam ſi eſſent tales, pertinerent ad Logicam ducentem, neque ab illa adhuc non conſtituta dirigi poſſent.

Ea tamen ratiune reales etunt, vt illa quæ in eis proponuntur, neque ex propria narura maniſeſta ſint, neque ex ſolo ſenſu definiri poſſint. Quæ enim ex ſolo ſenſu definiuntur, nun diſcurrendo ſed ſentiendo noſeuntur. Quæ verò ex prupria natura maniſeſta ſunt, vix interrogationem admittunt. Inter hæc tamen ea præcipuè ad Dialecticam pertinere videntur, quæ, cùm ſint vniuerſalia, complectuntur realem exiſtẽtiam: nam talia ſubiiciuntur Accidentibus, quorum inhætentia difficilius demunſtrari poteſt.

Secundò deducitur, in quæſtionis Dialecticæ interrogatione ignorari vtrum res definienda ſit vel omninò affirmatiuè, vel omnino negatiuè: vel partim affirmatiuè, partim negatiuè: ignorari etiam, quænam argumentatio ſit exercenda, quænam præmiſſæ, ſeu quínam termini tanquam medij ſint aſſumendi. Et hæc quidem reſpiciuntur ſemper tanquam ignota. Ea verò quæ pertinent ad terminorum voces, atque ad conceptuum vſus, rectè fortaſſe ignorari non poſſunt. Data enim horum inſcitia, ſimul lateat neceſſe eſt id quod interrogatur: ſæpius tamen hæc ignurantur, vel non pleoè percipiuntur, ob latitantes æquiuocationes, & diſputationes ob hæc quàm maximè perturbantur. Quapropter ne id accidat, omniſque diſceptationum fructus euaneſcat, ratio exquirit vt horum expoſitio diligentiſſima præferatur.

Capvt V.

De quinque præcipuis muneribus Dialecticæ: quorum vnumquodque rectè ſuſtineri poteſt, Logicis terminorum relationibus animaduerſis.

TOtvs igitur Dialecticæ vis extendenda erit ad quinque, tanquam ſibi maximè debita.

Primum eſt, communiter quædam quæſtionis perceptio.

Secundum quæſtionis expanſio ad illas quæſtiones, quæ in propoſita quæſtione latitant, atque ab ea virtute continentur. Neque enim qoæſtio rectè abſolui poteſt, niſi hæc ſingulariter percipiantur.

Tertium eſt quæſtionis contractio ad illa quæ primo loco ſoluenda ſunt, ſeu ad illa ex quibus cæterorum perceptio ac ſolutio quàm maximè pendet.

Quartum eſt directio recta ad inuentionem ſelectionémque tam terminorum quàm propoſitionum, quibus vtendom eſt, ſeu tanquam Mediis, ſeu tanquam Præmiſſis: ad vniuſcuiuſqoe quæſtionis ſolutionem.

Quintum eſt diſpoſitio contractióque argumentationum. Et hoc quidem, ſi priora rectè præſtentur, facilè ſuperaddetur, magnáque ex parte illorum conſequetur vim. Ad horum autem vnumquodque quàtutiſſimè dirigẽtur, ſi enumerabimus omnes rationales relatiooes, quæ locum habent circa ea quæ aliqua ratione contemplationem noſtram admittunt ſeu ingrediuntur. His ſiquidem, prout conuenit, animaduerſis, quæſtionis natura facilè attingetur, neqoe præterire nos poterit quibuſdam rationibus debeat ſeu expandi, ſeu ad certiora cõtrahi: ſimilique ratione facillimè innoteſcet ratio tam terminorum mediorum, quàm præmiſſarũ aſſumendarum, quàm certi argumentationum vſus. Nam, Vniuſcuiuſque quæſtionis termini intra harum relationum limites neceſſario detioentur, (ſiue quæſtio primò proponatur, ſiue ex noua extentione ſit elicienda, ſiue ex constructione prius animaduertenda) eadémque ac eaſdem ob cauſas veritatem continent reſpectu propoſitionum, quibus Præmiſſarum locus aptãdus eſt, necoon terminorum, qui extra quæſtionem aſſumendi ſunt, ſiue reſerantur ad ipſius quæſtionis partes ſiue ad alia quæcumque.

Quibus autem rationibus eædem relatiunes his ploribus muneribus rectè deſeruiant, collectis breuiter ex ſuperioribus earundem differentiis ac partibus, facilius percipiemus. Accipimus igitur, veritatem, quam hominis perquirit ratio, neceſſario verſari vel circa Voces, vel circa Conceptus, vel circa Res. Circa voces attenditur tam ſignificandi vſus, reſpectu eiuſdem rei, qoàm ſignificandi ratio reſpectu plurium rerũ. nam tales vſus ac rationes quandoque ſunt rectæ, quandoque noo rectæ, reddúntqoe ipſas voces ſeu æquiuocas, ſeu non æquiuocas.

Hæ relationes ſicuti primæ ſunt, ita omnibus aptari poſſunt, quæ quæſtiones ſeu propoſitiones ingrediũtur, ſiue Subiecti, ſiue Prędicati, ſiue Copulę ſuſtineant partes. Circa conceptus attenditur concipiendi ratio, quę oritur aliquando ex concipiendi actu, aliquando ex rei conceptæ natura aliquando ex rerum conceptarum aſſumptione ſeu vſu. Concipiendi actus admittunt qoto que differeotias, nam conceptiones exercentur ſeu ſubſtantiuè, ſimúlque abſolutè & abſtractè, vt humanitas, albedo, paternitas. ſeu ſubſtantiuè, ſimulque abſolutè & concrete, vt homo, ſeu denominatiuè, ſimúlque abſolutè, concretè, atque ex connotatione ſubſtantiuè, vt Album, ſeu relatiuè ſimúlque concretè, atque ex connotatione, ſubſtantiuè ac abſolutè, vt Pater, ſeu verbaliter, vt Albeſcit. Rerum conceptibilium, quatenus ſunt conceptibiles, natura eſt triplex. quædam enim admittunt conceptionem analogam tantùm, quædam vniuocam tantùm, quędam nollam harum, ſed propriam ſeu ſingularem: nam particularia ſeu ſingularia ſunt.

Rerum cõceptarum aſſumptio ſeu vſus eſt multiplex hinc enim Conceptus fiunt vniuerſales, communes, medij, particulares indeterminatè, particulares determinatè, aſſumuntúrque ſeu abſolutè, ſeu vt determinantes, ſeu ſimpliciter, ſeu vt cootinent vim cauſæ. Circa res mens noſtra dupliciter verſatur. nam vel eas ſingulariter ac ſeiunctim reſpicit, vel plurium copulationem diſiunctionémve concipit. Dum reſpicit res ſeiunctim, attendit vel illarum Eſſe, (videlicet an ſint) vel illarum naturam. quod quandoque confuſè agit, quandoque diſtinctè.

Dum rerũ natura attenditur, confuſè perqoiritur prępcipuè illarum ſeries. Hæ verò (rebus Logicis prætermiſſis) ad duos præcipuos ordines dedocuntur, quorum vnuſquiſque iterum in plures partes diſcinditur.

Horum ratio eſt, quoniam re alia omnia quæ concipi poſſunt, vel Prædicamentorum ſeries tranſcendunt (ideóque Tranſcendentia recte appellari poſſunt) vel ab eiſdem Prædicamentorum ſeriebus continentur.

Nouimus autem dare ſeriem Subſtantiæ, Quantitatis, Qualitatis, Relationis, Actionis, Paſſionia, Vbi, Quando, Situs, & Habere, & harum vnicuique certa proportione reſpondere Conceptus quoſdam, qui trãſcendentibus aptantur.

Dum rerum natura reſpicitur diſtinctè, attenditur non tantùm ſeries, ſed ratio etiam contractionis, ac proprium vniuſcuiuſque Eſſe. Enumerati rationis noſtrę intuitus, qui verſantur circa ſignificandi concipiendique rationes, atque circa rerum, ſeu Eſſe, ſeu naturam, Simplices appellari poſſunt: conſtituunt enim eas quæſtiones quæ ſimplices nominantur.

Plurium conceptibilium copulatio ſeu diſiunctio dupliciter attendi ſolet, videlicet abſolutè & comparatiuè. Dum attenduntur abſolutè, rationis intuitus verſari ſolet quandoque circa Subiecti aſſumptionẽ, quandoque circa Prędicati adiectionẽ quandoque circa Copulæ naturam ac vim.

Ex varia Subiecti assumptione Subiectom redditur seu vniuersale absolutè, seo commune absolutè, seu medium, seu particulare. Euenit etiam, vt nonnunquam vim causæ, seu certam aliquam determioationem complectatur: ideóque profertur cum aliqua repetitione, vt puta dum dicitur, Homo, quatenus homo, Sæpe etiã nullam repetitionem exposcat, oequc causæ, seu determinationis vim contineat.

Quod ad Prædicata attinet, manifestum est horũ quędam ex propria natura Affirmationi, quædam Affirmationi ac Negationi, quædam verò Negationi deseruire. Quæ Affirmationi fauent, referuntur ad Subiectum, seu tanquam genus, seu tanquam species, seu tanquam differeotia, seu tanquam proprietas, (quarum vnaquæque & generica & specifica esse potest) seu tanquam definitio, seu definitioni æquipollens, seu tanquam Accidens esseotiale simúlque absolutè necessarium, (vt, hominum voumquèmque genitum esse) seu tanquam Accidens necessarium & non essentiale. Quæ fauent tam Affirmationi quam Negationi, (licet fortasse alteri magis seu minus) sunt Accidens essentiale & necessarium non absolutè, sed ex certæ conditionis adicctione, (vt, Hominis manum, dato Naturæ opus non impediri, quinque digitos habere) seu tanquam Accidena essentiale & contingenter nõ necessarium, vt hominis manum quinque digitos habere. quod necessarium non est, quoniam cõtingit, Naturæ opus aliquando impediri. His annectuntur, quæ vt in paucioribus seu æqualiter inesse solent, Accidens scilicet esseotiale nullo modo necessarium, (vt, Hominem actu ridere) & Accidens omnino per accidens, quoniam scilicet neque necessariò inest, neque ex propria natura pertinet ad Subiecti bonum seu malum, vt, Socratem esse album. Horum quædam prædicaotur denominatiuè, quædam relatiuè. Quæ denominationem inducunt, oriuntur ex Numero, ex Quantitate, ex Qualitate, ex Actione, ex Passione, ex Loco, ex Tempore, ex Sito, & ex Habere. Eorum quæ relationem continent, quædam permanentia sunt, neque vllam Actionis vim complectuntur, sempérque eam relationem patiunt, qua partes ac totom ad se inuicem referuntur. Et tales quidem partes sunt seu Essentiales, seu Nomerales, seu Quantitatiuæ, seu Integrales, seu Instrumentales, seu Graduales. Quædam sunt permanentia, sed non dãtur absque actionis conceptu, sempérque respiciunt tempus seu prę̨teritum, seu præsens, seu futurum, seu indeterminatum. Quædam sunt successiua, ac successionis partes appellantur, vel quoniam ex illarum suboidinatione Actio constituitur, vt exordium, processus, ac finis, seu quoniã in Actionis constitutione se inuicem concomitantur. Harum autem quædam sunt essentiales, vt Agens, Vis impellens, Finis cui, Finis propter quem, Media, Res circa quam, Agendi vis, Auxilia, ac Instrumenta, Ea quæ Actionem concomitantur, & Agendi modns, Quædam accidentales, vt Pręcedens rerum status, Aliquorum præsentia, seu absentia, Tempus, Locus, Occasio. Prædicata, quæ ea ratione subiectum respiciunt, vt Negationi faueant, ideo locom habent, quooiam res abinuicem differunt.

Hoc autem pluribus etiam ex causis euenit, quædam siquidem plusquam genere differunt, vt Deus & homo: quædam toto genere, vt substantia, quantitas, ac singula Prædicamenta: quædã differunt genere subalterno, vt homo & lapis: quædã differũt specie, vt homo & equus quædam differunt solo numero, vt Socrates & Plato.

Eorum autem quæ differunt specie, quædam opponuntur formaliter, vt Rationale & Irrationale, quædam materialiter, vt Magnum & Paruũ, dum accipitor simpliciter & absolute, non autem comparatiuè seu relatiuè, quædam mediè, vt Acutum & obtusum, quædã contrariè, vt Caliditas & Frigiditas, quædam priuatiuè, vt potentia & Impotẽtia, quædam relatiuè, vt Pater & Filius, quædam etiam seipsis differunt neque vllam continent oppositionem, licet relationem admittere possint, vt puta Locus à loco. Hæ tamen ab inoicem distingui solent ex concursu aliorum, tanquam ex propriis differeotiis.

Dum comparatur Prædicatorum inhærentia, animæ intuitus ad magis ac minus dirigitur. Hoc autẽ in Substantia respicit perfectionem, in Numero multitudinem, in Quantitate continua extensionem, in Qualitate intensionem, in Actione Passionéque velocitatem, in Tempore perseuerantiam.

Relationes quæ ex copularum differentiis oriri possunt, plurimæ sunt: nouimus enim Copularum fontes pręcipuos ad octonarium numerum non incongruè deduci posse, hósque esse, *Est, Habet, Potest, Scit, Vult, Debet, Consueuit, & Agit*, prout vnamquamque actionem proponit. Hę Copulæ quatuor rationibus adaugentur. Primò ex multiplici vsu, ex quo euenit vt ipsa Copula *Est* deseruiat quandoque vocum seu cõceptuum diiodicationi, ministrétque simul prioribus ordinibus quæstionum: quandòque obiiciat propositionum veritatem ac falsitatem, supponátque vtcunque quæstionum definitionẽ: quandoque assumatur ad certæ alicuios personæ indicationem, seu dilucidationem, (quod pertinet ad Rhetoricam potius quàm ad Dialecticam) quandóque manifestet aliquam certam rem, quod pluribus rationibus contingit: aliquando enim manifestat substantiua absoluta, vt puta dum dicitur, Homo est animal: aliquando substaotiua cum relatione, vtputa Homo est rationalis: aliquando Denominatioa, quæ (vt ex superioribus patet) plurium ordinum sunt: aliquando Relatiua, quæ similiter plures differentias admittunt. nam quædam sunt permanentia, & nullã Actionis vim cõplectuntur, quædam ita sunt permanentia, vt absque Actionis conceptu non dentur: quędam ex fluxu pendet, quarum aliqua sibi inuicem succedunt, dicuntúrque partes subordinationis: aliqua Actionem concomitantur, & Partiũ Concomitantium vocem admittunt. His etiam accedunt quæcumque comparationem continent, atque respectu Substantiæ sunt perfectiora seu imperfectiora: respectu Numeri excedont vel oon excedunt: respectu Quantitatis sunt maiora vel minora: respectu Qualitatis intensiora seu minus intensa: respectu Motus velociora seu tardiora: respectu Actionis seu Passionis, faciliora seu difficiliora, diuturniora seu minus diuturna: siue hæc interna sint, siue externa.

Copula, *Habet*, similiter plures vsus admittit: quorum plurimi versantur circa ea quæ Copula *Est* coniungere solet, sed singulari quadam ratione: illi enim proprium est permanentia tantùm copulare, quæ etiam aliqua ratione diuersa sunt. Horum quædam sunt interna essentialia & formalia, vt Homo habet animam, quædam interna essentialia & materialia, vt Habet corpus, Habet partes: quædam interna non essentialia, vt Habet albedinem, habitum, potentiam, figuram: quædam externa, quæ seu nullius Actionis conceptum contineot, vt Habet diuitias, seo continent Actionis conceptum, vt Habet filios, amicos, potestatem, & hoiusmodi alia.

Vsus copolæ *Potest*, vt videtur, est triplex. quandóque enim respicit essentialia, vt Homo potest currere, id est, essentialiter est aptus ad cursum exercendum: quandoque perfectã dispositionem externam, nolla habita ratione externorum impedientiom, vt Iuuenis corpore ac viribus integer (licet nunc detineatur) potest currere: quandóque etiam impedientia omnia excludit, vt Idem iuuenis in campo positos, nullis impedimentis implicitus, potest currere.

Copula *Scit*, & Copula, *Vult*, quaodoqoe ioternos habitus, quandoque ioternos actus significant. Dum habitus respiciunt, continent vim copulatem seu *Est*, seu *Habet*. Dum actos proponuot, concurrunt vel com eadem Copula *Est*, accedente vsu Participij, vel com Copula *Agit*.

Copula *Debet*, significat aliqoando decẽtiam, vt Deus debet diligere iustos: aliquando consonantiam, vt Qui incœpit debet perficere: qoandoqoe debitom virtutis, vt Beneficis debetur gratitudo: quandoqoe debitum Prudentiæ, vt Debemus propriam perfectionem prosequi: quaodoque debitum ex humana lege, vt Debemus vectigalia soluere: quandoqoe debitum ex Naturæ lege, vt Debemus Deum colere: debitum ex

Diuina lege, vt Debemus Deum ita colere.

Secundò, Copulæ adaugentur ex actiua & ex paſsiua ſignificatione, ea qua ſuperadduntur, *Scitur*, *Deſideratur*, *Debetur*, & *Agitur*.

Tertiò, ea perfecta ſeu imperfecta copulatione, quæ duplici ratione exercetur, quoniam ſcilicet ſeu ab imperfectiori ad perfectius dirigit, ſeu ecōtra à perfectiori ad imperfectius declinat. Hinc effluunt à Copula *Eſt*, Efficitur & Deſtruitur: à Copula *Habet*, Acquirit & Amittit, Acquiritur & Amittitur: à Copula *Scit*, Addiſcit & Dediſcit, Diſcitur & Dediſcitur: à Copula *Vult*, Accenditur in voluntate & remittitur, & quæ paſsiuè his reſpondent: à Copula *Debet*, Aſtringitur ſeu ſoluitur debito, & quæ paſsiuè idem referre poſſunt à Copula *Solet*, Aſſueſcit, Deſueſcit, & quæ paſsiuè idē ſignificāt.

Quartò, ipſæ Copulæ extendi ſolent ex ſupradictorū fluxuum ſeu initio, ſeu proceſſu, ſeu conſummatione.

Harum verò relationum, quæ ex Copulis pendēt, plurimæ extendi etiam poſſunt ob differentias temporum, locorum, & aliarum circumſtantiarum. Diximus has relationes omnes ad Dialecticæ vſus colligendas eſſe, cùm vt paratiores ſint, tum etiam quoniam illarum vnaquæque ſingulari quadam ratione mentis noſtræ aciem exercet ac dirigit. quamuis enim plures videantur referre eadem, tamen vnaquæque proprium intuitum verè prouocat.

Capvt VI.

De vſu Logicarum relationum in collectione ac diſpoſitione eorum quæ nota ſunt, in inuentione eorum quæ ignorantur, & in decenti vſu iam collocatorum, ex quibus conſecuti ſunt Locorum vocem, reſpectu terminorum ac propoſitionum, reſpectu quæſtionum & reſpectu terminorum, mediorum, præmiſſarum & Argumentationum.

LOGICÆ relationes, quas enumerauimus, ſunt quidem cæteris omnibus communiores, nullum tamen reale ea propria vi effundunt ſeu pariunt. nam relatiuorum communitas omnis (vt ex demonſtratis manifeſtum eſt) non deducitur ex communi rerum natura ſeu gradu, ſed ex communi rerum concurſu.

Ideóque ita complectuntur realia, vt non generis ſed loci ſuſtineant partes, neque ea ratione vt rerum vnicuique propriam ſedem conſtitutionémque afferant, vt puta dum in ædificij conſtructione ſingula ſuis aptantur locis, ſed vt ante ædificij conſtructionem euenit, dum plura coaceruantur, quæ licet plurium ſint generum ex certa tamen relatione ſibi inuicem conſona ſunt.

Patet autē hoc locorum munus his relationibus cōmunioribus demandari ab hominum mente. quapropter illis propriiſsimum erit, non tantùm continere, ſed etiam ad inuētionem dirigere, ſimúlque miniſtrare collocationi ac depromptioni. Hominis ſiquidem mens ea ratione veritati ſtudet, vt incumbat non tantùm collectioni ac collocationi eorum quæ nota ſunt, ſed etiam inuentioni eorum quæ ignorantur, intendátque ea vſu eorum, quæ nota ſunt, nouam incognitorum perceptionem. Ipſæ igitur relationes Logicæ ſeu rationales, dum deſeruiunt tanquam Loca vacua collectioni eorum quę nota ſunt, dicenda erunt Loca terminorum ac propoſitionum.

Dum ea earūdem directionibus perquiruntur ignota, apellari poterunt Quæſtionum Loca. Dum tanquam Loca plena moderantur depromptiones eorum quæ in illis continentur, ad definitiones quæſtionum, dicentur Loca terminorum Mediorum, Pręmiſſarum, ipſarumque Argumentationum.

Ea quæ primò colligenda ſunt, & primum relationū vſum expoſcunt, ex quo terminorum ac propoſitionum Loca denominantur, duorum ordinum videntur eſſe: quædam enim ſunt communiora, in illiſque conueniūt quę ſingula Loca ingrediuntur, prout ad aliorum Locorum vnumquenque referri poſſunt, vt puta ſi attendatur Locus à contrariis, vt refertur ad vocum ſignificationē, colligemus, Contrariis proprium eſſe eandem ſignificādi rationem admittere. Ideóque ſi illorum alterum ſubiacet æquiuocationi, aliud etiam æquiuocationem admittere: &, ſi eadem Contraria referantur ad cōcipiendi rationes, colligetur eiſdem Contrariis proprium eſſe eaſdem concipiendi rationes admittere, Ideóque ſi illorum alterum tam concretè quàm abſtractè concipitur, aliud etiam eiſdem rationibus concipi poſſe. Quædam ſunt minus communia, atque ab ipſa Locorū communitate continentur, vt puta dum idem contrariorum Locus attenditur, vt contrahitur ad Contrariorum ſpecies, aſſumimúſque Caliditatem frigiditati eſſe contrariam, humiditatem ſiccitati, albedinē nigredini, & alia huiuſmodi. Sicuti autem communiora omnia docentur à Logica, ita minus communia ſuppeditantur vt plurimum ab Experientia, ac ab ipſis ſenſibus.

Eædam communiores relationes duplici etiam ratione ad ignota perquirenda nos dirigunt, atque quæſtionum ſunt Loca. demonſtrant enim qui abſolutè perquiri poſsit, videlicet vel Nominis vim, vel concipiendi rationem, vel rei exiſtētiam, vel rei ſeriem, vel rei quidditatem, vel cæterorum aliquod. nam, vt diximus, horū aliquod neceſſariò quærendum eſt, neque aliquid præterea exquiri poteſt. Demonſtrent etiam quid de re data perquirendum ſit, vt puta dùm circa hominem verſamur, attendendam eſſe vel illius vocem, vel concipiendi rationes, vel cæterorum aliquod. Et talis quidem virtus quammaximè conducit ad ipſarum quæſtionum formationem, expanſionem, ac contractiones rectè exercendas. Expanſio enim exercetur, dum propoſita quæſtio diligenter penſatur primò reſpectu Partium, vt abſolutè attendi poſſunt. quod eadem ſeruata ſerie præſtari debet, quæ terminorum differentiæ demonſtrantur in Logica, vt ſcilicet attēdantur voces, concipiendi rationes, quæ illis aptari ſeu non aptari poſſunt, tum reſpectu rationis intuentis, tum ob varios vſus, tum etiam ob rerum conceptibilium aptitudinē, necnon ſeries, ſeu prædicamenta, ad quæ eædem quæſtionis partes ſunt deducendæ. Secundò, reſpectu relationum quibus eædem partes ad inuicem referri poſſunt. ex quibus pendēt omnes illarū conuenientiæ ac differentiæ, ſimúlque dignoſcitur vtrum referantur adinuicem abſolutè vel relatiuè: vtrum tanquam ſpecies ad genus, ſeu tanquam definibile ad differentiam, ſeu tāquam ſubiectum ad proprium, ſeu tanquam ſubiectum ad accidens.

Ex eiſdem etiam demonſtrabitur, an tales quæſtionis partes, vt ad inuicem referuntur, ingrediantur ſeriem vel Longitudinis vel Latitudinis: & vtrum illarum annexio ſit mediata ſeu immediata. quæ animaduerſa docere poſſunt, an tota quæſtio ſit decens ſeu indecens: nā (vt diximus in Logica) quæ pertinent ad ſeriem Longitudinis, dum terminorum vis non ignoratur, tanquam per ſe nota ſunt accipienda, neque rectè in dubium reuocari poſſunt. Idem etiam euenit terminis Immediatis qui ingrediuntur Latitudinis ſeries.

Conſummata autem tali ſollicitudine Expanſione, quæſtionis Contractio non erit difficilis. patet enim, quæſtionem contrahandam eſſe ad ea quæ magis obſiſtunt totius quæſtionis definitioni, necnon ad illa ex quorum determinatione cætera longè facilius patere poſſunt.

Silentio autem demandandum non eſt, non parum adiumenti afferri poſſe iam demonſtratis rationalium relationum ſeu locorum vſibus, ſi Subſtantiæ particolares, ſenſibus experimentíſque adiuuantibus, ſæpius & ea ratione attendantur, vt diligenter animaduertatur quid de illarum vnaquaque poſſit rectè ſeu affirmari ſeu negari. nouimus enim reliqua omnia tam eſſentialia, quàm accidentalia, circa has verſari, illíſque inniti. Nouimus etiam ſenſibilia aliquo pacto continere imaginem omnium inſenſibiliū, Itaque vnuſquiſque ad hæc reſpiciens propoſitionibus pluribus abundabit, eóque vberius ac facilius, ſi hæc attendens inſiſtet locis iam cōſtitutis, & ea ſeriatim animaduertet, ſinguláſque rerū

ſeries

series seu prædicameota sedulò perlustrabit. At idem etiam faciet singolarum propositionum vites exercere, primóque Imperfectiores, Constuctiuam scilicet ex conuersione, Destructiuam, atque Collectiuam: mox verò ea omnia animaduertere, quæ tam de Subiecto quàm de Prædicato horum propositionom, absque vlla difficultate aut erraodi metu, affirmari aut negari possuot: atque etiam illa omnia, de quibus & subiectum & Prædicatum iodubiè affirmantur seu negantur. neq; eoim ambigeodum est, quin plurimis ex his conceptis & propositionum copia suppeditetur, & perfectiores propositionum vires ad actum perduci possint, Actiua scilicet virtus, receptiua potentia, & indoctiua virtus.

Præcipuè verò colligendæ erunt communes animi conceptiooes: inter quas illæ etiam rectè connumerantur quibus asseritur, Ea probalia esse quæ omnibus vidétur, quæ videntur Sapientioribus, quæ ab aliquo Sapieorissimo probaotur, quæ Periti asserũt circa illa quæ pertinent ad propriam artem. Itaque semper erit vtile circa singula aliorum etiam senteotias exquirere.

Sed iam explicandi sunt cæteri vsus rationalium relationum, ex quibus dicuntur Loca mediorum terminorum, præmissorum, ac Argumentationum, quoniam hæc vnumquodque depromendum obiiciunt. In his vsibus suppooitur quæstionem iam perpensam fuisse, neq; latere seu vocum assumptarum vires, seu concipiendi rationes, seu Subiecti & Prædicari relatinnes ac series. Horum verò perceptio eam vim habet ad hos Locorum vsus, quam conclusionem obtinere diximus in docendis argumeotationum, quarum vi demonstrandæ sunt, naturis ac differẽtiis: nam Quæstio nihil aliud est quàm Conclusio assertione carens.

. Animaduertẽdum tamen est vniuscuiosque quæstionis vim contrahi ad eiosdem quæstionis Subiectum: nã (vt sæpius diximus) Subiecto semper conuenit manifestationem recipere: cæteræ enim propositionum ac quæstiooum partes tanquam notæ, respici solent. Sicuti autem manifestari præcipuè conuenit quæstionis subiecto. ita manifestandi ac soluendi partes (respectu quæstionum) medio termino exterius accepto demandandæ sunt. cùm enim quæstionis prædicatum hoc munus, quod illi est proprium, ob Copulæ coniungentis defectum præstare non possit, id ab alio termino externè accepto necessariò exhibendum est.

Hæc demonstrant medium terminum sumendum esse ex rationalibus relationibus, quatenus aptari possunt quæstionis subiecto. manifestandi nempe vis ad illud dirigenda est quod maoifestationem exposcit, haud secus quàm pharmacum parti, in qua ægritudo viget. Siquis autem existimet medium terminum colligendum esse ex eisdem rationalibus relationibus, quatenus aptaotur prædicato quæstionis, hic certè quæstionis vim non attinget, neque percipiet quod vere in dubium reuocatur, quin etiam in illud incidet vt vtatur taoquam noto, eo ad quod disceptatio omnis dirigenda est. siquis enim proposita, exempli gratia, quæstione in qua quæratur an animal sit corruptibile, attendens ex loco definitionis Definitiooem corruptibilis, quod prędicatur in quęstione, dicat,

Quod transit de Esse ad non Esse, est corruptibile.
Animal transit de Esse ad non Esse.
Ergo, animal est corruptibile.

Hic non animadoertit ex proposita quęstione noo quęri quid sit corruptibilitas, immo hoc supponi tamquam ootum, (nam hoc oon intellecto nulla esset quęstionis perceptio) sed quęri tantummodo an animal sit corruptibile, quod idem est ac si quęratur, an animal transeat de esse ad non esse. Itaque dum dicitur, Animal transit de esse ad non esse, absque vlla argumentatiooe prævia illud tanquam manifestum accipit quod ex quęstione reuocatur in dubium. Quod siidem nostram hanc senteotiam conetur infringere, acceptáque, exempli gratia, quęstione in qua interrogatur, An homo sit seositiuus, Medium terminum sumat à loco proprietatis, respectu animalis, quod prędicatur io quęstione, dicatque hoc pacto,

Omne progressiuum est sensitiuum,
Homo est progressiuus,
Ergo, homo est sensitiuus:

Rursum admonendus erit, Huius medij termini vim, respectu quæstionis propositæ, apparere præcipuè, quoniam Sensitiuum prædicatur de Sensitiuo, veréque dici possit Progressiuum est sensitiuum, sed quoniam ipsum progressiuum prædicatur de homine, qui subiicitur in quæstione, & ad qoem etiam tale medium refertur ex eodem Loco à proprio, licet respectu illius sit proprium commonius, neque primo cooueniat. Quod autem idem medium eliciatur à prædicato, idest per accidens, quoniam scilicet accidit vt terminus medius eandẽ vel aliam relationem habeat etiam ad prædicatum, Idem etiam confirmari potest ex his quæ in logicis demonstrata suut circa primam figuram syllogismorum rectorum ac perfectorum: in ea siquidem propositio minor, quæ Cooclusioni subiectum tribuit, necessario est affirmatiua, cùm propositio maior vtriusque qualitatis assumi possit. patet autem, Conclusionis assertionem pendere præcipue ab affirmatiua. Quapropter videtur etiam asserandum esse, terminum medium tunc verè quæstioni solutionem afferre posse, dum sumitur ex Locis affirmatiuis. nam, quæ de subiecto negantur, illam consummare non possunt, sed ad illam tantummodo dirigunt. Quemadmodum autem rationales relationes, quatenus aptari possunt termino qui in quæstione subiicitur, obiiciunt terminos medios, rectéque censentur Loca mediorum terminorum, ita quatenus aptantur termino qui in eadem quæstione prædicatur, subministraot propositiones in syllogismis præmittẽdas, illúdq; exerceor munus ex quo Præmissarum Loca denominantur. In harum Præmissarum depromptione, illæ rationales relationes tantummodo attendendæ sunt, quæ quęstionis prædicato aptari possunt respecto termini medij iam accepti, de quo quæstionis prædicatum ad quæstionis solutionem non tantùm affirmari potest, sed etiam negari. nam etiam ipsa Quæstio definitur vel affirmatiuè, vel negatiuè, prout Præmissa accepta est seu affirmatiua seu negatiua.

Rationales verò relationes ex tali vsu decentissimè dicuntur Loca Præmissarom, tum quoniam semper integram propositionem suppeditant, taoquam prius notam, tum etiam quoniam, dum Loca Medium terminũ obiicientia sunt remotiora ac magis relatiua, duas propositiones subministrant. nam Medij termini infirmitas noua fulcimẽta requirit. Itaque si reuocetur in dubium exempli gratia, An Albedinis vox sit æquiuoca, & Medius terminus accipiatur à Loco qui dicitur à Contrario, qui Nigredinem obiicit, primo ex relatione huius Medij termini ad quæstionis prædicatum, sumenda erit propositio affirmatiua, qua asseratur Nigredinis vocẽ esse æquiuocam. Secundò sumenda erit alia propositio, quæ attendens eundem Locum à Contrario, ex quo Medius terminus accipitur & Locum Prædicati, asserat vniuersaliter Vnius Contrarij voce existente æquiuoca, alterius Contrarij vocem æquiuocam esse. Sicuti enim, hac propositione deficiente, nulla est Medij termini vis, ita hac accedente, redditur firma: licet enim arguere primo Conditionaliter hoc modo,

Si Nigredinis vox est æquiuoca,
Albedinis vox est æquiuoca.
Nigredinis vox est æquiuoca,
Ergo, Albedinis vox est æquiuoca

Secundò Categoricè hoc modo,

Dum duo opponuntur contrariè, vnius voce existente æquiuoca, alterius vox est æquiuoca.
Albedo & Nigredo opponuntur contrarie,
Ergo, Nigredinis voce existente æquiuoca,
Albedinis vox est æquiuoca.

Quæ dicta sunt circa mediorum terminorum ac permissarum deprõptiones, simul Argumentorum depromptiones docere possunt, constituto pręsertim, semper terminos qui depromuntur à certa aliqua relatione tanquam à certo Loco, & ipsam relationem, eiusdem vniuersalitatis censendos esse. Quapropter dum Syllogi-

ſticè arguendũ eſt,ſicuti medius terminus nõ poteſt ſeu à Subiecti vniuerſalitate deficere, ſeu Prædicati vniuerſalitatem tranſcendere,ita Locus, à quo medius terminus eſt depromẽdus , non deficiet ab vniuerſalitate termini qui ſubiicitur in quæſtione,neqoe tranſcendet illã quæ aptatur eiuſdem quæſtionis prædicato.

Dum verò eſt arguendum Inductiuè, ſemper illæ relationes erunt attendendæ tanquam Loca quę deficiunt ab vniuerſalitate termini qui in quæſtione ſubiicitur. Maior autem Locorum vniuerſalitas ſumenda eſt non tantùm ea his pertinent ad ſeriem longitudinis, ſed etiã ea cæteris omnibus, quatenus ſunt remotiora quæ ſemper extenduntur ad plura.

Capvt VII.

De Locorum enumerandorum rationibus, ac de tota illorum ſerie.

SEd iam deueniendum eſt ad contractiorem Locorum enumerationem.ſicuti enim ea ſola Communiſsimorum acceptione, Extenſio ad realia eſſet difficilior, ita ſi ſingula accuratius enumeremus , Locorum numerus in immenſum adaugeretur, & non diſsimilia incommoda ſequerẽtur. Itaque media via incedendũ erit.hac enim ratione vtrumque malum deuitabimus. Loci igitur erunt vigintiduo, qui ſumuntur à Vocibus , à Conceptibus , & a Rebus, Rerũmq; relationibus Logicis, quibus ſi addantur octo, qui ex Copularum viribus repeti poſſunt , erunt triginta, vt infrà.

Loci quæſtionum ſimplicium, qui etiam ſunt Terminorũ, Propoſitionum, & Argumentationum Loci.

1 A ſignificandi ratione, reſpectu eiuſdem vocis.

2 A ſignificandi vſu,reſpectu eiuſdem rei.

3 A concipiendi ratione, quoniam ſcilicet res concipiantur ſeu ſubſtantiuè,abſolutè, ac concretè: ſeu aliter,vt ex ſuperioribus.

4 A rerum conceptibilitate,ex qua oritur Cõceptio analoga, vniuoca,& propria.

5 A rerum conceptarum vſu,ex quo conceptio redditur ſeu vniuerſalis, ſeu media, ſeu particularis , vt ea ſuperioribus.

6 A rerum eſſe,ſeu Exiſtentia.

7 A rerum natura communi , quæ deſtinguitur per Prædicamẽta,& per ea quæ Prædicamenta tranſcẽdunt.

8 A rerum Quod quid eſt.

Loci quæſtionum compoſitarum,qui ſimul terminorũ, propoſitionum,& argumentationum ſunt Loci.

9 A Subiecti quantitate , quoniam ſcilicet ſit abſolutè vniuerſale, abſolutè commune,medium particulare complectens vim cauſæ, ſeu aliter,vt ex ſuperioribus. Hic Locus, Quæſtionibus tantùm videtur deſeruire.

10 A Prædicatis, quæ ſemper affirmationi deſeruiũt, atque intrinſeca ſunt,vt puta,genus,ſpecies differentia, definitio ſeu deſcriptio definitioni ęquipollẽs, proprietas , accidens eſſentiale, ac neceſſariũ , ſeu abſolutè, ſeu ex conditione,& accidens neceſſarium non eſſentiale.

11 A Prædicatis,quæ vtplurimùm inſunt,atque affirmationi fauent,vt puta, Accidens eſſentiale contingens,non neceſſarium.

12 A Prædicatis, quæ ex propria natura tam affirmationi quàm negationi deſeruiunt,vt puta Accidẽs eſſentiale,nullo modo neceſſarium,& Accidens per accidẽs.

13 A prædicatis,quę ex propria natura negationi vtplurimùm fauent,videlicet ex his quæ rarò fiunt.

14 A prædicatis, quæ ex propria natura negationi fauent, cuiuſmodi ſunt ea quę differunt ſeu pluſquam genere,ſeu toto genere,ſeu genere ſubalterno, ſeu ſpecie, ſeu numero.

15 A denominatiuis,quorum aliqua oriuntur ex numero, aliqua ex quãtitate , aliqua ea qualitate,aliqua ex actione,aliqua ex aliis prædicamentis.

16 Ab oppoſitis ſeu formaliter, ſeu materialiter,ſeu mediè,ſeu contrariè , ſeu priuatiuè.

17 A relatiuis permanentibus, quæ nullam actionis vim complectuntur,ſeu à toto & partibus permanentibus, quorum aliqua pertinẽt ad totum eſſentiale, aliqua ad totum numerale,aliqua ad totum quantitatiuum,aliqua ad totum integrale,aliqua ad totum inſtrumentale, aliqua ad totum graduale.

18 A relatiuis permanentibus , quæ abſque actionis conceptu non dantur,vt puta pater & filius,magiſter & diſcipulus.

19 A relatiuis ſucceſsiuis , quatenus ſucceſsionum partes ſibi inuicem ſubordinantur. Ad has pertinent actionum exordia, proceſſus ac termini.

20 A relatiuis ſucceſsiuis , in quibus ſucceſsionis partes ſe inuicem eſſentialiter concomitantur. Ad has pertinẽt agens,vis impellẽs, finis cui,finis propter quẽ, media,res circa quam,agendi vires, auxilia,inſtrumẽta, agendi modi,& actionum fructus.

21 A relatiuis ſucceſsiuis,in quibus attẽduntur ſucceſsionis partes ſe inuicem accidentaliter concomitantes,vt puta præcedens rerum ſtatus , aliquorum præſentia ſeu abſentia,tempus, locus,& occaſio.

22 A comparatiuis , in quibus attenditur maior, & minor ſeu perfectio,ſeu multitudo, ſeu extenſio,ſeu intenſio, ſeu velocitas,ſeu perſeuerantia.

Præter ſupradictos Locos,dantur Loci omnes qui ab ipſis Copulis deduci poſſunt. Hos etiam enumerandos exiſtimamus. quãuis enim nihil diuerſum obiiciant ab his quæ ex ſuperioribus Locis colligi poſſunt,diuerſum tamen rationis noſtræ intuitum exercent. Ideóque propriori quadam ratione eidem deſeruire poſsũt. Ij igitur deducendi erunt ab vſu ſingularum copularum , videlicet.

23 A Copula *Eſt*. Prout vocum ſeu conceptionum diiudicationem obiicit.Prout ſignificat veritatẽ ſeu falſitatem. Prout certum aliquid indicat. Prout realia cõiungit ac ſeparat.

24 A Copula *Habet* Prout coniungit ſeu interna eſſentialia & formalia, ſeu interna eſſentialia & materialia,ſeu ea ex quibus oritur denominatio ac relatio.

25 A Copula *Poteſt*,pro triplici illius vſu.

26 A Copula *Scit*. Prout ſignificat habitum ſciẽdi, habitum agendi,& ſciẽdi actum, ſeu etiam opinionem.

27 A Copula *Vult*. Prout ſignificat voluntatis ſeu habitum ſeu actum.

28 A Copula *Debet*. Prout ſignificat ſeu decentiam, ſeu conſonantiam , ſeu debitum ea morali virtute , ſeu debitum ea prudentia,ſeu debitum ex humana lege,ſeu debitum ea diuina lege.

29 A Copula *Conſueuit* , ſeu à conſuetudine.

30 A Copula , quæ accipitur ea certæ actionis vſu.

In ipſis Copulis attendẽdi ſunt Actiui & Paſsiui modi,perfectæ ac imperfectæ copulationes:nec non initia, proceſſus,& conſummationes.

Capvt VIII.

De imperfecto ac deprauato Logicæ doctrinæ vſu.

IMperfectvs ſimúlq; deprauatus Logicæ doctrinæ vſus (quẽ tertio Loco dari, atque deceptionibus deſeruire diximus)explicandus nunc eſt.

Id breuibus præſtari poteſt.nam ſi deceptio veritatis perceptioni aduerſatur , ea quæ à veritate deducunt deceptionibus ex neceſsitate miniſtrant. Ideóque admonuiſſe ſufficiet ea deceptionibus inſeruire , quæ ex iam conſtitutis nouimus ab illis vitanda eſſe qui veritatis contemplationi decenter incumbunt. Si quis autem hæc compendio enumerare velit , facilè percipere poterit horum quædam pendere ex vitioſa vocũ ſignificatione , quædam ex vitioſa proponẽdi forma,quædam ex vitioſa argumentandi figura ac modo , quædam ex his quæ ratione materiæ falſitatem continent,ſeu ex vitioſa collectione. Vocum vitioſa ſignificatio oritur quando-

quãdóque ea simplici æquiuocatione, quoniam scilicet eadem vox pluribus rebus aptetur, vt puta surgere, quæ vox aptari solet & prius ægrotantibus dũ conualescunt, & prius sedentibus dum à sede surgunt, quandóque, quoniam vox plures concipiendi rationes proponit, vt puta si dicatur, Socratem esse nomen seu speciem, quoniam est homo, & homo, grammaticè loquendo, est nomen, logicè verò species. quãdóque ex amphibologia, quæ tamen voci conuenit, non vt solitatiè acceptæ, sed vt certam orationem ingreditur, vt puta si dicatur, Id, quod aliquis videt, id videt: aliquis columnam videt: ergo columna videt: quandóque ex rei compositione diuisioneq;, vt sedẽs sedet, & sedens ambulat voa siquidem Sedens, demonstrat & præsentẽ & præcedentem actũ. Ideoq; licet possibile sit, qui prius sedebat, ambulare, impossibile tamen est nunc sedentẽ nunc ambulare: seu, siquis dicat, quinarium numerum parem, ac imparem esse, quoniam continet binarium parem & ternarium imparem: quandóque ea vnius vocis diuisione, seu ex plurium copulatione, vt si dicatur peruentum est, copulantes per, & ventum, quod flatum significat, seu econtra. quandoque ex vocis accentu diuerso ex consonantium duplicatarum seu non duplicatarum numero, atque ea diphthongo: nam horum vnumquodque sæpe vocum vim immutat. quandóque ex loquendi figura, vt si interrogatiuè dictum tanquam assertiuè prolatum assumatur.

Vitiosa proponẽdi forma, vt videtur, duplex est, quarum prima constituitur, dum interrogationi adiungitur indeterminatio, seu diuisio, seu cõditio: vt puta dum dicitur, Est ne homo rationalis, vel irrationalis, seu, si homo est animal, est vel rationalis, vel irrationalis. Secunda, dum diuisiua, seu indeterminata propositio negatiuè profertur, vt puta dum dicitur, Homo non est rationalis vel irrationalis: seu harum litterarum numerus non est par, vel impar. Hæc tamen rationem potius perturbant, atque à veritatis intuitu diuertũt, quam in errorem inducunt: nam neque interrogationes, neque huiusmodi, propositiones argumentationem ingrediuntur.

Argumentatio est vitiosa seu ea figura, vt puta si quis ea figura vtatur, in qua terminus medius in maiori prædicatur, & in minori subijcitur, cùm præmissæ transponi non possint, dicátque exempli gratia, Volans non est homo: Homo est sensitiuus: Ergo sensitiuus non est volans: seu ex argumentandi modo, vt puta dum in prima figura negatiuæ affirmatiua præmittitur, & in secunda arguitur ex duabus affirmatiuis, & dum hypotheticè arguitur, & conditionalis assumpta constituitur ex quatuor terminis, vel si sit primæ formationis antecedens & consequens differunt in qualitate, seu antecedens est magis vniuersale seu minus determinatum quàm consequens, seu alia ratione vitiosè proponitur, tum in hac prima, tum in secunda, necnon in tertia & quarta formatione. hæc enim & reliqua quę in Logica docendi sunt enumerata facilè decipere possunt. Eadem etiam deceptio fouebitur ex hypothetica argumentatione, dũ ex positione consequentis ponitur antecedens, seu ex destructione antecedentis destruitur consequens. Diuisiua etiam argumentatio facilè hallucinabitur, dum propositio maior verè neque diuisiua est, neque diuisiuæ vim continet, vt puta si dicatur, Homines sunt vel mercatores, vel Senatores Socrates non est mercator; Ergo est Senator, cum verè neq; mercator neque Senator sit.

Oritur etiam deceptio ea inductiua argumẽtatione, dum ea vnico seu paucis singularibus colligitur vniuersale

Deceptiones ex propositionum falsitate, simúlque ex vitiosa collectione, præter ea quæ ex superioribus pendent, oriuntur etiam, dum colliguntur seu ex accidentalibus substantialia, vt puta Socratem non esse hominem, quia nõ est Plato, qui homo est; & eundem Socratem à seipso differre, quoniam est homo, & differt à Platone homine: seu ex his, quæ secundum quid vera sunt, absolutè concluditur, vt puta Non ens esse, quia est opinabile, & Hominem non esse, quoniam non est equus; & Æthiopem album esse, quoniam dentes albos habet, ob ídque nigrum esse, non nigrum; & album, non albũ seu ex omissione aliquorum, quæ pertinent ad sentẽtiæ perceptionem, vt puta si relatiuo aliquo accepto, non exprimitur seu ad quid, seu secundum quid, seu qua ratione, seu quo tempore referatur, dicitúrque exempli gratia, duo duplum esse. quod verum est, respectu vnius, nõ autem respectu trium, ideóque simul & duplum, & non duplum esse. Item absolute asserere, paginæ huius partem (quæ ad minorem partem relata, est dupla,) secundum extensionem, non autem secundum profunditatem duplam, & non duplam esse.

Vitiolè etiam colligitur, seu ex signi insufficiẽtis vsu, vt puta oblatum aliquod mel esse, quoniam flauum est, seu argentum, quoniam est album: & pluisse, quoniam terra est madida. seu ea principio, finis, vt puta aliquem domum cõstruxisse, quoniam emit lapides, seu ex assumptione illius quod non est causa tãquam sit causa, vt puta. Omne animal respirare, quoniam sentit.

Animaduertendum autem existimamus, harum deceptionum plures coincidere, omnésque (his tamen exceptis, quæ oriuntur ex vitiosa proponẽdi ac syllogizandi forma) ad illam pertinere quæ ea insufficienti expressione deducitur. Hoc ea eo coniectare licet, quonia deceptio omnis oritur ex aliqua ignorantia: Ignorãtia vero in his: quæ ab alijs accipiuntur, vt in pluribus, insufficientem expressionem consequitur. Inter ea verò quæ imperfectam pariunt expressionem, præcipuum locum obtinere videtur vocum obscuritas: quæ si penitus amoueatur, cætera diutius latere seu veritati obesse vix poterunt.





CONTEMPLATIONIS TERTIAE,

Quæ primam complectitur philosophiam,

Pars Prima:

IN QVA AGITVR DE ENTE IN COMMVNI, AC de quinque Entis speciebus præcipuis,quæ ex primæ diuisionis vsu absoluto eliciuntur.

CAPVT I.

De huius scientiæ certitudine ac prioritate.

PERCVRRIMVS ea quæ pertinent ad sciendi modos. Ad illa nunc animus dirigendus est,quæ primas ac communissimas rerum veritates constituunt,& intra primæ scientiæ limites continentur. Prima siquidem scientia versari debet circa communissimum genus, attingere illius Esse & essentiam,ostendere communissimas proprietates, inuenire species & partes indiuisibiles, demonstrationésque exercere circa easdem partes, simúlque contractioribus scientiis,quæ similiter detinentur circa realia (vt realia sunt) subiecta, ac subiectorum rationes obiicere. Ipsa verò à nulla alia pendere debet: quæcunque enim ad illius subiectum subiectíque rationem ac realia principia definienda conducunt, ex Naturæ ordine confusè tantummodo prænoscenda sunt. Et hoc quidem primæ scientiæ singulariter conuenit, quoniam versatur circa prima ac communissima, quæ præuiam demonstrationem non patiūtur.nam illorum veritas distinctè cognoscitur in ipsis etiam sensibilibus ac minus communibus confusè perceptis, ex prima rationis reflectione, cùm ea quæ communissima non sunt,cæterarúmque scientiarum principia ac subiecta constituunt, absque præuia contemplatione perfectè seu distinctè non cognoscantur. Ipsæ verò confusæ perceptiones, primæ scientiæ ea ratione deseruiunt, qua viæ,ad certam aliquam ciuitatem ducentes,illi ministrare solent. Quapropter,sicuti hæ viæ ciuitatis partes censeri non possunt, ita harum perceptionum nulla, tanquam primæ scientiæ pars est accipienda.

CAPVT II.

De Ente communi,déque communissima illius natura ac communissimis proprietatibus.

GENVS communissimum, quod in prima hac scientia sustinet partes subiecti,nihil aliud esse poterit quàm ipsum Ens,prout est ens. hoc enim & communissimum est,& , si ad alia cōmunissima comparetur, quammaximè absolutum inuenitur.Sicuti igitur nullum communius de eo prædicari potest, ita omnia quæ vniuersalissima similiter sunt, ex rationis ordine de eo prædicantur, tanquam de proprio subiecto. Quare,sicuti communissimis proprietatibus insignitum est, ita communissimas demonstrationes exposcit,quæ etiam primo loco cōficiendæ sunt. nam si,his prætermissis,nostra contemplatio statim deflectatur ad species Entis,seu ad specierum aliquam omnium præstantissimam ,Scientiæ huius connexio & vnitas penitus euanesceret: siquidem nulla amplius sperari posset seu generis huius diuisio tuta,seu specierum ac partium enumeratio certa,seu earundem coniunctio.

Ne igitur in hæc incidamus, stultéque recedamus à sciendi modo,non paruo labore percepto,hæc communissima pro viribus explicanda sunt, cùm præsertim horum vnumquodque non tantum, vt cæterorum principium,sed ex propriæ etiam veritatis impulsu, veritatis amatores excitare possit, summéque dedeceat talia seu facilia spernere, seu vt difficilia declinare ac sponte præterire.

Primò igitur decernendum erit, ipsum Ens sustinere concretam & abstractam conceptionem, huícque posteriori vim causæ propriè conuenire.

Idcóque quatenus resolutè percipitur, afferre ipsius Entis definitionem, prout generi communissimo conuenire potest, simúlque continere tutissimam vim ad illius proprietates omnes concipiendas & demonstrãdas. Harum verò proprietatum(vt ex logicis patet) quædam sunt magis absolutæ quàm relatiuæ, quædam magis relatiuæ quàm absolutæ, magis absolutarum, quædã sunt primò demonstrandæ,quædam non primò. Illarum quę primo demonstrandæ sunt,quædam simpliciter respiciũt ipsum Ens,quædam Entis rationem, tum vti irresolutè, tum vti resolutè conceptam.

Earum etiam,quæ non primo demonstrandæ sunt, aliquæ deducuntur à primis, aliquæ verò à non primis. Res tamen non producuntur in infinitum, sed quæ respiciunt commune rerum omnium bonum vltimum obtinent Locum. Proprietatum quoque magis relatiuarum,quædam intrinsecæ sunt,quædam extrinsecæ. & hæ quidem à magis absolutis pendent.

His sic acceptis, facilè percipiemus,ex concreto Entis communissimi conceptu elici abstractum, ipsam scilicet communissimam essentiam,& hanc, licet adhuc resolutè ignotam, verè tamen esse Entis communissimi causam, illúdque constituere: essentia enim sunt quæcunque Entis nomen admittere possunt. Naturalis autē rationis nostræ vis ad ea percipienda, quæ per se nota sunt,communissimæ Essentię(ex qua communissimi huius Entis definitio est deducenda) perfectam ac resolutam notitiam assequi poterit, memoria repetens in Logicis sancitum fuisse, essentiales rerum differentias accipiēdas esse ex propriis rerum actibus seu muneribus, hasque magis ac minus communes cēseri, analogas seu vniuocas,prout aptari possunt magis & minus communibus,analogis, vel vniuocis. his enim directionibus insistentes,tanquam compertum accipiemus, ipsum Ens, & ipsius Entis essentiam communissimam nihil aliud esse,quàm virtutem seu vim ad propriũ munus exequēdum.impossibile siquidem est,poni aut esse aliquod, nō posita vi virtutéve aliqua,aut virtutem aliquam non posito ipso ente: sicuti enim virtus non existens non est virtus,ita Ens destitutum virtute ad munus aliquod exequendum, non Ens, vel certe fatendum est,tale ens

vanum & inutile esse. quod nullo modo admittendum est. Ipsius igitur Entis, seu Essentiæ nomine, profertur confusè & analogice communissima virtus seu vis ad proprium munus exequendum, talis enim virtus est Entis differentia constituens ac verè substantialis.

Quod autem ad illa attinet, quæ ipsum Esse atque essentiam consequuntur primò, suntque illius communissimæ proprietates, excitantes eandem rationis nostræ vim in percipiendis his quæ simplicia ac indemonstrabilia sunt, affirmabimus omne Ens verũ seu veritatis fundamẽtum esse: nam ea quæ nullum veritati fundamentũ præbent, nihil omnino sunt. Asseremus etiam, ipsum Ens bonitatem necessariò continere, ac bonum esse. nam omne Ens omnísque essentia virtutem atque vim ad munus aliquod peragendum verè proponunt: quævis illius, quod constituit, bonum ex necessitate intendit, ipsáque similiter bona est.

At si ad tria hæc respexerimus, ad virtutem scilicet muneris alicuius exercendi quæ ipsum constituit Ens, nec non ad veritatem & ad bonitatem, quæ ipsum Ens primò consequuntur, quæque illius virtuti actiuè deseruire videntur, attingemus sex alias Entis proprietates, quæ hæc tria consequuntur. Hæ autem sunt, Existentia, Duratio, Vnitas, Perfectio, Pulchritudo, & Vis quædam interior, qua vnumquodque se & sua interna respicere potest. Quamuis autem hæ sex proprietates ab ipsa virtute, & à duabus primis proprietatibus indistinctè deduci possint, illarúmque vnaquæque vnamquanque demonstret, nihilominus Existentia ab ipsa virtute præcipuè pendere videtur, Duratio à Veritate, Vnitas à Bonitate, rursúmque Perfectio à Virtute, Pulchritudo à Veritate, Internus ordo à Bonitate. neque enim in dubium reuocari potest, an virtus ad munus aliquod peragẽdum existat & reipsa inueniatur, seu id, quod certa aliqua virtute est prædítum, simúlque verum bonum & existens est, certa aliqua perseuerantia ac duratione fruatur. nã, si positum, statim deficit & euanescit, neque veritate neque bonitate præditum est. His vnitas aliqua essentialis accedat opportet: quod enim munus aliquod respicit, quod verum ac bonum est, quod existit & permanet, intrinseca aliqua vnitate carere non potest. Has omnes Perfectio sequitur. nam, quod tale est, id conuenienti ad proprium opus dispositione, perfectione scilicet aliqua, insigniri conuenit, Perfectioni autem tum pulchritudinem, tum vim interna respicientem, addi manifestum est. nam, quod optimè dispositum est, ea etiam proportione potitur quæ reperitur inter agentem, & illius propriam actionem, simúlque fulget decentissima propensione ad eandem exercendam ex qua ipsa pulchritudo constituitur.

Id verò, quod talem propensionem exercet, & talem propensionem præfesert, carere non potest ea vi qua se & interna sua respicit sibique quodammodo assistit.

Capvt III.

De relationibus internis Entis, vt est ens, & de externarum exordiis ac differentiis.



Nterna Entium relationes deducuntur præcipua quadam ratione ex virtute, interna respiciente, quæ proprietas inter magis absolutas est extrema. Hæ ad quinarium numerum produci solent: euenit tamen, dum illarum aliquæ in alterius virtute continentur, vt ad minorem numerum redigantur.

Harum prima consistit in proprij Esse dilectione: secunda in suimet interna excitatione: tertia in interna ad proprium actum rectè exercendum dispositione, seu in propriæ perfectionis prosecutione: quarta in ea delectatione, quæ oritur ex proprij actus decenti vsu: quinta ex eo intuitu, quo entia prosequi solent perfecti actus fructus ac bonum simúlque eiusdem boni fruitionem.

Externæ relationes, seu proprietates externa respicientes pendere videntur tam ab absolutis proprietatibus quam à relatiuis internis, diuersa tamen ratione; absolutæ enim proprietates pariunt vim seu potentiam, qua externa respicienda atque attingenda sunt. Internæ verò relationes inducunt propensionem ad eadem externa actu respicienda atque attingenda. neque enim absque internorum intuitu conuersio ad externa consummari solet. Ipsę autem absolutæ proprietates externis relationibus dupliciter fauent. nam & certos quosdã actus externa respicientes constituere solent, & eosdem actus certis quibusdam modis ornare. Actuum exordia essentiali Entium virtuti eorundémque veritati ac bonitati, ni fallimur, ascribẽda sunt. nam illorum vnusquisque seu potentiæ, seu veritatis, seu bonitatis vsus ac vires vtcũque refert. Iidem tamen actus & simplicem seu potentiæ, seu veritatis, seu bonitatis extensionẽ exercere possunt, & easdem seu producere seu etiã quodam pacto effundere. Hæc ex eo euenire videntur, quoniam potentiæ, veritatis ac bonitatis vis, seu simpliciter exercetur, seu assumpto etiam vsu cæterarũ proprietatũ absolutarum, quas ab illarũ vnaquaque propriori quadam ratione emanare diximus (substantialis nempe virtus, Existentiæ vi accedentes, protenditur) addito verò Perfectionis robore, quodam pacto effunditur, eadémq; euenire solent tam Veritati, Durationis, ac Pulchritudinis viribus accedentibus, quam Bonitatis, Vnitatis, ac Virtutis interna respicientis robore adiuncto.

Horum autem vnumquodque clarius perspicietur ex his quæ circa Entium species dicenda erunt.

Quod verò attinet ad modos quibus externi Entiũ actus ornari possunt, earundem absolutarum proprietatum virtute, seu etiam dehonestari, vnusquisque facile assentietur huiusmodi actus pro essentialis Virtutis natura exerceri validè seu infirmè, ex Veritatis gradu sapienter seu insipienter, ex Bonitate ardenter seu remissè pro Existentiæ diuersitate extensè vel contractè, ex Duratione multiplici perseueranter vel intermissè, ob Vnitatis differentias acutè vel obtusè, ex Perfectionum distinctione perfectè vel imperfectè, ex Pulchritudinis gradu venustè seu inuenustè, atque pro natura Virtutis interna respicientis opportunè vel importunè.

Et his quidem modus omnibus externarum relationum vsibus ac modis consummationem affert, quoniam ipsa etiam Virtus interna respiciens, ex qua talis modus effluit, inter absolutas proprietates est extrema, & cæteras quodammodo perficit.

Capvt IIII.

De ratione qua Ens communissimum diuidendum est, atque de præcipuis Entium differentiis.

EA, quæ circa Ens communissimum communissimè perscrutanda erant, ita enarrata sint.

Nunc ipsius doctrinæ ordine sic exigente, Entis quatenus est Ens, species perquirendas esse non dubitamus. Iis igitur obtemperantes quę in logicis circa analogorum absolutorum diuisiones ac differentias constituta sunt, respiciemus ipsum Ens ratione essentiæ perfectè ac absolutè cognitæ, virtutis scilicet communissimæ, modósque colligemus quibus virtutes ipsæ tum esse, tum propria munia adimplere possunt, atque eorundem modorum possibiles copulationes distinctionésque contemplabimur. omnibus enim quæ perfectionem arguunt, simul coniunctis, primi ac nobilissimi Entis rationem, vt licet percipiemus. Reliqua verò Entia constituenda erunt ex subtractione eorũ quæ perfectionẽ arguunt. Patet tamẽ, horum vnumquodque tutius ac rectius effectum iri, si diuisiones, quę solius rationis vi exercendæ sunt, inductionibus atque experientiis, quæ sensuum adiumenta continent fulciantur.

Modi verò, quibus entiũ virtutes, atque entia ipsa esse, & propria munia exercere possũt, vt videtur ad sena-

rium numerum deduci debent. oam suot & exercentur vel à se, vel noo à se, vel per se, vel nnn pet se, vel In se, vel non in se.

Illa sunt & exercẽtur à se, quæ in proprio Esse & actu ens pręcedens actúmque præcedentem oon supponunt. Illa non sunt neque exerceotur à se, quæ præcedens ens atque actum supponunt.

Illa per se sunt atque etiam pet se propria munia exercent, quæ sola subsistunt & in proprio munere exercẽdo sibi sufficiunt, neque alterius virtutis copulatiooem exquirunt. Illa oon suut per se neque per se munus proprium exercent, quæ sola non subsistunt oeque ipsa in proprio muoere exercendo sibi satis sunt, sed alterius virtutis copulationem exquiruot.

Illa in se sunt atque in se munia sua obeunt, quæ pleoam existendi rationem contineot atqne proprij actus vim fructúmque in se recipiunt. Illa verò neque in se sunt neque in se munia sua exercent, quæ plena existendi ratione careut, quæque pteprij actus vim atque fructum in se non recipiunt.

His sic cõstitutis, iam Entis species analogas colligere, oecnon quid ex horum vnoquoque singulis conueniat, demooſtrare tentemus.

Capvt V.

De Ente, quod à se, per se, & in se est, seu de Deo Opt. Max. necnon de supereminenti eius virtute.

MANcfestvm est, Ens, virtutémque aliquam admittendã esse, quę nullũ pręcedẽs Ens nullámqoe externam actionem supponat, sed verè à se sit atque opcrerut. nam si vnaquæque actio præcedentem actionem haber, entium & actionũ ordo initio ac fine carebit: oeque entium seu actionum aliqua actu reperietur, cùm impossibile sit seu illud ens subsistere, cuius cõstitutio deducenda est ex infinita entinm successione, seu actionem illam adimpleri, quæ infinitas actiooes supponit. oam infinitum transiri non potest.

Hane verò virtutem, qoæ à se est atque operatur, per se etiam atque in se Esse atque operari neeesse est. nam, quæ seu in proprio Esse, & in proptio mancre exercẽdo alterius eotis & virtutis copnlatiooem exquirunt, seu plenam existendi tationẽ non continent, neque proprij actus vim ac fructum in se recipiunt, ab aliis necessariò pendent, neque à se sunt. Ratio igitut ac vis huius virtutis, seu entis, quod à se est, simúlque per se & in se, valde admirabilis erit nam cxeo quod in se est, atque in se proprium exequirur munus, simplicis atque intellectualis naturæ erit, simulqoe vera libertate præditũ. Erit naturæ simplicis, nam quæ composita sunt ea ratione exercẽtur, vt singulæ compositi partes ad vnum aliquod deducautur, quod proprium munos ita exerceant, vt nulla virtus illud ingrediens, aut propriũ munus propria tantum virtute perficiat, ant illius bonũ in se tantummodo colligat. Erit naturæ intellectualis, nam quod simplex est atq; in se agit, versatur circa se nõ quasi circa subiectum (tũc enim omni simplicitate caterer, plurésque virtutes complecteretur, quarum nulla verè in se agit) sed quasi circa suimet obiectum, quod ad solam intellectualem naturam pertinere explotatum est. Erit vera libertate præditum, quoniam quæcunque io se operaotur, dũ propriæ operationis fructum in se recipiunt, ad proprij commodi ac boni adeptionem cõstitui manifestum est, quod liberam naturam arguit & seruilem exeludit. Eadem autem hæc virtus ex eo quod non tantùm in se est & operatur, sed etiã per se, ita simplicis ac intellectualis naturæ erit, vt simpliciter etiam existat, vet éq; io se manens appellari possir. intelligendi euim actum, quo se intelligit, nullius virturis ministerio exere ebit. Ideóque sicuti semper est prooa ad intellectionem quam per se perficit, ita ab ea nunquam desistit, sed sempet intelligit ac iotelligitut.

Postremò eadem hæc virtus ex eo quod noo tantùm in se ac per se operatut, sed etiam à se, excellit ac supereminet omnium entium simplicitatem, omnésque virtutes ac intellectus. Ideóq; ita libertate fruitur, vt nulli reneatur. patet siquidem, illnd quod à se est nõ posse admittere alterins Entis virturem receptionémue exercere, seu alicui deuinciri, seu absoluta libertate carere.

Huius autem ordinis non plura, sed vnicum tantùm Ens admittendum est. nam si essent plura, nulla inter ea daretur connexio nullúsque communis respectus, quin etiam fatendum esset dari plures rerum ordines omnioo distinctos, omníque penitus connexione careotes, illa enim quæ à se oon sunt, pendent ex oecessitate ab illis quæ à se sunt.

Ad borum vnumquodque non Naturæ tãtùm, sed rationis etiam legibus aduersatur, entiom quippe omnium communem conceptum dari manifestum est. constat autem ea, quæ cõmuniter concipiunter, aliqnaliter coniungi.

Quapropter dato aliquo Ente, seu entiũ serie aliqua ab aliis entibus omnino seiuncta, sequitur, , bæc simul coniuncta & disiuncta esse. Præterea quærendum esset, ao prima vniuscuiusque ordinis Entia, quorum vnumquodque in suo ordine perfectissimum est, conueniant in aliquo, vel in nullo. Si dicatur, in aliquo conuenire, illorum simplicitas amouebitur. Quod si id negerur, fatendum erit vnumqnodque simul petfectissimum & imperfectissimum esse.

Erit perfectissimum, quooiam in proprio ordine est primum. erit imperfectissimum, quoniam caret omoi perfectione alterius quod perfectissimum est.

Cõuincimur igitur, Ens, quod à se est, verè singulare atque vnicum esse. Idem etiam longè excellet virtutẽ ac dignitatem Entiũ omnium quæ sunt, vel quę esse possunt, veréque & absolutè perfectissimum erit. nam reliqua omnia ac reliquorum petfectio omnis necessariò ab illo effluunt quod singulatiter à se est. Constat aurem effectum perfectionem proprię causæ perfectionem excellere ooo posse, sed ab ea ex necessitate deficere.

Capvt VI.

De diuinis proprietatibus, absolutis, ac primo de Veritate.

SEo iam accedendum est ad proprietates magis absolutas perfectissimi huius Entis, ad quod humana imbecillitas ex Dei voce vtcunque erigi solet.

Id tectè præstabimus, modum ae rationem attingentes, quibus conuenit huic Enti verum ac booum esse, necnon qualiter existat, durer, præditúmque sit Vnitate, Perfectione, Pulchritudine, & Vi se ioterne respiciendi. oouimus enim horum vnumquodq; Enti, prout est ens, aliqua ratione conuenire, neque in dubium reuocari potest, an huinsmodi communiora ac indetermioara entium vnicuique propriè ac determinatè aptẽtut, seu an aliquid præterea ex illis effloat. nam sicuti ptoptia communium limites non transcẽdunt, ita communia analoga à propriis respectu modi oecessariò contrahenda sunt. Exotdiamur à Veritate, quæ inter Entis ptoprietates censetur prima. Hæc ab illis veritatibus seiungẽda erit, quæ vel in propositionibus reperiuotur, vel ptopositionibus exprimuotur. neq; enim horum aliquod obiicere potest intimã ac Deo propriam veritatẽ, quæ sicuti aptatur simplicissimo enti, ita summam cootineat simplicitatem oecesse est.

Siquis autem ea attendat, que de Deo Opt. Max. verè affirmari, ac negari solẽt, nõ absque summa admiratione iotueri poterit de eo vnumquodq; simul & affirmari & negari. Vnumquodque de Deo aliquo pacto affirmari potest, quoniam vnumquodque ab eo ex necessitate peodet neque ab illius virtute seiungitur. Rursus eadem de eo verè neganda sunt, quoniam ea rationẽ voumquodque in se contiuet, vt singula longè excellentiori gradu cootineat, simúlque voumquodque longè excellat.

Ipsa autem simplicis Veritatis vox duo menti nostræ obiicere solet, rem scilicet concipiendam, & eiusdem rei conceptum siue compræhensionem. Horum vtrumque in hac diuina Veritate côiungi oportet, quinimmo vnũ verè atque idem omnino est. nam quæ perfectionem arguunt ita à perfectissimo Ente continentur, vt diuisione omni reiecta illi indiuisibiliter atque identificè copulentur. Nos tamẽ, quoniam diuisibili virtuti innitimur, hæc quæ vnum omnino esse cognoscimus, disiunctim contemplari atque cognoscere cogimur.

Diuinam igitur Veritatem ex ea parte respicientes, qua percipi ac concipi potest, facilè assentiemur ipsam ita vniformem, simplicem, immutabilem ac apertam esse, vt omnem diuersitatem, omnem multiplicitatem, omnem variabilitatem, omnem obscuritatem repellat. nam obiecti diuersitas, multiplicitas, variabilitas atque obscuritas fallaciam errorémque parit, aut certè imperfectum cognoscendi modum producit. quorum nullum vel primæ eminentissimæque veritati inesse potest vel eam concomitari.

Eandem verò veritatem ex ea parte intuẽtes qua cognoscit & concipit, quàm tutissimè percipiemus eã acutissima maximéque perspicaci intelligentia præditam esse, simúlque proprio compræhensibili semper adhærere. Si quis autem nos impellat ad id vtcumque proferẽdum, quod ipsum diuinum intelligibile verè constituit, hac ratione illi pro viribus satisfacere enitemur. Accipimus ex iam constitutis, Esse & Veritatis fundamẽtum esse, se se ad alterutrum consequi, ideóque Entium atque veritatũ ordines coæquari. Accipimus etiam, vnũquodque vim aliquam continere, qua ea, quæ intelligendi virtute sunt prædita, excitare, ac ad sui met conceptum atque intelligentiam perducere possit, clariorem tamen seu obscuriorem, prout cognoscentis virtutis conditio fert.

Sicuti igitur ex priori positione colligitur, diuinæ Veritatis vim ab aliis haud secus disiungi, quàm diuinum Esse ab aliis entibus essentialiter seiungatur, ita ex posteriori deducitur eiusdem diuinæ veritatis vim hominum mentem ad sui conceptum impellere, atque etiam certis quibusdam illustrationibus ad id præstandum firmare, atque aptam reddere. Singula autem perpendentes, quæ hominum menti obiiciuntur, duo tantummodo reperiemus, quæ sicuti diuinæ veritatis vim manifestè continent, ita ad eandem vtcumque attingẽdam nos manu ducunt. Primum erit essendi ratio, quæ Entium vnicuique necessariò inest, quæque à primo Ente necessariò effluit atque emanat. Si quis igitur communem hanc essendi rationem, tanquam diuinæ veritatis radium attendens, mentis aciem dirigat ad illius fontem, qui entia omnia virtute complectitur, atque omnia supereminet, conetúrque intueri idem Ens, tamquam se inspiciẽs, proprium scilicet intelligibile atque idæam, in qua idææ omnes intelligibiliáque omnia virtute insunt, hic, rectè, ni fallimur, dirigetur ad diuinæ veritatis intelligibile.

Secundum, quod idem præstare potest ac fortasse ratione longè præstantiori, sumitur ex communissima significabilitate, quæ indistinctè conuenit non tantùm rebus omnibus, sed conceptibus etiam, quin & ipsis vocibus significantibus. Siquis enim communissimam hanc aptitudinem, tanquam diuinæ veritatis radium attendens, per eam ad illius fontem, in quo singula viuificè continentur, mentis intuitum figat, hic fortasse illorum sententiam non spernet qui dixerunt, Deum ita esse, vt Ens rectè appellari nô possit, cum omne etiã entis conceptum excellat. Ea verò, quæ sic speculantibus ipsius diuinæ veritatis dono occurrere possent, silentio potius venerari quàm verbis proferre licet.

Capvt VII.

De diuina Bonitate,

Vt summa ac diuina Bonitas, cuius contemplatio diuinæ Veritatis contẽplationi annectenda est, aliquo modo côcipiatur, præcipue statuendum videtur, non Enti bonum aptari non posse, id autem quod est ens, bonum esse vel ex eo quod est, vel ex eo quod in optimo suo statu sit constitutum. Statuendum præterea erit, ea quæ in optimo statu sunt constituta, necessariò vel ex propria vel ex alterius alicuius virtute optimo statu frui, necnon ea quæ bona sunt, vel sibi præcipue bona esse, vel non sibi præcipuè, sed aliis. Si hæc ad Dei bonitatem contrahantur, exploratum erit diuinum Esse, ex eo quod tale est, simul & bonum esse & optimo statu frui, idémque non alienæ sed propriæ virtutis vi, atque etiam sibi præcipuè bonum esse. nam, si illius Esse ab optimo statu deficeret, vel ad optimum alterius Entis vi deduceretur, seu si aliis præcipuè, non autem sibi bonum esset, neque verè simplex esset, neque cæterorum Entium dignitatem ac perfectionem excelleret. ea enim quæ vel optimo non fruuntur statu, vel illo quidem fruuntur, sed alterius virtutis munere, seu ita sunt bona vt illorum bonitas ad alterius præcipuè bonum dirigatur, neque verè simplicia sunt, neque cætera omnia supereminere atque excellere possunt. at iam constitutum est, Deum simplicissimũ ac perfectissimum esse. Nulla igitur ratione in dubium reuocari potest, quin eidem essentialiter conueniat optimo statui frui, atque ipsum esse, & optimè esse, indissolubiliter copulare, simúlq; sibi atq; ex propria virtute bonũ esse, ideóque rectissimè ipsum bonũ & ipsam beatitudinem appellari, nullum enim aliud bonum seu ratione gradus, seu ratione modi, melius ac beatius inueniri potest.

Capvt VIII.

De diuina Existentia, siue existendi modo.

Qvonam pacto hoc diuinum Ens teipsa existat, nunc contemplandum est.

Illud certè circũstantia aliqua aliquaue circonscriptione includi atque arctari posse asserere non licet. hi enim existendi modi alia Entia ex necessitate supponunt, atque ab illis aliqualiter pendent, ideóque lõge admodum distant à primo ac nobilissimo Ente, quod sicut à se omnino est, ita sibi tantummodo innititur. Hunc autem præstantissimum existendi modũ, vt mentis nostræ fert infirmitas, fortasse attingemus respicientes Existentiã illius veritatis, quæ verbis exprimi solet, quæque nobis aliqualiter est familiarior: nam cùm duo in huiusmodi veritate reperiantur, vocis scilicet sonus, siue etiam characteres, quatenus scriptis continetur, & veritas ipsa concepta atque prolata, seu scripta, horum priora, sonus scilicet charactéresque ac paginæ, in quibus ipsi characteres pingũtur, corporea euidenter sunt. Veritas autem est verè spiritualis. nam eædẽ veritates sicuti ab vno homine prolatæ repeti possunt à pluribus qui in variis locis variisque temporibus reperiuntur, ita in vna certa quadam pagina & in vno idiomate conscriptæ pluribus paginis inscribi possunt & ad varia loquentium idiomata transferri. ex quibus facilè dignoscitur veritates has ex propriæ naturæ statu neque locis, neque temporibus, neque circunstantiis vllis arctari, seu circumscribi, sed horum vnumquodque illis accidere, ex eo quod corporeis innitantur, aut ab eisdẽ sustineantur ac deuehantur.

Siquis igitur huiusmodi corporea ab ipsa veritatis significatione mente seiunxerit, & aliquam conceperit veritatem quæ horum nullo indigeat, sed sibi innitatur, hic (ni fallimur) spiritalem existendi modum attinget, illorúmque existentiam intuebitur, quæ neque terminis circumscribuntur, neque locis continentur, cùm tamen vbique sint, aut certè esse possint. Eadem, autem clarius intuebimur, animaduertentes, veritates, quæ à nobis concipi ac exprimi possunt, ab his quæ sibi innitũtur atque firmantur longè distare, neque ob id tantùm

quod hæ nullis corporum indigent adiumeotis, noſtræ autem ab illis deſtitutæ penitus euaneſcunt, ſed ex eo etiam quod vnaquæque noſtrarum veritatum ab aliis omnibus diſiuncta eſt, cum tamen ex aliarum lumine pẽdeat, ab illiſque firmetur aut certè perficiatur. Veritas autem in ſe manens, diuináque præcipuè, omnes veritatis partes ſimul complectitur, quas etiam ad vnicam colligens veritatem ſimul illuſtrat ac perficit. Huius autem admirabilis collectionis imago aliqua elici fortaſſe poterit, ſi nouum loquendi modum nobis finxerimus, in quo verba vocéſque tali virtute ſint præditæ, vt non vnam tantummodo rem explicent, (vti in communi hominum locutione ſæpiſſime cõtingit) ſed conceptus etiam, necnon conceptuum plurimorum coniunctionẽ, quinetiam ad id deducantur vt vox vnica conceptus omnes necnon optimam illorum diſpoſitionem atque omnimodam coniunctionem proponat. Ab hac igitur ampliſsima ſignificatione id omne quod corporeum eſt ſeiungentes, atque ſpirituale tanquam vnicum & in ſe manens intuentes, ad eam fortaſſe exiſtendi rationem, quæ diuinæ veritati conuenit, aliqualiter deducemur, atque ampliſsimum ſimúlque indiuiſibile volumẽ illud, in quo veritates omnes in vnica veritate fulgent ac rutilant, tanquam in ſpeculo & in ænigmate, vt mentis noſtræ ſerunt tenebræ, coniectabimus.

Capvt IX.

De diuina Duratione, ſiue de Aeternitate.

SED iam ad diuinam Durationem explicandã conuertatur oratio. Id vt rectè perficiatur, præmonendi ſumus Durationis voce, ſi propriam illius reſpexerimus vim, illud tantummodo ſignificari, quod mutationi oppoſitum eſt mutationéque omnino caret. omnia ſiquidem quæ mutantur à priori ſtatu vtcumque recedunt plenaque duratione priuantur.

Duratio verò vt mutatione ita omni etiam inchoatione ac conſummatione carebit: nam abſque aliqua nouitate ac mutatione vlla ſeu inchoatio ſeu cõſummatio dari nõ poteſt. Durationis ergo vox rectè nõ aptatur ſeu rebus quæ mutãtur, ſiue illarum mutatio perſeueret, ſiue nõ perſeueret, ſeu earundem mutationibus, ſiue perſeuerent ſiue non perſeuerent. ea namque quę mutantur, ſi illarũ mutatio perſeuerat, à priori ſtatu ſemper recedũt, quod Durationem manifeſte excludit. Si vero illarũ mutatio ceſſet, eadem itidem duratione carent: nam mutationis conſummationem recipiunt, atque ad illius carentiam ſeu quietis inchoationem deducuntur.

Simili ratione ipſamet mutatio, ſiue perſeueret ſiue nõ perſeueret, vera caret duratione, quoniam illius perſeuerantia indeſinenti innititur mutationi: ex eo enim dicitur perſeuerare, quoniam præcedens mutatio, poſteriori accedente recedit, ideóque ipſa mutatio perenniter mutatur. Quod ſi ceſſet, haud ſecus vera duratio ab ea excluditur. ex huiuſmodi enim ceſſatione immutabilitatis inchoatio atque mutationis conſummatio demonſtratur, quorum vtrumque, vt iam dictum eſt, plenam expellit durationem. Motus igitur, quamuis perennis, perſeuerantia, durationis vocem verè ac propriè non admittit: illius ſiquidem perſeuerantia continet prius ac poſterius, ſimúlque inchoationem ac conſummationem. Durationis verò perſeuerantia prioritatem ac poſterioritatem, necnon inchoationem ac conſummationem omnino repellit. His de durationis natura ſic conſtitutis, colligere licet diuinam Durationem, quæ cæteras omnes præcedit ac ſuperat, omnem motationẽ, omnem inchoationem, atque omnem conſummationẽ verè excludere, idque non tantum ratione eſſentiæ exiſtentiæque, ſed ratione etiam operationis, necnon ratione modi, quo huiuſmodi operatio exerceri poteſt. neque enim diuinum Eſſe aliquando incepit, ſiue aliquando deſinet, aut diuina operatio, quæ item initio ac fine caret, ſucceſſionem mutationémue aliquam admittit, ſed ita perenniter perſeuerat, vt ſibi coniuncta in ſeque collecta ac omnino contracta ſit. Hæc autem dilucidius percipiemus, dato, diuinum Eſſe diuinámque operationem aliquando incepiſſe, aut aliquando futuram non eſſe, aut non eadem penitus ratione eſſe. Profectò, ſi diuinum Eſſe aliquando incepit, neceſſariò fatendum erit aliam durationem aliúdque Ens præceſſiſſe: eſſendi enim inchoatio non eſſendi terminum demonſtrat, terminus autem præcedentem durationem arguit. Si verò diuinum Eſſe aliquando deſinet, admittenda erit prior ac firmior duratio, cui hæ eſſendi ac nõ eſſendi durationes innitantur.

Sin autẽ diuina eſſentia vel operatio aliqualiter immutabitur, plures erũt diuinæ durationes. Quare priorẽ ac firmiorẽ durationẽ conuincent, ſimúlq; aliquod Ens præcedere primũ Ens illúdque ſuſtinere. nã Duratio eſt Entis proprietas, neq; abſque vllo Ente reperiri poteſt.

Præterea, ſi diuinum Eſſe, ſeu operatio admittere poſſent ſucceſſionem mutationémve aliquam, neceſſarium eſſet priorem ſtatum poſteriori vel præſtantiorem vel minus præſtantem eſſe: quorum vtrumque & ſummam à Deo perfectionem excludit, & in Deo non vnica, ſed pluribus rationibus defectum inducit. Ergo, ne aſſentiri cogamur ſeu durationum atq; Entium ordines in infinitum extendi, ſeu primum eos ſumma perfectione carere defectuíue alicui ſubiici, tanquam explorata admittenda ſunt ea quæ tradita ſunt de prima diuináque duratione, quam Æternitatem appellare licet. Huius autem æternitatis diuinæque durationis, ſi rectè animaduertimus, imaginem aliquam præbere fortaſſe poteſt ſenſibilis quies motuſque carentia: hæc enim ex motus quidem, qui vere mẽſurabilis eſt, concomitantia mẽſuram admittit, ſed non ex propria natura. nam ſi hæc penitus ſeiungatur à motu omnis menſuræ incapax erit.

Quamobrem ſi finxerimus eam concomitari actum aliquem omnis motus expertem, ex ſenſibili illius conceptu perducemur vtcumque ad imaginem æternitatis, quæ primi intellectus ſpiritalem actum conſequitur.

Capvt X.

De diuina Vnitate ſubſtantiali.



QVæ ad diuinæ Durationis ipſiúſque Æternitatis perceptionem ſpectant, hoc modo enarrata ſint. Ad diuinæ autem Vnitatis conceptũ vtcumque obtinendum, accipiendum eſſe exiſtimamus, omnem ſubſtantialem Vnitatis diuerſitatẽ pendere ſeu ex numero & natura rerum quæ coniunguntur, ſeu ex multiplici coniungendi modo. Duo hæc ſibi inuicem aliquando aduerſantur, aliquando fauent. Tunc ſibi inuicem aduerſantur, cùm alterius conſummatio alterius conſummationem repellit, vt in ſingularis hominis & in ciuitatis vnitatibus euenire videtur. ciuilis quippe vnitas, ſi coniunctorum natura attendatur, dignior erit vnius hominis vnitate, quæ tamen ex coniungendi modo imperfectior ac infirmior eſt. nam hominis vnius partes ac membra longe decentius copulantur quàm ciues ex ciuili ſocietate vniri poſſint. Tunc autẽ hęc duo ſibi inuicem fauẽt, cùm maior vnius perfectio maiorem alterius perfectionem requirit. Hoc in ſpiritalibus atque in diuina vnitate præſertim, euenire perſpicuum eſt. neque enim aliter vnitas virtuti eminentiſſimæ, à qua defectus omnis penitus abeſt, conuenire poſſet. In ea itaque reperientur coniuncta perfecta omnia, ſiue ſint, ſiue eſſe poſsint, atque ita coniuncta vt non tantùm indiuiſibiliter copulentur, verùm etiã vnum penitus atque idem ſint.

Diximus autẽ perfecta omnia: nam ea, quæ aut omnino ſunt mala, aut malo aliqualiter coniunguntur, à diuina vnitate ſeiungenda eſſe in dubium reuocare non licet. quin etiã ipſa perfecta, atq; ex propria natura bona, diuinę vnitati ea ratione annectenda erunt, vt illarũ defectus imperfectióque omnis ſeiungatur, neque enim

horum

horum aliquod perfectissimo Enti aptari posset.

Non solùm igitur corruptio, defatigatio, ægritudo, ignorantiáque omnis à Deo aberunt, verùm etiam nutriri, conualescere, acquirere, addiscere, cęteráque huiusmodi. nã horũ vnumquodq; ita bonũ est, vt seu mali coniunctionẽ seu boni defectũ cõplectatur ac innuat.

Illa verò, quæ essentialiter bona sunt, neque vllum ex necessitate defectum arguunt, vtputa ipsum Esse, efficiẽdi virtus, cognitio, ac fruitio, ita ad diuinam vnitatem pertinent, vt & sibi inuicem copulentur, & ab eorũ vnoquoque imperfectio quælibet penitus reiiciatur. Quapropter fateri cogimur, Deum ita esse, ita agendi virtute præditum esse, ita agentem, cognoscentem atque fruẽtem, vt à suo Esse, virtute, actione, cognitione, fruitionéve deficere nullo modo possit. fatendum etiã erit ipsum diuinum Esse, virtutem, operationem, cognitionem, ac fruitionem, omnium entium, virtutum, operationum, cognitionum, fruitionúmque vim eminenter complecti, simúlque asserendum idem diuinum Esse ab ipsa diuina virtute, operatione, cognitione, fruitionéq; nullatenus distare, differréue, sed vnum penitus atque idem esse. Hinc inspicere licet, quanam ratione diuinũ Esse cætera omnia excellat. nam aliorũ plurima ita sunt vt possint non esse, neque ex necessitate sunt: quædã ad solam receptionem sunt apta, & agendi virtute carent, quædam ita agendi virtute sunt prædita, vt illam nõ semper exerceant, quædam cognoscendi virtute, quædam fruendi actu destituuntur, omnia demum huiusmodi sunt, vt ex cõstitutione proprij Esse, propriǽque virtutis, cæterorum Esse, atque virtutibus aut omnino aut magna ex parte careant. Decernere autẽ, vtrum diuina vnitas relatiuorum etiam bonitatem complectatur, nobis non tantùm difficile, atque arduum est, sed etiam, si Naturæ lumini innitamur, omnino impossibile. asserentes enim horum bonitatem ab ea contineri, videbimur infirmare modũ diuinæ vnitatis, in qua bona omnia identificantur: nam realis relatio nõ datur absque reali terminorum relatorum distinctione.

Quod si hęc relatiuorũ bonitas à diuina vnitate amoueatur, eadem diuina bonitas vtcúnque imperfecta erit, respectu eorum quæ in ea copulenda sunt, cùm præsertim dentur quædam relationes, quæ respectu vtriúsque termini perfectionem admittunt & fouent, vt puta patris ad filium, filij ad patrem, amicíque ad amicum.

Itaque, sicuti à Deo repellẽdæ sunt relationes omnes, quæ connotant imperfectionem, seu respectu vtriúsque termini, vt puta relationes illorum qui sibi inuicẽ opitulantur, seu respectu vnius termini tãtùm, vt puta magistri ad discipulum, ita has, quæ respectu vtriúsque termini perfectionem æqualiter retinent, ab eo amouere rationi consonum non est. Patet igitur, hæc nos impellere ad præstantiorem contemplandi rationem, quę etiã præstantiori ac longè diuiniori lumine exercenda est. hæc siquidem nos tutos reddunt, tales relationes diuinę Essentiæ ita inesse, vt diuinam vnitatem nulla ex parte diminuant, sed ad summam potius consummationẽ perducant.

CAPVT XI.

De Dei perfectione, pulchritudine, ac virtute, qua ipse sibi consentit.


QVÆ de admirabili Dei vnitate enarrata sunt, satis paratos nos reddunt ad aliquam perceptionem reliquarum proprietatum, quæ similiter absolutam naturam sapiunt, & diuinæ Essentiæ aptandæ sunt, Perfectionis scilicet, Pulchritudinis, atque interna respiciendi virtutis. constat enim has nobiliores ignobilioréue esse pro maiori minoréue nobilitate operantis, operationis, ac modi, quo operatio exercetur. Itáque similiter manifestum erit, internam Dei Opt. Max. ad proprium opus dispositionem, ex qua perfectio est constituenda, omnem consummationem complecti, atque cum ipso operante identificari. Idem, easdémque ob causas sentiendum est de proportione, in qua diuina Pulchritudo consistit, necnon de Virtute, ex qua interni ordinis radix constituitur. nam iam demonstratum est diuinum Esse, diuinam operationem, diuinum operandi modum, superexcellere omnia Entia, omnes operationes, omnésque operandi modos, simúlque idem atque vnum esse. Quapropter rectè dici poterit, Deum Opt. Max. non perfectum esse, sed ipsam perfectionem, non pulchrum, sed ipsam pulchritudinẽ, non concordem seu pacificum, sed ipsam concordiam atque ipsam pacem.

CAPVT XII.

De diuinis relationibus internis.

DEMONSTRATIS Dei Opt. Max. proprietatibus, quæ absolutorum naturam vtcunque retinent, aliqua circa illas dicenda essent, quę licet verè sint relatiuæ, interius tamen exercentur, neque vlla adhuc ratione exterioribus innituntur, nisi quæ superius circa diuinam vnitatem proposita sunt, huic etiam contemplationi, vt nostræ imbecillitati conuenit, satisfacerent: dato enim, diuinæ virtutis Esse excitari, perfectionem, perfectã actionem, atque omnino consummatã fruitionem vnum, atque idem esse, facilè intueri possumus horum nullum internam realemque relationem constituere, quamuis enim verè asserendum sit Deum seipsum intelligere atque à seipso intelligi, seipsum amare atque à seipso amari, diuini tamen intelligentis & intellecti, amantis & amati, prout seinuicem tanquam potentia & obiectum respiciunt, realẽ distinctionem dari auspicandum non est. superius quippe constituimus, ea quæ in seipsis proprium exercent munus circa seipsa non tanquam circa subiecta, sed tanquam circa obiecta versari, atque ita intellectionẽ perficere, vt nullam intelligentis ac intelligibilis realẽ distinctionem inducant.

Nobis tamen ex longè præstantioris luminis irradiationibus compertum est, hæc esse exordia diuinarũ relationum internarum, quarum termini constituuntur per modum intellectionis & per modum amoris.

CAPVT XIII.

De diuinis relationibus ad extra, quatenus Deo sunt essentiales: seu de diuinis proprietatibus relatiuis, atque de libero earundem vsu.

SED iã mens nostra conuertẽda est ad externas Dei relationes, quatenus illi sunt essentiales, seu ad diuinas proprietates relatiuas atque externas. Harum nulla respectu vtriusque termini essentialiter seu perfecta seu imperfecta erit: sicut enim quæ ex vtraque parte imperfectę sunt, diuino atque perfectissimo Enti aptari non possunt, ita quæ ex vtroque termino sunt perfectæ, quatenus Deo aptantur, illi ratione vtriúsque termini aptandæ erunt, tuncque internas non autem externas relationes constituent.

Relationes igitur, quas nunc speculãdas suscipimus, respectu vnius tantum termini, perfectæ sunt, ideóque, ex eodem etiam, Deo essentialiter aptandę erunt, & illarum vsus non Dei externa respicientis, sed ipsorum externorum bonum intẽdet. neque enim perfectum, quatenus huiusmodi, ab imperfecto, vt est imperfectum, boni incrementum recipit. Nouimus etiam, Deum Optimum Maximum sibi bonum esse, ac summum bonum, quod nulla ratione augeri potest. Harum autem relationum semina, rationésque omnes, vt ex superioribus patet, colligendæ sunt ex diuina Essentia, seu virtute, necnon ex diuinis proprietatibus internis atque absolutis, quas enumerauimus, ita tamen vt ad tres præcipuos ordines deducantur, horúmque ordinũ vnusquisq; tres præcipuas & præstantissimas relatio-

nes contineat, omnéſque ob id nouenarium numerum impleant. quemadmodum enim, quæ ab entibus externè exerceri ſolent, continent neceſſariò extẽſionem ſeu potentiæ, ſeu veritatis, ſeu bonitatis, ita diuinæ petẽtiæ, veritatis, ac bonitatis extẽſio triplicem vſum admittit: illarum ſiquidem vnaquæque poteſt extendi tantum, extendi ac protendi, protendi ac effundi.

Tunc diuinæ Eſſentiæ vis, cui Potentia, externa reſpiciens, aſcribitur, extenditur tantùm, cùm ſimpliciter exercetur. tunc potenditur, cùm externæ Exiſtentiæ, quam à diuina Virtute proptiori quadam ratione pendere nouimus, vſum aſſumit. tunc effunditur, cùm perfectionis quoque, quæ ab eadem Eſſentia præcipuè effluit, vires exercet. Simili ratione, diuina Veritas ex diuinę Durationis ac Pulchritudinis, & diuina Bonitas ex diuinæ Vnitatis & Virtutis interna reſpicientis acceſſu, nõ tantùm ſimpliciter exercentur ac extenduntur, ſed protenduntur etiam atque effunduntur.

Ex ſimplici verò extẽſione diuinæ Eſſentiæ oritur prima cõſtitutio eorum quæ Deo ſunt externa. Ex eiuſdem protenſione deducitur omnis externorũ firmitas ac fulcimentum. Ex illius effuſione accedit eorundem conſummatio. Ex ſola extenſione diuinæ Veritatis externa omnia excitantur. ex eiuſdem protenſione externorum vnumquodque pro vniuſcuiúſque captu illuminatur. Ex illius effuſione eiſdem diuina arcana reuelantur.

Ex ſola extenſione diuinæ Bonitatis diuina bona externis ita obiiciuntur, vt ad illorum amorem prouocẽtur. Ex eiuſdem protentione diuinorum bonorum elargitio inducitur, ſimúlque illorũ admiratio ac vehemens quidam amplexus. Ex illius effuſione ea quæ diuina bona rectè proſecuta ſunt ad ſummam beatitudinem pro ſingulorum captu perducuntur. Patet autem, horum vnumquódque pluribus rationibus exerceri poſſe: ex ternorum namque conſtitutio, quam diuinæ Eſſentiæ ſeu Virtuti ſimpliciter adſcribendã diximus, à Deo exerceri poteſt, tum abſque vllo vſu externi alicuius, quod ſeu recipientis ſeu ſuſcipiẽtis ſuſtineat partes, tum cum externi alicuius vſu. Dum diuina Virtus nullum externum ad vſum deducit, externa creat, dum verò exercetur aſſumpto vſu quorundam externorum tum agentiũ, tum recipientium, rerum generationem ac propagationem perficit. Non diſsimili ratione diuina ſulcimenta, conſummationes, excitationes, irradiationes, reuelationes, bonorũ oblationes, elargitiones, amicæque adhæſiones, ad eorundem externorum commodum ab ipſo Deo exerceri poterunt. Hæc tamen clarius cognoſcentur ex his quæ inferius enarranda ſunt circa cæterorum Entium ordines. Nunc verò animaduertẽdum videtur, has relationes, in quibus aliæ plures fortaſſe virtute cõtinentur, non tãtùm à Deo Opt. Max. actu exerceri poſſe, ſed etiam ex ſumma illius virtute quãmaximè fortiter, ex ſumma illius veritate quammaximè ſapienter, ex ſumma illius bonitate quãmaximè ardenter, ex ſumma illius exiſtẽtia quãmaximè extenſe, ex inuariabili illius duratione quammaximè perſeueranter, ex indiuiſibili illius vnitate quammaximè efficaciter, ex ſumma illius perfectione quãmaximè abſolutè, ex inenarrabili illius pulchritudine quammaximè venuſtè, & ex incomprehẽſibili illius ordinatione interna quammaximè opportunè, necnon optima eum diſpoſitione. Non dubitamus plura alia attingi atq; vtcũque effari poſſe, diuino lumine illuſtrante, circa diuinas relationes externas, variósque illarũ vſus. at ſufficit in præſentibus hæc aliquo pacto delineaſſe: nam ea contemplamur quæ Naturę vis liberius experiri poteſt. cætera verò, aliquando longè firmioribus directionibus inſiſtentes, à Deo Opt. volẽte opitulantéque, perquirere enitemur.

Silentio tamen demandandum non eſt, diuinarum relationum vnamquanque ea ratione Deo Opt. Max. aptandam eſſe, vt ad actus etiam tum priuatè tum poſitiue oppoſitos deduci poſſit. Deus enim non ſolùm creata poteſt, ſed etiam non creare & deſtruere, non tãtum fulcire, ſed etiam non fulcire ac fulcimentis omnibus denudare: idémque circa alias relationes atque etiã circa agendi modos euenire neceſſe eſt. ſiquis enim horum aliquod à Deo amouere velit, hic ſeiunget aliquid quod pertinet ad vſum ſummæ potentiæ, ſummæ veritatis, ac ſummæ bonitatis: atque id, quod ſummum eſt, non ſummum efficiet. Idem ad id deducetur, vt illi fatendum ſit, Deum agere non libere, ſed ex neceſsitate Naturæ, quod iam conſtitutis manifeſtè repugnat. qua enim ratione verè à ſeipſo operatur, ſimúlque perfectiſſimum ac ſummum eſt, ſi neceſsitati ſubiicitur, neceſsitas ſiquidem arguit vel externam vim, vel internum defectum, vel interni boni inquiſitionem: quorum nullũ aptari poteſt Enti, quod eſt à ſeipſo, quod complectitur omnem perfectionem, quod eſt cæterorũ omnium fons. Si verò dicatur, Deũ Opt. Max. ſibi neceſsitatẽ imponere, & ſe certis quibuſdã legib. deuincire, perſcrutãdum erit, an id Deus liberè, vel nõ liberè agat. Si liberè, ergo verè eſt liber, ſinguláque & agere & non agere poteſt. Si non liberè, ad eadem inconuenientia deuenietur, ſimúlque amouebitur ab eo, quod perfectiſsimum eſt, atque indepẽdens, ratio independentiæ, & libertas, quæ bonorum maximum rectè cenſeri poteſt.

Quanuis igitur negandum non ſit, diuinam Bonitatẽ ex ſui natura eſſe ſuimet diffuſiuam, ſimul tamẽ aſſerendum eſt, has diffuſiones adimpleri non poſſe abſque vſu, cõcurſúq; intellectionis ac diiudicationis. diuinæ enim bonitati diuina veritas ac intellectio eſſentialiter adiũguntur, eidémque identificantur. Dicẽs autem diuinam bonitatem, intellectione diiudicationéque accedente, ſeipſam diffundere, aſſentiatur neceſſe eſt, eam non ex Naturæ neceſsitate, ſed verè & omnino liberè talem effuſionem exercere.

Capvt XIIII.

De his, quæ creatis entibus ſunt communia, déque reali illorum Eſſe ac plenitudine.

His circa diuinã naturam diuináſque proprietates ſic delibatis, ad reliquorum explicationem accedamus.

Nouimus virtutem, quę omnino indepẽdens atque à ſe eſt, verè vnicam eſſe, receptionem omnem repellere, omni inchoatione carere, atque liberè cætera creare. Ex his patet, cæteris omnibus commune eſſe, à prima pẽdere, ſimúlque deficere quammaximè ab illius veritate, bonitate, exiſtentia, duratione, vnitate, perfectione, pulchritudine, internáque reſpiciẽdi virtute, ita tamẽ vt ſingula pro vniuſcuiúſque captu ex diuinarum relationum protenſione atque effuſione ad optimũ perduci poſsint.

Vtrum verò Entia, quæ libere à Deo creanda ac conſtituenda ſunt, reipſa exiſtant, vel non exiſtant: quantum ad ſenſibilia, atque ad ea quæ ſenſibilibus annectuntur, attinet, ſenſus ipſe teſtatur. intuèmur enim Cælum, terram, & quæ ab his continentur, quorũ vnumquódque à Deo eſt. Quantum autem ad ea, quæ ſenſu nõ attinguntur, ratio ipſa conuincit. nam ſi Deus ex ſolius decentiæ impulſu imperfectiora produxit, atque Entium partem conſtituit, eum non ex decentia tantùm, ſed ex conſonantia etiam perfectiora produxiſſe aſſerendum eſt, propriámque bonitatem quàm affluentiſsimè effudiſſe, vt perfectè incepta ad ſummam conſummationem perduceret. quod etiam, quantum ad ſenſibilia attinet, vltra omnem noſtrum captum reipſa præſtitum eſſe, res ipſæ ac idem ſenſus teſtatur.

Eadẽ ſententia confirmari poteſt ex natura humanæ mentis. nouimus enim diuina liberalitate ea vi præditã ac decoratam eſſe, vt poſsit omnia perquirere ac perluſtrare. Siquis igitur aſſerat, aliqua eorũ quæ ex recto rationis vſu inueniuntur, reipſa non dari, hic fateri cogetur omnem ſpeculãdi rationem inutilem ac vanam eſſe, atque ex illius vſu homines dirigi non ad verum, ſed ad mendacia, ſeu certè illius conatus vanos atque inutiles eſſe, quod manifeſtam impietatem continet.

Sicuti autem tanquam compertum eſt accipiendum, omnia quæ ad vniuerſi tam ſenſibilis quã intelligibilis conſum-

consummationem aliqua ratione pertinere possunt, ex diuina bonitate verè ac reipsa esse, ita nullo modo admittendum est, Entium aliquod, præter Deum, inchoatione carere, horúmve aliquod Deo coæternum esse. Patet enim ea, quę Deo essentialiter ac primò conueniunt, creaturis aptari non posse. In Logicis siquidem constituimus, specierum specialissimarum proprietates ita vni conuenire, vt alteri essentialiter adiungi nequaquam possint. Neque verò ad id deuenire licet vt dicamus, ea quæ à Deo sunt, Deo coęterna esse, non propria, sed ipsius Dei virtute. Nam si proprietatibus verè est proprium à rerum essentia pendere, neque sine illa reperiri posse, data creaturarum æternitate, diuina etiam Essentia eisdem creaturis tribuenda erit, sicuti datis pluribus risibilibus, plures homines ex necessitate dantur. Deum autem se extra se effundere impossibile est.

Non dissimili igitur ratione impossibile erit, diuinam æternitatem, quæ omnem inchoationem reiicit, creaturis aptari.

Præterea, cùm Esse illorum, quæ ex diuina electione creanda sunt, intelligi non possit, nisi præcedat intellectus actualis creationis, per quam proprium consequuntur esse, manifestum est asserêrem creabilia Deo coæterna esse, simul opposita affirmare, illorum scilicet Esse incipere & non incipere.

Capvt XV.

De Entibus quæ à se non sunt, sed per se, & in se, seu de Abstractis intellectibus.

SED iam singula, prout huic contemplationi conuenit, perscrutemur.

Ea quæ à se quidem nō operantur nec sunt, per se tamen atque in se operantur & sunt. Quatenus in se operantur & sunt, vt iam didicimus, sunt intellectualis naturæ, simplicem existentiam admittunt, libertatéque decorantur. Quatenus verò etiam per se sunt, retinéntque conditionem priorem, vt sint etiam in se, non tantùm intellectus erunt, sed in se manentes. Igitur ita intelligendi virtute præstabūt, vt simul ex suimet ideæ verè intelligibiles sint, atque etiam seipsos indesinenter intelligant. Neque enim alia ratione proprium actum per se atque in se exercere possent.

Horum tamen intelligibilium simplicitas à diuina simplicitate quàm maximè distat. Neque enim effectus causæ perfectionem æquare possunt. Quapropter recipere poterunt, ea tamen ratione, vt ex recipientis & recepti copulatione nulla essentialis compositio resultet, sed recipiens nouum tantummodo essendi modum adipiscatur: haud secus quàm aeri euenit dum illuminatur, & speculo dum imaginem aliquam recipit.

Quod autem ad eorundem intelligibilium libertatem attinet, sciendum est eam, quantum ad eligendi actum, verè absolutam esse: quantum verò ad actionum tum consummationem, tum fructum, pluribus rationibus deuinciri ac coarctari: nam à se non sunt, sed à Deo ac ex diuina bonitate. Deficiunt à summa Dei perfectione, ac bonitate à qua plurima recipere possunt. Itaque necessariò tenentur Deo, atque sibi Deo quidem tanquam Entium omnium perfectissimo, tanquam sibi benefico atque proprij Esse auctori.

Igitur, sicuti est summè indecens non tantùm priuatiuè, sed positiuè, supereminentem Dei naturam attingere, eam autem non venerari ac decenter colere: ita est quàm maximè dissonum, inspicere diuinæ bonitatis propensionem, illi autem decenter neque occurrere neque adhærere. Est etiam quàm maximè inhonestū ac turpe, recepisse à summa Dei bonitate proprium Esse aliáque innumera beneficia ac maxima, & deficere à diuino cultu & à gratiarum actionibus, neque talem erga alios se exhibere qualem se Deus erga singulos exhibet. Iidem intellectus debent sibi, quoniam Deo deseruientes alia plura, ac præstantissima ab illo recipere possunt, quorum amissio propriæ etiam stultitiæ ascribenda erit: patet siquidem quammaximè stultum esse seipsum denudare talibus bonis, quæ à summa Dei benignitate ac liberalitate speranda sunt.

Horum igitur abstractorum libertas, si proprię Naturæ limites attendantur, ea ratione deficit à diuinæ libertatis gradu, qua seruorum libertas recedit à dominorū ac imperantium libertate.

Capvt XVI.

De Abstractorum intelligibilium veritate, numero, distinctione, ac dispositione.

ELABORANDVM nunc est, vt aliquo pactò intueamur, quanam ratione communiores proprietates absolutæ, quę his etiam intelligibilibus abstractis aptandæ sunt, à diuinis eiusdē ordinis proprietatibus distēt atque deficiant. Huius autem contemplationis exordium à veritate, quam primum locum obtinere nouimus, sumendum erit. Hæ ex ea parte, qua comprehendi possunt, accipiendæ non sunt, seu à significabilitate, seu ab Ente, seu ab aliquo illorum quæ Deo sunt omnino interna, (horum enim vnumquodque, vt iam demonstratum est, constituit ipsam diuinam virtutem, seu illi omnino identificatur) sed ab his quæ Deo ita sunt externa, vt diuinarum relationum ad extra, quas superius enumerauimus, vim primo contineant: sancitum siquidem est, Deum creaturarum numerum omnem adimplere. Itaque censendum est, eum propriæ potentiæ, propriæ veritatis propriæq́ bonitatis extentionem, protentionem, atque effusionem ea ratione adimplere, vt ea primò ac præcipuè pariet, in quibus singularum harum relationum ac extentionum ratio ac vis propriori quodam lumine colligitur & continetur, quæque in proprio intelligibili ea præcipuè comprehendunt, quæ pertinent ad illarum vsum, simúlque Deum ipsum, tanquam horum fontem ac auctorem, propriori quadam ratione ex Naturæ ordine intueri possunt.

Patet autem, has relationes, quatenus à Deo externè exercentur, essentialiter ab inuicem distingui. Quapropter assentiri cogimur, ex illarum vnaquaque certam veritatis intelligibilis obiectionem cōstitui, ob idque abstractorum intelligibilium ordines harum relationum numerum æquare, ac nouem esse, ea tamen ratione, vt in singulis ordinibus plures intellectus admittendi sint. Hoc ex eo manifestè deduci videtur, quoniam singulorum ratio pluribus rationibus extendi ac contrahi potest: beatificationis siquidem ratio contracta ad beatificationem, quę intelligibili alterius ordinis aptari potest, diuersum intelligibile parit: quod tamen, vt magis contractum, à prioris dignitate recedit. & hæ quidem contractiones pluribus vicibus reperi possunt.

Dum igitur singuli ordines respectu singulorum ordinum sic contrahūtur atque extenduntur, euenire credendum est, vt horum intelligibilium multitudo, diuina bonitate seipsam summè diffundere eligente, quammaximè adaugeatur.

Quis autem his intelligibilibus numerus constituendus sit, & vtrum sit eliciendus ex nouenarij numeri multiplicationibus, ita vt posterior id totum quod ex præcedenti collectum est multiplicet, vel ex aliquo numero omnes harmonicas consonantias cuiuscunque gradus & ordinis comprehendente, an alia ratione, Deus ipse scit.

Nos tanta in re non tantùm certa aliqua ratione caremus, sed neque probabili coniectura ducimur. Id tamen asserendum videtur, hos intellectus ab inuicem nō solum numero, sed specie etiam distingui. Illorum enim vnusquisque proprium intelligibile conspicit ac speculatur, ita tamē vt perfectiores imperfectioribus propria lumina, atque etiam perfectiora diuináq; præsertim deferre atque impartiri possint, huiusmodiq; lumina ab in-

fetioribus gradatim recipiantur, donec ad postremos deueniatur, quibus proprium erit ab omnibus nobilioribus perfici, ipsósque homines, de quorum intellectuali natura postmodum dicendum erit, illuminare. Ipsas autem diuinas relationes eaternas, quatenus ad actum deductas, ac externa absolutè constituentes, abstractorum intelligibiliũ obiecta atque essentias, prout constitutum est, verè constituere, ex eo etiam patere potest, quoniam talia obiecta ea ratione deficiunt à summa amplitudine diuini intelligibilis, intelligibilia omnia eminenter ac indiuisibiliter complectentis, vt simul transcendant corpora omnia vnà cum his quæ corporea essentialiter concomitantur. Sicuti enim Entis conceptus, etiam quacunque creaturarum conceptione reiecta, liberè exerceri potest, quoniam innititur primo Enti, quod à nullo pendet, sed à se est: ita creationis, manutentionis, consummationis, necnon cæterarum diuinarum relationum conceptus liberè ad actum perducitur, omissa quacunque rerum corporearum conceptione.

Hoc autem manifestè conuincit, tales conceptus primò ac præcipuè inniti non rebus corporeis, sed his Entibus quæ essentialiter sunt abstracta atque in se manẽt. Quæcunque enim corporibus primò aptantur absque corporum conceptione conceptus non pariunt.

Eadem etiam supponunt conceptus abstractorum intelligibilium, quos enumerauimus, haud secus quam hi innitantur Entis conceptui eoque ablato cõsequenter corruant.

Idẽ confirmatur ex natura humanæ mentis, quæ (vt postmodum clarius patere poterit) non tantum attingere potest rerum omnium essentias veritatésque essentiales, sed etiam ad easdem attingendas reipsa impellitur ac dirigitur ob quasdam obiectiones atque iniectiones, quæ ab vnoquoque cognoscibili ac intelligibili effluũt & humanam mentem vtcunque attingunt. At nisi diuinarum relationum externarum rationes absolutè, abstractorum intelligibilium propriora obiecta proponerent, illorum obiectiua veritas à nobis nullo pacto attingi posset. Nam nulli alij conceptus dantur, quibus tale munus ascribendum sit. Itaque fatendum esset has obiectiones atque iniectiones nostram intelligẽdi vim, necnon horum Entium intelligibilitatem, hac ex parte frustrari: quod Naturæ ordo non patitur. Aliud etiam inueniret satis mirabile, humanam scilicet mentem percipere sensibilia omnia, quorum intelligibilitas est summè infima, perducique ad ideam diuini intelligibilis omnium lucidissimi, in his verò, quæ ab vtroque extremo manifestè distant, deficere, quod certè valde dissonum est.

Sed aliqua dicenda sunt, quæ constitutorum intelligibilium dignitates, ac dignitatum gradus vtcunque docere possint.

Existimandum est, eos cæterorum dignitatem excellere, qui propriori quadam ratione intuentur diuinæ bonitatis effusionem: hæc enim respectu creaturarum vltimi finis rationem continent. Eandem ob causam his succedent intellectus, quibus datum est diuinæ veritatis effusionem propriori ratione conspicere. Tertium locum obtinebunt, qui circa diuinæ potentiæ effusionem versantur: hisque eadem ratione adiungentur, qui diuinæ bonitatis, diuinæ veritatis, & diuinæ potentiæ protensionem respiciunt: quos eadem serie subsequentur, qui intuentur simplicem earundem extensionem.

In abstractorum autem dispositionibus, vt ea specierum analogarum natura colligere licet, dignitatis ac originis prioritates non distinguuntur, sed eadem, tam respectu dignitatis quàm respectu originis, priora censenda sunt. Hæc tamen omnia, vti Deo placet, & sint & dicantur.

Capvt XVII.

De Abstractorum intelligibilium bonitate, existentia, ac reliquis proprietatibus absolutis & relatiuis, internis, ac externis.

Nvnc pro viribus explicandæ sunt cæteræ eorundem abstractorum intelligibilium proprietates. Illorum bonitas deficiet à diuina bonitate, non ex eo tantùm quoniam non complectitur optimum essendi statum essentialiter, sed ex eo etiam quoniam propria vnicuique essendi bonitas, intra proprię veritatis limites continetur.

Quamuis autem hi intellectus pro vniuscuiusque gradu optimum essendi modum admittant, húncque præcipuè non ad aliorum, sed ad proprium commodum ac bonum, illud tamen adipisci possunt non ex propria, sed ex optimi Entis voluntate ac virtute.

Eorundem existentia quamuis ex certa aliqua circumstantia, realíve circumscriptione non coarctetur, detinetur tamen intra certos terminos virtutis, quę vnicuique conuenit. Illorum etiam duratio talis quidem erit vt ad non esse nullo pacto sint prona, (simplicia quippe sunt, & carent quacunque contrarietate) at neque initio carebit, neque illius perseuerantia absque diuinæ bonitatis vsu perenniter consistet. Nam tales intellectus, vt nouimus, à se non sunt. Simili ratione illorum vnitas neque omnia congeret, neque eo pacto propria amplexabitur vt ab illis naturalia disiungi non possint.

Idem sentiendum erit circa eorundem perfectionem, pulchritudinem ac virtutem interna respicientem: harum enim vnaquæque & intra certos limites detinebitur, & ab eisdem vtcunque seiungi poterit. Hęc autem incommoda illis euenient, dum ex deprauato propriæ libertatis vsu diuinę bonitati aduersari audebunt: tunc siquidem illorum veritas obscurabitur, bonitas deprauabitur, existentia coarctabitur, duratio ad illorum incommodum persistet. Nam ad proprij operis vsum neque disposita neque propensa erunt, sed eiusdem abusum prosequentur, ideòque imperfectissima atque deformia fient, simúlque deuenient ad summam ordinis perturbationem internam. Sicuti autem, quatenus à diuina bonitate recedunt, his malis subiiciuntur, ita adhęrentes diuinę bonitati ex decenti proprię libertatis vsu, ex diuina liberalitate, diuinę potentię, diuinę veritatis, & diuinę bonitatis protensionem ac effusionem experiri possunt, simúlque pręstantioribus veritatis luminibus imbui, summa beatitudine frui, præstantiorem existendi modum consequi, perfectissima, pulcherrima, ac sibi omnino consentientia reddi.

Quod autem attinet ad horum intelligibilium internas relationes, id tantummodo admonuisse sufficiet, has à diuinis relationibus internis plurimum differre: diuinę siquidem ita internę sunt, vt non tantùm interna bona respiciant, sed eadem etiam ab interno adipiscantur. Hę autem ex eo internę appellari possunt, quoniam internam consummationem respiciunt, cum neq; id, quod consummationem affert, neque ipsa consummatio ex interno deduci possit. Et hęc quidem veritatem continent non solùm respectu proprię conseruationis, verùm etiam respectu excitationum, perfectionum, operationum, atque ipsius finis seu boni: horum enim intelligibilium bonum ac operatio, quatenus ad ipsum bonum perducere possunt, Dei virtute fulcienda sunt. Ex his omnibus quàm tutissimè dedocuntur quę circa eorundem intellectuum relationes externas desiderari possunt. Patet enim hos intellectus, quatenus diuinę voluntati copulantur, ita illi adhęrere vt absque illius nutu nec velint, nec possint extendere, protendere, seu effundere ad extra seu potentiam, seu sapientiam, seu bonitatem suam. Quatenus vero à Deo recedunt, ab ipsóque repelluntur, eius voluntati semper aduersari, ita tamen vt contra Dei voluntatem nihil perficere valeant.

Capvt XVIII.

De Entibus, quæ neque à se, neque per se, sed in se operantur & sunt, seu de humanis mentibus.

POST speculationem Abstractorum intelligibilium, quæ nec sunt, nec operantur à se, sed per se, atque in se, ea occurrunt quæ cum in prima sui constitutione per se non opereotur aut sint, in se tamen verè & operaotur & sunt. Hæc (vt ex superioribus patet) quatenus in se essendi ac operaodi virtutem contiuent, intellectualis simplicísque naturæ ex necessitate erunt, abstractámq; existendi ratiooem verè admittent.

Quatenus verò hanc intelligendi virtutem in prima sui constitutione per se exercere non possuot, essentiali intelligibili, seu idæa omoioo carebunt, ex communi Naturæ ordine seiuncta creari non poterunt, propriáque illorum vis intelligendi consistet ex sola recipieodi virtute: quæcunque enim proprio intelligibili seu idęa essentialiter insignita suot, atque ex communi Naturæ ordine omnino seiuncta creari possunt, non tantùm in se, sed etiam per se intelligunt: ideóque ad secundom rerom ordinem, ad ipsa scilicet abstracta intelligibilia, deducenda sunt. Ex recta autem contemplandi ratione conuincimur, tertia Entium differentia data, tertium etiam rerum ordinem à cæteris omnibus verè disiunctū admittendum esse. Eutia autem, quibus imperfectiores hi intellectus incieari debent, abstractorum intelligibilium ordinem non ingredientur. Nouimus enim, his essentialiter conuenire, ex prima sui creatione seiunctim subsistere, ac per se operari.

Neque etiam diceodum erit imperfectiores hos intellectus sibi inuicem copulari: hoc enim destruit singulorum simplicitatem atque in se operandi virtutem: neque illorum copulatio alicui in intelligendi actu vllum adiumentum affert. Nam, quod intelligere quidem potest, sed per se non intelligit, alteri deseruire non potest, quod eodem modo effectum sit ad intellectionem actu exercendam.

Horum igitur intellectuum vnusquisque creandus erit intra aliquod Ens, ordinis imperfectioris, non tamen in his quæ non in se sed per se operantur: hæc enim (vt postmodum demoostrabitur) neque per se subsistunt, neque aliorum subsistentiæ ministrare possunt, sed in his, quæ licet oon per se, nec in se operentur, sibi inuicem tamen, vt suo loco patebit, ea ratione adhærent ac copulantur, vt vnumquodqoe vniuscuiusq; subsistentiæ deseruiat, ideóque ex communi coniunctione corpora corporeásque virtutes patiant & cooseruent. Cùm autem horum quædam cognoscendi & sentiendi virtute sint prædita, quædam nihil verè sentire seu percipere possint, manifestum est hanc imperfectiorem intelligendi virtutem (quam ad hominum esse pertinere tutè asserendum est) non adiungi his quæ à cognoscendi actu deficiunt, sed sentientibus ac percipientibus: neque horum vnicuique, sed illis tantummodo quorum sentiendi virtus cæteras longè excellit, illa scilicet, quam similiter ad hominis naturam pertinere ex naturalis scieotiæ demonstrationibus percipiemus. Decet siquidem, vt imperfectissima virtus perfectioris ordinis, in quo continentur intelligibilia omnia, copuletur virtuti perfectissimæ imperfectioris ordinis, ad quem sensibilia pertinent, illique adiuncta cæteris omnibus assistat & præsit. Nam quæ sibi inuicem suot proximiora, facilius ac vtilius associantur.

CAPVT XIX.

De ratione qua humana mens humanis corporibus tanquam propria illorum forma adiungitur.

SI quis autem percunctetur, qoanam ratione virtus ordinis intelligibilis, his quæ sensibilium ordinem ingrediuntur, rectè copulari possit ac copuletur, (ni fallimur) respondendum erit huiusmodi copulatiooes ab his non esse omnino dissimiles quibus sensibilium formæ his adiungi solent quæ ex certorum accidentium gradibus perfectioribus disponuntur. Nam rerum sensibilium formæ dum ad Entia intelligibilia referuntur, eam proportionem præ se ferunt, quam inter accidentia & formas sensibilium reperiri non dubitamus.

Quemadmodū igitur sensibiles formæ his adiunguntur in quibus accidentia consona quàm maximè intensa ac perfecta sunt, vt puta Ignis forma his in quibus caliditas accidentalis est summè intensa, ita intellectualis vis imperfectior ex diuinæ bonitatis vi his increatur quæ perfectissima sentieodi virtute sunt prædita.

Hæc verò intelligendi virtus adhærebit eidem sensibilium formæ perfectissimæ, non taoquam propria illius forma, sed tanquam forma totius compositi, quod ex formæ sensibilis perfectissimæ adeptione ad intelligendi virtutem admittendam disponitur, haud secus quàm forma ignis substantialis ingreditur illud quod summè est calidum, vt forma non huius caliditatis summè est calidum, vt forma non huius caliditatis summè intensæ, sed totius compositi, quod ob huiusmodi caliditatem disponitor ad formæ igneæ consecutionem.

Hæc verò intelligendi virtus non destruet sensibilem virtutem cui adiungitur, sed illam potius perficiet vnà cum cæteris omnibus quæ recipienti insunt, atque ad longè præstantiorem ordinem perducet, vt intelligendi vim associet: idem quippe pro rerum natura euenit caliditati accidentali, dum forma ignis inducitur, tunc siquidem ingreditur quodammodo ordinem substantialem. Quapropter, siquis attendens communem hominū ortum, asserat humano corpori formato nulláque adhuc viuendi seu sentiendi virtute prædito, intelligendi virtutem adiungi, hunc Naturę ordinem immutare credendum est. Ea enim quæ magis perfecta sunt ab intellectualis naturæ copulatione secernet, & longè imperfectiora illi adiunget. Præterea sibi aduersabitur: nam patere potest ex naturalis scientiæ demonstrationibus, in humani corporis formatione cor præcedere formationem totius corporis. In corde autem vita & sentiendi vis manifestè inest & exercetur. Igitur, si in communi hominum ortu humanum corpus rationi aditum præbet, hoc viuendi ac sentiendi virture prędítum esse necesse est. Nam humanum corpus, cuius rationalis anima est vera forma, non constituitur absque vsu virtutis viuentis ac sentientis.

Qui vero ad id deueniunt, vt opinentor intelligeodi virture accedeote, sentiendi virtutes ac reliquas imperfectiores destrui, mentem autem ipsam horum munia sustinere, alia quadam ratione eundem Naturæ ordinem perturbare videntor: nam (vt postmodum demōstrabitur, ac ipsa experientia docet) corruptio omnis est à contrario, intelligendi autem virtus sentiendi virtuti noo est contraria, sed illi quàm maximè consona. Quod ex eo pręcipuè patere potest, quoniam sentieodi virtus intelligendi virtuti aditum præbet.

Hęc tamen senteotia eatenus admittenda esset, quatenus corruptionis vox nō destructionem, sed summam immutationem obiicit. Nam (vt ex superioribus colligere licet) sensitiua potentia, quę cæterarum omnium est præstantissima, ac reliquas omnes corporeas virtutes ad hominis Esse, vtcunque attinentes perficit, absorbetur quodammodo vnà cum cęteris ex accessu intellectualis virtutis. Hominum enim natura transscendit essentialiter simplicem sensibilium ordinem: ideóque cætera, quæ ad hominis pertinent Esse, ex præsentia intellectus, nouum essendi modum adipiscuntur, intelligendi enim virtus simul in se manet, & ad imperfectiorum virtutum vnamquàque diffunditur ac singulas humanas reddit. His autem ex eo etiam libentius assentimur, quoniam hac ratione tantummodo rerum omnium nexus ac copulatio retineri potest. Patet autem, ea quæ ab vnico principio pendent eóque optimo, nisi illius impulsibus aduersentur, & se inuicem diligere & ad communem fontem pro viribus properare.

At horum vnumquodque vanum & inutile redderetur, si perfectissima sentiendi virtus vnà cum reliquis corporeis non subiicitur imperfectissimæ intelligendi virtuti quæ summo bono adhærere potest, cęterásque

omnes ſibi miniſtrantes in ſe ac per ſe ad idem ſummum bonum pro vniuſcuiuſque captu perducere.

Falſò etiam conſtitutum eſſe, hominem rerum omnium vinculum ac nexum eſſe. Neque enim verè omnia copularet, ſi ſentiendi virtutes, quæ omnium corporearum virtorum dignitatem excellunt, non tantùm repelleret ſed etiam deſtrueret.

Sed exorſam contemplationem proſequamur. Dicimus igitur hos intellectus verè plures eſſe, ac humanorum corporum numerum adæquare. Patet enim vnicum intellectum, neque corporibus omnibus aptari poſſe, neque in corporum ſingulis increari. Nam hoc admiſſo, ſequeretur eundem intellectum ſimul & eſſe & non eſſe.

Idem incommodum, aliáque non pauca patiemur, ſuſtinentes huius ordinis intellectus plures quidem eſſe, ſed ſingulos: certa quadam ſerie ex vno corpore in aliud tranſmigrare. his enim admiſſis ſequeretur hos intellectus ſeu proprio bono ac fine fruſtrari, ſeu poſt proprij boni adeptionem ab illius fruitione diuelli: quorum neutrum rerum ordo conſummatiſſimus patitur. Prętereà, cùm ſingulis commune ſit proprio intelligibili propriáque idæa carere, manifeſtum eſt, hos ex puro intelligibili gradu ab inuicem diſcerni non poſſe.

Alia igitur ratione ab inuicem diſcernentur, ex vniuſcuiuſque ſcilicet ad certum corpus relatione, nec non ex his quæ ex corporibus contrahunt, ſeu etiam illis imprimuntur tanquam ex ſignis notiſque intimioribus. At, ſi plura corpora tanquam ſibi propria aſſumant, huius diſcretionis ratio penitus euaneſceret, quod Naturæ eſt diſſonum.

Horum autem intellectuum libertas vera quidem erit, ſed non abſoluta.

Primum pluribus rationibus demonſtrari poteſt, ex eóque in primis, quoniam hi intellectus ex propria natura in ſe operantur, atque propriæ operationis fructum in ſe recipiunt, quod nihil aliud eſt quam ſibi eſſentialiter præeſſe veráque libertate frui, atque etiam ſe ad optimum finem dirigere optimique adnæſionem admittere poſſe.

Secundum ex his patere poteſt quæ circa illorum eſſentiam explicata ſunt. Neque enim hi intellectus ea tantummodo ratione deuinciuntur, qua abſtracta intelligibilia Deo teneri diximus, ſed longè etiam firmiori. Deo ſiquidem acceptum referre debent non tantùm proprium Eſſe, ſed propria etiam corpora, cæteráque corpora omnia quæ illis ex diuina bonitate ac liberalitate copioſè elargiuntur, tum ad proprij corporis conſeruationem & vſum, tum ad animi exhilarationem mentiſque illuſtrationem: quorum vnumquodque ſicuti verè eſt maximum, ita etiam quàmaximè deuincit.

Quod verò attinet ad rationes, quibus communiſſimæ Entium omnium proprietates tam abſolutæ quàm relatiuæ, tam interiores quàm exteriores, his intellectibus adiunguntur atque inhærent, ſimúlque ad varias immutationes, quæ ab eiſdem intellectibus admitti poſſunt ob rectum ſeu deprauatum propriæ libertatis vſum, admonuiſſe ſufficiet horum duplicem ſtatum admittendum eſſe, intellectualem ſcilicet & corporeum.

Ea quæ pertinent ad intellectualem illorum ſtatum colligenda ſunt ex his quæ dicta fuêre circa intellectus in ſe manentes, hoc tantùm præterea animaduerſo, horum ſcilicet rectum ſeu deprauatum libertatis vſum ex his tantummodo eliciendum eſſe, quæ dum corporaliter exiſtunt rectè ſeu perperam eligunt, proſequuntur ac operantur. Quæ verò attinent ad corporeum eorundem exiſtendi modum, demonſtranda erunt à ſcientia naturali, ſeu etiam ab ipſa humanorum actuum directricè philoſophia. Neque enim abſque pleniori perceptione corporearum virtutum hęc rectè concipi poſſunt.

CAPVT XX.

De Entibus, quæ neque à ſe, neque in ſe ſunt, ſed per ſe operantur, ſeu de his, quæ ab alijs recepta, propriam in ipſo recipiente vim retinent atque exercent.



QVæ humani intellectus differentiis tranſpoſitis per ſe operantur, ſed non in ſe, nihil aliud erunt quàm virtutes, quæ ex externarum relationum vſu ab agente effluunt, quatenus à recipiente retentæ, illius vim multipliciter immutare poſſunt.

Has ad duos præcipuos ordines redigendas eſſe arbitramur. Eorum enim quæ ſunt quædam intellectuali natura ſunt prædita, quædam intellectuali virtute deſtituuntur. Ea autem quæ ab intellectuali natura admitti ſolent, haud ſecus ab his differunt quæ à corporibus comprehenduntur quàm intellectus ipſi à corporibus differunt.

Horum ordinum primus tantummodo in præſentia attendendus erit. Nam quæ hactenus contemplati ſumus ſunt intellectus. Poſtmodum verò explicabitur ſecundus ordo, perceptis, prout huic primæ ſcientiæ conuenit, differentiis Entium, quæ intelligendi vi carent.

Ex his autem, quæ ſuperius à nobis expoſita ſunt, facilè colligere licet, primum ordinem in tres partes iterum diſtinguendum eſſe.

Prima conſtituitur ex eo relationis vſu, quo reſpectu agentis, potentiæ extenſio, protenſio, ac effuſio exerceri ſolet: reſpęctu verò recipientis, externæ potentiæ admiſſio, detentio, ac redundantia.

Secunda deducitur ex eo relationum externarum vſu, quo agens propriæ veritatis extenſionem, protenſionem, ac effuſionem operatur: recipiens verò eandem ſuſcipiens, ac retinens, illuſtratur ac decoratur.

Tertia ex tertio relationum externarum vſu, quo agens propriam bonitatem extendit, protendit, atque effundit: recipiens verò eandem ſuſcipiens ac retinens præſtantiora bona conſequitur, ſeu etiam ad beatitudinem perducitur.

His omnibus commune erit ex propria natura receptibilia tantummodo eſſe, neque extra recipientem ſubſiſtere poſſe.

Ex eo igitur quod in ſe non operantur nec ſunt, intellectuali virtute carent, proprióque intelligibili deſtituuntur, neque aliena intelligibilia alienáve idæas intueri poſſunt. Ex eo verò quod per ſe operantur, ſimplicia ſunt, atque eo magis, quoniam à ſimplicibus effluunt ac recipiuntur. Ex his autem manifeſtum eſt, Entia hæc ita receptibilia eſſe, vt ipſa nihil recipiant. Patet enim ſimplicia, quæ in ſe recipiunt, ex neceſſitate in ſe eſſe atque operari, neque ad pręſentem ordinem pertinere, ſed ad præſtantiores, intelligibilium ſcilicet & intelligentium de quibus iam dictum eſt.

Patet quinetiam, ex horum receptibilium concurſu neque recipientium, neque receptorum eſſentiam mutari, neque eſſentialem compoſitionem oriri. Hoc enim admiſſo, hæc recepta non amplius per ſe operarentur, ſed tanquam recipientis partes.

Sicuti autem horum Entium fons atque initium Deus Optimus Maximus ſtatuendus præcipuè eſt, ita hominum intellectus eorum terminus atque receptor propriori ratione appellandus erit. Cùm enim receptio recipientis defectum, effuſio vero perfectionem arguat, Deo, omnium perfectiſſimo, tantummodo effundere conuenit, Humano vero intellectui, omnium imperfectiſſimo, tantùm recipere. Mediis autem intellectibus, vtrumque aptari poterit, magis tamen ac minus, prout præſtantiores ſeu minus præſtantes ordines ingrediuntur. Harum autem extenſionum, quæ ab intelligibilibus pendent, atque ab eiſdem intelligentibus recipiuntur, imaginem aliquam intuebimur, attendentes propoſitionum ſeu veritatum mutuas relationes. Hæ enim ſicuti veritatem in ſe manentium ſpecimen retinent, ita ad illarum perceptionē quātutiſſimè nos manu ducunt: cōmuniſſimi ſiquidem principiis vis, qua de vnoquoque verū eſſe vel affirmare vel negare aſſeritur, quæque extenditur ad demon-

monstratioonum indemonstrabilia principia, ad demoostrationom conclusinnea, & ad cæteras omnes veritates, diuinæ virturis specimen refert, neque tantùm quatenus omnia virtute continet, atque absque vlla sui mutatione omoia quodammodo effundit, sed etiam quatenus iam producta respicieos omnia firmat, omnia tobnrat, atque omnia illustrat. Quemadmodum enim Deus Optim. Maa. primo abstracta intelligibilia, illnrum Esse non destruens, roborat, illustrat, ac perficit, ita primum hoc principium propriæ claritatis ae eertitudioia vim in principia, io demonstrabilia iniicit, illáque nulla ex parte immutans illustrat ac rnborat. Simili ratinne quéadmodum Deus Opt. Max. abstractorum iotelligibilium ministeriis sæpè adiunctis, humanas mentes, quæ ex proprij intelligibilis vi veritatem non intnentur, atque ennclusionum demonstrandatum naturam imitantur, robnrat, illustrat, atque ad perfectiora ditigit, ita idem principium nnn tantùm principia indemonstrabilia, sed demonstrabiles etiam conclusiones, enrundem principiorum virtute adiuncta, confirmat ae certa reddit. Siquis autem has veritates, quæ extra humanam mentem ooo cnnsistunt, tanquam in se mancntes, ac singula liberè exercentes, enncipiat, consentiátque illam, quæ cæteris nmnibua præest singulásque tutatur, cæteraa omnes io se actu sed eminenter atque indiuisibiliter cnntinere, hic ex earundem veritatum dispositinne facilè coniectare poterit, non tantùm certos singularum ereaturarum terminns dari, sed etiam quanam tatione à creatnre, qni terminn caret, effluant ac sustineantur, atque eriam quonam pactn illius lumine adiuméríſque destitutæ infirmentur atque obtenebientur, haud secus qnàm cnnclusionis veritas, si nulla principinrum ac primæ certitudinia vis ad illam deueniat.

Entia vetò quæ speculamur, prout seu potentiæ, seu veritatis, seu boniratis extensinnem continent, eertis quibusdam nnminibus fortasse prnferenda sunt. Nam, quatenus bonitatem respicions, dona seu gratuita appellanda videntur: quatenua veritatis vim referunt, rationes seu veritatis lumioa: quatenus potentiæ magis aptantur, virtutes.

Siquis autem percunctetur de illntum libertate ac reliquis proprieratibua, ni fallimor, respondendum erit, horum Entium libertatem oullam esse. Nam in seipsis noo nperantur. Sanciendum tamen est, ea adaugere quàm maximè pnsse libertatem recipientis, atque illius vsum ditigere, Idem etiam euenit respectu cnmmunissimarum proprietatom. Nam simili ratinne enrum obiectina veritas in seipsa nbseura, ac fnrtasse nulla, ad recipientis vtilitatem difficilinra dilucidare atq; quàm clarissima teddere pnterit. Veritas cnmprehensiua, in seipsa nulla, recipientis enmprehendendi vim ita adauget vt superiora intueri possit, qood propriæ virtuti absque huinsmodi receptinne non datur, similiáque respectu bonitatis, existériæ, duratinnis, vuitatis, perfectinnis, pulchritudinis, atque ioternæ dispositioois eueniét.

Capvt XXI.

De Entibus, quæ neque à se sunt, neque per se, aut in se operantur, sed ex coniunctione subsistunt, & primo de substantiali illorum virtute & quantitate.



Vintvs rerom ordo, qui ex prima hac diuidédi ratiooe postremus nbiicitur, ea complectitur Entia, quæ neque per se, oeque in se operantur aot sunt. Hęc aotem (vt ex constitutis patet) quatenus per se non nperaotur, simpliciter nõ consistent. Quatenus autem non operaotur in se, ueque simplicia, neque intellectualis naturæ erunt. His igitur commune erit, copulari aliis Entibua, seu virtutibus, quæ similiter neque in se, neque per se operantur, ita tamen vt illarum nulla aut copulatinnem præcedat, aut extra eam consistere possit, sed simul collectæ cooiunctum aliquod constituant, cui apteeur proptium quodam munus, ad qund perficiendum siogulæ virtutes coniunctæ propria quadam ratiooe deseruiant.

Hæc ita statuenda esse vnusquisque intueri potest. nã si hæ virtutes ad inuicem copulandæ, copniationem præcedant, interim verò simpliciter consistant, seu si post copulationem ad simplicem essendi modum aliqna ratione deduci possint, fatendum est eas eriam per se & in se operari. oã cum oihil inutile detur, qund simpliciter est, simpliciter etiam operetur necesse est.

Ad alium igitut Entium otdinem deducendæ erunt, neqoe ad eum pertinebnot de quo nũc est sermo. Quod si nno constituaot coniunctum verè vnum atque ad munus aliquod præstandum idoneom, seu illarum vnaquæque propria quadam ratinne muoeri huic oõ inseruiat, sed communi tantùm ratione, vt pluribus hominibus euenit, qui ad graue aliqund trahendũ seu impellẽdũ cócurrunt, necessariò dicendum erit illarũ concursum vel omnino inutilẽ esse, vel deseruire nõ ad munus aliqund inducendũ, sed ad iam productum facilius exercendum.

Sequeretur etiam, eas ab iouicem disiungi pnsse, sicut & homines simol nperantea disionguntur: quorum vnumqundque communi rerum dispositinoi repugnat, & superinribus contradicit. Sicuti autem his virtutibus cnmmune est, in se non operari, ita etiam eisdem cnmmune erit propriæ opctationia fructum in se non enilìgere, neque sibi verè inseruire, Ideóque tales virtutea vera libertate eligendiue virtute præditæ nnn etuot, sed ex Naturæ impulsu proprios actus exercere poterunt.

At quærendum est, quotnam virtutes ad hnrum coniunctorum cnostitutinnem sint oecessatiæ, necnnn, an talia cnniuncta plura vel non plura sint. Constat virtutem aliquam primò requiri, quæ totins coniuncti bono præcipuè inseruire possit, cuique cæteræ nmnes ministreot: hac enim (quam substantialem appellare licet) ablata, oulla hotum coniunctorum voitas, nullúsque nexus demonstrari pntest.

Huic verò substantiali virtoti extensio, continua scilicet quantitas, necessatin adiungenda est. ea enim quę extensinne essentialiter carent, indiuisibilitet, atque seu per se, seu in se exetceri pnssunt. Harum aurem virtutum nullam, sen per se, seu in se exerceri cnnstitorum est. Has igitur ex quanritate extendi atque diffundi, & verè corporeas esse, necesse est. Cùm autem quantitas, vt est quãtitas, non tantùm diuisibilis sit, sed etiam diuisibilis in infinitum, hæ substantiæ, vt quantæ suot, similitet diuisibiles erunt. Vtrum autem omnes actu diuidi pnsint, & vtrum ex diuisione patiaotur vel pereant, ex singularum naturis demnnstrandum erit. Ideo verò ipsa quantitaa est diuisibilis in infinitum, qunniam ea extensione cõstituitu, & extentin ex indiuisibilibus cõponi nõ potest: indiuisibile eoim indiuisibili adiunctum illud necessariò tangit, nnn ratione extremi, sed ratione totius. Iden neque prnpriam indiuisibilitatem exuere potest, neque alienam amouere: nam quod tangit, non tatione totius, sed partis extremæ tantùm diuisibile est, & nnn indiuisibile, vt accipitur. Sicuti igitur catensio nnn cõpnnitur ex indiuisibilibus, ita ad indiuisibilia resnlui nõ pntest. Hoc autem nihil aliud est quàm io infinitum diuisibile esse. patet siquidem id quod in infinitum diuisibile non est, ad indiuisibilia tandem, taoquam ad sui partes, perducendum esse, simulq; ex horum coacervatione rursum posse cnnstitui. Sicuti aurem quantitas continua diuisibilis est in infioitum, ita quantiras discreta, numetus scilicet, in infinitum potest adaugeri. ex diuisinnis enim prntentiooe partium quantitas semper diminuitur, illatúmqoe oumerus semper adaugetur: infioitus tamen oomerus oon datur, quoniam neque infioitæ diuisiones actu exerceri possunt, licer quaotitas in infinitum sit diuisibilis: taiis siquidem potentiæ bonitas consistit in eadem potentia, non antem in illiua actu: nam tendit non ad perfectionem, sed ad destructionem.

Quamuis autem ex quantitaris cnotinuæ diuisinne, partium dioisarum oumerus adaugeatur, nõ tamen ideo censendum est quantitatem continuam numern nature priorem esse: nam ipsam quantitatem continuam, siue indiuisa siue diuisa sit, vnitas necessariò concomitatur,

quæ ex ſui natura indiuiſibilis eſt. Ideóque, dum totum diuiditur, illius vnitas expanditur potius ſeu diffunditur quàm diuiditur: eadem quippe vnitatis ratio, quæ eſt in toto, à ſingulis partibus retinetur, neque tantùm dum ſeiunctim reſpiciuntur, ſed etiam dum ſibi inuicem aſſociantur. Nam dualitas etiam & trinitas propriam vnitatis rationem retinent, necnon quaternitas & quinitas, & cæteræ quæ plurium concurſum referunt, licet imperfectiores cenſeri poſſint: primorum namque partium ſeu imparium concurſum ſeu repetitionem referunt, & verè primæ non ſunt.

Extenſæ verò quantitatis indiuiſibilitas attendi poteſt reſpectu omnium trium dimenſionum, longitudinis ſcilicet, latitudinis, ac profunditatis, vt punctum reſpectu duarum dimenſionum, latitudinis ſcilicet ac longitudinis, vt linea: & reſpectu vnius dimenſionis, longitudinis ſcilicet, vt ſuperficies. Igitur aſſerendum erit, neque lineam ex punctis componi, neque ſuperficiem ex lineis, neque ſolidum ex ſuperficiebus. Patet tamen horum indiuiſibilium nullum ſeiunctim dari: puncta enim adhærent lineis, lineæ ſuperficiei, ſuperficies corpori.

Quamuis autem quantitas omnis ſubſtantiali virtuti eſſentialiter copuletur, ipſa tamen quantitas ac ſingulæ illius dimenſiones ac termini abſtractè ac ſeiunctim mente concipi poſſunt: atque etiam reſpici, tanquam demonſtrationum ſubiecta. Nam horum vnumquodque certis proprietatibus inſignitur, quæ de illis per propria principia demonſtrari poſſunt.

Et hæc quidem contemplatio Geometriam cõſtituit, ſicuti numerus Arithmeticam parit. Nam ipſe ſimiliter (licet extra numerabile non conſiſtat) abſtractè ac ſeiunctim intueri poteſt.

Capvt XXII.

De communi operatione ſubſtantiæ corporeæ, ſeu de motu locali.

At explicandum nunc eſt, quænam operatio aſcribenda ſit his ſubſtantiis extenſis, ſeu corporeis.

Accipientes autẽ, tales virtutes ſubſtantiales ob eſſentialem extenſionis copulationem à ſe quodammodo egredi, & per totam extenſionem effundi, tutiſſimè affirmabimus, illius etiam operationem eandem effuſionem ex neceſſitate referre, ideóque nihil aliud eſſe quàm motum localem, atque illum præcipuè quo ſubſtantia corporea ad certum actum deducta ſe ipſam mouere poteſt. Nam cùm operatio eſſentialis neceſſariò rei operantis bonum vtcunque reſpiciat, circa eandem verſetur neceſſe eſt. Præterea impoſſibile eſt corpus aliquod aliud externum corpus mouere, niſi ſeipſum moueat. Sed aliqua attentio adhibenda eſt, vt percipiamus quonam pacto corpus ſeipſum mouere poſſit. Nam mouere & moueri oppoſita ſunt. Itaque impoſſibile eſt mouentem, quatenus eſt mouens, moueri: & motum, quatenus eſt motum, mouere, corpus verò ſeipſum mouens, mouentis ac moti partes neceſſariò ſuſtinet. Quanam igitur ratione defendi poterit, mouentem, vt mouentem, non moueri: & motum, vt motum, non mouere? Huic arduæ difficultati rectè, ni fallimur, ſatisfaciemus, animaduertentes nullum inconueniens ſequi, ſi mouens, quod vt mouens non mouetur, quatenus mobili eſſentialiter eſt coniunctum, reipſa moueatur, & ſi motum, quod vt motum non mouet, quatenus mouenti eſſentialiter coniunctum reipſa moueat: tunc ſiquidem mouens mouebitur quidem, at non primò, ſed conſequenter, & motum mouebit ſimiliter non primò, ſed conſequenter.

Manifeſtum verò eſt hæc in ſubſtantiarum corporearum motu admirabili quadam ratione aſſociari. Quamuis enim virtus ſubſtantialis, tanquam præcipua, afferat mouendi virtutem, & motus recipiendi aptitudo extenſioni aſcribenda ſit: nihilominus harum vnaquæque, ſicuti reſpectu eſſentiæ ſibi inuicem eſſentialiter copulantur, ita reſpectu eſſentialis operationis eandem copulationem ex neceſſitate retinent. Itaque neceſſariò etiam vtraque mouetur, ita tamen vt virtus ſubſtantialis primò moueat, & moueatur conſequenter, quatenus ſcilicet eſt extenſa: Extenſio è contra primò moueatur, & moueat conſequenter, quatenus ſcilicet ſubſtantialem virtutem complectitur.

Hinc colligere licet, motum localem nihil aliud eſſe quàm actum illius potentiæ quæ ſubſtantiæ extenſæ eſſentialiter conuenit, quatenus eſt extenſa, à ſubſtantia extenſa, quatenus eſt ſubſtantia. Cùm enim potentia ſubſtantiæ extenſæ, vt eſt extenſa, ſit mobilitas, & eiuſdem ſubſtantiæ extenſæ, vis, quatenus eſt ſubſtantia, reſpiciat motum quem efficere poteſt, manifeſtum eſt, data huius potentiæ conſummatione ac actu, motum dari, & ex motus conſtitutione talis potentiæ actum conſtitui. Siquis autem dicat, motum eſſe actum mobilis, quatenus mobile à mouente, hic ignotum per ignotum definit. Nam dum ignoratur quid ſit motus, ſimul occultum eſt quid per mobilis ac mouentis voces concipiatur: vel, ſi hæc nota ſunt, ignorari non poteſt quid ſit motus. Conſtituta verò motus definitio omni locali motui aptari poteſt, ſiue ſit ab intrinſeco, dum ſcilicet aliquis vel aliquod ſeipſum mouet: ſiue ab extrinſeco, dum ſcilicet aliquod ab alio mouetur. Nam quæcunque mouent, ſiue ſe, ſiue alia moueant, exercent vim ſubſtantialem, & quæcunque mouentur, ſeu à ſe ſeu ab aliis moueantur, mouentur, quatenus extenſa ſunt.

Ex his autem quæ circa motus eſſentiam enarrata ſunt, deducitur quam tutiſſimè, acceſſum ac receſſum à motu ſeiungi non poſſe. Nam, quod mouetur neceſſariò recedit ab vno termino & accedit ad alium: ſi enim à nullo recedit, & ad nullum accedit, quieſcit & non mouetur. Id verò veritatem continet non tantùm dum mobile per aliud corpus defertur, ſed etiam dum per ſeipſum mouetur, vt in conuerſionibus euenit. Tunc ſiquidem ſingulæ mobilis partes à certo termino ad certum terminum deferuntur.

Colligitur etiam, motum abſque aliqua quiete non dari. Poſito enim, id quod mouetur recedere ab vno & ad aliud tendere, ſequitur, id à quo receditur, & id ad quod acceditur, vel quieſcere, vel reſpectu illius quod mouetur quieſcentis partes ſuſtinere, tardius ſcilicet moueri. Ex quo idem ſequitur: nam in quibus magis ac minus locum habent, extrema etiam admittenda ſunt, ea verò in motu ſunt ſumma velocitas & ſumma quies.

Præterea, quamuis operatio, vt operatio, bona ſit, & motus propriam quandam bonitatem retineat, nihilominus id quod præcipuè per motum intenditur, eſt noua habitudo, ſeu mouentis ad alia, ſeu aliorum ad mouentem, ſeu vtriuſque ad vtrunque. Patet autem hanc dari non poſſe abſque alia quiete, ſeu abſolutè, ſeu reſpectu motus qui exercetur.

Demonſtratur quoque nullam extenſam ſubſtantiam in infinitum protendi poſſe, taléſque ſubſtantias ex neceſſitate plures eſſe, non tamen infinitas numero. Nam ſi daretur corporea ſubſtantia infinitæ molis, à nullo termino recedere neque ad vllum terminum accedere poſſet. Infinitum enim termino caret. Immobilis igitur erit ac omnino inutilis, tum ſibi tum aliis, quod Natura non patitur. Præterea quærendum eſſet, an tale corpus diuidi poſſit vel diuiſionem omnem refugiat. Si dicatur illud diuiſionem non admittere, fatendum erit illud indiuiſibile eſſe & extenſione carere. At dictum eſt illud non tantùm eſſe extenſum, ſed etiam in infinitum extenſum. Erit igitur ſimul extenſum & non extenſum, infinitum & indiuiſibile. Si verò admittatur tale corpus diuiſibile eſſe, admittẽdum conſequenter erit illud partes terminatas habere, atque ex harum ſeiunctione diminui: quorum vnumquodque infiniti naturam ſimiliter deſtruit.

Si corporeæ ſubſtantiæ non eſſent plures, ſed vnica tantùm, motus inutilis eſſet, neque bonum aliquod afferret ſeu huic vnico mobili, (quod eandem ſemper diſpoſi-

positionem tam ex motu quàm ex quiete conseruat) seu aliis, cùm nullum aliud detur corpus. Si substantiæ mobiles essent numero infinitæ, ad inuicem disponi ac sibi inuicem deseruire non possent, quòd Naturæ ordo non patitur. Ipse autem motus, quoniam absque spatio non datur, & spatium omne & singulæ illius partes sunt extensæ & in infinitum diuisibiles, similiter diuisibilis erit in infinitum. Nam in vnoquoque puncto spatij terminari potest, & ab vnoquoque exordiri. Erit tamen infinitus non actu, sed potentia, quoniam ipsa quoque extensio in infinitum diuisibilis actu infinita non est, sed ex necessitate terminata & finita.

Motus verò ac extensionis seu spatij termini non eodem modo se habent, extensionis enim termini extensioni adhærent, illique interni sunt, motus verò termini motui non adhærent, neque illi interni sunt, sed ex necessitate externi: sumuntur siquidem à quiete, quæ motum omnem excludit. In extensione igitur datur primum & vltimum, illius scilicet extrema, motus verò neque primum neque vltimum admittit. Nam si dicatur, in motu dari primum & vltimum quærendum erit, an hæc sint partes motus vel non.

Si dicantur esse partes, fatendum erit in eisdem motum esse. Non igitur erunt primum seu vltimum motus. Si dicantur motus partes non esse, assentiri cogimur in illis nullum motum esse, sed quietem tantùm, ex qua constituuntur termini motus non interni sed externi, vt dictum est. Hæc ex spatij etiam natura confirmari possunt. Puncta enim in quibus motus inchoatur ac terminatur, attenduntur in motu vt termini magnitudinis extensæ, per quam motus exercetur, non autem tanquam termini ipsius motus. Igitur, sicuti spatiis, vt sic inclusi, primum seu vltimum indiuisibile dari non potest, esset enim simul inclusum & non inclusum, ita neque motus, qui intra eosdem terminos exercetur, primum seu vltimum admittendum est.

Ex his verò colligendum est, motum interrumpi potius quàm diuidi. Hæc autem inter se differunt: nam diuisio extensionem actu existentem secat, illa non corrupta, interruptio verò incrementis ac prosecutioni obsistit, motúmque corrumpit. Ex eisdem etiam demonstratur, motum, alium motum à se distinctum, tangere non posse, vt linea aliam lineam à se distinctam tangit. Ea enim se tangunt, quorum extrema singulis interna sunt simul. At motus terminis internis caret. Igitur, sicuti necessariò datur quies media inter motum & motum, ita impossibile est motum tangere alium motum à se disiunctum.

CAPVT XXIII.

De Loci natura communi.

CORPOREAM substantiam concomitantur non tantùm motus & quies, sed etiam locus & tempus. Loci ratio illi adiungitur, quatenus quiescendi rationem continet, tempus verò constituit, quatenus reipsa mouetur.

Quod ad Locum attinet, patet illum extensum ac immobilem esse, patet etiam illius extensionem absque vlla substantiali virtute non subsistere. Hoc enim aduersaretur superioribus demonstrationibus. Præterea vix concipi potest, quonam pacto duæ extensiones, loci scilicet ac locati, se inuicem compatiantur, vel si se inuicem compatiuntur, quonam pacto ad vnam eandémque non deducantur, vt euenit puncto dum punctum tangit, & lineæ dum lineæ annectitur. Nam hæc spatia similiter se inuicem ex toto tangerent.

At speculandum est, quanam ratione eadem extensio, quæ corpori mobili annectitur, quæve mobilitatem præcipuè affert, immobilis reddi possit, seu certè summæ immobilitatis vim sustinere. Id enim non paruam difficultatem continet. Id rectè fiet, accepto, corporearum substantiarum extensionibus essentialiter conuenire referri posse ad aliquod immobile, siue id ex propria natura certo aliquo motu omnino careat, seu ex humanæ rationis vi conceptum immobilis vtcunque retineat. Nam, hac relatione data, necessariò dandum est certam quandam mensuram constitui, quæ corporum mobilium extensioni innititur, non quatenus mobilia sunt, sed quatenus subiecta huic commensurationi, quam ideò verè immobilem esse conuincimus, quoniam aliquo corpore, seu aliqua corporis parte ab ea recedente, ipsa verè persistit immobilis, licet fulcita noua corporis superingredientis extensione. Hæc igitur immobilis commensurabilitas Locum parit, & nisi assentiamur hanc verè esse ipsius Loci naturam, ad id delabemur, vt si quis supponat totam corporum molem, vel corpus aliquod quod cætera complectatur corpora, vnico ferri motu, fateri cogatur hæc (quæ manifestè mouentur) quiescere potius quam moueri. Nam ex tali motu neque totum seu à se, seu ab alio corpore recedit, neque partium aliqua elongatur, seu à se, seu à partibus coniunctis, sed omnia eundem statum retinent. Patet autem, accessus ac recessus rationibus amotis, simul motum auferri. Præterea admittendum esset, vel dari extensionem sine substantia, vel Locum ipsum moueri, quod simul & Loci & motus naturam destruit. Nam si Locus mouetur, per alium Locum mouebitur: corpora etiam quæ vnà cum Loco mouentur, in eodem Loco persistent, ideóque simul quiescent & mouebuntur. Quorum vnumquodque manifestam contradictionem continet. At accepto aliquo, vt immobili facilè inspiciemus motum vnumquemque verè accessum ac recessum parere, commensurationem respectu huius immobilis verè immobilem esse, & Locum nulla ratione moueri.

Qua autem ratione, & à quo corpore, tota Loci ratio verè sumenda sit, demonstrabitur, dum contemplatio ad certa corpora deflectetur.

CAPVT XXIIII.

De Temporis natura communi.

IDEO tempus corporearum substantiarum motum concomitatur, quoniam, vt dictum est, corporibus motis conuenit ab aliquo recedere, & ad aliquod accedere. Hoc enim absque successione, & absque prioris ac posterioris conceptu non datur, successio autem prioris ac posterioris vim continens, nihil aliud est quàm tempus, præsertim si aliquod tanquam primum, & aliquod tanquam vltimum concipiatur. Sicuti enim eadem corporum extensio, quæ verè mobilis est, quatenus referri potest ad aliquod immobile, certam distantiæ mensuram admittit, & certum occupat Locum, ita idem motus, qui in successione consistit, quatenus refertur ad aliquod primum, & ad aliquod vltimum, mensurabilis est, & certum tempus constituit.

Tempus verò, vt est tempus, neque intendi neque remitti potest. Illius siquidem Esse oritur à ratione prioris ac posterioris, complectitúrque numerabilia vim, quæ neque remitti neque intendi potest.

Eidem aliud quid mirabile conuenire videtur, vt scilicet reipsa neque diuidi, neque interrumpi, sed mente tantùm signari possit: consequitur enim motum, vt perseuerat, illúmque ex eadem perseuerantia metitur. Patet autem perseuerantiam, quatenus huiusmodi, terminum vllum non admittere.

Hinc igitur factum est, vt nihil inueniatur quod ex propria natura tempori finem imponere possit, quod nulli aliorum euenit: linea enim terminatur punctis, superficies lineis seu linea, solidum superficiebus seu superficie, & motus quiete, nisi fortè hæ partes seu instanti seu non tempori demandentur. At instans absque tempore non datur, Nunc tempus verò nihil reale

affert, ſed temporis carentiam tantummodo obiicit. Quapropter fatendum eſt, tempori, quatenus eſt tempus, nullum terminum præfigi. Neque tamen ob id ſentiendum eſt, tempus principio carere, ſeu in infinitum extendendum eſſe: nam ſicuti temporis Eſſe ex motu deducitur, ita illius perſeuerantia motus perſeuerantiam concomitatur.

Nouimus autem, motui quietem opponi, eúmque ex quietis acceſſione interrumpi ac terminari. Nouimus etiam eundem motum pendere à ſubſtantia corporea, quæ in infinitum extendi non poteſt, ſed certis finibus vndequaque terminatur. Vtrum autem corpus finitum, motum indeficientem patere ſeu non parere poſſit, poſtmodum diligentius contemplabimur. In præſentia id tantùm modò admonuiſſe ſufficiet, tempori eſſentialiter conuenire diſtingui in præteritum ac in futurum, præteritúmque ideo præteritum appellari quoniam aliquando fuit præſens. Futurum itidem dicitur quoniam aliquando præſens erit. Ex his verò rectè colligi exiſtimamus, horum nullum eſſe infinitum, præteritum non eſſe infinitum quoniam iam pertranſiit: futurum non eſſe infinitum quoniam tranſibit: neque enim aliter ſeu futuri ſeu temporis vocem admittit. At infinitum tranſiri non poſſe, ſæpius tanquam ex propria natura euidens acceptum eſt. Si quis autem aſſerat, tempus ipſam etiam quietem metiri poſſe, niſi ſupponat certi alicuius motus perſeuerantiam, hic à iam conſtituto veritatis curſu manifeſtè recedet.

Vtrum autem ipſum tempus ita motum conſequatur, vt non à quocunque motu ſumendum ſit, ſed à certo aliquo primo velociori ac æqualiori, ex dicendis patere poterit.

CAPVT XXV.

De his quæ præter extenſionem corporeis ſubſtantiis adiungenda ſunt.

NVNC cætera, quę præter extenſionem ac motum corporeis ſubſtantiis ſuperadduntur, conſideranda ſunt.

Patet autem, data mobilium multitudine communique eorundem diſpoſitione, illis ea etiam ex neceſſitate adiungi quæ motuum multitudinem conſequuntur, atque eiſdem pluribus rationibus inſeruire poſſunt. Huiuſmodi ſunt Qualitates, Relationes, Actiones, Paſſiones, Situs, & Habere. Hæc tamen non eodem modo ſingulis erunt adiicienda, ſed pro vniuſcuiuſque ſtatu atque natura, vt ex his innoteſcet quæ de corporum ſpeciebus dicenda erunt.

Quæ attinent ad communem mobilium veritatem, bonitatem, exiſtentiam, durationem, vnitatem perfectionem, pulchritudinem, internum ordinem, internas ac externas relationes, ideo prætermittuntur, quoniam quæ omnibus conueniunt ex iam conſtitutis facilè deduci poſſunt. Cætera verò ad ſpecierum doctrinam pertinent.

CAPVT XXVI.

De ratione qua indiuiſibilis ac diuiſibilis Exiſtentia ac Durationes ſe inuicem compatiuntur ac coexiſtunt.

DICTVM eſt de Ente, vt eſt Ens, ac de quinque Entis ſpeciebus præcipuis, quæ ex prima diuidendi ratione primò obiiciuntur. Singularum etiam eſſentiæ expoſitæ ac proprietates demonſtratæ ſunt.

Nunc igitur antequam eadem diuidendi ratio, prout corporeis ſubſtantiis euenit, repetatur, corporeorúmque ſpecies diligentius examinentur ac ſpeculentur, aliqua dicenda videntur circa rationes, quibus indiuiſibilis, inuariabilis, ac ęterna Dei Opt. Max. exiſtentia atq; æternitas, & creaturarum nouitas, diuiſibilitas, ac ſucceſsio ſe inuicem compatiantur, & coexiſtant. Hanc autem contemplationem aggredientes, ex eo humanæ mentis infirmitatem fateri cogimur, quoniam dum horum vnumquodque ſeiunctim attendimus, certum vtriuſque intuitum videmur aſsequi, Dum verò hæc nitimur aſſociare, ſe inuicem repellere, ac ſibi inuicem repugnare videntur. At deſiſtendum non eſt: nam dum certiſſimæ rationis vi ea admittere cogimur quæ omnem humanum captum excedunt, id ſaltem aſſequimur vt toto animo aſſentiamur tunc Deum ac diuina quammaximè à nobis comprehendi, cùm hęc nobis verè eſſe incomprehenſibilia intuemur. Præcipuè autem animaduertendum eſſe arbitramur, diuinæ Exiſtentiæ diuinæque durationis indiuiſibilitatem à puncti, quo linea terminatur, & ab inſtantis, quo temporis partes copulantur, indiuiſibilitate longè differre: punctum enim & inſtans ideo indiuiſibilia ſunt, quoniam à quacunque extenſione & à quacunque temporali perſeuerantia deficiunt. Diuina verò Exiſtentia diuináque Duratio ſeu Æternitas ideo indiuiſibiles appellandæ ſunt, quoniam cùm extenſionum omnium omniſque temporalis perſeuerantiæ virtutem excellant, ita ſibi adhærent atque inſiſtunt vt nullam partium disiunctionem admittere poſſint. Quapropter diuina Exiſtentia ſicuti ſibi innititur, neque vlla corporeæ extentionis fulcimenta requirit, quin potius cætera omnia fulcit ac ſuſtinet, ita corpoream extenſionem liberè concomitatur, ea tamen ratione vt neque ex maiori illius amplitudine amplior, neq; ex maiori contractione contractior efficiatur, ſed tam in tota quam in partium vnaquaque, licet minima, ac in earundem punctis tota atque æqualiter inueniatur, neque extenſionibus his vlla proportione reſpondere poſsit.

Simili ratione diuina Duratio atque Æternitas ſicuti in ſe contrahitur, atque ſe quamtutiſſimè colligit, neque vllam temporis menſuram patitur, quin potiùs temporum ac reliquorum omnium durationes metitur, ita temporis ſucceſſioni verè coexiſtit, ea tamen ratione vt neque ex maiori illius perſeuerantia diuturnior, neque ex minori breuior efficiatur, ſed tam in toto tempore quàm in temporis parte vnaquaque æqualiter inueniatur, neque his ſucceſſionibus vlla proportione reſpondeat: conſtat enim neque diuinam Exiſtentiam ob localem quantitatem, (quæ nihil aliud eſt quam extenſio manens) neque diuinam æternitatem ex temporis ſucceſſu (qui nihil aliud eſt quàm extenſio fluens) immutari poſſe.

Siquis autem ex his, quæ nobis obiiciuntur, hos diuinæ ac corporeæ exiſtentiæ ac durationis conſenſus concipere velit, hic fortaſſe id vtcumque aſſequetur ex vnitatis, & ex immobilitatis rationibus, quas extenſis ac mobilibus ſubſtātiis aptari nouimus. nam, ſi eadem quātitas, vt diuiſibilis, vnitatem numeralem retinens, reſpectu totius, eādem ad ſingulas partes extendit, tum vt ſeiunctim accipiuntur, tum etiam vt ſibi inuicem aſſociantur, & vt eſt mobilis, immobilitatis rationem ſuſtinens atque exercens, loci omnino immobilis commenſurationem conſeruat, repugnans non erit, diuinæ exiſtentiæ ad durationis indiuiſibilitatem ac inuariabilitatem, corporum diuiſibilitatem ac variabilitatem compati poſſe, veréque diuiſibilibus, mobilibus, ac ſucceſſiuis ſubſtantiis, diuinæ indiuiſibilitatis, immutabilitatis ac perſiſtentiæ virtutem aſſiſtere.

Quamtutiſsimè igitur aſſerendum erit, à Deo, ſeu ratione loci, ſeu ratione temporis, nihil diſtare, nihílque ſeu abſens ſeu nouum eſſe. Et his quidem eo firmius inſiſtemus, ſcientes extenſa ac ſucceſſiua omnia ex diuina virtute conſtitui ac conſeruari.

Si quis autem hæc, quæ de diuinæ Æternitatis ac tēporis coexiſtentia dicta ſunt, minus attingens, aliud quoddam mente concipiat, diuinæ ſcilicet æternitati ac tempori durationis antiquitatem & curſum perennem commuoem eſſe, vtriúſque verò diſcrimen conſtitui, quoniam durationis antiquitas ac curſus perennis, vt æternitati conuenit, neque aliquid adimit, neque aliquid affert, ideóque quatenus nihil adimit, præteriti,

quatenus

quatenos nihil affert, futuri voces non recipit, sed præsentis tanrum vim retinet, eandem verò durationis antiquitatem ac perennem cursum, prout tempori aptatur, semper aliquid adimere & aliqoid affetre, tectéque ob id ipsum tempus io præteritum ac in futurum distingui, Siquis, ioquam, hęc ira afferar, hic æternitaris ac temporis naturam confundet. Talis enim antiquitas prioris ac posterioris, necnon mensurabilis ac transibilis, ratiooes manifestè complectitur, siue aliquid afferat & adimat, siue nihil afferat & adimat. Itaque à diuinæ æternitatis conceptu longè distabit Nam id quod verè collectum est & coniunctum distrahet & disiunget. Præterea rem omnem ad id deducet, vt circa retum creationem nihil afferre possimus in quo nobis non aduetsemur. Dato enim diuinam Æterniratem constitui non ex cuiusuis distanriæ reiectione, sed ex summa distanriæ, licet inuariabilis, extensione, quæ initio ac fine caret, neque temporis falsam ætetnitatem (quam tamen nonnulli tutantur) neque veram temporis inchoationem (quam euidentet probari constat) rectè sustinere possumus. Falsa temporis æternitas non sustinetur, quoniam si tempus inchoatione caret, iam infinitum atque impertransibile tempus pertransiit, quod manifestam contradictionem continet. Similiter vera temporis inchoatio non sustinetur, quoniam fateti cogimur huic inchoationi infinitam durationem pręcessisse, quæ cùm ab infinita distantia temporis in eo tantummodo differat, quoniam nihil Deo vel aufert vel affert, haud secus quàm temporis infinita distantia, impertransibilis censenda est. Rectam autem æternitatis rationem attingentes, quæ à temporali perseuerantia non deficit, sed in se collecta atque contracta manens, ita temporis vim excellit vt eam pariat, neque ex illius distantia ad vllam distinctionem seu distantiam deduci possit, (quod etiam diuinæ Existentiæ respectu extensorum euenire constat) & falsam temporis æternitatem quàm rectissimè expellemus, & veram creaturarum nouitatem temporisque inchoationem quàm tutissimè demonstrabimus: nam sicuti sphęræ centtum sphęræ motum parit & non recipit, atque in eodem centro lineæ plures distinctæ ac diuisibiles singulariter, coniunctim atque indiuisibiliter copulantur, ita diuina Æternitas temporalem distantiam parit sed non recipit, & quæcunque in se sunt noua, distincta, atque indiuisibilia, æternè, collectim, atque indiuisibiliter intuetur ac parit, eùm præsertim horum vnumquodque ortum ducat non ex nouo sed ex æterno Dei consilio. Nouum enim consilium ioternam Dei nouitateoi arguit, quæ dari non potest.

Huius autem indiuisibilis virtutis noua & diuisibilia producentis imagines plures in ipsis etiam sensibilibus repetiunrur. Dato siquidem, exempli gratia, procedendi signo ab alicuius exercitus Imperatore, patet signi huius vim ad omnes quidem exercitus partes simul & indiuisibiliter perduci, cùm tamen hæ omnes partes huic edicto obtemperantes non iodiuisibiliter, sed serie quadam seruata iter suscipiant: aliàs enim pręcedere necesse est, alias verò sequi, idque longiori aut breuiori remporis intercapedine, prout ipsarum viarum angustiæ procedentiúmque commoditas exquirunt: quod etiam respectu creaturarum euenire constar, Iam enim constitutum est, creaturarum essentias naturásq; tales esse, vt abstracta non modò actu esse non possint, nisi illorum pręcedat non esse, sed neque ad propriam beatitudinem perduci, nisi huiusce beatitudinis pręcedat carentia. Corpora verò successionem etiam temporalem continent, cùm tamen ipsa ęternitas & nouitatem & successionem omnem reiiciat.

Animaduertendum est autem, in illa intercapedine quę est inter abstractorum Esse, & beatum esse, successionem aliquam sensibilémve distantiam cogitari non posse, sed tantummodo distantiam quandam intelligibilem esse concipiendam, quæ, cùm omni successione careat, transibilis seu impertransibilis rationes non sustinet.

Quod autem pertinet ad diuinam perceptionem eorum quę à creaturis pendent, statuendum esse existimamus Deum Optim. Max. sicuti nullo externè impellente seu excitante, nulláque proprij commodi seu boni necessitate, sed liberè omnino, creaturas producit, ita etiam eadem bonitatę impellente, nulla autem necessitate cogente, sed omnino liberè, easdem creaturas & ea quę à creaturis sunt cognoscere atque intueri, ea tamen ratione vt his perceptionibus, oullus seu memorię, seu coniecturę, seu prophetię vsus aptari possit, sed singula, propria natura retenta, respectu Dei, pręsenti intuitu concipiantur, licet respectu creaturarum pro vnoquoque temporis instanti, siue pręterita, siue pręsentia, siue futura sint.

Illud autem animaduersione dignum videtur, huiusmodi diuinę cognitionis exercendę libertatem, data creaturarum libera productione, respectu illius cognitionis intelligendum esse, cui sollicitudo aliqua seu approbatio aliqua associetur: constat enim hanc à Deo omnino liberè exerceri nouúmque bonitatis vsum continere, non autem absolutè, vt scilicet aliquod verè Ens, possit à Deo non cognosci: hoc enim euidenter repugnat, haud secus quàm si dicatur aliquid simul esse & non esse. Nam cùm nihil absque diuinę virtutis extensione esse possit, aliquid quod actu sit à Deo ignorari est impossibile.

Hæc omnia, Dei, atque illius Ecclesię iudicio, qua decet reuerentia & humilitate subiicimus.



CONTEMPLATIONIS TERTIAE,

Quæ primam constituit philosophiam,

Pars Secunda:

IN QVA AGITVR DE QVINQVE CORPOREÆ naturæ speciebus præcipuis, quæ eliciuntur ex contractione primæ diuisionis ad corporea.

CAPVT I.

De corpore, quod à se, per se, & in se mouetur, seu de primo Cœlo.

ONSTITVTVM est, substantias corporeas neque extensione neque numero infinitas esse, easdemque ad inuicem disponi, mutuasque relationes admittere posse. Datur igitur aliquod corpus, quod ea ratione à se operatur, propriámque seu quietem seu motum exercet, vt à nullo externo corpore seu ad quietem seu ad motum perduci possit, sed illi prima quiescendi ratio, prima corporeè mouendi virtus ac prima mobilitas, aptandæ sint atque ad cætera omnia corpora pro singulorum captu transmittendæ. Quòd si non admittatur tale corpus inter cætera corpora primum, corporum series nulla esset, sicuti Entium ordo non sustinetur amoto communissimo omnium fonte. Idem corpus, vt corpori conuenire potest, proprias vires per se ac in se exercere poterit & exercebit. Ideóque non tantùm seipsum mouebit ac sustinebit, sed hæc munia ea etiam ratione præstabit, vt, quatenus quiescit, sibi innitatur, &, quatenus mouetur, sibi transitum ac aditum præbeat. Horum enim aliquo amoto, vel non operabitur vel à se non operabitur: indigeret siquidem corporibus vel sustinentibus, vel aditum præbentibus: extensio namque absque substantiali virtute, seu vacuum dari non potest. Hoc corpus vnicum erit: datis enim pluribus corporibus quæ à se, per se & in se operentur, plures corporum ordines omnino seiuncti admittendi sunt, simúlque assentiendum nullum esse absolutè primum: quod constitutam rerum omniũ connexionem dissoluit. At si hoc corpus verè vnicum est, illi propriissimum erit à nullo corpore contineri, & corpora omnia complecti. Nõ continetur ab alio corpore, quoniam quæ ab alio continentur, ab illo quietis ac motus rationem recipiunt, neque verè in omnibus à se operantur.

Complectitur omnia corpora, quoniam corporum series est vnica. Si quis autem interroget, quidnam supra hoc corpus, quod primum Cœlum appellandum est, reperiatur, rationis vi ad id nos impellente, admirabile quoddam, & à nostra intelligentia omnino deficiens, respondendum erit, videlicet nihil, quod ad corpoream naturam pertineat: nam, si aliquod corporeũ reperitur, vel primum Cœlum non erit primum corpus, vel plures corporum series constituentur, vel extensio absque substantiali virtute admittẽda erit. quorum vnumquodque reiectum est. Hinc colligitur firmissima illius quies: neque enim respectu totius moueri potest. Nam si ita moueretur, ab aliquo recederet, ad aliquod accederet, & per aliquod transiret, at nihil datur à quo recedere, ad quod accedere, & per quod transire possit. Præterea, tali motu admisso, iam per se non moueretur, neque sibi aditum præberet, quod illi essentialiter conuenit.

Colligitur etiam, idem corpus vel omnino quiescere, vel moueri tantummodo respectu partium.

Primum admittendum non est: quamuis enim motus bonitas oriatur præcipuè ex noua mobilis habitudine, quæ in primum corpus non cadit, ipse tamen motus, vt est operatio quædam, ex se etiam expetibilis est, præsertim dum nullum incommodum affert. Idem ex propriæ mouendi virtutis vsu euenit, sine quo mouendi virtus est frustra.

Itaque, si Cœlum nullum incommodum ex motu cõsequitur, ex necessitate mouebitur.

Patet autem illud nullum incommodum pati. Nam, cum inter cætera corpora primum locum obtineat, simplicissimum est, & ex vnico substantiali gradu constitutum. Itaque contrarietate omni caret, neque seu ab internis seu ab externis incommodum recipere potest.

Quamobrem non tantùm mouebitur, sed mouebitur etiam absque vlla intermissione. Eadem enim quæ ad motum impellunt, ad eiusdem motus perseuerantiam faciunt. Deinde, nisi primum corpus moueretur, nihil commodi certis corporibus afferre posset, neque illorũ relationes ac nexus fouere, quod rerum ordini manifestè aduersatur. Dato autem huiusmodi motu primi corporis, sequitur hunc motum circularem esse, & corpus sphæricam figuram referre. Quæcunque enim terminantur figuris rectilineis, dum circumuoluuntur, necessariò egrediuntur extra seipsa, ac externam extensionem seu externum corpus supponunt. Præterea sphærica figura simplicissima ac perfectissima est: includitur enim vnica superficie, quę vndequaque est vniformis, ideóque primo ac simplicissimo corpori aptanda est. Eadem etiam vndequaque liberam circumuersionem admittit, cum ouata & aliæ figuræ eiusdem ordinis, tanquam compositæ, vnicam circumuolutionem patiantur, quæ proprios limites non transcendat.

Neque verò existimandum est, primum corpus ita sphæricum esse, vt interiora omnia, tanquam sui partes, complectatur, sed ea ratione, vt ex parte superiori conuexo, ex parte autem inferiori certa cum profunditate concauo terminetur.

Nisi hoc cõcedatur, his quæ superius constituta sunt aduersabimur. Nam nullum præter primum corpus admitti posset.

Necesse est autem inter concauum & conuexum primi corporis, aliquam profunditatem dari. Nam extensa virtus (vt iam demonstratum est) vndequaque extensionem requirit, neque ex sola superficie indiuisibili constare potest, cùm præsertim impossibile sit talem superficiem dari seu motui subiici.

Si quis autem quærat, an præter figuram & præter densitudinem seu raritatem, quæ corpus figuratum necessariò concomitantur, alia qualitas primo corpori aptan-

ptanda sit, ni fallimur, respondendum erit, Lucem tantummodo illi aptari posse: nulla quippe qualitas præter Lucem ita agens est, vt absque receptione & absque vlla contrarietate subsistat. Nulla igitur cæterarum qualitatum primo corpori aptari poterit. Vtrum autem Lucem aliquam illi reipsa inesse asserendum sit, ex Astrologorum experientia accipiendum existimamus. Ratio enim quæ persuadere videtur nullum corpus cœleste absque astro dari, communis atque probabilis est, neq; ex primis ac propriis deducitur. Quapropter sensus longissimæ experientiæ assertionibus præferri non debet. Quod si dicatur, corpus vnumquodque necessario sensibile esse: siquidem veritas Entia omnia concomitatur: ac, si intelligibilis non est, necessariò sensum attingit: assentiendum quidem erit hoc corpus ab intelligibilium natura deficere & verè sensibile esse, non tamen ex proprio lumine, sed ex proprio tantummodo motu, accedētibus inferiorum cœlorum luminibus, de quibus postmodum dicendum erit. Nam & Deus Optimus, cui hoc primum corpus respectu cæterorum corporum proportione respondet, ex cæterorum, quæ ab ipso sunt, intuitu nobis redditur intelligibilis.

Capvt II.

De Cœlorum, quæ à primo Cœlo continentur, necessitate natura, numero, dispositionibus, atque de Cœlorum omnium proportionibus ad abstracta intelligibilia.

Dato primo corpore, quod à se, per se, & in se mouetur, ex recta diuidendi methodo alia corpora corporeásve substantias eoúsque admittendas esse conuincimur, donec, percursis singulis huius diuisionis membris, sibi inuicem non aduersantibus, ad ea perducamur quæ respectu huius diuisionis indiuisibilia appellanda sunt.

Primò igitur illa corpora sese obiiciunt quæ operantur non à se, sed per se ac in se. Hæc quatenus per se mouentur ac sibimet aditum præbent, (vt ex iam constitutis patet) sphærica ex necessitate sunt ac sphæricè mouentur motu. Itaque quanuis illorum motus ac quies deficiant à simplicitate primi motus primæque quietis: verè tamen simplicia erunt. Nam ex vnico substantiali gradu similiter constituentur, neque vllum admittent contrarium: sphærica enim figura & sphæricus motus contrario carent. Eadem verè etiam perfecta erunt: neque enim imperfectum aliquod proprium opus aut perficere, aut per se ac in se exercere potest.

Quod verò ad horum corporum multitudinem ac differentias attinet, nihil ex diuidendi methodo afferri posse videtur. Quapropter enumeratione inquirenda erunt, huiusmodique enumeratio ex Astrologorum experientia omne robur accipiet: cui etiam insistendum erit, quantum ad singulorum Cœlorum distinctiones, polos, ac cursus, qui omnes opponuntur cursui primi Cœli. Patet tamen, hanc oppositionem nihil inimicum denotare, sed psallentium potius, seu amicorum sibi inuicem obuiantium séque inuicem amplexantium concursus referre. Ipsi vero inferiores Cœli ita cum primo Cœlo tum inter se cohærent, vt inter sphæram & sphæram nullum interuallum detur. Hoc enim admisso, sequeretur dari extensionem absque substantiali virtute, seu aliquam substantialem virtutem corpoream motu carere atque inutilem esse.

Quoniam autem in Cœlorum numero discernēdo Astrologi inter se discrepant, liberum nobis erit illorū amplexari sententiam qui decem sphęras construūt, tanquam summè consonans his quæ hactenus speculati sumus: corporea enim, nobiliora præsertim abstractorum imaginem fortasse referunt. Quamobrem, si ordines abstractorum intelligibilium, quæ à Deo sunt, rectè ad nouenarium numerum deducuntur, bísque Deus Opt. Max. omnium autor, præest ac denarium complet, corporibus cœlestibus idem numerus satis probabiliter aptari poterit.

Itaque primum Cœlum, prout licet corpori corpora respicienti, obiiciet imaginem Dei Opt. Max. simílique proportione cæterorum Cœlorum vnumquodque referri poterit ad vnumquenque abstractorum intelligibilium ordinem. Siquis autem iis etiam acceptis quæ ab eisdem Astrologis circa singulos Cœlos animaduertuntur, seruata dignitatis serie, comparauerit singulas sphæras singulis intellectuum abstractorum ordinibus, nonnulla fortasse intuebitur, quę non parum admirationis ac venerationis afferre possunt. Sicuti enim beatitudinum intellectus, qui diuinæ bonitatis consummatam extensionem conspiciunt, amoris vehementioris vi correpti, Deo, vt rationi consonum est, ita adhærent atque inhærent, vt vix proprij intellectualis actus conatum aliquem emittere possint. Simili ratione nona sphæra, primæ sphæræ proxima, ita illius velocissimis motionibus insistit, vt in proprij motus actu reddatur tardissima ac penè immobilis. Dicunt enim hanc triginta sex millium annorum spatio proprium motum perficere.

Præterea, sicuti amoris vis, qua huiusmodi intellectus inflammantur, ex effectibus potius quam ex proprio intelligibili attingi potest: ita ipsius nonæ sphæræ natura ac veritas attingitur non ex aliquo lumine sed ex solo motu.

Rursum, quemadmodum intellectus reuelationum intuētur lucidissimè atque aptissimè innumerabilia Dei arcana, ideóque ex propriarum virium debilitate, ipsius autem diuini intelligibilis luce inenarrabili, pauitatione, ac quadam intellectuali trepidatione (vt rectè coniectare licet) corripiuntur, ita etiam octaua sphæra, quæ firmamentum dicitur, quæque huic intellectuum abstractorum ordini proportione respondet, stellis innumerabilibus vndequaque fulget, & trepidationis motum exercet, qui eandem internam trepidationem (prout illius naturæ conuenit) manifestè refert. Hæc verò non est vndequaque lucida, sed obscuriora etiam continet: nam neque diuina lux eo pacto ab his spiritibus attingitur vt ipsi diuino Enti est conspicua.

Id tamen ex eo etiam euenire credendum est, quoniam si lux per totum hoc corpus æquabiliter diffunderetur, cæterorum omnium luminum atque etiam motuum sensum auferret. Inter septem Planetarum sphæras, quæ ab octaua certo ordine continentur, ac septem inferiores intellectuum abstractorum ordines, si singulæ singulis comparentur, eandem proportionem contemplabimur.

Saturnus enim diuinorum fulcimentorum intellectibus respondere videtur, Iupiter his qui bonorum diuinorum clargitiones speculantur, Mars iis qui diuinas illuminationes, Sol iis qui diuinas consummationes præ se ferunt, at Venus diuinorum bonorum oblationibus respondebit, ex quibus diuinus præcipuè prouocatur amor: Mercurius diuinis excitationibus: postremò Luna, quæ ad generationem maximè confert, diuinarum creationum mentes incitabit. Sicut autem variæ abstractorum contractiones illorum numerum quàm maximè adaugent, ita etiam Cœlorum vires ex multiplicibus singulorum constitutionibus, astrorúmque distantiis ac relationibus, immutari atque adaugeri compertum est.

Planetarum verò sphæris omnibus conuenit Astris insigniri, ita tamen vt vnicuique vnicum astrum insit.

Illis etiam commune est, in propriis circumuolutionibus perficiendis, octauæ & nonæ sphæræ velocitatem longè excellere, idque eò magis quò magis ab his sphęris recedunt. Quare ipsius Lunæ circumuolutio velocissimè completur.

Ex his autem fortasse eadem proportio demonstratur ad ordines intellectuum abstractorum. Ex eo enim quòd stellas habent, illis intelligentiis proportione respondent, quæ respectu amoris à præstātioribus deficiūt.

Ex eo quod ſingulæ ſingulam ſtellam habent, illos intellectus referre videntur qui à reuelationum intellectibus longè recedũt. Ex eo quòd velocius proprias circumuolutiones complent, atque eiſdem (prout illarum patiuntur vires) fortius incumbunt, videntur reſpondere illis ordinibus abſtractorum, quæ cùm longius à Deo diſtent, proprios conatus pro diſtantiarum ratione magis intendunt.

At hæc, vti Deo Opt. placet, ita & dicantur & ſint.

CAPVT III.

De primi Cœli cœlorũmque inferiorum veritate ac bonitate.

RATIO qua tam primo quàm inferioribus corporibus cœleſtibus communiſſimæ Entium omnium proprietates aptandæ ſunt, ex his quæ hactenus ſpeculari ſumus facilè concipi poteſt. Quod enim ad illorum veritatem attinet, manifeſtum eſt neque primi Cœli, neque cœlorum inferiorum obiectiuam veritatem eſſentialiter intelligibilem eſſe, ſed ſenſibilem tantum. Et primùm quidem Cœlum, atque Cœlum illi proximum, ſenſibilia ſunt non primò, ſed accedentibus luminibus inferiorum Cœlorum: cætera verò omnia ex proprio aſtro ſenſum attingunt.

Sicuti igitur primi ac ſecundi cœli ſenſibilis veritas, ſentientium plurimos ſubterfugere ſolet, ita inferiorum cœlorum obiectiua veritas ex propria vi ſeoſum videndi attinget, neque viſum diligentius exercentes latere poteſt. Comprehenſiua verò eorundem veritas nulla omnino erit: intelligendi ſiquidem & ſentiendi virtute carent. Intelligendi, quoniam illorum vnumquodque ex plurium virtutum copulatione conſtituitur. Sentiendi, quoniam ſimplicia ſunt.

Sentiendi autem virtus (vt ſuo loco demonſtrabitur) requirit mixtionem, mixtorum compoſitionem, certáque præterea organa.

Quod autem ad eorundem bonitatem pertinet, aſſerendum erit ea nullius boni ſeu intelligibilis ſeu ſenſibilis fruitionem expetere vel adipiſci. Sed neque oppoſita mala aut incommoda admittere poſſunt. Nam corpori ſimpliciſſimo, quod omni cognoſcendi virtute careat, horum vnumquodque repugnat. Euenit ob id vt horum corporum vis neque proprij boni conſummationem, neque proprij mali declinationem proſequatur, ſed dirigatur ad aliorum bonum, præſtantiori quadam virtute moderante, Deo ſcilicet Opt. Max. rectéque inſtrumenti bonitatem complectetur, non quidem interni atque Deo vtenti eſſentialiter coniuncti, (horum enim vnumquodque his aduerſatur, quæ circa præſtantiſſimum Dei Eſſe demonſtrata ſunt) ſed externi atque eſſentialiter diſiuncti. Neque tamen ob id aſſerendum erit corpora cœleſtia à Deo & ab abſtractis intellectibus ea ratione moueri, vt ipſa mobilis tantummodo partes retineant: huic enim ea aduerſantur, quibus comprobatum eſt corpus vnumquodque ex propriæ ſubſtantiæ virtute motum parere poſſe, & ex propria extenſione eundem recipere ac ſuſtinere.

Præterea, ſi corpora cœleſtia quæ perfectiſſima ſunt, & à quibus cætera pendent, mouendi virtute deſtituuntur, nullum dabitur corpus quod mouere poſſit. Nam effectus cauſæ perfectionem non excedit, quod non tantùm rationi ſed ſenſui etiam aduerſatur. Ea etiam, quæ circa abſtractorum naturam enarrata ſunt, eandem ſententiam deſtruunt: Nam ſi abſtractis conuenit proprium munus per ſe & in ſe exercere, illis oppoſita operandi ratio aptari non poteſt. Patet autem his motum aptari quæ neque per ſe neque in ſe operantur.

Quamuis autem cœleſtia corpora & propriæ ſubſtantiæ virtute motui inſiſtant, diuini tamen inſtrumẽti munia decentiſſimè ſuſtinent: à Deo namque ita conſtituta ſunt, vt diuinæ voluntati ex interna virtute miniſtrent, ſimúlque diuinam virtutem illis iniectam effundant, id ſiquidem humanis etiam inſtrumentis eueniret, ſi talia ab homine formari poſſent, vt abſque vllo contractu humanam artẽ conciperent ac exercerent. At inſtrumentalis cælorum bonitas eò præſtantior erit, quò ipſa cæleſtia corpora ſunt perfectiora, & quò præſtantiori artifici deſeruiunt.

Diriguntur autem non ad Dei bonum, nam illius bonitas eſt omnino independens, non ad bonum abſtractorum, quæ nullius corporis bono egent, ſed humanarum mentium, quæ corporeis adiumentis indigent, quibúſque corpora omnia (vt ex ſuperioribus patet) miniſtrant. Sicuti autem Deus præſtantiſſima hęc inſtrumenta ſolus ac libere ex diuino conſilio produxit, ita ſolus eorundem vim concipere & ad vſum deducere poteſt. Nemo ergo mirari debet, homines neque ſtellarum multitudinem numerare, neque (cur diuerſæ ac ita diſpoſitæ ſint) rationem afferre poſſe. nam, quæ ex diuina voluntate diuinoque conſilio perficiuntur, ab humana mente abſque reuelatione cognoſci non poſſunt.

CAPVT IIII.

De Cælorum exiſtentia ac duratione.

SICVTI primum cælum cæteris omnibus corporibus præeſt, ita illius quies omnibus quieſcendi rationibus, & illius motus omnibus motibus præerit. Itaque ex illius quiete, quæ verè abſoluta eſt, omnis corporum commenſuratio & loci ratio omnis deducenda erit, & ex illius motu, qui omnino eſt liber, velociſſimus, ac omnino vniformis, omnium motuum commenſuratio & omnis temporis ratio effluet: rectéque ob id ſanciendum eſt, hoc primum corpus quod verè ſibi innititur, ea ratione exiſtere vt ex propria extenſione ſibi ſit locus, & cæteris omnibus extenſionibus exiſtendi & loci rationem impartiatur.

Et hæc quidem ex Geographorum peritia ac diligentia facile confirmari poſſunt. hi enim dum locorum differentias docere intendunt, nihil aliud definiunt quàm gradus quoſdam, tanquam immobiles conceptos, longitudinis ac latitudinis, ex primo corpore primáque extenſione deductos. & rectè admodum: nam ſi Locus nihil aliud eſt quàm corporum extenſio, quatenus ex relatione ad aliquod immobile menſurari poteſt: certus locus nihil aliud erit quã certa ac immutabilis commenſurabilitas reſpectu primi exiſtentis, prout immutabilis eſt, ſeu vt talis concipitur.

Quamuis autem Cælorum inferiorum vnuſquiſque primi cæli exiſtentiam imitetur, ex eo tamen ab illo deficiunt, quoniam illorum exiſtentia terminatur à primo cælo, ſeu immediate ſeu mediate.

Quæ circa eiuſdem primi corporis ac cæterorum Cælorum durationem exquirenda eſſent, rectè demonſtrari poſſunt ex his quæ ſuperius conſtituta ſunt. quod enim ad illorum exordium ſpectat, nouimus nullum Ens præter primum initio carere. Patet etiam cæleſtia corpora incepiſſe non per motum qui ab illis oritur, ſed per creationem. nam, quæ complectuntur vnicum gradum ſubſtantiæ, ex ſola creatione oriri poſſunt. Quod longe euidentius eſt in his à quibus primus motus oritur.

Quamuis autem cæleſtia corpora neque internæ neq; externæ oppoſitioni ſubiiciantur, veréque incorruptibilia ſint, illorum tamen perſeuerantia in fluxu conſiſtit, & menſuratur tempore.

Itaque aſſerendum videtur illorum vſum terminum aliquem recepturum: illorum ſiquidem quæ per motum operantur ac tempore menſurantur, fructus ex ſucceſſione perficitur: neque vlla illius pars, diſiunctim accepta, perfecta cenſeri poteſt. ea enim quæ perfecta ſunt, verè conſummata ſunt, neque ex noua acceſſione ad conſummationem tendunt.

Quapropter, ficuti hæc finis munia fuſtinent, ita ea quæ fucceſsiua ſunt, quibúſq; acceſſus & receſſus eſſentialiter copulantur, non vltimi finis, ſed medij, vltimo fini deſeruientis, partes aſſumunt. Cùm igitur mediorũ, fini deſeruientium, bonitas ex finis bonitate ſit conſummanda, manifeſtum eſt, cæleſtium corporum fructum ex cæleſtium agitationum fine conſummandum eſſe: hac enim non admiſſa, vnoè omnino id exquireretur quod nunquam acquiritur.

Neque verò ad id declinare licet, vt dicatur bonitatem, quam cælorum effundit virtus, in vnoquoque tempore ea ratione perfectam eſſe qua totius perfecti perfectæ partes perfectionis vocem ac vim admittunt. nam quæ ita perfecta ſunt non recedunt, ſed permanent.

Præterea, ſi totius ſucceſsionis conſummatio nõ datur, ſed corporum cæleſtium motus in infinitum extenditur, neque totius, (quod numquam erit) neque partium, quæ ex ſuo toto perfectionem adipiſcuntur, bonitas admitti poterit, idque eò minus quoniam infiniti partes non dantur: dato enim infinitum partes habere, illud ſimul & finitũ & infinitũ appellari poterit. Nouimus etiam corpora cæleſtia continere bonitatem, quæ aptari poteſt inſtrumento non intrinſeco, ſed omnino extrinſeco. Aſſerens igitur horum inſtrumẽtorum vſum nonquam defuturum, ſimul & inſtrumenti naturam deſtruet & defectum aliquem in artifice fatebitur, quaſi opus ſuum perficere vel non poſsit, vel nolit, vel neſciat. Ea etiam corruent quæ ſuperius circa tempus conſtituta ſunt: daretur enim tempus quod ſimul & futurum eſſet & non futurum, quod haud ſecus repugnat quàm tempus præteritum & infinitum eſſe & reipſa præteritum. Quanuis autem, dum corpora cæleſtia mouentur, ſimul etiam quieſcant, & primi cæli motus ſit omnino ſimplex & vniformis, non tamen inferre licet cælorum fructum ſemper eundem eſſe. nam cæleſtiũ luminum, ex quibus vniuerſi moderatio oritur, nulla eſt quies. Eadem etiam ob indeſinentes cæleſtium motuum agitationes nouos ſemper intuitus exercent, neque (ſi Aſtrologorum rationibus acquieſcendũ eſt) eoſdem vnquam repetere poſſunt.

Hoc verò videtur longè firmiora reddere ea quæ de inſtrumentali cælorum bonitate iam dicta ſunt. decebat ſiquidem huius inſtrumẽti perfectionem talem eſſe, vt liberum omnino ſui ipſius vſum ſummo artifici exhiberet, ficuti eiuſdem artificis ſumma perfectio eadem numero ſæpius repeti non permittit.

Quapropter licet omnia producta & omnia producenda neceſſariò ſint vnum ſpecie, idem tamen numero eadémque ratione repeti impoſsibile eſt: vt nonnulli Antiquiores aſſeruere, conſtituentes magnum Annum triginta ſex millia annorum complectẽtem. Quam ſententiam abſque ſumma Creatoris iniuria nemo ſuſtinere poteſt. nam tam eadem ſæpius repetere, quam opus proprium nunquam conſummare, agentis imperfectionem conuincunt.

Rationes verò his oppoſitæ, acceptæ à temporis natura cui terminus omnis repugnat, & à ſphærica cælorũ figura quæ principio ac fine carere videtur, non tantùm infirmæ ſunt, ſed etiam omnino nullæ. nam ſuperius viſum eſt tempori quidem, vt eſt tempus, terminum non aptari, quoniam ſumitur à motu, quatenus perſeuerat, ſed idem tempus, vt reipſa à motu non differt atque motui innititur, verè deſtrui poſſe. Neque huic veritati obſiſtit humanæ conceptionis infirmitas, quæ non facilè attingit illud ante quod tempus omne præcedit, ſeu illud poſt quod temporis conſummationem refert. nam idem experimur in conceptu illius ſupra quod cælos omnes tranſcendit: & in conceptu æternitatis cui omnia nobis præterita ac futura præſentia ſunt ac indiuiſibiliter collecta, nec non multa alia quorum vnumquodque firmiſsima ratione conuincitur.

Quod verò attinet ad ſphæricam figuram, manifeſtũ eſt in ea vbique initium ac finem ſignari poſſe. Itaque certo quidem principio ac fine caret, ſed abſolutè, neque principio neque fine caret. Et hoc quidem ſatis euidens eſt ex circumuolutionum repetitionibus, quæ nullo modo admitti poſſent, ſi ſphæræ abſolutè principium ac finem refugeret.

Difficultas igitur verè circa numerum verſatur: quæritur enim an dari poſsint infinitæ circumuolutiones, ſeu reſpectu præteriti, ſeu reſpectu futuri, ſeu reſpectu vtriuſque: quorum vnumquodque ex propriis definitum eſt.

Capvt V.

De reliquis communioribus proprietatibus cælorum.

His circa cælorum exiſtẽtiam ac durationem ſic conſtitutis, ni fallimur, quamutiſsimè deducentur ea quæ de illorũ vnitate, perfectione, pulchritudine, interno ordine, ac relationibus tum internis tum externis, exquirenda eſſent. poſito enim, hæc corpora cognitione carere, primi præcipuique inſtrumenti bonitate prædita eſſe, eadem reſpectu totius eſſe immobilia, reſpectu partium indeſinenter moueri, omni interna externáque contrarietate carere: facilè colligere licet, cælos ipſos ex propriæ vnitatis vi omnia quæ ad inſtrumenti perfectiſsimi naturam pertinent, non quidẽ indiuiſibiliter, ſed indiſſolubiliter continere: ex perfectione ad proprium munus exercendum, Deique virtutem tum recipiendam, tum effundendam, quamoptimè diſpoſitos eſſe: ex pulchritudine ſummam ad eadem exercenda propenſionem atque ad proprium actum proportionem externè etiam obiicere poſſe: ex interno ordine ſibi vndequaque conſonos eſſe: ideóque prout non cognoſcentibus conuenire poteſt, imaginem quandam referre eorum quæ cognoſcunt, ac in proprio Eſſe, excitatione, perfectione, bono, boníque fruitione conquieſcunt. Ex his verò ſequitur, eadem cęleſtia corpora aptiſsima eſſe ad cæterorum corporũ, prout vniuſcuiúſque naturę conuenit, conſtitutionem, directionem ac diſpoſitionem conſummandam.

Capvt VI.

De corporeis naturis, quæ neq; à ſe, neque per ſe, ſed in ſe mouentur, ſeu de Generabilibus ac Corruptibilibus in communi.

Post ſpeculationem primi Mobilis, quod operatur à ſe, per ſe & in ſe, necnon cælorum inferiorum qui per ſe & in ſe mouentur: ad illa deueniendum eſt, quæ in ſe tantùm operantur, non autem à ſe nec per ſe. Horum vnumquodque, quatenus in ſe operatur, prout proprio ordini conuenit, perfectum erit, motum aliquem pariet, ac ſenſum aliqua ratione excitare poterit. Quatenus autem non operatur per ſe, dum mouetur, per aliud corpus tranſibit. Huius igitur ordinis plura corpora admittenda ſunt. nam, ſi vnicum eſſet, neceſſariò moueretur vel per cæleſtia corpora, vel per vacuam extenſionem, vel per ſe, non quidem vt corpora cæleſtia, quorum vnaquæque pars mouetur, ſed quoniam pars quieſcens parti motæ aditum præbeat. Horum autem nullum admittendum eſt: nouimus enim cælorum figuram diſrumpi non poſſe, & vacuam extenſionem ex communi rerum diſpoſitione non dari. Patet etiam, admiſſo, hoc corpus vnicum eſſe, neceſſariò illud eſſe ſimplex ac omnino vniforme. Nulla igitur ratio adduci poterit, cur partium aliqua diuerſimode vel ab aliis partibus, vel ab ipſo toto motum exerceat.

At ſi plura ſint huius ordinis corpora, cùm illorum vnicuique ſit propriũ ſe per aliud corpus mouere, eiſdẽ proprium erit corpori alteri ſe mouẽti aditum præbere poſſe. Eorum etiam aliqua ex neceſsitate erunt ſimplicia quæ plura erũt: quemadmodum enim nullo exiſtente ſimplici nulla ſunt compoſita, cùm compoſita ex ſimplicibus conſtituantur, ita dato, corpus ſimplex vnicum eſſe, cogimur reiectam amplexari ſententiam, vnicum

ſcilicet eſſe huius ordinis corpus: nam ex vnico ſimplici compoſita oriri impoſsibile eſt. His autem ſic conſtitutis ſequitur, horum corporum vnumquodque non tantum pronum eſſe ad mouendũ ſe, ſed etiam ad quieſcendum poſt proprij motus conſummationem: ſimplicium ſiquidem motus neceſſario ſimplex erit & rectus. nam cùm præter circularem & rectam lineam ſimplex linea non detur, præter circularem ac rectum ſimplex motus dari non poteſt. quoniã motus circularis cæleſtibus corporibus conuenit.

Hæc igitur quatenus ſunt ſimplicia mouentur motu recto. conſtat autem lineam rectam & motum rectum, in his præſertim quæ à cælorum ſphæris comprehendũtur, in infinitum extendi non poſſe, ſed neceſſariò terminari ex vna parte à cælorum circumferentia, ex altera verò à cælorum centro. Itaque, ſiue à centro ad circumferentiam tẽdant, ſiue econtra à circumferentia ad centrum, licet tota hæc linea illis percurrenda eſſet, poſt motus conſummationem ex neceſsitate conquieſcent. neque enim dicendum eſt motus hos indeficienter tenpeti. nam tales motus cùm ab oppoſito ad oppoſitũ tendant, verè oppoſiti ſunt, neque eidem mouenti ſimplici conuenire poſſunt.

Hinc colligitur, horum corporum vnumquodque verè paſsibile, atque etiam corruptibile ac generabile eſſe. ſicuti enim ea quæ in motu proprio bono fruuntur, ſemper mouentur, ita ea quæ non ſemper mouentur, in motu proprio bono non fruuntur, ſed ab illo diſtant: ideóque per motum ad illud tẽdunt, vt eodem poſt motum & in quiete fruantur. At hoc nihil aliud eſt quàm paſsibile eſſe ſimúlque corruptibile, nam paſsibilia omnia corruptibilia ſunt: talis ſiquidem paſsio oritur à contrario poſitiuo. contraria verò poſitiua ſe inuicem expellunt ac corrumpunt.

Idem demonſtrari poteſt ex motuum oppoſitione, nec non ex his quæ circa cæleſtia corpora dicta fuere. ea enim quæ ad oppoſitos motus eſſentialiter prona ſunt, ſibi inuicem eſſentialiter aduerſantur, & cæleſtium corporum inſtrumentalis vis dum circa inferiora verſatur, illa intuetur tanquam materiam. Materiæ verò conuenit, mutationi, deſtructioni, ac nouæ conſtructioni ſubiici. Ex his deducitur, talia corpora ita ſimplicia eſſe vt ex vnico gradu ſubſtantiali non conſiſtant: ea enim quæ ad inuicem opponuntur neceſſariò conueniunt in genere.

Itaque illorum vnumquodque ex generico & ex ſpecifico gradu conſtituetur. Et hi quidem gradus plures erunt ſeu pauciores, prout hæc corpora erunt ſeu ſimplicia, ſeu pluribus paucioribúſque rationibus compoſita. Sicuti autem cæleſtia corpora, quæ in ſe quidem exercẽtur, ſed non ad propriã felicitatẽ, vt abſtracta intelligibilia, ab abſtractorum intelligibilium perfectione deficiunt: ita hæc corruptibilia à cælorum dignitate recedunt. Cæli enim cùm ſint immunes ab omni labe corruptionis, ad aliorum diriguntur bonum. corruptibilia verò ob propriam conſeruationem videntur moueri. Naturæ ſiquidem ordo expoſcit, vt ea quæ interne imperfecta ſunt propriæ imperfectioni vtcumque mederi conentur.

Quotnam autem ſint horum corporum ſpecies, quidue illarum vnicuique conueniat, nobis in præſentia ſpeculari non licet: in logicis enim ſancitum eſt, ea quæ in reali gradu communiori conueniunt, vniuoca eſſe, propriámque diuidendi rationem exquirere, ex qua ſcientiæ diſtinctio oritur. Hæc igitur alteri ſcientiæ demandanda ſunt, naturali ſcilicet philoſophiæ, cuius etiam partes erunt, communiorum proprietatum, vt ſingulis aptantur, doctrinam afferre.

Capvt VII.

De præcipuo influxuum ordine, qui corpora attingit, ſimúlque de Natura commun. & de illius inſufficientia reſpectu eorum quæ ſemper generantur ex propagatione.

EA verò proſequentes, quæ noſtræ huic contẽplationi ſunt propria, ad ea corporea deducemur quæ per ſe & non in ſe operãtur. Hæc, vt cõiectare licet ex his quæ circa ſimplices virtutes ſimili differentia conſtituras enarrauimus, nihil aliud ſunt quàm iniectiones, ſeu impreſsiones, ſeu influxus virtutum tam ſimplicium ac intelligibilium, quàm non ſimplicium, ac corporalium corporeas naturas attingentes.

Ideo autem ſimplicium etiam ac intelligibilium abſtractorum iniectiones, ſeu impreſsiones, ſeu influxus, quatenus corporibus ſeu corporeis infiguntur, corpoream naturam aliqua ratione recipiunt, quoniam receptum omne ſecundum recipientis naturã ex neceſsitate recipitur. Ideóque, ſicuti id quod in ſe eſt indiuiſibile indiuiſibiliter recipit, licet diuiſibile aliquod recipiat, ita illa quæ in ſe diuiſibilia & extenſa ſunt, diuiſibiliter & extenſè ſemper recipiunt, licet indiuiſibile aliquod recipiant. Hęc tamẽ ea ratione admittenda ſunt, vt nos non lateat nõ rerum eſſe, ſed eſſendi modos tantũmodo immutari neque enim indiuiſibile, dum à diuiſibili recipitur, indiuiſibilem naturam reiicit, ſed manens indiuiſibile modum diuiſibilis exercet: ſimúlque ratione diuiſibile ab indiuiſibili receptum, manens diuiſibile, ad indiuiſibilis modum deducitur.

Siquis autẽ his aſſentiri detrectet, hic fateri cogetur vel nullam intelligibilium ad corporea, ac corporeorũ ad intelligibilia relationem actu exerceri poſſe, vel illorum vnũquodque ſimul & diuiſibile & indiuiſibile eſſe: quorum primum rerum ordinem diſrumpit, ſecundum contradictoria ſimul affirmat.

Sciendum tamen eſt, quammaximè inter ſe diſtare, ab alio recipi & alicui pręſentem eſſe. receptio enim ad virtutum copulationem atque aſſociationem vtcumque perducit, ideóq; recepti modũ immutat: Pręſentia verò, ſi ſola ſit, nullam aſſociationem vi rturúmue copulationẽ parit, ideóque neque rem neque eſſendi modum immutat.

Sed aggrediamur iam contemplationem harum iniectionum, ſeu influxuum, ſeu impreſsionum, prout exercẽtur circa corpora atque ex receptione pendẽt. Primò verò ſtatuendum eſt illas eſſe præſtãtiſsimas, quibus Deus Opt. Max. atque abſtracta intelligibilia Deo adhęrentia attingunt exercẽntque corpora cæleſtia, pręcipuè verò primum cælum. Hę quatenus ſic receptę, vt noſtra eſt ſententia, Communis Naturę vim cõſtituunt: ſimplicem enim cęleſtium corporum virtutem ea ratione illuſtrant, roborant, atque adaugent, vt non tantùm inferiora ſimpliciter mouere, & ad inferiora propria lumina diffundere poſsint, verumetiam his commotionibus ac irradiationibus pariant omnium generabilium conſummationem ac conſeruationem, prout vniuſcuiuſque naturę conuenit, idque ratione ab illa non diſsimili, qua inſtrumẽta (quorum fortaſſe vis ſolam inciſionem intuetur) dum ex artificis virtute exercentur non tantùm incidunt, ſed pulcherrimas etiam imagines formant Hęc tamen cæleſtium corporum vis ſufficere non poteſt ad generationem ſeu humani corporis, ſeu aliorum animalium, quæ ex ſola propagatione non generantur. ſi enim ſufficerent, earundem ſpecierum indiuidua iam genita talem generationem non præcederent, ſeu certè non neceſſariò, ſed ſola cęlorũ virtute, vbſque vllo eorundem concurſu, hæ ſpecies oriri poſſent, haud ſecus quàm ſpecies imperfectiorum non viuentium, viuentium, & non ſentientium, viuentium, ac ſentientiũ.

At cùm non oriantur, colligendum eſt conſtitutionem harum perfectiorum ſpecierum, humanæque præſertim, aſcribendam eſſe cauſę ordinis pręſtãtioris, Deo ſcilicet Opt. Max. neque enim alia ratione ſufficiens illarum cauſa afferri poteſt. nam, ſi aſſeratur cęleſtia corpora aliquando aliqua facere potuiſſe quę nunc nõ poſſunt, quærendum erit quiſnam hanc virtutem adeo pręſtantem illis ademerit. Id certe Deo aſcribendum non eſt. nam Deũ ſuorũ operum nõ pęnitet. Non abſtractis intelligibilibus, quę omni inuidia carẽt, neque Dei opera immutare poſſunt. Non eiſdem corporibus cęleſtibus

ſtibus,quæ proprium malum non intendunt, neque diuina dona abnuunt,ſeu repellunt,quęque omni eligendi virtute deſtituũtur. Non inferioribus corporibus, ob eaſdem cauſas,atque etiam quoniam illorum vis ad corpora cæleſtia non extenditur. Neque etiam ad id deueniendum eſt, vt dicatur harum ſpecierum præſtantiorũ prima exordia conſtitiſſe ex aliquo ſtellarum aſpectu præterito:nam nullius conſtellationis vis ea efficere poteſt,quæ pertinent ad vniuerſi perfectionem: ſed ſicuti partialis eſt,ita etiam partialiter immutare ſolet. Conſtat autem harum ſpecierum Eſſe pertinere ad bonum vniuerſi: hominémque præcipuè, qui cæterorum omnium cenſetur finis.

Capvt VIII.

De influxibus qui à corporeis ad corporea fiunt, ſimúlque de impulſu locali, de alteratione, de generatione, de corruptione, & de augmentatione.

Inferiora non tantùm experiuntur efficientem corporum cæleſtium virtutem, quæ diuinam effundit vim, ſed ipſa etiam proprias vires exercere atque ita extendere ſolent, vt communi Naturæ vi accedente ad inuicem agant & patiantur, ac multa alia præſtare poſſint, quorum explicatio ab ipſo naturali philoſopho petenda eſt. In præſentia tamen ſilentio demandandum non eſt, inter has externas corporum impreſſiones motum in loco primo exerceri,huncque vt ad aliud extenditur corpus, per cõtactum fieri.impoſſibile quippe eſt, corpus corpus mouere, niſi ipſum attingat, vel certe aliud corpus quod ipſum tangit.Illa vero ſeipſa tangere dicimus, quorum extrema ſunt ſimul.

Poſt localem motum ſequitur motus in paſsibili qualitate, cui conuenit Alterationis nomen.Hæc,quatenus pendet ab alterante,Actio dicenda eſt, quatenus ab alterato recipitur,Paſſio, Actionis tamen ac paſſionis nomina aliis etiam productionibus ac receptionibus aptari ſolent.

Poſt alterationem ſequuntur corruptio & Generatio. Harum vnaquæque verſatur circa formas ſubſtantiales,ſeu proprias ſeu communes, quatenus repelli ſeu infigi poſſunt. Itaque cæleſtium corporũ virtuti diuiniori præcipuè aſcribendæ ſuor,& in inſtanti fiunt. Ipſa igitur generatio verè nihil aliud eſt quàm tranſmutatio de non Eſſe ad Eſſe,nullo ſenſibili remanente, vt ſubiecto: illi ſiquidem tantummodo ſubiicitur virtus ſubſtãtialis cõmunior,quæ in ſeipſa inſenſibilis eſt,atq; ad rei genitæ ſubſtãtiale Eſſe,tanquã inconſummatũad cõſummatum deducenda eſt.Patet autem nullam generationẽ abſque aliqua corruptione exerceri. nam corpus abſque proprio gradu ſubſtantiali non datur, ideoque inducto nouo ſubſtantiali gradu tanquam conſtituente, priorẽ conſtitutionem amoueri neceſſe eſt. nam duo gradus ſubſtantiales eidem, tanquam illi proprij, conuenire non poſſunt.

Præter dictas mutationes, datur etiam motus in quãtitate,Hic generationem præcedit & ſequitur. Prior tamen imperfectus admodum eſt: oriri enim ſolet ſeu ex ſola fermentatione, ſeu ex plurium collectione. Poſterior verò eſt longè perfectior: nam rem eandem ſecundum omnem dimenſionem adauget. Quapropter his tantummodo conuenit quæ ex interna virtute ſeipſa ad perfectiorem ſtatum perducere poſſunt: externa ſiquidem attrahunt, eáque non tantùm ad ſuimet conſeruationem immutant,ſed ſimul ex eorundem acceſſu ſeipſa ad decentiorem magnitudinem dirigunt. Horum entium proprietates communiſſimæ ex naturali ſcientia deducendæ erunt.nam pro agentium ac recipientium diuerſitate diuerſæ ſunt.

Capvt IX.

De corporali natura, quæ neque per ſe neque in ſe operatur: ſeu de prima & omnium communiſſima Materia.

Vltima diuiſionis noſtræ differentia proponit illud corporeum,quod neque per ſe neque in ſe proprium exercet munus. Hoc recipiendi vi præditum tantùm eſſe, ipſúmque recipiendi actum illi tanquam proprium munus conuenire manifeſtum eſt: corpora quippe omnia, quibus agendi aptatur vis,licet moueant tantummodo,propriam agẽdi vim ad aliena non extendunt, niſi prius eandem in ſe recipiant atque in ſe agant. Simul igitur prædita ſunt ſubſtantiali virtute qua in ſe agere poſſint, & paſſibili qualitate qua agant in externa.

Corporeum verò, de quo nunc eſt ſermo, ſicut in ſe non agit, ita neque in alia agere poteſt, ſed recipiendi virtute tantummodo præditum eſt. Itaque inter cætera corporea imperfectiſſimum obtinebit locum: omni ſiquidem perfectione deſtitutum erit: nam ea quæ adſunt non recipiuntur, & recipiens à recepti virtute neceſſariò eſt denudatum.

Conſtituetur igitur ex vnico gradu ſubſtantiali, ex ipſa ſcilicet recipiendi virtute quæ vnico ſubſtantiali, gradui aptatur. Itaque,ſi præter hunc alius gradus ſubſtantialis illi addatur, quærendum erit an virtus, quæ poſteriorem gradum conſtituit, actionem vel paſſionẽ reſpiciat. ſi dicatur eam eſſe virtutem agendi, hoc imperfectiſſimum corporeum proprios limites egredietur, atque ad ſuperiores ordines deducendum erit.

Si verò eſt virtus recipiendi, cùm idem à priori virtute præſtetur, virtus ſuperaddita inutilis omnino erit, quod Natura non patitur. Præterea impoſſibile eſt, horum graduum copulationem pendere ex eorundem graduum virtute.hoc enim admiſſo, fatendum eſſet hos gradus agendi virtute præditos eſſe, ſeu virtute aliena ac externa.quod deiecimus: ſequeretur enim eos ab inuicem disiungi poſſe, nam, quæ copulantur virtute alterius ex ſui natura diſſolubilia ſunt.

Aſſentiri etiam cogimur, quatenus hi gradus eſſentialiter copulantur,illorũ alterum eſſe perfectibilẽ,alterũ verò perficientem. ea nempe quæ aliter aſſociantur, ad rei conſtitutionem verè non pertinent. at ſi vnus alterum perficit,patet vtrumque eiuſdem ordinis non eſſe,ſed alterum recipiendi virtutem continere. Hic igitur tantummodo huic imperfecto corporeo verè aptabitur.Hæc autem ſubſtantialiter recipiendi virtus neceſſariò etiam extenſa, ſeu quanta erit,ita tamen vt ſit omnino indeterminata,tum ratione figuræ, tum ratione denſi ac rari:ſi enim certa figura vel certa,ſeu raritas,ſeu denſitas hanc eſſentialiter conſequeretur, fatendum eſſet eam ſibi ipſi eſſentialiter impedimenta afferre,ac ſeipſam eſſentialiter deſtruere:patet ſiquidem,ea quæ certa aliqua vel figura, vel raritate, dẽſitateve eſſentialiter ſunt prædita, aliam vel figuram vel raritatem densitatémve abſque totius corruptione admittere non poſſe.

Præterea agendi virtutem complecteretur. nam quæ certam figuram, vel certam denſitudinem raritatémve cõtinent,grauia vel leuia ſunt ac agendi virtutem exercent. Et hæc quidem eandem vim habent reſpectu cæterarum qualitatum. quemadmodum enim aſſentiendũ eſt hanc imperfectiſſimam corporeitatem aliqua vi præditam eſſe,qua qualitates omnes recipere poſſit: ita admittendum non eſt illam certa aliqua qualitate eſſentialiter affici. hac enim ei adiuncta, & agendi daretur virtus & cæterarum qualitatum receptio deſtrueretur, quorum vtrumque huius corporeitatis naturam immutat ac deſtruit. Horum autem omnium concurſus,ſubſtantialis videlicet gradus,imperfectiſſimi receptionem tantummodo exercentis,quantitatis ac qualitatis,cuiuſcumq; ordinis indeterminatæ, imperfectiſsimam quandam naturam conſtituet, cui primæ ac communiſsimæ Materiæ nomen ac munus aptatur. Hæc ſimpliciter ac per ſe conſiſtere non poteſt: communiora enim ac omnino indeterminata, quæ ex certo reali gradu conſtituuntur ac vniuocam conceptionem admittere ſolent, abſque ſpecierum ſubſiſtentia reipſa non reperiuntur, licet ſeiunctim concipi poſsint,impoſsibile ſiquidem eſt

corpus aliquod actu repetiri, quod ad certam aliquam determinatámque ſpeciem non contrahatur, ſicuti etiã neque vlla extenſio datur, quæ ſeu propria ſeu aliena figura nõ terminetur, atque etiam ad certam aliquam vel denſitatem vel raritatem non deducatur.

Idem qualitati ac cæteris omnibus conuenit: dato enim horum aliquod ex ſolo communiori gradu per ſe exiſtere, illud ſimul & determinatum & indeterminatũ eſſe admittendum erit. Et hæc quidem his conſona ſunt, quæ circa corpora generabilia ac corruptibilia ſuperius innotuere. Itaque & illa ex his & hæc ex illis demonſtrari poſſunt: ſicut enim materiam primam reſpicientes facilè intuemur ea, quæ ex illius potentia educuntur, nihil aliud eſſe quàm corporum generabiliũ ac corruptibilium formas, proprietates, & accidentia: ſic ipſas corruptibilium formas attendentes materiæ neceſsitatem conuincimus. Ea verò memoria repetentes quæ de cæleſtium corporũ natura enarrata ſunt, aſſentiri cogimur primam materiã, quam etiam generabiliũ ac corruptibilium formarum receſſum nominare licet, neque corporibus cæleſtibus ſubeſſe, neque illorum formas vlla ratione recipere poſſe. his enim admiſsis ſequeretur cæleſtia corpora conſtare non ex vnico ſubſtantiali gradu eſſentialiter perfecto, vt ſuperius dictum eſt, ſed ſaltem ex duobus, ex eo videlicet qui cęteris corporibus omnibus communis eſt: & ex altero quo proprium vniuſcuiuſque cæli conſtituitur Eſſe. Hoc autem poſito, fatendum eſſet corporeum de ipſis non analogicè, vt iam cõſtitutum eſt, ſed vniuocè prædicari, ſimúlque ipſa cæleſtia corpora generabilia ac corruptibilia eſſe, quod manifeſtam falſitatem continet, cùm præſertim inueniri non poſsit ſeu in quod, ſeu à quo corrumpantur.

Generabilium verò ac corruptibiliũ formæ ac qualitates, dum primæ materiæ aſſociantur, ea ratione aſſociantur vt ſubſtantialis materiæ gradus, ac reliqua quæ ipſum eſſentialiter concomitantur, potentiæ ac perfectibilis partes ſuſtineant: forma verò ac qualitates ſpecificæ, actus ac perficientis munia exerceant. Quapropter id quod ex horum copulatione oritur, eſt verè ac eſſentialiter vnum, ea tamen ratione vt materia, dum certam aliquam formam recipit, non amittat propriam aptitudinem ac propenſionem ad alias omnes formas corruptibilium: hæc enim eſſentialiter illi aptatur, eidémq; nouarum formarum indelebilem appetitum imprimunt. Et hæc quidem in cauſa ſunt, cęleſtium pręſertim corporum virtutibus ad idem impellẽtibus, vt nulla corruptibilis forma ex communi Naturæ diſpoſitione materiæ indiſſolubiliter ineſſe poſsit.

Aſſerendum tamen exiſtimamus hunc materiæ primæ appetitum aliquando ad ſaturitatem deducendum eſſe, ſimúlque generationum ac corruptionum curſum conſummandum, corporúmque contrarietates ad concordiam reuocandas. cùm enim corporea omnia homini deſeruiant, hominum natura ad proprium bonum deducta, cætera etiam, prout vnicuique conuenit, ad optimum deducenda eſſe credendum eſt. Præterea rationi conſonum non eſt naturalem appetitum ad ſaturitatem non dirigi, ſed in infinitum protendi, & naturalium diſcordiarum vſum termino ſimiliter carere & ad pacem non perduci, præſertim cùm à talibus aſſertionibus nos vehementiſsime reuocent ea quæ de cæleſtium motuum conſummatione nuper ſancita ſunt.

In his verò materiæ ac formarum copulationibus ipſa materia verè efficitur & verè recipit, diuerſis tamen rationibus. nam ſi totum quod recipit referatur ad totum quod recipitur, dicendum eſt materiam effici: id ſiquidem quod imperfectum eſt efficitur perfectum. Quod ſi idem totum perficiendum referatur non ad totum recipiendum, ſed ad ſubſtantialem formam, ſeu ad aliquod accidens, aptius dicetur materiam recipere quàm effici, eadémque (ſimili proportione ſeruata) eueniet in diſſolutionibus. Communiſsimæ primæ materiæ proprietates cælorum proprietates imitari videntur, ita tamen vt ea proportio retineatur quæ ſubiecto conuenit dum comparatur proprio efficienti.

Capvt X.

De præcipuis Eſſendi modis qui Entibus aptari poſſunt, eminenti ſcilicet ideali, virtuali, potentiali, ac formali.

Corporeorvm ſpecies, quæ ex contracto ac repetito primæ diuiſionis vſu colligendæ erant, ita explicatæ ſunt. Duo tamen prætera præſtanda videntur vt noſtra hæc contemplatio rectè cõſummari poſsit: varii nempe eſſendi modi, qui entibus aptari poſſunt, pro viribus explicandi ſunt, & entium iam percurſorum mutuæ relationes mutuique concurſus, prout huic contemplationi conuenit, perquirendi atque enarrandi.

Eſſendi modi duorum ordinum videntur eſſe. Primus conuenit rebus, vt ſunt in ſuis cauſis. Secundus eiſdem aptatur, vt ſunt in ſeipſis. Ad primum igitur ordinem pertinet ille Eſſendi modus, quo Entia omnia repeiuntur in Deo, vt eſt omnium fons. Hic verò haud ſecus inexpreſsibilis eſt quàm Deus ipſe ſit inexpreſsibilis, eminens tamen atque idealis appellari ſolet: eminens, quoniam Entia, quatenus in Deo ſunt, tanquam in cauſa, nihil aliud ſunt quàm eadem diuina eſſentia omnia ſupereminens: idealis, quoniam ſingula entia diuinam naturam, tanquam omnium exemplar, vtcunque referunt. Et hic quidem eſſendi modus Entibus omnibus cõuenit, ſeu incorruptibilia ſeu corruptibilia ſint. Huic adduntur virtualis ac potentialis eſſendi modi. Hi autẽ generabilibus, ac corruptibilibus entibus tantùmodo rectè aptari poſſunt. his enim eſſentialiter conuenit reperiri in materiæ potentia, & in cælorum virtute diuinã vim effundente.

Iidem tamen eſſendi modi ad Entia incorruptibilia atque ad eadem Entia corruptibilia, alia quadem ratione extendi videntur, prout ſcilicet horum entiũ vnumquodque ea ſeu producere ſeu recipere poteſt quæ per ſe operantur, ſed nõ in ſe, influxus videlicet varios Entium tum intellectualium tum ſenſibilium. nam hi etiã, quatenus recipi poſſunt, in potẽtia quodammodo ſunt: &, quatenus ſui mer effuſionem admittunt, virtualiter exiſtunt in his quæ tales effuſiones exercent.

Eſſendi modi ſecundi ordinis, quos aptari diximus rebus vt ſunt in ſe, cõmuni fortaſſe voce reales ſeu formales appellari poterunt. Hi à ſuperioribus diſtinguuntur, quoniam ex his ipſa entia certã ac realem denominationem admittunt, quod ex nullo ſuperiorum euenire manifeſtum eſt. neque enim aqua in propria frigiditate conſtituta calida dicenda eſt, licet caliditatem recipere poſsit. Cælum itidem calidum rectè non appellatur, licet caliditatem inducat eamque virtualiter cõtineat. Si quis enim ex virtuali & potẽtiali eſſendi modis certam denominationẽ colligere velit, is eidem ſubiecto vtrũque oppoſitorum aſcribet. nam potentia, quæ ſumitur à genere, vtrumque oppoſitorum indiſtinctè reſpicit, & cælorum virtus vtrumque inducit.

Reales verò ac formales eſſendi modi, tot ordinum erũt quot ſunt eorũ corruptibiliũ ſpecies ac differẽtię.

Capvt XI.

De formarum materialium, ex quibus oritur formalis eſſendi modus, cauſis, natura ac differentiis, & de ſeminali eſſendi modo.

Qvoniam verò circa virtualem, formalem ac potentialem rerũ generabilium eſſendi modos, plura occurrunt quæ non parũ difficultatis contĩnẽt, vt in his diſcutiẽdis efficiamur paratiores, animaduertendum videtur, ea quæ à Natura & ab arte fiunt, oppoſita quodammodo ratione fieri. nã dum aliquid à Natura fit, actus, vt eſt actus præcipuè efficienti, cælorum videlicet virtuti, aſcribendus eſt, & idem actus, prout certus, ſeu talis actus, materiæ debetur. In his quæ arte fiunt oppoſitum euenit.

nam

nam actus, vt est actus, obtioetur à subiecto: &, vt est talis actus, effluit ab artifice. Vtrumque exemplis clarius apparebit: patet siquidem, dum igois naturaliter calefacit, caliditatem, vt ab igne efficiente emittitur, eandem, ac vt recipitur seu ab aqua, seu à ligno, seu à ferro, ob recipientium diuersitatem, diuersam reddi. Econtra, dum ab artifice aliquid formatur ex ligno, certa forma, prout est certa, artifici debetur: & vt est forma, debetur ligno, artifex siquidem ligni aptitudinem ad plorimas formas suscipiendas ad certam formam contrahit, cùm tamen hæc forma, quæcumque illa sit, ideo actu sit quoniam ipsum lignum actu est. At inquirendæ sunt causæ cur hæc tam in naturalibus quàm in artificialibus ita se habeant. Id rectè fiet, subiectorum & agentium differentiis, prout conuenit, animaduersis.

Patet artificialium subiecta carere omni interna propensione ad id recipiendum ac fouendum quod ab externa virtute inducendum est: Rerum verò materialiũ materiæ inesse summam propositionem ad formam sibi congruam complectendam. Constat etiam in constitutiooibus rerum artificialium agendi vim pendere non ab arte, sed ab artifice: cuius signum est, quoniam artifice io proprio actu non persistente artis opus intermittitur, neque iam inducta virtutem aliquam continent ad cętera consummanda. In naturalibus econtra: ars ipsa, quæ etiam Natura est, artificis munia præstat. Itaque, sicuti opus inchoatum facilè non intermittitur, ita ipsa ars, materiæ subiectæ aliqua ex parte iam infixa, operis consummationi deseruit. ex quo etiam fit vt Naturæ opera, quantò magis ad finem accedunt, tanto velocius ad illum properent. Hinc quãtutissimè colligere licet, ex subiecto ac forma artis aliquod verè & essentialiter vnum oriri non posse. nam neque subiectũ ad formam recipiendam reperitur propensum, neque agens propriam agendi virtutem in subiectum inicit: ex Naturæ verò subiecto & ex forma recepta constitui quoddam verè & essentialiter vnom. nam materia ad formam propeosa illam amplexatur, & forma agentis vim continet: hæc enim vere nihil aliud est, quam communis Naturæ agens vis ad certum aliquod contracta, certæ materiei parti, quæ ad idem essentialiter est prona, internè adhærens. Sicuti igitur facilè assentire licet, artificialium formas in subiectis quodammodo latitare ac ab eisdem educi: ita id respectu rerum naturalium omnino abnuendum est. admissa enim formarum naturalium latitatione, illatum vnitas essentialis amoueretur, fortasse etiam omnis illarum veritas. Idem ex eductione sequeretur: nam eductio absque aliqua latitatione non datur. Neque tamen asserendum est, formam ab agente ea ratione indui, vt præexistat generationi. nã, vt ex dictis patet, id quod præexistit est ipsius Naturæ vis, quæ à materia sic contracta, quatenus perfectè infigitur, efficitur forma: quatenus verò infigitur ex parte, seu primam tantummodo vim inicit, seminum virtus dicenda est. Tunc autem virtualis, potentialis ac formalis essendi modi mira quadam ratione associantur, & pariunt nouum quendam essendi modum, qui seminalis appellari poterit.

At silentio demandandum non est formarum materialium vnãquamque, dum variè ac variis materiei partibus infigitur, indiuidua eiusdem speciei constituere, quæ ex solo numero ac ex certis quibusdam accidentibus ab inuicem distinguntur: ipsas autem formas materiales, si proprium illarum attendatur Esse, ab inuicẽ distingui non numero, sed vt numeri ab inuicem distingui solent. nam, vt in logicis diximus, Vniuocorum differentiæ, ex quarum vnaquaque certæ quædam corruptibilium formæ constituuntur, vel in priorum locum succedunt vel prioribus imperfectioribus superadduntur, haud secus quàm numeris euenit dum vnitas superadditur.

Ipsarum verò formarum gradus in infinitum non extenduntur, sed cousque donec summum sui ordinis perfectionis apicem attingant. Illarum igitur distinctio omnis ex perfectionis ac dignitatis gradibus multiplicibus deducenda erit: quibusdam siquidem conuenit magis infigi communisque Naturæ virtutem obscuris referre. Quædam autem à materiæ nexu sunt liberiores, ac eandem communis Naturæ virtutem & vberius amplexantur, & splendidius continent.

Hinc euenit vt corruptibilium quibusdam corruptio primo aptetur, quibusdam non corruptio, sed dissolutio, quibusdam non dissolutio, sed mors, quibusdam eadem mors non essentialiter, sed consequenter potius, ac quodammodo accidentaliter videatur aptari. Huiusmodi apparent sentiendi virtutes: hæ siquidem ex vegetantis virtutis, cui adhærent, morte extingui solent, non autẽ quatenus sensitiua sunt. Quapropter existimare quis posset, harum aliquas quibus intellectualis virtutis copulatio essentialiter conuenit, ex copulatione illius quæ essentialiter est immortalis ad immortalitatem transferri.

CAPVT XII.

De dignitate formarum materialium, ac de rationibus quibus principii, causæ, ac Naturæ voces aptentur his formis, illarumque materiis, Naturæ communis, ac primæ materiæ.

PERPENDENTES, quæ circa Entium materialium formas ennarrata sunt, assentiri cogimur illarum vim diuinam potius quàm cælestem censendam esse. Natura siquidem communis, ex cuius contractione constituuntur, diuina potius dicenda est quàm cælestis, quamuis assigatur cælestibus corporibus quæ instrumenti exercẽt partes, quæque ex propria propriorum motuum luminúmque virtute ea fortasse præstare possunt, ex quibus oriuntur primæ materiei dispositiones ac præparationes: perspicuũ est enim eadem ratione materialium formas substantiales referri ad materiales dispositiones, qua communis Naturæ diuina virtus refertur ad corpora cælestia. Ideòque asserendum videtur formas ipsas communi Naturę, materię verò dispositiones Cęlorum virtuti ascribendas esse. Ipsæ autem formæ materiales certæ alicui materiei infixæ, necnõ vnaquæque materiei pars certa aliqua forma illustrata, principij, causæ, ac Naturæ voces sustinere vtcunque poterunt. nam quę agendi ac patiendi vim afferunt, non externè sed internè, non accidentaliter sed essentialiter ita principia & causæ sunt, vt simul pertineãt ad naturam illius quod operatur seu patitur. Patet autem tales formas, quatenus certæ adhærent materiei, & tales materias, quatenus certæ formæ subiiciuntur, afferre vim ac aptitudinem actionum ac passionum omnium, quæ rei constitutæ ac ipsi composito essentialiter conuenire possunt, quamuis actus formæ, passiones verò materiæ propriori quadam ratione ascribẽdæ sint, Animaduertendum tamen est, has voces generabilium formis ac materiebus ita aptari, vt referantur tantummodo ad singulorum generabilium ordines, prout singulis conueniunt: communis siquidem principij, causæ, ac Naturæ communis partes, diuina vis corporibus cælestibus infixa, & ipsa materia prima, decentissimè sustinent. nam singula indistinctè respiciunt, nulláque ratione subiiciuntur generationi corruptioníve, sed eadem semper manent, non quidem specie tantùm, quod corruptibilibus quoque effectibus conuenit, sed etiam numero, quod primis corruptibilium causis proprissimũ est, sicuti etiam eisdem tantummodo datum est alterius principij, quod ad eundem ordinem pertineat, vi non fulciri. Generabilium autem formæ ac materiæ omnia non respiciunt, sed singulæ singulis aptãtur, non semper manent, (generantur enim & corrumpuntur ex generatione ac corruptione compositi quod constituunt, licet non primò sed consequenter,) neque statum eisdem generalibus ac corruptibilibus firmiorem admittunt.

Itaque principij quidem, & causæ, necnõ naturæ voce proferri poterunt, sed ea ratione, vt non ignoretur, hęc principiorum, ac causarum, simulque Naturę contractioris munia tantũmodo sustinere. Ipsa verò Naturæ

communis, cæleſtibus corporibus impreſſa, ideo principij & cauſæ voces admittit, quoniam eorundem cælorum motibus ac luminibus miniſtrantibus ita diffunditur ac exercetur, vt ſimul efficiens, formalis ac finalis cauſæ vires exerceat. efficiens enim dicenda eſt, quatenus materiam exagitat & eidem præeſt. formalis, quatenus ad vniuſcuiuſque conſtitutionem contrahibilis eſt, finalis, quatenus, vt ſic vndequaque contracta, commune generabilium bonum inducit ac fouet. Hinc factum eſt vt generabilia & corruptibilia indeſinenter quidem elabantur ac fluant, ſed reſpectu ſpecifici gradus inuariabiliter perſeuerent. inuariabilémque intuitum ac certitudinis rationem obiicere poſſint, rectéque ob id ſcientificæ demonſtrationi ac perceptioni ſubiiciantur.

Capvt XIII.

De mutuis intelligibilium ac corporeorum relationibus atque amplexibus.

Percvrsis eſſendi modis, mutuæ Entium relationes mutuique amplexus explicandi ſunt.

Hi ad duos ſimiliter ordines deduci videntur. Primus ordo ex his oritur, quæ à Deo Opt. Max exerceri ſolent circa abſtracta intelligibilia immediatè ſeu mediatè, quæque ſpiritales relationes conſtituunt. Secundus verò conſtat ex his, quæ ab eodem Deo infiguntur corporibus immediatè, ſeu mediatè, continéntque naturales relationes.

Hi duo relationum ordines ab eodem fonte ſcaturientes, omnium entium copulationes, amplexus, ac fruitiones conſummare videntur, ſimúlque imaginem obiicere cuiuſdam circularis motus, aſcenſum ac deſcenſum multipliciter repetentis, ex priori ſiquidem ordine Deus Opt. Max. qui ſibi eſt omnis potentia, ſiue veritatis lux, ſibi bonum, ſibi firmitas, ſibi æternitas, ſibi vnio, ſibi abſolutio, ſibi pulchritudo, ſibi pax intellectus omnes attingens, omnia concutit, atque aduerſantibus omnibus quibuſcumque reiectis, eos quos ſibi propenſos conſpicit ſumma tum ſapientia, tum beatitudine replet, ſimúlque tum ſibi tum ad inuicem ea ratione cohærentes reddit, vt ſinguli, ſicut clariſſimis diuinæ veritatis radiis fulgent, diuinúmque amorem auidiſſimè degludiunt, ita voces conſonantiarum omnium concentus complectentes, in Dei Opt. Max. quem ſumma cum gratiarum actione venerantur ac colunt, laudem effundant, cúmque prædicent potentiſſimum, rerum omnium creatorem, conſeruatorem, ac conſummatorem, ſapientiſſimum earundem excitatorē, illuminatorem, ac diuinorum arcanorum magiſtrum, ac reuelatorem, optimum bonorum diuinorum oblatorem, elargitorem ac beatificatorem, eadémque ſibi inuicem magna cum exultatione enarrent, atque etiam pro tot tantiſque bonis à Deo acceptis ſibi inuicem congratulentur, neque interim circa hominum cœtū omnē ac hominem vnumquemque ſeu inuigilare deſiſtant, ſeu aliquid prætermiſſum velint, quod ad illorum perditionem vitandam gloriámq; adipiſcendam attineat.

Et ex his quidem hominum pietatem omnem, necnō ſapientiam, ſcientiam, facultates atque artes omnes, quę ſeu circa homines, ſeu circa cætera corpora exerceri ſolent, effluere dubitandum non eſt.

Ex poſteriori verò relationum ordine ſummus ac maximus rerum omnium auctor, creatorum intelligibiliū ordinibus ſibi aſſiſtentibus, maximo Cælorum orbi cōmunis Naturæ vim iniicit, quam cęteri Cælorum globi multipliciter deflectentes atque ad inferiora trāſmittētes, generabilia omnia & conſeruant & renouāt, deſeruiúntque propagationi humanorum corporum, quibus ſingulis ſinguli intellectus increati homines formant, necnon cęterorum animaliū perfectiorū, neque aliquid imparatū ſeu imperfectum relinquunt quod ad eiuſdem hominis bonum ab ipſis corporeis præſtari poſſit.

Euenit igitur, vt, ſicuti ſpiritalia bona hominem attingentia ad corporea diffunduntur, ita Naturæ vis homini deſeruiens aliquid præſtantius in eodē homine atque per ipſum hominem proſequatur atque exoptet, ſummi videlicet boni, prout vniuſcuiuſque naturæ conuenit, adeptionem. nam res omnes ſicuti à Deo Opt. Max. tanquam à primo principio pendent, ita ad eundem tanquam ad vltimum finem tendant neceſſe eſt. At admirabile quoddam euenit, nos ſcilicet ex ea cognoſcendi virtute, quam ex ſolo Naturę lumine exercemus, ad id perduci, vt hanc rerum diſpoſitionem ac copulationem vere admittendam & per hominem conſummandam aſſentiamur. ſed niſi eiuſdem luminis vis trāſcendatur, iure optimo in dubium reuocari poſſe an talis rerum copulatio, decentiſſimáque diſpoſitio vnquam reipſa induci ac perfici poſſit. patet ſiquidem, hominibus morientibus fruſtrari ſenſibilium omnium propenſionem ad proprium principium in homine & per hominem attingendum, ac ad ſummum bonum in eodem conſequendum. Ex horum verò ignorantia conuincimur, ad illa properandum eſſe quæ ex longè præſtantiori lumine effluunt, quæque hæc duo, quæ ſibi inuicē aduerſari videntur, ad ſummam concordiam perducere poſſunt. docent ſiquidem, vndenam mors in homines irrepſerit, ſimúlque quonam pacto rerum omnium copulatio, diſrupta ſit, necnon per quem mors deuicta fuerit, rerum omnium nexus reſarciendus, ipſæque humanæ animę (quas nouimus ex propria natura corpora humana reſpicere) vndequaque beatificandæ

Vtrum enim hominibus interim morientibus, rationalem hominum virtutem, cui mors nulla ratione aptari poteſt, dum à corpore ſeparatur, aſſocient vel ſolum corporearum virtutum veſtigium, vel certe etiam ſentiendi virtutes, illique inſeparabiliter adhæreant, ex his quæ de formarum ſenſibilium natura differentiiſque iā dicta ſunt, vtcumque coniectare licet.

Nos tāta in re nihil aſſerimus, ſed ſenſum noſtrum cohibentes, eum quibus conuenit, libenter ſubmittimus.



CONTEMPLATIONIS QVARTAE,

Quæ naturalem complectitur philosophiam,

Pars Prima:

IN QVA CONSIDERANTVR CORPORA, QVÆ in generabilium ordine sunt prima, ea quæ ex imperfecta primorum mixtione constituuntur, necnon perfectæ mixtionis causæ, & accidentia.

CAPVT I.

De his quæ pertinent ad huius scientiæ subiectum atque exordia.



ORPORVM, quæ generationi ac corruptioni obnoxia sunt, contemplatio exordienda nunc est. Accipimus autem à scientia prima motum, tempus, locum, actionem, passionem, alterationem, generationem, corruptionem, ipsúmque passibile ac generabile corpus dari, simúlque quid horũ vnumquodque significet & sit.

Accipimus quinetiam, cælorũ corpora motus ac luminis viribus ministrantibus indesinẽter diffundere virtutem qua à Deo imbuuntur, quæque & communẽ Naturam constituit, & ad inferiora perducta, simul efficiẽtis, formalis, ac finalis causæ sustinet partes: Primã verò materiam ita subiectiuæ seu receptiuæ causæ munia obire, vt aliarum causarum vi non deficiente, vnius generationi alterius corruptio, & vnius corruptioni alterius generatio semper annectatur, ipsámque ob id neque forma quacumque carere posse, neque eandem formam ex communi Naturæ dispositione indissolubiliter retinere.

Huius autem Contemplationis initium sumendũ est nõ ab aliqua definitione communiori generis subiecti, seu à demonstratione quæ versetur circa eiusdem generis proprietates communiores. horum enim vnũquodq; à superiori scientia ducitur, sed ex vsu illarum diuisionum quæ huic generi vniuoco essentialiter aptati, illúdque tam respectu formæ quàm respectu materiæ ad certas species recte contrahere possunt.

Postmodũ verò harum specierum vnaquæq;, certa serie seruata, ita consideranda erit, vt singularum proprietates, mutuę relationes, dispositiones, generationes, corruptiones, ac reliqua quæ illis eueniunt, pro viribus demonstrentur, neque desistatur, donec differentiæ perfectissimæ, ex qua homines constituuntur, & ipsius humanæ naturæ pleniorem scientiam adipiscamur: ex hac siquidem nostræ huius contemplationis consummatio deducetur. nam corruptibilia omnia homini deseruire cõpertum est, ac in eodem consistere.

CAPVT II.

De primorum corporum constitutionibus, simúlque de eorundem formis seu virtutibus substantialibus, ac proprietatibus primis.



OVIMVS ex primæ scientiæ constitutionibus, corporibus generabilibus ac corruptibilibus motum ac quietem essentialiter conuenire. Nouimus etiam, præter circularem motũ, qui cælestibus corporibus essentialiter conuenit, motũ rectum tantummodo simplicẽ esse, huncque ab illis corporibus primo oriri quæ inter corruptibilia simplicia sunt: eundémq; ex ea recta linea sumendum esse, quæ ab vna parte terminatur cælorum centro, ab alia vero cælorum circumferentia. Patet autem lineam hanc, quatenus à centro incipit & à circumferentia terminatur, ascensus, quatenus à circumferentia oritur & ad centrum tendit, descensus motum admittere.

Eadem etiam, quatenus ab vtraque parte finita est, ita motui deseruit, vt quieti quoque quàm decentissimè ministrare possit.

Itaque hæc corpora simplicia plura sunt, & illorũ vnicuique commune est ea ratione moueri, vt dum mouetur per aliud eiusdem ordinis corpus transeat, atque ad certũ aliquem terminum tendat, in eóque constitutũ proprio motui finem imponat. nam in prima sciẽtia demonstratum est, eidem corpori ascensum ac descensum naturaliter aptari non posse. Ex eo autem quod hæc simplicia, dum mouentur, transeant per aliud corpus eiusdẽ ordinis, demonstratur illorum vnumquodq; peruiũ esse, ideóque propria figura ac glutino carere. quod enim peruium non est, quod certa quadam figura est præditum, & quod glutinatum est, talem transitum nec admittere nec perficerere potest, vel certè non absque disruptione, figuræ ac glutini substantialísque existendi modi tum suipsius, tum illius per quod efficitur transitus. Ex eo quod eadem corpora, dum mouentur, respiciunt propriam quietem tanquam proprij motus finem, colligitur ea in proprij motus termino, atque etiam in propria quiete constituta, quamoptimè se habere: extra terminũ autem, & extra propriã quietẽ, non rectè. Ideóque, cùm propriam conseruationẽ primò intendant, iure optimo & mouẽtur, & indesinẽter mouẽtur, donec ad proprij motus terminum perducta in eo conquiescant.

Non parum ergo vitium adipiscemur ad horum corporum tum substantiam clarius attingendam, tum proprietates eliciendas, si omnes rationes perspexerimus, ob quas hæc corpora in proprio termino cõstituta quàoptimè se habent, & quamoptima dispositione fruuntur: extra terminum autem econtra. Hæ rationes colligendæ erunt, non ex eisdem simplicibus corporibus: impossibile est enim hæc esse principia, & causas eorum, quæ ipsamet essentialiter vel fugiunt vel prosequuntur: non ex aliquo corpore composito: nam composita sicuti supponunt Esse simplicium corporum, ita simplices illorum motus supponere debent.

Reliquum igitur est, vt eliciantur ex ipsis corporibus cælestibus, idque iure optimo. nam termini rectorum motuum, vt iam diximus, deducuntur ex diuersis relationibus ad cælestia corpora, quæ etiam inferiora omnia proprij motus virtute pluribus rationibus exagitant atque immutant.

Quamuis autem cælestia corpora duobus modis in inferiora agant, motu scilicet & lumine, nũc tamen cælestis motus vis, quatenus à lumine seiungitur, tantummodo attendenda erit: hæc enim simplex omnino est, atque, si seiunctim respiciatur, ex propria natura simpliciter ac vniformiter agit, licet ab hac simplicitate non parum recedat dum luminum superadditur virtus, atq; eo magis quoniam luminum actus plures sunt ob stellarum multitudinem, variásque illarum magnitudines, collocationes, ac delationes, quorum vnumquodque simplicitatem perturbat.

Cælcſtis verò motus vis,licet ſit ſimplex, diuerſimodè tamen ad hæc inferiora diffundi ſolet, quoniam quædã ſunt proxima, quædam omnino remota, quædam inter hæc conſtituta. Itaque ea quæ proximiora ſunt, velociſſimis ac perennibus circumuolutionibus quammaximè agitat indeſinentéique rapit ac circumuoluit: remotiora,quæ circa centrum ſunt,detinet potius ac firmat. Nã agitatio,illa vix attingit. Ea verò quæ media tenent ſpatia,prout magis ac minus ab extremis diſtant, magis ac minus agitationes recipient atque ad extremorum naturam accedent.

Corpus igitur quod ad cælorum ſummam circumferentiam fertur, ibique conſtitutum optimè ſe habet,ac naturaliter conquieſcit, diliget quammaximè agitationes ex aliena vi,eaſdémque maximo cũ commodo recipiet. Simili ratione,corpus quod ad centrum fertur,agitationes ex aliena vi, tanquam ſibi noxias, refugiet, & immobilitatem naturaliter proſequetur.

Media autem corpora neque vehementiſſimas agitationes,neque agitationis carentiam omnem ſubibunt, ſed vtriuſque participationem pro illorum natura.

Inter prima ergo corpora generabilia ac corruptibilia,aliqua ſunt leuia quæ petunt ſpatia ſuperiora,aliqua grauia quæ ad inferiora declinant. Nam alienas agitationes proſequi & leue eſſe,idem ſunt, ſicuti etiam eaſdem agitationes vitare & graue eſſe, ſunt idem.

Inter leuia etiam,quoddam erit in ſummo leue,ob idque ipſammet cælorum circumferentiam petet, quod Ignis elemento conuenit, quoddam non erit in ſummo leue,ob idque ad ſuperiora quidem tendet,ſed ad cælorum circumferentiam non peruadet, & talis eſt Aer. Inter grauia itidem, quoddam erit in ſummo graue, ob idque ad centrum ipſum deueniet, cuiuſmodi eſt ipſa Terra: quoddam non in ſummo graue, ob idque ad inferiora quidem tendet, ſed ad ipſum centrum non perducetur,& talem eſſe Aquam ſenſus ipſe demonſtrat. Et hæc quidem, quoniam ſummè grauis non eſt,ſed natura fluida,cæleſtes agitationes recipiet, licet non adeo vehementes,vt Aeris atque Ignis ſphæræ. Hinc verò & ipſe ſenſus teſtatur: patet enim,maria perenniter moueri dum prout licet,ab Oriente in Occidentem perenniter tendunt: ex quo euenit, vt nauigantium curſus, ſi litus proximius illis ſit dextrum,reddantur faciliores: ſi verò litus proximius illis ſit ſiniſtrum,difficiliores.

Leuibus corporibus, quoniam ex aliena agitatione fouentur,proprium erit extendi, atque dum aliena exquirũt,à ſeipſis quodam modo egredi. Quare rara ſunt, diaphana, atque alienas impreſſiones quàm facillimè recipiunt. ita tamen vt illatum veſtigium retinere non poſſint. Grauibus econtra, quoniam ex agitationis remotione fouentur, proprium eſt contrahi, atque, dum aliena abhorrent,in ſeipſa reduci ac comprimi. Quare denſa ſunt: &,quatenus ſunt grauia in ſummo, non ſunt diaphana,alienáſque impreſſiones ita admittunt vt eas retinere poſſint.

Quatenus autem non ſunt denſa in ſummo illis perſpicuitas vtcunque aptabitur, alienarum tamen impreſſionum veſtigia non retinebunt.

CAPVT III.

De Elementorum virtutibus actiuis, quibus & aliorum offenſam,& propriam conſeruationem reſpiciunt.

QVÆ hactenus circa prima corpora conſtituta ſunt, ad ſubſtantialem illorum mouendi ac quieſcendi virtutem præcipuè attinere vidétur. Nunc autem explicandæ ſunt proprietates ac vires,quibus eadem hæc corpora ſe inuicem reſpicere,in ſe inuicem agere,& à ſe inuicem pati poſſunt communis ſiquidem rerum omnium ordo hos mutuos intuitus expoſcit: iámque demonſtratum eſt,hęc corpora conuenire in communiſſimo ſubſtantiali gradu, qui materiam primam parit,ideóque paſſibilia ac corruptibilia eſſe, veréque ad inuicem tranſmutari. Nouimus autem, ſingulis muneribus eſſentialiter inter ſe diſtinctis,ſingulas virtutes attribuendas eſſe, neque vnicam omnibus propriè miniſtrare poſſe.

Corpora verò,quæ viciſſim opponuntur, duplici ratione oppoſitos intuitus exercere ſolent. Student enim, & ab aliorum offenſa, prout naturæ propriæ conuenit, ſe tutari,& aduerſanti offenſam, prout eidem naturæ conuenit, inſerre.

Itaque illorum vnumquodque duabus qualitatibus neceſſariò præditum erit, altera ſcilicet qua in oppoſita agat offenſamque inferat,altera verò,qua oppoſitorũ vires declinet ac vitet. Hæ autem qualitates illis ita inhærere debent: vt cæteras eiuſdem corporis qualitates foueant,ipſæ ab eiſdem foueantur,omnéſque communi conſenſu oppoſitis reſiſtant ſeu aduerſentur.

Igitur grauibus ac denſis corporibus frigiditas adiungenda erit. Hæc enim denſitati fauet,ex qua pendet grauitas,eandémque inducit. Leuia eandem ob cauſam erunt calida: caliditas namque raritati,ex qua inducitur leuitas,amica eſt atque illam parit.

Et hæ quidem qualitates agendi, ac offenſam oppoſitis afferendi vim parient: frigiditas nempe & caliditas non tantùm oppoſitæ ſunt, ſed maximæ etiã actiuitatis.

Qualitates verò, quibus offenſa vitanda eſt, facilius nobis occurrent,ſi animaduerterimus, tres tãtummodo offenſarum naturaliter vitandarum rationes dari: tutiſſimam ſcilicet occultationem,fugam, & vehementiſſimã oppoſitionem. Harum aliquæ quibuſdam ſimpliciũ corporum conueniunt,quibuſdam verò repugnant, prout cæteris illorum qualitatibus conſentiunt vel aduerſantur: corporibus quippe in ſummo grauibus ac denſis,neque fuga,neque vehemens oppoſitio aptari poteſt. Nam agitationem abhorrent & quietem amant. His itaque tutiſſima occultatio conueniet: econtra corporibus in ſummo leuibus deliteſcentia non cõuenit,ſed fuga propria erit,nam quietem abhorrent & ex agitatione delectantur. Horum igitur vnumquodque ſiccum erit: patet enim ſiccitatem,quatenus adiungitur frigiditati, eam conſtipare,totum corpus conſtringere,illiúſque vim interius acuere & exterius obtundere: dum verò adiungitur oppoſitæ caliditati oppoſita efficere, eam ſcilicet expandere,totum corpus dilatare, & illius vim externè acuere & internè infirmare: oppoſiti ſiquidem concurſus oppoſita pariunt.

Hæc verò ipſi etiam ſenſus teſtantur: obiiciunt enim terram ſummè denſam & grauem, frigidam & ſiccam, internè firmiſſimam,externè vero actiua quodammodo virtute deſtitutam: & ignem ſummè rarum & leuem,calidum & ſiccum,externè vehementiſſimum,internè verò quammaximè infirmum,velociſſimum tamen & ad fugam paratiſſimum.

Cùm ſiccitas primis corporibus aptetur ac ſimplex ſit, humiditas etiam illi oppoſita ſimplex erit, & eiſdem corporibus ſimplicibus aptari poterit, atq; etiam ea ratione vt tam frigiditati quàm caliditati rectè aſſocietur. Nam dato vno contrario aliud dari neceſſe eſt & ad eũdem ordinem pertinere. Cùm autem contrariorum etiã actus ac vires oppoſitæ ſint,ſequitur frigiditatem, quæ ex ſiccitatis adiectione clauditur,internè acuitur,& externè obtunditur, ex humiditatis ſocietate aperiri atq; expandi,ideóque internè obtundi & externè exacui,ſimilique ratione caliditatem, quæ ex ſiccitatis copula aperitur,internè obtunditur,& externè acuitur,dum humiditatem amplexatur,conſtipari ac claudi, ſimúlq; internè exacui & externè obtundi. Hinc colliguntur qualitates aliorum corporum ſimplicium, aquæ ſcilicet, & aeris. Aqua denſa quidem & grauis,ſed non in ſummo, erit frigida & humida. Aer leuis quidem,ſed nõ in ſummo,erit calidus & humidus. Aqua ſeipſam tutari poterit non ex fuga,quæ grauitati non conuenit, non ex vehementi conſtipatione,quam ex oppoſita ſiccitate humiditas frigido adiuncta deſtruit, ſed ex vehementi reactione.

Aer econtra,prout leuitas raritáſque illi inhærentes patiuntur,firmius vtcunque reſiſtet,aliqua præſertim fugaac-

ga accedente. Eadem verò qualitas recte oppositis qualitatibus & essentialiter associatur, & ab oppositis amplexatur, quoniam horum nullũ sibi inuicem oppositum est, quin potius vtraque maximè consentientia sunt. nam pendent ab eadem materia atque ab eodem efficiente, & quatenus sic coniunctæ, fauent eidem fini, eidémque formæ deseruiunt.

Itaque tam actiua passiuam quàm passiua actiuã qualitatem amplectatur. ex quo euenit vt ex singulis relationibus singulæ qualitates nouam agendi rationem adipiscantur siccitas enim, quæ caliditatem externè & frigiditatem internè acuit, à caliditate externè & à frigiditate internè acuitur.

Humiditas itidem, quæ frigiditatem externè & caliditatem internè acuit, à frigiditate externè & à caliditate internè acuitur. Et hæc quidem propriori quadam ratione demonstrare possunt, cur eadem qualitas duabus qualitatibus oppositis summè concors effici possit. nam respectu vtriusque certi intuitus exercentur, qui seiunctim exerceri non possunt.

Capvt IIII.

De veris Elementorum proprietatibus.

ITaqve quam tutissimè colligemus quatuor qualitatum elementalium numerum quodam pacto geminari. vtraque siquidem duabus rationibus essentialiter distinctis proprios actus exercet. aliter enim calefacit caliditas ignea, & aliter caliditas aerea: aliter frigefacit frigiditas aquea, aliter frigiditas terrea. Exsiccationes etiam variè exercẽtur à terrea & ab ignea siccitate, idémque euenit humectationibus, prout oriũtur seu ab aquea seu ab aerea humiditate. Colligitur etiã, harum qualitatum vires intẽsius quidem ac remissius exerceri, sed illarũ vnamquamque verè simplicem esse, neque vllã oppositæ qualitatis ad mixtionem admittere. neque enim quatenus sic cõmixtæ corporibus simplicibus aptari possent.

Præterea intensio ac remissio, dum oriuntur ex remotione seu adiectione qualitatis oppositæ, interna & externa æquiliter respiciunt, neque oppositos effectus pariunt. At qualitates elementales, vt diximus, intẽsiones ac remissiones disiunctim recipiunt: quatenus enim externè intenduntur, externè remittuntur, & econtra. Eadem etiam qualitas oppositos effectus inducit. nam siccitas terrea constringit, ignea verò expandit. Siquis igitur elementorum veras proprietates rectè attingere curat, hic animaduertet, has non ab vna qualitate tantùm, sed ab vtriusque qualitatis concursu sumendas esse: Ignis siquidem proprietas accipienda est non ex sola caliditate, vel ex sola siccitate, sed ex vtriusque qualitatis copulatione: similique ratione proprietas Terræ erit frigiditatis ac siccitatis concursus, Aquæ cõcursus frigiditatis ac humiditatis, Aeris caliditatis & humiditatis: sicut enim caliditas ex siccitatis adiectione vere est ignea, sic etiã siccitas ex caliditatis copulatione ignea est, idem quoque in cæteris euenit, prout certis elementis aptatur. Siquis autem ex sola caliditate, vel ex sola siccitate, ignis proprietatem sumendam existimet, hic ipsum ignem neque ab aere rectè distinguet, cui caliditas similiter conuenit, neque à terra, cui siccitas similiter aptatur.

Præterea, si elemẽti proprietas ex vnica qualitate sumatur, fatendum esset aliam accidentaliter illi adiungi, consequentérque amouibilẽ esse absque elemẽti corruptione. at hoc iã constitutis repugnat. Itaque fatendum est, proprietates elementorum sumendas esse ex vtriusq; qualitatis concursu, qui tantummodo in his corporibus proprietatis naturam retinet. nam ita singula concomitatur, vt vni ac soli semper conueniat hocque dato, corpus cui conuenit, ex necessitate datur, & econtra.

Neque verò ad illud deuenire licet, vt dicatur, præter communissimam corporeitatem, quæ elemẽtis omnibus communis est, dari alium substantialem gradũ, puta Igni & Aeri cõmunem, ob idque vtrunque ex communi hoc gradu esse calidum, ex propriis vero gradibus Ignem siccum, Aerem autem humidũ esse: hoc námque nõ tãtùm destruit iam constitutam primorum corporum simplicitatem, verùm alia quoque repugnantia inducit. nam si quæratur, cur Ignis & Terra conueniant in siccitate similiter, dicendum erit hoc ex communi gradu contingere: ex propriis autem gradibus Ignem calidum esse, Terram vero frigidam. at iam dictum erat, Ignẽ ex communi gradu calidum esse. Plura etiã ad idem afferri possent, quæ tanquam animaduertentibus conspicua prætermittenda esse existimamus. Quanuis autem caliditates omnes, quatenus sunt caliditates, sint eiusdem speciei, idémque conueniat frigiditatibus, siccitatibus, ac humiditatibus, nihilominus caliditas, vt est ignea, essentialiter distinguitur ab aerea caliditate, haud secus quàm ignis ab aere essentialiter distinguitur. idémque de aliis easdem ob causas sentiendum erit.

Quoniam verò ex comparis qualitatis adiectione hoc illis conuenit, non autem ex absoluta illarum natura, sibi inuicem quidem aduersantur, ea tamen ratione, vt altera alterius generationi consentiat. Itaque ex ignea virtute non ignis tantùm, sed aer etiam generari solet, & aer in ignem facile admodum commutatur.

Capvt V.

Elementorum numerum quaternario neque maiorem neque minorem esse, eundémque ex noua diuidendi ratione constitui.



QVæ circa Elementorum proprietates enarrata sunt, demonstrare possunt illorum numerum neque à quaternario deficere, neque quaternarium excedere: nullæ enim, præter quatuor qualitates iam constitutas obiiciuntur, seu ad horũ corporum consummationem desiderantur. Conuincimur igitur, harum quatuor combinationes, Naturæ consonas, reipsa dari, nullam præterea inueniri posse. Idem etiam facilè demonstrabitur, si generabile ac corruptibile corpus partiemur ea diuidendi methodo quæ vniuocis propria est atque ex noua additione perficitur: & ad certas species contrahemus. Hæc verò contemplandi ratio versabitur circa Elementa, quatenus mixtorum materiam cõstituunt, ideóque ex singulis diuisionis mẽbris noui substantiales gradus ea ratione eligentur, vt, reiecto priori gradu, illæ tantũmodo dispositiones adaugeantur, quæ ad mixtionem exercendam ac recipiendam conducunt: hoc siquidem pacto tantũmodo vniuscuiusque elementi simplicitas retinetur, quæ omnino rueret, si priori substantiali gradu retento nouus gradus substantialis superadderetur. Existimandum tamen est, dispositiones has substantiæ quodam modo vim cõtinere. nam eadem diuidendi ratio ad mixta perducta formalis omnino redditur. Præterea id obiiciunt, quod in elementis, vt sunt elementa, est præcipuum. Diuisio erit talis. Corporum generabilium ac corruptibilium aliquod necessario est generabile, & corruptibile tantùm, neque præter generationem ac corruptionem aliud quoddam experiri potest.

Reliqua vero omnia, præter generationem & corruptionem, aliquid præterea pati solent, alienæ scilicet qualitatis impressionem seu alterationem. Rursus corporũ, quæ generabilia atque etiam alterabilia sont, aliquod alterabile tantùm est, reliqua verò omnia præter generationem ac corruptionem, & præter ipsam alterationem, aliud quidpiam subeunt. nam extranei etiam corporis substantiali copulatione mutari possunt.

Inter hæc verò quædam primam corporũ copulationem respicient, quædam non primam; iterũmque inter illa quæ primam copulationem intuentur, quoddam influendi, quoddam imbibendi virtute erit præditum. Horum vnumquodque est simplex: ea enim, quæ sunt composita, ex priori copulatione deducãtur necesse est. Hæc verò primam copulationem admittunt, qua remota, posteriores dari non possunt.

Simili ratione conuincitur ſimplicitas aliorum duorum corporum, primi ſcilicet, cui corruptio tantum cõuenit, ac primi corruptibilis vocem meretur: & ſecundi, cui præter corruptionem ſimplex alteratio adiungitur, ac primum alterabile appellandum eſt. Ex his igitur idẽ ſimplicium ac primorum corporum quaternarius numerus apparere poteſt. nam præter hæc, alia corpora ſimplicia ac corruptibilia dari non poſſe, diuidendi methodum attendentes, facilè perſpiciemus. Corpus corruptibile, quod ſolam admittit corruptionem, ignis erit: ignis enim propriarum qualitatum ſeu diminutionem, ſeu ex aliena qualitate refractionem non patitur. Ex quo rectè admodum dictum eſt, Solus ignis non putreſcit.

Corpus, quod non tantùm corruptibile, ſed ex alienæ etiam qualitatis impreſsione alterabile tantùm eſt, aerẽ eſſe, ſenſus ipſe demonſtrat. experimur enim aerem non tantùm corrumpi, ſed etiam alienas qualitates facile recipere, cùm tamen alteri corpori copulari ſeu incorporari non poſsit, impoſsibile quippe eſt, accepta aliqua aëris parte illam alteri corpori conglutinare, quod etiam in ipſo igne euenire manifeſtum eſt.

Corpus quod primam incorporationem ita admittit, vt influendi, non autem imbibendi virtute ſit præditum, Aqua eſt. Illud verò quod eandem incorporationem ex eo recipit, quoniam imbibendi non autem influendi virtute pollet, eſt Terra. nam aqua terræ intimiores partes rimatur, terra verò aquam interne colligit ac imbibit, donec omnino redundet.

An verò horum corporum copulatio ceteras omnes præcedat, in dubium reuocare nõ licet: nam, ſicut neque ignis neque aer ex plurium corporum copulatione conſtant, ſic neque aqua neque terra ſeu ex ignis & aeris, ſeu ex aliis prioribus conſtitui poſſunt. iam enim ſancitũ eſt, neque ignem neque aerem huiuſmodi copulationem admittere, neque inueniri poſſe aliud huius ordinis corpus, terra & aqua prius. His verò ideo promptius aſſentiendum eſt, quoniam mira quadam ratione concordant priori Elementorum doctrinæ: ignis ſiquidem ideo corruptibilis tantummodo eſt, quoniam ignea caliditas & ignea ſiccitas externè quammaximè intenſæ ac ſolutæ ſunt: internè vero ſummè obtuſæ atque infirmæ: nam nulla reſiſtendi virtute ſunt præditæ. Euenit igitur, vt ipſe ignis vel nullo modo lædatur, vel omnino pereat.

Eandem conſonantiam continent aeris ac aliorũ duorum Elementorum enarrationes: aer enim, cuius qualitates externe obtuſæ ſunt, internè vero intenſæ, neceſſariò ad agendum infirmior eſt, ad reſiſtendum verò firmior. Quapropter ab vnaquaque qualitate ſibi oppoſita facile quidem immutari poteſt, ſed non ſtatim corrumpi.

Aqua verò quoniam vehementior illius virtus eam reddit ad externa fluentem ac penetrantem: necnon terra, quoniam vehementi ſiccitate interius natura bibula eſt, non tantùm alterationem, ſed primam quoque incorporationem admittent.

Capvt VI.

De elementorum diſpoſitionibus, diſpoſitionúmque fructibus.

SED iam ad horum primorum corporum collocationem ac diſpoſitionem explicãdam accedendum eſt. Ea verò, quę ſuperius conſtituta ſunt, facile demonſtrare poſſunt, terræ, tanquam grauiſsimæ ac denſiſsimæ, centri locum aſsignandum eſſe: aquam collocari decentiſsimè in loco, centro aliquanto ſuperiori. ſicuti enim ipſa aqua à ſumma grauitate recedit, ita illius quies non ex centro, ſed ex loco, centro eminentiori, deducenda eſt. Simili ratione, igni tanquam leuiſſimo, locus cælorum circumferentias tangens aptiſsimus erit. Aeri vero, qui ab ignea leuitate ac raritate recedit, locus qui ignis loco ex inferiori parte eſt proximus.

In hac autem elementorum collocatione, non vnica ſed pluribus rationibus, diuinæ ſapientiæ virtus refulget. nam, dum ignis cætera corpora ſupereminet, dum aer igni contiguus eſt, dum aqua tertium locum obtinet, terra autem infimum, horum elementorum vnumquodque non tantùm ex cælorum agitationibus ac repreſſionibus, prout vniuſcuiuſque naturæ conuenit, indeficienter conſeruatur fouetúrque, ſed etiam ex corporum interpoſitorum natura à ſibi oppoſitis longe tutius redditur. Id autem præcipuè expetendum erat igni & aquę, quoniam ſibi inuicem quammaxime aduerſantur, ob ambarum qualitatum contrarietatem earundémque ad externa acumen. Itaque inter hæc aer interponitur, qui reſpectu caliditatis igni, reſpectu verò humiditatis aquæ conſentit, quíque internè eſt tutior.

Euenit igitur vt neque ignis ſphæra ab aqua attingi, neque ignis aquam inuadere poſſit. Cætera etiam elementa ſimili ratione diſpoſita ſunt. nam inter terram, & aerem, (ſi elementorum ſimplicium ordinem reſpicimus,) aqua vndequaque ex altera qualitate cum vtroque conueniens interponitur. Hæc tamen diſpoſitio, quæ communi rerum ordine (vt videbimus.) ſic exigente ex parte aliqua immutanda erat, abſque vllo incommodo immutari potuit, quoniã terræ & aeris vires internè intẽſæ ſunt, & externe remiſſæ. Itaq; abſque vlla offenſa ſe inuicẽ tangũt. Aliud etiã ac lõgè diuinius ex admirabili hac elementorũ collocatione ac diſpoſitione Natura cõſecuta eſt, vt ſcilicet elementa, quæ rationibus aliquibus inuicẽ aduerſantur, aliis rationibus inter ſe cõcilientur, ſimúlque amicitiam quodammodo viciſſim contrahant ac fœdus ineant. ignea enim caliditas externè quidem vehemẽs, internè verò infirma, & aerea caliditas externè infirma, internè autem fortior, quamlibentiſſime ſe inuicem amplexantur, tum ob naturæ conuenientiam, tũ quoniam alternè, hæc illius illa huius infirmitati conſulit. Simili ratione frigiditas aquea terræ frigiditatem amore proſequitur, atque ab eadem amplexatur.

Et hæc quidem eò plenius adimplentur, quoniam actiuarum qualitatum concordiæ à qualitatibus paſſiuis, ſeu reſiſtentiæ, non parum fauetur. nam, cùm ſicci proprium ſit attrahere ſeu colligere, humidi verò attractũ ſequi, ſeu colligi, terra aquam, ignis verò aerem colligent. ſimilíque ratione aer igni, aqua verò terræ prompte adhæret. Aer autem aquæ proximus, ac cum ea in humiditate conueniens, neque illam colligit, neque ab illa colligitur, tum quoniam illorum vtrumque caret ſiccitate, cui hæc colligendi ſeu attrahendi vis propriiſsima eſt, tum quoniam ex actiua qualitate differũt. quod etiam in cauſa eſt vt nullum elementum natura frigidum attrahat colligátve elementum natura calidum, vel ab illo attractum recipiat, ſeu colligatur. Quatenus igitur horum elementorum copulationes ſint adimplendæ, nouam cælorum virtutem ſuperaddi neceſſe eſt, qua ſuperiora elementa in inferioribus ingenerentur.

Animaduertendum eſt autem, ignem non ideo aerem colligere ſeu attrahere, vt illi commiſceatur. hoc enim repugnat ipſius atque aeris naturæ, ſed vt in eo agendi virtutem exerceat, atque ab eo nutriatur. Ecõtra verò, dum terra aquam imbibit, id agit non vt illam deſtruat, ſed vt ex eius acceſſione perficiatur. At de his diligentius tractãdũ erit, dũ de mixtionũ principiis agetur.

Capvt VII.

De elementorum generationibus ac corruptionibus, atque de earundem principiis & cauſis.

NVNC autem principia & cauſæ enarrandæ ſunt, ex quarum vi exercentur generationes ac corruptiones, quæ his primis corporibus conuenire poſſunt.

Harum quaſdam efficientes ſeu actiuas eſſe, quaſdam recipientes ſeu paſſiuas, manifeſtum eſt. facile etiam intueri licet vtrunque ordinem duas cauſas continere.

Inter

Inter efficiētes primum obtinet locum Naturæ communis vis, quæ ex cælestium corporum agitationibus ad inferiora defertur. Huic adiunguntur eorundem Elementorum qualitates actiuæ, quatenus ex aliquo cōtactu proprias vires ad externa diffundunt. In receptiuarum verò causarum ordine prima est cōmunissimæ materiæ potentia, quatenus corporis generabilis forma caret. Secundū locum assumunt certæ aliquæ subiecti qualitates ac dispositiones passiuæ, quæ priorē formam concomitantur. Primæ verò materiæ potentia respōdet virtuti quam cælestes motus injiciunt: harum enim cōcursus parit indistinctè & fouet elementa omnia, nō respectu certæ alicuius partis sed respectu totius. dato siquidē hoc impossibili, materiam scilicet omnem omni penitus forma denudatam contineri inter cælestia corpora nullum adhuc motum parientia, ex agitationum cælestium, inchoatione ac perseuerantia partes cælestibus corporibus proximiores necessariò contererētur, agitarentur, simúlque tum ad caliditatē tum ad raritatem deducerētur: E contra partes remotiores constiparētur, firmarentur, atqoe ad frigiditatem densitatémque impellerētur. Superiores igitur partes igneam ac aeream formā & naturam reciperent, inferiores verò terream & aqueam.

Actiuæ elementorum generantium virtutes, corrumpendorúmque passiuæ dispositiones, sibi inuicem simili proportione respōdent. Hæ autem quę cōmunium principiorum & causarum concursus supponūt, neque elementorum vnumquódque, neque totū aliquod elementum respicere possunt, sed certam tantummodo elemēti corrumpendi partem. Actiuæ generationis causæ generationem perficiunt, non extra mittendo aliquid sibi internum (hoc enim nihil aliud esset quàm seipsas destruere) sed propriæ qualitatis vi, cælesti virtute nō deficiēte, alienam qualitatem immutando, ídque ea ratione vt subiectum corpus, quatenus alterationem non admittit, statim transmuretur, quatenus verò alterationem recipit eoúsque alteretur, donec noua hæc qualitas aliquā essentialem subiecti qualitatem expellat ac destruat. tūc quippe subiectum ex necessitate statim corrumpitur, simúlque Naturæ communis virtute agentis recipit formam: qua plenius emergente inducuntur vel firmantur omnes eiusdem agentis proprietates, seu certè immutātur, prout formæ conceptæ conuenit.

Hoc ideo addendum est, quoniam dum ignis agit in aerem, aer quidem corrumpitur & omnis illius humiditas amouetur, caliditas verò non deperit, sed immutatur tantummodo. Patet tamen hanc caliditatem manere, non qoia sustineat partes subiecti, sed quoniam prior illius status ex propria natura posteriori nō aduersatur, ideóque ad illum recipiendum dispositionē afferre potest. Dū in subiecto nulla est dispositio ad id quod est generandum, agentis forma immediatè emergere non poterit, licet ipsum agens hanc ex propria natura intēdat: sed primò generabitur medium elemētum. Itaque igne in aquā agente, seu econtra aqua in ignem, aeris forma prius elicitur, terra autem difficillimè corrūpitur ob densitudinem maximā atque ob firmissimū vtriusque qualitatis ad interna acumen. Eadem etiā difficillimè generatur, particularium præsertim causarum vi. Nō dissimiles ob causas euenit vt terra, dum alia elementa complectitur, illa non corrumpat ex propria virtute, quæ ad externa nulla propemodum est, sed corruptioni tantùm obnoxia reddat.

CAPVT VIII.

De his quæ ab Elementis recipiuntur ex sola cælestium luminum participatione, atque absque vlla propriarum qualitatum immutatione.



EA quæ aptantur primis ac simplicioribus corporibus tum ex simplici cælorum motu, tum ex propria vniuscuiusque essentia, ita enarrata sint. Illa nunc explicabimus quæ circa eadē prima corpora euenire solent, ex cælestium luminum vi, seu quatenus simpliciter illuminat, seu quatenus agit, seu quatenus defertur: ideóque vel nullam corporeā alterationem parit, vel alterationem tantummodo, vel substantialem etiam immutationem. Quæ nullam alterationem inducunt oriuntúrque ex simplici participatione cælestium luminum, reddunt ea elementa quæ à summa densitate recedunt & perspicua vtcunque sunt, ignem scilicet, aerem & aquam, actu illuminata ac clara, simúlque apta ad visibiles species recipiendas, quas absque lumine recipere nō possunt, licet ex propriæ naturæ sola vi admittant species, quæ tū ad auditū, tum ad imperfectiores sensus pertinent. Terra autem raritate omnino carēs simúlque perspicuitate, sicuti in eo deficit, quod lucis externos radios internè suscipere nō potest, ita in eo excellit, quod lucis vim internè quodammodo imitatur ac refert, eandémque externè admittit.

Et ex eo quidem quod lucis vim imitatur, est alba: ex eo autem quod lucem externe admittit, visibilis redditur. Hæc autem terræ simplicis albedo demonstratur ex cæterorum elementorum albedine, dum elementali virtute derenta condensantur: existimandum enim est albedinem & diaphaneitatem ex eo tantummodo inter se differre, quoniam albedo consequitur corpora simplicia, vt omnino condensata: diaphaneitas verò eisdē additur, prout omnino dissoluta sunt. Itaqoe rectè affirmari poterit, albedinem nihil aliud esse quàm diaphaneitatis collectionem ac cōstipationem: ipsámque diaphaneitatem esse albedinem disiunctam atque effusam. Sicuti igitur diaphana ob raritatem lucem interne admittunt, ita corporis simplicis densitas lumē quod internè non recipit externè imitatur. Simili etiā ratione elemēta rara, quorum albedo ob summam diffusionem est inuisibilis, lumine recedente tenebrosa redduntur.

Terræ autem albedo summa infectione accedente ad nigredinem deducitur. tenebræ siquidē nihil aliud sunt quàm diaphaneitas lumine carēs; & nigredo nihil aliud est quàm densitas omni albedine destituta.

Cælestia verò lumina neque semper, neque eodē modo diaphana elemēta illuminant, & terrā actu visibilem reddunt. nouimus enim lumina, quę in octaua sphęra reperiuntur, variè collocari, neque eiusdem magnitudinis esse. Nouimus etiā Planetarum magnitudines inęquales esse, solaréque lumen longè excellere.

Cùm igitur cęlorum vnumquodquę indesinēter moueatur & certis quibusdā interuallis proprium peragat cursum, necessarium est inferiora omnia, præsertim ob ipsius terræ interpositionē, quanduque illuminari, qoandoque tenebrosa reddi, seu certè infirmius illustrari.

Et hæc quidem dierum ac noctium tum successiones tum inæqualitates parlūt, simúlque cęteros omnes temporum status inducunt.

CAPVT IX.

De simplicibus Elementorum alterationibus, quæ cælestibus luminibus, tanquam agentibus, ascribuntur.

SIMPLICES elementorum alterationes, quæ ortum ducunt ex cælestium luminum virtutibus, quatenus intensius agunt, sunt quatuor quædam qualitates extraneæ, caliditas, frigiditas, siccitas, & humiditas. Harum nulla ignis elementum attingit. hoc enim sommè calidum ac siccū est, neque seu frigiditatem seu humiditatem admittit absque omnimoda corruptione.

Reliqua elemēta ex his quamplurimum immutari solent. Hæc autem ideo his elementis eueniunt quoniam alterabilia sunt, cælestiáque lumina, dum lucem ad inferiora diffundunt, simul etiā calefaciunt, exsiccant, infrigidant & humectant. Hæ tamen nō ab eisdem luminibus induci possunt: effectus enim qui sibi inuicem opponūtur, non priuatiuè tantùm sed positiuè etiam necessariò ascribendi sunt causis efficientibus, quæ vel sibi inuicē opponūtur vel opposita ratione propria munia exer-

cent, idque non priuatiuè sed positiuè. Itaque admittendum non est cælestia lumina ex ipropria virtute tantum modo calefacere atq; exsiccare, ex recessu autem accidẽtaliter frigefacere atq; humectare. nã frigefactio, ac humectatio sunt qualitatis positiuæ, haud secus quàm calefactio ac exsiccatio, ideóq; illarũ etiã positiuæ causæ adducendæ sunt. Præterea, sola extranei caloris carẽtia frigidorum quidem frigiditatem refrangere posset, sed nullo pacto adaugere. similique ratione, eorum caliditatẽ, quatenus natura sunt calida, nunquam corrumpet, licet non adaugeat. At experientia nos docet, sæpius cælestium luminum vi non tantùm frigidorum frigiditatẽ intendi, vt puta dum aquæ naturaliter fluidæ condensantur & congelantur, sed etiam calidorum naturam penitus immutari: vt puta dum aer in aquam & in pruinam conuertitur, grandinésque ac niues ex eodem aere conficiuntur, quorum nullum effici posset si nulla extranei frigoris positiua causa adesset. Sanciẽdum igitur est, horum vnumquodq; certis quibusdam luminibus verè ascribendum esse, simúlque asserendum, stellas, quarum lux, tum extentione tum intensione est maxima, vtpota Solis, non tantùm lumen extendere ad aquas & ad terram vsque, sed etiam, dum idem lumen ob densi atque opaci obiectionem vehementius reflectitur, ex tali reflectione calorem ac siccitatem inducere, intensiorem tamen ac remissiorem, prout radiorum reflectiones ad lineam perpendicularem magis seu minus accedunt. sicuti enim luminis vehementis vis refracta calorem & siccitatem naturaliter generat, ita, dum magis ad perpendicularem refrangitur, in seipsam fortius rediens, proprias vires magis adauget.

Stellæ verò, quatenus vel debiliori lumine fulgent, vel ex distãtia, & ex situ radios magis reflectente ad maria seu ad terram vsque, proprias non extendunt vires, inducere non poterunt calorem & siccitatem, sed pro horum differentiis vel calorem ac humiditatem, vel humiditatem ac frigiditatem, vel etiam frigiditatem & siccitatem.

Calor igitur extraneus ingenerandus, qualiscũque sit, attinget primo ipsam terram naturá frigidissimam, ob illius summam densitatem, secundò aquam, tertiò verò aerem. Extranea autem frigiditas econtra prius aerẽ feriet, mox aquam, tertiò terram: Humiditas ac siccitas caliditatem & frigiditatem consequentur, idque magis ac minus intensè, pro maiori minoríve caloris ac frigoris intensione, atque etiam pro subiectorum diuersitate. Euenit igitur vt trium alterabilium elementorum illud, quod ex simplici cælorum motu internè maxime est frigidum, ex luminum vi sit maxime calidum: illud verò, quod ea eodem motu est maximè calidum, ex luminum vi quammaximam frigiditatem admittat. Itaque factum est vt tota aëris sphæra in tres regiones distinguenda sit: aer enim in superiori sui parte motuum cælestium calefacientem vim quammaximè recipit. Idem in inferiori parte ex cælestium radiorum vi propriæ naturæ caliditatem non parum excedit. In media autem ex necessitate frigescit. nam neque cælestium motuum, neque cælestium luminum calorem vehementer recipit, & infrigidantibus vndequaque obiicitur.

CAPVT X.

De his quæ terra & aqua primo patiuntur cælestium luminum vi, cælestium motuum concurrente virtute: ac de maris fluxu refluxúque.

ARVNDAM extranearum qualitatum virtute, cælestium luminum ac delationum viribus non recedentibus, plurima euenire solẽt quæ tria elementa inferiora, terram scilicet, aquã & aerem, non tantùm alterant, sed magna etiã ex parte immutant, & ad nouas præterea rerum formas suscipiendas impellunt. Hinc oriuntur noui quidam aquarum motus, simúlque terræ ac earundem aquarum conglobationes, necnon mixtorum genera omnia: quorum aliqua ea nulla interna virtute subsistunt, ideóq; mixta imperfecta appellari solent: aliqua ex interna quidem virtute consistunt, sed se ex eadem ad perfectiorem statum perducere non possunt, ideóque mixtorum perfectorum, non tamen viuentium vocem adepta sunt: aliqua demum ex interna virtute se ipsa perficiunt, rectéque viuentia denominantur.

Horum vnumquodque decenti serie seruata explicãdum est, ab illisque exordiendum quæ aquæ & terræ elementis eueniunt.

Terra, dum propriam simplicitatem adhuc retinet, ex extraneæ frigiditatis vi affici non potest, sed tunc à frigido tantummodo patitur, cùm aquæ imbibitæ frigiditatem experitur. Caliditatem etiam eadem aqua mediante videtur recipere: nam ab ea vndequaque circumuoluitur. Quapropter, nisi aqua prius calefiat, caliditatis vim ad terram perduci impossibile est, licet ad illam perducta longè intensior fiat.

Tunc verò terra ita per aquam calefiet, vt dum eam tanquam sibi aduersantem repellere nititur, rursum eãdem in aquam vtcumque reiiciat. Hæ igitur caliditates, ob adiunctãm humiditatem, quę aquę essentialiter conuenit, magna ex parte aëreæ efficientur. Itaque in causa erunt vt terreę siccitatis bibacitas, & aquæ impressiua vitius, acutiores ac vehementiores reddantur, & longẽ ardentius se inuicem amplexentur. Et hæc quidem, retenta adhuc vtriusque elementi simplicitate, fient circa terræ partem superiorem & aquæ inferiorem, quæ se inuicem tangunt. Aquæ verò elementum omne alia non pauca experiri poterit, cælestium luminum ac motuum virtute: quorum nonnulla terræ suppositæ simúlque aquæ elementi figuram ac statum immutant, nonnulla ad aereum suppositum pertinent.

Inter prima pręcipuum sibi locum vindicant ipsarum aquarum agitationes assiduǽque fluxus ac refluxus. Hi verò quamuis à quocunque stellarum lumine calefaciente aliqualiter pendere possint, oriuntur tamen præcipuè à solaribus lunaribúsque luminibus, necnon à punctis, tum Soli tum Lunæ ex diametro oppositis.

Sol id perficit, quia maximus & maximè intenso lumine præditus est, ideóque & maxime calefacit, & tam raritatẽ quàm mobilitatẽ, quę caliditatem sequuntur, elicere ac excitare potest. Luna idem atque etiam fortius præstat, quoniã, licet luceat infirmius, proximior tamẽ est his elementis, & ad primos corporũ motus excitandos aptissima. Puncta autem his astris ex diametro opposita eorundem astrorum vim omnem colligere, atque eadem vi prædita esse, res ipsa demonstrat.

Quatuor hæ vires variè coniungi ac disiungi possunt: cùm tamẽ simul omnes coire impossibile sit, sed duas tãtùm, vt plenilunij ac oppositionis temporibus euenit.

Tunc igitur maris fluxus in duabus partibus maximè intensi erunt, in ea scilicet quæ solari corpori subest, & in opposita quæ supponitur puncto, Soli ex diametro opposito, hæ siquidem partes Lunæ ac puncto Lunæ oppositæ communes erunt. Tunc etiam refluxus maxime intensi erunt in aliis duabus partibus: quarum altera à dextra, altera à sinistra, à prioribus partibus æqualiter distat. Dum verò hæ vires inuicem disiunguntur, ac consequenter debilitantur, maris tam fluxum quàm refluxum remitti necesse est, magis tamen ac minus prout magis ac minus inuicem distant. Hæc tamen remissio eatenus procedet, quoad vnaquæque harum virium ad id deducatur, vt omnes aspectum quadratum cõstituãt, & Lunæ pars quarta, seu illius hemispherij dimidiũ lucidum aspectum obiiciat. tunc enim nullus omnino maris seu fluxus, seu refluxus apparebit: breui tamen renouantur, Luna ad Solis seu coniunctionem seu oppositionem iterum reuertente.

Sciendum tamen est, Lunæ ac puncti oppositi vires in his maris delationibus non parum excellere. Itaque, dum bis à quartæ aspectu recedentibus, maria fluunt ac refluunt, Luna & illius puncto opposito seu orientibus seu occidentibus, semper aquæ incipiunt intumescere, & eisdem meridianum attingentibus, depressio inchoa-

tur

tur, licet Solaris vis neque hoc neque illud adhuc exposcat, sed oppositis potius faueat.

Igitur aquæ dum fluunt ac refluunt, vnoquoque naturali die bis turgent, Luna scilicet seu puncto opposito meridianum tangentibus, & bis deprimuntur, eisdem scilicet horizontem tangentibus. Singulis verò Lunaribus mensibus bis vehementius fluunt ac refluunt, videlicet in coniunctione aut oppositione, & bis motu carent, dum scilicet horum aspectus sunt quadrati.

Asserendum autem videtur hæc euenire non in pluribus, sed in omnibus orbis partibus. Ea enim quæ pendent à certis ac immutabilibus causis, absque magno impedimento perturbari non possunt.

CAPVT XI.

De aquarum ac terrarum conglobatione.

EIADAM causis calefacientibus, adiunctis his aquarum fluxibus ac refluxibus, attribuendus erit terræ & aquæ à propria figura recessus, horúmque elementorum admirabilis conglobatio, ob quam euenit vt terra pluribus in locis mari emineat, in pluribus etiam mari profundius subiiciatur. Hæc, quæ non parum difficultatis afferre solent, longè faciliora reddentur, si nobis obiiciemus horum Elementorum vtrunque, tanquam modo Esse recipiens, ac in propria sphæra omnino collocatum, terram scilicet omnino sphæricam esse, & ab aquæ Elemento omnino sphærico vndequaque circumplexam: tunc siquidem patere poterit terram imbibituram maximam aquæ quantitatem interneque collecturam. Nouimus enim eam naturali siccitate præditam esse, & (vt est simplex) omni conglutinatione carere. Nouimus etiam ex extraneæ caliditatis vi, bibulam illius naturam & aquæ impressiuam virtutem longè acutiores reddi. Simul igitur intuebimur aquarum omnium superficiem ad partes inferiores aliqualiter accedentem, terram autem ad superiora euehi. Aquarum autem parte sic absumpta, ac à terris imbibita, reliquisque aquis ex fluxus ac refluxus impulsibus vehementioribus assiduè per eadem delabentibus, credibile est terræ partem superiorem, quam lutosam ac fluidam esse demonstrauimus, facilè cessuram his aquarum cursibus, idcóque terræ formam, quæ prius omnino sphærica erat, gibbosam diuersimodè reddi posse. Hæ terræ gibbositates ac depressiones eisdem impulsibus perenniter repetitis, & per eadem ad idem impellentibus, semper magis ac magis procedent. Econtra, aquarum superficies magis ac magis humiliabitur ac deprimetur. Temporis igitur alicuius decursu terræ partes non paucæ aquarum superficiem excellent. Neque verò suspicandum est aërē, qui aquæ ad inferiora deductæ locum occupat, ad aquæ formam perducendum virtute cœlestium motuū, quæ in proprio aquarum situ aquam generat ac conseruat. Nam cœlestium luminum vis calefaciens huic nouæ generationi obsistit, & terrarum emersioni vehementius fauet, tum quoniam aquarum prætereà partem non paruam in vaporem resoluit, ac ad aeream naturam deducit, tum etiam quoniam terræ emergentis partes vehementius calefaciunt, quæ ob id aeris igneisque qualitatibus internè conceptis necessariò fermentantur: fermentatæ verò intumescunt & magis superiora attingunt. His igitur omnibus ad idem impellentibus, terræ pars maior aquas excellet.

CAPVT XII.

De his quæ generantur in aere, ac de humidoribus primò.

HACTENVS nonnulla enarrauimus, quæ terræ & aquæ elementa ab elementali illorum simplicitate primò immutant.

Quanuis autē alia non pauca huius ordinis circa eadem elementa eueniant, horum tamen pertractationem huic loco congruam non putamus. nā rectè percipi nō possunt absque doctrina illorum quæ ab eisdem elementis educta cælestium luminum virtute ad aëris elementū perducuntur, atque eadē vi ad inferiora conuerti solent. De his igitur primò pertractandum est, præcipuæque accipiendum cælestium luminum calefacientiū virtutem, dum aquæ superficiem terrásq; adhuc aqua madidas aggreditur, vtrásq; nō tantùm alterare & calefacere, sed in vapores etiā seu exhalatiōes resoluere.

Hæ verò nihil aliud sunt quàm aquea humiditas propria frigiditate carens, & extraneam continens caliditatem, qua ad impuram aëris naturam deducitur.

Superiora igitur essentialiter petunt, ignea caliditate ac siccitate dirigentibus, quanuis aëre sint densiores grauioresque. Existimandum tamen est aëris partes, quæ ab ipsis exhalationibus primò attinguuntur, in has quidem exhalationes vtcumque agere, eásque rariores reddere, sed simul ab eisdem pari earundémque naturā magna ea parte induere, nam & symbolas qualitates continent, & aër quammaximè passibilis est. Sicuti igitur ex minima bombicis parte, quæ lampade recenter extincta fumum emittit, magnam sæpe fumi molē intuemur, quæ tamen ex eo tantum educitur, quoniam aërem circumpositum inficit: ita magna exhalationum extensio oriri solet ex non magna copia terrestris aqueæve humiditatis, quæ aerem circumpositum inficit ac ad propriam naturam quodammodo trahit. Satis autem euidēs est, id omne quod lampade recenter extincta fumi speciem refert, ab ipsius lampadis bombice nō educi, quoniam reliquum aeris circumpositi summè quiescit. quòd certè euenire non posset, si tanta spirituum moles eundē locum ingrederetur. Præterea si quis in vtrem per illius foramen immittat aliquod valde ac diuturnè fumigans, móxque idē foramē ita constringat vt nihil exire possit, hic nostræ huic sententiæ facile assentietur. perspiciet enim vtrem non adaugeri turgidioremve reddi, quod necessariò fieret, si id totum quod fumidum intuemur ex fumigante prodiret.

In ipsis autē exhalationibus quandóq; humiditas siccitatem excedit, tuncque propriori voce vaporosæ appellandæ sunt, quandoque verò siccitas humiditatē superat, túncque fumosæ dicendæ erunt. Priores vnà cum aere ad propriam naturam deducto eatenus aëris superiora petunt, quoad, tepescente calore, qui ex radiorum reflectione in inferioribus partibus oritur, frigidiorē aëris partē attingant, mediam scilicet regionē. Tunc verò frigiditatis vi tota illa moles condensatur, atque ad nebularum naturam deducitur. sæpe etiam iidem vapores ob frigora vehementiora magis constipantur. Quare ad priorem aquæ naturam deducti pluuias constituunt.

Pluuiæ etiam ipsæ, dū fortioris frigoris vim recipiūt, congelari solent & grandinem parere. Nebulæ quinetiam aliquando vehementius à frigiditate correptæ, antequam ad naturam aqueam deduci possint, congelantur, & ipsa nix oritur.

Quod si eadē vaporosa exhalatio in ipso ascensu, inferioribus adhuc proxima, frigora experiatur, pro illorum maiori minoriue vi, aliquando in pruinam, aliquando in caligines, aliquando in rorem conuertitur.

Ros tamen ex puro aëre frigiditatem patiente vt plurimùm generari videtur.

Omnibus vaporosis exhalationibus proprium est humectare, atque etiam, si sint densiores, solares radios ita imbibere ac detinere, vt colorum specimē referant, pluresque aspectus obiiciant, vt euenire solet in Iridis arcu ac circulorum qui circa Solem, Lunam & Stellas sæpius conspiciuntur, atque ex coloribus cæterisque imaginibus hiatuum, fouearum, ac colorum eructorum specimen nocte referentibus, de quibus postmodum dicendum erit: nunc siquidem rectè considerari non possunt, nondum intellectis colorum natura & causis.

CAPVT XIII.

De his quæ fiunt ex fumosa exhalatione, & generantur in media ac superiori aeris regione.

FVMOSA ac ſiccior eahalatio quandoque denſiur & fortior eſt, quanduque rarior & infirmiur.

Dum denſior & firmior eſt, ob ignearum qualitatum acumen, niſi impediatur, vaporoſam exhalationem tranſcendit: idque eò rutius perficit quò copioſior eſt & viſcoſi aliquid continet. Tunc enim & aeris ſuperioris frigiditari fortius reſiſtere poteſt & vberius nutriri. Sæpius tamen ob impedientia fortiora euenire ſolet vt mediam aëris regionem non ſuperet, ideò que ignea illius vis nebulis vndequaque ſepta, vehementioréſque frigorum aggreſſiones recipiens, ſe colligat, iguémque aliqua ea parte concipiat & ſtatim reliquas partes accendat. Hæ verò breuiſſimè combuſtę cõſtituunt ignes diſcurrentes, qui aere tenebroſo apparent: idem enim propè modum fit ac ſi quiſpiam paruum ignis principium in palearum aceruum iniiciat, ignéqoe à paleis longioribus concepto, ex combuſtionis progreſſu referat vnius, eiuſdémque ignis larionem. Aliquando etiam eadem ignea virtus nebulis vndequaque incluſa, ob naturæ ſuæ mobilitatem, egreſſionem intendens circumuoluitur. Tunc autem ſonitus vehementiores redduntur, ipſa ſcilicet tonitrua.

Sæpius etiam egrediens igneſcit & coruſcatiunes efficit. Quod ſi diurius intra nebulas detenta fortius conſtipetur, ea viſcoſiori parte putreſcens, fulmina parit, quæ plures differentias admittent, ob multiplices tum recipientium diſpoſitiones, rum agentium vires.

Dum verò ignearum qualitatum vis ita firma & conſiſtens eſt, vt liberè tranſcendat ad ſuperiorem aëris partem, quandoque ob frigoris occurrentis vehementiã magis igneas qualitates ad intimiora contrahit, tandémque accenſa plures aſpectus obiicit, pro quantitatis, figuræ, ac conſtipationis diuerſitate. Itaque dum perfectè adhuc non conſiſtit, neque ignem ex cæleſtium agitationum rapto conceptum diutius fouet, obiicit decurſus ſparſorum ſiderum, qui ſereno aere & noctẽ fiunt, & cæleſtem delatiooem ſequuntur. Dum verò ignis cõceptus ioternè vtcumque nutritur ea aliquo propriæ materiæ humore viſcoſiori, ſeu eriam, quoniã eahalationis fluxus ab inferioribus ad eundem terminum tendens, diutius perſeuerat ac firmiora alimenta ſuggerit, combuſtio diuturnior erit ac ſideris criniti vocem ſortietur.

Talis ignis dicitur ſidus, quoniam permanet ac ſtellas imitatur. Dicitur crinitum, quoniam vapores circũpoſiti ac tenuiores ſimúlque accenſi, ſi referãtur ad partem denſiorem, crinium aſpectum referunt.

Eadem autem crinita ſidera quandoque Cometæ appellantur, quoniam hi crines ad ſuperiora tendunt ac totum quaſi verticem hiſpidum reddunt. Quandoque Barbata, quoniam crines in parte inferiori conſiſtunt: Quandoque dicuntur habere caudam: nam crines tendunt ad partem orientalem: dicimus ad partem orientalem, quoniam pars rarior trahitur à denſiori. Itaque, dum tota exhalatio cœleſtium motuum vi defertur ab oriente in occidens, cauda ex hjs rarioribus conſiſtens partem orientalem ex neceſſitate reſpicit, neque vlla ratio afferri poteſt qua demonſtretur caudam ad occidentalem, ſeu borealem, ſeu auſtralem partem reſpicere: cùm præſertim communis ſententia ſit ventorum flatus ad ſuperiorem hanc aëris regionem perduci non poſſe. Hæc tamen intelligenda ſunt, dum crinita ſidera ita diſtant ratione latitudinis ab vnaquaque cœleſtium ſtellarum, vt ab illarum vnaquaque ſeiuncta intueri poſſint. Dum verò cùm aliqua ſtella concurrunt cernũtúrque tanquam illi adiuncta ex vnaquaqoe cœli parte, prout accidit, protendi poterunt. Talia autem ſidera pauca ac rarò fiunt, quoniam deducendæ ſunt ex copulatione vehementis caliditatis aereæque humiditatis valdè ſubtilis ſimúlque viſcoſæ, quæ rarò generatur, ac longè rarius intra tropicos ob firmiorem Solis ſiderúmque lationem, quæ non modo calidum non colligit, verùm etiam id quod conſiſtit ſegregat. In regione verò lactei circuli, vbi ſtellarum vis eſt infirmior, plurimę exhalationes congregantur. Itaqoe tales ſtellæ in ea vt plurimùm apparere ſolent. Ob ſimile etiam temperamentum, cometæ minantur ſiccitatem, veotorum vim maximam, atque etiam contagia.

CAPVT XIIII.

De his quæ fiunt ex fumoſa exhalatione in inferiori ac media aeris regione, ſeu de ventis.

DVM eadem fumuſa exhalatio rarior ac infirmior eſt, ideóque ad aëris purioris naturam magis accedit, mediam aeris regionem vel nullo modo vel via ingreditur: denſiorum enim ſimúlque humidiorum exhalationum obſiſtit vis, qua, propria mobilitate facilè aſſentiente, ad inferiora repellitur. Huic verò exhalationi, ſiue mediam regionẽ attingat, ſiue non attingat, proprium videtur eſſe ſuſceptos curſus non rectè ſed obliquè peragere: quatenus enim eſt calida & ſicca, tendit ad ſuperiora: quatenus eſt rarior neque intenſè calida, obliquè potius aſcendit quàm rectè, aëre eriam illius motui vtcunque obſiſtente. Itaque dum deflectitur ad ſuperficiem elementorum inferiorum, velociſſimè circumuoluitur, cùm præſertim eidem velocitati non parum faueat aëris, per quem motus exercentur, mobilitas ſummáque propẽnſio, ad eaſdem circumuolutiones fouendas.

Accedit etiam talis eahalationis frequens ortus ac rarò intermiſſus: ea quo euenit vt copioſa ſimilium acceſſio mouendi virtutem roboret adaugeáſque.

Huius autem eahalationis copia facilè demonſtratur ex ſumma vbertate cauſarum ſuarum, necnon ea magna aëris diſpoſitione ad eandem formam recipiendam taléſque impulſus exercendus.

Quod enim ad cauſas attinet, manifeſtum eſt ea omnia, ex quibus tam vaporoſæ quàm aliæ fumoſæ exhalationes generari poſſunt, huic etiam eahalationi materiam præbere, neque illarum vllam abſque huius aſſociatione educi: quin etiam vaporoſa omnia, ſi vis calefaciens intendatur ſeu non recedat, ad huius eahalationis naturam ſæpè conuerti. Horum autem vnumquodque ea lignis igni appoſitis ſatis conſpicuũ redditur. Nam ex illis educuntur flamma, quæ fumoſæ exhalationi calidiori, ac facilè inflammabili, proportione reſpondet: fumus, qui licet hac exhalatione fumoſa ſit denſior, eandem tamen videtur referre, & aqueus quidam effluxus, qui ad vaporoſæ eahalationis naturam magis accedit, quamuis illa ſit ſimiliter denſior. Patet autem neque flammam, neque aqueos effluxus abſque fumo educi poſſe, cùm fumus ſæpè ſolitariè effluat. Prętetea infirmior ignis ex quouis combuſtibili fumum facilè extrahit, flammam verò & aquam non ita facilè. Ligna etiam virentia, quæ non facilè ardent, plurimùm fumi emittunt, tum ſolitariè, tum vnà cum aqueo effluxu, qui tandem ad fumi naturam conuertitur. Ea quoque quæ flammam concipiunt, ſi poſt remiſſam caloris vim ardere deſiſtant, adhuc tamen fumigant, quin etiam diutius ac longè intenſius. Et hæc quidem facilè (ni fallimur) demonſtrare poſſunt copiam huius fumoſę exhalationis tenuioris quæ flatus continet ac ventos parit.

Cùm autem oriri poſſit tam ex terra quàm ex aquis, ea terra oritur facilius, ſed ea materiæ defectu minus copioſè: orta tamen diutius perſeuerat. Ea aquis econtra oritur difficilius, ſed ob materiæ copiam vberius: orta verò facilius deficit. Horum cauſæ facilè attingi poſſunt. Patet enim ea quę ea terra eliciuntur, ob terream ſiccitatem minus frigida ac minus humida eſſe, ideóque aptiſſima reperiri ad intenſiorem caliditatem ac ſiccitatem ſuſcipiendam, neque tantùm dum calefaciens virtus eſt firmior, ſed etiam dum caliditas infirmatur.

Eadem quoque ſicuti ob humidi non adeo copioſè minus abundãt, ita ſemel orta diurius ſpirant, quoniam terrea ſiccitas calefacienti virtuti conſentiens eam amplexatur ac firmius retinet, terrea præſertim denſitate fauente. Econtra ea quæ deducuntur ex aquis, frigidita-

tis

tis ac humiditatis vim firmiorem retinent, difficiliúsq; internè calescunt & exsiccantur: attamen si vis calefaciens intensa sit, siccitate internè conceptâ, eò copiosiores flatus generant quò vberius humidus vapor præcedens ex aquis elici solet. Hi verò flatus facilius extinguuntur, quia calefaciens virtus ab aqua amplecti non potest, ideóque ea recedente simul flatuum fomites extinguuntur. Euenit igitur vt maria interdiu maiorem ventorum copiam pariant quàm terra: noctu verò terra vt plurimum in horum flatuum emissione maria excedat.

Easdem ob causas marini flatus sunt vehementiores, terrestres autem placidiores: & dum exhalatio vaporosa maximè viget, fumosæ exhalationes difficilius eliciuntur tam ex terra quàm ex aquis: hæ enim sibi inuicem vtcunque aduersantur.

Quapropter neque pluuiæ ventos, neque venti pluuias compatiuntur, quamuis ob symbolas qualitates sibi inuicem succedere soleant. At inquirendum nunc est, quibusnam de causis ventorum cursus ad vnam potius quam ad aliam partem flectantur: hoc siquidem quàm maximè confert non tantùm ad ventorum differentias præcipuas certioréśque proprietates percipiendas, sed etiam ad illa clarius inspicienda quæ eorundem velocitatem demonstrare possunt.

Videtur, has causas quatuor esse, harúmque nonnullas quandoque sibi inuicem aduersari, quandoque verò sibi inuicem fauere.

Prima sumitur ex maiori minoriue raritate ac puritate aëris, per quem transitus est exercendus. Secunda ex naturali declinatione ac fuga illius quod obest & destruit. Tertia ex extranei corporis ad certam aliquam partem impulsu. Quarta ex extranei corporis ad certam aliquam partem attractu. Hæc attendentes, rationem reddemus cur venti, vt plurimùm, solis motum ea ratione sequantur, vt, Sole in partibus orientalibus existente, venti orientales, vt plurimùm, vigeãt. eodem verò versus Meridiem constituto ventorum australium magna sit vis: similique ratione Sol versus Occasum deflente, occidentales venti spirent: Solis siquidem radij inferiora calefacientes ea magis rarefaciunt circa quæ refranguntur, illísque sunt è regione, aërémque adiunctum puriorem reddunt.

Demonstrabimus etiam occidentales ventos Veris tẽpore firmiores esse, ac vt in pluribus spirare, Autumni tempore orientales: Hiemes verò ac Æstates minus ventosas esse: ideo enim veris tempore flatus sunt occidentales, quoniã Solis accedentis vires circa occidentalia præcipuè adaugeri incipiunt: Sole nempe oriente radiorum reflexorum vim primò recipiunt, atque ita ab ortu vsque ad vesperam concalescunt, vt nocturnam frigiditatem fortius sustinere possint, quod Orientalibus partibus non accidit. Nam Sole tantum declinante radij ad ea refranguntur. Itaque infirmius calefiunt neq; nocturnæ frigiditati resistere possunt. Econtra Autumno venti orientales ob causas oppositas inualescunt.

Hiemes Æstatésque sunt minus ventosæ, quoniam vehementior æstatis caliditas exhalationes omnino resoluit vel ad intensiorem caliditatem perducit, & fortior hiemis frigiditas infirmæ flatuum caliditati resistit, neque patitur eos reduci.

Veris tempore maior caliditas flatus inducit, quia hiemis tempore ex vehementiori frigore prohibentur. Econtra, quoniam vehementior æstatis caliditas flatus amouet, Autumni aliqualis frigiditas eosdem restituit. Ex his etiam euenit vt venti orientales occidentalibus sint calidiores. Quod tamen de his intelligendum est qui neque ad Septentrionem neque ad Meridiem deflectunt, vt puta Fauonius, qui simpliciter est occidentalis, & Subsolanus, qui simpliciter est orientalis. hi enim ex his partibus spirant quas Æquinoctij tempore Sol oriens ac occidens perlustrat. Reliqui verò, qui vergunt seu ad Septentrionem vnde Aquilo spirat, seu ad Meridiem vnde Auster oritur, ex Septentrionis frigiditate frigidiores, & ex Meridiei caliditate calidiores redduntur. Quapropter Vulturnus qui ab ortu brumali spirat, & vtcunque est Meridianus, Ergeste illi diametraliter opposito duplici ratione calidior apparet. Ergestes enim, quoniam ab occasu æstiuo oritur, simul occidentalis & septentrionalis appellari potest.

Ventus verò cuius exordia sumuntur ab ortu æstiuo (siue Cæcias siue alio nomine appelletur) Africi, qui ab occasu brumali flat, frigiditatem eisdem rationibus excellit. Nam Orientalis est & Septentrionalis: Africus verò Occidentalis & Meridionalis.

Flatus Septentrionales ideo ad Meridiem deflectuntur, quoniam aëris Zona, quæ Solis, ab oriente in occidens delati, calores quotidie proximius ac firmius recipit, est longè purior ea aëris parte quæ ad Septentrionem vergit. Itaque hi flatus Septentrionales ad meridionalia, tanquam rariora & puriora, necessariò proni ac propensi sunt. Australes vergunt ad Septentrionem, non ob aeris puritatem maiorem, cum australis plaga Septentrionalis sit longè rarior ac purior, sed quoniam corrumpentia declinant, vehementiorem videlicet caliditatem. Itaque calidioris naturæ sunt, & æstiui potius quàm hiemales. Vterque ventorum ordo diutius spirare solet: quoniam tam Australis caliditas quàm Borealis frigiditas sunt intensiores ac diutius vigent. Eadem verò corrumpentium fuga aliud quid mirabile efficere videtur: vt scilicet nulla fortasse flatuosa ventosáque exhalatione posita purus aer seipsum colligat ac ventorum more effundatur. Hoc satis apertum est, dum conualles niuibus consistentibus vndequaque obteguntur: tunc nempe conualles ita spirare solent, vt repulsis ventis certæ nauigationi fauentibus talis nauigationis cursum interturbent, idque tam interdiu quàm noctu.

Rationi vero consonum est, tales impulsus Septentrionalibus ventis sæpius adiungi ob regionis naturam niuésque assiduas quibus septentrionalis plaga obtegi solet, ob idque eosdem rigidiores & acriores reddi, sicuti etiam ob earundem niuium resolutiones pluuiarúmque assiduitatem sunt Australibus copiosiores. Hi verò impulsus, siue ab ipso aere tantummodo ortum ducant, siue aliorum ventorum robore exerceantur, semper viribus attrahentibus roborati solent, sicuti etiam attractionibus impulsus aliqui necessariò superadduntur: ventis siquidem impellentibus, aëris partes tam retro quàm ante constitutæ, ob innatam mobilitatem non tantum his assentiuntur, sed etiam se inuicem ac ventos ipsos impellunt & attrahunt, Natura præsertim nõ permittente vacuum dari.

Neque tamen ob id sentiendum est, singulos ventorum flatus aerísque agitationes singulas in infinitum procedere. Quanuis enim aer maximè mobilis sit, illius tamen motus, quatenus cœlestium agitationum limites excedit, violentia omnino non caret.

Quapropter si impellentium ac attrahentium vis infirmetur atque deficiat, hos etiam motus remitti randémque intermitti sentiendum est. Inter ea autem, quæ impellentibus attrahentibúsque ventorum ac flatuum virtutibus feruntur accepta, præcipuum locum obtinet dominatus ventorum, qui interdiu ex aquis oriri solẽt: hi siquidem non rarò noctu etiam spirant, neque tãtùm circa maria à quibus terræ distant, sed etiam terrestribus ventis repulsis, circa littora ac terras intimiores: sæpius tamen ipsis ventis terrestribus vehementius irruentibus repelli solent. Quamobrem nauigantes, dum marinorum ventorum vis noctu refrangitur, coniectare solent terram non longè abesse, simúlque deducuntur in nouam spem, nauigationis scilicet cursum, terrestium ventorum auxilio breui feliciorem futurum. In Oceano autem maribúsque vastioribus, cursus æquabiliores ac perenniores sunt. Nam venti qui in mari generantur terrestribus flatibus non perturbantur. Itaque eundem deflexum facilè retinent.

Econtra, dum maria sunt angustiora, terrestres venti hinc atque inde spirantes marinos flatus perturbant, atque etiam sibi inuicem aduersantur. Ex quo euenit vt huiusmodi maria tempestatibus agitari soleant, sicuti etiam terræ ipsæ ventorum aduersos incursus sæpius experiuntur, atque eò frequentius, quoniam flatus qui ex terra effluunt sæpè oriuntur non ex terrarum superficie,

vt in mari euenit, ſed ex montium lateribus, quibus aliorum montium latera è regione obiiciuntur flatúſque ex aduerſo effluunt. Hus tamen incurſus in parte ſuperiori circa nebulas primo exerceri cenſendum eſt. Nam flatus ad ſuperiora primo feruntur, licet non rectè.

Præterea, niſi ex pluribus terræ & aquarum partibus flatus concurrant vehementior ventorum vis exerceri non poteſt, ſicut nec flumina conſtituuntur niſi plurimæ aquarum venæ aſſocientur.

Hi autem ventorum aduerſi incurſus quandoque eorundem ventorum impetum ita ad diuerſa rapiunt, vt his qui longius diſtant quaſi nebulæ velociſſimè accedentis terrificum aſpectum exhibeant. Iidem ſæpius procellas ac turbines pariunt: procellæ enim nihil aliud ſunt quàm vētorum ſibi inuicem aduerſantium aggreſſiones vehementiores. Turbines verò fiunt dum ſe inuicem etiam amplexantur, neutróque cedente vterque communem conuerſionem exercere cogitur.

Huius autem tanta vis eſt vt maximæ arbores ab eo radicitus euellantur, & dum ſupra mare fiunt maria circumuoluant, nauéſque quamuis magnas ſępe abſorbeāt. Hi tamen marium gurgites etiam abſque vlla ventorum vi fieri ſolent, dum ſcilicet aquæ deferuntur ad diuerſa curſo velociori, vt in Siciliæ Charybdi & Scylla.

Ad pleniorem autem ventorum doctrinam addendum videtur, illorum naturam ex locorum, per quæ tranſeunt, qualitatibus & affectionibus ſæpe immutari, ideóque nonnullos ex propria natura frigidiores ac ſalubriores, calidos ac nocuos quandoque reddi: & econtra.

Capvt XV.

De Maris conſtitutione, de fontibus ac fluminibus.

SEO rurſum contemplatio ad aquæ terræque elementa reuocanda eſt. Ea enim quæ in aere generantur, ſicuti ex grauioribus elementis deducuntur, ita ad eadem reuertuntur, ſeu certè illa reſpiciunt eiſdémque miniſtrant. Præcipuè verò ſtatuendum eſt aquæ elementum ex ea parte, qua terra emergente ac ad ſuperiora attracta ad magis infima colligitur, ob ſummam illius amplitudinem Mare appellari. Huius forma varia eſt & incerta. Nam dum marinæ aquæ ſeu ex vi cæleſtium luminum fluunt ac refluunt, ſeu ex ventorum flatibus vehementioribus exagitantur, terrarum non parum corrodunt, atque ipſum Mare expandunt, ita tamen vt quod ex vna parte abſorbent alibi euomant: vniuerſi enim corporei facies ex cæleſtium lationum ac luminum viribus ſimul & oritur & conſeruatur, Ideóque inferiorum vires ea quæ ad vniuerſi bonum pertinent amouere ſeu perturbare nulla ratione poſſunt. Patet autem, inter hęc certam terrarum emerſionem præcipuas obtinere partes. Licet igitur ob certos ſtellarum concurſus inferiora nonnunquam vehementius areſcant, ipſáque maria magis contrahi poſſint: nonnunquam verò econtra magnæ fiant aquarum exuperantiæ: hæc tamen, ſi Naturæ tantùm attendantur vires, neque totam aquarum molem, neque omnem terram demergere, neque diutius permanere poſſunt. Impoſſibile enim eſt ea, quæ à toto cælo fiunt, ab illius parte deſtrui, cùm præſertim, cælorum orbibus proprios curſus non intermittentibus, certi ſtellarum aſpectus diu perſiſtere non poſſint. Cur autē marinis aquis propriū ſit ſalſedine affici ex his demōſtrari poterit, quæ dicenda ſunt de cōcoctionibus, & incōcoctionibus, necnon de his quę tū cōcoctionē tū incōcoctionem ſequuntur. Neq; enim abſque horum perceptione harum affectionum rationes afferri poſſunt. Terra verò emergens (vt ex ſuperioribus colligere licet) vndequaque aliqua ratione fermentatur. Cæleſtis nempe vis calefaciens dum aquas ab ea imbibitas ad aëreas qualitates deducit, illius fermentationem aſſiduè fouet. Euenit tamen vt terræ partes non paucæ, quæ prius fortaſſe fermentatæ erant, vehementius conſtipentur, ſimúlque ad anguſtius ſpatium redigantur: infrigidans ſiquidem motuum cæleſtium vis ob terrarum moles ſuperpoſitas à calefaciente cæleſtium luminum virtute aliquibus in locis retundi non poteſt, cùm præſertim ſtellæ nonnullæ eidem faueant frigiditati.

His autem terrarum partibus ſic contractis cauernoſa non pauca intra terram oriri neceſſe eſt, hæcque ſimul aëre repleri. Nam vacuum dari non poteſt. Eaſdem etiam ob cauſas talis aer dum firmiores frigoris aggreſſiones aſſiduè patitur, propria exuitur caliditate & in aquam indeſinenter conuertitur. Hinc deducuntur fontium ac fluminum maximorum exordia. Aquæ ſiquidem in cauernoſis conceptæ, dum inferiora petunt ac per terræ ſolidioris rimas deferuntur, prout regionis conſtitutio patitur, breui ex neceſſitate concurrunt, & inceptos curſus ſimul proſequuntur, tandémque pro illarum quantitate ſeu fontis ſeu fluminum denominationem accipiunt. Hæ verò aquæ quandoque per breue quandoque per longum ſpatium ſub terra fluunt, eandémque corrodentes ſecúmque trahentes cauernoſa non parum adaugent. Quòd ſi illarum curſus ab eminentioribus vndequaque interrumpatur, dum ſtagnant lacus pariunt, quorum tamen plurimos (præſertim ſi aliquanto latiores ſint) ſupra terram apparere credendum eſt. Hæ verò fontium, fluminum & lacuum aquæ, ſæpius dulces ſunt ſeu nullo ſapore affectæ, quędam tamen redduntur ſeu acidæ, ſeu ſalſæ, ſeu amaræ, ſeu alterius ſaporis, ob qualitates terræ per quam fluunt, ſeu in qua detinentur.

At de his poſtmodum dicendum erit, dum verſabimur circa ſaporum naturam & cauſas.

Capvt XVI.

De Terræmotibus.

EISDEM cauernoſis, ſeu aquas aliqua ex parte contineant, ſeu aquis careant, aſcribendæ præcipuè ſunt terrę agitationes ac motus. In his enim ſępius continentur fomites flatuum ſeu ventorum, qui eò craſſiores ac denſiores ſunt flatibus ac ventis, qui ex terræ ſuperficie oriri ſolent, quò terræ interna ſupernorum humiditatem ac denſitudinem excedunt. Ad idem etiam plurimum confert cæleſtium luminum circa hęc interna infirmior virtus, quæ dum plenè exſiccare non poteſt harum exhalationum generationi non parum fauet. Ratio verò, ob quam his flatibus flatuúmque fomitibus internè conſtitutis terræmotus fiant, ex ipſius flatus natura deducenda eſt. Hęc ſiquidem cùm ignea virtute ſit prædita, & celerrimè fertur & vehementer aggreditur, ſimúlque aptiſſima eſt ad concuſſionem tremorémque inducendum circa id quod hac ratione percutitur. Raròtamen terręmotus fiunt, quoniam ea eſt ventorum natura, vt dum illis exitus intercluditur impetum magna ex parte remittant. Patet autem in ſubterraneis decurſus liberos non eſſe, cùm cauernæ, vtplurimum, ſolidis interrumpantur. Ad ipſos igitur terręmotus excitandos requiritur, vt flatos qui ſunt in cauernoſis vel adaugeantur quamplurimùm, ita vt ſe inuicem vrgeant, vel externa aliqua vi excitentur. Euenit ob id, vt cęlo tranquillo, circa meridiem, noctu luce propinqua, Veris & Autumni temporibus, terręmotus excitari ſoleant. Tunc enim maior exhalationis eſt copia, noctu verò vehementius ac ſępius terra quatitur. Nam noctu ſpiritus terreſtres magis vigent, túncque terrę frigiditas exhalationibus reſiſtens ſpiritus internè claudit ac roborat, quod etiam pluuio tempore accidit humidi vi. Ventis etiam flantibus terræmotus fiunt & circa ea loca vbi mare fluidum eſt: externus ſiquidem ventus internū per vaporoſa aggreditur atque exagitat, idémque ob ma-

ob matinnrum fluctuum frequentes percussiones euecolt. Hæ tamen euaporationem impediunt haud fecus quàm pluuiæ, quæ terræmotui quidem fauent, quoniam internos spiritus roborant: eidem tamen aduersaotur, quoniam ventorum externorum internos incursus prohibent. Siccitas vero econtra terræmotui fauet, quoniã externis flatibus aditum præbet liberiorem, & eidem aduersatur, quoniam dum externa vis obsistit internis exhalatiunibus faciliorem egressum præbet.

Casus etiam magnæ alicuius molis terræmotum inducere solet. Tunc eoim interni spiritus necessariò exagitantur teriámque concutiunt. Ipsius autem terræ cnocussiones vehementissimæ ac longè frequentiores sunt in insulis ac Peninsulis, quoniam subterraneis cauernis abundant ob occultus maris ingressus. Hoc satis euidens est ex Euboza, Achaia, Hellespontu, Sicilia, & aliis insulis. Eædem etiam marinos ventos vehementiores pariuntut, & à magnis fluctibus assiduè percutiuntur, quorum vnumquodque terræmotui fauet. Minus tamen his obnoxiæ crunt si cauernæ lapideæ sint: tales enim cauerox terræmotus non pariunt: lapides nempè difficilè commuuentur. Inter terreas autem cauernas illæ difficilius exagitantur quæ sæpiuntur terra ficciori. Nam talis terra si consistat ob poros liberiores minus claudit spiritus, & eotundem impulsus fortius sustinet.

Terra verò mollior econtra ob humorẽ spiritus claodit, & ob internam infirmitatem agitationibus minus resistit. Tripliciter autem terra concuti solet. Aliquando enim ad rremorem impellitut: aliqoando flatuum vi extollitur & deprimitur: aliquandn mouerur secondum latera per modum accessus & recessus. Tremor oritur dum flatus minor est qoantitas, & hæc certum motum non babet: egressiooem siqoidem seo diuersionem perquirens incertè agitat & tremorem toducit. Dum mottens virtus est fortis & circa vnam tantùm cauernam appatet, terra deprimitut ac extollitor. Sæpè etiam, si agitationes vehementinres ac diuturniores sint, abscedit & ex depressionis motu hiatum parit: ea sublimatione autem suboersiones. Dum terra monetor per latus, flatuum vis ingens duas saltem cauernas sibi inuicem coniunctas agitat, ita tamen vt inter vtramque sulcrum aliquod constituatur. Tnoc enim dum pars vna deptimitur altera sublimatur, & econtra.

Quod si spitituum impellentium vis vehementior fulcrum deiiciat, terræ superficie vndequaque concidente, maximus efficietur hiatus. Et hæc quidem in his locis sæpius euenire solent quæ aquarum alluuionem patiuntut. Aquæ enim fulcra humectant, eadémque seu deiiciont seu deiectioni obnoxia reddunt. Ex huiusmodi terræ depressionibus & conuersionibus nonnunquam aquæ apparere solent, quandoque etiam ignis, seu quæ ex ignea virtute combusta sunt, cineres videlicet & pumices. Hęc tamen conuersionem potios quàm depressionem concomitantur. Nam ignea vis ad superiora fortius impellit. Oritur autem ignis in cauernosis aliqoando ex confricatione venti exterioris, qui ad interna ruit, circa terræ aridioris rimas, (confricatio enim calefactioni ignísque generationi fauere soler) aliquando ex interna caliditate quæ parit exhalationem: ipsaq; cahalatio ex circũposita frigiditate constipata ad igneã oaturam perducitur. Hi autem igoes facilius excitabuotur, dum aridiota ae spongosiota occurrunt, atque etiã dum sulphuris, seu auripigmenti, seu salium materiæ obiiciuntur. Hæc enim (vt suo loco demonstrandum erit) facillimè ignescunt. Quædam eriam ignem diutius rerinent. Quapropter post terræmotus nonnunqoam sequuntur incendia: nonnunquam etiam combustorum cinis copiosus ventorum vi extollitur, qui si ab aquis recipiatur eas salsas amarásve reddit. Nonnunquam etiam prosiliont aquæ copiosiores, quarum aliquæ sunt calidæ & sulphureæ. Quandoque eriam oriontur stagna salsa. Credendum qooque est, ea eadem ignea virtute flatuũ fomites firmiores constitoi, ideóque dum à viscosiori materia retinentur atque diutius serpunt, diututniores terræmotus induci. Hi tamen intermitti solent, quoniam, dum terra concutitur, interni flatus facilius per rimosa effluunt, atque agitatinnem coúsque relaxant, donec terra iterum constipata, flatibúsque ex fomite indefiocnter prodeuntibus, cuncuriendi vis rursum reparetur, haud secus quàm in febricitantibus euenire soler, dum febris intermittit. Protrahuntur autem hæ terræ concussiones quandoque ad quadragesimum diem: quandoque eriam annum complent, suntque seu frequentiores seu minus frequentes, pru diuersa quantitate ac qualitate materiæ in qua vis ignea continetur. materia eoim existente calida & acuta, ignea vis fortius quidem ac frequentius mouet, sed citius transit.

Dum verò materia est hebes & lenta, mouet infirmius, sed tempore longiori, ac febris quartanæ naturam redolet. Videntur ad hæc etiam non parum conferre cauernarum constitutiones ac naturæ. nam dum cauernæ valde profundæ sunt, ac terra magis compacta clauduntur, terræmotus diutius durat. Dum verò sunt prope superficiem & habent latera rariora, breuius terminatur: in his enim exhalatio facilius perficitur.

Ipsum autem terræ mutum soni sæpius & præcedere & concomitari solent. Præcedentes primò sibili, seu susurri, mox mugituum sonos imitantut, concomitantes verò confricationes vehementiores referunt, quæ tandem ad confractionum voces perducuntur. Eundem terræmotum præcedere solet aeris circa terram quies; (ex hac enim colligere licet ventorum materiam omnẽ internè retineri) Eiusdem aeris frigiditas, quæ arguit calorem interne claudi ac constipari: aspectus nigrarũ nubium circa solem extensarum, præsertim vespertino tempore, qui indicat copiam densioris spiribus internè detenti, simúlque demoostrat vehementiorem terræmotum ac breui futurum.

Vaporibus verò, ex quibus oritur terræmotus, terra ob has agitationes disrupta, prosilieotibus, Sol Luna & Stellæ obscurari solent, ac ad sanguinis nigrioris aspectum deduci. nam tales vapores sunt terrestres ac valde fumosi, simúlque nigri, spissi ac fuliginosi. Easdem etiam ob causas nebulæ nigriores reddundur, præsertim si combustio aliqua interoe præcesserit, & cinis, qui sæpe plurimus est, internoium veotorum flatibus eatollatur.

Quandoque pestilentia etiam ipsum terræmotom consequi solet: vapor enim iotra terram nuclusus, dum ex caloris defectu ad lentorem deducitur, primarúmque qualitatum naturalem ordinem disrumpit, veneni naturam (quod eaperimento etiam patet) sæpissimè concipit, quam dum effundit pestilenter inficiat necesse est.

Hanc autem infectionem oues præcipuè imbibere solent, tum quoniam natura soot infirmiores, tum etiam quoniam diutius terram ore & naribos tangoot.

CAPVT XVII.

De quatuor terrarum & aquarum differentiis præcipuis ex quibus quatuor mixtorum præcipuorum ordinibus materia constituuntur.

FLVMINVM ac fontium internæ externęque irrigatinnes, accedentibus plouiis, ac cæteris quę ex vaporosa exhalatione supernè gignuotur, & ad inferiora decidunt, in causa sunt vt oon tantùm terræ fermentatio, quæ cælestis calefactionis vi ad ariditatem impellitur, retineatur, sed etiam vt quatuor terrarum differentiæ, toridémque aquarum exorianrur, atque vt aër circumpositus non dissimili ratione immuteror. Aquæ siquidem, quatenus ad terræ intimiora liberè ac copiose influunt, taoquam consona frigiditate affectæ, vehementius amplecti solent ab inferiori parte terræ, quæ aliqoanto frigidior est: euenítque ob id vt ipsa terra, ad maximã compactionem ac densitatem deducta, cretæ naturam suscipiat: aquæ verò illi adhærentes, pinguiorem quidem habitum adipiscaotur, sed à propriæ naturæ puritate non omnino recedat.

Quare si quis accepta ratione ex quatuor elementis

compates

comparet has terras aliis terrarum speciebus, has aquas cæteris aquis, aërémque circumpositum cæteris aëris partibus, facilè percipere poterit, terras proportione respondere terræ elemento, aquas aquæ elemento, aërem verò circumpositum, qui aqueam hanc humiditatem concipit, aquæ naturam referre, præsertim si locus sit cauernosus.

Et talis quidem terra talísque aqua, lapidum omnium generationi, propriori ratione deseruient. Dum aquæ per certam aliquam terræ partem assiduè delabuntur ac fluunt, terræ pars eas admittens, ob assiduos ingressus ac recessus aquarum labentium & decurrentium neque plenè constipari poterit, neque ob terreæ & aqueæ frigiditatis amplexus conglutinatione omnino carebit. Quare deducetur ad grana quædam minutiora, cætera ipsa duriora ac firmiora, arenatúmque naturam & formam recipiet. Hæ verò arenæ crassiores erunt, si vel aquæ crassiores aliquando sint, & cursus sæpè interponat, vt in maris littore accidit: vel cursus sint subterranei. Tunc enim vehementior frigoris vis huic conglutinationi magis fauet, & cursus remissior minus disiungit. Aquæ autem per arenam hanc decurrentes, nisi alia ratione inficiantur, vt accidit marinis aquis ac quibusdam fluuialibus, omnium purissimæ erunt.

Quamobrem sicuti arena, ad alias terrarum species relata, aquæ elemento proportione respondere videtur, ita talis aqua, vel ignis vel purioris aëris naturam refert. Ex iísque differentiæ aëri insigi videntur, præsertim dum prosilientes aquæ fontes constituunt. Tunc enim aër circumiectus purior redditur, ac propriam naturam longè firmius retinet. His autem terras & aquas metallis omnibus materias suppeditare existimamus.

Dum aquæ terram interpollatè humectant, ideóque neque bibulam ipsius naturam ad plenam saturitatem perducunt, neque permittunt eam cælestium luminum calefacientium vi rarefieri, terra, ob has interruptas tum ablutiones, tum calefactiones, rarior tumidiórque efficitur. Nam aquea substantia ab ea imbibita simul calidior redditur, expanditur, & dilatatur, aëreáque humiditatem iam refert. Neque tamen talis terra verè putrescit. Nam nulla adhuc vehementior lucta constituta est inter igneas & aqueas qualitates. Itaque pinguis rectissimè appellari poterit.

Aquæ ad huiusmodi terras pertinentes duarum specierum videntur esse. Quatenus enim fluunt & per terræ superiora absque vlla mora transeunt, impuriores forrasse sunt, sed sæpius leues. Quatenus verò immorantur, licet ob ventorum agitationem non putrescant, terrea tamen qualitate necessariò afficiuntur, & crassiores fiunt. Harum aquarum vtraque, altera ob impuritatem, altera ob densitudinem, ad reliquas aquarum species relata, terræ elemento proportione respondet. Quare vtraque etiam fecunda erit. Terra verò, quæ ob raritatē similiter est maximè fecūda, ad cæteras terrarum species comparata, aëris elementum referre videtur, ideóque in circumiecto aëre aëream naturam similiter fouet. Hic tamen (nisi motus velocitas medelam afferat) quandoque ob aquæ vapores densior redditur.

Tales terræ & aquæ suggerunt materiam viuentibus omnibus quæ ex putribus generari solent. Dum aquæ, absque vlla agitatione, terræ indesinenter assistunt, & ab illa vltra omnem saturitatem imbibuntur, terra quidem calefactionem recipiet ex ignea cælestium luminum vi, sed non perfectè ob aquarum insistentium impedimenta quæ similiter calefiunt, nec tamen consumuntur. Euenit igitur ex hac lucta perenni, vt terra ad summum spongositatis accedat, simúlque fœtida fiat, aqua autem crassior reddatur, simúlque fœtens. Terra hæc ignis elemento rectè assimilabitur: deducitur siquidem ad maximam leuitatem, & vires ad externa diffundere potest. Aqua verò ob eandem vim ad idem elementum deduci poterit, licet ob maiorem crassitudinem terrea appareat. Aër circumiectus terreus similiter appellandus erit.

Ex his terris & aquis, tanquam ex propria materia, generari solent sales, sulphur, & atramentorum genera omnia.

Supradictæ terrarum & aquarum species magnam latitudinem habent, continéntque differentias plurimas. Quod euenire manifestum est ob stellarum deflectiones aspectúsque multiplices, ac ob regionis positionem, seu montanam, seu campestrem, seu occlusam, seu apertam. Accedunt etiam ventorum flatus, qui non parum conferunt ad naturam aëris immutandam: deferunt enim vapores remotiores, & proximiores expellunt.

Capvt XVIII.

De temperamentorum, ex quibus perfecta mixta constituuntur, essentia, & causis tam efficientibus quàm materialibus.

Mixta perfectiora, quorum materias iam delibauimus, constituuntur ex concordi elementalium qualitatum associatione, seu ex certo illarum temperamento.

Eas autem elementorum qualitates nunc intuemur, quæ in illis agendi ac patiendi vires primò exercent, caliditatem scilicet & frigiditatem, humiditatem & siccitatem. Harum autem vnaquæque (vt ex superioribus patet) ex adiunctæ qualitatis diuersitate quodammodo duplicatur, ideóque ignea caliditas differt ab aërea caliditate, ignea siccitas à terrea siccitate, aërea humiditas ab aquea humiditate, & aquea frigiditas à terrea frigiditate.

Cæterorum verò ordinum qualitates, quæ seu elementis tantùm, seu mixtis tantùm, seu vtrisque inhærere solent, vt puta graue & leue, molle & durum, & cæteræ eiusdem ordinis, necnon sapores, odores, soni virtutes, ac colores omnes, ad temperamentorum constitutionē primò non pertinent, sed vel essentialiter vel accidentaliter temperamenta concomitantur.

Primæ etiam qualitates tunc tantummodo temperamentum ac mixtum constituunt, dum non ex externa sed ex interna vi sibi inuicem copulantur. Caliditas siquidem quam (exempli gratia) lignū experitur ex ignis propinquitate, ad illius temperamentum non pertinet, sicuti neque hominis febricitātis calor humanum temperamentum ingreditur. Patet tamen harum qualitatum vnamquamque, licet rebus accidentaliter insit, illarum temperamenta non tantùm immutare sed omnino etiam destruere posse. Nam agendi virtute sunt præditæ, & iis aduersantur quæ constituunt rei subiectæ temperamentum.

Qualitates verò quæ præcipuè ad temperamentorum constitutionem pertinent, quatenus temperamenta ingrediuntur, necessariò vtcunque remittendæ sunt, seu certè à compari qualitate seiungendæ, ita tamen vt illius vestigium vtcunque retineant. Nouimus enim siccitatem, dum à frigiditate penitus destituitur, terream vlterius non esse, sicuti neque frigiditas erit terrea, si nulla penitus siccitas adsit: idémque de cæteris dicendum erit. Tunc igitur harum qualitatum vnaquæque à sua compari disiuncta censebitur, dum compar qualitas ita infirmatur vt proprias vires non effundat.

Id illarum vnicuique accidere potest, ignea tantùm caliditate excepta. Hæc nempe, quacunq; ratione mixtis adhæreat, absque ignea siccitate non datur, licet ignea siccitas absque illa subsistat.

Elementales autem qualitates pluribus rationibus ab inuicem disiungi possunt. Quādoque enim illarum vnaquæque patitur, quandoque altera tantùm; & hæc quandoque omnino expellitur, quandoque non omnino, sed ex parte. Quacunque autem ratione id fiat, semper id quod subiicitur ex aliarum qualitatum elementalium ingressu refici debet. Itaque dum non tota qualitas, sed certi tantùm illius gradus depereunt, ingrediātur necesse est totidem gradus qualitatis oppositæ ac ab altero elemento acceptæ. Sicuti enim simplex qualitatum immutatio oritur ex adiectione similis qualitatis diffi-

dissimilem vim complectentis, vt pota dum aquea humiditas succedit in locum aëreæ humiditatis: ita qualitatum refractio inducitur ex concursu oppositæ qualitatis, vt puta dum caliditas obtunditur ex accessu frigiditatis. Easdem ob causas dum certa qualitas omnino deperit, noua aliqua qualitas expulsæ qualitatis locum arripiat necesse est, ita tamen vt actiuæ actiuis, passiuæ passiuis succedant, simúlque passiuæ actiuis & actiuæ passiuis superstitibus associentur. Nam nullum corpus generabile ac corruptibile subsistere potest absque agendi virtute & resistendi potentia. Talea verò elementalium qualitatum expulsiones, inductiones, ac immutationes, absque alteratione non dantur. Itaque illarum, simúlque temperamentorum omnium causæ tam efficientes quàm materiales, ab efficientibus ac materialibus alterationum causis differre non possunt. Efficientium igitur causarum munus elementorum quidem vnicuique, necnon vnicuique elementalium qualitatum, aliqua ratione aptari poterit: sed, si elementa attendantur, præcipuè concedendum est igni, qui cum reliqua alteret simplicem alterationem nõ sustinet: si verò qualitates respiciantur, caliditati seu igneæ, seu aëreæ, & frigiditati seu terreæ, seu aqueæ.

Subiectiuæ verò causæ partes sumendæ erunt ex tribus elementis inferioribus, terra scilicet, aqua, & aëre, (nam horum vnumquodque verè alterabile est) necnon ex humiditate seu aquea, seu aërea, & ex siccitate seu terrea, seu ignea.

Caliditas autem & frigiditas effectus plurimos ac maximè differentes inducere solent. Quoniam illarum vires pluribus rationibus immutari ac recipi possunt: immutantur siquidem ex varia qualitatis comparis accessione, humidi scilicet seu sicci, ex refractione quæ oritur ex oppositarum qualitatum adiectione, & ex aliorum agentium concursu seu resistentia. Variè autem recipiuntur, quoniam magis seu minus distant à recipiente, quoniam diutius seu breuius agunt, & quoniam recipiens est diuersimodè dispositum.

CAPVT XIX.

De concoctionibus, concoctionúmque defectu ac excessu, simúlque de illarum differentiis.

SED singula diligentius inspicienda sunt. Si ignea caliditas, quæ quammaximè intensè agit, patienti sit valdè proxima, simúlque diutius ac solitariè agat, nec desistat donec proprium perficiat opus, singula seu comburet seu omnino consumet, his tamen exceptis quæ summam combustionem seu congelationem iam passa sunt, vt puta cineres ac vitrea, necnon quæ ex horum copulatione cõstituuntur: hæc enim igni vehementiori apposita illius quidem vim concipere solent, sed nulla ex parte consumi. Idem etiam terræ puriori euenire credendum est. Quæ penitus consumuntur & depereunt, terreo omnino carent, seu minimum quid terrei continent, sed ex aqua & aëre constituuntur. Quæ non penitus consumũtur, continent terreum non purum, sed quod vel aquæ tantum, vel aquæ & aëris vim complectatur. Et hæc quidem pro multiplici horum elementorum commistione, propriori quadam ratione combustioni subiici solent, ita tamen vt illi aliquandiu obsistant, ideóque per certos quosdam gradus destruuntur, & ad certa quædam extrema perducuntur.

Eadem caliditas humido adiuncta, seu frigidorum ac humidorum virtute refracta ac remissior, dum subiecto non semper neque eadem ratione adhæret, neque propriam vim absque vlla intermissione exercet, nõ comburet, seu certè non omnino comburet, sed concoquet potius. Hæc verò concoctio ob concoquentis ac concoquibilis differentias, atque etiam ob varias vtriusque adhæsiones, pluribus rationibus consummari solet. Harum illa est præstantior, ex qua concoquens caliditas in eo quod concoquendum est sedem constituit, ac seminalis virtutis sustinet partes. Hæc siquidem dum interna immutat & externa attrahit, simul concoctibile perficit, ac vires proprias ad eiusdem bonum adauget & fouet, talisque concoctio propriori quadam ratione appellari poterit maturatio. Eædem tamen voces ex quadam similitudine illis etiam aptantur quæ externi caloris vi concoquuntur, dum illorum concoctio rectè consummatur.

Ipsa verò caliditas concoquens (siue internè siue externè agat) duabus rationibus propriam vim exercere solet, videlicet assumptu vsu humidi alicuius quod cõcoctibili adhæret, túncque illius actio dicitur elixatio, & absque vllo humidi vsu, túncque eadem actio assationis voce profertur. Frigiditas concoquens virtus in eo quod concoquendum est sedem constituere non potest, sed illi semper externè infigitur. Hæc nisi valdè intensa sit, proprium opus non perficit: huius quippe consummatio deducitur ex congregatione ac constipatione terreæ siccitatis ac frigiditatis, necnon aqueæ frigiditatis, simúlque ex expulsione aqueæ humiditatis ac omnium qualitatum tam ignearum quàm aërearum. Ex quo colligere licet frigiditatis vim eam concoctionem exercere quæ veræ concoctioni omnino aduersatur: repellit enim causas omnes concoctionum tam agentes quàm subiectiuas. Patet siquidem qualitates igneas perfectæ concoctionis vim continere, aqueam verò humiditatem aëreásque qualitates, dum terreis associantur, mixtorum concoctibilitatem inducere. Caliditatis igitur ac frigiditatis concoquentes virtutes, licet accidentaliter se mutuò fouere possint, ex propria natura sibi inuicem aduersantur. Itaque sicuti caliditas quàm sæpissimè perturbat eas concoctiones quæ ex vehementiori frigiditate perficiuntur, ita frigiditas has concoctiones impedit quæ caliditatis vi tam internè quàm externè agentis consummandæ sunt. Euenit autem, dum caliditas frigiditatis opus perturbat, vt subiectum ad nullam ob id positiuam inconcoctionem deduci possit. At, dum frigiditas aduersatur caliditati, positiua inconcoctio ex necessitate consequitur, ídque tum respectu termini seu maturationis, tum respectu actus elixationis & assationis. Hæ verò inconcoctiones proprias etiam voces sortitæ sunt. Ea enim quæ maturationi opponitur dicitur cruditas: ea, quæ aduersatur elixationi, dicitur Inquinatio: & ea, quæ assationi resistit, appellatur excalefactio. Itaque ipsa cruditas, nihil aliud est quàm imperfecta maturatio ob proprij caloris inopiam. Ex quo patet, talem cruditatem non parùm differre ab illa, in qua maturabile reperitur, dum sufficiens caloris vis proprium prosequitur opus.

Simili ratione inquinatio, elixationi opposita, id erit quod ex humido concoquente inducitur, dum agens deficit in calefaciendi virtute. Excalefactio verò id erit quod induci solet dum igneum concoquens deficit seu aqueum concoquendum superabundat. Eorum autem quæ concoquendi caliditati subiiciuntur, quædam æqualiori ratione complectuntur portiones trium concoctibilium elementorum, quædam verò ratione valdè inæqualiori. Nam vel terrei plurimum continent, aquei autem & aërei parum: vel in horum duorum aliquo excedunt. Horum posteriorum nullum certum esse certámue denominationem assequi potest absque consummata concoctione.

Ipsa verò consummata concoctio quandoque nullam continet combustionem, túncque Naturæ ordini est quammaximè consona: quandoque autem non subsistit absque aliqua consummata combustione, qua tamen terreum omnino non comburatur: túncque Naturæ ordini non omnino concordat, nam aliquid violenti continet.

Ideo autem ex concoctione non datur summa terrei combustio, quoniam talem combustionem consequitur summa humiditatis extinctio: omnino autem humiditate sublata concoctionis ratio non subsistit.

Terreum verò tunc summam concoctionem assequi-

tur, cùm terrea ſiccitate reiecta terrea frigiditas aëreæ humiditati contemperatur. Tunc aqueum plenè concoctum eſt, cùm reiecta aqoea frigiditate aquea humiditas aëreæ caliditati complexionaliter adiungitur. Tunc aereum ad conſummatam concoctionem perducitur, cùm vtraque aeris qualiras ea ratione retinetur vt terreis & aqueis qualitatibus præſint ac dominentur. Tunc verò idem aereum complexionale comboritur, cùm aerea humiditate reiecta igneam ſiccitatem complexionaliter colligit, demúmque tunc aqueum combuſtum cenſetur, cùm aquea frigiditate retenta ignea ſiccitas demortuæ humiditatis locum aſſumit.

Ea quæ æqualiori ratione complectuntur tria elementa concoctibilia, tunc rectè concocta ac matura erunt, cùm trium elementorum concoctibilium vnumquodque ita concoquitur vt aliorum concuctinoibus non aduerſetur, quin potius eiſdem faueat.

Talia verò mixta triplici ratione conſiderari poſſunt: videlicet quatenus immatura ſunt & ad propriam tendunt maturitatem: quatenus in ipſa maturitate conſtituuntur: & quatenos ab eadem delabuntur. His ſiquidem propriiſſimum videtur eſſe, cum concuquens virtus deficit, corruprioni ſeu diſſolutioni eſſe quammaximè obnoxia. In illis enim elemẽtorum nullum, ſeu ſummè concoctum, ſeu ſummè combuſtum eſt: quæ ſicuti æqualitatem non patiuntur, ita corruptioni ac diſſolutiooi obſiſtere poſſunt.

Capvt XX.

De temperamentorum ordinibus ac differentiis.



Væ hactenus dicta ſunt demonſtrare poſſunt nollum quidem temperamenrum ex vnica qualitate elementali conſtitui poſſe, (nam neque elementa ex vnica qualitate conſtituuntur,) ſed nihil obſtate quin mixtorum aliqua conſiſtant ex doabus qualitatibus, diuerſorum tamen elementorum, aliqua ex tribus, aliqua ex pluribus, donec ad illa perueniatur quæ octonariom qualitatum numerum expoſcunt. Docent etiam ipſas qualitates elementales, certa tempetamenta certáque mixta conſtituentes, tantò puriores ſeu intenſiores futuras, quantò illarum numerus erit minor, tunc enim ob diſparium ac oppoſirarum qualitarum abſentiam à propriæ naturæ ſtatu ac gradu minus recedent. Econtra tantò eſſe impuriores ac magis refractas, quantò magis illarum numerus adaugetur.

Sicuti igitur temperamenta quæ oriuntur ex paucioribus qualitatibos, diſtinguuntur potius ex diuerſa natura qualitatum ingredientium quàm ex variis qualitatum gradibus: ita temperamenta plures qualitates complectentia, differunt inter ſe potius ob varios qualitatum gradus quàm ob diuerſas qualitatum naturas.

Itaque dum qualitates binarium numerũ nõ excedũt, illarum voaquæque quã maximè intenſa erit, & mixta ex qualitatum diuerſitate tantummodo ab inuicem diſtingui poterunt. Dum qualitates ad octonarium numerom perducuntur, mixta ex ſola graduum diuerſitate plurium ordinum erunt. Dum binarius tranſcendiſur neque attingitur octonarius, harum ratioonm vnaquæque concurret, magis tamen ſeu minus, prout qualitatum nomerus magis ac minus ſeu binatium traoſcẽdit, ſeu ab octonario deficit.

Eorum quæ conſtituuntur ex duabus qualitatibus à duobus elementis acceptis, exemplum præbent carbones, farinæ, & ſales: carbones ſiquidem terream ſiccitatem & aeream caliditatem tantummodo complectuntur. Igne enim extincto, neque ignea caliditas, neque igneę qualitatis vis in eis apparet. Iidem aqueis etiã qualitatibus manifeſtè careot, ſimúlqoe tum terrea frigiditate, tum aërea humiditate. Nam harũ vnaquæqoe caliditatis igneæ vehementius cõburentis virtute repulſæ ſunt, terrea verò ſiccitas vt igneę ſiccitati ſymbola, & aerea caliditas vt igneę caliditati conſona, ſicuti igoea cõbuſtione deficiente poſtremæ ſubſiſtũt: ita ſibi inuicẽ legis ſuperius conſtitutæ virtute concorditer copulantur, ac certum temperamenrum inducunt. farinarum verò temperamentum conſiſtit ex terrea frigiditate & aerea humiditate. oam continent terreum ſummè concoctum, à quo (opere conſummato) concoquentis caliditatis vis receſsit. Quapropter ſicuti igneis qualitatibus & aërea caliditate carent, ita etiam carent tam aqueis qualitatibus quæ terreo ſingulariter ac perſectè concocto adhærere non poſſunt, quàm terrea ſiccitare. nam hac frigido terreo adhoc adhærente plena terrei concoctio non datur. Sal conſtitui videtur ex aquea frigiditate & ignea ſiccitate.

Inter ea quæ complectuntur tres qualitates elementales, connumerari poſſunt cineres, marmora non pauca, necnon phlegma, ac vitales animalium ſpiritus: in cineribus ſiqoidem continentur terrea ſiccitas, terrea frigiditas, & ignea ſiccitas. nam dum carbones ex vehementiori ſeu diuturniori combuſtiooe deducuntur ad cineres, aerea combuſtibilis caliditas omnino recedit. Quapropter ex iã conſtitutæ legis neceſſitare, terrea frigiditas adiongitur terreæ ſiccitati ſuperſtiti, quæ tamen adhuc retinet vim igneę ſiccitatis iam conceptam. Marmora noo pauca carent manifeſtè nõ tantùm igoeis aereiſque qualitatibus, ſed aquea etiam humiditate. cõtinent autem tam aqueã quàm terrenam frigiditatem, vnà cũ terrea ſiccitate. Phlegma vtriſq; qualitatibus aqueis adiũgit aliquid terreſtris frigiditatis, ac cæteris omnibus caret. Vitales ſpiritus complectootur tanquã proprij tẽperamenti partes, aqueam aereámq; humiditatem, vnà com aerea caliditate. Ignea verò vis, quã vtcumq; continere ſolent, ad illorum temperamentum pertinere non videtur, ſed externi impellentis munia ſuſtinere. Hi non ſubſiſtunt; ſed quàm celerrimè diſſoluuotur, quoniam carent terreo & aquea frigiditate.

Temperamenta quæ conſtituuntur ex quatuor qualitatibus & illarum vnumquemque ex neceſsitate refrangunt, dari oon poſſunt abſq; terreis qualitatibus aqueáue frigiditate. Eiſdem etiam repugnat continere ignearum qualitatũ vtramq; ſeu aliquam, quamuis colligere ſoleãt qualitates vtraſq; ſeu terreas ſeu aqueas. Quapropter erunt paucorum ordinũ, & omnia conſiſtent. huiuſmodi autem videtur eſſe fictilia omnia, pumices, & fortaſſe alii lapides eiuſdem ordinis. horum humiditas aërea potius quàm aquea cenſenda eſt, quoniam horum ordinum mixta ab ignea virtute oriri ſolent.

Temperamenta que quinque continent qualitates, metalla fortaſſe conſtiruunt. hæc enim adiungunt vtriſque qualitatibus terreis ac aqueis aëream tantummodo humiditatem. hoc ex eo patet, quoniam metalla omnia liqueſcunt. quod arguit aqueam humiditatem: calefacta tamen flammam non emittunt, quod in his quæ aqueam & aeream humiditatem continent aereæ caliditatis carentiam arguere credendum eſt.

Mel, vt videtur, ſenarium qualiratum numerum colligit. igneis enim exceptis complectitur cæteras omnes.

Sulphuris temperamentum ſeptenarium qualitatom numerum, ni fallimur, perſicit. ab eo enim oulla qualitas abeſt præter igneam caliditatem, quam tamen externè facillimè concipit.

Tandem animalium perfectorum carnes, atque ipſa præcipoe corda, octonarium numerum implent: continent enim igneam caliditatem, prout conuinci poteſt. nam hæc cum alterari non poſsit, ad temperamenti eſſentiam fortaſſe ooo omnino pertinet, ideóque viuentium carnes igneom quidem calorem continent, non ex interna virtute, ſed quoniã illum à corde recipiunt. Quapropter ſæpe etiam frigeſcunt, proprio temperamento retento: qood in occiſorum carnibus longè manifeſtius eſt. Cordis etiam caliditas ignea videtur potius in corde ſedem conſtituere, quàm ad cordis temperamentum pertinere. id eo enim detinetur in corde, quoniam nutritur ex humido illi adiuncto, rectéque ob id totum hoc lucernæ ardenti comparari poſſet. nam ſicuti extincta lucerna nulla eſt caliditas ignea, ita mortuo animali cor ignea virtute caret.

Cap.

Capvt XXI.

De temperamentorum consensu ac dissensu, simúlque de sympathiarum ac antipathiarum rationibus.

Insistentes his quæ de temperamentorum differentiis enarrata sunt, attingemus fortasse non difficile causas ob quas ea quæ à Natura sunt sibi inuicem propriori quadam ratione consentiunt seu aduersantur, simúlque se attrahunt amplectuntúrque, seu repellunt & declinant. Temperamenta enim simpliciora, in quibus vnũ tantum concoctibile summè excellit, distinguuntur ab inuicem vel ratione elementi, quoniam scilicet vel terreum, vel aqueum, vel aëreum excellat: vel ratione concoctionis, quoniam scilicet alia sunt perfectè concocta, alia imperfectè, alia perfectè combusta, alia imperfectè.

Quamuis autem ex horum vnoquoque aliquis mixtorum consensus & aliquis dissensus effluant, ideóque vniuscuiusque elementi summa concoctio aliquẽ consensum pariat, qui satis euidens est inter farinas & farinosa, quorum terreum est perfectè concoctum, dum oleo associantur quod continet aqueum summè concoctum: seu etiam dum adiunguntur sacchαro & melli, quorum aëreum ad summam concoctionem deductum est, necnon inter oleum & saccharum, similique ratione concoctio, & inconcoctio, tum perfectè tum imperfectè aliquas pariant inimicitias: patet tamen summum consensum & summam inimicitiam circa ea versari in quibus idem elementum attenditur. Respondent siquidem domesticis hominum amicitiis & inimicitiis, quæ cæteris videntur intensiores. Et summæ quidem amicitiæ vis inter illa splendet quæ respectu eiusdem elementi in concocta sunt, sed differunt inter se ob diuersos inconcoctionis gradus. Summæ vero inimicitiæ exerceri solent inter ea quorum vnum respectu vnius elementi summè concoctum est, alterum autem respectu eiusdem elementi est inconcoctum Hæc experimētis facilè comprobari possunt: acceptis enim aqua omnino inconcocta, cucurbita adhuc plantæ affixa quæ aqueo inconcocto abundat, & oleo cuius aqueum est summè concoctum, cucurbita ad aquam sibi subiectam ac vi Solis euaporantem, illius etiam virtute tracta, manifestè dirigitur ac protēditur, eáque imbibita celerrimè augetur, oleo verò illi similiter subiecto summa Naturæ sollicitudine refugit. Idem etiam oleum aquæ nunquam commiscetur, licet lixiuio commisceatur. Quod ex eo fortasse euenit quoniam aetei combustio non datur absque aqueo, quod sicuti aëreum ad aqueam naturam vtcunque deflectit, ita ab eo aliquo pacto concoquitur.

Itaque neque aërei combustio, neque aquei inconcoctio summæ olei concoctioni aduersantur: sed redduntur potius prona ad amplexum illius, quod similiter ob summam aquei concoctionem ad aëream naturam omnino dirigitur, & aërei ad aqueam naturam proni occursus promptè admittit.

Eadem respectu combustionum ac congelationum euenire rationis commutatæ vis docere potest. Idem colligitur ex ferro, ex magnete communiori, & ex alio magnete, qui Æmatites etiam dicitur & ferrum expellit: in his siquidem terreum combustum & aqueo vehementius adiunctum, congelationémque passum, quã maximè vigere videtur. Patet autem ferrum, cuius terreum est minus combustum, magneti communiori, cuius terreum magis quidem combustum est sed nõ summè, promptè adhærere, haud secus quàm aqua cucurbitæ insigatur.

Quod si idem ferrum refugit alium magnetem, asserendum erit talis magnetis terreum summè combustum esse, eámque proportionem habere ad ferrum quæ oleo conuenit ad cucurbitam, licet non respectu perfectæ ac imperfectæ concoctionis, sed respectu perfectæ & imperfectæ combustionis ordinis perfectioris, qua res dirigentur non ad dissolutionem, vt carbonum combustioni conuenit, sed ad certi mixti constitutionem.

Quæ diximus, vt videtur, obiiciunt fontes causarum ac principiorum tum efficientium tum recipientium, quæ constituere possunt sympathias & antipathias omnes mixtorum perfectiorum, lapidum scilicet, salium, atramentorum, metallorum, plantarum & animalium, tum quatenus in eadem specie exercentur respectu diuersorum indiuiduorum, quæ ob complexionum differentias seu absolutè, seu pro ætatum ac sexuum similitudine ac diuersitate, ad mutuas amicitias seu inimicitias impelli solent: tum quatenus extenduntur ad species diuersas & certos animalium ordines, certis animalium ordinibus, certis plantis ac arboribus, certísque metallis & certis lapidibus, amicos seu inimicos reddunt, & horum generum vnumquodque seu ad se, seu ad alia referri potest, seu absolutè, seu respectu certarum partium ac ingredientium. Hinc enim effluunt lapidum, herbarum, ac medicamentorum omnium virtutes ac vires, quas diligentius perquirere & explicare alterius contemplationis erit. In præsentia tamen silentio demandandum non est, quod, quemadmodum ea quæ æqualiorem elementorum concursum exposcunt, ab agentis proprij virtute destituta facile marcescunt & corrumpuntur, ita illa, in quibus vnicum elementum excellit, non tantùm à corruptione diutius defendi possunt, præsertim si seiuncta persistant, sed aliorum etiam corruptioni obsistere. In his tamen quædam respectu quorundam magis excellunt: sales enim carnium omnium corruptioni quammaximè obsistunt. Etenim dum illorum aqueum combustum reuocatur ad aquæ naturam, aqueis quæ in carnibus sunt eísdemque associantur igneam siccitatis vim, quam ex combustione retinent impartiuntur, illarúmque inconcoctioni medentur. Saccharum & mel non dissimili ratione fructus tam maturos quàm immaturos à putredine tutos reddunt. Nam illorum aëreum summè concoctum facilè deducitur ad singulorum interna, & illorum inconcoctionem ad decentem concoctionem perducit. Acetosa omnibus aptari solent. Nam & salsorum virtutem continent, & ex aëtea combustione, quantum ad conseruationem pertinet, dulcium vim exercere possunt. Oleum & cætera pinguia carnium corruptioni similiter obsistunt, sed infirmius: lixiuium etiam & aquæ fortiores idem præstare possunt, ita tamen vt dum aetei combusti virtute corruptioni obsistunt, simul etiam vehementius rodant & noua quadam ratione corrumpant. Quapropter neque animalibus cibum præbent, neque aliqua ex condimento apta ad comestionem reddunt. Salsa verò & acetosa, licet cibum non præbeant, cætera tamen ita cōdite possunt vt nonnulla etiam, quæ decentem maturitatem non assequuntur, homini grata reddant, pinguibus præsertim accedentibus, quæ & illis interiorem ingressum præbeant pariorem, & ex somma sui aquei maturitate retundant virtutem eorum quæ minus concocta sunt.

Capvt XXII.

De mixtorum proprietatibus, seu accidentibus communioribus, quæ illis intimiora videntur esse.

Mixtorum vnumquodque ea ratione certis proprietatibus insignitur, vt non careat communibus quæ magis ac minus recipiunt: nam omnino essentiales non sunt. Hæ verò ad duos præcipuos ordines rectè deduci poterunt, ad ea scilicet quæ mixtorum substantiæ sunt intimiora, atque ad eorum bonum seu malum non parum conducunt, & ad illa quæ ab eorundem substantia sunt magis remota, neq; vllum mixtis seu commodum seu incommodum afferunt. Intimiora, quæ primo loco contemplanda sunt, complecti possunt decem & octo combinationibus, quatum vnaquæque continet binas qualitates sibi inuicem oppositas.

Ex prima,mixta dicuntur concretilia ſeu inconcretilia.

Ex ſecunda,eliquabilia ſeu ineliquabilia.

Ex tertia,mollificabilia, & ductilia, ſeu immollificabilia,& inductilia.

Ex quarta,humectabilia ſeu inhumectabilia.

Ex quinta,flexilia ac directilia, ſeu inflexilia ac indirectilia.

Ex ſexta,fractilia ſeu inſtactilia.

Ex ſeptima,friabilia ſeu infriabilia.

Ex octaua,impreſſilia ſeu inimpreſſilia.

Ex nona,formatilia ſeu informatilia.

Ex decima,preſſatilia ſeu impreſſatilia.

Ex vndecima,tractilia ſeu intractilia.

Ex duodecima,ductilia & inductilia.

Ex tertiadecima,fiſſilia & infiſſilia.

Ex decimaquarta,ſectilia & inſectilia.

Ex decimaquinta,tenacia ſeu lenta, & non tenacia ſeu remittentia.

Ex decimaſexta,denſatilia & indenſatilia.

Ex decimaſeptima,combuſtilia & incombuſtilia.

Ex decimaoctaua,exhalabilia & non exhalabilia,vaporabilia & non vaporabilia.

Illa dicuntur concretilia,quæ ſi terrea ac humida ſint illorum humiditas caloris vi exſiccari poteſt. Si verò ſint aquea & calida,eorum caliditatem frigus extrudit, ideóque dureſcunt. Inconcretilia econtra ſunt, quæ ſeu magis terrea & calida ſunt,ob idque aqueo humore carent, vt puta mel & vinum paſſum: ſeu cùm verè aquea ſint plurimùm tamen aeris continent, ſicuti oleum, argentum viuum, & quicquid eſt valdè tenax ac lentum, veluti viſcum & pix. Eliquabilia circa concretilia locum habent. Terra enim quæ caloris vi ad ſiccitatem deducta ſunt humore iterum appoſito liqueſcunt,vt puta ſalnitrum. Fictile tamen non liqueſcit,quoniam vi calidi ita ſeſe colligit vt illius foramina aquam admittere nullo modo poſſint. Aquea etiam,quæ ob frigiditatis vehementiam calorem amiſere,vi ipſius caloris iterum liqueſcunt,vt puta cryſtallus, plumbum,æs. Hæc eadem quæ eliquabilia ſunt,ex agêtis diuerſitate ineliquabilia etiam cenſeri poſſunt. Terrea enim quæ ſi frigiditas ac humiditas attendantur,ſunt eliquabilia,dum caliditati ſubijciuntur apparent ineliquabilia.

Aquea econtra quæ calore irruente liqueſcunt,frigiditate appoſita firmius conſtipantur.

Illa ſunt mollificabilia ac ductilia, quæ ita vi caloris concreta ſunt vt illorum humor neque vniuerſus, vt in nitro ac ſale, neque inæqualiter, vt in fictili, conſumptus ſit,ſed mollitiem aliquam adhuc retineat, vt cera & lutum.Illa verò,quorum humor vel vniuerſus,vel æqualiter eſt exſiccatus, ideóque omni mollitie carent,neque mollificabilia neque ductilia ſunt,vt lignum & cornu.

Illa ſunt humectabilia, quæ priori forma retenta, aquam internè recipiunt atque imbibunt, vt terra & lana.Econtra, quæ ſeu aquam internè non admittunt, vt æs,ſeu ex illius ingreſſu internè immutantur, vt nitrum & ſal,erunt inhumectabilia.

Nitrum autem & ſal ideò internè immutantur, quoniam illorum foramina continuata totum penetrant. Quare aqua ingrediens ſtatim partes diſiungit.

Patet igitur terram humectati quidem, ſed non eliquari,nitrum verò eliquari & non humectari.

Illa ſunt flexilia ac directilia, quorum longitudo ex ambitu in rectum,vel econtra ex recto in ambitum permutari poteſt,vt metalla & quæcunque humorem ſiceo conſiſtenti aſſociant: flexio enim eſt motio à recto ad deuexitatem aut ad concauitatem; directio verò à concauitate ſeu à deuexitate ad rectitudinem.Ea igitur quę huiuſmodi permutationes non admittunt, ſicuti lapidibus omnibus euenit,erunt inflexilia atque indirectilia.

Fractilia dicuntur quæ foramina ſeu poros longè porrectos habent,ideóque in magnas partes diuidi poſſunt, quod fractibilibus conuenit,vt ligna. Econtra illa erunt infractilia,quæ multis ſcatent foraminibus, vt glacies & lapis.

Friabilium & infriabilium ratio ex ſupradictorum immutatione deducitur. Sicuti enim lignum eſt fractile & non friabile, ita glacies & lapis eſt friabilis & non fractilis. Nam friatio eſt diuiſio non in magnas ſed in quaſcunque partes ſine diſcrimine. Illa verò quæ & multis foraminibus ſcatent, & plurimos poros in longum porrectos habent,ſimul & fractilia & friabilia ſunt, vt puta fictilia.

Ea appellantur impreſſilia quæ humorem aqueum nõ excedentem terreo aſſociant: horum ſiquidem partes ſuperiores ex aliquo contactu ſeu impulſu ad interna deduci poſſunt. Huiuſmodi ſunt æs,cuius humor magis eſt deuinctus ideóque durum eſt, & cæra, quæ eſt mollis.Quæ humore aqueo carent, inimpreſſilia ſunt. Horum etiam aliqua dura ſunt, vt fictile: aliqua mollia, vt lana. Lana tamen quoniam conſtat ex partibus, quæ ſibi inuicem omnino non adhærent, impreſſilis apparenter eſt quod etiam ſpongiæ conuenire videntur.

Dum impreſſilia ex aquei ſolutione facilè premuntur, formatilia etiam erunt. Dum verò non premuntur facilè,quod ligno euenit,non erunt formatilia.

Lanæ etiam,quoniam impreſſionem quam facilè recipiunt non retinent, formabiles non erunt.

Illa appellantur preſſatilia quæ cognati corporis vacuos meatus habent, ideóque pulſa ſuperficie ac intrò recedente, partibus aliò non migrantibus, in ſua foramina ac vacua coire ac deduci poſſunt. Econtra illa erunt impreſſatilia, quæ in ſua foramina, quoniam illis carent, vel duriori corpore referta habent, coire non poſſunt.

Illa vocantur tractilia quæ aqueum plenius concoctum terreóque contemperatum continent, ideoque illorum ſuperficies abſque diſruptione in latum porrigi poteſt,vt lorum,neruus,viſcum,pituita.Quæ verò his carent,intractilia ſunt, vt lapis & aqua. Inter ea autem quæ apparenter ſunt preſſatilia, quędam apparenter etiam ſunt tractilia, vt lana, quædam nullo modo, vt ſpongia. Lanæ ſiquidem partes diſiunctæ abſque interna illarum mutatione longioris formæ aſpectum exhibent, ſpongiæ verò partes vel omnino cohærent vel omnino diſiunguntur.

Illa dicuntur ductilia quorum ſuperficies ex vnico ictu tota in latum ac in profundum migrare poteſt, vt æs & plumbum.Quæ verò ita non expanduntur, vt lapis & lignum,ductilia non erunt. Ductilia verò omnia etiam impreſſilia ſunt,licet impreſſilium plura ſint non ductilia,vt lignum, cæra tamen & cœnum ſimul impreſſilia & ductilia ſunt.

Illa ſunt fiſſilia quæ & dura ſunt & meatus, quibus partes cohærent,non in latum ſed in longum porrectos habent:hæc ſiquidem dum diuiduntur, ampliorem quã ab eo quod diuidit diuiſionem admittere poſſunt. Nam illorum diuiſio id quod diuidendi vim continet antecedit,quod in ſectionibus minime euenit. Liquida igitur omnia,necnon quæ mollia abſolutè ſunt, ſeu(dum ſunt dura)preſſionem ſeu friationem admittũt,infiſſilia erũt. Illa ſunt ſectilia quæ licet duritiem ſint conſecuta verè tamen mollia ſunt, & quatenus ſectionem admittunt poros habent in latum protenſos. Hæc igitur dum diuiduntur neque diuiſionem neceſſariò anticipare poſſunt, vt fiſſilia,neque comminui,vt friabilia. Nonnulla ſimul & fiſſilia & ſectilia ſunt,vt ligna, quæ cùm ex longitudine veriùs fiſſilia quam ſectilia ſint,ex latitudine ſectilia tantùm ſunt.Ea autem quę tam à duritie quàm à mollitie quacunque recedunt, erunt inſectilia.

Illa ſunt tenacia ſiue lenta, quæ cùm liquida & mollia ſint catenarum compoſitionem imitantur, ideóque protrahi ac multùm diſtẽdi & rurſum contrahi poſſunt. Econtra quæ horum vtroque carent,tenacia ſeu remittentia non ſunt.

Illa ſunt denſatilia quæ cùm ſint preſſatilia, ſtabilem fixámque preſſationem retinere queunt.Indenſatilia verò, quæ vel impreſſionem nullo modo admittunt, vel dum admittunt non retinent, ſed ad priorem reuertuntur extenſionem.

Illa ſunt combuſtilia quæ meatus tales habent vt humorem quidem igneum contineant, ſed vi ignea debi-

debiliorem, simúlque per eosdem meatus ignem introrsus admittunt. Huiusmodi sunt lignum, æs, lana. Quæ verò vel nullum habent humorem, vel vi ignea valentiorem, ita vt internè ingredi prohibeatur, incombustilia sunt, vt puta lapis, glacies, & quę vehementer virent.

Illa sunt exhalabilia quæ cùm humida sint ita humorem retinent, vt nisi igni apponantur euaporare non possint. Ideóqoe ab eis, dum ab igne seiuncta sunt, efficitur quidem, ex interni caloris vi, sicci & humidi coniuncta discretio, quòd ad ipsam exhalationem verè pertinet: at humor hic seiunctus madefacere non potest, quod euaporationem constituit: neque etiam efficitur spiritus, quoniam non continuè secundum longitudinem fluit, quod ad huiusmodi spiritus essentiam pertinet. Exhalabilium autem plurima absque externi ignis appositione non modo non euaporant, sed neque exhalant. At si ignis apponatur, horum exhalatio densior est & calorem tangentibus affert.

Id autem pro appositorum differentia multipliciter fit: ideóque harum exhalationum quædam fumus dicitur, ea scilicet quæ procedit ex lignis: quædam fuligo, ea scilicet quæ deducitur ex cæra, pice, & ex iis quæ picem continent: quædam nidor, ea scilicet quæ ex oleo & oleosis extrahitur. Oleum enim exhalabile est non autem euaporabile, ideóque non decoquitur, nec facilè crassescit. Aqua verò econtra euaporabilis est, non autem exhalabilis. Exhalabilium etiam, quæ ignis appositionem requirunt, quædam ex exhalatione omnino euanescunt, sicuti ipsis euaporabilib. euenire solet quædam cùm combustilia sint in cinerem resoluuntur.

Hoc autem illis euenire patet, quæ vel calore tantùm, vel calore ac frigore concurrentibus constipantur. At ipsorum combustilium illa quæ densitatem habent & exhalare possunt formatilia sunt: quæ verò parum fumi habent, terræ autem plurimum, carbonatilia. Liquidorum etiam nonnulla flammabilia sunt, vt puta pix, oleum, cæra, licet si his quæ fumum iaculantur adhæreant, facilius flammam emittant.

Animaduertisse autem non indignum est, nonnulla eliquabilia esse, sed non flammabilia, vt puta æs, ac metallorum reliqua: nonnulla flammabilia, sed non eliquabilia, vt puta lignum: nonnulla & eliquabilia & flammabilia, vt thus.

Et hæc quidem eueniunt ob diuersam humidi constitutionem: ligna etenim humorem compactum, atque vbique continuum, & à terreo minus imbibitum gerunt. Ideo fluere non possunt, sed facilius deuri ac flammam emittere. Flamma enim est spiritus, vel fumus ardens. Æs humorem habet per singulas partes dispersum, non continuum, & pauciorem quàm vt flammam emittere possit, præsertim cùm terreo magis inhæreat. Thus autem partim hoc partim illo pacto habebit, ideóque & flammam emittit, & fluit.

Capvt XXIII.

Accidentium quæ à mixtorum natura censentur remotiora, dari quinque genera, & de primi generis speciebus.

EA quæ temperamenta remotiori quadam ratione concomitātur, nihil aliud videntur esse quàm vires seu dispositiones quædam internæ, quibus ipsa mixta, absque vlla proprij status immutatione, externa afficere atque ab externis affici possunt.

Harum dispositionum seu virium aliquæ simplicibus elementis communes sunt, aliquę verò mixtis perfectioribus propriæ.

Hæ ad quinque genera præcipua deducendæ sunt. nonnullæ siquidem terreis præcipuè conueniunt, quatenus caloris seu frigiditatis virtute maiorem minorémve partium constipationem adepta se inuicem afficere possunt, & tangibilium qualitatum ordinem ingrediūtur. Nonnullæ consequuntur trium seu duorum elementorum concoctibilium copulationem, quatenus ex calidi virtute ad maiorem minorémve seu concoctionem seu combustionem deducta, aquam seu aquea afficere solent, & saporum vocem obtinuere. Nonnullæ eorundem elementorum copulationi aptantur, quatenus virtute caloris interni seu internè concepti emittunt siccū igneum vnà cum aereo humido, afficiúntque ipsum aerem vt aer est, & odores appellari solent.

Nonnullæ ita consistentibus insunt, vt pulsandi aëtisque constringendi vim afferant, simúlque sonorum ac vocum generationi deseruiant. Nonnullæ demum, quæ perspicuum (quatenus lucidum est) certa quadam ratione afficiunt, quoniam seu terrei combustione carēt, seu idem terreum combustum continent, atque etiam aquei qualitatibus magis aut minus excellunt, coloris, seu etiam perspicui ac opaci denominationem sunt consecutæ.

Horum generum vnumquodque continet plures species, quarum tamen quinque tantummodo tales sunt, vt (si comparentur cæteris) simplices appellari possint, licet non eadem ratione. Tres enim ex eo tantummodo simplicium sustinent vocem, quoniam absque noua cōctione non inducuntur, quod nonnulli cæterarum conuenit: harum siquidem vnaquæque ab hominum etiam arte ex certis simplicium qualitatum commixtionibus induci solet. Duæ verò non ob id tantùm dicuntur simplices, sed etiam quoniam nullam admittunt associationem qualitatis oppositæ, sed in proprio genere qualitatum magis ac minus recipientium extremæ sunt.

Primi generis qualitates intimioribus mixtorum qualitatibus proximiores, clauduntur (tanquam ab extremis) summa mollitie & summa duritie. Summa autem mollities & summa durities sicuti ex propria forma sunt verè ac omnino simplices, ita ex simplici causarum efficientium virtute pariendæ sunt, ac reipsa pariuntur. Summa enim mixtorum mollities cōsequitur summam terrei seu concoctionem seu combustionem.

Itaque farinæ sunt summè molles, quoniam nihil aliud sunt quàm terreum ex summa concoctione purgatum. Cineres etiam eandem mollitiem referunt, necnon calx & gypsum, quoniam terreum similiter continent combustionis vi summè depuratum.

Carbones quoque dum conteruntur quodam modo farinescunt, quoniam illorum terreum est quammaximè combustum. Durities econtra consequitur summam constipationem seu terrei, seu aquei ex terrea frigiditate omnino deuincti, siue id solius frigiditatis virtute fiat, siue non absque aliquo igneæ caliditatis vsu. Mediæ huius generis species cæteris omnibus simpliciores erunt, ni fallimur, primò adipis mollities seu vnctuositas, secundò carnositas, tertiò corij exsiccati tangibilis qualitas.

Carnositas medium locum, vt videtur, assumit. Nam terreum continet, neque omnino solutum, neque omnino constipatum, sed media quadam ratione dispositum. Adipis mollities farinarum mollitiei proximior est. Corij verò durities ad summam constipationem magis declinat.

Inter eiusdem generis qualitates magis compositas præcipuos locos sibi vindicare vidētur lanositas & asperitas. Hæc corio est durior: illa verò eodem mollior, licet à carnis molitie plurimum deficiat.

Dantur etiam plures aliæ huius ordinis qualitates, quarum perceptio ex dictarum doctrina facilè deduci potest.

Capvt XXIIII.

De saporum speciebus & causis.

SAPORES illis tantummodo rectè aptari possunt, quæ caloris virtute ea ratione proprium consequuntur Esse, & ad certum temperamentum perducuntur, vt neque aereæ neq; aqueæ qualitates neq; frigiditas terrea omnino expellātur, sed

harum vnaquæque certa alia ratione ſibi inuicem contemperentur.

Cætera verò, quæ ſeu frigoris vi, ſeu ex conſummata ſupradictarum qualitatum combuſtione, certum aliquod ſortiuntur temperamentum, neceſſariò inſipida ſunt. Carent enim tam calido quàm humido complexionali: quorum vnumquodque ita ad ſaporis rationem pertinet vt altero amoto depereat.

Simpliciores autem ſaporum ſpecies ex certi alicuius elementi ſumma vel concoctione vel combuſtione tantummodo deducendæ ſunt. Data ſiquidem ſeu plurium elementorum concoctione vel combuſtione, vel vnius elementi concoctione vel combuſtione non conſummata, purum aliquod ac verè ſimplex produci non poterit, ob inæqualem ſeu elementorum diſpoſitionem ſeu concoctionem, & combuſtionum gradum neceſſariámque cruditatis acceſſionem.

Itaque ſapores ſimplices his tantummodo inhærebūt quę conſtituuntur ex inæquali concoctibilium elementorum copulatione.

Cætera verò omnia, quatenus ſapida ſunt, eos ſapores referent qui ex priorum commixtionibus deducendi ſunt. Exiſtimamus autem inter ſapores ſimplices illum ſummè ſimplicem eſſe, ſimúlque perfectioris extremi partes ſuſtinere, qui conſequitur temperamentum terrei optimè concocti nullámque combuſtionem perpeſſi: huiuſmodique videntur eſſe farinæ, triticeæque præcipuè, dum aliquid humoris adhuc continent. Quæ verò ad ſummam peruenere ariditatem, ſaporem actu non continent, quamuis ex aliqua humidi adiectione illum facilè repetant.

Hunc (quem panis ſaporem appellare licet) verè ſimpliciſſimum eſſe ex eo etiam demonſtrari poteſt, quoniam primo concoctibili, ipſi ſcilicet terreo, primò aptatur, necnon quoniam quæ eum referunt alios ſapores omnes admittunt.

Eundem ſaporem æmulari videntur aquæ puriores quæ nihil terrei continent, aerei verò non parum, & dulces ob id appellari ſolent, licet impropriè & ex ſola relatione ad alias aquas. Huic ſapori proprium videtur eſſe nullam comedenti moleſtiam ſeu voluptatem afferre.

Dum verò abſque vlla commixtione delectat, id ex vehementiori ſeu ſame, ſeu ſiti euenire ſolet, túneque ex commodo potius quàm ex ſapore voluptatem affert.

Secundus ſapor, ſimpliciſſimo proximus, illorum conſequitur temperamentum, quæ cum elementa concoctibilia inæqualiter contineant, conſtituuntur ex ſumma aquei concoctione, pinguedinémque ob id, ſeu vnctuoſitatem eſſentialiter referunt, ex qua idem ſapor dicitur pinguis ſeu vnctuoſus. Ea autem, quæ hoc ſapore afficiuntur, lenire quidem ſolent, ſed nullam manifeſtam voluptatem guſtui afferunt.

Huic in ſimplicium ſaporum ordine ſapor dulcis accedit, qui deduci ſolet ex ſumma aerei concoctione cui nulla combuſtio aſſocietur. Dulcibus proprium eſt non tantùm lenire, vt pinguia, ſed manifeſtam etiam voluptatem guſtui afferre. Sunt autem dulcia pinguibus grauiora, quoniam ſumma aquei concoctio, quæ pinguedinem parit, ſimul & aquea putiora & aerea liberiora reddit. Summa autem aerei concoctio, ex qua dulcedo colligitur, aquea, à quibus ipſum aereum detinetur, firmiora reddit.

Ea igitur quæ panis ſaporem referunt longè firmiori ratione vtriuſque grauiora erunt, terrei ſiquidem plurimum continent, cuius grauitas ex digeſtione nō comburente adaugetur potius quàm diminuitur.

Summa verò concoctio eorum quæ tribus his ſaporibus afficiuntur ex eo etiam demonſtrari poteſt, quoniam dulcia, licet ex aquei copia flammam non excitēt nutriántve, tamen quàm facillimè accenduntur ac comburuntur, quod nequaquam accideret ſi illorum concoctio vlterius extendi poſſet.

Pinguia quorum aqueum complexionale eſt ſummè concoctum, non tantùm facilè accenduntur & comburuntur, ſed flammam etiam emittunt ac nutriunt.

Farinæ verò, & cætera quæ panis ſaporem vtcumque referunt, ideo non facile ignem concipiunt, quoniam aerei parum continent, & terrei ſeu aquei plurimum.

Sed ad ea accedendum iam eſt, quæ ex maxima combuſtione certi concoctibilis afficiuntur ſimplicibus ſaporibus ordinis imperfectioris. Hi duo ſunt, ſalſus videlicet, qui cōſequitur aquei ſummam combuſtionem, & acris, qui oritur ex ſumma aerei combuſtione. Salſus tamen ad amarum deduci ſolet, dum aquei combuſti vis terreis complexionaliter copulatur.

Amarum autem ſaporem à ſalſo eſſentialiter non differre, ex eo coniectare licet, quoniam cineres ſummè combuſti, nullam amaritudinem ſeu continent, ſeu in aquam adiunctam emittunt, ſed eam potius acrem reddunt. quod tamen ex neceſſitate eueniret, ſi in ſaporis amari conſtitutione primas partes terrea obtinerēt. At, ſi aqueis aſcribendus eſt, aſſentiri cogimur eum eſſentialiter à ſalſedine nō differre: patet enim ex ſumma aquei combuſtione ſalſedinem deduci & ſal ipſum oriri.

Idem ex vtriuſque ſaporis ſimilitudine demonſtrari poteſt: amarus ſiquidē in eo tantùm à ſalſo differt, quoniā ob terrei combuſti aſſociationem magis exaſperat, & ob eandem cauſam ſalſedinis acumen refringit. Salſus igitur ſapor (ſi hæc rectè ſancita ſunt) vna cum amaro eum locum obtinebit qui ſapori panis ſummè aduerſatur. Huic prout propriam naturam retinet, propriū eſt detergere, abluere, & aliqua ex parte tum aſtringere, tum corrodere. quatenus autem ad amaritudinem contrahitur, detergit, & vehementius exaſperat, ſed non aſtringit, nec corrodit.

Acris ſapor in ſimplicium ſaporum ordine conſtituitur medius inter dulcem & ſalſum. Huic proprium eſt mordicare & rodere cum magna celeritate. quapropter acria ſalſorum acumen excedunt, idque iure optimo euenit. nam aerea, ex quorum combuſtione ſapor acris oritur, aqueis ſunt acutiora, licet minus perſiſtant quam aquea. Quod autem acria ex aerei combuſtione oriantur, cinerum vis, dum aquæ ferventi commiſcentur, manifeſtè arguit. tunc enim aquæ acredinem concipiunt, quoniā cinerum ignea ſiccitas aquæ feruore excitata igneā etiam calefaciendi virtutem vtcunque exercet, & ex aqua circumpoſita aerea generat ſimúlq; comburit: quæ cūm exhalare non poſſint aquæ ſuperſtiti complexionaliter copulantur.

Inter ſaporem ſalſum & acrem, ſapor acidos rectè (ni fallimur) conſtituitur. Hic inter ſimplices connumerandus non erit. nam ſaporem acrem refringit, ideóque nō rodit, vel certe non admodum vehementer. Acuit autē ſaporem ſalſum, mordicat ſiquidem, quod ſalſo non conuenit. Præterea in eo aerei & aquei combuſtiones manifeſtè copulantur, illique propriſſimum videtur eſſe ex ſola interna virtute ſeipſum intendere. nam ex aerei combuſti vi agit, & ex ea diſpoſitione, quam ex aquei combuſti natura internè continet, eidem actioni ſubiicitur. Hoc acribus non conuenit, quoniam illorum vis omnis in actis conſtituta facilius euaneſcit, aqueis præſertim non fauentibus. Idem ſalſis denegatur, quoniam omnis illorum vis ex aqueis oritur, quæ in ſeipſa agere non poſſunt. Eandem ob cauſam acetoſa ſola, vel certe præcipuè, fermentandi vim conſecuta ſunt.

Sed iam accedendum eſt ad ſapores, qui ea temperamenta concomitantur in quibus elementa concoctibilia, terra ſcilicet, aqua, & aer, æqualiori quadam ratione copulantur. Hæc, vt iam dictum eſt, ſummam alicuius ingredientis ſeu concoctionem ſeu combuſtionem neque admittunt neque expoſcunt. Ea etiam quæ in ipſis vtcunque concoquenda ſunt, ſæpe vel nullo modo, vel non ſatis facilè, hanc quam expoſcunt concoctionem aſſequuntur. Quatenus verò eam aſſequuntur, quibuſdam ſaporibus afficiuntur qui ex trium ſimplicium perfectiorum copulatione & refractione videntur oriri, videlicet ex ſapore panis, & pingui, & dulci. Hunc ordinem, ni fallimur, ingrediūtur ſapores, qui animaliū tum terreſtrium, tum volatilium, tum marinorum carnibus aptari ſolent. Ea quæ perfectam concoctionem, vel nullo

nullo modo recipiunt, vel ad illam nō facilè perducuntur, eos sapores recipiunt qui ex dulcis & acris cōmixtione videntur oriri, ac vtriusque naturam vtcunque referre, magis tamen ac minus, prout magis aut minus ad illorum aliquem accedunt. huiusmodi sunt sapor acerbus, sapor austerus seu acutus, & sapor maturus seu fructuum maturorum, qui ad dulcedinem aliquam perducuntur.

Horum igitur mixtorum, pro concoctibilium natura ac virtutis concoquentis robore seu infirmitate, quędam consistent in ipso acerbo, quædam ad austerum peruenient, quædam austerum transcendent & decentem maturitatem consequentur, quædam etiam seu aliqua ex parte, seu ex toto, ad plenam dulcedinem perduci solent.

Acerba desiccāt & vsque ad multam profunditatem exasperant. Austeris seu acutis idem conuenit, sed minus intensè. fructuum dulcescentium sapor dulcedinis continet vim, sed remissam.

Capvt XXV.

De his, ex quibus marium salsedo, & fontium sapores oriuntur.



SAporvm differentiis & causis sic conceptis, rationes facile adduci poterunt quæ afferunt marium ac lacuum nonnullorum salsedinem, fontiúmque quorundam acetosum saporem. accepto siquidem salsedinem omnem consequi aquei combustionem, quam tutissimè sancire licet aquas omnes, quæ salsedinem referūt, ex aquei combusti commixtione id obtinere. Rationes autem, ex quibus aquarum combustio oriri solet, tres vidētur esse. quæ si simul concurrant, eam firmiorem reddent; si verò disiungantur, imbecilliorem. Prima est, aquarum firmior sedes. aquæ siquidem decurrentes combustioni parum sunt obnoxiæ: conquiescentes verò quam maximè. nam nos etiā dum quiescimus, calefacientis Solis vim firmiorem expetimur, & dum mouemur, infirmiorem. Secunda ratio sumitur ex regionis natura. nam quæ magis tendunt ad æquinoctialem, quoniam radijs rectioribus subijciūtur, & magis calefiunt, & facilius comburuntur. Tertia colligitur ex combustione terrei quod aquis subijcitur. hoc enim aquas superpositas simul comburit, & salsedine afficit, licet aliquanto amariori.

Horum trium vnumquodque ad Maris salsedinē concurrere manifestum est. marinæ siquidem aquæ infimum obtinent locum neque ab eo recedunt, bísque in singulis mensibus, nisi adsit ventorum vis (vt ex superioribus patet) diutius quiescunt, neque vllum fluxum seu refluxum exercent.

Easdem Æquinoctiali etiam subijci & summam calorum vim pluribus in partibus sustinere manifestū est. Cùm igitur Maria omnia sibi inuicem cohæreant ac copulentur, partis vnius infectio ad aliam ex necessitate deducitur. Sicuti autem marinis aquis combustionē patientibus, subiectam terram salsedinē ac amaritudinem non concipere impossibile est, ita necessarium cēseri debet, terra marinis aquis subiecta amara existente, impositas aquas, prout illis conuenit, similiter affici. Hinc ratio colligenda est, cur lacus quidam Palæstinæ non tantùm salsus, sed etiam amarus sit, ita vt in eo pisces non nutriantur. Idem lacus easdem ob causas tantùm terrei continet, vt grauia iniecta enatent.

Acidus aquarum sapor, & siquis alius illis aptatur, ex terrei, quod illis aditum præbet, qualitate oriuntur. terrę siquidem, seu salis, seu sulphuris semina ac partes, simúlque tum aquei tum aerei combusti non parum continent, aquásque, à quibus tanguntur, talibus saporibus & afficere & inficere solent. Hæ tamen infectiones & affectiones diutius fortasse ab ipsis aquis retineri non possunt. nā dū ad aperta deducuntur ac liberè fluunt, quidquid alienum continent, nisi noua vis accedat, facilè depelluntur, grauioribus præsertim sponte ad infirmiora delabentibus, leuioribus verò, aereis scilicet, quæ vtcūque combusta sunt, euaporantibus.

Quapropter flumina omnia, ac cęterę aquę, à proprio fonte perenni cursu longius deductæ, dulces apparere solent, ob aerei digesti imbibitionem. dulciores tamē ac puriores vt plurimùm sunt prope fontem, si ex puriori terreo prosiliant, & si ipsi fontes Sole oriēte illustrentur.

Maria verò, licet ob iam constitutas causas salsedine carere non possint, nunquam tamen redduntur acetosa seu acria, quoniam quicquid aerei combusti cōcipiunt, statim euaporat ob illorum agitationes, nullis præsertim impedientibus, ipsóque aere superiora petente.

Capvt XXVI.

De Odoribus.

SEd iam ad ipsos odores oratio conuertenda est. Hi saporibus quidem essentialiter copulātur, non tamen omnibus, sed illis tantummodo quorum sapor constituitur ex concordi copulatione humidi aquei, seu aerei, & sicci ignei, quæque caloris seu interni seu externi virtute ita exhalare ac spirare possunt, vt eandem cōcordem copulationem effundant ac spiritali quadam ratione obijciant.

Patet autem ea omnia, quæ ex summa certi elementi seu concoctione seu combustione simpliciores sapores obtinuere, ex proprij temperamenti natura omnino destitui seu ignea siccitate, quod plenè concoctis euenit, seu quacunque humiditate, quod plenè combostis accidit: ideóque horū nullū odorē emittere, nisi forte aliud inconcoctum incombustumue contineant, seu ex talium adiunctione immutentur. Humidum verò tūc associatur sicco igneo concorditer, ac secūdum Naturæ leges, cùm siccum tanquam humido perfectius præcipua munia sustinet. Quapropter odoris etiam natura ex sicco præcipuè deducenda est, sanciendúmque odorem cōcomitari exhalationem siccam, quæ humidi complexionaliter, atque ex certa concoctione sibi adiuncti, vim cōplectatur: & vt vno verbo illius essentia plenius exprimatur, re ipsa nihil aliud esse quàm saporem spirantem. Hæc verò docere possunt, odores omnino simplices non dari: odori siquidem essentiale est ex iis sapidis colligi, quæ neque omnino concocta, neque omnino combusta sunt, sed vel consistunt in certo harū gradu, vel tendūt ad maiorem concoctionē cōbustionemue, seu etiā delabuntur à priori cōcoctione. Cōstat autē cōpositi exhalationem, exhalationísque vim necessariò cōpositam esse. Illi tamē inter odores simpliciores censeri poterūt, qui spirant ex magis seu cōcoctis seu combustis, odorum tamen naturam non repellentibus. Odor igitur carnium viuentium relatus ad alios sapores, simplicissimus dicendus erit: elementa enim has carnes cōstituentia obtinent omnem concoctionem quæ tali copulationi ac temperamento aptari potest.

Idem etiam ex eo colligitur, quoniam nisi fortior odorandi virtus accedat, talium carnium odor vix percipi potest. Eædem tamen carnes si igni apponantur, ex assationis vi plurimum odoris effundent.

Huic odori qui (si saporibus comparetur) panis saporem refert, aduersabitur, vt extremus, odor aromatum maximè combustorum, vt puta piperis, caryophilli, & cinnamomi. Hic similiter vix sensum mouet: excitari tamen solet non quidem per assationem, vt carnium odori euenit, sed per oppositam elixationem, quæ exercetur circa hæc aromata aquā demersa.

Priori extremo proximus erit odor fructuum humidorum maturorumque. Hic deficit à simplicitate odoris qui conuenit viuentibus omnibus, quoniam fructuū concoctio nullum certum terminum intendit, sed indesinenter protēdi solet. Hunc odorē qui (si saporibus comparetur) pinguem vtcunque æmulari videtur, vinorum ac aceti odores ingredientur.

Alteri extremo proximior erit odor aromatum minus eombustorum, vt puta thuris. hæc siquidem combustionem continent, sed non ita intensam, ideóque illorum odor facile percipitur: ex assationis tamen vi magis excitatur, sicut fructuum nonnulli, igni appositi, magis spirant.

Inter enumeratos odores quintus ac medius constituitur odor florum, lignorum omnium, & cæterorum quæ pinguia, ac viscosa magis sunt, vt puta myrrhæ, balsami, caldamæ, & eiusmodi aliorum.

Hæc omnia longè acutius spirant, illorúmque odor, nisi aliquorum tenuitas obsistat, tam per assationẽ quàm per elixationem excitari solet. Odorata trium ordinum, qui continent combustionem aliquam, non deducuntur ob dissolutionem ad odorem fœtidum. Carnes autem & fructus, dum dissoluuntur, ideo fœtent, quoniam omni combustione carent.

Capvt XXVII.

De sonorum ac vocum differentiis & causis.

Sonis omnibus commune est propria tũ subsistentia tum inhærentia carere, sed in ipso ortu ac generatione deficere. Generator autem ex aeris refractione, quæ ob vehementem aliquem seu impulsum, seu attractum, seu percussionem efficitur, euenítque ob id vt sonorum differentiæ eliciantur non tantùm ex substantialibus illorum formis, sed etiam ex causarum sonum ipsum emittentium natura ac vsu multiplici. Has omnes in ipsius hominis vocibus intueri possumus. hæ siquidem, vtpote perfectissimo composito propriæ, inter cæteras omnes perfectissimæ sunt, ideóque cæterarum etiam differentias ac vires eminẽtiori quadam ratione complectuntur & docent.

Substantiales seu formales sonorum differentiæ illæ videntur esse quæ vocalibus signantur notis. Quæ deducuntur ex sonantium seu vocem emittentium vsu, consonantium prolationibus aptãtur. Demum quæ eliciuntur ex sonantium vocémque emittentium vi roboréque multiplici, erunt illæ quibus soni graues, acuti, seu medij denominantur. Horum ordinum vnusquisque, si attẽdatur simpliciora differẽtiarum exordia, complectetur quinque sonorum seu vocum species, ea tamen ratione vt vocalium vnaquæque quinque consonantes videatur inducere. Vocales seu substantiales vocum differentias verè quinque esse manifestum est, necnon, prout in propria ac naturali simplicitate & puritate concipiuntur, quinque vsitaris notis signati, videlicet A. E. I. O. V. Inter has, A. quoniam maximè gutturalis est, vnius extremi occupat partes. V. verò, quoniam oris summam eiectionem requirit, alterum extremum constituet. Quapropter hæ duæ voces; quatenus ita proferuntur, & simplices omnino erunt, & ad sapores comparatæ, panis sapori ac salsedini proportione respondebunt.

Trium autem mediarum vocalium simplicium, I. dulci, E. acri, O. pingui sapori respondere videntur. Siquis autem has vocales à naturali puritate diuertat, easdémque quodam pacto commisceat, vocales quidem voces signabunt, sed compositas, cuiusmodi sunt quæ diphthongis signari solent. Vocalibus omnibus, quatenus absque consonantibus proferuntur, commune est ex sola oris formatione, prout vniuscuiusque naturæ conuenit, proferri, nullámque seu linguæ ad palatum, seu linguæ ad dentes, seu labiorum ad inuicem; percussionem requirere. Consonantes ecõtra tales percussiones exposcunt.

Hæ verò percussiones ab inuicem distinguuntur, non tantùm ratione partium percutientium ac percussarum, sed etiam ratione modi. ex quo factum est vt vocalium vnicuique quinque simplices consonantes aptentur: pars siquidem, ex cuius vsu vocalis vnaquæque profertur, quinque rationibus præcipuis percuti potest.

Consonantes igitur, quæ V. vocalis, prout est vocalis, naturam sequuntur, sunt B. F. M. P. & V. quatenus cõsonantis exercet vires. harum enim vnaquæque ex labiorum, quorum simplex formatio spiritu adiuncto, V. vocalem proferre solet, certam quandam percussionem exquirit. Consonantes, quæ I. vocali respondent, ideóque proferri solent ex percussione illius palati partis quæ ad dentes magis accedit sunt C. D. G. L. T.

Reliquas autẽ consonãtes, quæ tribus aliis vocalibus sunt magis consonæ, supradictorum rationibus insistentes, facilè perquirere poterimus, præsertim si plurium idiomatum colligamus vsus, patet siquidem vnicũ idioma omnes vocum differentias non exercere.

Simplices sonorum differentiæ tertij ordinis ad quinarium numerum similiter deducuntur, quoniam harmonicæ proportiones simplices quinario numero comprehenduntur. Ideo autem hæ sonorum differentiæ, simúlque earundem dispositio omnis ex harmonicarum proportionum simplicium differentiis ac dispositione colligendæ sunt: quoniam (vt diximus) sonorum existentia in ipso tantùm generationis actu consistit, neque illius certa ratio designari potest ex re aliqua certa, vt reliquis accidentium ordinibus conuenit: sed colligitur necessariò ex certa relatione soni ad sonum. Hæ verò relationes harmonicæ ac simplices erunt, quoniam communis Naturæ vis, sicuti omnem distonantiam abhorret, ita in omnibus harmonicam proportionem iniicit, simplicibus quidem simplicem, compositis autem compositam.

Quod autẽ harmonicæ proportiones simplices quinque sint, Musici cognoscunt & probant. Nobis in præsentia satis erit eas ex senario numero colligere. hic siquidem numerus rectè admodum amicitię numerus appellatur, neque ob id tantùm quod secundum omnem rationem possibilem in partes diuisus, rursum ex propriarum partiũ collectione absque vllo excessu seu defectu reficiatur: sed etiam (quod longè admirabilius est) quoniam vnusquisque numerus ipsum ingrediens, ad proximum numerum relatus, harmonicam proportionẽ constituit, neque aliæ harmonicæ proportiones præter has, quæ simplices sunt, ac cõpositas omnes constituunt, inueniri possunt. Prima igitur porportio harmonica simplex oritur ex proportione vnitatis ad dualitatem, simúlque ex dupla proportione.

Hęc, quoniã deducitur ex remotissima proportione, à Musicis Diapasson, à canentibus verò octaua dicitur.

Secunda colligitur ex relatione duorũ ad tres, ex ipsa scilicet proportione sesquialtera, & à Musicis Diapẽte, à canentibus verò Quinta appellari solet.

Tertiã deducitur ex relatione trium ad quatuor, ex ipsa scilicet sesquitertia proportione, & à Musicis Diatessaron, à canentibus autem Quarta vocatur.

Quarta oritur ex relatione quatuor ad quinque, ex ipsa scilicet sesquiquarta proportione, atque à Musicis Ditoni, à canentibus verò Tertiæ maioris nomen accepit.

Quinta & vltima colligitur ex relatione quinque ad sex, ex ipsa scilicet sesquiquinta proportione, atque à Musicis Semiditoous, à canentibus autem Tertia minor nominatur.

Harmonicarum proportionum exordia ita constituta sint. Quod verò attinet ad earundem dispositionem, cuius perceptio ad id quod intendimus non parũ conducit: sciendum est, vocem vnamquamque, quæ ad aliam vocem harmonicè referatur, necessariò illa vel grauiorem esse vel acutiorẽ. Præterea, data certa aliqua voce, illi ex necessitate duas alias voces ex parte acutiori, totidémque ex parte grauiori, harmonicè posse associari, tuncque non tãtum omnes harmonicas proportiones simplices exerceri, sed earundem etiam decurissimam dispositionem cõstitui. nam, si rectè sancitum est, Diapasson summam harmonicarum proportionũ distantiam continere, hancque octonarium vocum numerum non transire, patet, accepta (exẽpli gratia) voce, quæ denominetur scilicet, illi ex parte grauiori harmonicè adiũgi posse voces, quæ ad eã relatæ 1. & 3. appellari possũt.

simili-

simili ratione, eidem 5. ex parte acutiori harmonice addi vocea 7.& 8.

Constat etiam voces has sic dispositas proportionum harmonicarum simplicium numerum ea ratione complecti, vt simul harmonia omnia atque harmoniæ modi omnes consummationem recipiant. 3. enim ad 5. Semiditonum, seu Tertiam minorem constituet, 5.ad 7. Ditonum, seu Tertiam maiorem: 1. ad 5. Diapende, seu Quintam, 5.ad 8.Diatessarum, seu Quartam: & demum 1.ad 8.Diapassum, seu octauam complent, in qua omniũ harmonicarum proportionũ limites figuntur. Omnis igitur harmonicarum proportionum simplicium dispositio talis erit, 1.3.5.7.8. In hac autem dispositione inter 7. & 8.toni, inter 3.& 8.sextæ, & inter 1.& 7. septimæ rationes constituuntur. Tonus autem, qui solitariè acceptus, harmoniam non constituit, in huiusmodi harmonicarũ proportionũ dispositione pleniorem harmoniam inducit: similique ratione sexta & septima, quæ seiunctim acceptæ dissonantiam pariunt, harmonicis proportionibus sic associatæ ad totius harmoniæ decorem non parum conducunt. Hæc diligentius enarranda esse censuimus, quoniam non tantùm vocum differentias tertij ordinis decentémque illarum dispositionem ac vsum demonstrare possunt, sed vim etiam non infirmam afferunt ad ea confirmanda, quæ circa aliorum generum quinarium qualitatum numerum superius sancita sunt: harum siquidem specierum vnamquamque ex certa aliqua harmonicarum proportionum simplicium ratione pendere necesse est, quamuis illarum existentia non ex sola proportione, vt soni, sed ex certa quadam rerum specie deduci soleat.

Quapropter tanquam exploratum accipiendum est extremas vniuscuiusque generis species, sicuti ex toto inter se distant, ita proportionem harmonicam, quæ dicitur Diapasson, inter se exercere, quæ inter vtranque extremam constituitur media: respectu vnius extremæ, Diapende, & respectu alterius, Diatessarum referre, similique ratione in vnoquóq; specierum ordine, Ditoni, semiditoni, Toni, sextæ ac septimæ rationes contineri, atque harmonicas proportiones omnes vna cum illarum modis verè ad actum deduci. iam enim constitutum est, Naturæ communis vim dissonantiam omnem refugere, consonantiam verò omnem complecti. Silentio autem demandandum non est, acutum & graue, necnon medias voces omnes, duabus rationibus concipi posse, absolutè scilicet & respectiue. sæpe enim vox, quæ absolutè acuta non est, dum refertur ad aliam vocem illa longe grauiorem, Acuta appellari solet: & econtra, vox satis acuta ad acutiorem relata, Grauis denominationem consequitur.

Quod autem ad vocum ac sonorum omnium generationem attinet, sciendum est tunc aerem verè frangi, cùm vis illum seu impellens seu attrahens, illius tum agilitatis tum ad parendum facilitatis proportionem excellit. tunc siquidem aer non dissipatur, sed disruptionem seu confractionem aliquam ex necessitate patitur. Id autem in mutuis rerum percussionibus quammaximè euenire potest, præsertim si ambæ, vel illarum altera, durior ac tersa sit. Videtur autem, dum magna aeris pars simul frangitur, sonos grauiores reddi: dum vero frangitur parua pars, sonos acutiores. Vterque verò vehementior erit, vel minus vehemens pro vberiori seu tardiori percussione, attractione, & expulsione.

Tinnitus autem, qui post aliquotum percussionem ac primam soni emissionem longiori spatio personare solent, non paruam admirationem afferre possent: compertum tamen est eos ascribendos esse aereis qualitatibus quæ his corporibus insunt. hæ quippe non patiũtur, corpus percussum statim verè & perfectè quiescere, ideóque motu quodam vix perceptibili aerem circumiectum expellunt & attrahunt, ex quo oriuntur huiusmodi tinnitus. Id ex eo etiã facile coniectare licet, quoniam si corpora hæc, filo affixa, non pendeant, neque motum libere exercere possint, nullum sonum retinent.

Responsiones verò ac reboationes, quas vocibus semel emissis concaua & saxosa reflectere solent, ipsamque Echo seu plenè seu ex parte constituere, sonorum potius similitudines quàm soni appellandæ sunt. quanuis enim absque aëria contractione non dentur, priori tamen confractioni innituntur. Sibili tamen ventorum, inter veros sonos poterunt connumerari, quoniam primam aeris fractionem videntur consequi.

Capvt XXVIII.

De colorum speciebus, proportionibus, ac dispositionibus.



Xtremi colores, qui ad inuicem relati, Diapasson referunt, sunt albedo & nigredo. hi siquidem, qui ex toto simplices sunt, cæteris omnibus tanquam limites constituuntur.

Tres medij, qui simplices verè sunt, sed inter album & nigrum continentur, erunt color rubeus, qui magis ad nigrum quam ad album accedit. color flauus seu aureus, qui albedini proximior est, & color hyacintinus, qui ita est medius, vt respectu nigri, Diapende referat, respectu albi Diatessarum, respectu rubei Semiditonum, respectu flaui Ditonum. Ipse verò flauus respectu rubei Diapende constituet, rubeus autem respectu nigri Ditonum.

Præter has harmonicas colorum proportiones dabitur etiam Toni proportio, quæ neque consona, neque dissona est, inter flauum & album: proportio Sextæ, quæ simpliciter accepta est dissona, inter rubeum & album: & proportio Septimæ, quę si à cęteris seiungatur itidem dissona est, inter nigrum & flauum. Et horum quidem vnumquodque sensus & experientia testantur. patet enim pictores neque rubeum, neque hyacintinum, neque flauum, sicuti neque album, seu nigrum, ex certis mixtionibus conficere posse, nisi concoctio noua accedat, cùm tamen cæteros colores omnes ex simplicium aliquorum commixtione elicrantur. cæruleus enim oritur ex hyacintino & albo: viridis ex flauo nigredine aliqua adiuncta, puniceus ex cæruleo & nigredine, fuscus ex nigredine & albedine: cineritius ex albo, nigredine aliqua accedère. Reliqui etiam colores ac colorum gradus simili ratione absque vlla nouæ concoctionis vi generari possunt. Constat quinetiam rubeum magis ab albo distare quàm hyacintinum: hyacintinum magis quàm flauum, necnon eundem hyacintinum singulis simplicibus coloribus verè consonum esse, flauum albedini valde proximum, ex eo tantummodo illi esse consonum qui ab eo non discrepat: nigredini verò, a qua ex Septimę proportione distat, manifestè aduersari videtur, sicut etiam albedo rubedini non concordat, nam referunt proportionem sextę. Hi tamen colores verè consoni erunt, si simplicium colorum omnium series harmonicè disponatur quinque circulis ita constitutis, vt minimi area, quæ est circa cẽtrum, sit nigra, ex quatuor verò Zonis circularibus minor, quæ minimo circulo ac nigredini est proximior, rubea reddatur, maior huic proxima fiat hyacintina: tertia hanc contingens flauum colorem concipiat, & extrema cæteras complectens albedinem retineat. Ipse autem hyacintinus omnium medius ideo respectu nigredinis Diapende constituet, & respectu albedinis Diatessaron, & non econtra, quoniam albedinis color omnium perfectissimus est & maximè vehemens. Naturæ verò ordo exquirit vt singula ad perfectiora sint magis propensa firmioribusque magis adhæreant.

Eandem etiam ob causam euenit vt minima horum colorum simplicium distantia, quæ ex tono oritur, non inter nigrum & rubeum, sed inter flauum & album constituatur. Animaduersione autem non indignum existamus, colores inter se differre non tantùm, quoniam essentialiter magis seu minus ad alterum extremorum accedunt, sed etiam quoniam illorum proportionem, quæcunque illa sit, seu internè colligunt, seu externè diffundunt. euenit siquidem vt rubeus color, qui plus nigredinis & minus albedinis complectitur, quodammodo magis conspicuus sit quàm hyacintinus: hic

nempe licet plus albedinis contineat & minus nigredinis, illius tamen albedo magis internè detinetur, ideóque obtunditur, nigredo verò eſt magis externa, ideóque acuitur & magis conſpicua eſt. Flauus autem color maximè conſpicuus eſt, quoniam & plurimum albedinis continet, & dum ea quæ nigredini fauent interius colligit, quammaximè obtundit.

Puniceus color, & viridis, quorum vnuſquiſque ſimplicium naturam æmulari videtur, partem quæ nigredini fauet expandunt, eam verò quæ albedini conſentit internè retinent. Quapropter licet puniceus color in albedinis portione parum fortaſſe à rubeo deficiat, & viridis eundem rubeum plurimum excedat: nihilominus puniceus à rubei conſpicuitate plurimum recedit, & viridis, niſi ſit valde purus, illo obſcurior apparere ſolet. quamobrem, cùm inter hyacintinum, & rubeum ſit medius, ſi vna cũ puniceo ſimplicioribus coloribus adiungatur omnium etiam medius erit. albedo enim, vt exordiamur à clarioribus, primum locum obtinebit, flauus ſecundum, hyacintinus tertium, viridis quartũ, rubeus quintum, puniceos ſextum, & niger ſeptimum.

Hæc tamen, vt ex conſtitutis patet, veram hyacintini medietatem non deſtruent.

Capvt XXIX.

De cauſis colorum qui pendent ex ſubiectorum temperamentis.

SED iam colorum, quatenus ex rerum temperamentis deduci poſſunt, cauſæ explicandæ ſunt.

Has elementalibus qualitatibus, terreíſque præcipuè, aſcribendas eſſe manifeſtum eſt. nam ex eiſdẽ etiam tẽperamenta conſtituuntur, & inter elemẽta ſola terra & colorata eſt & ſubſiſtit. patet autẽ colores hos circa conſiſtentia tantùm verſari, reliquæ tamen qualitates elementales non parum momenti ad colorum diſtinctiones afferre ſolent, prout in his quæ ad colores pertinent, terreis conſentiunt ſeu diſſentiunt, fauẽt ſeu aduerſantur, eaſdémque intendunt ſeu remittunt.

Inter terreas verò qualitates, terrea frigiditas, dum à terrea ſiccitate ſeiungitur, albedinem parit. hanc ſiquidem ſimplici etiam terræ elemento aptari nouimus. Terrea ſiccitas, dum à terrea frigiditate diuellitur, nigredinem inducit. Aquearũ & ignearum qualitatũ vnaquæque ex propriæ naturę vi albedini fauẽt, cui aerea humiditas etiã conſentit. Aerea verò caliditas terreæ ſiccitatis partes ſequitur, nigredinique ſeu fauet ſeu aſſentitur. Hoc ex ſumma carbonũ nigredine conſpicuũ redditur: illorum enim temperamentum, vt dictum eſt, oritur ex terrea ſiccitate & ex aerea caliditate. Harum verò vtrãque ex huiuſmodi temperamento nigredini fauere conuenit, quoniam nigredo maximè obſcura eſt, rectéque ob id mœſtitiæ color appellari ſolet. Hæ autẽ qualitates à proprio ſtatu violenter reiectæ, ac ad deteriorem detruſæ. hac ratione mœrorem non ſenſu, ſed vi veritatis conceptum quodammodo teſtatum reddunt.

Non diſsimili conatu, terrea frigiditas & humiditas aerea, ſibi inuicem conſentientes, albedini fauent, vt ex farinarum natura patere poteſt. ex huiuſmodi enim amplexu terrea frigiditas ſtatum lõgè liberiorem adipiſcitur: aerea verò humiditas longè tutior redditur. Quod autem igneæ qualitates ex propria natura albedini faueant & nigredini aduerſentur, ex carbonibus ignem concipientibus manifeſtum eſt. hi ſiquidem qui ex proprio temperamento ſunt ſummè nigri, ignearum qualitatum virtute rubei efficiuntur, ſæpe etiam albeſcunt.

Eædem qualitates, dum ab his concipiuntur quæ alba ſunt, nec facilè comburi poſſunt, illorum albedinem non parum adaugent, vt in metallis albis liqueſcentibus intueri licet. Igneam quoque ſiccitatem ab ignea caliditate ſeiunctam idem vtcunque præſtare, ex calce & ex fuligine manifeſtè colligitur. calx enim, quæ ob terream frigiditatem puriorem alba eſſet, ob igneæ ſiccitatis adiectionem longè candidior redditur. fuligo econtra, cùm ex ſicci terrei & calidi aerei vi ſummam nigredinem referre poſſet, ex ipſius igneæ ſiccitatis adiectione rubedinem aliquam concipit ſummámque nigredinem retundit.

Quod verò attinet ad aqueas qualitates, ambigi non poteſt quin albedini faueant. nam nix continẽs aqueam humiditatem eſt maxime alba: & marmora, in quibus aquea frigiditas manifeſtè ineſt, dum illorum terreum caret combuſtione, candida ſunt.

Quamuis autem ignearum & aquearum qualitatum naturæ huiuſmodi ſint, illarum tamen vnaquæque (ex accidenti) albedini aduerſari & nigredini fauere ſolet. ignea enim qualitas, dum aereæ humiditati terreæque frigiditati eſſentialiter obiicitur, eáſque expellit, albedinis cauſis reiectis, albedini manifeſtè aduerſatur & nigredini fauet.

Iterum tamen albedinem fouet dum proprium perficit opus carbonéſque in cineres reſoluit. tunc enim calido aereo recedente, ignéque ob pabuli defectum extincto, frigiditas terrea, cui albedo annectitur, ex neceſsitate ſuccedit: cineres tamen ſummam albedinem non adipiſcuntur, quoniam huiuſmodi frigiditas elementalem ſtatum adhuc non conſequitur, ſed retinet aliquid combuſti terrei, calidique aerei, ideóque nouo igni appoſitu iterum atque iterum cõcoqui ſolent, ſempérque aereo ſimúlque terreo cõbuſto magis recedentibus albiores redduntur.

Aqueæ qualitates ex eo nigredini fauere ſolent, quoniam igneis qualitatibus albedinem inducentibus aduerſantur eaſdémque refrãgunt, ſicuti & ipſæ ab eiſdem retundi ac refrangi ſolent. Et hæc quidem mediorũ colorum cauſa propriiſsima cenſenda eſt. ſicuti enim vehementioris ignis vis terreã frigiditatem omnino expellens, terreæque ſiccitati aeream caliditatem adiungens, ſummam nigredinem inducit: ita remiſsior ignis & ex aquearum qualitatum virtute refractus, eiſdémque cõplexionaliter copulatus, medios colores inducet. tunc ſiquidem albedinis ac nigredinis cauſis, pluribus rationibus refractis, & in certum temperamentum conſentientibus, neque puram albedinem, neque puram nigredinem intendent, ſed aliquem colorem medium. Et ſiquidem mixti ſuppoſiti concoctio plenius conſumetur, conſtituentur colores ſimpliciores, flauus ſcilicet, hyacintinus, & rubeum. Si verò concoctio non ſit perfecta, orientur colores magis compoſiti, puniceus ſcilicet & viridis. Ipſe tamen viridis color ex imperfecta cõcoctione videtur oriri, vt facilè patere poteſt ex aquis ſupra terras pinguiores ſtagnantibus ac quodãmodo marceſcentibus. hæ enim ideo virides ſunt, quoniam terrę ſuppoſitæ ſiccitas & aquæ ſuperpoſitæ humiditas ſe inuicẽ refrangunt, & vtriúſque elementi frigiditas, cæleſtium luminum calefactionem refugiens, ſe inuicem vehemẽtius amplexatur. Itaque, calefactione non recedente, quodcunque ex terreo cõburitur, terrea ſiccitate retenta, aquæ frigiditati fortius adhæret, ſimúlque aqueam humiditatem non parum retundit ac comprimit, & ad aliquam ſoliditatem deducit quę viridem colorem concipit. nam terreũ cõbuſtum nigredini, aqueæ verò qualitates albedini fauent. Itaque vtraque parum in medio colore cõſentit, imperfecto tamen ac impuro, quoniam aquei copiam & interni caloris defectus concoctio cõſummare non poteſt.

Eiſdẽ rationibus herbarũ ac plantarum cõmunis viriditas demõſtrari poteſt. nam harũ temperamentũ ex eo tantummodo ab aquarũ muſcoſis differre videtur, quoniam plantæ magis terreæ ſunt & minus aquoſæ, atque etiam, quoniam prodeunt à ſeminali calore, aquæ verò muſcoſa ex ſola cæleſti calefactione oriri ſolent. Sicuti autem omnes plantæ terrei plus cõtinent quàm aquarũ muſcus, ita plantæ, quę oriuntur ſuper terram emergentem, longè ſolidiores ſunt iis quæ ſub aquis naſcuntur.

Talis proportio inuenitur etiam inter cortices arborum recentiorum & arborum vetuſtiorũ: hæ enim quoniam magis aduruntur nigriores ſunt. Herbæ verò dum adhuc intra terram detinentur, ſeu supernè cõſtipantur,

obiiciunt

obiiciunt summam albedinem, quoniam illarum frigiditas terrea & aquea, quæ albedini fauent, constipantur ob circumpositionem terræ seu foliorũ: quntum vnumquodque frigiditatem continet & eisdem fauet, terreo verò combusto ac siccitati omni aduersatur. Nigredinis igitur causa omnino compressa, ac his quæ albedini fauent confirmatis & depuratis, summam albedinem effundi necesse est. Dum verò plantæ ad superiora euehũtur, seu harum circumuolutionum fulcimẽtis destituuntur, passim virides sunt, quoniam in illis vigent aqueæ qualitates, quæ dum cohibere nõ possunt vim terrei cõbusti sibi adiuncti, ob oppositam reactionem exteroi caloris, qui siccitati fauet, viriditatem effundunt.

Sicuti autem herbarum ac plantarum folia passim virentia sunt, ita illarum flores, qui perfectiorem concoctionem expuscunt, simplicioribus coloribus decorantur, albedine scilicet, colore flauo, hyacintino, ac rubeo, quibus tamen puniceus etiam adiungi solet.

Ea verò, quæ ex propriæ ac essentialis concoctinnis vi colore flauo afficiuntur, continent quidẽ parum terreæ siccitatis & aereæ caliditatis, quæ ad nigredinem vergunt, sed quammaximè firmum ac tutum.

Itaque nõ facilè auelli seu disrumpi potest à terrea frigiditate aereáque humiditate, quæ albedini fauent. Idẽ euenire solet iis quæ simpliciter rubea sunt, quæ tamen continent plus combusti. In illis verò, quæ ex propria & essentiali cõcoctione sunt cærulea seu punicea, combustum vt plurimùm infirmius defendi solet. quapropter, sicuti plantæ parientes flores seu flauos, seu simpliciter rubeos, ob summam custodiam illorum quę nigredinem inducont, semper & vbique flores eiusdem coloris parere solent: ita, quæ puniceos seu cæruleos flores emittunt, qooniam quæ nigredini fauent in illis minus firma reperiuntur, si fortior dirigendi accedat vis, sæpe proprios flores ad albedioem perducunt. Quapropter plantarum plurimæ, non tantùm eadem specie rerenta, sed eodem etiã indiuiduo, & puniceos, & hyacintinos, & albos flores producunt.

Euenit etiam, eandem ob causam, vt flores albi, hyacintini, ac ponicei, homini cibum decenter suggerant, flaui verò ac simpliciter rubei, non item. illorum siquidem terrestris siccitas firmius compacta, nisi aqueæ humiditatis vi expandatur, non facilè digeri potest. Dum verò aquei plurimum continet, vt in fructuum parte nõ patua euenit, siccitas, flauum rubeumue colorem inducens, ex aqueæ humiditatis vi ita expanditur, vt digestioni non aduersetur.

Plantæ autem ac arbores omnes, dũ moriuntur, ideo ex ea parte, qua viuentes virent, referunt nonnunquam colorem album, sed sępius flauum, quoniam aqueis qualitatibus recedentibus, simul terrea siccitas eisdem contemperata, & aqueis vehementius adhærens, recedat necesse est. remanet tamen, vt in pluribus, minima quædam illius pars, cuius vi summa albedo perturbatur atque ad flauum colorem deflectitur.

Capvt XXX.

De coloribus qui externè accipiuntur, simúlque de causis perspicui & opaci.

Væ ex proprij temperamenti vi certum aliqueoi colorem patiunt, ex alterius colorati seu contactu, seu receptione, seu expansione, seu imbibitione, proprium colorem effundere & alienum referre solent. hæc tamen pro agentium ac recipientium differentiis & dantur & exercentur. ea enim quæ carent omnino aerea caliditate & aquea humiditate, proprium colorem non transmittunt ad alia. Quæ aeream humiditatem habent simúlque farinosa sunt, ex sola superessusione inficiunt & alienos colores ad tempus immutant. Quæ aeream caliditatem continent & aquea humiditate carent, si solida sint, alia solida signare atque etiam largius inficere possunt, id-que ea ratione vt ex suppositi coloris natura à proprio actu non perturbentur. nam alba signantur nigredine & nigra albedine, idémque euenit ijs quæ media colores referunt. Quæ aqueam humiditatem complectuntur, si fluida sint & fluidis contemperentur, proprium & alienum colorem refrangunt. Eadem fluida si addantur solidis, solida semper inficient, non tamen semper internè afficient, sed tunc tantummodo cùm recipiens bibulum est.

Dum verò inficiens fluidum quidem est, sed terreum continet, affectio expelli non potest, præsertim si calidã virtute intimius figatur. Animaduertendum est autem, in his colorum mixtionibus, infectionibus, & affectionibus, colorum obscuriorum vim longè firmiorem esse, ideóque euenire vt quò magis colorata ad albedinem tendunt, tantò facilius alieno colore afficiantur, & quò magis ad nigredinem vergunt, tantò difficilius ratio est, quoniam nigredo oritur ex infectione, albedo autem ex depuratione: & quæ alienum colorem recipiunt, non depurantur, sed necessariò inficiuntur.

Omnes colorum affectiones, siue sequantur rei subiectæ temperamentum, siue externè adijciantur, nona quadam ratione ab inuicem distinguuntur: illarũ enim quibusdam perspicuitas, quibusdam opacitas associatur. perspicuitas aqueis conuenit, præsertim si frigidi virtute coagulentur. opacitas terreis pręcipuè aptatur, atque eò magis dum mixti constitutio oritur à caliditate, nam caliditati conuenit aquea resoluere & terrea constipare: quorum vnumquodque perspicuum amouet & opacum parit. eadem tamen perspicuitati etiam fauere poterit, seu ob simplicem materiei dispositionem, dum scilicet aqueum terreo vehementius adhęret, nec comburi potest, vt in vitri constitutionibus euenit: seu ob moderatum etiam calefaciendi vsum, vt in saccari depurationibus accidit. Non dissimili ratione frigiditas ob materiæ dispositionem perspicuum non semper inducit, sed opacum etiam quandóque parit. nam dum aquei portio ita excedit, vt terreum vix sensu concipi possit, perspicuitas plena est ac omnino absoluta. dum verò proportio aquei ad terreum diminuitur, pro variis diminutionum gradibus perspicuitas infirmabitur seu omnino peribit. Itaque quædam sunt quidem perspicua, sed non absolutè: quædam non sunt perspicua, sed lucida tantùm ac splendentia: quædam demum omni tum perspicuitate tum splendore carent, & sunt opaca ac simpliciter colorata.

Capvt XXXI.

De iis quæ verè colorata non sunt, sed colorum speciem referunt.

Præter colores qui verè reales sunt, dantur colorum aspectus non pauci, quorum cõtemplatio omittenda non est. Hi necessariò oriuntur ab his quæ verè seu colorata seu lucida sunt. nam sicuti absque vero nõ datur verisimile, ita quocunque colorato & quocunque luminoso amoto, coloris apparentis aspectum dari impossibile est.

Apparentes autem colores, pro agẽtium ac recipientium diuersitate, quandóque nihil aliud sunt quàm colorum realiũ imagines realibus omnino consonæ: quandóque nullam veritatis imaginem referont: quandoque rationem vtramque confundunt. nam veros quidem colores referunt, sed variè infectos ac perturbatos. His omnibus recipientibus commune est dẽsitatem aliquam continere: diaphana enim & rara (vt alibi dictum est) dum lumine illustrantur visibilium speciebus ita aditum prębent, vt nisi occurrat densum, quod harum specierum vlteriori protensioni obsistat, nullũ aspectum obijciant. hoc verò obsistente roborantur, colligantur, ac coacervantur, & visibile aliquod obijcere possunt.

Eadem etiam recipientia inter se differunt, quoniam aliqua sunt solida seu solidorum vsum admittunt: aliqua non solida, sed quę opaci ac perspicui vim cõplectuntur,

Solidorum etiam quædam ſunt perſpicua, quædam opaca ſeu opaci vim continent, ſed ſummè terſa ac ſplendentia: hæc ſiquidem cùm poroſa non ſint, non patiuntur vt poris intercluſis viſibilium ſpecies diſrumpantur, ſed eas omnino integras colligunt. Non ſolidorum quoque quædam aqueo abundant atque etiam vtcunque ſplendent, quædam aqueo videntur deſtitui.

Terſa ac ſplendentia, ſolida ac opaca, ſeu ſolidorum & opacorum vim admittentia, quatenus huiuſmodi, rerum veritatem ita referunt, vt reſpectu colorum aut nihil aut parum ab illa recedant, quamuis cætera, magnitudinem ſcilicet, figuram, poſitiones ac diſtantias non parum immutare poſsint, pro multiplici recipientis poſitione ac figura. Et hæc quidem ſatis manifeſta ſunt ex ſpeculis, & ex aliis quæ ſpeculorum vim habent. Denſa non ſolida, quæ opaci & perſpicui virtutes aſſociant, dû aqueo abundant, ſpeculorum naturam æmulari videntur, quam etiam aſſequuntur vtcunque, dum illorum aqueum valde redundat, & ipſa ſummè adhærentia ſunt. Itaque aquæ omnes puriores, veras rerum imagines obiiciunt, & nebulæ craſsiores ac ſummè aquoſæ, nonnunquam Solis imaginem referunt, ſæpe etiam bis repertam.

Eadem verò denſa non ſolida, dum minus adhærētia & minus aquoſa ſunt, ſpeciea referre non poſſunt: quandoque tamen, dum viſibilia lucem continent, eámque valde firmam, vt puta cœleſtia lumina illis obiiciuntur, licet imaginem non obiiciant, nec lucem puram, lucem tamen imbibitam ita immutant, vt colorum manifeſtos aſpectus pariat: vt patet ex ſolaris Iridis arcu, necnon ex circulis ſeu corona apparentibus circa Solem, circa Lunā, & circa Stellas magis perſpicuas, atque etiam circa lucernas. ſed horum cauſæ diligentius enucleandæ ſunt: neque enim facilè definiri poſſunt. Videtur tamen hæc neceſſariò euenire, vel quoniam lux nebulis denſis & aquoſis immiſſa eas coloratas reddat, eadem penitus ratione qua pluuiarum guttæ ab arboribus ſeu aliis ſublimioribus adhuc pendentes, Sole matutino irradiante colorari ſolent: vel quoniam radij colorentur quidem nebularum virtute, ſed ea ratione vt illorum colores viſum mouere non poſſint, niſi ex reflexionis vi perducantur ad alias nebulas denſas, quæ hos radios reflexos vlterius extendi non patiantur, túnque illorum vis fortius collecta conſpicua reddatur, pariatque colorū conceptorū aſpectus, haud ſecus quam vitro terſo ac triāgulari, ſolaribus radiis obiecto, euenire ſolet: patet enim ſolares radios ab eo imbibitos colorati quidem, ſed niſi egreſſi, ſimúlque alterius ſuperficiei virtute reflexi, ad ſolida perducantur, illorum colores non apparere Primum ex eo parum rationi conſonum videtur, quoniam ſenſus ipſe teſtatur Iridis ac coronarum colores tribus Zonis circularibus diſtingui, quarū vna tota eſt hyacintina, altera tota viridis, & altera tota rubea. Si nebulæ aquoſæ ex prima radiorum imbibitione colores referrent, ſingulæ aquoſæ guttæ diſtinctæ eoſdem colores referrent, neceſſarióque id totum quod coloratur, maculis variis vndequaque aſpergeretur, præterea nulla recta reſponſio dari poſſet interrogāti, curnam Iridis area interne non vndequaq; pingatur, ſed Zonæ tantummodo circulares colores referant: ratio nempe accepta à corporis luminoſi ſpecie fortiori, quæ reſpectu coronæ admitti poſſet, reſpectu Iridis locum non habet. nam Solis poſt noſtrum tergus exiſtentia radij recti coloratorum intuitum amouere nō poſſunt, ſed perficiunt potius. Reliquum igitur eſt vt ad ſecundum declinemus: quo admiſſo, talia incōmoda rectè, niſi fallimur, effugimus. nam radii reflexi, ac ex nebularum denſiorum obiectione firmati, quantò minus diſtant à punctis reflectionum, tantò fortiores ſunt, & albedini magis fauent: & quantò magis ab eiſdē recedunt, tantò magis infirmantur, & colores obſcuriores obiiciunt. Hi verò totam areā non tingunt, quoniam ra iti ſolares rectis reflexis fortiores ſunt, atque eò magis dū à ſolaris corporis centro effluūt, ſeu à partibus eidem centro propinquioribus. Itaque radiorum reflexorum vis in circuli partibus extremis propriū perficit opus, & colores conſpicuos reddit.

Ideo autem ſolaris Iris, & coronæ, necnon ipſum vitrum triangulare radiis ſolaribus obiectum, colores magis extremos non referunt, albedinem ſcilicet & flauedinem, nigredinem & colorem puniceum, ſed medios tantummodo quos enumerauimus, ſibi inuicem ſummè proximos: quoniam nebulæ aquoſæ & vitrum imitantur temperamenta conſtituta ex aqueo, cui vehementius adhæret terreum combuſtum, neque adhuc plenè depuratum, quæ eiſdem coloribus pingi ſolent.

Horum autem colorum diſpoſitiones reſpectu ſolaris Iridis, & reſpectu coronarum omnino commutantur: in Iride ſiquidem Zona inferior videtur hyacintina, ſuperior rubea: in coronis econtra, inferior eſt rubea, ſuperior hyacintina, quòd noſtræ poſitioni aſcribendū eſt. nam reſpectu Iridis reperimur medij: reſpectu verò, coronarum alterius extremi locum aſſumimus. Hyacintinus igitur color, qui vti albedini proximior, tam in Iride quàm in coronis prius inducitur, reſpectu Iridis magis diſtat à nobis, & reſpectu coronæ minus.

Patet autem ea, quæ magis diſtant, obiici tanquam humiliora, & quæ ſunt magis proxima maioris altitudinis aſpectum afferre. Viridis autem color tam in Iride quàm in coronis obiicitur medius, quoniam à quocumque extremo ſumatur exordium ſemper eſt ſecundus. Eadem commutatio conſpicua eſt in coloribus, qui ex vitro tringulari effluunt. Lux enim quæ ex vnica ſuperficie Soli obiecta concipitur, per aliarum vtrámque egreditur, & in vtraque vtcumque refrangitur. Reſpectu igitur colorum, qui ex ſuperficie inferiori effluunt, hyacintinus eſt inferior, quoniam deducitur ex graciliori trianguli parte quæ magis vergit ad angulum, ideóque albedini magis fauet, rubeus verò eſt ſuperior, quoniam effluit ex parte quæ eſt craſſior ac prope baſim, & ad nigredinē eſt magis prona. Reſpectu verò colorū, qui ex ſuperiori ſuperficie prodeūt, rubeus color eſt inferior, & hyacintinus ſuperior: illorum .n. rationes cōmutantur.

In his etiam viridis ob eaſdem cauſas ſemper eſt medius. Ex eadem noſtra atque etiam ipſius terræ poſitione euenit, vt Iridis arcus ſemicirculum non perficiat, & coronæ circulus ſit plenus, aſpectus enim coronæ conſtitutæ inter hominem & corpus luminoſum nulla ex parte interrumpi poteſt. Iridis verò arcus obtinens alterius extremi locum, dari non poteſt niſi dum Sol eſt prope occaſum, ſeu prope ortum, ideóque neceſſariò pro maiori circuli parte totertrumpitur ob terræ interpoſitionem, cùm præſertim nebulę Iridem referentes, neque ab homine neque à terra valde diſtent. Diſtinguuntur autē Iridis & coronarum colores, & non confunduntur, neque gradatim intendiſtur ſeu remittuntur, quoniam rerum naturalium ſpecies differunt tanquam numeri, & non ſecundum magis & minus, licet illarum cauſæ efficientes ac receptiuæ ſæpius certam latitudinem patiantur, & differant ſecundum magis & minus. Sed iam ad aliud ſubiectorum genus tranſeundum eſt.

Denſa nō ſolida, in quibus aquei vis vel nulla eſt vel admodum infirma, ob vehementioris luminis imbibitionem colorum aſpectus tantummodo obiiciunt.

Id ex nebulis purioribus patere poteſt. hæ enim quæ ex propria natura nigredinem continent, dum lumen recipiunt ac colorantur, ob maiorem raritatem & aquei defectum ad albedinem ſunt maximè pronæ. Quapropter extremos colores, qui ab aquoſis repelluntur, vehementius amplexari ſolent, & medios qui ab eiſdem aqueis præcipuè amplexantur, repellere, rubeo tamen excepto, qui non parum ad nigredinem tendit & viridi eſt proximus, ideóque vtrunque ordinem ingredi ſolet.

Præter colores harum nebularum, necnon ſolaris Iridis ac coronarum, datur albedo Iridis lunaris, in qua ſuperiorum cauſæ tam efficientes quàm recipientes cōtemperari credendum eſt. nam illius etiam natura inter vtrūqueordinē apparet media, ex eo ſiquidem quod circuli portionem continet ſolaris Iridis vim æmulatur, ex eo verò quod albedinem rantùm obiicit, puriorum nebularum, dum ſumme illuminantur, retinet vſum.

Tertius

Tertius colorum aſpectos, eorum ſcilicet qui realibus coloribus ac imaginibus ex parte ſunt conſoni, & ex parte diuerſi, ex eodem triangulari vitro deduci poteſt. nam pro varia illius ad oculum appoſitione non tantùm ſpeculi vim ſimpliciter refert, obiicitque imagines, rebus conſiſtentibus omnino conſonas, licet non in proprio ſitu conſtitutas; ſed etiam ſpeculi, ac medij rerum ſpecies refrangentis vires aſſociat, tuneque rerum imagines obiicit ſummè infectas coloribus iridalibus, hyacintino ſcilicet, viridi & rubeo, quandóque tamen viridis deeſt: ſæpe etiam ſuperadduntur alij colores pro vario rerum viſibilium ſtatu, exceptis tamen nigro & albo, qui nunquam apparenter ſuperaddi poſſunt.

Conſtat tamen, tale vitrum, qooniam albom eſt & perſpicuum, albedini fauere: ideóque recipiens imagines cauernoſorum, vmbrarum, ac inæqualitatum, quæ nigredini fauent, eas ita ad albedinem deflectit, vt mediorum colorum ſpeciem referaot, hyacintini ſcilicet & aliorum, quos ſuperius enumerauimus. hos tameo non ſeiunctim obiicit, ſed tanquam res obiectas inhcientes ae obumbrantes. Horum autem aſpectus ac diſpoſitio ex duarum ſuperficierum vſu ſimiliter duplex erit. nam dum vitri angulus vergit ad ſuperiora, hyacintinus color eſt ſuperior, viridis medius, & rubeus infimus. Dum verò angulus ad inferiora tendit, ſuperior erit rubeus, & hyaciotinus ioſimiorem locum obtinebit.

CONTEMPLATIONIS QVARTAE,

Pars Secunda:

QVÆ VERSATVR CIRCA SPECIES ET DIFferentias mixtorum perfectorum, non excedentium corporeum operandi modum.

CAPVT I.

De his quæ præterea in hac ſcientia tractanda ſunt, & de tractandorum ordine.

POST contemplationem elementorum, mixtorum imperfectiorum, necnon illorum, quæ videbantur præferenda ad faciliorem mixtorum perfectiorum doctrinam, nunc ipſa perfectiora mixta conſideranda ſunt. Noſtra verò ſpeculatio exercenda erit primò circa minus perfecta, poſtmodum circa magis perfecta. nam perfectiora imperfectiorum contrahunt vires, atque aliquo ſuperaddito certa quadam ratione deflectunt. quapropter illis non perceptis perfectiora ſcientificè non attinguntur.

Primò igitur immorabimur circa lapides, ſecundò circa ſales, alumina, & cætera eiuſdem ordinis: tertiò circa metalla: quartò circa viuentium ſemina: quintò circa viuentia quę ſenſu carent: ſextò circa viuentia ac ſentientia quæ ratione ſunt deſtituta: ſeptimò circa ipſum hominem.

Lapides ex eo tantùm imperfectis mixtis digniores cenſendi ſunt, quoniam ex interna virtute tuentur copulationem inferiorum elementorum, terræ ſcilicet & aquæ, quod ab imperfectioribus non præſtatur.

Sales & reliqua eiuſdem ordinis non tantùm complectuntur ſeu digniora ſeu plura, ſeu plura & digniora, ſed perfectiorum etiam generationi ſeu fauent ſeu ſubiiciuntur: quorum nullum lapidibus conuenit. Eiſdem etiam ineſſe videtur vis efficientis cauſæ non quidem præcipuæ, ſed quaſi miniſtrantis. ex his nempe generantur quæ igni elemento proportione reſpondent, cùm lapides materiæ munia præcipue ſuſtineant, & ex his ortum ducant quæ terræ elementum referunt.

Metalla puriora etiam reddi ſolent, ſæpius quidem externi agentis virtute, quandoque ex propriæ etiam virtutis extenſione: quod ſalibus denegatur. Sulphur etiam & argentum viuum, quæ ad ſalium ac atramentorum ordinem pertinent, ſæpius metallorum generationi miniſtrant, ideóque illorum conſtitutionem pręcedunt.

Viuentium ſemina ex internæ virtutis vſu, dum internè corrumpuntur, ſeipſa ad vlteriora ac ad perfectiorem eſſendi modum deducere poſſunt. quod metalla non faciunt.

Viuentia quæ ſenſu carent, ſeipſa etiam abſque vlla ſui corruptione ad conſummationem perducere ſolent, ideóque ex perfectiori illorũ gradu deducenda eſt ſumma perfectio ac conſummatio corporum, corporeum eſſendi ac operandi modum non tranſcendentium.

Sentientia corporeum etiam eſſendi atque operandi modum tranſcendunt.

Demum ipſe homo virtute intellectuali decoratur, mortalium ac immortalium corporeorum ac incorporeorum naturas aſſociat, & inferiora omnia ad proprium finem perducere poteſt. Itaque ex illius ſcientia noſtra etiam hæc contemplatio proprium terminum aſſequetur.

CAPVT II.

De lapidum materia, cauſis ac differentiis.

LAPIDVM materiæ (vt ex ſuperioribus patet) ſunt cretoſa vna cum aquis, quæ eiſdem triplici ratione adiungi ſolent: quandoque enim cretæ portionem longè excellunt, quandoque ab illa quammaximè ſuperantur: quandoque etiam neque excedunt neque exceduntur, ſed vtriuſque elementi vires æqualitatem retinent. quod etiam dupliciter euenire poteſt, quoniam ſcilicet æqualiter contemperentur, ſeu quoniam nunc vnum nunc aliud excellit. Lapidum igitur materia in totidem ordines diſtinguetur. Efficientes illorum cauſæ ratione non diſſimili ad eundem numerum deducendæ erunt. nam cum ex calidi & frigidi viribus neceſſario oriantur, quandoque caliditatis vis quàm maximè vigebit, quandoque verò frigiditatis, quandoque etiam ſibi inuicem æquali proportione ſuccedent.

i. j.

Sicuti autem materierũ & agentium ordines ſunt ferè æquales, ita certus materiæ ordo certum efficientem expoſcit, & econtra. Singulorum etiam munia certa quadam ratione exercentur. caliditas ſiquidem purior magis terreſtria ac cretoſa præcipuè reſpicit, quę ideo ad lapidum naturam perducit, quoniam aquea omnia expellit, & terreis igneam ſiccitatem ſeu etiam aereas qualitates adiungit. Summa ac valde intenſa frigiditas, aquea præcipuè reſpicit à quibus ex vehementioris conſtipationis ac congelationis vi reiicit omnem caliditatem, & terream frigiditatem quammaximè firmat. Calidi ac frigidi ſucceſsiones ea ad lapidum formam perducunt, quæ ſimili ſucceſsione humido ac ſicco afficiuntur, túncque proprium opus perficiunt, cùm tam terrei quàm aquei certam concordiam pariunt. Vehementiorem igneámque caliditatem terrea ac cretoſa ad lapideam naturam verè perducere, ſi artis attendatur vis, fictilia ac reliqua terrea quæ in fornacibus concoquuntur demonſtrant. Idem ex Naturæ operibus manifeſtum eſt: caliditas enim cretoſos ſuccos conſumptis illorum aqueis ad Lapidum naturam conuertit, horum tamen nonnulli ita infirmi ſunt, vt terræ adhuc naturam redoleant. Itaque terrarum etiam voce proferri ſolent. huiuſmodi ſunt terræ lemnia, ſamia, chia, & aliæ eiuſdem ordinis, & hi quidem, qui pro materiæ diuerſitate ſunt ſeu denſiores ac magis compacti, ſeu rariores ac leuiores, oriuntur ex perenni non tamen omnino intenſa caliditate. Dum verò caliditas eſt valde intenſa, horum ſuccorum aqueum impellitur ad ebullitionem, ipſáque ſpuma aquea ac lutoſa conſolidatur. nam, humido aqueo omnino conſumpto, aereum internè recluditur ac terreo non abſque ignea ſiccitate conglutinatur. Hunc Lapidum ordinem pumices præcipuè ingrediuntur, qui ob id vacua plurima continent.

Inter hos ac priores lapides medij fortaſſe conſtituũtur illi, quorum cretoſa materia, præſertim ſi ſphærica aliquanto ſit, dum caloris vi conſtipatur ex parte exteriori, ex parte interiori à tota maſſa ſeiungitur, ideóque omne internum comprehenditur ab exteriori quaſi à craſsiori cortice. Ipſa verò interior pars ſi ſit viſcoſa, ac valde tenax, lapidis ſimiliter naturam concipit. Et hæc quidem generatio aptatur Aetiti lapidi, qui Aquilæ lapis dicitur. Si eadem interior pars craſsior quidem ſit, ſed non admodum viſcoſa ſeu tenax, cretæ durioris naturam aſſequitur, idque in his lapidibus euenit, qui Geodes dicuntur. Quod ſi interna ſint rariora, liquor tantùm efficietur, vt in ipſo Enhydro experiri ſolet.

Lapides omnes, qui ex calidi vi ortum ducunt, bibuli ſunt ac leuiores. Itaque quidam in aquis non merguntur, quod in pumice manifeſtum eſt. Pluribus etiam videtur proprium, dum in aquis merguntur, ex aqueę humiditatis imbibitione liqueſcere atque etiam ſolui. hoc tamen illis non euenit, qui ex vehementiori ac diuturniori caliditate oriri ſolent, vt pumices ac fictilia.

Vehemens & valde intenſa frigiditas in lapidum generatione eſt ſummè efficax, ideóque aquea etiã, quę ad lapidum naturam videntur minus apta, ad ſumma compactionem impellit, neque aereis omnino parcit. id in Iride & criſtallo intuemur. Iris enim ex aereo congelato videtur conſtare: criſtalli verò materia ita eſt aquea vt ad aereum verè tendat, terreſtríque ſubſtantia videatur carere, vti ex illius aquea ac aerea perſpicuitate quã tutiſsimè coniectare licet. Terream tamen frigiditatem in eo quámaximè vigere ex ſumma illius grauitate conuincitur. nam glacie eſt longè grauior, neque enim, vt glacies, in aqua ſupernatat, ſicuti neque etiam infrigidat aut humectat, vt glacies.

Cæteri lapides, qui oriuntur ex aqua, vehementiori frigiditate correpta, aereis videntur carere, ſed illorum quidam conſtituuntur ex aqua puriori, vt Berillus qui ex glacie conſtipata oriri creditur, & Adamas, cuius aquæ terreſtris ſiccitas vehementius inhæret. Quidam aliquid terreæ ſubſtantiæ continent, quæ etiam magis ac minus combuſta eſt. Et hi quidem ob aquei copiam continent ſupradictorum perſpicuitatem, ſed ob terrei aſſociationem ab illorum albedine deficiunt, pluribúſque coloribus afficiuntur pro varia terrei quantitate ac combuſtione. Et hi quidem omnes pretioſorum lapidũ ſeu gemmarum nomine decorantur.

Eadem frigiditas intenſior quæ in pretioſorum lapidũ conſtitutione ſibi ipſi quodammodo ſufficit, aſſumpto vſu multiplici aqueæ frigiditatis terreæque ſiccitatis, plurimas præterea lapidum ſpecies parit.

Id patet ex iis lapidibus qui ad aquarum ripas & in ipſis aquis generantur: Idem ac longè clarius manifeſtũ eſt ex illarum aquarum vi, quæ quicquid apponatur in lapidem conuertunt.

Exiſtimandum tamen eſt, has præter aqueam frigiditatem complecti quaſdam infectiones, ſeu terreſtres, ſeu aqueas.

Eadem aquea vis in Coralij etiam generatione ex ligneis ſatis euidens eſt. hæc tamen intra aquas non conſummatur, quoniam maria, in quibus coralium oritur, ſicuti ſalſedine carere non poſſunt, ita combuſti non parum continent. has autem frigiditati aduerſari manifeſtum eſt. Itaque huiuſmodi lignea ſupra aquas deducenda ſunt, vt aeris tangentis frigiditate adiuncta, à mollitie ad duritiem perducta, plenius lapideſcant. Eandem etiam ob cauſam coralia raro ſunt alba, ſed vt plurimum rubent. quandoque etiam nigredinem referunt. nam combuſtio albedini aduerſatur & nigredini fauet.

Aquæ autem dulciores non tantùm perducunt alia ad naturam lapideam, ex terreſtri ſeu lapidea infectione, ſed ipſæ etiam, ſi quieſcant, petreſcunt, frigore præſertim accedente. Sæpius etiam ea quæ ex priori defluxu corroſa ſunt ex lapidibus, per quos defluxere, ſi coaceruentur, redeunt, prout licet, ad naturam lapideam. Itaque ex corroſionibus lapidum, qui in calcem tranſeunt, conſtituitur Gypſum: ex corroſionibus lapidum rubeorum oritur lapis infirmior ſimiliter rubeus, qui pictorum delineationibus deſeruire ſolet: ex corroſionibus flauorum lapis Schitus, & ex aliorum corroſionibus alij.

Dum autem his adiungitur vis terrei, in qua contineantur aquei & aerei digeſti vapores, generantur (vt quidam autumant) lapis Melites, ſic dictus ex eo quod dulcedinem referat, & lapis Galatites, denominatus à lacte quod ſudare videtur. Ad horum verò generationem ac immutationem, vim non paruam afferre ſolent marmora, in quorum ſciſsionibus ſuccus illinitur, ideóque intra ſciſsiones lapidum maculatorum ſeu cinericij coloris inueniuntur lapides, quibus aptatur vox Idæorum Dactylorum, lapis Iudaicus, lapis Trachites, & alij ſimiles.

Lapides tertij ordinis alios excellunt frequentia, magnitudine & numero: generantur enim ex terrei & aquei aſſociatione, calidi, & frigidi virtutibus ſibi inuicem ſuccedentibus, ideóque reſpectu materiæ & efficientis, atque etiam modi, vbique locorum copioſè reperiuntur.

Dum aqueum ac terreum æqualia ſunt, vel certè illorum aliquod alterum parum excellit, illi lapides conſtituuntur qui perſpicui quidem nõ ſunt, ſed communiter ſplendent ac marmorum vocem obtinuere.

Dum verò terreum valde exuperat, oriuntur lapides qui non minus à marmorum dignitate recedunt quàm marmora à gemmarum nobilitate deficiunt. Horum verò lapidum imperfectiorum materia ſæpe inæqualiter compacta eſt. Ideóque dum conſtipatur, vacua non pauca complectitur, in quibus humidiora ſimúlque calidiora ita colligi ſolent, vt ſeminali vi concepta ſuccíſque ſuperadditis generentur animalia quædam, quæ tamen ob loci ac nutrimenti naturam conchiliorum ordinem ingrediuntur.

Eadem etiam magis perficiũtur & diutius viuunt, dũ ſaxa marinis aquis abluuntur. nam ſalſedo ad intimiora vtcunq; diſtillãs illis pabula vberiora ſuppeditat. Quod ſi ſalſedo abſit, generantur quidem eadem animalia, vt ex illorum imaginibus ſaxis incluſis manifeſtum eſt, ſed diutius nõ viuunt. nã aquea humiditas rarius ſuperadditur, & ipſę dulciores aquę non facilè rimãtur intimiora.

Quod

Quod verò attinet ad lapidum corruptionem, sciendum est hanc pendere non à frigiditate, sed à sola caliditate ignea, quamuis illorũ generatio tã frigiditati quàm caliditati feratur accepta: caliditas siquidem ignea lapides, quorum interna frigiditas est intensior, ad vitream naturam perducit, eos verò, quorum frigiditas est minus intensa, ad calcem. Aquæ etiam corruptæ ac paludosæ, ob eandem caliditatis vim internè conceptam, lapides corrumpunt. Idem aquæ salsæ præstare solent.

Eædem ex frigiditatis virtute, quàm facillimè patiuntur, lapides aliquos generant, vt ex coraliis patet. Hæ verò lapidum corruptiones eò difficilius seu facilius perficiuntur, quò lapides sunt nobiliores seu minus nobiles.

Adamas igitur, quoniam lapidum omnium dignitatem seu certè fortitudinem videtur excellere, neque igne neque ferro soluitur: hirci tamen sanguine solui asseritur, præsertim si hircus vinum biberit, vel comederit petrosillum, vel silemontanum: hæc enim hircini sanguinis acredinem, ex proprio temperamento acutam ac firmam, acuriorem reddunt & firmiorem. Lapidum verò plurimi, dũ igni apponũtur, in plures partes disiungi solent, quoniam illorum humor infirmior terrestris copulationem diutius tutari non potest.

Quidam non tãtum franguntur, sed etiam sonos grauiores ex confractionibus patiunt, quoniam in his humor salsedini associatur.

Quidam in puluerem resoluuntur, quoniam constant ex materia valde lutosa, & terrea siccitas excedit.

Quidam flammam cõcipiunt atque eiusdem vi comburuntur, quoniam bituminosi sunt, vt Galgadis lapis, qui etiam igni nutriendo deseruit.

Quidam, licet flammam concipiant, non comburuntur neque liquefiunt, vt lapis Amiantis, quoniam, ob summum humidi robur, caloris vim excellit. hic tamen facilè diuiditur ac frangitur, quoniam humidi aerei plurimùm continet.

Capvt III.

De variis lapidum coloribus ac proprietatibus.



VT lapidum differentias facilius rimari liceat, quibus coloribus illorum vnusquisqoe tingatur, explicabimus.

Adiiciemus etiam nonnullorum quasdam proprietates ac virtutes ab aliis traditas, quoniam si hi colores simúlque tangibiles horum lapidum qualitates accuratius perpendantur, fortasse rationi non omnino dissonæ reperientur. Interim tamen hæc accipienda erunt tanquam proposita ad excitandam aliorum contemplationem.

Primò verò ex iam constitutis accipiemus, terrestris combustionem, eiusdẽ constipationem, vehementiorẽ fuliginem, & aquei impuritatem nigredini fauere: albedinem econtra pendere ex terrei puritate, ex eiusdem expansione, ex fumi cuiuscunqoe carentia, & ex summa aquei puritate: medios verò colores omnes tã simpliciores quàm magis cõpositos, necnò colorum omnium associationes, ex harum causarum seu cõmixtione seu associatione constitui. his enim sic constitutis facilè patere poterit, eisdem causis ascribendum esse cur lapidum quidã vndequaque seu nigredine, seu albedine seu alio colore, quidam verò pluribus coloribus ac pluribus rationibus afficiantur.

Nigredine puta afficiuntur, Borax, qui (vt asseritur) ex animali, in cuius capite reperitur, nomẽ accepit. hic tamen quandóque etiam albus est, & si extrahatur ab animali non adhuc plenè mortuo, retinet in medio cæruleum, quod oculi specimen refert. Lapis Caleaphaoos, qui (vt dicitur) vocem clariorem reddit & raucedinem expellit. Lapis Getachides, qui nisi à propria natura deficiat, hominem à quo portatur, licet melle vnctum, à muscarum & vespium incursionibus tutatur. quod si in ore detineatur, vt asseritur, indicandi ac cogitandi virtutes adauget, semperque gestãtem cæteris hominibus gratiosiorem ac amabiliorem reddit. Lapis Magnesia, qua vitrorum artifices vtũtur, quęque liquefacta (quod absque summa caliditate non fit) vitream materiam clariorem reddit. Onyx gemma, quæ tamen quandóq; quibusdam venis signatur, albísque vt plurimũ. hæc (vt traditur) melancholiã excitat ac fouet: Sardij tamẽ Lapidis præsentia illi obsistit. Radais Lapis, qui (vt asseritur) animis hominum conciliandis fauet. Species Lapidis Medij seu Medi, sic dicti, quoniã in Media reperitur, hic excitat vomitũ vsque ad mortem. Abestos Lapis, qui semel accẽsus, quoniã valde lanuginósus est ac vnctuosus, vix potest extingui: & Magnes duorum ordinum, quorũ alter in ferri attractu, alter in eiusdem expulsione, insignis est. secundus Theamedes etiam appellari solet. Lapis Chelidonius, qui rubeus etiã inuenitur, sed aliarum virtutum. vterque ex hirundinis vẽtre trahitur. niger aqua coctus oculos sanat. & Orites Lapis, qui sæpius est viridis, maculis albis aspersus.

Albi simpliciter simûlque nitẽtes sunt Cristalus: Alectorius gemma, quę etiam dicitur Lapis galli, quoniã inuenitur in galli ventriculo, quartũ, seu (vt alij dicũt) nonum annũ agentis. hęc (vt traditur) Venerem excitat, victorem disertum ac constantem reddit, dicẽdi facultatem exacuit, amicos cõciliat, & sub lingua detẽta (quod experientia firmiori probatur) sitim extinguit seu reprimit. Adamas, qui (si Magneti supponatur) non permittit ferrum ab illo trahi: Berillus, Iris, Margarita, Sarda seu Sardu Lapis, qui ita se habet ad lignum sicuti Magnes ad ferrum. Lapis specularis, qui vitri monta præstat. Lapis Zigtites, qui sanguinem stringit.

Albi sunt, sed parum nitentes, Boracis genus, Adromanta, Calcidonius, Lapis Diocodos, Lapis Gelosia, qui ita durus ac frigidus est, vt vix calefiat. quapropter iram & luxuriam cõprimit. Lapis Galaricides seu Galatides, qui a lacte, cuius saporem refert, nomen accepit, & mulierum ac omnium lactantium vbera lacte pleniora reddit. hic tamen est cinericij potius quàm albi coloris. Lapis Vernix, qui (vt dicitur) melancholiæ, & iis quæ ex ea proueniunt verè aduersator. Nicomar seu Alabastrum, quod frigiditatis vi putredinem retardat. Lapis Ethindros, qui ob summam frigiditatem aerem circumpositũ in aquam conuertit, ideóque guttis perpetuò distillat, Lapis Cacabres, qui cristallo est similis. Caeama, qui tamen non semper est ex toto albus, sed quàdoque ex parte tantum, Corallium etiam quandóque est album.

Hyacintini seu cærulei sunt Sapphirus, qui dicitur Anthraces fugare, gestantémq; pium ac in bonis firmiorem reddere. Lapis Turchois, qui visum exacuit, ac deferentem (vt traditur) tutiorem reddit Lapis, qui vocatur Cæruleus, seu Lazuli: hic tamẽ aspergitur guttis auri, & hyacinti aquatici species deterior ac vilior.

Flaui sunt Chrisolitus gemma, quæ eadẽ cum phylactetio cẽsetur. hæc febris calorem mittigat, & ttira scabiem repellit. Lapis Suctinus, qui confricatus paleas ac folia trahit, vt Magnes ferrum, ac (vt dicitur) castrati fauet, & accensus serpentes fugat. & Topazion, qui (ve traditur) aquam bullientem deferuere cogit, vt absque manus offensa tangatur. Idẽ imagines refert, vt speculũ, non planum, sed concauũ seu conuexum, quoniã ex huiusmodi superficiebus cõponitur. Eiusdẽ coloris, sed fulgentis vt ignis, est Pirites seu Virites gemma, quæ etiã dicitur Lapis Pidonius. hæc ex internæ caliditatis virtute, si fortius constringatur, manum adurit, ideóque leniter tangenda est. Lapis Lingutius, qui frequentius croceus quandòque etiam rubeus est. hic (vt dicitur) est vrina lincis congelata, & attrahit paleas vt Lapis Suctinus. Hyacintus sapphirinus optimus, & hyacintus aquaticus.

Rubei coloris, ac fulgentis sunt: Alabandina gemma, quæ clarior est. Amethystus gemma, quæ ob minorem duriciẽ facilius sculptoribus deseruit. Balagius gemma. Carbunculus qui eã rationẽ ad Balagiũ habet, quã masculus ad feminã hæ duæ gẽmæ quãdoq, simul generãtur, exteriorq; lapidis pars, Balagij: interior, Carbũculi naturã cõtinet. Carbũcul⁹ ex aliquorũ sẽtẽtia gẽmarũ omniũ dignitatẽ excellit, vt aurũ cęterorũ metallorũ. Hũc pluri b⁹ virtutib⁹ insigniri dicitur, pręcipuéq; venenũ aereũ ac

vaporoſum effugare. Perfectior in tenebris lucem emittit : qnod minus perfecti etiam faciunt, ſi in vaſe nigro aqua puta mergantur, qui id non præſtant ſunt ignobiliores. Lapis Granatus, qui florum malorum granarorũ colorem refert, quandoque etiam violæ colore afficitur, tuncq́ue præſtantior eſt granatus, & violaceus dicitur. Eſt calidi ac ficci temperamenti, & (vt traditur) exhilarandi virtute eſt prædirus. Linguriuslapis, qui eriam croceus inuenitur, vt dictum eſt. Lapis epiſtrites, quem aſſerunt miris vlrturibus inſignitum. huoc frigidiſsimũ eſſe ea eo colligitur, quoniam in feruentem aquam demiſſus Topatij virturem excellit. nam non tantùm aquæ ebullitionem impedit, ſed breui etiam infrigidat. Lapis Sardinus. hic, vr dicitur, animũ eahilarat ac ingeniũ acuit, atque oppoſitus onichini virtutem deuincit. Lapis Celontes. hic (vt dicitur) in reſtudinum vetuſtiorum corporibus inueniri ſoler, neque ab igne comburi. Lapis Cecolites, ſeu Gecolites, qui oliuæ formam ac colorem haber, vímque non paruam continet ad lapides frangendos ac expellendos ex renibus & ea veſſica, ſi io aqua comminutus hauriatur. Lapis Corneleus, qui ſanguinis fluxui obſiſtit, præcipuéque Æmorrhoidarum ac menſtrui ſanguinis. ferrur etiam, iram cohibere. Corallium, quod eiſdem virtutibus inſigoitur, hoc quãdóque nigrum eſt, quandóque eriam album. Lapis Orphanus, cuius rubedo quodammodo albeſcit. hic Orphanus dicitur, quoniam vnus rantùm huius ſpeciei lapis inuenitur. Lapis Chelidonius, qui (vr diaimus) etiam niger inuenitur: hic rubeus, vt dicitur, ſi panno lineo ſeu corio inuolutus geſterur ſub ſiniſtra ala geſtantis corpus ac animũ firmat. Hyacintus aquaricus, qui flauo eſt dignior.

Virides ſunt, Smaragdus, qui ſicuti oculorum virtuti manifeſtè fauet, ita internas auimi dotes dicitur adaugere. Lapis Praſsius, qui matria eſt Smaragdi, hic aliquãdo aſpergirur venis rubeis, aliquando albis. Lapis Medius ſeu Medus, qui (vt dicitur) podagram comprimit, & laſsitudinem repellit, & Melochites ſeu Melonites lapis, qui ſmaragdo eſt obſeurior & ſubſtantiæ melioſis. Lapis Chryſolitus, cuius viriditaa eſt tenuior, ſed lucida. huic ſpiritus adaugere dicunt, ideóque ttitus aſthmaticis datur. Lapis Selenites, qui ideo à Luna denominatur, quoniam (vt dicitur) illa creſcente ereſcit & decreſcente minuitur. hic phtheſicos languentes ac debiles curat. Aſſerunt etiam hunc longè maiora præſtare. alij tamen tradunt huuc lapidem albedinem rubeo ac purpureo colori aſſociare.

Punicei ſunr, gemma Ætites, quæ etiam Aquileius ſeu Herodialis lapis dicitur. hæc diſtioctum lapidẽ internè continer, & (vt dicitur) morbum caducum reprimit, atque ſiniſtro lacerto ſuſpenſa prægnantibus confert, aborrum impedit, ae partus tutiores reddit : & Agathis lapis genus, quod dicitur violaceum.

Lapidum multicolorum plurimæ differentiæ dantur: quorundam enim nigredo rubeis virgulis ac guttis diſtinguitur, vt Abſintus Lapis. hie Abeſtus combuſtibilitatem imitatur : nam per ſeptem dies conceptam caliditatem retinet. Simili colore Æmatites lapis affieitur, ſed non ille Æmatires qui pingentium delineationibus deſeruit.

Quorundam nigredo ſignatur rubeis guttis, micantibus, ar Lapis Dionyſia, hie vini odorem ſpirat, licet vinoſa ſubſtantia earear, ideóque ebrietatem non inducit, quin potius inductam repellit.

Quorundam nigredo venis albis, ſeu eroceis ſignatur, vt quædam Agathis ſpecies.

Quidam ſunr nigri, & crocei perlucidi, vt Gagathes Lapis qui & Carabre dicitur.

In quibuſdam tamen eolor glaucus, nigredinis locum occupat. hic trahit lapides : aecenſus flammam emittit: & (vr dicitur) ſanes hydropieis, & deotes minus conſiſtentes firmat.

Quidam nigredini viridem ae rubeum & alios colores aſſociaot, vt Ponreus lapis, qui (vr fertur) ſicuti coloribus ita virturibus abundat.

Quidam nigredine rariori auri colorem ſuppoſitũ videtus tegere, vt Chryſopagion gẽma, quę ob id in tenebris longe ſplendidior eſt quàm in lumine.

Quidam afficiuntur albedine obſcuriori ſimúlque guttis aureis aſperguntur, vt Chryſopaſſus, rarus ac magnæ exiſtimationis.

Quidam albedinem nigredini & carneo colori coniungunt, vr lapis Sardonia, qui componitur ex Sardio rubeo & Onyce albo & nigro. Sardius autem Ouychini maliriam in eo comprimit.

Quidam albedini rubedinem, ae purpureum eolorem aſſociant, vr Selenites lapis, cui (vt diximus) etiam viridis color ea quorundam ſententia aprarur.

Quidam virides gutris ſanguineis aſperſi, vt lapis Elitropia, qui contra venena valere dicitur & ſanguinis fluaum retinere.

Quidam virides venis rubeis ſignati, vs Iaſpis lapis ordinis præſtautioris. hic ſimiliter ſanguinis fluxum cohibet.

Quidam vitides maculis albis aſperſi, vr Orires, qui etiam niger inuenitur.

Diamon lapis duos Iridis colores dicitur referre, venenáque pellere, ac febricitantibus prodeſſe.

Variis coloribus ſparguntur gemma Amantius, quæ (vt traditur) venenum omne eapellit ſeu reprimit: & Lapis Eaacontalirus, quem dicunr neruis obeſſe.

Præter has colorum differẽtias euenit, vt lapidis pretioſi, qui voicum eolorem referre ſolent, aliquando vmbras, aliquando nebulas, pilos, plumbagines, ac ſales patiantur. Vmbræ oriuntur, dum materiæ pars eſt aliquando obſcurior, nebula, dum magis accedit ad albedinem. Pili verò, qui præcipuè ſaphiros afficiunt plumbagines, quibus Smaragdi ſolent dehoneſtari, ac Sales ex alienorum colorum cauſis præter naturam adiunctis iniici ſolent.

Capvt IIII.

De ſalibus, aluminibus, ſulphure, argenta viuo, & aliis, quæ generantur ex terris & aquis putridis ac fœtentibus.


Apidvm contemplarioni, ſalium, aluminum, ac cæterorum quæ eundem ordinem ingredi videntur, contemplatio annectenda eſt. Horum ideo plures ordines ſunr, quoniam licet à ſola ealiditate oriantur, illatum tamen materia plures differentias recipit : terræ ſiquidem & aquæ fœtentes, ex quibus horum materia ſumitur, ea ratione aſſociari ſolent vt quandoque aqueum terreum eacedar, quandoque terreum aqueum ſuperet, quandoque etiam illorum alterum ſeu vtrunque ex putredinis gradu diſtinguatur. Dum aqua plurimum abundat ac putredinis parum admodum eontinet, ſal purior generari ſolet: huic enim materiam prębent aquæ quibus terreſtres ae craſſæ exhalationes immiſeentur ob vehementioris ealoris vim, qua terra eidem aquæ ſuppoſita fortiter immutatur: hæc nempe dum comburitur ipſam aquam ad ſalis deducit formam. Sal autem, qui ſal gemma dicitur ac eriſtallo ſimilis eſt, generatur ex materia magis terrea ſed puriori hoc ex eo parer, quoniam dum reſoluitur ea frigidi & humidi appoſitione, vr ſal communis aqua diſtillante, terreſtre remaner. Salem harmoniacum, quoniam magis eſt perſpicuus, ex ſublimiori aqueo conſtare putandum eſt: nitrum vero ex craſſiori, nam ſiccina eſt.

Aluminum compoſitio ſalium compoſitioni ſimilis inuenitur : ſed illorum materia tum aquea tum terrea eſt magis putrida & fœtens. hæc ad argenti viui naturã videntur tendere, quamuis ab illius conſummatione deficiant. illorum etiam terreum ſulphuris imitatur naturam. Aluminis autem dantur ſpecies plures, quarum vna vnctuoſa eſt.

Supradicta omnia ſunt alba, quoniam illorum terreſtre deductum eſt ad combuſtionem : non in ſeipſo, ſed aquæ iam commixtum.

Dum materia adhuc magis terrea eſt ac magis putrida, ca-

da, caloris vehementis vim firmius recipit ac diutius retinet, ideóque ad illorum formam deducitur quæ Atramentorum nomen obtinuere, quæque ob easdem caussas magis aerea ac magis vnctuosa sunt, atque etiam primò liquida sunt, postea verò coagulantur, ita tamẽ vt ex calido, & humido iterum dissoluantur. Caliditas verò ab his imbibita maior ac minor est, pro maiori ac minori terreæ partis tum subtilitate tum digestione.

Itaque atramentorum species plures dantur, quæ sicuti differunt in caliditate, ita etiam in coloribus diuersa sunt. quibusdam enim albedo inest, quædam ad nigredinem tendunt, quædam rubei coloris sunt, quædam citrini, quædam viridis: & hæc à quibusdam vitriola vocantur.

Inter fusca autem illud efficacius perhibetur, quod si auri puluere spargatur auri splẽdorem refert. Dum terræ portio adhuc maior est, & comburens caliditas vehementior, arsenicum generabitur. hoc enim terreæ naturæ est ac vehementer combustæ quare aquea illius pars ad sulphuream vnctuositatem cõstipatur. Quoniam verò huius combustionis dantur gradus, ideo arsenici plures species reperiuntur, & hæ colore etiam adinuicem distinguntur. quoddam enim album est, quoddam rubeum, quoddam citrinum quod aurum pigmentum vocatur.

Sulphur ex eisdem fœtentibus elementis generari maximus illius fœtor demõstrat. Præterea ipse sulphur quatuor elementorum naturam manifestè complectitur. Nã attractiuus & penetrantiuus est. quod ex igneo tantum deduci potest facilè inflammatur, quod aeris naturam demonstrat ex ignea caliditate liquatur, quod aqueum est atque in puluerem deductum simúlque elixabilis est terream arguit naturam. Generatur igitur ex ea terra & ex ea aqua quæ cæteris omnibus comparatæ magis sunt igneæ, quæque simul cæterorum Elementorum naturam redolent, atque ad eandem facilius deduci possunt. Sulphuris materiam magis terream esse quàm aqueam, ex eo colligere licet quod adhærens sit, atque illius substãtia non tantùm vnctuosa conspiciatur, sed etiam viscosa. Licet autem sulphur vim igneam internè contineat, nõ tamen ea ratione continet vt se extendere ac ad perfectiorem formam deducere possit, sicuti seminibus conuenit: sed illius caliditas ita aqueo copulatur vt ipsa aerea fiat, ab aqueo verò expellat omnem aqueam frigiditatem sine qua fermentatio non datur. fermentatione verò omni de medio sumpta nõ datur passio, quæ communem tum agentis tum patientis respiciat bonum, neque id retinetur quod seminali virtuti præcipue conuenit.

Illius tamen actiua virtus inutilis aut vana non erit. nam adiuncta conuenienti frigido ac humido, licet externo, ignea vi accedente in eo coagulandi ac concoquendi vim exercere poterit. Aqueum eiusdem sulphuris ita igneam caliditatem imbibere solet, vt simul agat non tantum in terrestre aqueo immixtum, sed etiam in humidum. Id ex citrino sulphuris colore demonstratur, atque etiam ex cærulea ipsius flamma ac lenta combustione.

Sulphurem tamen in argentum viuum propriam vim decentissimè exercere ex eo patet, quoniam argentum viuum sulphuri ea ratione respondere videtur, qua mulieris menstrua respondent virili semini, vel virilis seminis corpulentia eiusdem igneæ virtuti. nam argenti viui materia deducitur ex eisdem elemẽtis fœtentibus ac putrefactis, licet sit magis aquea quam terrea. talia enim terrea & aquea à calido simul agitata sed non consumpta, & arctiori amicitia ad inuicẽ copulantur, & ob diuturnam defatigationem ac luctam terra denudatur eadem attractiua, aqua verò humectandi virtute. Euenit igitur vt terræ portione excedente portionem aquæ constituatur quoddam mixtum, cui vnctuosa substantia externè conuenit, quodque propria sulphuris materia censetur: nam calore ingrauescente, igneam virtutem imbibit, & ad sulphuris formam deducitur. Aquea verò portione excedente oritur mixtum, cui vnctuositas internè conuenit, & argenti viui materia est. nam caloris vi accedente, aeream portionem colligit, perducitúrque ad formam argẽti viui, quod ob aquei excedẽtis & aerei vim est summè mobile ac summè splendens, & ob vehementiorem terrei frigiditatem maximè graue, & intensè album: interna verò argẽti viui vnctuositas cõmixtum terreum ita amplexatur ac retinet, vt neq; fluida aquæ vis ab eo vlla ratione amoueri, neque ipsius terreum ab eius vnctuositate disiungi possit. Euenit igitur vt idem argentum viuum igni appositum, si vndequaque inclusum non sit euaporans, totum terrestre secum deferat, nihílque ex eo remaneat. Si verò vndequaque inclusum euaporare ac fugere nõ potest, non exsiccetur neque induretur, sed idem semper maneat. In horũ autem vtróque moralis virtutis præclaram imaginem obiicit, amicitiæque præsertim, dũ inimica vis vrget. Vincitur tamen argẽtum viuum à sulphure, quasi à commilitone simul capto, natura quidẽ ignobiliori, sed quoniã victoriam tyranno consentit, in præstantiori ordine cõstituto: sulphur enim, licet ex materia magis terrea magis passiuum sit, nihilominus quoniam igneam vim amplexatur, agendi partes exercet, concurrentéque virtute eiusdem caliditatis igneæ, argentum viuum prius glandulosum reddit, mox omnino coercet deuincítque, metallorum formis quasi catenis superinductis.

Capvt V.

De metallorum causis ac generatione.

METALLORVM materia sunt arenę ac arenarum puriores aquæ. Id non tantùm ex eo liquet quoniam vnaquęque terrarũ & aquarum species certas aliquas mixtorum formas necessariò admittit: arenosa verò neque lapidibus, neque salibus, seu cæteris eiusdem ordinis, neque viuentibus materiam præbent: sed etiam quoniam areoarum tum grauedo, tum splendor, purioris aquæ vi accedente, metallicam naturã manifestè imitatur ac pollicetur. Præterea experientia ipsa testatur, aurum inueniri inter arenas quæ aquarum decursibus abluuntur: licet nulla sit certior coniectura, illud deferri à locis superioribus. Itaque asserendum est ex eisdem arenis generari: caliditas siquidem, quam ex cælestium luminum virtute cõcipiunt, aquarum decurrentium frigiditate includitur, vt exhalare non possit. Itaque in seipsa reuersa vehementius ignescit, totámq; arenarum massam fermentat, tandemque terreo ex aquarum frequentioribus ablutionibus magis ac magis attenuato ac depurato, ea ratione concoquit, vt cælestium luminum virtute accedente ad auri formam perducat.

Siquis autem asserat, ex his aquarum ablutionibus tam sulphuris quàm argenti viui naturam ad optimam depurationẽ ac attenuationẽ perduci, huic demonstrandi onus adiungendum erit, quónam pacto sulphur & argentum viuum, quæ ex elementis grauioribus putrefactis generari constat, iuxta huiusmodi arenas constituantur, cùm manifestum sit fluuiorum decursus putrefactionem expellere, ipsaque arena ex propriæ naturæ vi omni putredine careat. Accepto autem arenarum terreum aquarum ablutionibus deputatum, ac ex purioris aquei imbibitione rarefactum, atq; (vt dictum est) fermentatum concoctúmque, aurum effici: ambigendum non erit quin cætera metalla ex eisdem generari possint, cùm præsertim communis sententia sit, metalla omnia ex eadem generari materia, ac inter se tanquam magis & minus purum differre, ideóque circulariter generari posse. omne siquidem inconcoctum concoqui, & omne coococtum ad inconcoctionẽ delabi solet. Neque tamen tergiuersamur metalla, sulphuris concurrẽte virtute, ex argento viuo generari: sed id tantùm sustinemus, priorẽ illorum generationem rectam, ac Naturæ ordini maximè consonam esse: hanc verò quodammodo obliquã, sicuti etiam in pluriũ aliorum generationibus euenire manifestũ est. Natura enim solertissima, dum quorundam generatio rarior ac difficilior est, nouam aliquam eorundem generationem ex

obliquu conſtituit: quod in metallorum etiam generationibus euenire putandum eſt.

Neque verò diſſonum erit, in obliqua etiam metallorum generatione, arenarum ac purioris aquæ vſum admitti, cùm præſertim experti affirment aurum puriſsimum, argentum, æs, ſtannum, plumbum, ac ferrum, ex duriſsimis lapidibus ſæpe accipi, quandóque lapidis ſubſtantiæ immixta, quandóque verò ab eadem omnino ſeiuncta, haud ſecus quàm grana auri quæ inter arenas inueniri ſolent. Quacunque autem ratione metalla generentur, in illorum cõſtitutionibus vis frigiditatis caliditati ex neceſsitate ſuccedit. neque enim abſque congelatione conſtitui poſſunt: & ipſa metalla ita aquea ac terrea ſunt, vt careant ignea caliditate, ignea ſiccitate, & aerea caliditate.

Generantur tamen à calido, quoniam illorum materia, ſiue ſumatur ex arenoſis vberius madefactis, ſiue ex argento viuo, verè aquea ac terrea eſt, neque abſque ignea caliditate concoqui ac ad certum temperamentum perduci poteſt, licet hæc caliditas proprio munere præſtito vnà cũ aerea caliditate ex neceſsitate recedat. Id verò, dum viget, facilè præſtare poteſt ex ſulphuris ac argenti viui temperamentis mutuiſque actionibus ac paſsionibus, ex quibus metalla dicuntur oriri. ſulphuris enim terreum excedit aqueum: econtra, argenti viui aqueum excedit terreum. ſulphur præterea continet vtraſque qualitates aereas & ſiccitatem igneam. Argẽto viuo accedit aerea humiditas, ſed valde viſcoſa. Igitur dum ſulphur igne concepto agit in argentum viuum, & argẽti viui vis excitata inſurgit, tam in ſulphur quàm in ignem, triplex lucta conſtituitur. nam horum trium vnumquodque ab aliis duobus vtcunque ſouetur & vtcunque oppugnatur. Ignis ſouetur à ſulphure, quoniam ignea ſulphuris ſiccitas aereáque caliditas igneis qualitatibus mirè conſentiunt, atque etiam quoniam aerea ſulphuris humiditas igneæ caliditati pabulum præbet. ſouetur ab argento viuo, quoniam argentum viuum ſimiliter aduerſatur ſulphuri, & propriam humiditatem aëream non plenè ſed aliquo pacto illi depaſcendam concedit.

Idem ignis manifeſte oppugnatur tam à ſulphure quàm ab argento viuo. nam terreæ & aqueæ illorum qualitates igneis qualitatibus aduerſantur. Et in hac quidem oppugnatione ſulphur ac argentum viuũ ſummè conſentiunt ac ſibi inuicem fauent, quamuis ſulphur aquei exceſſum ab argento viuo comprimere intendat, & argentum viuum calidis ac ſiccis ſulphuris qualitatibus aduerſetur. Ex his omnibus euenit, vt ſulphuris ac argenti viui qualitates magis conſonæ ſe inuicem quàm arctiſsimè amplexentur, ipſóque igne ob pabuli defectum tandem extincto, in hæc, quaſi in quædam fœdeta conſentiant, vt omnino expulſis ſulphuris ſiccitate ignea, aereáque caliditate, refragantur tam terreæ qualitates ſulphuris quàm aqueæ argenti viui: argenti verò humiditas aerea, ſed valde vnctuoſa retineatur, vt ea adiuncta qualitatibus ſuperſtitibus, refractis tamẽ, certum aliquod metallum pro variis harum qualitatum gradibus conſtituatur. metalla enim ſulphuris ac argẽti viui naturam ea ratione continent, vt in illis argenti viui dignitas ac nobilitas reſarciantur, ac longè ſplendidius fulgeant. hæc tamen omnia accipienda ſunt tanquam conſummanda non humana arte, ſed Naturæ vi, ac certis temporum interuallis, agentiúmque ſucceſſionibus.

Capvt VI.

De metallorum ſpeciebus ac proprietatibus.



NTER metalla plumbum magis lutulentum ac aqueum eſt. caliditas quippe vel cæleſtis vel ſulphurea coagulationem quidem perficit, ſed parum digerit, ideóque ob ſummam mollitiem externos humores imbibens augetur, facilè fluit, cęterorúmque metallorum impuriora ad ſe cõtrahens, illa purgat, nam ſimul comburuntur. Stannum differt à plombo, quoniam illius aqueum purius eſt & terreo vehementius ligatum. ob id facilius corrumpitur, balbutientem complexionem habet, cæteris metallis admixtum ea ſimiliter balbutire facit, ab illiſque aufert ductibilitatem.

Horum metallorum vtrunque ob humidi copiam cæteris metallis eſt mollius ac minus ſonorum. Argentum optimè depuratum eſt ab humido craſsiori indigeſto atque enatanti. eſſentialis enim ac radicalis illius humiditas eſt valdè ſubtilis, & à terreo optimè imbibita. Itaque durum ac ſiccum eſt, licet ſub terra molle inueniri ſoleat: nam terræ circumpoſitæ humiditates imbibitæ illi aſsiſtunt. Conuenit argentum cum ſtanno & plumbo in albedine: magis tamen album eſt, quoniam ipſius terreſtre eſt magis tenue, magis lotum, ac magis digeſtum.

Eiſdẽ rationibus maior eſt etiam albedo ſtanni quàm plumbi: hoc enim ad fuſcum vergit. ferri tam terreſtris quàm aquea pars põderoſa admodũ ac immunda eſt. ex quo rectè coniectare licet, atramentoſam materiam in eo contineri. Illius etiam terreſtre eſt valde aduſtum ac fuliginoſum, ideóque ex ignea vi molleſcit tantùm, non autem liqueſcit, niſi forte ignis ſit valde vehemens, ſabulóq; ac ſulphure aſpergatur. quod ſi antimonium ſuperponatur celerrimè liqueſcit, ſubtiliórq; illius pars Chalybs appellata eſt. Ob eandem terrei aduſtionẽ ferrum nigrum eſt, & rubigini ſubiicitur, cùm plumbum & ſtannum ſqualorem ac ſorditiem tantummodo contrahant, licet plumbum magis. Argẽtum autem purum non ſordeſcit, ſed tangentes tantummodo tingit.

Ipſa verò ferri rubigo ideo terrei, quod in ferro eſt, aduſtionem conſequitur, quoniam aduſtio continet vim igneam, quæ diffuſa humidum conſumit ac terreſtre relinquit. Hoc ex eo etiam patet, quoniam ad rubiginem vitandam olei delinitio confert: illius ſiquidẽ aqueum ſummè digeſtum ſimul & combuſtionis vim comprimit, & quatenus aliqua ex parte exercetur illi tribuit pabulum paratius.

Æris terrea pars & impura eſt & vehementer aduſta: illius tamen aqueum ſubtilius eſt. quare citrinus color, qui fortem metallorum concoctionem conſequitur, in eo obſcurior redditur, atque ob eiuſdem combuſtionis vim ſemper magis ad nigredinem tẽdit quod in ære vetuſtiori facilè intueri licet. Eadem etiam ratione æs ipſum propriam rubiginem paritur.

Auri terreſtre & aqueum ſunt valde pura, eandémq; ob cauſam etiam ſibi inuicem vehementer adhærent. in eo enim qualitates, quæ argento viuo ac ſulphuri communes ſunt, ſummam concordiã obtinuere. hinc factum eſt, vt nullam admittat ſeu ob combuſtionẽ rubiginem, ſeu ob minus perfectam digeſtionem ſqualorem, ſorditiémue qua tangens vtcunque tingatur.

Eiſdem cauſis aſcribendus eſt auri color flauus ſeu citrinus, qui terreſtris minimam combuſtionem ac ſummam expanſionem manifeſtè demonſtrat, ſimúlq; conuincit partium copulationem firmiorem ac robur internum. Itaque aurum combuſtionem non patitur. nam illius terreum puriſsimum & aqueo optimè aſſociatum, ea ratione ipſum aqueum colligit vt ab igneæ virtutis aggreſsionibus ſit ſummè tutum, neque ad euaporationem perduci poſsit. Ob id aurum igni appoſitum liqueſcit quidem, ſed parum fumi emittit, qui etiam ſuauiſsimum odorem ſpirat. Et hæc quidem auro, tanquam metallorum omnium perfectiſsimo, propriiſsima ſunt: cætera namq; metalla, ſi vehementior ignis accedat diutiuſq; perſiſtat, comburuntur ac in calcem tranſeunt, facilius tamen ac difficilius, pro maiori minoríue terreſtris copia, necnon pro perfectiori imperfectioríue ingredientium copulatione. plumbum enim & ſtannum non ex terrei copia, ſed ob copulationis defectum facilius comburuntur.

Ferrum non ob copulationis defectum, ſeu ob terreſtris exceſſum ac impuritatem igni diutius non reſiſtit.

Æs, quoniã terrei minus cõtinet, & partes plenius aſſociat, cæteris difficilius calcineſcit. in quo tamẽ ab argẽ-

to ex-

to exceditur, quoniam vtraque ratione æris temperamentum superat. Eadem proportio seruatur respectu exhalationum Ea enim, quæ oritur ab argento igni apposito odorem quidem ingratum continet, sed nullum fœtorem.

Plumbum & stannum ab aquei copiam non summè fœtent, æs & ferrum quammaximè fumant simúlque fœtent, quoniam illorum terreum est magis combustum plurimúmque ob id amari saporis complectitur. Aliud etiam singulare auro conuenit, vt scilicet in argento viuo mergatur, cùm cætera metalla omnia super illod natent. Id autem euenit non tantùm ex maiori grauitate auri, sed fortasse etiam quoniam argentum viuum optima ratione deuincit, atque illi quammaximè consonum est.

Omnibus metallis commune est perspicuitate carere, sed luciditatem complecti: terrei siquidem vis aqueo æqualior illius perspicuitatem ea ratione obtundit, vt luciditatem non adimat.

Easdem ob causas metallis conuenit liquefacta aliis non adhærere, neque alia seu humectare seu inficere, vt cætera liquida. Illorum nempè siccum & humidum ea ratione sibi inuicem consentiunt, vt siccitas retrahat humiditatem ab humectatione ac adhæsione, humiditas econtra reuocet siccitatem ab omni consistentia.

Silentio autem demandandum non est, dari quædam mixta quę metallicam naturam vtcunque æmulantur, sed plenè non assequuntur. simul enim ad lapidum naturam deflectunt. Hęc duorum ordinum videntur esse. quędam enim metallorum generationem præcedunt: quædam eandem sequuntur. Priora Marchesitæ nomen obtinuere, neque aliud sunt quàm metalla imperfecta ac indigesta.

Horum igitur tot species dantur quot metallorum, quorum etiam pondus ac colores referunt: ex quo metallicam naturam æmulati videntur. verumtamen ex eo quod non liquescunt, ad lapidum vim deflectunt: & eiusdem generis Antimonium est.

Quæ sequuntur metallorum corruptionem, duorum ordinum similiter sunt. Quædam enim oriuntur ex metallorum combustione, quædam ex interna eorundem corruptione.

Primum ordinem ingrediuntur, Cadmia, quæ nihil aliud est quàm metallorum combustorum fuligo in locis sublimioribus ac concauis coacervata: Pompholix, Spodium, quæ Cadmiæ naturam sapiunt, æs vstum, & similia, quæ ab aliis diligentius enumerantur ac explicantur.

Alium ordinem ingrediuntur Ærugo, Scoria, & huiusmodi plura, quę ab aliis similiter accuratè perscrutata sunt.

Capvt VII.

De viuentium seminibus, déque illorum causis ac generatione.


Ivpntivm seminibus, vt dictum est, materiam suggerunt terræ pinguiores, non tamen fœtentes, atque earundem aquæ. Oriuntur autem semina in terra tam emergente quàm aquis subiecta, atque etiam tam in terræ seu aquæ superficiebus, quàm in vtriusque intimioribus. Hæc seminum generationi decentissimè deseruire possunt quoniam illarum partes omnes ita terreum & aqueum continent, vt simul aereum aliquod vel actu contineant vel quàm facillimè admittere possint: ideóque, dum cęlestium luminum calefaciens virtus accedit firmiúsque insistit, aerea illarum caliditas aliqua ex parte ad igneam deducitur caliditatem, quæ abundè nutritur ex aerea humiditate eiusdem partibus interna, sicuti ipsa etiam aërea humiditas assiduè restituitur ab aquea humiditate, quæ ab eiusdem caloris vi obtusior redditur ac rarior, & aereæ naturæ proximior. Hæ verò tum igneæ tum aereæ qualitates ita se mutuò sustinent ac fouent, vt neque ab aquea neque à terrea frigiditate lędantur, quin potius ab eisdem similiter iam refractis stipantur ac roborantur. Igneæ igitur caliditatis actiua virtus necessariò & internè infigitur, & extrinsecè agit, tamque circumstantes partes concoquere potest, ac ad certam aliquam seu plantæ seu animalis formam perducere. Cùm autem terrarum pinguium, sed non fœtentiũ, partes sint quandoque limosæ, quandoque non limosæ, & aquarum eiusdem ordinis quædam sint dulces, quædã salsæ, dulciúmque nonnullæ magis, nonnullæ minus cænosæ: accipiendum videtur, terras limosas, & aquas seu salsas, seu magis cænosas, seminum conceptioni aptissimas esse: nutriunt siquidem vberius iniectam caliditatem humidi vi, nisi fortasse ex excessu obtuant vel reddant infirmiorem.

Marium etiam aquæ, viuentium & animalium semina decentissimè fouent, quoniam ob salsedinem crassiores sunt, & externo calido promptius associantur. Quamuis autem semina sint quammaximè obnoxia tam impedientium quàm corrumpentium viribus, & ob id valde infirma, lapidum tamen ac metallorum dignitatem longè excellunt. nam ex interna virtute seipsa ad perfectiorem formam ac essendi modum deducere possunt, quod supradictorum nulli conuenit. Eadem ad plantarum ac animalium formam perducta, noui seminis cõstituendi virtute vtplurimùm pollent. quædam etiam huiusmodi sunt vt dari non possint, nisi præstantior quidam diuinæ virtutis vsus præcedat. neque enim illorum Esse ex solius Naturæ communis cælorúmque ministerio effusa virtute pendere potest. eiusmodi sunt hominum ac perfectiorum animalium semina: fortasse etiam arborum ac plantarum perfectiorum. horum enim nullum subsistere potest, nisi præcedant seu homo, seu animalia, seu arbores, seu plantæ ex quibus deducendum est. Ex primæ autem scientiæ constitutionibus sancitum est, talia singularem diuinæ virtutis extensionem & vsum exposcere, neque ex solius Naturæ communis vi pendere, vt alia quæ absque vllo seminis vsu passim constituuntur ac generantur. Ex his omnibus seminum licet summè infirmorum dignitas plene confirmatur. neque enim in dubium reuocare licet, quin Entium dignitatem præcipue metiri debeamus, non ex diuturniori perseuerantia, sed ex eminentiori agendi ratione.

Capvt VIII.

De plantarum differentiis communioribus, ac de his quæ illarum vnamquamque essentialiter concomitantur.

HIs quæ ex semine ortum ducunt, seu plantæ, seu animalia sint, & siue illorum semina consistant ex materiæ certa dispositione, communis Naturæ vi sola concurrente, siue ex iam cõstitutis plantis ac animalibus sint deducenda, commune est, insigniri interna concoquendi virtute, cui proprissimum est seiungere viuentia à non viuentibus. Eisdem etiam commune est, constitui ex certa aliqua magnitudine ac figura, non autem ex quacunque, vt imperfectioribus conuenit. nam corpus indefinitum atque inordinati extensum ab interna & patua seminum virtute ad decentē perfectionem dirigi ac perduci impossibile est. Viuentia verò omnia, seu plantarum, seu animaliũ ordines ingrediantur ad duos præcipuos ordines (vt videtur) deducenda sunt ob materiæ differentias. hæc .n. ita terrea & aquea est, vt in suo ordine magis aquea quàm terrea esse posit. quod illis seminibus conuenit, quæ generantur in mari, seu in aliis aquis, vel certè sub aquis & magis terrea quàm aquea, sicuti illis seminibus accidit quæ oriuntur ex terris omnino emergentibus. Siquis autem hos duos viuẽtium ordines conferat, facilè assentietur, ea quæ magis terrea quam aquea sunt respondere dexteræ animalium parti seu sexui masculino: illa verò quæ plus aquei quàm terrei cõtinẽt, sinistræ &

sexui fœminino: priora siquidem simul calidiora & sicciora erunt, quod masculinam ad dextram virtutem constituit, posteriora autem frigidiora & humidiora, quòd sinistram ac fœmininam naturam arguit. Et horum quidem ordo tam ratione materiæ quàm ratione formæ à prioris dignitate longè distabit, sed illum respectu numeri vtcunque excellet. Itaque perfectiora viuentia necessariò magis terrea erunt quàm aquea: imperfectiora econtra, quæ summam latitudinem habent, erunt magis aquea quàm terrea. Quæcunque etiam vtrique ordini sunt communia, eandem perfectionis distinctionem obtinebunt. Nam magis aquea sunt imperfectiora, & magis terrea perfectiora.

Sed contemplatio ad plantas contrahenda iam est: plantæ enim ratione formæ ab animalium perfectione deficiunt, ideóque primo loco examinandæ sunt. Harum differentiæ speciésque præcipuæ ad quaternarium numerum (vt videtur) deducendæ sunt, ea tamen ratione vt nos non lateat illarum vnamquamque pluribus rationibus distingui posse, simúlque continere plures species, quarum accuratior enumeratio ac explicatio & historiam pleniorem & contemplationem acutiorem exposcit, quorum neutro nobis in præsentia incumbere licet. Harum specierum illa erit imperfectissima, quæ sumitur ex simplicis concoquendi virtute. Quapropter sicuti dari non potest absque alicuius seminalis virtutis vsu, ita à cæteris perfectioribus seiungetur, cùm tamen perfectiores absque illa nulla ratione consistant. Imperfectissimæ proxima (ni fallimur) erit virtus, qua externa ad interna attrahi possunt. Hæc ideo concoquendi virtutem tutatur ac perficit, quoniam prima concoctione perfecta, nisi nouum ac externum concoctibile attrahatur, concoquentis virtutis vsus ac virtus ex necessitate deficiet. Tertium locum obtinebit virtus, qua viuentia certum aliquod opus perficere possunt, seminis scilicet ac certi fructus maturationem: & seminaris appellati posset. Hæc haud secus attrahendi virtutem perficit quàm concoquendi virtus ab attrahēdi virtute perficitur: tunc siquidem concoctio simúlque attractio decentissimè exercentur, cùm perfectius aliquod consummate possunt. Quartus ac perfectissimus locus illi virtuti tribuendus erit, quæ viuentia seminis seu fructus maturationem sæpius repetere solent: hæc siquidem nō dissimili ratione seminalem virtutem perficit, quàm attractiua virtus concoquendi virtutem perficit. Ipsa verò perfici non potest ab aliqua substantiali virtute quæ intra corporeum operandi modum detineatur. Harum virtutum substantialium vnamquamque associant essentialitérque consequuntur duæ aliæ virtutes, quæ si viuentia simplicibus elementis comparentur, proportione respondent actiuis ac passiuis illorum qualitatibus ac proprietatibus, sicuti etiam substantiales eorundem viuentium virtutes ac formæ referunt ac imitantur mouentem & omnino formalem elementorum virtutem. Imperfectiores quæ imperfectiori concoquendi virtuti essentialiter superadduntur, si rectè coniectamus, erunt virtus amplificandi & virtus terminandi. Hæ ideo concoquendi virtuti adhærent, quoniam nisi ignea seminum virtus humidum aereum atque aqueum sibi adiunctum calefaceret, totamque ob id massam ad ampliorem magnitudinem extenderet, & nisi quatenus ad vlteriora non sit procedendum, eandē massam sic extensam certis finibus concluderet, concoctum neque vnum esset, neque certum essendi modum assequeretur.

Virtutes quæ attrahendi virtutem essentialiter concomitantur, erunt virtus distribuendi ac virtus formandi. Nam noua attractio tunc tantummodo rectè exercetur, cùm concocta internè distribuuntur, & recipientia vna cum receptis certa aliqua ratione firmantur. Euenit igitur vt eædem hæ virtutes non dissimili ratione ad vlteriorem consummationem perducant amplificandi ac terminandi virtutes concoquentis virtutis proprias, quàm ipsa concoquendi virtus ab attrahendi virtute perficiatur. Nam expansio seu extensio tunc longè perfectius exercetur, cùm complectitur distributionem ad partium singularum commodum. Similiter etiam terminatio longè nobilior erit, si certam præterea formam intendat.

Virtutes quæ essentialiter adhærent virtuti seminis seu fructus constituendi, videntur esse virtus qua viuentia certam sedem constituunt proprio calori & agendi virtuti, & virtus qua partes pro totius commodo ab inuicem vtcunque secerni possunt ad totius commodum. Priorem colligendi, posteriorem discindendi virtutem rectè appellabimus. Hæ ideo virtuti semen constituenti essentialiter assistunt, quoniam sicuti agens quòd propriam virtutem non colligit ac firmat, seminis constitutionem exordiri non potest: ita nisi secernendi ac discindendi virtute polleat, necessariò deficiet à perfecta seminis constitutione.

Qua ratione contrahendi virtus perficiat ac roboret distribuendi virtutem, idémque discindendi virtus præster formandi virtuti, vnusquisque ex proprij ingenij vi intueri poterit. Virtutes, quæ essentialiter annectuntur perfectiorum viuentium virtuti corporeum agendi modum non transcendenti, illi scilicet qua plantæ seminum emissionem repetere possunt, ni fallimur, sunt virtus profundius radices infigendi, ac virtus qua proprias partes renouare solent seu etiam absque vllo seminis vsu nouam sobolem parare.

Id decentissimum erat: nam post seminis constitutionem impossibile est plantis nouas ac firmas vires suppeditari, nisi illarum radices infigantur profundius, & nisi ex radicum sic infixarum vi a pluribus rationibus germinare possint.

Capvt IX.

De duobus imperfectioribus viuentium ordinibus, quos tubera ac fungi ingrediuntur.

Svbstantialis concoquendi virtus cæteris imperfectior, quatenus ab aliis seiungitur, vitæ potius initia quàm vitam constituit. Nam semel tantummodo proprium actū exercere poterit: priori enim concoctione perfecta, cū ob attrahentis virtutis absentiam nouum concoctibile non recipiat, concoquendi actum ab illa repeti impossibile omnino est. Viuentia igitur, quæ constituuntur ex tali virtute, à perfectioribus seiuncta non tantùm imperfectissimi ordinis erunt, sed vitæ etiam breuissimæ. Nam nata, vita statim destituuntur, mediámque ob id inter viuentia & non viuentia naturam obtinēt. Huiusmodi esse tubera omnia satis manifestum est. Hæc siquidem homogeneorum naturam imitantur: nam illorum partes nulla alia ratione inter se differunt, nisi quoniam externæ partes internis aliquantò duriores sunt ob terræ circumpositæ frigiditatem, quæ seminalis caloris vim ad interna detrudēs externa liberius aggreditur, quæ ob id duriora sunt ac scabiosum aspectum referunt: id tamen in frigidioribus regionibus præcipuè euenit. Nam in calidioribus regionibus exteriora ab interiorum mollitie parum recedunt, quoniam terra circumstans vehementiori frigiditate caret, & internus calor parum refrangitur.

Differunt etiam tubera à cæteris mixtis, quoniam carneam quodam pacto naturam adepta sunt, ideóque & compressionem admittunt, & aptè nutrire possunt. Quod cæteris mixtis imperfectioribus negatum est.

Saporem præterea, & odorem habent non ex alicuius externi admixtione, neque ex simplici combustione, sed ex proprij temperamenti ac propriæ concoctionis virtute.

Colore vt plurimum sunt nigra, aliquando tamen albedinem referunt.

Viuentia secundi ordinis, quæ dirigendi virtuti attrahendi virtutem tantummodo addunt, neque vllum præterea opus intendant, perfectam plantarum naturam adhuc non constituunt. Tales sunt fungi: nam illorum calor, sede tutiori carens, celerrimè diffunditur

atque

atque euanescit, neque propriam attrahendi virtutem diutius exercere potest. Itaque aliquali digestione attrahendique virtute semel vel bis ad actum deductis, vnà cum virtutibus distributiua ac formatiua totum opus quàm breuissimè consummatur. Fungi autem terræ parum infisi supra terræ superficiem extolluntur, quoniam attrahendi virtus concoquenti virtuti materiam, prout res exigit, aliquantò vberius subministrat, & virtutes concomitantes non tantùm expandere ac terminare, sed distribuere & formare possunt. Itaque illorum humidiori atq; adhuc indigesta materia iterum ad terram vndequaque declinante, pilei trunculo inhærentis formam vt plurimùm referunt. Quidam tamen, quorum humiditas est minus fluida, spongiosi redduntur, ac arborum paruarum specimen continent, ita tamen vt ab homogeneorum natura parum recedant: fungorum namque radices vel nullæ sunt, vel à totius natura parum admodum differunt.

In illis qui pileo teguntur, trũculus à pilei natura in eo tantummodo distat, quoniam trunculus aliquantò solidior est, pileus verò mollior ac pressibilior. Vtraque tamen pars pellicula circumuoluitur quæ ab interioribus disiungi potest. Pileus ea parte qua terram respicit, ex humidi vberioris affluentia totus in longum scinditur, riuulis frequentissimis ac summè profundis à medio ad extremam partem deductis. Spongiosi verò pellicula non teguntur, sed differunt similiter in soliditate. Fungorum digestio tuberum digestione imperfectior est, quoniam dum è terra emergunt illorum calor à terra circumposita non fouetur, & facilius euanescit. Illorum tamen carnositas, quatenus ex conuenienti materia deducitur, innocuè nutrit: sæpè tamen sanitati obsunt, seu ob culpam propriæ materiæ, seu ob circumpositas qualitates, quæ ab illius rata ac bibula natura facilè admittuntur. Quandoque tamen Natura ipsa huiusmodi incommoda præcauens, fungos obuoluit matricula quadam accepta ex eorundem substantia minus digesta, simúlque illorum digestionem fouens, pleniorem reddit.

Sicuti autem fungorum natura à tuberum natura parum distat, ita etiam vtriusque tam sapori quàm odori euenit.

Quod autem ad colorem attinet, fungi albi ac rubei sunt, sæpè etiam coloris subcinericij, nigri autem raro. Quod ex eo euenire notandum est, quoniam illorum semina minus terrei, magis verò aërei continent. Oriuntur enim in terræ superficie. Tuberum autem semina profundius figuntur ac plus sicci terrei continent.

Fungorum naturam illæ etiam herbeculæ imitari ac retinere videntur, quæ constituuntur ex folio quodam circulari, adherentque terræ, petris, ac arboribus quandoque ex parte inferiori, quæ radicum etiam munia sustinet, quandoque trunculo quodam breuissimo supra terram elato: quædam etiam muscosæ omnino sunt. Et priores quidem fungorum pileatorum, posteriores verò non pileatorum figuram referunt.

Tales herbeculæ virides sunt, vel quoniam continẽt aqueum magis immodum, quod illis præcipuè conuenit quæ terræ ac saxis adhærent, vel quoniam illarum concoctio perfectior est. Quod arborum musco præcipuè aptatur, necnon aliis muscosis quæ eandem naturam retinent.

CAPVT X.

De duobus viuentium ordinibus perfectioribus, ad quos pertinent plantæ, arbusta, atque arbores omnes.

PLANTÆ omnes, in quibus duabus imperfectioribus substantialibus virtutibus, concoquendi scilicet & attrahendi, tertia virtus adiungitur, seminísque constituendi vi pollent, plantarum naturam perfectè cooriuent. Huic accedunt, colligendi virtus, quę ad seminis exordia cõstituenda exquiritur, ac virtus discindendi, sine qua seminis seu consummatio seu seiunctio dari nõ possunt. Itaque tales plantæ eam partem obtinuere, in qua omnis illarum virtus firmari ac colligi possit, ratione ab ea non dissimili, qua omnis animalium virtus sedem in corde constituit, ideóque caulis ac cordis voce proferri solet.

Partes verò in quas eædem plantæ discindendi vim exercent, nihil aliud sunt quàm folia, vel lignea quædam imperfectæ soliditatis. Seminis consummatio, quæ harum plantarum substantiali virtuti conuenit, summum Naturæ conatum exposcit.

Itaque tales plantæ semine consummato quam celerrimè deficiunt: carent enim quarta substantiali virtute, qua vires deperditę seu summè defatigatę resarciri possint ac renouari.

Quanuis autem hę plantę tali virtute destituantur, illarum tamen virtus plenè vitalis est. Itaque sicuti anima decẽtissime vocari potest, ita illius extinctio mortis vocem adepta est. Et hęc quidem his plantis primò aptantur, sicuti eisdem consequenter primò conueniũt iuuentus ac senectus, necnon sanitas & ægritudo. Sicuti enim caloris interni fomes est anima, & illius extinctio mors, ita eiusdem detentio ac vsus est vita, vigor & confirmatio iuuentus, debilitas & remissio senectus, recta dispositio atque libertas sanitas, non recta dispositio ac compressio ægritudo.

Horum nullum imperfectioribus aptari potest: tubera enim, fungi, & cętera eiusdem ordinis, sicuti perfectè non viuunt, ita morti non subiiciuntur, sed marcescunt. Mixta, quæ nullo pacto vegetantur, non marcescunt, sed dissoluuntur. Elementa verò, vt elementa, corrumpuntur. Cætera etiam, ex quibus recta seu non recta illorum habitudo, viriúmque intensio, seu diminutio, pro singulorum captu oriri solent, eãdem rationem habent. Plantarum, quas tertium ordinem ingredi diximus, lactuca & scopa exemplum præbent. lactuca namque in folia distinguitur, scopa verò in lignea imperfectæ soliditatis.

Sed ea iam exponenda sunt quæ conueniunt plantis seipsas semine confecto resarcientibus. Hæ plantarum naturam perducunt ad propriæ perfectionis culmen. Nam præcipuum plantarum opus non semel, sed pluries repetunt: quod vt præstare possint, necessariò & radices profundius terræ infigunt, ne aut nutrimento facilè careant, aut nutrimentum summè aquosum fit: & ea virtute sunt præditæ qua partes, seminis consummationi deseruientes, facilè renouantur, nec harum seu auulsio seu interitus seminis repetitionem ac renouationem impediat: vel aliæ etiam plantæ absque vllo seminis vsu constituuntur. Hoc verò ideo videbatur superaddẽdum, quoniam quarundam magnitudo seu plenior digestio seminum vsum difficiliorem reddit. In hoc plantarum ordine illæ imperfectiores censendæ sunt, quarum partes superiores passim emoriuntur, radicibus tantùm ac cordis virtutibus adhuc superstitibus. Hæ verò iterum germinant, seu folia tantùm, vt cichorea atque aliæ plurimæ, seu lignea imperfectæ soliditatis, vt carduus & lilium. Perfectiorum, quæ semine confecto ex superioribus etiam partibus viuunt, plurimi ordines dantur: quorundam enim partes superiores sunt lignea quædam, firmiora quidem, sed tenuia ac gracilia valdè, quod in ipso serpillo ac abrotono euenit; quarundam eadem lignea firmiora ac solidiora redduntur. Quod etiam pluribus rationibus, atque admodum diuersis, adimpleri solet. Ex quo effluunt differentiæ maiorum herbarum, fruticum, subfruticum. Illæ tamen videntur nobiliores quæ radices longè profundius mittunt, & per singularem stipitem seu truncum subleuantur, vt partiũ disiunctionem decentius adimplere possint. Tunc verò aliquando in ramos ac surculos distinguuntur, ac per eosdem, vt propriæ naturæ conuenit, flores, fructus ac semina propria pariunt simúlque perficiunt. Quod arboribus omnibus (palma vnica fortasse excepta) euenire conspicuum est. Ipsa verò palma distinguitur non in ramos, sed in partes, quæ foliorum potius munia exer-

cent: quas etiam certa ſerie annectens ſeipſa ſubleuat vnà cum parte ſuperiori, quæ capitis etiam vocem obtinuit.

Arboribus tanquam cæteris perfectioribus apiatur etiam expulſiua virtus, quæ in aliis aut nulla eſt, aut obſcura valde nam ſuperflua manifeſtè exſudant.

Rationes, quibus plantæ ac arbores abſque ſemine renouandi ac reſarciendi virtutem exercere poſſunt, plurimæ ſunt. Nam quarundam ramuli terram attingentes radicem emittunt: quædam ex eorundem ramulorum inflexione, ſi terra ſuperaddatur, idem pręſtant, quædam ex ipſo corde multiplicant, quarundam radices ipſæ ex propria vi producunt germina, quæ euulſionibus aptiſſima ſunt, quarundam etiam noua ſoboles arte educi ſolet, deciſis ac ex parte inferiori terræ defixis ſeu ramuſculis, vt ex ficu & vite, ſeu parte vnaquaque, vt ex arundine, ſeu ſi cortex tenerior adhuc ſit aut viſcoſioris naturæ, ramis firmioribus, vt ex ſalice, ſambuco, populo & olea.

Tenerrimas etiam palmarum virgas radicibus affixas in Babilonicis campis adoleſcere aiunt, necnon eiuſdem arboris ramos deciſos in Græcia more ſeminum ſparſos, radices demittere ac germen producere. Truncus quin etiam, ſi inuerſus deponatur, ſolo madido exiſtente, radices multis ex partibus expandere ac germina producere aſſeritur. Hæc tamen ad ampliorem magnitudinem non perducuntur. Datur etiam generatio ex lachryma, vt æquapij & lilij. Quæ his rationibus oriuntur, longè celerius educantur ac longè robuſtiores euadunt quàm quæ ex ſemine prodeunt. Quod etiam præcipuè in illis euenit, quarum ſemina ita parua ſunt vt ſenſum effugiant. Paſſim autem ſemina accepta ex his quæ diutius viuere poſſunt, difficilius marceſcunt, & germinant. Quæ vero oriûtur ab his quæ breuioris ſunt vitæ, facilius vtrunque præſtant. Eadem euenire ſolent tam in ſeminum conſtitutionibus quàm in plantarum ac arborum augumentis. Nam illorum ſemina, quæ vitæ breuioris ſunt, cælestium luminum vi terræ facilius infiguntur. Illorum verò, quæ ſunt vitæ diuturnioris, difficilius, ſimilique ratione hæc ſerius, illa verò citius perficiuntur. Semina autem ex plantis ac ex arboribus accepta, antè germinationem putreſcant neceſſe eſt: tunc enim ſeminalis illorum caliditas cæleſtium luminum caliditati copulari & corpulentior pars terreſtrem humiditatem imbibere poteſt, terreſtrique frigiditate vndequaque defenſa primæ digeſtioni materiam præbere. Seminum vis vt plurimùm talis eſt vt ex vno ſemine vnica tantùm planta ſeu arbor oriatur. Quod præcipuè etiam euenit reſpectu plantarum ac arborum perfectiorum, quæ ſeminis ac fructuum conſtitutiones repetere poſſunt. Inter eas verò, quæ id non præſtant, frumento, hordeo, farre, millio, & cęteris huius ordinis ſegetibus ſingulariter conuenit ex vnico ſemine turmatim effluere. Ex quo colligere licet, ſegetum naturam ab aliis omnibus plantis propria quadam ratione ſeiunctam eſſe.

Capvt XI.

De plantarum partibus tum organicis, tum ſimilaribus, déque earundem muneribus ac differentiis.

EX iam conſtitutis facilè demonſtratur, plantas omnes tum tertij, tum quarti ordinis, neceſſariò plures partes organicas ſeu inſtrumentales continere, atque in eaſdem partiri, eaſdémque partes inſtrumentales in plures ſimilares partes diſtingui. Has igitur quanuis illarum numerus non omnino ſit certus, prout licet, enumerare tentandum eſt: ex his ſiquidem contractiores plantarum differentię vtcunque colligi poſſunt. Quędam enim in quibuſdam reperiuntur, in quibuſdam verò minimè. Repeciuntur etiam in quibuſdam non ſimilia ac paria, ſed pluribus rationibus diuerſa. Eędem pręterea non eandem in omnibus poſitionem ac ſitum habent. Organicæ plantarum partes, vt videtur, ſunt nouem, radix, caulis, ramus, ſurculus, pediculus, folium, capreolus, flos, & fructus. Partes ſimilares ſunt ſeptem, cortex, lignum, matrix, humor, neruus, vena & caro.

Radix eſt pars terræ infixa, quæ ex ipſa terra nutrimentum attrahit. Hęc omnibus plantis tam tertij quàm quarti ordinis ineſt. Quare eius etiam ſeiunctio plantam ſtatim enecat. Eadem plures differentias admittit: aliquando enim lignoſa quidem eſt, ſed admodum infirma, aliquando craſſa & carnoſa: quorum vtrumque in plantis tertij ordinis ac in pluribus quarti ordinis euenire ſolet. Nam, quod ad tertium ordinem attinet, manifeſtum eſt lactucę radicem ligneam ac infirmam eſſe, & raphani ac rapæ carnoſiorem.

In quarto autem ordine bulbi, ſcyllę, amaranthi, lilij radices plures tunicas ac lenticiam quandam habent, & arborum pęnè omnium radix eſt lignea ac ſolida.

Caulis eſt pars plantę virtutem colligens ac nutrimentum ad cęteras partes deferens. Hęc ſimiliter tertij ac quarti ordinis plantis omnibus communis eſt, atque radice ſeiuncta, niſi ipſa radix viuax admodum ſit, plantæ interitum parit. Eadem plures differentias ſuſcipit: aliquando enim collecta radici adhęret, vt in tertij ordinis plantis omnibus atque in quarti ordinis non paucis: aliquando per truncum extẽditur atque ſubleuatur.

Rami caulem ſeu truncum diuidunt: hi neque omnibus plantis inſunt, neque ipſorum abſciſſo parit plantę interitum, niſi fortè ex accidenti.

Surculi ramos in partes diuidunt, & illorum germen ſunt vel anotinum, vel certè ſatis recens. His aptantur eędem conditiones quę ramis conueniunt.

Pediculus, folia, capreoli, flores, ac fructus, imperfectiori quadam ratione partium nomen videntur admittere. Folia enim foliorúmque pediculi ac capreoli animalium pilis proportione reſpondent. Flores autem ac fructus vnà cum illorum pediculis animalium ſemini & fœtibus coæquantur.

Cortex eſt plantarum ſupereminentium pars exterior atque aduſtior.

Plantæ tertij ordinis atque etiam ſegetes omnes manifeſtò corticee videntur carere: quatenus enim aſſurgunt, conteguntur ac muniuntur vel pelliculis, vel foliorum circumuolutionibus, vel duriori quadam conſtipatione quæ à trunci natura non recedit. Plantæ ac arbores quarti ordinis omnes ferè manifeſto conteguntur corticee. Nonnullæ tamen muniuntur haud ſecus quã plantæ tertij ordinis, vel pellicula tantùm, vt gramina omnia, vel duriori ſui parte, vt ferula, vel foliorum circumuolutionibus, vt arbuſtum quod oritur in Cypri inſula atque in Syria: huius truncus omnis conſtituitur ex foliorum circumuolutionibus, complexúque arctiſſimo.

Hoc arbuſtum foliorum magnitudine ac pulchritudine, necnon trunci ipſius proceritate, ſimúlque fructuum nobilitate & copia, præcipua quadã prærogatiua inſignitur: illius ſiquidem folium vnicum menſam plurium conuiuarum ſternere poteſt. Proceritas arboream æmulatur, fructus verò cucumeri figuram, planiorem tamen, ficorum dulcedinem & piri marceſcentis carnem referunt. Iidem fructus plurimi numero exeũt ex interiori caule affixi vnico ramo, more illorum quos palma parit: qui ramus ſi totus antè plenam fructuum maturitatem abſcindatur atque ſub tectis appendatur, fructus felicius, non omnes ſimul, ſed certa ſerie matureſcunt. Maturitatis autem indicia ſunt à viridi ad flauũ colorem deflexio, necnon mollities maior, atque etiam corticis facilior amotio, prout in ficis maturis euenit. Hoc arbuſtum quoniam cum aliquibus conuenit cum palma, ab antiquioribus inter palmas ordinis imperfectioris videtur connumerari. Nunc accolę Muſarum nomine inſignem reddere conati ſunt.

Reliquæ eiuſdem quarti ordinis plantæ ac arbores manifeſto cortice obteguntur, qui tot differentias videtur admittere quot ſunt ſpecies plantarum ac arborum quæ conteguntur. Huius partis euulſiones, quatenus minimæ ac ſpernendæ quantitatis non ſint, omnibus

voica

vnica subere excepta, paucorum dierum spatio interitum afferunt. Ipsa autem suber ex corticis ablatione firmior redditur atque vegetior.

Lignum illis verè inest quæ manifesto cortice conteguntur: cæteris autem quoddam ligno potius proportionale. Nam infirmiora admodum sunt, ideóque propriè ligni vocem non admittunt.

Matrix est ligni, seu proportionalis, pars media atque interior. Hæc, quæ à nonnullis cor ac medulla vocatur, omnibus plantis inest, exceptis arundineis, quæ internè vacuæ omnino sunt. Illa autem arundo, quæ saccarum continet, internè omnino referta est: à qua tamen, nisi summa cultura adsit, facilè decidit.

Matrix seu medulla plantarum ac arbustorum, quorum lignea pars perfectam ligni naturam non sustinet, ligneis circumpositis est longè mollior. Illorum autem, in quibus lignea natura perficitur, longè firmior. Quod præcipuè manifestum est in medulla roboris, ciltij, selcim, terebinthi, buxi, & ebani, quæ medullam omnium durissimam atque grauissimam habet.

Ligneæ partis ac medullaris decisio plantis obitum afferre vel non afferre potest, pro differentiis organicarum partium ad quarum constitutionem pertinent.

Humor nihil aliud est quàm aquea quædam substantia iam densior effecta ex vi digestionis, atque ad partem vnamquamque humectandam ac nutriendam diffusa. Hic rarior ac densior est pro varia plantarum ac arborum natura. Dum plantæ germinant, plurimus est: at post germinationem ac fructificationem perfectior. Idem ex colore etiam plures differentias admittit. Nam quarundam plantarum humor est albus, quarundam sanguineus, quarundam viridis, quarundam alterius coloris. Arborum autem humor semper densior est quàm plantarum. Quare vt in pluribus consolidatur: quod si pinguior etiam sit, ipsa seu viscositas, seu lacryma consistens, odorata erit, vt thuris, myrrhæ, balsami, caldamæ, & aliorum similium.

Neruus est plantarum pars continua, fixilis, prælonga, germinis infecunda, ac insociabilis.

Venæ neruo similes videntur, sed maiores & crassiores sunt: ramulos etiam humorémque habent.

Caro est plantarum pars ligno proportione respondens: quædam enim lignum, quædam carnem habet. Differt autem à ligno, quoniam fissilis non est, sed ex qualibet dimensione æqualiter diuidi potest, ideóque inter venam ac neruum censetur media. Hæc à quibusdam matricis etiam nomine proferri solet.

Lignum constat ex neruo & humore, Matrix, quæ in medio constituitur, ex carne & humore. Quorundam cortex, vt roboris, populi, piri, ex neruo, carne & humore: quorundam, vt vitis, ex humore & neruo: folium, ex humore & carne.

Plantis ac arboribus omnibus commune est, vel vndequaque, vel aliqua ex parte, saporis ac odoris vim cõtinere: vterque enim consequitur perfectionem concoctionis caloris vi confectæ, quæ viuentibus omnibus est communis.

Quæ hactenus coartata sunt, facilè demonstrare possunt, plantas plantarúmque partes ita ab inuicem distingui ob differentias qualitatum quæ tactu percipiuntur, saporum, odorum, necnon colorum ac figurarum, vt nulla tangibilis qualitas, nullus sapor, nullus odor, nullus color, nulláque figura dari possit, illis tantùm exceptis quæ ex ipsis corporeis emicant ac spiritalem vim manifestè continent, quæ in aliquibus plantis seu plantarum partibus non appareat.

Et hęc quidem iure optimo euenere. Nam decens erat, plantas, quæ afferunt consummationem omnibus absolutè corporibus cuiuscunque qualitatis, absolutè corporeæ vim complecti.



CONTEMPLATIONIS QVARTAE,

Pars Tertia:

IN QVA CONSIDERANTVR SENTIENDI VIRTVtes spiritaliter cognoscentes ea quæ omnino corporea sunt: simúlque affectus, ac exequendi potentiæ easdem essentialiter concomitantes, necnon animalia quæ ab illis constituuntur, vnà cùm his quæ primò aptantur singulis illorum ordinibus.

CAPVT I.

De his quæ ad communem animalium naturam pertinent.



NIMALIA transcendunt operandi modum absolutè corporeum qui in arboribus perfectioribus consummationem assequitur. Naturæ quippe communis vis ea ratione materiei illabitur, ac pro illius aptitudine certam formam cõstituit, vt dum per eandem licet erumpere, experiatur ac illius limites egredi. Inhærens igitur firmiori caliditati substantiali, ac humido radicali magis consistenti, caliditatis ministerio ea ratione humidum radicale ad spirationem impellit ac eisdem spirationibus assistit, vt non tantùm totum cui præest singulásque illius partes vegetet ac nutriat, sed spiritus etiam vberiors ac puriores eliciens, eisdemque adhærens, spiritaliter recipiendi ac percipiendi virturem constituat, huicque duas alias virtutes adiungat, quarum altera percepta odit seu diligit, prout prosequenti dissona seu consona sunt, altera eorum, quæ odio habentur seu amantur, fugam seu prosecutionem externè exercere potest. Harum virtutum vnaquæque propriam vocem sortita est: percipiendi siquidem vis Sensus appellatur seu sentiendi virtus: illa, ex qua oritur dilectio seu odium, dicitur appetitiua: & quæ externè prosequitur seu declinat, motiuæ seu executiuæ denominationem est consecuta. Sicuti autem appetitus absque sensatione non exercetur, ita absque appetitu non datur externus actus. Sentiendi igitur vir-

tus,tanqoam prior ac animali intimior, ſobſtantiæ partes ſuſtinet. appetitus verò & virtus eaecutiua ſenſibus adiunguntur, vt motiuæ elemeniorum virtuti annectuntur eſſentialirer externè agẽdi ac reſiſtendi virrutea, & ſingolia plantarum virtutibus ſubſtantialibus accedunt binæ virtutea, vt ſuperius demonſtratum eſt. Sentiendi vero virtutes plurium ordinum ſuot: ſpirituũ enim illis miniſtrantium quidam non egrediũrur membrum in quo prima nurtimenri concoctio eſt perficienda: quidam diſſunduntur vnà cum nutrimenro ad alia membra,ea tamen ratione vt à nutrimenti humore non ſeiungantur, & pro membrorum nutrieodoium differentiis diuerſi reddantur: quidam ſeiunguntur ab humore nutrimenti certáque vt in pluribus deſerentia expoſcunt,per quæ fluere ac refluere poſſint.

Hi etiam plures differentias admittunt:nam ſimiliter diuerſi ſunt pro varia membroroin, ad quæ & per quæ deſerootur natura ac temperamento, & in partem puriorem ac impuriorem diſtingui ſolent.

Ex his igitur ſenſuom ſimúlque animalium omnium differentiæ ac ſpecies colligendæ erunt.

Appetitus etiam ac executiuæ potentiæ, quoniam ſenſuum vim eoncomitãntur, tot erunt quot ſunt ſentiendi virtutes. Dilectio verò & odium ita ad appetendi virturem pertinent, vt quatenus miniſtrant vnicæ ſentiendi virtuti ab eodẽ appetitu eaercẽãrur. Si quis enim aſſerat dari appetitus, qui ſemper exoptẽt ac proſequãtur, & appetitus qui ſemper declinẽt ae reiiciant: hic ſimili ratione fateri eogetur, dari pedes qui ſeu ad accedẽdum tantũ ſint apri, non autẽ ad recedeodum ſeu tantũ ad recedendũ, non autẽ ad accedendũ. Manuum etiam quaſdam ad ampleaandum, non aurem ad capellendũ, quaſdam econtra ad eapellendum, nõ autem ad amplexandum vſui eſſe. Quæ omnia euidenter repugnant. huaus autem ratio eſt, quoniam rerum virtutes conſtituũtur non ex actus vſu ſeu contractione, ſed ex illius natura communiori ae indeterminatè accepta. Itaque, ſicuti idem pes tum ad fugiendum tum ad proſequendum eſt aptus, quoniam vtrique annectitur progreſſiuus motus eui pes inſeruit, ita etiam eadem affectio, dum propria obiecta ſeo diligit ſeu odio proſequitur, in vtroq; proſequenris commodum ae bonum intendit. Ex quo reſpecto horum obiectorum propria illius actio deducenda eſt, cùm præſertim ſatia conſpieuum ſit appetendi actum haud ſecus quàm actos proſequendi ex propria narura huiuſmodi eſſe, vt vterq; vtrumque vſum ex neceſſitate coniungat: appetens enim, dum in aliquo delectatur & aliquid proſequitur, ex oppoſiti ſeu ex illius ſaltem carentia neceſſario contriſtatur, ſicuti ad eerrum terminum tendens à eerro termino ex neceſſitate recedit. Sed iam vlterius procedendum eſt, & primo quieem loco ſtatuendum erit, in ſenſuum conſtitutiooe ae vſu quaruor præcipua deſiderari, virtutem ſcilicet ſentienrem, obiectum ſenſibile, ſentiendi organum, & ſentiendi modum: affectuum actuum pendere ex ſeprem, quæ ſunt virtus, obiectum, organum, finis ſeu ſcopus, oblectatio ſeu triſtitia, quies ſeu angor, & appetendi modus: in exeeutione qoatuor deſiderari, virtutem, actionem, organum, & modum.

Ex horum igitur perceptione, prout aptantor ſingolis ſeu ſenſibus, ſeu affectibus, ſeu exequendi potentiis, vniuſeuiuſque ſenſus appetitus ac exequentis virtutis doctrina deducenda erit, ſimúlque & ſingulæ animaliom ſpecies ſcientificè colligendæ, & ſingularum proprietates, generationes, generationúmque progreſſus, ac cauſæ tanquam ea principiis propriis demonſtrãdæ.

Ne verò id, quod præterea expetendum eſt, latere nos poſſit, ad quam ſcilicet animalium ſpeciem animalia externè oblata pertineant, animaduertendum videtur, eorom quæ ab animalibus exerceri ſolent, quædam ex propriis ſenſus ae appetitus impulſu, quædam ex ſolius Naturæ communis directiooibus ac inſtinctu exerceri, hæcque eò plura eſſe ſeu pauciora, quò animalia perfectiorem ſeu imperfectiorem ordinem ingrediuntur, & quo perfectiorum ſeu imperfectiorum ſpirituum vſum admittuot: perfectiora ſiquidem plures ſentiendi virtutes complectuntur, ideoque Naturæ communis directionibus minus ſubiiciuntur. Imperfectiora econtra, quoniam pauciora cognoſcunt, ac ex internæ virtutis vi proſequuntur, Natura ipſa dirigente, plura, quæ ad illorum bonum pertinent, exerceant neceſſe eſt: quod tamen tunc præcipuè veritatem continet, cùm ſpirituum imperfectio non obſiſtit. Et hæc qoidem noo tantùm ſenſuũ perfectiorum, quibus animalia fortaſſe carent, ſed rationis etiam manifeſtam vim continent: ratio verò qua horum vnumquodque rectè diſcerni poteſt, colligenda præcipuè erit ex ſingulorum actuum organis, necnon ex exequendi, appetendi, quieſcendi ac gaudendi modis, accepto tamen perfectiores virtutes abſq; imperfectioribus dari impoſſibile eſſe.

Capvt II.

De imperfectiſſima animalium perceptione, ſeu de Naturæ ſenſu, necnon appetitu ac exequendi virtute quæ illi annectuntur.

Qvæ ſentiendi virtute ſunt prædita, ea percipiant neceſſe eſt quæ ex nutrimenti ſeu defectu, ſeu ſoſſicieotia, ſeu acceſſu, illis vel proſunt vel nocent. Itaque plaotarum virtutes vix excellunt: plaotæ enim eadem commoda ſeu incommoda ſimiliter experiuntur, licet non percipiant. Oritur hęc perceptio ex illo ſpiritu qui membrum, in quo prima concoctio exercetur, non egreditur, ideóque prima ſpiritualis perceptionia ſeu ſenſatioois eaordia parit & eum ſenſum conſtitoit, qui ſicuti cęteris comparatus imperfectiſſimus apparet, ita cæteros omnes ex neceſſitate pręcedit: hunc tamen latere non poterunt cętera, quę alia ratione internum animalis commodum ſeu incommodum pariunt: nam eandem vim quodammodo habent. Itaque percipiet non tantùm quę conſequuntur nutrimenti defectum, ſufficientiam, ſeo exceſſum, ſed cęteros etiam corporis dolores, qui oriri ſolent ſiue ab ægritudioes, ſiue ob percuſſiones, ſioe ob proprij corporis diuiſiones. Animaduertendum verò eſt, huoc ſenſum incommodum primo & per ſe percipere, commodum verò non primò, ſed ex eo tantùm quod nullom incommodum ſentiat. Hine colligere licet, tactos vocem huic ſenſui aptari non poſſe, niſi fortè ad ſcientiæ perturbationem, quam tamen nouimus eſſe ſummè vitandam. Hic certè exercetur abſque vllo contactu & à tactus organis vt plurimum ſeiungitur. Præterea idem obiectum nonnunquam tactui eſt gratum, & huic ſenſui ingratum, & eoontra. Alia etiam manifeſtè diſcrepãt, vt ex tactus doctrina patebit. Senſus igitur imperfectiſſimos, ſeu Naturę ſenſus appellari poterit. Illi tamen admirabile quoddam conuenit, vt ſcilicet ſentiens virtus, organum, obiectum, ac ſenſatio, in eo reipſa vnom atq; idem ſint, quanuis ratione viciſſim diſtinguãtur: animal ſiquidem ſentiens commoda vel incommoda proprij corporis, hæc in ſeipſo ex neceſſitate percipit, oam verè in ſeipſo ſunt. At ſi orgaoi virtute aeeedente ea perciperet, illi neceſſariò externa eſſent; organi námque vis ex eo tantùm expetenda eſt, quoniam ex illios vſu ſeu externa ad interna, ſeu ioterna ad externa deduci poſſunt.

Itaque reſpectu eiuſdem ſimul interna ac externa cenſenda eſſent, quod nullo modo admittendum eſt. Hæc tamen qoæ reipſa idem ſunt ratiooe inuicem diſtinguuntur. Nam idem aoimal ex eo quod rectè ſeu non rectè ſe habet, ſenſibile eſt, ex eo qood eadem hæc commoda ſeu iocommoda internè retinet, orgaoi partes exercet, ex eo quod internè retenta cognoſcit, ſentiens eſt, & ex eo quod res actu ſenſibilis actu eopulator rei actu ſentienti, ſenſatio diei poterit. Imperfectiſſima igitur ſentiendi virtus perfectiſſimam iotelligendi virtutem vtcunque refert, quod tamen, ſicuti reſpectu intellectuum arguit ſummam perfectionem, ita reſpectu ſentientium ſummam imperfectionem conuincit.

Hunc ſenſum concomitatur ille appetitus, qoi pro commodi

commodi seu incommodi differentiis sitis seu fames appellari solet, seu etiam sanitatis consequendæ dolorisque excutiendi cupiditas. Differt autem hic appetitus & ea quæ ad illum pertinent, à sentiendi virtute, organo, atque ipsis sensibilibus, non re, sed ratione tantummodo: eadem enim, quatenus sunt perceptibilia sensui obiiciuntur, quatenus verò vel obsunt vel prosunt, appetitui. Illud verò, quod ab eo tanquam scopus & finis respicitur, nihil aliud erit quàm incommodi carentia. Itaque ex adhæsione eorum quæ huic fauent exhilarabitur, & ex accessu illorũ quæ eidem aduersantur contristabitur, illiúsque summa quies ex simplici indolentia constituetur. Neque enim eò summam imperfectionem præstantioris ordinis exhilarationes attingit.

Modus etiam quo idem appetitus bona persequitur, ac mala refugit deducendus erit ex admissione seu exclusione eorum quæ animali adhærent, necnon ex internorum retentione seu expulsione. Virtus igitur executiua illi deseruiens partium tantummodo seu extensiones seu contractiones exercere poterit, ad quas summa cum sensus stoliditate impelletur. Nam huic tum sensui tum appetitui videtur proprium, dum perceptum incommodum adhæret, animal inquietum reddere ratione ab ea non dissimili qua perfectiora animalia profundè dormientia anguntur, dum aliquod propriæ naturæ dissonum illis apponitur, simúlque exagitare, donec corpore resarcito ac ad indolentiam perducto, in ea, Natura sic exigente, conquiescat, tanquam in proprio bono. Sicuti autem hic imperfectissimus sensus versatur tantummodo circa illa quę animali sunt interna, ita illius executiua potentia ad externa non perducet, sed absque totali loci mutatione proprium actum exercebit.

Capvt III.

De animalibus, quæ constituuntur ex imperfectiori gradu imperfectissimi sensus, ac de eorundem generationibus.

Viventivm nutrimenta ex humidioribus præcipuè deduci solent. Quare, sicuti prima incommoda ea horum defecto oriuntur, ita illorum perceptio sensus imperfectissimi gradui imperfectissimo conuenit. Itaque ex hoc gradu deducentur animalia similiter imperfectissima, cuiusmodi videntur esse ea, quibus spongiarum vox conuenit: hæ siquidem saxis, marinis aquis vndequaque contegentibus, semper affixæ sunt. Quamobrem rationi consonum est illarum sensus ea damna vel commoda tantummodo apprehendere, quæ concomitantur humoris seu defectum & excessum, seu congruentem dispositionem, similique ratione earundem appetitum circa hæc versari, & executiuam potentiam in his tantùm deseruire, vt scilicet, dum ex humidi defectu damnum percipitur, animalis partes dilatet, & aquis ingressum præbeat, dum verò congrua restauratio sentitur, easdem constipet, ne humoris accessus obsit. Huius verò animalis os & ventriculus, vt patet, idem omnino est: constituitur enim ex concursu partium, quarum vnaquæque ventriculi figuram obtinuit, & tum eiusdem tum etiam oris munia decentissimè sustinet. Quapropter dubitare non licet, an in spongia organa sensitiuæ, appetitiuæ, ac motricis virtutis inuicem distinguantur. Nam vnicum organum continet, licet aliis similibus adhærens, quorum vnicuique eadem vis necessariò aptatur.

Admirabili autem dispositione constitutum est, vt quemadmodum prima elementorum incorporatio oritur ex aqua & ex terra aqueam humiditatem ac frigiditatem appetente, ita prima spiritualis comprehensio ac affectio circa ea versentur quæ earundem qualitatum copulationem concomitantur. Summa etiam admiratione dignum censendum est, in animalium ordine spõgiam primò occurrere quæ ex pluribus ventriculis vi detur cõstitui, soláq; vẽtriculi munia exercere, & in perfectiorũ animaliũ generatione ventriculũ primò generari seu certè cõgenerari, vt ex dicẽdis clarius patere poterit. Generantur verò spongiæ tanquam à causa efficiente à cælorum luminibus calefacientibus. Id ex sicciori illorum temperamento arguitur: idem experientia docet. Nam in regionibus calidioribus abundant. Illarum materia proximior sumitur ea marinis aquis, quatenus à petrarum bibacitate collectæ crassiores ac densiores redduntur: hæ siquidem cælestium luminum vi validius calefaciente, ex lapidum reactione adhuc densiores effectæ, redduntur aptissimæ ad spongiarum semina concipienda ac nutrienda, cùm præsertim siccior ac mollior spõgiarum complexio respectu siccitatis assiduè reparetur, tam à densiori salsugine quàm à cælestium luminum calefactionibus: respectu verò mollitiei nutriatur sine intermissione ab aquea humiditate, quam eadem caliditas siccitati adhærens decentissimè refrangit ac contrahit.

Et hæc quidem demonstrare possunt, hoc animal iure optimo aqueæ humiditatis auidum esse illúdque vehementer inquirere & appetere: oritur enim ob vehementem aqueæ substantiæ calefactionem ac exsiccationem, quarum vim eandem humiditatem imbibens atque amplexans, eam rursum concoquit, ad propriæ substantiæ non tantùm conseruationem, sed etiam dilatationem.

Spongiarum verò tria sunt genera, quæ tamen ex maiori tantùm minoriue seu raritate seu duritie inter se differunt. Ex his vnum semper est lutosum: quapropter credendum est tales spongias incommoda experiri ac percipere non tantum ex humiditatis sed etiam nutrimenti solidioris defectu, illarúmque semina similiter colligi ex magis terreis. Reliquæ spongiæ solidioris nutrimenti appetentes non sunt.

Quod verò attinet ad spongiarum mortem ac corruptionem, asserendum videtur eas semel a proprio loco abscissas rursum plantari non posse. Nam neque radicitus euelluntur, neque noua sedes propriori omnino consona reperiri potest. Quanuis autem abscissæ spongiæ extra aquas propriam formam retinere soleant, eas tamen ex senio facilè deperire & intra aquas marcescere credendum est. Ideo autem illarum corpora extra aquas, & ab humidioribus tutæ, diutius durant, quoniam summa siccitas ea ab interna putredine tuetur. Eadem etiam eo causa est vt facilè nec discindantur nec comburantur: quanuis enim flammam ob siccitatem igneã concipiant, illi tamen ob frigiditatem terream resistũt, neque vnquam ob humidi defectum flammam emittũt. Hinc etiam factum est vt omnem concoctionem effugiant, neque aliud animal nutrire possint.

Capvt IIII.

De animalibus, quæ ab eiusdem imperfectissimi sensus gradibus perfectioribus constituuntur.

Conchilia quoque ab eodẽ Naturæ sensu imperfectissimo, licet gradus aliquatò perfectioris, videtur constitui. Hæc conueniunt cum ipsis spongiis, quoniam pariuntur præcipuè ex defectu aqueæ humiditatis. Differunt tamen ab eisdem, quoniam aqueas humiditates appetunt quidem vehemẽter, sed aliquantò remissiua quàm spongiæ. Nam cœnosis etiam & densioribus arenarum succis nutriri solent.

Itaq; recipiunt aquea immediatè non ex vẽtriculo, sed ex alia parte quæ oris sustinet vices. Accedunt etiam partes solidiores, quas aperire & claudere possunt, prout impellit appetẽs illarum virtus, quæ ratione tantùm differt ab horũ animalium sensu, ideóq; vtrisq; molliora instrumẽtum præbẽt, solidiora verò exequẽti virtuti aptantur. Quẽadmodum autem conchilia spongiarum ordinem in his excellunt, ita earundẽ mouendi virtutẽ vtcunq; superant: quædã enim & solidis affixa

& à ſolidis ſeiuncta reperiuntur, vt oſtreæ & huiuſmodi plora, quædam ſemper à ſolidis ſciuncta ac diuiſa detinentur, in arena vel in lutoſis, ſed locum non mutant, quædam hoc eriam aliqua ex parte obtinuere, vt Vngues, quæ longiorem formam adeptæ ex internæ virtutis vi, dimidia ſui parte ex arenis emergunt, mòxque ſeipſas ſubducunt. Et hæ quidem huic animalium ordini terminum imponunt. Generantur conchilia io aquis nō tantùm marinis, in quibus magis copioſè reperiuntur, ſed in dulcioribus etiam, non tamen fœtentibus: illorum cauſa efficiens caliditatem ea ratione includit, vt ex frigiditate eriam plorima adiumenta requirat. Hoc colligitur ex horom animalium conchis dorioribus. Nam nec durities in aquis datur abſque aliqua cōgelatione, nec congelatio abſque frigiditate. Experimur etiam cōchilia hiemis tempore plurimùm abundare & longè vegetiora eſſe. Hæc verò frigiditas dum exteriores partes præcipuè attingit condenſatque, partis interioris ac calidioris vires non parum intendit, quæ ob id quantò magis augetur tantò molliorem ſubſtantiam aſſequitur. Ex hac effluunt quædam neruulorum ſpecimen referentia, quæ externa duriora his mollioribus annectunt, vt internis obediant & ab eiſdem concocta nutrimenta recipiant.

Siquis autem tam molliores quàm duriores conchiliorum partes diligentius rimetur, facilè (ni fallimur) percipere poterit vtraſque iterum diſtinguendas eſſe: molliores enim non tantùm ventriculi & oris munia ſuſtinent, ſed cordis quoque & epatis naturam æmulator. Solidiorum verò pars poſterior capitis munia exercere videtur, quod neruiculi illi adhęrentes ac vtranque concham coniungentes manifeſtè demonſtrant. Hæc exteriora haud ſecus quàm interiora plures figuras admittunt, quoniam conchiliorom quædam ſemper ſub aquis degunt, quædam infra arenas ſeu cœnoſa, quędam in arenarum ſuperficie.

Itaque pluribos etiam rationibus abluuntur ab aquis. hoc verò ad figurarũ immutationes non parum conferre manifeſtum eſt. Conchiliorum vira eſt valdè breuis. Illorum cadauera reſpectu partis mollioris quàm celerrimè putreſcunt, exteriora tamen diutius permanent. Quæ de conchiliis dicta ſunt, admirabilem Naturæ ordinem ſimiliter demonſtrare poſſunt Nam, ſicuti in animalium perfectorum generatione ventriculi conſtitutioni, cordis, epatis & capitis conſtitutio annecti ſolet, ita in tota animalium ſerie ſpongiæ, quæ ventriculi naturam refert, adduntur conchilia, quæ cordis, epatis & capitis exordia continent.

Capvt V.

De iis quæ externis ſenſibus communiter conueniunt, & de ſenſoriorum, perfectis ſenſibus deſeruientium, conſtituendorum rationibus, & de primis ſenſuum differentiis.

IMperfectiſſimo Naturæ cenſui cæteri ſenſus perfectiores certa ſerie ſuperadduntur. His omnibus commune eſt, ea percipere, quę animali exteriora ſunt. Quapropter illorũ vnuſquiſque certo quodam organo indiget, cuius vi, externa ſpiritaliter recepta, ſentiendi virtute concurrente, ab ipſo ſentiente internè concipi, ac ſentiri poſſint. Cùm autem duo in ſenſuum vſu deſiderentur, receptio ſcilicet & perceptio, in receptionis conſummatione obiecta percipienda agentis exerceot partes, organa verò recipientis. In perceptione econtra, organum ſenſitiuam animæ virtutem continens eſt agens, obiecta verò cognita illi ſubiiciuntur. Patet autem receptionem quidem dari abſque perceptione, vt puta dum animæ virtus ac ſpiritus diſtrahuntur, ſed perceptionem abſque receptione non exerceri. Nam perceptibili & percipiendi virtute non concurrentibus eam adimpleri impoſſibile eſt.

Talium verò organorum conſtitutio ſummam Naturæ artem videtur expoſcere: ipſa enim organa neceſſariò corporea ſunt ac corporea reſpiciũt: percipiēda verò in corporeè recipi ac deferri neceſſe eſt: hac ſiquidem ratione rantummodo res corporeæ ſpiritalem naturam æmulantur, ſpiritaliter exiſtunt, ac verè ſenſibiles efficiũtur, ratione tamen præſtantiori ſeu minus præſtanti, quo eædem ſpecies magis ſeu minus depurantur, præſtantioréſque ſeu minus præſtantes ſentiendi virtutes attingunt. ad huiuſmodi verò recipiendi potentiam cōſtituendam tria deſiderantur. primum eſt, vt illorum quorum ſpecies ſunt recipiendæ realis narura abſit. nam calidum, quatenus eſt calidum, neque caliditatem neq; caliditatis ſpeciem recipere poteſt: optimè ſiquidem dictum eſt oportere recipientem denudari à natura recepti. Secundum, vt adſit quidem diſpoſitio ac propenſio proxima atque eſſentialis ad huiuſmodi naturam realiter recipiendam, ſed ita deuincta, vt illam realiter ac formaliter, aut nullo modo, aut non abſque vehementiori aliqua vi recipere poſſit. Talis diſpoſitio ac propenſio deſiderantur, quoniam ſine receptione ſpiritali nō datur ſpiritalis rerum perceptio: receptio verò ſpiritalis ſupponit recipiens ad ſpiritalem receptionem diſpoſitũ ac propenſum eſſe. ideóque oculus colores percipit, non odores: & olfactus odores, non colores, idémque in cęteris euenit.

Econtra etiam tali diſpoſitione propenſionéque conſtituta, ſpiritalis receptio neceſſariò adimpletur, quoniam amans dum rem amatam amplexari non poteſt illius imaginem quàm auidiſſimè colligit. Tertium requiritur, vt ſpiritalis receptio ea ratione adimpleatur, vt ſpiritaliter recepta detineantur ac colligãtur, neque ſeu ad vlteriora procedere, ſeu aliquo pacto euaneſcere poſſint. dum enim ſpiritaliter recepta, ſeu ad vlteriora procedunt, ſeu euaneſcunt, recipiens non organi ſed medij partes exercet, ideóque nulla in eo perceptio adimpletur, vt puta dum ſenſibilium ſpecies ab aere recipiuntur. hæc ſenſuum perfectorũ organis cōmunia ſunt. Quoniam autem horum ſenſuum quidam attingunt externa, prout externè obiiciuntur, quidam eorundem intimiorem progreſſum plenioremque depurationem expoſcũt, ſenſuum perfectiorum quidam exteriorum, quidam internorum denominationem adepti ſunt.

Senſus igitur exteriores quinarium accidentium abſolutorum numerum æquabunt. nam ſingulis horum accidentium certus ordo aptatur. Interiores etiam tot ordinũ erunt quot ſunt gradus depurationum ſeu ſcoſibilium præſtantiorum.

Vnuſquiſque verò ſenſuum ordo plures differentias ac gradus admittit. Et hoc quidem ſatis perſpicuum eſt ex pluribus animalium ſpeciebus quæ ab illorum vnoquoque conſtituuntur. neque enim ab vnica forma plora ſpecie diuerſa conſtitui poſſunt. Appetitus exteriorũ ſenſuum verſantur ex neceſſitate circa ea quæ obiiciuntur eiſdem ſenſibus: ſunt enim omnino externa. Itaque non datur magis externum quod ab affectu ſit proſequendum. Eadem igitur, quatenus ſunt cognoſcibilia, ad ſenſus pertinent, quatenus verò delectationem ſeu moleſtiam aliquam afferre poſſunt, affectus mouent. Idem circa organum ſentiendum eſt: vnicum enim exiſtens vtrique deſeruiet. Ex eiſdem colligere licet, horum affectuum finem ſeu ſcopum deducendum eſſe ex ipſo ſentiendi ſeu non ſentiendi actu. neque enim aliud expetere poſſunt quàm contriſtantia non ſentire & circa oblectatoria liberè exerceri. Quapropter, dum ſenſatio vſque ad ſatietatem liberè exercetur, oblectabuntur, & propriam quietem ac pacem adipiſcentur: quatenus verò detinentur inuitè triſtitia afficientur & ad ſummum mœrorem deuenient. Et pax quidem propriori voce voluptas appellari poterit, angor verò moleſtiæ denominationem admitret. Appetendi modus his affectibus communis ex irruptione ac ex obſtinatiori adhæſione ſeu receſſu deducendus erit, ea tamen ratione, vt irruptiones obſtinatæque proſecutiones ſint intenſiores ac remiſſiores, pro affectuum puriori ſeu impuriori natura. Exequendi virtutes, his ſenſibus ac affectibus miniſtrantes, quæ non tantùm ob horum ſenſuum & affectuum gradus, ſed etiam ex proprio exequendi munere neceſſariò externa reſpiciunt, erunt illæ

quibus

quibus animalia progrediendi seu incedendi motus exercere possunt: hæ similiter sunt perfectiores ac imperfectiores, perfectioremque seu imperfectiorem incedẽdi rationem exercent, quo perfectioribus seu imperfectioribus sensibus ac affectibus adhærent: easdémque ob causas organa perfectiora seu imperfectiora illis deseruiunt. In quacunque autem incessiune, vt est incessio tria desiderantur. Primum est, vt totum animalis progredientis corpus altero corpori externo innitatur, ne ex propriæ grauitatis pondere intuitè ruat ad inferiora. Secundum, vt idem corpus externum seu omnino quiescat, seu respectu motus & progressionis ab animali exercendæ quiescentis rationem sustioere possit. Tertium, vt idem animal progrediens distinguatur in partem motam & in partem quiescentem, seu quæ respectu partis motæ quieris rationem admittat, vt ex huius ministerio animal innitatur externo corpori verè, & ratione partis motæ verè progrediatur, atque etiam vt eadem pars qoiescens idem præstet parti motæ quod externum corpus exhibet toto animali progredienti.

Capvt VI.

De sensu tactus, ac de iis quæ tactum consequuntur, necnon de animalibus ab illis constitutis.

SEntiendi virtus inter externas imperfectissima eam animæ consequitur vim quæ spiritus ex nutrimento iam concocto elicere potest, eosdémque ad membra nutrienda vnà cum ipso nutrimento diffundere. Hæc tamen tunc tantùmodo consummatur, cùm hi spiritus ab eorumdẽ mẽbrorum caliditate ac humore fouentur ac refocillantur. Dum autem recipientium membrorum frigida ac sicca complexio his spiritibus aduersatur eosdémque extinguit, nulla sentiendi vis exerceri potest. Euenit ob id vt hic sensus in carnosis vigeat, in ossibus autem ac aliis frigidioribus nullus fit.

Illius obiecta sunt calidum, frigidum, humidum, siccum, necnon durum, farinaceum, carnosum, vnctuosum, lanosum, asperum, ac huiusmodi reliqua. Hæc animali sentienti externa qoidem sunt, sed non remota. Neque enim horum aliquod vt remotum sentiri potest, nisi fortè ita remotum existat, vt ea quæ sunt proxima afficiens, ac in eisdem consistens, per illam propriam vim tangenti proximam reddat, vt puta dum ignis aërem calefaciens simul hominem calefacit, cui aer est proximus. Talia huic sensui verè ac omnino sunt consona. Nam sentienti externa quidem sunt, sed non remota, & ea ratione ad spiritalem essendi modum deduci possunt, vt ab actu corporeo non seiungantur. Itaque imitantur naturam spirituum ex quibus oritur tangendi virtus: hi nempè, vt dictum est, eo pacto à membrorum caliditate fouentur, vt ab humore nutrimenti non seiungantur. Horum igitur obiectorom perceptio non consummatur absque contactu. Ex quo factum est vt huic sensui aptetur decentissimè Tactus vox. Tactus organum (vt ex dictis colligere licet) dedocendum est ex partibus carnosis. Spiritus námque adhærentes humori nutrimenti, sentiendique vim deferentes, ab bis tantummodo retineri ac foueri possunt.

Præterea iam sancitum est sensuom organis propriũ esse continere realem dispositionem ac propensionem ad realia quæ cognoscenda sunt, sed ea ratione deuinctam, vt illa realiter aut nullo modo recipere possit, aut non absque vehementiori vi. Id verò nihil aliud est quã symbolum habere ad eadem realia, non quidem remotè, vt generi conuenit respectu specierum inter se oppositarum, ad quarum vnamquamque symbolum videtur habere, neque accidentaliter, vt elementa qoibus accidit vt altera illorum qualitas altero elemento communis sit, sed proximè & essentialiter, quoniam scilicet ad vtramque qualitatem proximè & essentialiter sit dispositum, & quodam quasi æquilibrio ad vtramque constitutum. Patet autem tale æquilibrium seu symbolum respectu tangibilium, ex corundem associatione ac admixtione tantummodo deduci posse. Nam quæ inuicem opponuntur & inuicem agunt ac patiuntur, nisi inuicem associentur nunquam constituere poterunt æquilibrium illud, cui annectitur propensio vnumquodque extremorum respiciens, & ad vnumquodque realiter recipiendum deuincta. Hæc verò associatio in carnosis tantummodo datur, perfectiori tamen ac imperfectiori ratione, seu quoniam illorum temperamentum proprium est magis minúsve æquale, seu quoniam eam firmius infirmiúsve assequatur. Quacunque autem ratione id fiat, tangendi virtutes tantò acurius tangendorum qualitates percipient, quantò illarum organum à carnosis deductum erit æqualius.

Appetitus tactui deseruiens non solùm indolentiam expetit & incommoda refugit, vt is qui imperfectissimum sensum consequitur: sed etiam voluptatem prosequitur ac oppositam molestiam fugit, nulla interim ratione habita commodi seu incommodi, quæ hanc voluptatem seu molestiam concomitantur. Natura tamen constitutum est, vt bruta animalia ac imperfectiora præsertim illis externè delectentur quæ internè prosunt, & ex illis externè offendantur quæ internè obsunt. Huius autem appetitus, ac tactus cui adhæret, obiecta (vt ex iam constitutis patet) reipsa non distinguentur, sed ratione tantùm. Nam quatenus cognoscibilia sunt ad tactum pertinent, quatenus verò tangenti consona vel dissona, illique grata seu ingrata, ad appetitum, idémq; circa organum sentiendum erit. Sicuti autem hic affectus cæteris, qui externis sensibus deseruiunt, imperfectior est ac magis corporeus, ita magis corporeum finẽ intendit, ac magis corporeè delectatur seu contristatur, conquiescit & angitur, simúlque delectantibus obstinatius adhærere solet. Executiua verò potentia quæ huic affectioni deseruire debet, illum progressum pariet, qui absque confricatione partiúmque attractu non exercetur, Itaque animal sic incedens terræ omnino prostratũ anteriorem partem protendit, mox ea quiescente partẽ posteriorem trahit ac colligit, rursúmque anteriori proreosa prosequitur inchoatum incessum: quem tamẽ neque in aëre neque in aquis exercere potest, quoniam horum elementorum nullum parti diutius quiescenti consistentiam præbet. Moderatur autem hic motus ex partis anterioris inflexione multiplici. Hac námque ad dexteram seu ad sinistram, ad anteriora seu ad posteriora deflexa ac firmata, ad eadem totum animalis corpus dirigitur. Ad sublimia autem eã non extollunt, quoniam absque confricatione moueri non videntur.

Animalia igitur, quæ ex tangendi virtute imperfectissimo Naturæ sensoi superaddita constituuntur, erunt vermes pedibus omnino destituti. Hi vndequaque carnosi sunt, & propria damna tam ex humidi quàm ex sicci defectu percipiont. Ex quibus imperfectissimi sensus apparet vis. Iidem vermes sese intra terram libenter retinent, simúlque ex terræ circumpositæ confricationibus delectantur, quod similiter tactui ascribendũ est. Hos gustu destitui ex eo coniectare licet, quoniam carẽt manifesto ore ac mandendi virtute, neque vllum escarum delectum exercent. Itaque tutissimè asserendum est, hos ex tangendi virtute constitui.

Siquis autem eos ad perfectorum animalium mẽbra referre velit, hic (ni fallimur) assentietur talia animalia genitalibus membris seu musculis respondere.

Quod verò ad illorum generationẽ attinet, sanciendum esse existimamus, efficiẽtem illorum causam sumẽdam esse ex caliditate aliquanto remissiori, materialẽ verò ex terreo densiori, illorúmq; consummationẽ ascribẽdam esse concoctioni expellẽti omnẽ combustionẽ, sed simpliciorẽ elixationẽ intẽdenti. Itaq; existimandum est hos vermes frequẽter generari, sed diutius viuere nõ posse, similiq; ratione illorum cadauera breui ac vndequaque putrescere.

Capvt VII.

De gustus sensu, ac de iis quæ gustandi virtutem consequuntur, necnon de animalibus ab eo constitutis.

TACTVI guſtus proximè accedit ac parum à tactu differt. Eiſdem enim ſpiritibus exercetur, ſed aliquanto purioribus, & membri recipientis concoctionem pleniorem exigentibus. Igitur inter membra tangendi vi prædita, pauca admodum guſtum exercere poſſunt, & animalia non pauca, quæ tactum exercent, guſtu carent, licet guſtantia omnia tactum habeant. Eadem proximitas horum ſenſuum ex obiectis etiam ipſius guſtus demonſtrari poteſt, videlicet ex ſaporibus qui guſtu percipiuntur. Nam ſapores guſtati non poſſunt niſi diffundantur virtute aqueæ humiditatis, quæ verè tangibilis eſt & tactus vſum expoſcit. Itaque verè guſtus eſt quidam tactus: nam abſque tactu non exercetur. Guſtus etiam organum eaſdem ob cauſas erit quoddam organum tactus, & guſtabile quoddam tangibile. Patet tamen, ea, quæ ad guſtum attinent, continere aliquod minus corporeum, & vtcunque extendi ad ea quæ ſentienti aliquanto ſunt remotiora. Nam ſapores, dum guſtus organum tangunt, diffunduntur in humorem huic organo aſſiſtentem, atque illo mediante guſtatur. Guſtus verò organum eſt lingua ac palatum, ſeu alia quæ his proportione reſpondent. Continent enim frigidum, calidum, humidum, & ſiccum, non tantum commixta, ac contemperata, ſed etiam abſque vlla ſeu inconcoctione ſeu combuſtione concocta. Itaque complectuntur ſymbolum ad ſapores omnes. Nam, quatenus excludunt inconcoctionem, ſunt conſona saporibus concomitantibus ſummam concoctionem certi alicuius elementi, ea tamen ratione, vt ob plurium elementorum concurſum nullum illorum actu admittere poſſint: quatenus verò recedunt ab omni combuſtione, ſunt & apparent conſona illis ſaporibus qui conſequuntur certi alicuius elementi ſummam combuſtionem, quos tamen realiter admittere non poſſunt ob eundem plurium elementorum concurſum. Et hæc quidem eò firmius linguæ ac palato aptantur, quoniam hæc membra ita à Natura conſtituta ſunt, vt alterum ab altero foueatur, & vtrumque aſſiduè humectetur ſimúlque tepeſcat. Sicuti igitur ex ſumma concoctione plurium componentium recedunt tam ab omni combuſtione quàm ab omni cõgelatione interna, ita ex humidi appoſitione redduntur tuta ab externis exſiccantibus ac comburentibus, & ex teporis aſſiſtentia à congelantibus. Qua autem ratione iidem ſapores idémque guſtus organum ad eiuſdem ſenſus affectum pertineant, quid ab hoc affectu tanquam finis reſpiciatur, in quibus delectetur ſeu contriſtetur, conquieſcat ſeu angatur, & quonã modo proprium actum exerceat, ex his colligere licet quæ circa ſenſuum exteriorum affectus in communi enarrata ſunt. Exequendi verò potentia huic appetitui miniſtrans eã dem proportionem habet ad virtutem tactui deſeruiẽtem, quàm guſtus & tactus, ſpiritus ambos hos ſenſus conſtituentes, eorundem appetitus & organa habent inter ſe. Quapropter (ni fallimur) erit illa potentia qua incedere ſolent vermes pluribus pedibus fulciti. Hi pluribus pedibus fulciuntur, quoniam illorum incedendi ratio quamuis eam excellat quæ ex ſola attractione ac confricatione exercetur, attractu tamen ac confricatione omnino non caret, veréque imperfecti ordinis eſt, ſicuti etiam ſpiritus guſtandi vim inducentes imperfectioris ordinis ſunt. Pedes verò, quamuis plurimi, ſemper pares ſunt. Nam bini binis ſuccedunt, vt animalis corpus longius terræque vndequaque incumbens æqualiter ac plenè ſuſtinere poſſint.

Iidem vermes manifeſto ore quo cibos confringere poſſint ſunt præditi, necnon manifeſta ſeceſſus parte, quod guſtandi virtutem apertè demonſtrat. Nam eſcarum confractio illarum humorem internum & ſaporem prouocat. Eiſdem etiam conuenit partem anteriorem ad ſuperiora erigere ac circumducere, ſimúlque ad ſublimiora irrepere, eſcáſque curioſius inquirere ac diligentius ſeligere. Quæ vermibus pedibus deſtitutis denegari manifeſtum eſt. Inter hos vermes Ruſæ digniorem locum obtinere videntur, illæque præcipuè, quæ filis quibuſdam tenuiſſimis ex propria ſubſtantia eductis ſeipſas circumquaque ſæpiunt & claudunt, móxque his quaſi carceribus eruptis forma mutata alatæ proſiliunt. Hæ enim ex poſtrema hac concoctione aliquanto præſtantiores ſpiritus pariunt ac perfectiorem animalium ordinem ingrediuntur. Pedati vermes præditi ſunt virtute prolificandi qua apedes carent. Maris tamen ac fœminæ differentiam non admittunt, ideóque ex concubitu non procreant, ſed ex humore interno magis cõcocto ac puriori concipiunt oua quædam perexigua ac plurima, & eadem poſtmodum pariunt. Hæc verò anno ſequenti veris tempore ſolaris caloris virtute deducuntur ad formam eorundem animalium: complectuntur enim vim ſeminis informantis ac humidi recipientis. Ipſa autem animalia veris tempore nata ouis emiſſis æſtate deperire ſolent, illorúmque cadauera ex omni parte putreſcunt. Nam oſſibus ſimúlque ſiccioribus ac durioribus partibus carent.

Siquis autem hæc animalia ad perfectorum animalium membra referre velit, facilè (ni fallimur) animaduertet ea linguæ reſpondere. Nam lingua, in qua guſtus conſummatur, horum animalium (vt membro affixo aptari poteſt) imitatur motus: libertimè ſiquidem extenditur, ac partem anteriorem vndequaque circumuoluit.

CAPVT VIII.

De olfactus ſenſu, ac de iis quæ olfactum conſequuntur, necnon de animalibus ab eo conſtitutis.



OLFACTVM circa odores odorúmque differentias verſari exploratum eſt. Hic inter exteriores ſenſus primus à corporeo obiectorum ſenſibilium contactu omnino recedit, ac præſtantiori quadam ratione ſpiritaliter exercetur. Itaque illorum ſpirituum vſum expoſcit, qui à nutrimentĩ humore ſeiunguntur ac certis vehiculis indigent.

Tales ſpiritus olfactui ac reliquis ſenſibus ordinum præſtantiorum verè deſeruire ſignum non infirmum præbet vehementior quædam animalis intentio, quæ in horum ſenſuum vſu vt plurimùm adhiberi ſolet, & reſpectu ſenſuum imperfectiorum locum non habet. Odorum verò perceptio decentiſſimè aptatur huic ſpirituum ordini. Nam odores ad olfacientem virtute perduci & ſenſum excitare non poſſunt abſque exhalatione & medio has exhalationes deferente. Medium autem quod exhalationes ſimúlque odores recipere ac ad olfactum tranſmittere aptum eſt, erit ſeu aer ſeu aqua. nam hæc duo elementa tantummodo exhalationes facilè recipere ac diutius retinere ſolent: quod neque terræ neque igni conuenit. Terræ nempè exhalatio potius quàm exhalationis receptio aptatur: ignis verò eaſdem omnino comburit ac deſtruit. Organum olfactui deſeruiens continet ex neceſſitate aliquem exceſſum frigidi & humidi, ea tamen ratione vt ex acceſſu odorum, in quibus calidi & ſicci vis dominatur, æquilibriũ vtcunque aſſequatur, ac odorum vim verè ſpiritaliter recipere poſſit. Et hanc quidem vim eò intimius admittet, quò frigidi ac humidi exceſſus eſt minor. Tunc enim abſque ſui deſtructione promptius aſſentietur odorum qualitatibus igneis. Itaque animalia, quorum complexio calidior ac ſiccior eſt, optimè odorant. Nam in illis frigiditas ac humiditas conſtituentes organum olfactus conſequenter quàm maximè remiſſæ ſunt. Olfactus tamen organum aliquem frigidi ac humidi exceſſum ſemper requirit, quoniam odoratorum exhalatio oritur à virtute interni ſicci ac calidi agentis in internum frigidum ac humidum, eadémque ita expellentis vt conceptam odoratorum caliditatem ac ſiccitatem ſimul & deferant & in circumpoſitum aerem ſeu aquam diffundant. Organum igitur odores ſpiritaliter recepturum, humido ac frigido odores deferentibus conſentire debet, ſimúlque tale ſe exhibere, reſpectu calidi & ſicci quæ odori ſunt eſſentialia, vt neq; illa oppugnet, neq; ex acutiori illorũ vi ipſũ detrudatur ad calidi

& ſicci

& ficci naturam. Hæc verò aliquem humidi ac frigidi excessum manifestè exposcunt. Nam si qualitates omnes ex concoctione summè æquali, vt euenit in organo gustus, summam æqualitatem similiter retinerent, organi frigiditas ac humiditas facilè infirmaretur ob assiduum odorum accessum, calidi ac ficci vim deferentiũ, summéq; adaugeretur robur qualitatum oppositarum, ipsáque aptitudo spiritaliter recipiendi omnino recederet. Ne verò idem organum aliorum calidorum & siccorum incursibus obuium esset, solers natura illud animalibus internum voluit, simúlque illi parti summè proximum, quæ cæteris comparata humidior ac frigidior reperitur. Factum est etiam vt aer seu aqua, odores deferentes, attingerent olfactus organum per certa foramina satis parua, ne illius æquilibrium seu ex nimia frigiditate seu ex nimia caliditate amoueri posset. Quæ attinent ad huius sensus appetitum, necnon ad eiusdem finem, oblectationem, contristationem, quietem, angorem ac appetendi modum, facilè ex his colliguntur quæ superius communiter dicta fuere, circa sensus exteriores & affectus illis ministratores. Incessus verò qui exerceri solet virtute exequentis potentiæ huic sensui ac appetitui famulatum præbentis, longè præstantiori ratione exerceri poterit, quã qui tactus ac gustus virtutem concomitantur. Odores enim, quibus hæc potentia respondet, ob igneam illorum naturam ab his etiam quæ plurimùm distant ad olfacientia animalia deferri solent. Quapropter nisi adsit vis procedendi, seu recedendi velociter, hæc animalia neque ad oblectantia perduci neq; à contristantibus opportunè amoueri possēt. Videtur autem taliter incedendi potentiam primo inesse ac aptari animalibus quę Insecta appellantur, ac olfaciendi virtute sunt verè prædita. Nam circa odorabilia assiduè detinentur, ac ex odoris perceptione escarum selectum habent. Eadem autem auditu & visu destitui liquet: carent enim pluribus quę præstantiores hos sensus concomitantur.

Præterea eadem veritas non tantùm antiquorum auctoritate sed experimentis etiã confirmari potest. Quãuis autem plura exerceantur ab ipsis insectis, quæ videntur arguere audiendi ac videndi virtutes, acutius tamē animaduertentes facile percipere poterunt talia solius tactus vim continere. Percipiunt enim, ob corporũ paruitatem ac tenuitatem, quamcunque aeris motionem, atque eo citius, si ad volandum sint apta ac alas habeãt, quæ cum tenuissimæ sint, quemconq; impulsum patiuntur. Accedit etiam communis Naturæ vis, quæ ob præstantiorum spirituum vsus in his animalibus splēdidius apparere ac firmius imprimi solet: ex quo factum est vt plura aggrediantur & perficiant quæ specimen continent non tantùm sensuum præstantiorum, sed etiam ipsius rationis.

Illorum verò incessus non est vniformis, sed pro singulorum natura quammaximè diuersus. Itaque cum omnibus commune sit pedibus incedere, nullámque corporis contractionem seu extensionem exercere, quædã saltibus loca mutare solent, vt pulices, quædam volatu, vt muscæ, apes, & vespæ, quædam vtroque, vt locustæ. Et saltus quidem exposcunt longitudinem pedum posteriorum qui inflectuntur ad interiora. Volatui verò alæ deseruiunt quæ in insectis carent pennis, sed constituuntur ex membraneis quibusdam tenuissimis. Pedes, qui incessui præcipuè inseruiunt, ea ratione pares sunt vt quatuor notas non excedant: quadrata nempe figura cõsistit perfectissimè: ideóque, dum excedens longitudo corporis mollioris media fulcimenta non requirit, perfectam tam subsistendi quàm procedendi rationem inducit. Pedes tamen quaternarium numerum superant: nam notæ vnicuique aptantur plures pedes tenuissimi. Neque enim parua horum animalium corpora grauanda erunt pondere pedum firmiorum, neque assignato vnico pede tenuissimo singulis notis illorum incessus infirmandus simúlque in discrimen reuocandus. Easdem ob causas illis quæ volare solent alæ tenuissimæ traditæ sunt, ac vt plurimum binarium numerum excedentes.

Animalia olfactu prædita proportionem non habent ad certum aliquod membrum animalium perfectorum. Nam ipsa continent membra omnia, quæ seu ad externos motus seu ad concubitum desiderantur, & sexus etiam differentias habent, quamuis quędam illorum simile non procreent: pediculi enim, quos ad hunc ordinem pertinere existimamus, pariunt lentes: muscæ autem & pulices pariunt vermiculos, ex quibus nihil amplius generatur. Tota autem illorum species ex putredinę seu terræ, seu animalis, seu stirpis protenditur. Quæ simile procreant, illud immediatè non emittunt, sed vel per oua, vt formicæ, & quæ ex imperfectiori ad hunc ordinē perduci diximus, vel per vermiculos, vt apes, vespæ, crabrones & cætera huiusmodi. Pediculorum, pulicum, cæterorúmque immundorum corpora mollia sunt.

Quapropter credendum est spiritum a nutrimenti humore seiunctum in his valdè infirmum esse, horúmq; ob id odoratum ad remota deduci non posse. Quod etiam coniectare licet ex tardiori illorum motu. Cæterorum corpora continent aliqua duriora ac adustiora, præsertímque circa caput, in quibus spiritus ab humore nutrimenti seiunctos puriores reddi existimare debemus, ac ad olfactui deseruiendum aptissimos.

Quamobrem hæc animalia, quæ Insecta appellari solent, acutissimè olfaciunt, licet careant arteriis, quæ puriores spiritus seiunctim deferre solent, & sanguine. Hæc non semel sed pluries in anno nascuntur. Coeunt enim (vt dicitur) hiberno tempore, & nata diebus austrinis ac serenis breui perficiuntur.

Caput IX.

De somno & vigilia, quæ olfactum primò concomitantur, ac de eorundem causis.

Olfacientibus animalibus somni vigiliæque differentiæ primò aptantur. Nam subtiliores illorum spiritus ob rariorem substantiam facilè resoluuntur, nec resarciri possunt ex sola membrorum ab omni motu retractione, vt spiritus qui à nutrimenti humore non seiunguntur, sed exposcunt prætetea vt caliditas, cuius vi sunt eliciendi, necnon humiditas à qua effluunt, vehementius contrahantur ac colligantur. Interim igitur animalē directionem deficere & olfactum infirmari ac deuinciri necesse est.

Et hæc quidem pariunt somnum: opposita verò solutio vigiliam. Ratio autem ob quam animalia non olfacientia medentur defatigationi, ac vires colligunt non somno, sed sola ab omni motu vacatione, facilè docere nos potest, perfectioribus animalibus dormientibus gustum, tactum, & Naturæ sensum non deuinciri.

Id experimentis etiam confirmari potest. Nam puelluli dormientes lac à matrum vberibus sugũt: natu maiores veram tactus voluptatem in somnis experiuntur: omnibúsque animalibus commune est ex membrorum extensione ac retractione, atque etiam ex totius corporis agitatione, nunc frigidiora, nunc calidiora, (prout conducit) seu petere, seu declinare. Dormientium etiam non pauci somno non intermisso surgunt, deambulant, & alia plurima agunt, quæ licet ascribenda sint internis somniorum agitationibus, conuincunt tamen manifestè, mēbra, quæ Naturæ sensui & tactui primò deseruiunt, somni etiam tempore soluta esse. Hæc verò tunc infirmius exercentur, quoniam abest animalis directio, & sensuum præstantiorum vires (vt in vigilia euenit) nulla adiumenta suppeditant. In somno etiam spiritus omnes colliguntur ad proprium fontem atque ad intimiora, cuius euidens signum est exterior animalium dormientium frigiditas. Patet autem spiritibus recedētibus partes exteriores hebetius sentire. Sed ipsius somni ac oppositæ vigiliæ natura & causæ aliquantò accuratius consideranda sunt. præcipuè verò statuendum erit, in somno animalis directionis defectum & diuinctionem olfactus, aliorumq; sensuum ex

teriorum, qui eiusdem spiritus vsum exquirunt, ita copulari, vt alterum ab altero seiunctum, somnum non pariat. Quin neque hæc sola sufficere, sed tertium quoddam præterea exquiri, vt scilicet horum vtrumque fiat absque vlla offensione eorum quæ pertinent ad animalis vitam ob internam exhalationem crassiorem, quæ puriores spiritus comprimat, seu ob eorundem spirituum resolutionem.

Simplex defectus aoimalis directionis somnum non parit. Nam sæpè animalia, etiam dum vigilant, præsertim autem dum à defatigationibus quiescunt, nullam animalem directionem exercent.

Simplex sensuum deuinctio somnum non inducit. Nã in vigilia etiam profundius contemplantes horum seu suum exteriorum vsum amittunt, præsertim si ad ecstasin seu raptum deducantur. Tertium quoque desideratur, quoniam neque animo deficientes, seu epilepsia laborantes, dormire dicimus, quanuis animalis directio ac seosus somoo subiecti deuinciantur. Neque enim id illis accidit ex sola spirituum repressione seu resolutione absque vlla offensione eorum quæ ad vitam pertinẽt. Nam in illis qui animo deficiunt, animalis virtutis defectui adiungitur compressio virtutis naturalis seu vitalis. Vitales quippe spiritus, sanguis ac vegetans virtus simul contrahuntur ac infirmantur.

Epileptici verò ideo sensu, ac dirigendi virtute destituuntur, quoniam colli ac gutturis venis intumescentibus anhelitus instrumenta impediuntur.

Sicuti autem hæc somnum non pariunt, ita dum ex puriorum spirituum repressione seu resolutione deuinciũtur animalis directio ac puriorum sensuum vsus, animal verè dormit. Nam illius concoquens virtus nutrimentum magis inconcoctum aggrediens, illud exhalare cogit. Hæc verò exhalatio ad superiora simúlque remotiora perducta, cùm vlterius ascendere non possit inferiora repetit, frigidiorúmque membrorum virtute frigidior densiórque effecta non tantùm perturbat ac caliginosos reddit spiritus puriores sensuum organis ministrantes ac eadem superiora petentes, sed comprimit etiam ac ad proprium fontem retrudit, ad ipsum videlicet cor, seu cordi proportionale. Simul igitur sensuũ organa his spiritibus destituta proprio muneri efficiuntur inepta, & animalis directio cadit, ac somnus inducitur.

Eadem tunc quoque eueniunt, cùm iidem spiritus ob diuturniorem seu sensuum vsum, seu totius animalis defatigationem resoluuntur, vel à corde reuocantur, vt vires deperditæ reparentur. Vehemens etiam contemplatio & summa aliqua exhilaratio somnum excitare solent. Spiritus enim puriores ex vehementiori contemplatione ad vnum colliguntur & à cæteris reuocantur, simúlque resoluuntur, quod somno fauet. Summa verò exhilaratio, præsertim si accedat externorum visio, seu auditus intensior, eosdem spiritus ad euaporationem ac largiorem efflationem impellit, quæ ad idem faciunt.

Sicuti autem hæc somnum inducunt, ita animalibus dormientibus, calorisque virtute intimius collecta ac confirmata, alimenta fortius cooco quuntur, spiritúsque vberius resarciuntur. Quibus rectè confectis spiritus puriores, repulsis, obsistentibus, iterum diffunduntur, ac ad superiora deducti animal ad vigiliã perducũt. Nam & sensuum organa replent, & sensibus solutis animalem directionem restituunt. Hæc expergiscendi ratio simpliciter naturalis est ac spõtanea. Dum verò somnus disrumpitur, seu ob aliquam concussionem, seu ob vehementis alicuius sensibilis obiectionem, vigilia violẽto non caret. Ratio ob quam exagitatio somnum expellit satis aperta est. Patet enim exagitationis vi spiritus collectos ac quiescentes necessariò excitari, ac ad sensuum organa deferri. Ea verò ob quam vehemens sensibile idem præstat, non parum obscura. Cùm enim ex somno sensuum organa sentiendi virtute verè destituãtur, suspicari licet ea tũc se habere ad sensibilia haud secus quã lapides, ideóq; nullũ sensibile admittere posse, seu infirmè seu fortiter moueat. At sciendũ est, animali dormiente deficere quidẽ fluentem spirituum cursum, superesse tamen circa sensuum organa spirituum quiescentium non parum, haud secus quàm fluminibus ob aquarum defectum cursus suos intermittentibus superest non parum aquæ, quę collecta in locis humilioribus penitus quiescit. Hi verò spiritus quiescentes licet ob infirmi sensibilis vim non attingantur, nec excitẽtur, à vehementioris tamen obiecti impulsibus necessario tanguntur, atque ita exagitantur, vt repulsis spiritibus frigidioribus circumpositis perducantur ad spiritus intimiores, qui cordi assistunt, & à corde assiduè effluunt. His igitur per aditus vtcumque patentes fortius ac liberius superiora petentibus, animal expergiscitur. hæc tamen facilius ac difficilius eueniũt pro maiori minorive somni profunditate, quæ ideo magnam latitudinem habet, quoniam spiritus somnum inducentes, plures frigiditatis ac densitudinis gradus admittunt, atque etiam magis ac minus abundare solent. Ad idem etiam non parũ faciunt variæ animalis dormientis situationes ac collocationes. nam, dũ corpus vndequaq; quiescit, animal profundius dormit: dum verò corporis pars seu partes plenè à supposito corpore non sustinentur, seu non ex æquilibrio, dum corpus suppositum est durum vel inequale, minus profundè. Non dissimili ratione qui supini dormiunt profundo somno non capiuntur: tunc enim exhalatio crassior ac frigidior, quæ somnum inducit, non facilè perducitur ad capitis anteriora, in quibus sensuũ organa constituuntur, ideóque sensus fortius deuincire non potest. Euenit etiam eandem ob causam vt sic dormientes vt plurimùm stertant. nam vapores crassiores constipantur circa posteriorem partem capitis, & liberam spirationem amouent. Sæpe etiam hi spiritus inferiores ita comprimunt, vt animal maximè angatur. accidit quoque sic dormientibus, vt licet profundè non dormiant, difficulter tamen à somno excitentur. spiritus enim, quos in capite quodammodo stagnare diximus, vi obiectorum sensibilium excitari non possunt. nam ad posteriora capitis ex necessitate deflectunt, neque facilè disrumpunt spiritus crassiores qui tunc fortius sibi inuicem cohærent. Hæc verò maior seu minor somni profunditas rectè discernitur in animalibus perfectioribus ex differentiis sensuum qui somno primo subiiciuntur, visus scilicet, auditus, & olfactus. nã post intermissionẽ directionis animalis, quæ somnũ præcedit, visus primò deuincitur, mox auditus, postremò olfactus Itaque, somno irrepente, visibilia fortasse excitare possunt, eodem procedente sonorum strepitus à somno reuocant. Dum verò somnus maximè profundus est, odorum vis vehementior illum interrumpere potest.

Capvt X.

De auditu, ac de iis quæ auditus sensum concomitantur, necnon de animalibus ab eo constitutis.

AVDITVS, qui olfactui proximè adiungitur, versatur circa sonos ac voces, quæ oriuntur ex corporea percussione, quæque nullum corporeum continentes præter certam motionem aeris perducuntur ad organum purè spiritaliter, & odorum spiritalitatem non parùm excellunt. ratio, qua talis organi symbolum ad sonos & ad voces omnes est constituendum, non parum differt à rationibus, quibus tangibilium, gustabilium, ac odorabilium symbola constituuntur. soni enim ex aeris contractione orti spiritaliter tantùm consistunt, omnique reali subsistentia carent. quapropter eorum symbolum deduci non potest seu ex compositione, seu ex digestione æquali vel inæquali, sed necessario oritur ex aliqua selectione aerei vel aquei subtilioris. quanuis enim soni absque aere non generentur, ideóque intra aquæ superficiem oriri non possint, sonorum tamen vis per aquam etiam ad auditum deferri solet, quoniam existens natura mobilis, motuum vehementiorum species admittere potest. aqueum tamen sic selectum piscibus tantùm ministrabit: aereũ autẽ animalibus terrestribus ac volatilib. Vtrũq; seclusum erit, atque ita vndique septũ, vt sonorũ

species

species ab illis receptæ ac vndique detentæ reboent, ac sonos referant non quidem ex aliqua seu repulsione seu repetitione, sicuti in ipsius Echo responsis euenire solet, sed omnino internè ac spiritaliter.

Tale verò aereum seu aqueum disiunctum quidem est ab animalis corpore, sed illi omnino contiguum. detinetur enim à quodam neruiculo concauo, cui adiungitur paruus quidam tympanus. Itaque soni in aereo seu aqueo seclusi reboantes, & ex tympani vi collecti, ab animali spiritaliter percipiuntur ac optimè sentiuntur. De apperitu huic sensui deseruiente nihil dicendum est. nã quæ ad illius doctrinam desiderãtur colligenda sunt ex his quæ superius diximus circa exteriorum sensuum affectus in communi.

Exequendi etiam eiusdem sensus ac apperitus potentia respectu naturæ differre non poterit ab illa quæ olfactui adhæret, ab eadem tamen respectu modi vtcunque diuersa erit. quod cõuenit etiam cæteris sensibus ac animalibus præstantioribus. quemadmodum enim olfactus primus inter sensus recedit à corporeo contactu, & verè spiritaliter sese exercet, & ob id deficit à perfectioribus sensibus ex solo spiritalitatis gradu, ita etiam illius executiuæ potentiæ primò conuenit omnes externos actus aliqua ratione exercere posse, idcóque deficiet à perfectioribus ex solo operandi modo, qui tamen accidentalem distinctionem nõ patiet, sed essentialem. nam consequitur sensus essentialiter distinctos.

Operandi autem seu mouendi modus auditui proprius colligitur (vt apparet) ex aurium directione. quod tamen pro diuersa animalium natura etiam diuersimodè præstari poterit. quædam enim animalia, vt sonos aptius percipiant, mouent ac dirigunt totum corpus, vt puta pisces, & animalia omnia collo carentia. quædam caput inflectunt, vt auium genus omne. quædam, quoniam caput ob magnitudinem non facilè mouent, aures etiam ipsas dirigunt. homo verò aures mouere non potest, sed caput tantùm mouet. Animalia, quæ ex hac sensitiua virtute constituuntur, sunt (ni fallimur) crustata omnia, necnon ex mollibus ea quæ os seu osseum aliquid internè continent, vt puta sepia & sulpus, hæc enim quamuis aliquo pacto videant, inter videntia tamen nõ videntur rectè numerari. nam illorum visus ad colorum perceptionem nõ perducitur, sed obscurissimum omninóque incertum vmbrarum tantummodo intuitum exercet, vt ex pluribus coniectare licet. Ad eundem ordinem pertinent Talpa & serpens quidam paruulus, quem cæcum vocant, ac longè fortasse manifestius. hæc omnia mollibus exceptis, sexus differentiam admittunt. Talpa vero simile etiam ac viuum generat. tota tamen illius species ex putredine oritur, cætera pariunt oua, ex quibus absque vllo incubatu proles educitur. Et testacea quidem verno & autumni tempore oua habere videntur: sepia verò omnibus anni temporibus.

CAPVT XI.

De sensu visus, ac de iis quæ videndi virtutem concomitantur, necnon de animalibus quæ ex ea constituuntur.


ISVA versatur circa lucem & circa colores omnes, qui ex propria spiritalitate deferũtur ad visus organum nulla corporea seu exhalatione, seu percussione, ex sensibili accepta. quapropter reliquorum externè sensibilium spiritalem gradum quammaximè superant, & nullo modo sentiri possunt, nisi omninò spiritaliter ad organum deferantur. Ex quibus colligere licet, visus sensum inter exteriores perfectissimum esse. Symbolum autem, quod in organo respectu suorum obiectorum requiritur, constitui videtur partim ex concoctionis gradu, partim ex elementi perspicui retentione. nam in generationis via eoúsque proceditur ad hoc organum constituendum, quoúsque nullus adhuc eorum color constituatur, sed summa tantummodo ad colorẽ vnumquemque propensio ac æquilibrium.

Aqueum igitur ita terreo contemperabitur, vt aquei perspicuitas aptissima ad lumen & colores recipiendos nullatenus perturbetur, sed coerceatur illius transmissio, ne species repellantur ad externa, quemadmodum in speculis euenire solet, sed internè detentæ visibilia videndi virtuti internè obiiciant. Et hæc (vt patet) præstãtur ab oculis & ab oculorum pupilla. Aerea verò seu aquea perspicuitas, quę tanquam medium, colorum species ad oculos defert, ad talem receptionem ac delationem apta non sunt, nisi illustrentur ac perficiantur virtute luminis. superius quippe cõstitutum est inferiora corpora, quæ ex cælestium motuum virtute proprium quoddam Esse adepta sunt, ex cælestium luminum virtute (prout vnicuique conuenit) consummationem recipere. quapropter perspicuitas, quæ ex cælestium motuum vi præcipuè pendet, luminis virtute destituta, neque tenebrosam naturam exuet, neque visibiles species recipere, aut visui ministrare poterit. In visionis autem consummatione specierum ad oculum delatio manifestè requiritur. nam si oculi visiua virtus ad visibilia extendatur, visionis fructus constitueretur non in vidente, sed in visibili, haud secus quàm calefactionis fructus pertineat ad calefactibile, non autem ad calefacientẽ. impossibile quippe est, id quod extra se agit talis actionis fructus immediate in seipso recipere. & hæc quidem ratio cæteris perceptionibus tam perfectioribus quàm imperfectioribus communis est. Neque verò id respectu visionis in dubium reuocari potest ex eo quod oculus in tenebris constitutus ad ea respiciens quæ luminis vi clarescunt, illa quamoptimè intuetur, cùm tamen ipse in luce constitutus ea quæ tenebris obuoluuntur non videat. nam luminis munus est non recipere seu deferre visibilia, sed ea quæ potentia visibilia sunt actu visibilia reddere. hoc autem ab eo rectè præstatur, dum illa proprio lumine attingit ac illustrat. quapropter nullam admirationem afferre debet, visibilia iam talia actu effecta, etiam per tenebrosa, & species ad oculum emittere & ab oculo videri posse. nam hæc tenebrosa medij tantum munia sustinent. Itaque si illis conferantur quæ ministrant auditui, aquæ elemento respondebunt. hoc enim sonorum similiter generationi non deseruit, sed illos tantùm recipit & transmittit. hæc verò trãsmissio in instãti cõsummatur haud secus quàm diaphani illustratio, quoniã similiter nulla resistẽtia inuenitur seu in obiecto seu in medio recipiẽte. Si quis autẽ interroget, quanam ratione lux & lumẽ videri possint, respondendũ erit lucem, quatenus reperitur in corpore lucido, illud semper visibile reddere. impossibile enim est id quod potest reddere actu visibilia ea quæ potentia visibilia sunt, seu omnino inuisibile esse, seu alterius vi actu visibile fieri. Et hæc quidem veritatem continent, siue corpus ex interna virtute sit luminosum, vt Sol, siue ex virtute externa, vt Luna, & siue illius lux sit valde intensa, siue admodum remissa. licet enim lucis maior seu minor intensio reddat corpus magis seu minus conspicuum, necnõ magis seu minus efficax ad illuminandum: nihilominus quælibet lux ex propria virtute actu visibilis, & actu etiã videtur, dum distantia non excedit. Itaque illa quæ intensius lucent, non tantùm videntur absque alterius luminis accessu, sed etiam ex luminum clariorum effusione cætera potentia visibilia reddunt visibilia actu. quæ verò lucent minus intensè, actu quidem visibilia sunt, neque alterius illustrantis exquirunt virtutem, sed alia, remotioráque præsertim, actu visibilia reddere non possunt. horum etiam nonnulla manifestè lucent ac splendent, vt stellæ alicuius magnitudinis, nõnulla vero quoniam seu minus lucida sunt, seu ob corporis paruitatem minus apparent, nullum splendorem emittunt, sed albedinis speciẽ tantũmodo referunt, vt puta astra cõstituẽtia albescentem cæli Zonam, quæ viæ lacteę vocẽ adepta est. ratio autem, ob quam interdiu astrorum aspectus nobis amouetur, sumenda est non ex intensioris lucis virtute, quæ minus intensas inuisibiles reddat, sed ex luminis abundantia qua videntiũ oculi replentur. rem

verè ita ſe habere certo experimento cõfirmatur. ſiquis enim conſtitutus in profunda aliqua cauca, ſeu in imo altioris turris, intueatur cælum ex ſuperiori parte, huic cętera tenebroſa, & ſtellæ conſpicuæ videbuntur. quod nullo modo fieri poſſet, ſi ſolaris lux aſtra inuiſibilia redderet. prætetea aſtra noctu non minus illum inſtor à ſole quàm interdiu. quapropter, ſi ſolaris lux illarũ lucẽ obtenebraret, tam noctu quàm interdiu nos ſubterfugerent. rationi etiam omnino diſſonum eſt, id quod eſt in cauſa, vt cætera quæ potentia tantùm ſunt viſibilia fiãt viſibilia actu, ab illis viſibilitatem amouere quæ ex interna vi actu viſibilia ſunt. Quod verò attinet ad lucis effuſionem, quæ, quatenus alia viſibilia reddere poſſit, luminis vocem ſortita eſt, dicendum videtur eam non primò, ſed conſequenter viſibilem eſſe, ex eo ſcilicet quod alia actu viſibilia reddit. quapropter, dum nullum viſibile intuemur, luminis vim non percipimus. hoc experiuntur cõſtituti in cauis ſeu turribus profundioribus. nam ſolare lumen interdiu non percipiunt, licet fortaſſe per feneſtram ita ingrediatur, vt egrediatur per feneſtram è regione poſitam abſque vlla radiorum refractione. Hæc verò docere nos poſſunt, lumen eſſe ex numero eorum quæ per ſe quidem operantur & ſunt, ſed non ipſe.

Vtrum autem medij, vt eſt medium, perceptio videndi ſenſui verè aptetur, an virtuti præſtantiori quæ percipit quantitatem, numerum, figuram, motum, ac quietem, tanquam propria obiecta, non abſque ratione dubitari poſſet: medium ſiquidem, vt eſt medium, diſtantiã continet, & ad quantitatem pertinere videtur: at patet hãc videri ab animalibus, licet careant ſenſibus, viſu præſtantioribus. properant enim ad eſcas diſtantes viſu perceptas, proximis verò inſiſtunt. quod in illis diſtantiæ ac ſpatiorum perceptionem manifeſtè conuincit. quapropter (ni fallimur) dicendum erit, diſtantiam tam ſenſui pręſtantiori quàm viſui aptari poſſe, ſed non eadẽ ratione. Vt eſt quantitas, ſeu menſura, viſus limites excedet, & ſenſu præſtantiori eſt percipienda. vt viſibilium aſpectum immutat, viſui tribuenda eſt. tunc enim illius viſio reipſa non differt ab illorum viſione quę primo viſibilia ſunt, ſed ratione tantùm, ex eo ſcilicet quòd conſtituantur inter videntem & certum viſibile magis remotum. rem ita ſe habere ex eo coniectare licet, quoniam qui vnicum tantùm viſibile intuentur, illius diſtantiam non percipiunt, vt puta ſi quis per anguſtum foramen viſibile è regione poſitum intueatur: tunc ſiquidem illud, licet valde remotum, tanquam foraminis ori aſſiſtens intuebitur. Quoniam autem idem ſępius viſibilis ac medij munia ſuſtinet, vt puta dum per aquam, quam aere mediante intuemur, lapillos aſpicimus. tunc dicendum, hoc obiectum, vt eſt viſibile, per ſe videri, quatenus verò medij munia ſuſtinet, videri per accidẽs, quoniam ſcilicet illi accidit eſſe per ſe viſibile. In aſpectu etiam eorũ, quæ per plura media videntur, facilè decipimur, quoniam id quod viſibile tãtùm eſt, vt puta lapilli, ex medij aſpectu, quod etiam vt viſibile obiicitur, afficitur ac immutatur, neque proprium obiectum purè obiicere poteſt. linea etiam, quæ ab eo ad oculum tendit (vt ex proſpectiua patet) ob medij mutationem vlterius rectè procedere non poteſt, ſed neceſſariò deflectitur ſeu à centro ad circumferentiam, ſeu à circumferentia ad centrum.

Executiua potẽtia viſui videndíque appetitui ſeruiẽs, (vt ex ſuperioribus patet) accipienda eſt ex ratione perfectiori membrorum agitandorum & circumuoluẽdorum. hæc ſatis aperta eſt in animalibus, quorum præſtantior perceptio ex viſu oritur, quem ordinem ingredi videntur ranæ, ac reliqua quæ ranarum naturam vtcunque referunt. nam videndi vis in illis manifeſtiſsima eſt & perfecta deprehenditur. facilè etiam coniectatur talia carere cæteris ſentiendi virtutibus viſu pręſtantioribus, cum nulla præſtantiorum affectuum vis in eis appareat. patet autem animalia, quæ præſtantioribus ſenſibus pręditata ſunt, nobilioribus etiam affectibus inſigniri & ex nobilioribus delectari. Et hæc quidem ex dicendis clarius apparebunt.

Capvt XII.

De ſenſus communis differentiis, affectibus, ac exẽquendi potentus, necnon de animalibus ab his co ſtitutis.

Sensvm exteriorum actus actuúmque differentiæ ſenſibiles ſunt. quædam etiam tangibilibus ac viſibilibus indiſſolubiliter annectuntur, vt puta quantitas, numerus, figura, motus, & quies, quæ neque à viſu, neq; à tactu percipi poſſunt: genere enim à tangibilibus ac viſibilibus qualitatibus diuerſa ſunt, & in primo ſpiritalitatis gradu ſimiliter cõſtituta. Itaque ad eandem potentiam pertinere non poſſunt. Non diſsimili ratione aſſerendum eſt, exteriorum ſenſuum nullum proprios actus ſeu propriorum actuum differentias percipere, ſe ſcilicet ſentire, & aliter à calido affici, aliter à dulci, & aliter ab amaro, alitérque à ſingulis odorum, ſonorum, colorúmque ſpeciebus. Rectè igitur ſanciri poteſt, hæc omnia ſenſui alicui præſtantiori demandanda eſſe. in dubium tamen reuocandum eſt, an cuncta vnico ſenſui obiiciantur, ſeu potius ſenſationes ſenſationúmque differentiæ ab vno, ea autem quæ ſenſibilia communia appellari ſolent, ab alio ſenſu percipiantur conuincimur poſteriorem ſententiam amplexandam eſſe, tum ob obiectorum diſtinctionem genericam, ex qua (vt dictum eſt) deducitur potentiarum diuerſitas, tum etiam quoniam ſomniantes (vt ſuo loco patebit) verſantur quidem circa ſenſibilia communia, ſed ſenſationes non attingunt, ex quo omnis illorum deceptio oritur. idem validius confirmari poterit his animaduerſis. quæ pertinent ad horum ſenſuum actus & organa. Equidem actus diuerſi ſunt. nam dum percipiuntur ſenſibilia communia, ſenſus vis dirigitur ad externa, quæ percipiuntur nõ ab oculo, ſed per oculum quaſi medij partes ſuſtinentem. perducũtur enim ad organum magis internum, cuius munus eſt ſpecies per oculum delatas reddere firmiores ac magis viuidas, vt quæ illis communiter copulantur appareant ſentienti virtuti magis internæ. at dum percipiuntur exteriorum ſenſuum ſenſationes, nihil externũ attingitur, ſed concipiuntur tantummodo actuum internorum vires vtriúnque differentiæ. Tunc igitur organi partes erunt has vires recipere, ac ſentienti virtuti obiicere. quæ omnia à ſuperioribus quammaximè differunt.

Quod verò ad organa pertinet, conſpicuum eſt in cõmunium ſenſibilium perceptione requiri vim temperamenti frigidi, cui raritas aliqua annectatur, ne omnino diſcrepet à temperamento oculi, per quem deferuntur ſpiritualiter tanquam per medium. in ſenſationum verò perceptione deſideratur temperamentum ſummè calidum & ſummè denſum, cui miniſtrent tanquam deferentes ſpiritus, quorum virtute ſenſus exteriores propria obiecta percipiunt. ſicuti enim alia deuehentia dari non poſſunt, ita datis his deuehentibus, organi ſumma caliditas & ſumma denſitas admittenda eſt.

Diſſonum verò non eſt eoſdem ſpiritus, quatenus deferunt animæ vim ad organa ſenſuũ particulariũ, parere ſenſus particulares, & quatenus copulantur cordi, deſeruire ſenſui communi. his omnibus res ipſa ſatis apertè conſentit. nam perceptio ſenſibilium communium conſummatur in prima ac inferiori cerebri parte. Senſationum verò differentiæ percipiuntur virtute cordis, ſeu illius quod cordi proportione reſpondet.

Cor ac cordi proportionale, vt patet, cõiungunt mira quadam ratione ſummam caliditatem ac denſitudinem, vt carnoſis aptari poſsint. Cerebrum verò longè fortaſſe admirabilius ſummæ frigiditati ſummã raritatẽ aſſociat. ſumma cordis denſitas terream illius ſubſtantiam arguit. eiuſdem ſumma caliditas igneam naturam demonſtrat. vtriúſque conſenſus ac copulatio vim omnium qualitatum corporearũ, quæ à ſenſibus exterioribus perſpici ſolẽt, complectuntur, ſimúlque ſymbolũ illud conſtituunt, cuius æquilibrium reſpicit ſingulas

has

has qualitates & à singulis recedit, ideóque vnamquãque spiritaliter recipere ac virtuti sentienti obiicere potest.

Summa cerebri frigiditas aquei in terreo excessus demonstrat. summa eiusdem raritas, frigiditati consentiens, aereæ humiditatis ac calidiratis vim arguit. horum omnium consensus conuincit cerebrum spiritalem essendi modum, vt consistentibus licet, vere æmulari, & specierum summè spiritalium receptioni ac retentioni aptissimum esse. Itaque cerebrum decentissima organa præbet non rantùm huic sensui, quem communem superiorem appellabimus, sed etiam phantasiæ ac cæteris sensibus præstantioribus, non tamen respectu eiusdem partis, sed respectu partium diuersarum quæ varias formationes ac collocationes obtinuere, & subtilioris ac minus subtilis temperamenti sunt. ex quibus factum est vt spiritus ad eas deducti pro perfectiori illarum gradu reddantur puriores, fortiores, ac decentiori repræsentãdi virtute prędiri. His duobus sensibus, quorum alterum in corde, alterum in cerebri parte inferiori simúlque anteriori & crassiori exerceri diximus, commune est obiectorum corporeorum præsentiam exquirere, neque aliquod absens percipere posse. quapropter medium quodammodo inter interiores ac exteriores sensus obtinẽt locum. Illorum etiam vtrique sensus communis vox rectè aptari potest, licet non eadem ratione. nam qui in corde exercetur, ideo communis vocem assumit, quoniam omnium sensuum exteriorem sensationes & actus cognoscit. qui verò constituitur in cerebro anteriori ac infimiori, communis dicendus est, quoniam sensibilia omnia percipit.

Prior in somno nullam apparentem sensationem, quę oriatur seu ex odoratu, seu ex auditu, seu ex visu, exercere potest. nam, vt dictum est, in somno spirituum puriorum cursus interrumpitur, nec per eos sensibilium species ad cor peruenire possunt. quapropter hic sensus tũc deuincitur non quidem primo vt visus, auditus, & olfactus, sed consequenter.

Sensus communis, qui est in cerebro, in somno non deuincitur, sicuti neque præstantiores sensus. destituuntur tamen animali directione ob eandem puriorum spirituum interruptionem, vt cæteri sensus omnes.

Affectus deseruientes his sensibus interioribus versari non potetunt circa obiecta eorundem sensibus interna. nam affectibus omnibus essentialiter conuenit, proprios actus non ad interna, vt sensus, sed ad externa dirigere, cùm in horum vsu consistat tam proprium quàm totius animalis bonum. Horum autem sensuum obiecta verè interna sunt, licet absque externorum præsentia non attingantur. affectuum tamen & sensuum obiecta, quatenus realiter ac omnino conuenire non possunt, ex aliqua tamen seu proportione seu similitudine sibi inuicem ex necessitate respondent, vt affectus sentientibus virtutibus verè deseruire valeant illísque decenter adhærere. Tales igitur affectus respicient externos motus, quietes, & cætera, quæ horum vnicuique adiungi solent. hæc enim externa summè consona sunt spiritalibus sensationum exteriorum motibus qui cordis virtute percipiuntur, neque vlla ratione discrepãt à motibus, motuúmque vacationibus, quas percipit prior cerebri sensus vnà cum figura, magnitudine, & numero, quæ ad eosdem motus essentialiter pertinent. cordis tamen vis propriori quadã ratione versari videtur circa ipsiusmet sentientis motus, cerebri verò affectus intueri alienos motus. Vtrique commune est attendere motum, vt motus est, nulla ratione habita eorum quæ motum consecuntur. nam & horum sensuum perceptio cessat amota sensatione sensuum exteriorum.

Prioris igitur affectus finis constituetur in externi motus vsu libero, neque vlla ex parte perturbato. posterioris verò in libera nullaq; ex parte perturbata alieni motus sensatione. Huic igitur affectui proprium est, motum, vt est motus appetere. quod imperfectioribus non conuenit. quamuis enim quidam illorum ad motum impellant, nullus tamen motum appetit, vt est motus, sed quatenus ad escas perducit. Itaque dum escæ sunt prope non mouentur.

Accidentaliter igitur motus ab illis exoptatur, quoniam scilicet accidit vt cibi longius distent. at affectus (de quo nunc est sermo) nihil præter motum exquirit, ad quem tamen longè præstantiori ratione impellit, dũ præstantioribus affectibus accedentibus illustrior redditur. tunc enim & volandi & saliendi motus ad decentissimam consummationem deducit, ad quorum nullum præstantioribus destitutus perducere potest.

Sicuti autem huius affectus vis motum respicit, vt est motus, ita ex motu delectatur, in quo etiam tunc conquiescit cùm nullum adest impedimentum, neque vlla perturbatio timetur seu imminet.

Ad harum affectionum pacem horum vtrumque desideratur, quoniam se inuicem prouocare videtur. Itaq; aliis psallentibus iuniores prouocantur ad saltationes, & visa via aliqua pulcherrima ex solo intuitu non acquiescunt, sed exoptant etiam per illam deambulare seu currere, summéque afficiuntur tam ex impedimẽtis quæ intuitum amouent, quàm ex perturbationibus quæ motibus aduersantur. Sicuti autem horum affectuum oblectatio ea purior est quæ exteriorum sensuum affectibus conuenit, ita iure optimo digniorem denominationem obtinuit. illi enim exhilarationis seu delectationis potius quàm voluptatis voces videntur aptari.

Idem discrimen conuenit appetendi modis. Itaque horum affectuum propensio neque irruptionem neque summam pertinaciam retinere solet, sed verè omnem moram abominatur, & eam (licet minimam) vix ferre potest. quod tamen imperfectiori magis est proprium.

Exequendi virtutes his affectibus deseruientes illis motibus ministrabunt qui à talibus affectibus expetuntur. his respectu aliquorum animalium nulla externa instrumenta aptantur. quidam pinnarum, quidam quatuor pedum, adiumenta exposcunt. serpentes siquidem, quorum plurimi ad hunc ordinem pertinere videntur, pedibus ac pinnis carent. hi tamen proprium motum decentissimè exercere possunt. nam illorùm corpus oblongum ita deflectunt, vt duobus finibus, altero à dextra altero à sinistra confectis, alisque duobus inchoatis, hisq; assiduè commutatis, velocissimè procedere soleant. consistunt enim quatuor notis, quę pedũ munia obeunt. Pisces, quorum pars maxima ad eundẽ ordinẽ (vt existimamus) deducẽda est, pinnas habẽt, quę vt in pluribus sunt quatuor. in anguillis autem & in aliis, quorum motus est tardior, duæ tantum his adiungitur cauda qua vtuntur quasi gubernaculo ad incessuum firmiorem directionem. Mures & cætera animalia terrestria quæ murium naturam retinent vel parum excedunt, habent quatuor pedes. hæc his sensibus manifestè sunt prædita, & perfectioribus destituta.

Primum confirmatur ex ludis, qui motu, circum agitationibus, cursitationibúsque variis, à muribus, à piscibus, & à serpentibus exerceri solent. Secundum ex eorundem ortu tutè (ni fallimur) coniectatur. nam, cùm animalium quædam semper generentur ex putri materia, quædam ex concubitu semper oriantur, & quædam vtramque rationem admittant, ita tamen vt prima exordia sumantur ex putredine materiei: rationi consonum est, horum vnumquodque certos formarum gradus arguere. Itaque cùm satis apertum sit, ea quæ semper generantur ex putri materia tactus seu gustus virtutes non excedere, illa quæ semper generantur ex concubitu perfecta appellari posse & phantasiæ sensu insigniri: assentiendum videtur, animalia, quorum exordia sumuntur à putri materia, his verè imperfectiora esse, ideóque destitui ea sentiendi virtute qua perfectiora carere non possunt, ipsa scilicet phantasia. Neque verò dubitationẽ afferre debet ratio accepta seu à partu viui, cui somniãdi virtus censetur adiungi, seu à nidorum constitutione, quasi in ea vis phantasiæ insit. nam somniandi vis tunc tantummodo adest parientibus viuum animal, cùm talis ortus illis quoque necessariò conuenit, neque ex putri materia generari possunt. Nidorum verò constitutio nihil concludit, tum quoniam talis nidi certa forma ca-

rent, tum etiam quoniam apes & alia imperfectiora, quæ visu ac auditu carent, sibi sedes constituunt, & plura huiusmodi agunt, quæ communis Naturæ instinctui necessario ascribēda sunt. iam enim constitutū est, hunc ea ratione cōcomitari imperfectiora, quæ perfectorum sensuum ac ipsius rationis vim æmulantur. Secernendi igitur erūt ab hoc animalium ordine pisces qui absque concubitu non generantur: nam phantasia etiam prædi- ti sunt. pisces verò, quos in hunc ordinem asciscendos existimamus, non admittunt differentiam sexus. quod aliquam admirationem fortasse afferre posset, cùm huiusmodi differentiæ in cæteris longè imperfectioribus reperiantur, nisi rectè censeri posset id oriri ex acumine aquarum huius ordinis, & marinarum præsertim: nam tale acumen masculi munia sustinet. hanc ob causam carent membro genitali & testibus: quod tamen omnibus animalibus ouiparis, qui non incubant nec pedes habent, commune est. asseritur etiam inter animalia, quæ perfectiorem ordinem ingrediuntur, aliqua fœmininum sexum tantummodo cōtinere, hęcque vento spirante concipere, ideóque subactanea appellari. Quamuis autem Natura constitutum sit, vt in quibusdam nulla sexus differentia appareat, quędam vtrumque sexum contineant, quædam fœmininum tantùm, nullam tamen ex solius masculini sexus virtute propagationem protendere possunt. mari etiam essentialiter conuenit semen iniicere, ideóque illi impossibile est absque fœmina generationem complere. Pisces huius ordinis, dum generantur ex propagatione, oriūtur ex ouis, & quamcelerrimè perficiuntur. pariunt autem vtplurimum semel in anno. pars maior mēsibus Martio, Aprili, ac Maio. alii qui Autumni tempore, vt puta Salpa, Sargus, Torpedo, Spatina, & alij nonnulli. quidam Hieme vigente, vt Mugilis, & Apis. dantur etiam nonnulli qui pariunt bis in anno, vt Lupus, Scorpio, Sargus, Sardæ, & saxatiles. Mulus verò tertium partum adiungit. Inter cartilaginea etiam Quatila bis parit. ex Mustellorum autem genere, quæ Stellata vocantur, bis in mense videntur parere. quod tamen ideo euenit, quoniam illorum oua simul non perficiuntur. his ac cæteris animalibus omnibus, quæ neque ex partu viua oriuntur, neque ex ouo per incubatum, commune est nulla parentum cura educari, sed solius Naturæ Moderamine perfici. Mures ac cætera, quæ ad eundem ordinem deduci possunt, summe fœcunda sunt. nam in vtero facilè formantur & quamcitissimè, ideóque & plures filios pariūt, & sæpius, neque certum generandi tempus exquirunt. idem conuenit lepori, cuniculo, & cæteris huiusmodi animalibus, quæ media censeri possunt inter hunc & præstantiorem animalium ordinem.

Capvt XIII.

De phantasiæ sensu, deque illius appetitu ac exequendi virtute, necnon de animalibus quæ ab illis constituuntur.

Post sensus communes ad perfectiora procedentibus occurrit phantasiæ sensus. hic inter sensus absolutè corporea respiciētes summum dignitatis obtinet locum. nam, obiectis externis omnino remotis, illorum species retinet, easdē variè desiungere, componere, ac immutare potest, simúlque nouas formas ac imagines obiicere. quod summam, respectu eorum quę sunt absolutè corporea, potestatem constituit.

Spiritus phantasiæ vim afferentes magnam deputationem exposcunt, eam scilicet quę deducitur non tantùm ex instrumenti temperamento putiori, sed exposcit præterea depurationē ac constipationem sępius repetitas, vt spiritus redditi summè puri ac fortes, lōge firmiores ac ad singula obiiciēda apti ac firmi inueniātur. hoc sensuum perfectè internorū spiritibus verè tribuitur. primò enim depurātur in organis sensuū externorū, postmodū exacuuntur ab organo sensus cōmunis in cerebro cōstituti. demū ab ipsorum sensuū perfectè internorum organis plenius & perfectius depurantur ac illustrantur. Itaque ex perfectissimi organi virtute summā consummationem adipiscentes intellectualis virtutis actus excitant ac concomitantur, quo nihil diuinius ex communi Naturæ ordine à corporeis expeti potest. Et hæc in solo homine locum habent. Ipsa verò phantasia ideo fortasse sensibilium specierum retentionē ac internam repetitionem & immutationē primò exercere potest, quoniā cerebri vētriculi illi deseruientes constituūtur in anteriori capitis parte, insistentésque ventriculis sensus communis attingunt partē capitis superiorē. Sicuti igitur sensibiles species ad supremum delatæ necessario constipantur, colliguntur, ac longè firmiorē mansionem adipiscuntur, ita animæ vis, animali animalem directionem liberè exercente, eas liberè intuetur siue ex toto, siue ex parte, seu vt associantur, seu vt diuiduntur. Obiectum affectus phantasiæ deseruientis necessariò externū est, & internis phantasiæ perceptionibus ac motibus proportionale. diximus enim sensuum internorum affectus externa respicere, quatenus internorum naturam referunt, talia sunt corporea omnia, quatenus diuidi, copulari, secerni, commisceri, seu alia ratione externè seu internè immutari possunt. Eiusdem igitur appetitus finis seu scopus erit, certas copulationes, disiunctiones ac immutationes, prout lubet, seu inducere, seu amouere. Exhilaratio & tristitia sumendæ erunt ex libera earundem prosecutione seu declinatione: Quies ex consummatione horum, prout expetuntur, præsertim si ruinæ nullus sit timor, Angor ex eorundem ruina, seu opposita copulatione, præsertim si nulla corrigendi sit spes. Hæc vero exhilaratio neque voluptas neque animi exhilaratio dicenda erit, sed delectationis vocem propriori ratione recipiet.

Prosequendi modus huic affectioni proprius (vt videtur) sumendus est ex magna promptitudine ac perseuerantia in prosecutione eorum quæ incepta sunt, cui animi etiam anxietas & sollicitudo accedunt. hæc verò anxietas ac sollicitudo ideo huic affectui est propria, quoniam ea quæ externè agenda sunt, assiduum phantasiæ cognoscentis vsum exposcunt. singula námque ex internæ conceptionis imagine moderari debemus. Spiritus igitur huic cognitioni deseruiētes à corde ad phātasiæ organum hac ex parte necessariò tollendi sunt, & in eodem organo colligendi. at appetitus, cui sentiētis virtutis organum commune est, quique ad externa est propensus, eosdem spiritus ad proprium fontem simúlq; ad externa repellit. motus siquidem ad externa ibi inchoandus est vbi desinit motus ad interna & sensus perceptio consummatur. Quamuis igitur etiam absque vlla perturbatione spiritus ab affectu quandóq; repelli possint, nihilominus, nisi summa tēperantia adhibeatur, hæ spirituum attractiones ac repulsiones animum ad anxietatem & sollicitudinē deducere solent. nam affectus ad externa impellens, sensuíque internè colligenti obtemperans, ea ratione proprij muneris curam gerit, vt sensus iussiones quodammodo extorqueat. quod (vt videtur) nihil aliud est quàm anxietatē ac sollicitudinem afferre.

Quod attinet ad exequendi virtutem huic affectioni deseruientem, ex dictis colligere licet illius munus esse corporeorum copulationes disiunctionésque actu perficere. Itaque pro animalium natura illius organum diuersum erit. nam quædam his incumbunt ore, quædam pedibus, quædam manu, externorum etiam auxilio fortasse assumpto, quod homini propriissimum est. In ipsis verò animalibus phantasia præditis non pauca ea ratione perficiuntur, vt ex præstantiorum sensuum adiectione parum incrementi videantur admittere. huiusmodi sunt motus, (seu alis, ac volatu, seu pedibus, incessu ac saltu exerceantur) & generandi ratio. Volatui ministrant duę alę, quibus adduntur totidē pedes vt incessus terrestris exerceri possit, atque natatio. iidē volatui quoque vsui sunt: nam ad posteriorem partem deducti volatus directionē reddunt faciliorē, licet id caudæ præcipuè conueniat. has partes aues omnes phantasia præditæ obtinuere, excepta auicula quæ pedibus caret, ideóque apes appellata est.

Inces-

Incessus ac saltationes ab his animalibus exercentur quatuor pedibos. omnia enim quadrupedia sunt, neque cerrestria solùm, sed ea etiam quæ cùm sub aquis præcipuè degant ad emergentes terras accedunt. ab his homo solus excipitur, qui sicuti ob intellectualis virtutis vim excellit cũcta animalia, ita in aliis prærogatiua aliqua insignitus est, & singulariter est bipes, atque ea ratione vt, licet illius crura respectu situs posteriora animaliũ crura videantur imitari, nihilominus ex inflexione imitantur anteriora. quod auibus, quæ bipedes sunt, nullo modo cõuenit. aoium enim pedes quadrupedum posteriores pedes (quantum ad inflexionem attinet) imitantur: alæ quippe anterioribus pedibos proportione respondent. ac hominis brachia & manus quamuis, dom homo currit seo vehementius motui incumbit, nõ parum adiumenti conferant, & in naratione sint necessariæ, illis tamen aptantur munia longè præstantiora, artium scilicet vsus, & cæterorũ plurimorum, ideóque per accidens omnino motui inseruiunt. Quod ad generandi rationem attinet, hæc animalia ex solo concubitu geoerari videntur: semper simile pariunt, siue immediatè, siue ex ouo per incubatum, & filiorum sollicieudine per aliquod tempus summè afficiuntur. Masculis eorum, quæ immediatè simile ac viuum pariunt, semper testes ac membrum genitale tribuũtur. quod etiam inter ooipara incubantia structionibus euenit. cæteræ aues incubantes testes tantùm habent, & internè. Animalia phaotasia prædita ac perfectiora, vt par est, difficilius formari possunt. aues tamen aliquanto facilius quam viuipara. in vtróque etiam ordine plures differentiæ dantur, quarum causæ sunt maior ac minor animalis magnitudo, perfectiórque ac imperfectior formatio ac temperamentum. ad idem etiam facit sexuum discrimen. masculus enim, licet perfectior, facilius generatur quàm femina. nam internus illius calor acutior celerius concoquit & celerius opus perficit.

Inter aues passeres, & aliæ auiculæ similis magnitudiois incubant per duas hebdomadas, & attingunt tertiam: nam decima quinta die ouis egredi solent. Quæ mediam magnitudinem fortitæ sunt, vt puta coruus, gallina, accipitres, columbi, diebus vtplurimum viginti duobus: complent enim tres hebdomadas, & attingunt quartã. Maiores, vt aquilæ & anseres, & cæteræ, quæ his magnitudine videntur pares, complent quatuor hebdomadas; & attingunt quintam: incubant quippe diebus viginti octo.

Aues omnes maioris ac minoris magnitudinis vtplurimum semel in anno parere solent & veris tẽpore. Inter maiores tamen gallinæ, quas Indicas vocant, & quæ domesticæ sunt, sæpius pariunt. Inter minores hirundo & merula bis partus edunt: prior verò merulæ partus ob frigus (prima námque inter aues parit) freqoentissimè deperit. Aues mediæ magnitudinis, quatenus sunt domesticæ, sæpius in anno pariunt, vt gallinæ, & colũbæ quę quammaximè feraces sont, singulis enim mensibus parere solent, pręsertim si loca sint aprica & cibis abundent. qoatenus verò non sunt domesticæ, vtplurimùm semel in anno pariunt. illæ tamẽ excipiuotur, quæ transuolare ac regionem mutare solent: hæ namqoe sępius fætificant.

Inter animalia viuipara, quæ semper oriuntur ex concubitu, vi sa quæ filios admodum informes ac plures parit, triginta tantùm diebus, vt dicitur, fert vterum: canes autem, lupi, & feles diebus sexaginta tribus. hæc etiam plura pariunt.

Sues, quę similiter plures filios pariunt, per menses quatuor vterum gerunt: oues & capræ mensibus quinque hę vnum pariunt, quandóque duos. Hæc omnia animalia bis in anno parere possunt, quod sæpius etiam euenit. Ceruę mẽsibus octo. hæ similiter vnum vtplurimum pariunt, duos verò quandóque. Boues nouem mẽsibus vterum ferunt, decimo pariunt, vnum vtplurimum edunt, quandóque binos. Idem homini conuenit. mulier tamen, (licet rarissimè) binarium numerum excedit. Delphinus quoque per menses decem vterum fert. Equæ & asinę, quę vnũ pariunt, mensibus vndecim grauidę sunt, duodecimo pariont. equę tamen gestatio breuior videtur. Cameli mensibus duodecim secundum aliquos, alij dicunt decem tantummodo. Elephantes per biennium: quidam tamen spatium hoc diminuunt, quidam verò ad triẽnium perducunt. & harum quidem sententiarum diuersitas ex eo processit, quoniam horum animalium coitus non patet.

Animalia phantasia insignita, memoria autem ac cæteris præstantioribus destituta, (vt videtur) sunt anseres, anates, & volucres plures, necnoo ipsę oues. horum animalium phantasia satis aperta est, nam somniare solent, quod phantasiæ sensum conuincit, & nunquam geoerantur ex putribus, quod idem demonstrat. hæc verò ad memorię sensum non perduci ex eo coniectare licet, quooiam vtplurimum gregatilia sunt, &, si forte ab aliis segregentur, ad propria loca reoerti nesciunt, quę stoliditatem conuincont. Idem circa transmigrantes sentiẽdum videtur: arguitur enim his certam potius aeris tẽperiem quàm proprias sedes cordi esse. eandem sententiam confirmat prompta eorum imitatio quę agitur ab aliis eiusdem speciei. nam vnica aosere vel oue incedente reliquæ omnes seu anseres seu oues illam quam stupidissimè sequuntur. Neque verò ab hac senteotia recedendum est ob nonnullas eorundem animalium operationes, quę memoriam videntur arguere: ex superioribos namque admonemur, animalia plura agere ex solius Naturę communis instioctu. Nouimus etiam formicas & apes, quę non tantùm memoria, phantasia, sensúque communi carent, sed visu etiam ac auditu, longè admirabilia agere.

Ipsa etiam methodus diuidendi ac rerum species coostituendi conuincit aliqua animalia admittenda esse, quæ phantasia sunt prædita & memoriá destituta: nam species ad speciem se habet sicuti numerus ad numerum, quapropter perfectiores generabilium ac corruptibilium species vnico sentiendi gradu adiuncto inuicem distinguuntur, haud secus quàm numerus ex vnitatis adiectione distinguitur à seipso, & nouam essendi formam adipiscitur.

Capvt XIIII.

De iis, quæ ad pleniorem dictorum animalium doctrinam præterea explicanda sunt, & primo de Insomniis.

Animalia, quę à phantasiæ sensu constituuntur, primo coouenit somniare. eadem ex maris & fœminę concubitu concipiuntur, ac seu per oua, seu in matris vtero oriuntur viua ac parentibus cognata. Igitur vt horum doctrina sit plenior, somniorum rationes pro viribus explicabimus. aliqua etiam adiiciemus, quæ vtcumque demonstrare possunt principia ac formatiooem fœtus in materno vtero constituti, necnon partes ex quibus constant animalia perfectiora.

Et hęc quidem nos facilè perducere poterunt ad cõceptum eorum quæ pertineot ad auium generationem ex ouo per incubatum, quam etiam antiquiores diligentius demonstrare conati sunt.

Vt somniorum ratiooes plenius attingi possint, præcipuè statuẽdum videtur rerum sensibilium species plures in phantasia retineri, hasque animali dormiente sæpe ab illa deferri ad seosuum exteriorum organa, quę in somno ob adhæsionem spirituum frigidiorũ à parte exteriori clausa ac constipata reperiuntur, à parte verò interiori ac calidiori aperta ac libera. Itaque respectu phãtasiæ speculorum munia exercere possunt, purioribus præsertim spiritibus hærentibus mediísque partes sustinentibus. Ipsa igitur phantasia omni animali directione tunc destituta excitatur ab his tanqoam à veris ac realibus sensationibus, sicque decepta ad propriuot imaginandi actum verè perducitur. Excitat igitur ac format alias sensibilium imagines, quę receptis magis cõsentiũt. his verò ad sensuom organa similiter delatis, ac ad eandem phantasiam tanquam à speculis rursum perductis,

phantaſiæ motus vehementior ac firmior redditor. ſomniáque pluribus rationibus firmantur & extenduntur, præſertim ſi (vt par eſt) huiuſmodi ſimulachra delectabile quid ſeu contriſtabile complectantur, & ad proſecutionem ſeu declinationem impellunt. tunc enim dum plurima imperantur & apparenter aguntur, conſequenti quadam ratione plurima ſimulacra formantur, quæ viſiones diutius protrahere poſſunt ac pluribus rationibus deflectere: nam & vigilantes dum certum aliquod fortius imaginantur, ad plura alia quæ huic annecti poſſunt, ſeu poſſent, abſque vlla electione ſeu directione phantaſiâ deflectunt. Ea quæ mouent dormientiũ ſenſus in ſenſuum exteriorum organis, vt ſuſpicari quis poſſet, non detinentur: hoc enim admiſſo ſemper eandẽ perceptionem inducerent, ideóque dormientes ſemper ſomniarent, neque illi, qui aliquando viſus habuere, & cæci ſunt, de coloribus ſomniare poſſent. quorũ vnumquodque apertam falſitatem continet. Quærentibus autem, cur vna potius quàm alia ſpecies à phantaſia tranſmitti ſoleat ad ſenſuum organa: reſpondendum erit, eas imagines præcipuè excitari quæ in ipſa phantaſia firmiores ac fortiores ſunt. Quapropter circa ea ſomniare ſolemus quæ vigilantes recentius tractauimus, necnon circa ea quæ maximè nobis cordi ſunt. Quæuis enim vel minima horum delineatio ita phantaſiam excitat, vt totam rei ac perſonæ imaginem ſibi ipſi formet, ac alia plurima ſibi obiiciat, prout affectio viget. ad idem conducunt variç ſenſibilium naturç ac imprimendi vires. ex his euenit vt imagines, quæ ad viſum pertinent facilius excitentur quàm illæ quæ ad auditum ſeu ad tactum pertinent. hæ verò excedunt vim illorum quæ mouent ſeu guſtum ſeu odoratum. Viſibilium vis oritur tam ex natura viſibilium (quibus eſſentialiter cõuenit perfectiſsimam obiectionem admittere, ideóque depingi poſſunt, quod cæterorum nulli datum eſt) quàm ex imprimendi modo, nam vehementer afficere ſolent.

Soni quantum ad imaginum obiectionem attinet, ſecundũ locum obtinuere: quantũ verò ad afficiendi modum, tangibilium plurima primas partes adepta ſunt. Igitur vt in pluribus ſomnia incipiunt ab aliqua imagine viſibilium, & nunquam ab his recedunt, nonnulla à tangibili initium ſumunt, aliqua ab auditu, pauciſſima à guſtu, nulla ab odoratu, odorum enim imagines ſeu ſpecies infirmè recipiuntur, ideóque ſomnia rariſsimè ad odores extenduntur. quod ſi ad eoa perducantur, animal ſtatim expergiſcitur: nam ſicuti ſomnus olfactui primò conuenit, & illius deuinctio ſomni profunditatem arguit, ita illius excitatio facilius ad vigiliam reuocare potest. Simulacrorum, quæ ſomnis prima exordia præbent, aliæ etiam rationes colligi poſſunt ex corporis diſpoſitione ac ſtatu. nam phantaſia præeſt non tantum exterioribus ſenſibus, ſed etiam imperfectiſsimo Naturæ ſẽſui, ideóque percipit ea quæ hunc ſenſum mouent, haud ſecus quàm ea quæ ſenſuum exteriorum organis vtcũq; obiiciuntur. hinc animal dormiens ſi prematur aliqua corporali neceſſitate, phantaſia obiicit horum ſimulacra, ſenſibilémque talium tum affectionum tum actuum comprehenſionem apparenter inducit. eandem ob cauſam illi quibus dulce phlegma à capite per dentes diſtillat, ſomniant ſe mel deguſtare: cholericis ignea forma ac vis obiicitur, & phlegmaticis aquea. Imagines verò à phantaſia ad ſenſuum organa extenſæ, & à ſenſuum organis ad eandem phantaſiam reuertentes, quammaxime immutari ſolent tam in acceſſu ad organa, quàm in reuerſione ad phantaſiam, ſæpe etiam adaugeri, diminui, diſrumpi, ac copulari, animales námque ſpiritus à quibus recipiuntur & reflectuntur, non omnino quieſcunt, ſed ob frigidiorum craſſiorúmque ſpirituum irruptiones ſæpius exagitantur ac perturbantur. Itaque id his imaginibus accidit quod imaginibus ab aqua receptis euenire ſolet, ſi aqua aliqualiter moueatur. hinc ortum ducunt ſimulachra inuſitata, nouámque ſpeciem aſſiduè recipientia, quæ ſomniantibus obiici ſolent. nonnunquam tamen, licet ſimulacra quammaximè immutẽtur, ſomnians hæc tanquã eiuſdem rei propria inſpicit, quod eũ facilius euenit, quoniam, quamuis ſomnians memoria præditus ſit, illius tamen vis in ſomno eſt ſummè infirma. Itaque ſenes ſæpe ſe tanquam iuuenes intuentur ac vt iuuenes agunt: nunquam tamen videtur euenire vt iuuenis ſomniet ſe ſenem eſſe: eadémque deceptio accidit circa perſonã, munus, ac reliqua omnia, tum reſpectu ſui, tum reſpectu aliorum, & aliæ quamplurimæ, quas diligentius enumerare ſimul & inutile & impoſſibile eſt. Silentio autẽ demandãdum non erit, ſomnia ac ſomniorum modos ſemper ſigna eſſe alicuius quod ineſt in dormiẽtis ſeu anima ſeu corpore. Qua autem ratione ſomnia aliquando contineant cauſam, accidentalẽ tamẽ eorum quæ à ſomniante ſunt agenda, ſeu patienda: quãdóque etiam deſeruire poſsint præſagiis ac prænotionibus futurorum, ac aliorum quæ ſunt ignota, nunc inquirendum non eſt. talia enim omnibus ſomniantibus euenire non poſſunt, ſed homini tantùm qui intellectuali lumine decoratur.

Capvt XV.

De cauſis deceptionis, quæ in ſomnis conuenit; & de iis quæ in ſomno re ipſa exerceri poſſunt.

SOmniorvm doctrina expoſcit vt demonſtremus curnam in ſomno phantaſia decipiatur, & apparentem ſenſationem non vt apparentem, ſed vt veram ac realem reſpiciat. ad id præſtandum nos ſatis paratos reddunt ea quæ ſuperiùs circa ſomni cauſas enarrata ſunt. docent ſiquidem in ſomno ſenſus communis, qui in corde eſt, vſum ſemper amoueri. Cùm igitur animalia virtute illius percipere poſſint ſe reipſa ſentire, ſatis apertũ eſt, hoc ſenſu in vinculis conſtituto, & à cæterorum ſenſuum ſocietate remoto, animali impoſſibile eſſe diſcernere, vtrum perceptio ſit recta ac realis, ſeu non recta & apparens: quin potius phantaſiam neceſſariò colligere ac intueri quæ à ſenſuum exteriorum organis ad ſe deferuntur, quacumque ratione percipiantur, tanquam verè ſenſibiliter percepta. dum verò ſomniantes vtcunque percipiunt ſe ſomniare, nec plene aſſentiuntur internis viſis, ſeu non ſomniantes, ſed reipſa aliquod videntes, audientes, alitérve ſentientes arbitrantur ſe ſomniare: curſus quidem ſpirituum à corde ad caput tranſeuntium eſt valde infirmatus ac attenuatus, ſed non omnino diſruptus. ſuperſunt enim riuuli aliqui tenuiores, quibus ſpiritus, qui in capite ſunt, his quæ à corde effluũt adhuc copulantur. Itaque, ſicuti tunc hic ſenſus communis vtcunque viget, ita ſomnus non omnino irrepſit. Ideo autem horum vtrumque, licet quammaximè differant, eidem cauſæ aſcribitur, quoniam tenuiſſimi ſpirituum riuuli adhuc decurrentes, quandoque tendunt ad capitis poſteriora, quandóque ad anteriora, ideóque iudicandi vis aliquando eſt magis libera, vt euenit ſomniãti, qui percipit ſe ſomniare: aliquando magis deuincta, quod conuenit dormitanti, dum ea, quæ verè percipit, aſcribit ſomniis.

Somniantes non tantùm plurima ex phantaſiæ vi præſentia ac reipſa ſenſata intueri ſolent, ſed etiam non rarò imaginantur ſe ab his ſeu voluptatem ſeu mœſtitiam conſequi, necnon eadem ſeu proſequi, amplexariq; ſeu fugere ac repellere, & ex harum propenſionum vi alia externè & agere & pati. hæc omnia phantaſiæ comparata magis externa ſunt, ideóque vt plurimum apparenter fiunt. quibuſdam tamen accidit vt reipſa ſeu mẽbra moueant ſeu voces quaſdam emittant, ſeu, ſi homines ſint, prolixius loquantur, ſurgant, & alia plura agãt. quorum ratio deducenda eſt ex his quæ diximus circa ſomnum. Idem dormientes ſi præſtantioribus virtutibus decorentur, perduci ſolent vel reipſa vel apparenter ad alios actus, qui phantaſticorum dignitatem excedunt, & magis interni ſunt. nam homines ſomniantes nonnunquam coniectant, cogitant, ratiocinantur, demonſtrant, ac plura concludunt. & hæc quidem aguntur ſæpe apparenter, & ex ſolius memoriæ actu, quo nõnunquam

nunquam falsa, neque vnquam percepta, tanquam præcognita admittuntur: quandoque tamen reipsa, quod imperfectioribus non euenit. Phantasiæ verò deceptio non simplex sed multiplex est, vtputa dum aliquis somniat se ad lectum accedere cubandi gratia, somno corripi, somniare, de his somniis sententiam ferre, videlicet vel verè esse somnia, vel nullo modo somnia esse, sed euentus verissimos, & plura alia supertexere, quæ non paruam admirationem afferre possunt. Quacunque autem ratione hi præstantiores ac magis interni actus exerceantur, reipsa quidem exercentur, sed rarò absque deceptione. phãtasia enim innititur falsis sensationibus, cæteræ verò virtutes magis interne his phantasiæ obiectionibus. Deficit etiam animalis directio, & spiritus parcissimè suppeditantur. Præterea (vt iam diximus) memoria in somno summè infirma redditur, quoniam illius organum constitutum est in posterioris capitis parte, quæ crassiorum ac frigidiorum spirituum irruptionibus primò obiicitur, quandoque tamen acutiorum ac fortiorum spirituum vis ob talia impedimenta transiens, si diuinior aliqua irradiatio accedat, ad maximarum rerũ conceptum perducere poterit, vt postmodum demonstrabimus.

Caput XVI.

De principiis ac constitutione fætus animalium perfectorum in materno vtero.

IN horum animalium generatione fæmina nõ tantùm vterum præbet, in quo recipiatur, detineatur, ac foueatur semẽ masculinum, quod præstantiori quadam ratione spirituali virtute insignitur, sed etiam proprij seminis virtutem adiungit, & conceptum animal certis humoribus nutrit. id satis apertum redditur ex maris ac fœminæ coitu, qui seminum emissionem præcedit, & ex natura dispositioné que membrorum quibus animal certa serie constituendum est. Coitus masculi ac fæminæ consensum exposcunt, neque absque certa fæminæ propensione ac præparatione fæcundi sunt. membra verò, quæ præcipuè in animali generando desiderantur, manifestè deducuntur ad duas series, quæ duorum principiorum virtutem conuincunt, coeuntium tamen ac concurrentium. nam ea ratione sibi inuicem adhærent consentiúntque, vt videantur maris ac fæminæ amplexus non tantùm æmulari, sed ad summã consummationẽ perducere. eosdẽ amplexus ab vtriúsque parentis seminibus, prout licet, exerceri credendum est, & illorum vnũquodque ita proprium opus exercere, vt nunquam alterius seu adiumentis seu ministerio destituatur. membra quę masculino semini præcipuè ascribuntur, (vt videtur) sunt cor, epar, venæ, arteriæ, pulmo, trachea, bucca, cerebrum, neruj, necnon ossa, cartilagines, musculi & tendones, demúmque omnia instrumenta motus & sensus, necnon illorum ac membrorum consensus. Fæminino semini tribuendus erit ventriculus, intestina, gula, & lingua, quæ tamen tanquam vtriusque seriei communis censenda est. hæc membra fæminina mira quadam ratione circumsæpiuntur ac sustinentur à masculinis, vt munia intimiora ac magis necessaria illis propria firmius exercere possint ad commodum totius corporis, virtute tamen masculinorum, à quibus etiam alimenta externè colligenda sunt. Ideo autem censendum est, cor, & quæ cordi annectuntur, masculino semini ascribenda esse, ventriculum verò, & quæ à ventriculo prodeunt, fæminino: quoniam si ad inuicem referantur masculi & fæminæ temperamenta, horum membrorum temperamenta manifestè referunt. masculi enim temperamentũ inuenietur adustum ob igneæ caliditatis & terreæ siccitatis excessum, quod cordi similiter conuenit: fęminæ autem molle ob maiorẽ vim aereę caliditatis & aqueę humiditatis, quę à ventriculi natura aliena nõ sunt hinc colligere licet, eosdem excessus in vtroque semine virtute contineri, & illorum vnumquodque his generãdis incumbere quæ proprio temperamento sunt congrua. Neque verò his minus est assentiendum, quoniam cerebrum, cuius generatio cordi tribuenda est, est frigidum & humidum. nam igneæ caliditatis vis pro subiectorum ac concurrentium natura omnes pene temperamentorum differentias inducere potest. at horum principia intimiora accuratius examinanda sunt. dicimus igitur tam masculinum quàm fęmininum semen quinque pręcipua complecti, licet non eadem ratione, videlicet virtutem formatiuam, quę membrorum vnicuique ac toto animali (prout conuenit) propriam formam tribuere posit: internam dispositionem ac propensionem quę informatiuę virtuti passiuè consentiat: caliditatem absque intermissione agentem: humidum caliditati consentiens eandémque nutriens, & exhalationem, quę calidi in humidum agentis vim consequitur.

Formatiua virtus masculino semini præcipuè conuenit. nam Naturæ communis vis in illo contrahitur non tantùm ex ea parte, qua diuinam potius quàm cælestem virtutem inducit, sed ex ea etiam, qua præstantioris ac diuinioris virtutis exordiis ministrat. nouimus enim ex primæ scientię demonstrationibus, communis Naturæ virtutem non sufficere in cõstitutione perfectiorum animalium quæ semper ex semine generantur, ideóque horum primã à Deo necessariò incœpisse ea lege, vt ex vtriúsque parentum concubitu, eiusdem communis Naturæ virtute accedente, naturam semel acceptam extẽderent, hęc masculini seminis formatiua virtus animalis generandi animæ proportione respondet, procedentéq; generationis cursu ita perficitur, vt animali iam cõstituto verè illius sit forma. quod tamen in homine non euenit: in eo enim (vt alibi demõstratum est) intellectus respicit corporeas formas substantiales ea ratione qua ab ipsis accidentium formæ respiciuntur, & respectu illius Esse, quo constituitur homo, solus sustinet informandi munus.

Dispositio ac propensio virtutis formatiuæ vim amplexans in fæminino semine præcipuè viget. hoc enim ita se habet ad virile semen vti corpus ad animam. quãobrem eiusdem fęminini seminis formatiua virtus terrestrem potiùs quàm diuinam communis Naturæ vim contrahet, & quæ magis sunt corporea subministrabit. Non dissimili proportione caliditas & humiditas, necnon exhalatio, quę calidi in humidum agentis vim consequitur, erunt vtrique semini communes. Itaque caliditas masculino, humiditas fęminino magis aptatur. exhalatio etiam masculino tanquam efficienti, & fęminino tanquam subiectę materię magis conueniet. hęc tria caliditas scilicet, humiditas, & exhalatio triplicem rationem admittunt tam in animalis generatione, quàm in ipso animali iam constituto, videlicet vt manet, vt diffunditur, & vt reficitur.

Seminalis caliditas in animali, vt manens, nihil aliud est quàm calor naturalis atq; innatus, vt diffunditur, est calor naturalis delatus ac extensus per totum corpus, vt reficitur, est idem calor naturalis, quatenus attrahit humidum aptè pręparatum ad sui nutrimentum.

Seminalis humiditas in animali, vt manens, est radicale humidum animalis, vt diffunditur, humidum substantiale singulorum partium, vt reficitur, eiusdem radicalis humidi vis ex alio humido sibi conuenienti se ipsam reficiens.

Seminalis exhalatio in animali, vt manens, est idem naturalis atque innatus calor, quatenus est spirituum omnium fons, vt diffunditur, eos spiritus complectitur qui singula animalis membra viuificãt ac replent, vt reficitur, nihil aliud erit quàm idem naturalis ac innatus calor, quatenus humidum decenter dispositum iterum concoquens, spirituum omnium fomitem in se ipso confirmat.

Generationis totius exordia pendent à formatiua virtute masculini seminis quæ proprij caloris ministerio vtitur. huic assistit aptitudo feminini seminis quod proprium calorem excitat & eundem masculino calori obiicit exacuendum.

Masculini seminis caliditas primò virtute poti⁹ quàm

actu ignea, formatiuæ virtuti ministrans, seipsam colligit, internéque constipat, simúlque intra humidiora sibi adhærentia certam sedem constituit, quæ cordis munia sustineat. Fæminini verò seminis caliditas infirmior, in humidum agens, vesiculam educit, cui ventriculi partes demandari possint. his sic constitutis virtus tam masculina quàm fæminina, incepta concorditer prosequũtur. cordis nempe vis viscosa circũposita dissoluit, hisq; magis remota petẽtibus constituuntur nonnullæ membranæ, quæ totam seminalem materiam ambiunt, neque patiuntur internum calorem vlterius egredi. harum membranarum sunt plures ordines. nam consolidans caloris interni vis sæpius repetita, remotioribus iam constitutis, internas exorditur ac perficit. Minores communi nomine membranæ dicuntur: maiores secundarum nomen adeptæ sunt. hæ verò magis externæ sunt ideóque fæminæ matrici omnino adhærent, simúlque ab ea nutrimentum recipiũt, & iccirco demittere possunt ac reipsa demittunt ad sibi proxima humorem quendã qui ad fætus constitutionem vtcunque pertinet, quique non permittit vi caliditatis ac spiritus, quibus est præditus, seu fœtum secundis omnino adhærere, seu membranas ac secundas sibi inuicem copulari. procedente verò huius humoris delapsu, qui à calido consolidatur, extẽduntur ea eodem materno vtero ad secundas paruæ quædam venæ ac arteriæ, quæ sanguinem ac spiritus ad easdem deferunt, quęque humoribus coeuntibus demum concurrunt, perforántque ipsas membranas ex ea parte qua sunt infirmiores ac minus cohærentes ob humorem eiusdem materni vteri qui ad inferiora assiduè cõfluit. mẽbranis perforatis maternus humor per easdẽ venas ac arterias iã coniunctas perducitur ad fætum, cui nutrimenta vberiora suppeditant. Credendum tamen est hæc tunc adimpleri, cùm humor a membranis inclusus cordis vi partim ad inferiora defluit, & partim exhalat ad superiora, ac membrorũ formationi eiusdem viribus perficiendæ materiam aptissimam suggerit. Ex defluxu iaciuntur initia epatis, simúlque venulæ ac arteriæ quibus epar ventriculo colligatur. oriuntur etiam vena quædam & arteria, quarũ vnaquæque ventriculo adhærens deducitur ad matris vterum per idem membranarum foramen. nam tam fætus quàm materni vteri humores ad eandem partem necessariò defluunt concurrúntque. Itaque venæ etiam ac arteriæ hinc inde exortæ in vnum coeunt, & communem decursum adipiscuntur, qui ab animali nato decisus vmbilicum parit. Tunc verò maternorum spirituũ ac sanguinum maior copia repellit fætus spiritus fluxúsque debiliores, eósque retro cedere cogit. quod fætui maximum commodum affert. nam illius calor iã vehementius feruẽs depascit humorẽ proximiorem, appetitque adiumẽta ac nutrimẽta externa, quę nõ dissimili ratione vẽtriculo etiam sunt necessaria, epate præsertim calefaciẽte illiúsque humidiora sugente. huiusmodi autẽ suppetiis cordi ac toto fætui delatis, tã cor quàm ventriculus proprij operis consummationẽ liberè prosequuntur. cordi nẽpe flatus ac spiritus, maternorũ spirituum impulsu reiecti à parte interiori qua prius gradiebantur, fortius concentrantur illique intimius adhærent, quo tantæ caliditatis vim iã ægrè sustinente, eandémque ad vẽtriculum vehementius transmittente, formatiua virtus cõstituit in corde quasdam cellulas seu vẽtriculos, simúlque ventriculo vnicuique orificium externum adiungit, vt cor fuimet amplificationem, constrictionem, necnon attractionem ac expulsionem facilè ac libere exercere possit, tam ad caloris interni suffocationem vitandam, vitaléisque spiritus resarciẽdos, quàm ad humidiora, quibus ipsum cor & cætera nutriantur, attrahenda.

Quoniam autẽ hęc humida post attractionem erant primò concoquenda, postmodum verò distinguenda ac transmittenda, cor tres ventriculos obtinuit, medium, sinistrum ac dexterum. Medius attractionis munus obtinuit. sic enim attracta tam ad sinistram quàm ad dexteram partem facilius ac cõmodius transmitti poterunt. Idem, orificium suum obtinuit in parte inferiori calido enim proprium est petere superiora & humidũ sibi suppositum attrahere: ventriculo sinistro expellendi subtiliora ac rariora, dextero verò expellendi crassiora. vterque orificium etiam externum sortitus est. Itaque illorum etiam vterque vtcunque attrahit nõ quidẽ humida ac densiora, quæ aquea ac terrea complectuntur, sed aerea magis quæ postmodũ vberius suppeditãtur, ministrãtibus epate, pulmone, & aliis quæ à cordis virtute prodeunt, quæque cordis calorem moderari possunt, suffocationi obsistere, & spiritus adaugere. Itaque, sicuti tota substantia cordis est sedes caloris masculini naturalis ac innati, ita illius ventriculus medius & attrahens, sedes ac fomes humidi radicalis censeri debet. Sinister expellens rariora est sedes ac fomes spirituum, & dexter expellens crassiora, sedes ac fomes nutrimentorũ. Iam igitur corde sic seipsum contrahente & expandente, simúlque attrahente & expellente, exercentur humidorũ concoctio, & expulsio tam eorum quæ sunt magis pura ac spiritus vim maximam complectuntur, quàm crassiorum. singulis autem exhalatio necessario adiungitur, quæ (vt postmodum demonstrabitur) non parum momenti affert ad animalis constitutionem. Non dissimili ratione ventriculus duo orificia sibi ipsi struit, alterum inferius per quod nutrimenta emitti possint, alterum superius per quod recipiantur alimenta ab eo concoquenda.

Quoniam autẽ tam cordi quàm ventriculo conuenit propriam vim extendere ad aliorum membrorum formationem, tam ex parte superiori quàm ex parte inferiori, haud secus quàm plantarum seminibus, quæ dum terræ circumpositæ humore imbito summè turgent, à parte inferiori radices emittũt, & à parte superiori germinant speculandum nũc est, quanam serie hæc ab illorum vnoquóque præstari possint. Exordio igitur accepto ab his quę oriuntur à corde, tanquam à nobilioribus, dicimus digestione interna à corde confecta, crassiora ex summa caliditatis vi rubea emitti, nam sanguinis formam iam consecuta sunt. huius densior pars defertur ad concauũ vẽtriculi qui ex parte dextra subiicitur, & totius animalis nutrimento deseruire debet, paulatimque condẽsatur ex ventriculi suppositi substantia frigidiori. Itaque, prout hinc atque inde delabitur, format seu perficit ipsum epar prius fortasse inchoatum. Sãguinis verò pars rarior eoúsque liberè fluit, donec ad angustiora atque etiam ad remotiora ac frigidiora perducta multipliciter condensetur, constituens carnosa & alia quæ animali deseruiunt. Sãguis autem à summa caliditate natus, neque absque spirandi virtute oritur, neque à spiritu disiungi potest. quod tamen in animalibus perfectioribus ea ratione adimpletur, vt sanguis & spiritus non omnino commisceantur, sed tantummodo ex aliqua parte.

Quapropter vterque propriã sibi viam parat, & ambæ proprias etiam voces obtinuere: illa enim quæ plus sanguinis quàm spiritus defert, ac dextero cordis vẽtriculo præcipue ministrat, Vena appellatur, quæ verò continet plus spiritus quàm sanguinis, & sinistro vẽtriculo aptatur, dicitur Arteria. harum vnaquæque à corde recedens, vna excepta quæ sursum tendit, ad sinistram cõuertitur, ob impulsus maternorum spirituum, postmodúmque in partes discinditur, vt vnicuique corporis membro nutrimentum & vitam impartiantur. sicuti enim spiritus sanguini tribuit vt sit nutrimentũ vitale, ita sanguis euaporans dat spiritui vt firmius consistat, & fortius operetur. Arteria autem maior, spiritus ad sinistram deflectens, dicitur Aorta, vena verò illi adhęrens dicitur Vena magna.

Quę ob cordis caliditatem fluunt ac spirant, hac ratione, spirituum virtute accedẽte, propria munia prosequuntur. exhalantia verò deseruiunt constitutionibus pulmonis ac cæterorum membrorum superiorum, præsertímque ipsius cerebri. nam dum illorum crassiora in sublime feruntur, recedunt aliquantulum à caloris vi, incipiunt sibi ipsis cohęrere, inducúntque pulmones, quorum substantia ob id est spongiosa ac valde leuis. hi verò licet ex nulla interna virtute motũ inchoare possint, mouentur tamen indesinentérque tolluntur ac decidunt,

cidunt, quoniam excedens cordis caliditas non satis remittitur ex sola illius contractione & expulsione. Percipiens igitur vnà cum membris circumpositis vehementioris caloris incommoda, vi illius sensus quem Naturæ sensum appellandum diximus, eadémque abhorrens ob eiusdem sensus appetitum, excitat exequendi virtutem eisdem sensui & affectui deseruientem, atque ita exercet, vt, dum membra circumposita se ipsa extendunt ac retrahunt, simul pulmones adhærentes extollant ac relaxent, illorum præsertim raritate vix obsistente.

Tunc verò inducitur necessariò externus aer per aditus, de quibus postmodum dicẽdum erit, ea tamen lege vt pulmonibus, ex proprio pondere iterũ delabentibus, breui expellatur. Hinc igitur effluxere perfectiorum animalium spirationes ac exspirationes, quibus indesinẽter repetitis cor & alia circumposita sine intermissione refrigerãtur, simúlque obuiam itur animalis suffocationi, quam caloris vis diutius interclusa necessariò induceret. spirationum tamen ac expirationum motus cordis motum non adæquant. nã caliditas ex vnico cordis pulsu prodiens, nulla adhuc incommoda inducit, cũ præsertim aeris frigidioris nuper inducti vis adhuc vigeat.

Eousque igitur inspiratio differtur, donec cordis pulsibus repetitis caliditas incõmodi sensum pariat. id verò nulla certa lege definiendum est. nam inspirationes ac exspirationes frequẽtius seu intermissius exerceri solẽt, prout cordis caliditas est intensior seu minus intensa, atque ob id etiam ipsum cor frequentius pulsat.

Pulmonibus has agitationes exercentibus spiritus petens superiora tracheæ constitutionem exquirit ac consequitur. nam (vt ex constitutis colligere licet) neque materia deest, neque virtus efficiens. Non dissimili ratione aereum exhalationis vi per tracheam eleuatum, oris seu buccæ expansionem quasi terminum certum requirit: ad cuius constitutionem ventriculi etiam virtus alia ex parte eniaè tẽdit. hæc enim sicuti ab inferiori parte intestina firmat, ita ex parte superiori gulã seu merim prodocit. ex quo euenit vt tam cordis quàm ventriculi virtutes in animalis ore, gutture & lingua plenius copulentur. Lingua siquidem & guttur deseruiũt cordi respectu vocum eorum munere emittendarum: respectu verò saporum ac nutrimentorum ventriculo ministrant. Sicuti autem seminali virtute primos ac imperfectiores actus exercente, media quæ ad centrũ vergunt quammaximè calefiunt, ita extrema quæ magis à centro recedunt ex necessitate frigescũt. id in illis partibus præcipuè locum habet. in quibus frigiditas materni vteri circumpositam caliditatem refugiens seipsam colligit. tunc nempe summè intenditur, & ossium constitutioni deseruit.

Fœtus igitur, qui in vtero sphęricam figuram videtur æmulari, sepiretur vndequáque ossibus, nisi quędã molitiem ex necessitate retinerent, ob summam circumpositi vteri humiditatem. hęc tamen ossa semper obteguntur musculis seu tenuioribus seu pinguioribus, pro diuersitate situum, quibus infrigidans virtus intensius seu minus intẽsè aptatur. Capitis igitur superioris os, quod vocant craneum, non carne sed cute tantummodo tegitur, crassiori tamen. locus quippe in quo formatur, vtero valde est proximus, & à calefacientibus maximè distat. quod tamen intelligendum est præcipuè respectu partis posterioris, cuius os durissimum est pars verò anterior superiórque, dum fœtus in vtero detinetur, à posterioris partis duritie longè recedit, præsertim in homine. Nam ad infirmiora ac humidiora declinat. Eisdem efficientibus ascribendum est quod cranei ossibus alia etiam ossa circumquaque adiiciantur, quæ sphæricam similiter quodam pacto figuram obiiciũt horum tamen inferior pars ea ratione consolidatur, vt per certa foramina pateat aditus his quæ assiduè sursum feruntur virtute cordis. horum verò temperamentum necessariò rarum est. Itaque ossibus vndique circumclusa delatáque ad ipsum craneum; frigescant ac condensentur necesse est. Ad inferiora igitur more ceræ liquescentis delabenti a, cerebri ventriculos formant, qui tamen ob innatam humiditatem, ac caliditatem, non vt cera durescunt, sed propriam mollitiem retinent. Interim tamen dum per quædam alia foramina rursus ad inferiora defluũt, caloris virtute, quę in inferioribus magis viget, ita exsiccantur, vt neruorum formam paulatim recipiãt, & ad consummationẽ perducant, dum peruenientes vel ad carnea, vel ad alterius complexionis membra, proprio decursui finem imponunt: tunc enim à calido perfecte concoquuntur. quidam tamen, quoniam mollioribus copulantur, molliores sunt, & sensui præcipue inseruiunt. reliqui durioribus annectuntur, & motui ministrant. præter hæc neruorum munia, illis præterea proprissimum est perfectissimè copulare omnes animalis partes tam dissimilares quàm similares. quemadmodum enim illorum materia a capite defluens delabitur ad vnamquamque corporis partem, ita ad neruorum formã perducta singula singulis ita annectit, vt capiti præcipuè subiiciantur.

Silentio autem demandandũ non est, spiritus ab eodem corde prosilientes moueri sursum, deorsum, & ad latera, cordis dirigẽtis virtute, haud secus quàm pedes, qui ob eandem directionem indistincte ad diuersa deflectuntur atque etiam circumuoluũtur. Accedit etiam naturalis propensio spirituum. puriores enim ac leuiores superiora sua sponte petunt. hi virtutes sentientes ac mouentes pariunt & exercent, ideóque animales spiritus appellati sunt. Illi qui neque ad summam puritatẽ adhuc sunt perducti, neque impuriores adhuc effecti, donec versantur circa cor, quod mediam regionem occupat, dicuntur vitales. Impuriores ac crassiores petũt infimiora, & naturalium denominationem sortiti sunt, ex eo fortasse quoniã ea vitæ munia exercent quæ plantis communia sunt, quæque (si comparentur vitæ, quæ conuenit animali, vt est animal, cõtinétque tam pulsandi & attrahẽdi, quàm inspirãdi & respirandi vim) a vitæ dignitate recedunt. quod ex eo etiã apertius cõspici potest, quoniam ventriculi concoctio, quæ plantarum concoctione est longe præstantior, duplicem præterea concoctionem admittit. ea namque quæ semel à ventriculo concocta sunt, à crassiori ficciorique superfluitatẽ seiũcta, in epate accuratius cõcoquuntur, reiectáq; parte humidiori ac magis aquea tertiã concoctionẽ exposcunt quæ in corde cõsummatur, & ipsa sic cõcocta verè vitalia reddit. cor enim est instrumentorum vniuersale ac primũ. Itaque illi præcipuè cõuenit, tam hanc præstantiorẽ viuendi rationẽ exercere quàm cætera membra, ac ipsos spiritus eadem viuos ac vitales efficere.



CONTEMPLATIONIS QVARTAE,

Pars Quarta:

QVÆ VERSATVR CIRCA PRÆSTANTIORES brutorum animalium ſenſus,quæ illos conſequuntur,& ab illis conſtituuntur: circa ſenſuum homini proprium: circa humanæ naturæ virtutes ac partes: necnon circa ea quæ præterea deſiderantur ad conſummationem huius ſcientiæ.

CAPVT I.

De neceſſitate quorundam ſenſuum, qui phantaſiæ dignitatem tranſcendunt, ac in ſpecie de Memoria, memoriæ appetitu, ac exequendi virtute, necnon de animalibus ab ea conſtitutis.

NATVRALIVM formarum gradus coúſque extendi debét, donec ad ſummum perfectionis perducti intellectuali naturæ aſſocientur.

Quapropter, ſicuti virtuti perfectiſsimæ corporeum operandi modű non trãſcendenti adduntur ſentientes virtutes quas hactenus perluſtrauimus, quarum perfectiſſima corporea omnia ſpiritaliter percipere poteſt, ita huic accedãt neceſſe eſt ſenſus longè pręſtantiores, qui corporeorű etiam perceptiones certis quibuſdam gradibus depurare poſſint, vt horű præſtantiſſimus, Deo optimo cõniuente, tanto munere decoretur. huiuſmodi eſt cogitandi virtus, hominű naturæ propria, cui duo ſenſus inperfectiores, brutis quibuſdam communes præcedere debent, Memoria ſcilicet & Æſtimatiua.

Memoria, de qua vti imperfectiori primò dicendum eſt, abſque ſenſuum imperfectiorum concurſu nihil cõcipit, illiſque vacantibus nihil obiicit: illius enim partes ſunt, concepta ita retinere, vt rerum ſingularitate tantummodo accepta, facile reiici poſſint quæcumque illis neceſſariò quidem ſed accidentaliter accedunt, vt puta locus, ſitus, habitus, ſocietas, ſolitudo, & ſiquid aliud eſt tale. hæ verò perceptiones, phantaſiæ ac ſenſibus imperfectioribus proprios actus rurſum circa eadem exercentibus, non tantum illorum actus longè faciliores ac firmiores reddunt, ſed etiam in cauſa ſunt vt ipſa memoria talia tanquam prius concepta ac retenta animaduertat, licet non eiſdem accidentibus circumſtipata. hæc verò perceptio priori conſona, dum exercetur abſque vlla reflexione ad priorem actum, dicitur commemoratio: dum verò continet reflexioné ad actum priorem, dicitur rememoratio ſeu reminiſcentia. quæ homini tantummodo conuenit. circa huius ſenſus organum admonuiſſe ſufficiet, cerebri ſeu cerebelli ventriculum, in poſteriori capitis parte conſtitutum, illi propriiſſime miniſtrare. ibi enim omnium perceptionum collectio ac detentio longè facilius exerceri poteſt. Memoriæ appetitus reſpiciet externa quæ his internis perceptionibus proportione reſpondent. Verſabitur igitur circa illa quæ rectè ſeponi poſſunt, móxque non abſque aliquo imperfectiorum ſenſuum bono ſeu voluptate depromi, ideóque propriori quadam ratione bona vtilia appellari ſolent. illorum nempe bonitas oritur non ex rerum natura, ſed ex ſolo vſu. In brutis animalibus talis appetitus ſatis infirmus eſt, quoniam illorum memoria ſimiliter eſt infirma: deſtituitur ſiquidem vi rationis, quæ ad illius conſummationem eſſentialiter pertinere videtur. Ex eo quoque colligere licet, bona vtilia memoriæ appetitui rectè aptari, quoniam illorum collectio, repoſitio ac depromptio exerceri non poſſunt amoto memoriæ vſu. accedit etiam vt illi, quorum perceptio memorabilium ordinem parű excedit, niſi ab imperfectioribus bonis capiantur, ſint bonorum vtilium appetentiores. eiuſdẽ appetitus finis ſeu ſcopus erit, talia copioſè ſeponere. atque eadem ad proprium commodum abſque illorum defectu proferre, quapropter, ſi hæc actu adimpleantur, abſintque non tantùm impedimenta, perturbationes, ac corruptionis ſeu ruinæ ſuſpicio, ſed etiam fraudis ſeu furti timor, hæc affectio verè conquieſcet illámque voluptatem experietur, quæ animi quies, prout neceſſaria ac vtilia reſpicit rectè appellari poteſt. porro modus, quo ad propoſitum finem tendit ac proprium actum exercet, non ex irruptione, nec ex moræ impatiẽtia, neque ex ſola aſſiduitate ac perſeuerantia & animi ſollicitudine deducendus erit, ſed ex plurium tum fruſtrationum tum detentionum patienti perpeſsione. Eidem etiam propriiſſimum videtur eſſe non tantùm occultè ac ſecretè proprium finem proſequi, ſed etiam omnem illius adeptionem celare: qua in re à phantaſiæ affectu non parum differt. hæc ſiquidem licet ante propoſiti conſummationem ſecretioribus delectetur, poſt conſummationem tamen omnia omnibus nota atque aperta eſſe vt in pluribus exoptat. Exequendi potentia huic affectui deſeruiens, ac eiuſdem potentiæ organa, facilè poſsűt animaduerti. executiuæ enim virtutis munia ſunt, ea perficere quæ affectus exoptat: huícque ea mẽbra miniſtrare conſtat, quæ hæc actu præſtant. hæc tamẽ pro animalium diuerſorum natura diuerſa erunt, ſimulque perfectiora ſeu imperfectiora. Inter animalia, quæ memoria quidem pollent, ſed præſtantioribus cognoſcendi virtutibus carent, capreorum genus omne, ſues, ac alia fortaſſe plurima connumeranda vidẽtur. horum memoria conuincitur, quoniam à grege ſimilium ſæpe recedunt, & ſolitariè pro ſingulorum natura ſatis confidenter morantur. horum tamen memoria ob rationis defectum aliquando infirmior cenſeri poteſt. Eadem verò animalia ſenſu præſtantiori deſtitui ex eo conijectare licet, quoniam præſtantior ſenſus amicitiam & inimicitiam reſpicit. hæc verò animalia amicitiam ac inimicitiam, quatenus huiuſmodi, non attendunt, ſed in illis ratio omnis tum amicitiæ exercendæ, tum inimicitiæ ſuſcipiendæ accipitur ex bonis vtilibus, aut aliter delectantibus, ſeu opitulantibus. quod affectionibus omnib. aliquo pacto commune eſt: omnes enim delectabilia afferentibus concordant, auferentibus autẽ aduerſantur.

CAPVT II.

De Æſtimatiua, déque illius tum affectione, tum executiua virtute, necnon de animalibus ab ea conſtitutis.

SENSVS interior, qui memoriam dignitate præſtat, ac Æſtimatiuæ nomẽ obtinuit, corporeorű ſpiritales ſpecies ita depurat, vt in illis percipere poſſit ſpiritalia. quę imperfectiores ſenſus

sensus nõ attingũt. nam ex quadã seu collectione seu existimatione concipienda sunt ratione ab ea nõ dissimili qua legentes ex visibilibus litterarum characteribus oculorum ministerio perducuntur ad conceptum vocum inuisibilium. huiusmodi sunt illæ amicitiæ ac inimicitię, quæ exerceri solẽt, non respectu totius speciei indeterminatè, ob certã specierum sympathiam seu antipathiã, aptantúrque nõ tantùm sentientibus imperfectioribus, sed ipsis etiam insensatis, seu ob perceptionem illorum quæ discursu aliquo sunt attingẽda, exposcuntq; discurrendi vim, quæ homini, vt est homo, conuenit, sed inducuntur & retinentur per certos corporeos motus ac voces, ad quæ amicitia seu inimicitia impellere solent, & amicitiam seu inimicitiam similiter prouocãt. Illius organum ex cerebri ventriculo mediam partem obtinente constitui credendum est. appetitus verò huic sensui proprius respiciet, tanquam obiecta propria, animalia, quatenus hæc amicitiæ ac inimicitiæ signa tum aliis dare tum ab aliis recipere possunt. ea enim, quæ Æstimatiuæ sensus interius attingit ac percipit, Æstimatiuæ appetitus exterius prosequitur seu refugit.

Quoniam verò horum signorum quædam amicitiam, quædam inimicitiam arguunt, huius affectionis nõ vnicus, sed plures fines admittẽdi erunt, qui tamen sibi inuicem deseruiant. inimicæ siquidem propensionis finis seu scopus erit inimici conculcatio aut certe perterrefactio vsq; ad manifesti timoris signa: amicæ autẽ, seipsam per motus ac voces externè ita diffundere, vt amicum animal hæc amicitiæ signa recipiens, similibus signis vel etiam clarioribus respondeat, & sæpe pręueniat.

Et hic quidem amicitiæ finis priori præstantior, tanquam vltimus constituetur: ideo enim inimici perterrẽtur ac reiiciuntur, vt liberè atque omnino tutè amicis frui liceat. Itaque huius affectus quies deducenda est ex ea amicorum fruitione in qua inimicis omnibus perterrefactis ac repulsis amici manifesta amicitiæ signa & dãt & recipiunt. aberit igitur ab hac quiete suspicio omnis non tantùm fraudis, sed etiam violentæ cuiusque inuasionis. delectatio verò, quę talem pacem concomitatur, exultationis nomine propriori significato (ni fallimur) proferri poterit. Ex his colligere licet, huic affectui primò conuenire, vt illius affectio ac affectionis actus ex propria natura expetibiles sint: quod nulli imperfectiorum aptatur. neque enim aliquis illorum actus primi appetibilis naturam continet. ex quo factum est vt huius affectus vis facilè percipiatur, & percepta pariat vehemẽtem impressionem, ac ad similem affectum actúsque quodam modo impellat. hęc tamen longè vehemẽtiora erunt, si his purioris amicitiæ ac inimicitiæ impulsibus accedat impetus phantasticæ affectionis, tactus voluptati consentientis. huic affectui videtur proprium, semper in aperto ac manifesto versari, neque aliquid in occulto moliri. quod tamen illi magis ac minus conuenit, prout magis seu minus intenditur, magísque seu minus ab aliis affectionibus seiungitur.

Exequendi verò potentia huic affectui deseruiens, illa erit quæ talia exterius exercere potest. Quamuis autem his actibus totum animalis corpus aliqua ratione deseruire possit, eos tamen plenius sustinent facies ac vocum organa, necnon partes quæ motui & actionibus ministrare solent.

Animalia verò, quæ ab æstimatiuæ sensu constituuntur, erunt equi, boues, cameli, elephantes, leones, feles, simiæ, & huiusmodi reliqua, canes tamen (vt videtur) præcipue. hi enim non tantùm vt alia, quæ enumerauimus, delectantur amicitia, aliquando etiam inimicitia, absque vllo accessu alterius vel cõmodi vel voluptatis, sed sæpe etiã amicitię signa blanditiis exposcunt, hisque non obtentis quammaximè contristantur & mœrent.

Capvt III.

De cogitatiua, déque intellectus humani ad humanum corpus copulatione, tum respectu essentiæ, tum respectu intellectionis.

Svmmam sensitiuarum virtutum consummationem Cogitatiua constituit. hæc quippe omnium ordinũ particularia disiunctim percipit, atque etiam eorundem copulationes, diuisiones, oppositiones, similitudines, proportiones, dependentias, virtutes, ac reliquas relationes omnes, necnon commoda, incommoda, beneficia, maleficia, vnà cum difficultatibus, facilitatibus, impossibilitatibus, necessitatibus ita cognoscit, vt ex vnius perceptione ad illorũ etiam conceptum perducatur, quæ sensum non mouent, nec forrasse mouere possunt. huic igitur copulatur virtus intellectiua imperfectioris gradus. quoniam inter ea, quæ corpoream naturam aliqua ratione retinent, nihil perfectius, nihilq; admirabilius inueniri potest. hæc verò copulatio ea ratione perficitur, vt intellectus vis extendatur etiam ad alias sentiẽdi virtutes, & totius subiecti corporis reddatur forma, eueniátq; ob id vt intellectus, qui (vt in prima scientia demonstratũ est) ex primæ suę creationis statu (vt cõmuni rerum ordini conuenit) in se quidem operatur, sed non per se, proprio muneri incumbat, & interni sensus lõgè præstantiorẽ operandi modũ adipiscantur. id verò cogitandi virtuti præcipuè conuenit. nã, cũ percipiat particularia vniuscuiusq; ordinis, eisdémq; pro vniuscuiusq; natura plura ex ipso facto & experientia adiungat, necessariù ad id deducitur, vt percipere cupiat an eadẽ cęteris omnibus eiusdẽ ordinis indiuiduis conueniãt, atq; etiam quænam sit huius conuenientię causa. quorũ neutrum adipisci potest absque intellectus lumine, qui verè vniuersalia ac essentialia percipit. Quapropter, nisi intellectiua virtus cogitatiuã perficeret, illius vis magna ex parte vana atque inutilis redderetur. quod etiã ipsi intellectui ex communi rerum ordine eueniret, nisi ex primà sui constitutione humano corpori incarceretur.

Asserentes autẽ intellectus ac cogitatiuæ copulationem pendere ex solis irradiationibus, seu illustrationibus quæ ab intellectiua natura effluunt, & à cogitatiua recipiuntur, à veritatis tramite quammaximè distãt. hoc enim posito, sequeretur vel hominem nihil intelligere, vel corporea etiam omnia intelligere. nam si sola intellectualis illustratio ea quę intelligendi virtute interius carent ad intelligendi actum perducere potest, fatendũ est omnia intelligere. diuini enim intellectus vis, à quo omnia pendent, omnia etiam illustrat. Si verò talis illustratio non sufficit, dato homine intelligẽdi virtute interius destitui, homo nihil intelligeret, sicuti neq; saxa, & cætera quę videndi virtute carent nihil vident, licet illustrẽtur solari luce. His accedunt, quæ in prima sciẽtia demonstrata sunt de humani intellectus natura, de illius creatione in corpore, ac de corporeorum & incorporeorum nexu. quorum vnumquódque hanc assertionem manifestè destruit, & conuincit realem copulationem intellectus ac humani corporis sentiendi virtute præditi. eadem etiam demonstrare possunt, quanam ratione homo intelligat. nemo enim dissentire potest, eandem proportionem dari inter essentiam & essentiam, & inter actum & actum. Sicuti igitur data cogitandi virtute consequitur, Deo volente, intellectus incercatio, ita etiam eadem cogitatiua rem certam, prout sibi cõuenit, percipiente; statim diuinæ veritatis lumine intellectus ad idem intelligẽdum simili ratione illustratur, ipséque homo intelligit, clarius tamẽ seu obscurius, pro pleniori seu minus perfecta sensuum perceptione. Cogitatiuę organum constituit cerebri ventriculus medius ex parte superiori ac puriori.

Intellectui verò nullum organum aptandũ est. nam cùm sit forma corporis humani virtute sensitiua præditi, illa mediante copulatur corpori, & corporeis organis vtitur, sed nullo tanquam sibi proprio. nam omnibus æqualiter insistit, licet illius vis in præstantioribus illustrius splendeat.

Capvt IIII.

De causis determinationum & indeterminationum, quæ simplicibus conceptionibus aptantur de obiectis Cogitatiuæ propriis, respectu

modi, gradus, & naturæ, ac de perceptionib. quæ pluribus cognoscentibus ascribendæ sunt.

DETERMINATIONES verò ac indeterminationes, quæ (vt in logicis dictũ est) aprãtur simplicibus particulariũ perceptionibus, cõsequuntur cogitandi virtutem, prout proprium actum exercet, vel seiunctim, vel assumpto vsu sensuum inferiorum, puriorum seu impuriorum. versatur enim circa particularia, quatenus numerabilia sunt singulorúmque vnitatem attingit, non vt sensus communis, qui singularitatis ac multitudinis vim confusè omnino concipit, sed ea ratione vt singula verè possit numerare, & omnes vnitatis modos attingere. quatenus igitur associatur imperfectissimo Naturæ sensui, percipitque (exempli gratia) sitim, quam ego nunc patior, illius obiectum sicuti est summè corporeum ita summè contractum erit. nam mea sitis non tantum à nullo alio sentiri potest, sed neque à meipso, nisi semel. dum enim protrahitur, semper mutatur, & solã prioris similitudinem retinere potest. Quapropter vnũ sentiendi actum admittit, & ob summam determinationem signum *Iste* ita requirit, vt illud diutius retinere non possit. Quatenus cogitatiua associatur sensibus exterioribus, percipítque (exẽpli gratia) paginã quam nũc manu teneo seu video, obiecti vnitas aliquanto purior erit, ideóque pluries & à pluribus sentiri potest. semper tamen obiicietur adiuncto signo *Iste*. nam quæcumque actu tanguntur, gustantur, odorantur, ac videntur, quatenus perseuerant, coarctantur loco, tempore, ac cæteris circumstantiis. Simili ratione ex sensus communis vsu obiecta admittent idem signum *Iste*, sed respectu solius loci ac temporis: ex phantasię vi admittunt signũ, *Ille* vel *Illi*: ex memoriæ accessu subduntur determinationi ex proprio nomine, ac simplicem rei singularitatem obiiciunt: ex vsu æstimatiuæ assumunt conditionis signa quæ pluribus aptari solent. At, dum cogitatiua seiunctim exercetur, obiecta, sola particularitate retenta, erunt omnino indeterminata, vt puta dum hæc virtus respicit non dolorem capitis, quo nunc perturbor, non hunc hominem, quem nunc tango seu video, non hominem in hoc cubiculo existentem, non illum qui me iter facientem amicè hospitatus est, non Socratem seu Platonem, non hominem mihi amicum, sed hominem cuius existentẽtia ad nullum certum subiectum contrahitur, neque ex aliqua conditione signatur. hæc perceptio ideò propriori quadam ratione Cogitatiuæ virtuti est propria, quoniam nõ tantùm ex cognoscendi modo illi conuenit, sed etiam ex rei cognitę gradu, quem inferiores virtutes nulla ratione attingunt. Sciendum tamen est, eandem cogitatiuam plura præterea percipere, quæ ex nullo seu modo seu gradu ab imperfectioribus cognosci possunt, ideóque illi propria sunt non tantùm ratione modi & gradus, sed etiam ex rei cognitæ natura. talia videntur esse materia prima, formæ omnes substantiales, prout singulis insunt, præcipuè verò ipsæ humanæ animæ. neque enim horum aliquod ab inferioribus virtutibus cognoscentibus aliqua ratione percipitur. hæc tamẽ ex aliorum sensibilium copulatione, seu disiunctione determinatè etiam ac indeterminatè respici possunt. vnusquisque enim liberè attendit suam animam, istius vel illius hominis animam, Socratis animam, & amici animam, & ipsam humanam animam omnino indeterminatè.

Tunc igitur obiecta cogitatiuæ omnibus rationibus propria erunt, cùm hæc, quæ ex Naturæ ordine illi sunt propria percipiuntur omnino indeterminatè, & respectu Naturæ non vniuersalis, & quatenus est communicabilis, (nam hæc rationi sunt propria) sed cõmuniter, & quatenus est actu communicata. Sicuti autem cogitatiua, dum associatur imperfectioribus cognoscẽdi virtutibus, deflectitur ad magis corporea, ita, quatenus copulatur intellectui, illius vi erigitur non tantùm ad vniuersalia, ac ad omnium sensibilium naturas essentiásque sed etiam ad mentem ipsam sibi inhærentem, necnon ad intellectus in se manentes, ac ad ipsum Deum Opt. Max. Et hæc quidem certas etiam rationes obiiciunt eorum quæ circa propositionum ac discursum differẽtias vsusque pręcipuos in eiusdem logicis demunstrata sunt. patet siquidem, propositiones omnes essentiales ac necessatis, quæ omnino abstractè concipiuntur, súntque vel per se notæ, vel demonstrabiles, intellectui ascribendas esse. Experimẽta, quæ respiciũtur nõ abstractè, sed absq; vlla temporum differentia & inductione firmari solent, deberi simplici cogitatiuæ. cõiecturas, quæ futura ac remota respiciũr, probabilique syllogismo innituntur, cogitatiuę, vt adhæret æstimatiuę: historicas perceptiones, quæ præterita respiciũr, & sensuum certitudini innituntur, cogitatiuæ, vt adhæret memoriæ: comprehẽsiones, quæ circa præsentia vt passibilia versari solent, & perspicaciæ vi à deceptione tutæ reddũtur, cogitatiuæ, vt adhæret phantasiæ.

Cognitionum etiam extensiones, directiones, obiectiones, excitationes, & cognoscendi modi pluribus similiter virtutibus simul ascribẽdi erunt. perceptio enim scientifica contracta ad particularia certa, aliqua ratione determinata tribuenda est tam rationi, à qua exrẽditur, quàm cogitatiuę, & sensui interiori, ad quem perducitur. Idẽ, eas démque ob causas sentiẽdum est, circa directiones, obiectiones, excitationes, ac cognoscẽdi modos. directiones tamen & extensiones semper à perfectioribus virtutibus oriuntur, tendũtque ad minus perfectas obiectiones ac excitationes: cognoscendi modi ecõtra. imperfectiores enim perfectioribus obiecta obiiciunt ac easdẽ excitant, cùm ab illis neq; excitẽtur neque propria obiecta recipiant, licet ad illa dirigãtur. historicus etiam cognoscẽdi modus, in quo nulla ratio exquiritur, pręstãtioribus etiã perceptionib. aptari poterit, cùm historica, vt historica, nullũ præstantiorẽ modũ admittant. dum verò imperfectiores virtutes extendunt propriam vim ad confirmationem eorum, quæ præstantioribus sunt propria, quatenus primo loco exercentur, afferent simplicem dispositionem ad præstantiora: quatenus sequuntur, non pertinent ad veritatis confirmationem: sed pariunt veritatis perceptæ pleniorem inhumanationem. nam ea, quæ exempli gratia demõstratiuè probata sunt, si confirmentur inductionibus, experimẽtis, coniecturis, exemplis, ac similitudinibus, omnem animę partem vtcunque replent. Ipsius verò intellectus vis interius attingit cogitatiuam, æstimatiuam, memoriam, ac phantasiam. nam præstantiori quadam ratione spiritales sunt. Sensum autem communem, sensus exteriores, ac imperfectissimum Naturę sensum attingit non interius, sed exterius, accepto vsu sensuum interiorum, & phantasię pręsertim. hęc enim respectu huius ordinis pręstantioris in ascensu occurrit prima, & in descensu postrema. Quapropter, sicuti ministerio imperfectiorum sensuum externa omnia percipit & præstantioribus obiicit, ita præstãtiorum omnium vim colligit eandémque ad imperfectiorũ sensuum directiones transmittit. Easdem ob causas sensus interiores ac perfectiores interno perceptionũ habitu decorati possunt, quod imperfectioribus negatum est. nã amotis sensibilibus nihil cognoscunt.

CAPVT V.

De primis humanæ animæ perceptionibus, ex quibus deducitur vis humanæ industriæ.

SED accuratius perscrutandum est, quibusnã initiis & quanam serie humanus intellectus, qui (vt ex prima scientia nouimus,) in prima sui creatione destitutus est omni intellectuali idea ac intelligibili, simúlque humanus sensus, excitentur ac roborentur ad decentissimos vsus humanę industriæ. id vt rectè fiat, accipiendum est, singula solius Naturę vi impelli ad proprium opus, ideóque hominum vnumquémque, eadem Natura dirigente ac duce, omnia circumspicere ac pro viribus experiri. hinc deducuntur perceptiones seu comprehensiones, quæ primę ac confusę appellari solent. nam carent omni

ordine

ordine ac distinctione. Hæ verissimæ ac certissimæ sunt. Nam ob simplicitatem neque ex opposito oppugnari possunt, neque falsitatem interius admittere, & primis purissimísque veritatis diuinæ irradiationibus confirmantur, pendéntque ab eisdem quæ ad omnia pro singulorum captu extendi solent. Quamuis autem hę primę perceptiones tam respectu veritatis quàm respectu certitudinis perfectissimæ sint, conoincantúrque ob id intellectualis hominis natura ac diuinæ veritatis irradiationes: præstantiorem tamen perfectionem admittunt, ordinem scilicet ac distinctionem, quibus destituuntur. Quod corporeæ virtutis, ipsius scilicet cogitatiuæ, cōcursum demonstrat. Eædem signis ac vocibus certis exterius proferri ac exprimi possunt. quod eundem cōcursum arguit: voces enim significantes, quatenus veritates exprimunt, intellectualem naturam sapiont. Quatenus verò id sonis ac vocibus præstant, sunt corporeæ & à corpore pendent. Diuinæ verò veritatis irradiationes mentibus nostris iniectæ, ad confirmationem veritatum simplicium ac indemonstrabilium verbis exprimi non possunt, quoniam nihil corporeum continent. Itaque perfectissimæ sunt, nec tantùm respectu veritatis ac certitudinis vt confusæ perceptiones, sed absolutè, nam vlteriorem perfectionem non admittunt. Ex his intueri licet, quàm sint firma simúlque admirabilia humanæ industriæ humanarúmque artium principia ac elementa, confusæ quippe perceptiones in proprio gradu perfectæ, sed præstantiorum perfectionum capaces, quatenus perfectionem admittunt ad humanam industriam constituendam, fundamenti partes sustinere possunt. Quatenus autem ex proprio gradu perfectæ sunt, has partes perfectissimè sustinent, humanámque industriam respectu fundamenti ad veram perfectionem deduci posse demonstrant. Quod altera harum conditionum ablata exhiberi non posset. Ipsę verò diuinæ veritatis irradiationes, quibus confusarum veritas ac certitudo ascribenda est, quatenus nullam perfectionem admittunt, efficientis causæ munia exercere possunt. Quatenus sunt perfectæ, hoc quamrectissimè præstant, ideóque non tantum primas nostras apprehensiones ad decentissimam perfectionem deducere possunt, sed pręstantiores etiam superaddere ad totius humanæ scientiæ ac industriæ consummationem: quod illis nequaquam datum esset, si aliqua harum cōditionum deesset. Nam quod imperfectum, & primum est, quatenus imperfectum, neque seipsum perficere neque propria munia perfectè exercere potest: quatenus vero est primum aliena vi non perficitur. Nam principia, cuiuscunque sint ordinis, ab aliis eiusdem ordinis pendere non possunt.

Perfectiones autem quæ addendæ sunt confusis perceptionibus iam respectu veritatis ac certitudinis perfectis, sunt plures, inter quas primum locum sibi vindicant facilitas ac promptitudo. Plura námque verè ac certè percipiuntur, quæ neq; facilè neque promptè occurrunt, sed cùm aliqua hæsitatione ad vsum deduci solent. His accedet decens earundem perceptionum associatio, ex qua prima veritatum determinatio deducenda est. Patet enim ex talium obiectione internam hominis vim ad illarum seu veritatem seu falsitatem attingendam dirigi, ac reliquis prætermissis his tantummodo incumbere.

Tunc verò animæ humanæ impulsus, qui respectu cogitatiuæ omnino stupidè exercentur, exposcunt clariora veritatis lumina, vt tutè asseri possit hæc esse seu per se nota ac euidentia, seu non per se nota, sed probatione indigere. Hæc autem clariora veritatis lumina, quibus anima redditur ita firma vt quamtutissimè discernere possit quænam sint per se nota, & quænam aliqua indigent probatione, inexplicabilia similiter sunt, seu certè ad inexplicabilia magna ex parte deduci possunt. Si enim vniuscuiusque iudicij principia exprimi possent, singula eandem censuram semper exposcerent, résque procederet ad infinitum. Euenit igitur vt humanarum cognitionum aliquæ illam etiam perfectionem adipiscantur, qua euidentes appellari possint. At, quoniam id non conuenit vnicuique, sed quamplurimæ pluribus rationibus ac mediis firmandæ sunt, ipsa humana anima necessario perducitur ad actum ordinis tertij in quo certos conatus certáque experimenta exercet, vt circa ambigua rectè affirmare seu negare possit. Et hi quidem actus discursuum nomen obtinuere. Inter hos admittendi sunt quidam discursus certi ac faciles, quibus anima eadem ratione assentiatur qua assentitur propositionibus per se notis, neque enim cognitionum modi aut ad infinitum deduci aut conuenienti certitudine perfectionéque carere possunt. hi verò ad pauca ac faciliora vim habent, simúlque quod summè optandum erat, ad diiudicandos cæteros discursus, qui circa difficiliora exercendi sunt. Id dum actu præstari potest, iam animæ nostræ actio veræ ac formatæ industrię rationem admittit, & à naturali operandi modo omnino recedit, nam circa ea versatur quorum ratio vndequaq; explicabilis est.

Quibus autem impellentibus & quanam sollicitudine hominum industria iam ad propriam formam deducta diuinæ veritatis luminibus non deficientibus, seipsam perficere possit & debeat, alio contemplationis vsu cognoscendum est. hęc tamen vtcunque percepimus ex his quæ habentur in nostrarum Contemplationum exordio, & in aliis quæ hactenus speculati sumus. cætera ex actuum humanorum directrice philosophia deducenda sunt.

Capvt VI.

De præsagiis prænotionibúsque multiplicibus, quæ ab homine exerceri possunt.

EA quæ ab hominum natura communiori ratione cognosci possunt, sufficienter (ni fallimur) explicata sunt. nunc nonnulla proponēda erunt quæ pertinent ad eiusdem vim præsagiendi ac prænoscendi, seu vaticinandi. Accipimus, Deo omnia præsentia atque apperta esse: arcanorum plurima abstractis intellectibus communicari: cælestium spherarum vnamquanque diuina virtute repleti, certóque abstractorum intelligibilium, ordini proportione aliqua respōdere. accipimus etiam, illustrationem abstractorum intelligibilium, ipsiusque Dei Opt. Max. perduci ad humanam animam superiora respicientem: influxus autem ac virtutes corporeum cælestium tangere corporea omnia, præstantioresque hominum sensus, atque etiam vtcunque immutare. his sic acceptis, deduci videtur, hominem futura & cætera oculta aliquo pacto præsagire ac prænoscere posse, taliúmque præsagiorum ac prænotionum causas efficientes esse Deum Opt. Max. atque intellectus abstractos, necnon cælestia corpora: recipientes verò, hominis intellectum ac hominis phātasiam vnà cum aliis tum perfectioribus tum imperfectioribus sentiendi virtutibus, Intellectus Deo atque abstractis substantiis primò subiicitur: phantasia verò ac reliqua eiusdem ordinis cælestibus influxibus. sicuti enim cælestium corporum vis humanam mentem immediatè attingere non potest, ita abstracti intellectus, nisi fortasse noua aliqua ratione exerceantur, sensus primò attingere credendum est. vtráque tamen vis humanam animam verè attingit. nam hominis anima verè est vna, ideóque, quacunque ex parte attingatur, tota excitatur, túncque singulæ illius virtutes diriguntur ad propria. phantasia siquidem imaginem aliquam concipiente cōsequenti ratione memoria similia prius percepta in medium adducit: æstimatiua circa eadem coniectatur: cogitatiua ex experimentis discurrit: ipsáque demum mēs contemplatur vniuersalia eisdem consona.

Econtra etiā dum animæ motus incipit ab intellectu, inferiores virtutes eiusdem motus vim percipientes intuentur (prout vnicuiq; conuenit) quæ ad rem faciūt, ac ea menti subiiciunt. Quod si anima vtráq; ex parte simul attingatur & ad eidem moueatur. illius perceptio erit lōgè velocior ac firmior. Et id quidem sæpe euenire credendum est, non semper tamen. nam in prima scientia

demonstratum est Deum Opt. Max. agere non ex Naturæ necessitate, sed omnino liberè, naturámque abstractorum intellectuum talem esse, vt ex recto seu deprauato propriæ libertatis vsu possint & ad Deum conuerti & à Deo auerti. Abstractorum igitur attractus ad tres præcipuos ordines deducendi erunt. Primus eos complectitur qui cælestibus influxionibus omnino sunt consoni, neque continent singulare aliquod ob certam Dei seu reuelationem seu permissionem. Secundus eos qui Deo Opt. permittente oriri possunt ab intellectibus deprauatis ac à Deo auersis. Tertius eos quos exercet Deus Opt. Max. seu immediatè, seu per intellectus sibi adhærentes, ad præstantiora quædam dona hominibus elargienda.

Horum vnumquodque exerceri potest vehementius ac remissius, continérque propriori quadam ratione extensionem seu potentiæ, seu sapientiæ, seu bonitatis, pro diuersa intellectuum abstractorum virtute. Eadem etiã ascribi poterunt animæ phantasiæque recipienti. Nam purior anima longè facilius admittit cælorum influxus ac abstractorum intellectuum illustrationes: impurior verò difficilius. Vitiorum namque perturbationibus exagitata alienas impressiones non admittit, puriores pręsertim. Idem illis euenire credendum est, quorum animales spiritus ex naturali temperamẽto crassiores sunt, quique etiam eandem ob causam rarò vel nunquam somniare solent. Non dissimili ratione quidam homines subiiciuntur sæpius his intellectuum abstractorum illustrationibus, nonnolli excitantur potius ob solos cælorum influxus, aliqui præsagiunt tantùm (nam cælorum vis attingit magis externas animæ virtutes, mouentes scilicet seu appetentes, non autem cognoscentes: ideóque qui præsagiunt non intuentur aliquam certam imaginem rei euenturæ, sed ex vehementi aliqua fiducia ex interno motu concepta, impelluntur ad aliquid seu prædicendum seu fortiter agendum) quidam auspicantur. Nam cognoscentes etiam illorum virtutes tanguntur quibusdam sensibilibus mediantibus, quæ certum aliquod demonstrare ac prænuntiare videntur, seu obscurius seu minus obscurè. Aliqui prænoscunt rationibus longè firmioribus ac clarioribus, quamuis nonnunquam in somno tales actus experiri soleant, tùm præsagientes & auspicantes semper in vigilia illuminentur.

Præstantiores verò prænoscendi rationes similiter plures gradus admittunt, rectéque (ni fallimur) ad senarium numerum deduci poterunt, qui tamen duplandus erit, prout ea quæ occurrunt, obiiciuntur seu dormientibus, seu etiam vigilantibus, sed interius summè quiescentibus, quod animam puriorem arguit. Primus exercetur per imagines ac simulacra obscuriora & aliquantò confusa, quæ tamen aliquid iudicare videntur. Secundus exercetur per simulacra optimè disposita ac valdè clara: quæ etiam longè facilius interpretantur. Tertius obiicit simplicem intuitum futurorum, seu occultorum: ea enim ratione interius pingit res futuras, seu occultas, vt nullam interpretationem exquirant hi tres prænoscendi gradus, qui tam in somno quàm in vigilia, sensibus quiescentibus ac interius contractis, exerceri possunt, versantur circa communiora ac simpliciter humana. Reliqui, qui ob eandem causam duplandi sunt, singulare ac diuinum aliquod continere videntur. Quartus enim obiicere solet aliquem admonentem seu docentem, ita tamen vt admonitiones seu doctrinæ apertæ non sint, sed parabolas ac simulacra contineant quæ interpretationem requirunt. Quintus in eo tantommodo à quarto differt, quoniam imagines clariores continet, ideóque faciliorem interpretationem admittit. Sextus manifestè proponit in rerũ magnarum ac diuinarum imagines, hominum videlicet insignium, seu Angelorum, qui apertè doceant, seu futura, & occulta pronuntient.

Silentio autem demandandum non est, euenire nõnunquam vt illi, quibus obiiciuntur visiones vaticinia continentes, careant interpretandi virtute. Econtra, dâtur alij qui nihil horum intueri solent, sed interpretandi munere decorantur. Quibusdam tamen vtrunque conceditur. Inter illos etiam qui in vigilia constituti talia experiuntur, quidam, nisi sensus diutius retrahant, nihil vident. In quibusdam autem vaticinandi vis ita excellit, vt ex breui tantummodo sensuum contractione ac repressione perducantur ad visiones.

Capvt VII.

De humani intellectus ac cogitatiuæ affectu affectúsque partibus, déque trium superiorum obiectis, finibus, conquiescendi rationibus ac appetendi modis.

Affectiones cogitatiuæ deseruientis dignitas ac officium ex cogitatiuæ dignitate ac muneribus colligenda sunt. Quemadmodum igitur humani intellectus vis cogitandi virtuti præcipuè adhæret, ita intellectualis affectio quę voluntatis nomine insigniri solet, insignior cogitatiuæ affectioni, (quam humanam denominabimus) simúlque omnes illius actus concomitatur. Hi verò necessariò extenduntur ad omnia tã sensibilia quã intelligibilia, quatenus affectionem excitare possunt. Nam vnicuique cognoscendi modo certa appetendi ratio conuenit, haud secus quàm vnicuique cognoscenti virtuti propria appetendi virtus adhæreat. Intelligibilia sunt ipse humanus intellectus, & quæ ab illo scientificè percipiuntur: abstracti intellectus, & quæ ab illis referri possunt, & Deus Opt. Max. & quæ à Deo reuelantur. Sensibilia autẽ distinguenda sunt ex sentientium virtutum ordinibus. Quapropter illorum quædam respiciuntur solitariè ab humano affectu, quædam non solitariè, sed concomitãtibus affectibus sensuum imperfectiorum, qui duorum ordinum sunt. Quidam enim interius admittunt humanæ affectionis vim, vt illi qui ministrant æstimatiuæ, memoriæ, ac phantasiæ. Quidam verò non interius, sed exterius tantùm, cuiusmodi sunt affectus sensus communis, sensuum exteriorum, & imperfectissimi sensus. Phãtasiæ verò affectus postremus recipiet voluntatis impulsus, sicuti phantasiæ sensus rationis vim vltimo loco admittit, similique ratione, phantasiæ appetitu certum aliquod prosequente appetitus sensuum imperfectiorum, prout vnicuique conuenit, ad idem feruntur, sicuti phãtasiæ sensu certum aliquod concipiente, sensus imperfectiores deflectuntur ad ea, quæ his consona sunt. Hæc tamen obsequia ab imperfectissimo Naturæ sensu non rarò negari solent, non quia ex propria vi phantasiæ affectui aduersari aut velit aut possit, sed quoniam longè firmioribus legibus deuincitur, quæ non patiuntur eum à famis, sitis, dolorisve sensu omnino recedere, sed ipsã potius phantasiam ad eadem vt in pluribus coercere solet.

Affectiones igitur, quæ humanarum vocem decenter sustinent, ad septenarium numerum rectè (ni fallimur) deduci poterunt, tres videlicet, qui intelligibilia intuetur, quique voluntati primò, humanæ verò affectioni consequenter ascribendi sunt, ideóque superiores appellari poterunt: & quatuor, qui humanæ affectioni primò, voluntati verò consequenter videntur aptari. Horum tres dicendi erunt inferiores, quoniam imperfectiorum virtutum associationem exposcunt. Quartus verò est simpliciter humanus, constituitúrque medius inter superiores ac inferiores. Obiecta, fines, conquiescendi rationes, ac appetendi modi, trium affectuum ordinis inferioris facilè deducuntur ex his quæ superius demonstrata sunt circa affectus phantasiæ, memoriæ, ac æstimatiuæ, vt aptantur brutis animalibus. Hi enim, vt humani sunt, ex eo tantummodo differunt ab affectibus brutorum, quoniam ex accessu tam rationis ac cognitionis, quàm voluntatis ac humanæ affectionis, longè pręstantiorem statum adipiscuntur. Nostra igitur contemplatio dirigenda erit ad obiecta, fines, conquiescendi rationes, & appetendi modos, trium affectuum præstantiorum, & illius qui simpliciter est humanus, accepto exordio ab his quæ aptantur affectui omnium pręstantis-

stantissimo. Hic versator circa Deom Opt. Max. tanqoam circa proprium obiectum. Illius finis sumendus non est ex aliquo hooinis Deum amantis bono, seu oblectamento: neque enim Naturæ ordini consonum est, vt imperfectum perfectissimum respiciens illud ad proprium commodum dirigat: oon ex ipsius Dei bono, nam Dei bonum summum est, ideóque neque augumentum admittit, neque diminutionem patitur: non ex aliqua congratulatione, quæ ob summam Dei felicitatem ab homine exerceatur. Nam congratulatio nunquam finis partes admittit, sed qoandoque finis adeptionem, quandoque affectus actum simpliciter concomitatur. Itaque, licet huic affectui verè inesse possit non ob nouam adeptionem, nam Dei bonum nouum non est, sed quoniam dirigitur ad illud, quod est summè beatum, illius tamē finis non est. Relinquitur igitur, talem finem accipiendū esse vel ex adhæsione, vniooéve, qua diligens dilecto quamarctissimè coniungi ac copulari potest, vel ex ipsiúsmet amoris actu: qui eiusmodi est, vt adhæsionem appetens, ea aliqua ratione fruator, vel etiam ex vtroque. Nam, si attendatur vltimus finis, asserendum erit hunc nihil aliud esse, quàm Deo adhærere.

Sin autem respiciatur finis, qui conuenit hominibus, dum corruptibilibus corporibus adhuc vtuntur, sentiendum potius erit, ipsiúsmer amoris actum finis partes decentissimè sustinere. Et hæc quidem summè consona sunt admirabili Dei prouidentiæ, ac Naturæ ordini. Cùm enim neque vnio, neque diuisio, quatenus ab homine vtcunque pendet, absque aliqua affectione dari possint, decuit, vt simplicissima ac nobilissima hominum affectio ex proprij actus vsu ad finem tenderet, rectéque ob id etiam seipsam, tanquam eiusdem soi actus finem, ioterim respicere posset. Conquiescendi igitur ratio deducenda erit ex huius actus vsu perenni. Tunc enim affectio vnaquæque summè conquiescit, dum in eo persistit quod primò exoptat. Modus verò quo præstantissima hæc affectio exerceri solet, deducendus fortasse erit ex coostanti sui amabilis intuitu, & ex huius amoris amore, simúlqoe ex perenni eiusdem intensione. Sed timendum est, ne horum doctrina nostræ huius contemplationis limites transcendat. Nam plenior talium explicatio longè firmioris ac præstantioris lumiois vim exposcit.

Secunda affectio ordinis superioris versatur circa Angelos ac beatas animas. Illius finis rationibus iam constitutis accipiendus erit noo ex bono hominis, seu ex ipsorum Angelorum, qui summa beatitudine quamtutissimè fruuntur, non ex congratulatiooe ob bonum ab ipsis Angelis adeptum, sed ex certa quadam associatione, quam inferior respectu superiorum ac digniorū assequi potest. Hæc nempe, licet non indueat internam copulationem ac adhæsionem, quæ Deom tantummodo respicit, eam tamen vnionem perficit quæ ab horū ordinum creaturis admitti potest, homine præsertim hoc in statu constituto. neque enim ambigendum est, quin harum associationum rationes in perfectiori animæ oostræ statu longè præstantiorem gradum sint adepturæ. Interim tameo ex quocunque huios societatis vsu hic affectus summè conquiescit. Nam eo fruitur quod prosequitur. Modus verò, quo idem affectus proprium prosecutionis actum exercet, ni fallimur, colligendus erit ex contemplationis vi quæ talem actū associat, & tam horum spirituum quàm dictæ societatis pręstantiam assiduè intuendam obiicit. Appetitus enim proprium prosequens bonum, semper sui ordinis perceptionem exercet, atque ex illius adiectione firmatur ac roboratur. Affectio humana tertia eiusdem ordinis superioris respicit animæ partem superiorem corpori adhuc adhærentem. Illius finis constitueodus quidem est ex aliqua vnione, sed non vt in duabus præstantioribus amantis & amati. superior enim & inferior animæ partes, vel voum atque idem sunt, vel essentialiter copulantur, neque ex noua affectus prosecutione sunt annectendæ. Hęc igitur vnio attendenda erit respectu perfectionis quæ rationi deest, & ab ea summè expetenda est. Itaque affectus qui circa illam sese exercet, si Naturę sequatur vim, nihil rectius illi optare potest quàm propriç perfectionis adeptioocm: euenítque ob id vt omnes homines scire desiderent. Conquiescendi igitur ratio constituetur ex certo ac pleniori veritatis iotuitu. Appetendi verò modus contemplationis perseuerantiam exquiret. Nam sicuti veritatis perceptio sapientiæ amori pacem aliquam affert, ita sapientiæ amor ad contemplandum impellit.

CAPVT VIII.

De affectus simpliciter humani obiecto, fine, conquiescendi ratione, & appetendi modo.



FFECTIO, quam vt ab aliis seiunctam simpliciter humanam appellandam ac quartum dignitatis locum obtinere diximus, versatur circa cogitatiuæ obiecta proprissima, pręcipuè verò circa humanas animas corporibus adhuc copulatas, seu circa homines, quatenus homines sunt, ita tamen vt singulos homines intueatur. Quid autem ab illa hominibus, quos omnino indeterminatè respicit, optetur, ac tanquam proprium bonum expetatur, tribus animaduersis, rectè (ni fallimur) attingemus. Primum est, hoc bonum necessariò sensibile esse. Secundum ab ipsa tantummodo cogitatiua cognosci ac sentiri. Tertium, illud vnicum esse, neque essentialiter distingui posse.

Requiritur, vt sit sensibile, quoniam aptatur parti animę, quæ si in seipsa consideretur, verè & sensitiuam exercet virtutem, & sensibilis est. Requiritur vt percipiatur ab ipsa tantùm cogitatiua, non autem ab aliis virtutibus sentientibus. Nam cogitatiua tantùm propriam aoimæ humanę singularitatem attingit, ideóque ipsi etiam tantummodo illius proprium bonum percipere datum est. Requiritur, vt sit vnius naturæ, quoniam hęc animę humaoę pars vnica ratione respicitur, quatenus scilicet est humana. Itaque illius bonum, siue paucis, siue pluribus, siue omnibus hominibus insit, vnicam rationē ex necessitate retinet. His sic acceptis colligere licet, humanum bonum sumendum esse ex ipso actu eiosdem simplicis affectionis humanę, neque aliud censeri posse quàm ipse vsus humanæ affectionis, quę dum versatur circa homines, quatenus homines sunt, ex proprissimo soi actu nihil aliud illis exoptat, quàm vt singuli eandem humanam affectionem exercētes, eandem omnibus similiter optent. Talis humanarum affectionum vsus atque extensio verè sensibilis est, & à sola cogitatiua sentitur. Eadem etiam vnius ac eiusdem naturæ est, licet à pluribus exerceatur, & ad plurimos extendatur. illius enim termini semper eiusdem penitus naturæ sunt, siue in paucis, siue in multis, siue in omoibus hominibus reperiator.

Quanuis autem etiam cogitatiuæ perceptio sensibilis sit, ac à sola cogitatina similiter sentiri possit, ipsa tamen cogitatio ad plurima essentialiter extendi solet, quę illam à seipsa non parum diuersam reddunt. Itaque sustinere oon potest locum illius boni quod humana affectio respicit. Pręterea cogitationis finis est cognitio, quę respicit non bonum, sed verum, cuius perceptio, quatenus sentientibus virtutibus primò aptatur, ex se expetibilis non est, sed ex eo tantummodo quod vel scientificis virtutibus vel actionibus deseruit. Rerum enim experientia cęteris longè pręstantior, inutilis ac vana est nisi dirigator seu ad scientię seu ad actionis vsus. Cęteræ versantur circa sensibilia certa ac determinata, quæ infinita censentor, neque minima quędam illorum pars ab aliquo homine cognosci potest. Quapropter, si horum perceptio ex sui natura ac simpliciter expetibilis esset, nullus hominum proprium bonum assequi posset.

Humana verò affectio eo pacto desideratur, vt & aliarum & ipsius appetentis bonum in ea præcipuè constituatur. Reliqua enim imperfectiora ex huius virtute

pendent, ideóque, quatenus diligantur, ex eo præcipuè diliguntur, quoniam huic ſeu conſentiunt ſeu miniſtrant. Itaque decentiſſimè humanitatis ſeu humanæ charitatis vocem conſecuta eſt. Nam reſpicit & amplexatur omnes homines, ac hominum vnumquemque, prout homines ſunt. huic ſiquidem tribuendum eſt, vt homines, hominem nunquam aliàs viſum reſpicientes, humanitatem erga illum exercere velint. Ex quo clarè teſtatũ reddũt ſe diligere omnes homines, quatenus ſũt homines: humanæ quippe affectionis ac humanæ cognitionis ordines commutari videntur. in cognitione enim determinatorum perceptio dirigit ad perceptionem indeterminatorum. in humanæ autem affectionis actu, indeterminatorum amor ad determinatorum dilectionem non cogit. Patet ſiquidem eum, qui erga homines omnes indeterminatè, ac quatenus ſunt homines, humanè non afficitur, certum hominem repentè oblatum humanè non proſequi, neque ab eodem eandem humanitatem optare. Ratio, ob quam hæc affectio conquieſcit, deducenda eſt non ex aliqua interna obiectorum adhæſione, vt imperfectiſſimo Naturæ appetitui conuenit, non ex libera obiectorum ſenſatione, quod ſenſuum exteriorum affectibus proprium eſt, non ex obiectorum vſu non perturbato, vt ſenſus communis affectus, non ex certa obiectorum immutatione completa, & firmata, vt phantaſiæ affectui euenit, non ex propriorum bonorum à fraude tuitione, vt memoriæ affectus non ex eorundem ab omni violentia defenſione, vt affectus æſtimatiuæ: ſed ex longè præſtantiori ratione, quę eandem proportionem ad alias habet, quæ datur inter hunc & alios affectus imperfectiores. Hæc autem eſt propriorũ bonorũ, prout illis conuenire poteſt, ſtatus indeficiens. Itaque homini ſatis non eſt collegiſſe frumentum ad diurnum, vel etiam ad annũ victuum, húneque muniiſſe ab omni fraude ac violentia, ſed agrum præterea exquirit qui ſingulis annis ex noua ſegete triticum ad victum neceſſarium abundanter ſuppeditet.

Tunc igitur humana affectio verè ac plenè conquieſcet, cùm conſpicit humanæ caritatis vſum, & cætera quæ illi annectuntur eidémque præſunt ita confirmata, vt nulla illorum deficientia rectè timeri poſſit. Hæc verò quies terrenæ felicitatis voce decentiſſimè decoranda erit: complectitur enim vim indolentiæ, voluptatis exhilarationis, delectationis, relaxationis, ac exultationis, & harum vnamquamque ad decentem conſummationem perducit.

Sciendum tamen eſt, quod, ſicuti cogitatiua ad ſciẽtificam perceptionem & cognitionũ omnium conſummationem propriis quidem viribus videtur dirigi, ſed hæc propriis viribus adipiſci non poteſt. nam ad ſcientificam perceptionem requiritur vis intellectus, ad perceptionum verò conſummationem deſiderantur abſtractorum intellectuum allocutiones ac diuinæ reuelationes: ita affectio ſimpliciter humana humanam quidem felicitatem ea propriæ virtutis impulſu exoptare poteſt, ſed eam nullo pacto attingere abſque concurſu rationalis appetitus, neque verè aſſequi abſque acceſſu duarum affectionum, quæ in præſtantiori ordine priores conſtituũtur. has igitur ob cauſas, atque etiam, quoniam vnuſquiſque appetitus cognoſcentem virtutem, cui adhæret, excitare ſolet ac debet, appetendi modus huic proprius ſumendus erit ex aſſidua cogitatione ac meditatione, atque ex ea præcipuè quæ verſatur circa huius affectionis finem media, ac modos qui ad finis adeptionem conferre poſſunt. Itaque amota meditatione & inquiſitione finis, mediorum, ac modorum ad finem deducentium, humanæ affectionis actus ſimul amouetur. Hoc autem imperfectiorum affectionum humanarum nulli eſſentialiter conuenit. licet enim illatum bona certis quibuſdam mediis ac modis proſequi ſoleant, horum tamen perceptio ac proſecutio ex humanæ affectionis ſeu cogitationis acceſſu tantummodo pendet. quo ſi deſtituantur, brutali ratione ac ſtupidè exercebuntur.

Rectè igitur ipſa humana affectio, quæ omnem ſtupiditatem expellit, induſtriæ ac conſilij radix & fons appellari poterit: cùm præſertim à vehementiori cogitandi actu ſeiungi non poſſint actus rationis ac intellectus, ſeu imperfectiorum ſenſuum, quatenus propoſitis deſeruiunt. Exequendi potentia huic affectui miniſtrans, atque etiam cæteris præſtantioribus, erit ipſa ſermocinandi vis. Hæc enim non diſſimili ratione verſatur circa omnia, & ad omnes homines extenditur, non tantùm præſentes, ſed abſentes ac futuros, dum ſcriptis exercetur. quin ad Deum ipſum Opt. Max. ac ad Angelos perduci poteſt. Hæ cognoſcendi, appetendi, ac exequendi virtutes hominum ſpeciem tantummodo conſtituunt, nam inter corporeas perfectiſſimæ ſunt. Summus verò perfectionis gradus, ſicuti eſt vnicus, ita vnicam ſpeciem parit, neque pluribus ſpecie diſtinctis aptari poteſt.

Capvt IX.

Quouſque, & quo pacto ea, quæ homini externa ſunt, humanæ rationi ſubeſſe ac præeſſe poſſint.

Percvrrimvs corporum generabilium ac corruptibilium ſpecies omnes, ſingulatúmque proprietates ac partes ſcrutati ſumus.

Igitur vt noſtra hæc contemplatio, vti conuenit, conſummetur, demonſtrandum eſt quanam ratione & quouſque corpora ac corporea omnia, hominiſque tam interna quàm externa, humanæ rationi ſeu ea Naturæ ordine ſubiici, ſeu præter Naturam præeſſe poſſint, ſimilq; aperiendum, quibuſnam ex cauſis humani arbitrij exercendi campus ea ratione hominibus pateat, vt ab eo vniuerſi ſeu corporei ſeu intelligibilis ordo ac pulchritudo perturbari ſeu dehoneſtari non poſſint. his autem rectè perceptis, ſimul ea omnia patere poterunt, quæ præterea ab hac contemplatione expeti debent circa corporum bonum per hominem & in homine ab illis adipiſcendum, necnon quanam ratione ipſa ſibi inuicem ſeu conſentiant ſeu aduerſentur.

Exordiamur ab internis: nam per hæc externa moderanda ſunt. Præcipuè autem ſtatuendum eſt, ab homine ſeu in homine tres præcipuas directiones exerceri poſſe, rationalem ſcilicet, quæ pro obiectorum differentiis quandoque mentalis, quandoque ſimpliciter diſcurſiua appellari poſſet: ſenſitiuam ſuperiorem, & ſenſitiuam inferiorem, quæ fortaſſe in directionem animalem, ſeu cordis, & in naturalem iterum diſtinguenda eſt. Rationalis directio continet impulſus intellectus ſeu mentis, quæ ex eo tantummodo ſpirituum corporeorum vſum expoſcit, quoniam ſentientes & appetentes virtutes, illius vi dirigendæ, talium ſpirituum vim requirunt, neque abſque decenti cogitatiuæ acceſſu proprium dirigendi actum exercet. Directio ſenſitiua ſuperior, æſtimatiuæ, memoriæ, phantaſiæ, & ſenſus communis ſuperioris, vt appetunt, vim effundit, vtriúſque miniſterio ſpirituum puriorum, quatenus per ſenſuum organa præſtantiorem depurationem ſunt cõſecuti, & rationis vim longè promptius concipere ſolẽt. Directio ſenſitiua inferior pendet à ſenſu communi ac à cæteris ſenſibus imperfectioribus, quorum aliqui craſſioribus ac impurioribus ſpiritibus innituntur, pariúntque propriori ratione Naturæ directionem, vt Naturæ ſenſus, tactus, & guſtus: aliqui expoſcunt vſum ſpirituum puriorum, licet non ſummè depuratorum, vt olfactus, auditus, viſus, ſenſus communis inferior, ac illorum affectus, ex quibus animalis ſeu cordis directio effluunt.

Rationalis directio ex Naturæ diſpoſitione cæteris omnibus præeſt. Nam perfectiſſima eſt, & intelligendi virtuti aptatur, quæ cùm ſit propriiſſima hominis forma, omnium humanorum actuum moderationem ac directionem exercere debet, ea tamen ratione vt imperfectiores directiones non repellantur: quandoque etiam illis primæ partes liberè conceduntur, dum ſcilicet ſeu ob ætatis defectum, ſeu alias ob cauſas, directio rationalis exerceri non poteſt. Diuina ſiquidẽ prouidentia conſtitutũ eſt, vt directionibus præſtantio-

stantioribus deficientibus imperfectiores, prout vnicuique conuenit, munus moderandi sustineant. Itaque, dum homine dormiente cessant directio naturalis, sensitiua superior, & sensitiua inferior, quatenus animalem seu cordis directionem exercet, sola Naturæ directio proprio muneri insistit, & præstantiorem omnium vicem vtcunque sustinet. In vigilia etiam non dissimili ratione præstantioribus deficientibus, imperfectiores regiminis curam assumunt. Rationi verò proprio muneri insistenti, imperfectiora eò promptius ac facilius obtemperant quò sunt puriora ac perfectiora. Nam sicuti diuinam Naturæ vim perfectius referunt, ita propensiora reperiuntur in obsequij exhibitione, quam corporea omnia ex communi rerum dispositione præstantioris hominis parti præstare debent. Cogitatiua igitur inter corporea perfectissima rationis directioni si adsit, promptissimè obtemperare poterit ac reipsa obtemperabit. Illi enim ea omnia insunt quæ obtemperandi actum quammaximè tutum ac facilem reddunt, summa scilicet præparatio ac propensio ad proprium actum, summa in agendo ab omni impedimento securitas, & summa indeterminatio in eiusdem actus vsu. Neque verò in dubium reuocare licet, an hæc cogitatiuæ verè aptentur. Nam vnusquisque experiri potest cogitandi actum paratissimum esse, illum nulla impedimenta recipere, idcóque hominem vigilantem ac nihil penitus cogitantem dari, seu impossibile seu certè rarissimum est. Indeterminatio verò ideo cogitatiuæ conuenit, quoniam bonum, quod ab illius affectu respicitur, absque rationis vsu neque assequi neque attingi potest. Itaque, dum proprium bonum non concipit, paratissimus cogitandi actus redditur omnino indeterminatus ac ad obtemperandum summè propensus. Et hæc quidem experimento facilè admodum confirmantur. Nam, rationis directione deficiente, hominis cogitatio promptissimè obsequitur, cuiuscunque imperfectioris affectus imperio ac iussionibus.

Quod verò attinet ad imperfectiorum virtutum obtemperantiam, non dissimili ratione asserendum est, eas eò magis seu minus rationali directioni resistere, quò magis seu minus à cogitatiuæ perfectione recedunt, amota præsertim affectuum perturbatione. Nam sicuti affectu quiescente spirituum vis semper ad magis interna dirigitur ac cogitationi rationique non parum fauet: ita affectibus ad actum vehementius deductis omnis spirituum vis ad externa conuertitur, neque cogitatiuæ seu rationi debita ministeria præbet. Itaque imperfectiores appetitus præter Naturæ ordinem illis aduersantur ac præsunt.

Siquis autem rem totam accuratius animaduertat, facilè percipere poterit potentias ac sensus imperfectiores duabus rationibus cogitatiuæ ac rationi præesse. Prima est, dum cogitationis vim rationis directionibus destitutam ad proprios vsus deflectunt. Secunda, dum illarum actus comprimunt ac extinguunt. Primum conuenit virtutibus præstantioribus, æstimatiuæ scilicet memoriæ, phantasiæ, ac illarum affectionibus. His enim vt homini aptantur, proprium est rationis ac cogitatiuæ vim interius admittere. Quapropter, dum ratio ac cogitatio vacant, eas facilè diuertunt, & in propriis obtinendis illis tanquam ministris vtuntur. Secundum sensibus imperfectioribus præcipuè tribuendum est, dũ ex vehementiori impulsu conuertunt ad inferiora non obsistentem phantasiæ vim ac à superioribus omnino diuertunt. in vtroque tamen internas redargutiones nõ paucas adiungi necesse est. Deo enim totius Naturæ auctori præcipuè curæ fuit, vt naturalis ordinis necnon communis harmoniæ ac decentiæ ratio ex communi rerum dispositione, quæ nobis indesinenter obiicitur, nostris animis infigeretur, neque latere nos posset quid his consonum vel dissonum sit, necnon quid à nobis (prout conuenit) interius sit amplexandum seu declinãdum. has igitur ob causas homines dum his mentis illustrationibus aduersantur, conscientiæ internæ stimulis vehementioribus exagitantur, in talium aggressionibus ac perpetrationibus animi horrorem experiuntur, animaduertúntque proprij corporis membra solitam obedientiam detrectare. Ex eisdem etiam effluunt erubescentia, dolor, ac pœnitentia quædam naturalis prauorum actuum: rectè vero actorum gaudium ac gratissima commemoratio.

CAPVT X.

Qua ratione affectus imperfectiores, qui primò vigent in pueris ac iuuenculis, non intercludant aditum perfectioribus, sed impellant potius ad illorum vsus.

VANVIS autem imperfectiores animi affectus in pueris ac iuuenculis ex naturæ lege primò excitari soleant, ob id tamen non obsistitur excitationi dominatuiq; affectuum præstantiorum ac ipsius rationis. nam eiusdem Naturæ diuina vis hæc incommoda summè declinat curátque vt (nisi hominis culpa accedat) imperfectiora ad perfectiora impellant, præsertimque ad decentem rationis vsum. etenim ætate procedente, qua præstantiorum virtutum conceditur vsus, anima imperfectiora fastidiens, atque etiam respectu perfectiorum ex Naturæ lege paruipendens, perfectiora auidius amplexatur. Infantes igitur, dũ in genitricis matrice detinentur, percipiunt sola oblectamẽta imperfectissimi sensus ac appetitus. Matris vterum egressi, per aliquod breue tempus præstantioribus sensibus ob nimiam humiditatem adhuc impeditis delectantur primò solo tactu, postea verò etiam gustu, quibus vehementius ducuntur. Iidem narium, aurium, atq; oculorum vsum recipientes maxima cum attentione & delectatione odores hauriunt, atque illis, quæ auribus oculisque gratiora sunt, diligenter intendunt.

Simili etiam ratione, dum sensus communis vis soluitur, simúlque tenella illorum membra aliquantulum cõsolidantur, locorum præterea mutationes appetunt circumferrique exoptant, atque hæc tanquam perfectiora imperfectioribus præferũt. Phantasiæ verò vsu accepto imaginibus delectantur, constructiones (prout ætati illi conuenit) aggrediuntur, atque in his ita detinentur, vt sæpe diutius neque loca mutent neque aliud præterea exposcant. Dum memoriæ accedit facultas, curam gerunt rerum suarum, reponũt plura, ac à fraude tutantur hócque illis gratissimum est.

Ætate aliquantulum procedente, acceptóque vsu æstimatiuæ virtutis, delectantur sodalibus, laudúmque ac reprehensionum vim ita percipiunt, vt pro laudis adeptione ac pro reprehẽsionis fuga omnia sufferre velint. Post sodalium amorem præclaræ indolis adolescentes ea exquirunt gaudia, quæ obsequia liberámque elargitionem concomitantur. Quapropter maioribus deseruiũt, ipsi obsequi libenter recipiunt, promptè donant, ac indigentibus præcipuè, licet nunquam alias visis. quod ipsius charitatis ac cogitatiuæ iam maturescẽtis vim manifestè arguit. Post hæc ob firmiorem rationis vim adolescentes contemplationibus delectantur, breuique ad id deueniunt vt vehementissimo sapientiæ amore flagrent, & ex solo philosophiæ nomine sæpius experiãtur motus quosdam inexplicabiles animi ac spirituum omnes corporis partes percutientium.

Et hæ quidem morum immutationes ex eo etiam Naturæ ordini adhærere demonstrantur, quoniam sensuum actus ab exterioribus incipiens ad interiora magis tendit, neque ex Naturæ lege desistit, donec ipsam rationem quæ suprema est attingat & exciret. hoc autem motu sic consummato primam affectionem ex eadem Naturæ lege ita exerceri conuenit, vt primò circa perfectiora vertetur, deducatúrque gradatim ad inferiora, lumine & auxilio præstantiorum. Iidem verò sapientiæ amatores ipsius sapientiæ semina aliquando attingentes adeo delectantur, vt cætera omnia spernentes hanc vnam sibi à Deo concedi summis votis exposcant. quicunque verò ad summum sapientiæ amorem non deducuntur, circa imperfectiora detineri solẽt, ea tamen ratione vt, nisi à Naturæ legibus stultè recedere velint, maioribus ac sapientioribus sibi obtemperandum esse non dubitent:

Dei autem Opt. Max. cultus, ex quo præcipua ac ſumma hominum bona pendent, infigitur omnibus hominibus, ac omni penè hominum ætati: vehemens quippe diuinæ bonitatis vis ac ſumma diuinæ veritatis lux etiam imperfectiora attingunt.

Quoniam autem hic Naturæ ordo ex hominum libera electione perturbari poterat, ac vt in pluribus perturbatur, Natura conſtitutum eſt vt imperfectiores animæ noſtræ virtutes quæ ob vehementiores impulſus maioréſque propriorũ actuum determinationem rationis vim ſæpius perturbare poſſunt, ob faciliorem defatigationem ac ſaturitatem facilius remittantur. Tunc ſiquidem rationis vi liberè circa cogitatiuam verſante non tantùm contra imperfectiorum virtutum rebelles impulſus munimina parari poſſunt, ſed eaſdem etiam ita comprimere vt omnino ſpernantur, cùm præſertim præſtantioribus animæ virtutibus, quæ ad parendum aptiores ac paratiores ſunt, rationi certo ordine conſentientibúſ, rationis vires aſſiduè adaugeantur, rebellium autem infirmentur ac debilitentur. Et hæc quidem ad animi ſanitatem reſtituendam ægritudinéſque repellendas non parum conducunt. Siquis autem obiiciat eam peruicaciam, quam imperfectiores animi virtutes exercent, contra leges rationis ſedulò imperantis, etiam dum nulla adhuc praua conſuetudo ob ſocordiam inducta eſt, vt videtur, reſpondendum erit hanc Naturæ legibus verè contrariam eſſe, ideóque non Naturæ (quã ſibi ipſi aduerſari impoſſibile eſt) ſed alteri alicui eſſe aſcribendam. hanc verò cauſam humanæ rationis vis inquirere quidem poteſt ac debet, ſed non inuenire. nam longè præſtantiorem illuminationem expoſcit. vnuſquiſque tamen audiens talia humanæ Naturæ deordinationem concomitari, háncque ex primi hominis culpa ortam eſſe, his aſſentiri cogitur. nam in nullum alium creaturarum ordinem hæc transferri poſſunt, ac longè minus in Deum Opt. Max. eiuſdem hominis factorem.

Capvt XL

De obedientia ac inobedientia, quas externa homini præſtant, ac de naturali hominis ſociabilitate.



RATIO obedientiæ ac inobedientiæ, quæ ab externis homini præſtari poſſunt ac debent, deducenda eſt ex his quæ ſuperius dicta ſunt circa internorum obedientias ac inobedientias. nam his internis proportione reſpondere videntur, homo quippe externus internam cogitandi virtutem vtcunque refert, animalia bruta æſtimatiuam, plantæ memoriam, mixta imperfecta ſenſus communes, elementa ſenſus exteriores, materia communiſſima atque ipſa cæleſtia corpora imperfectiſſimum Naturæ ſenſum. Itaque, ſicuti hic imperfectiſſimus ſenſus parum admodum rationi ſubiicitur, ſed ſolius Naturæ legibus obtemperare videtur, ita materia prima ac cæleſtia corpora humanæ induſtriæ vim nulla ratione recipiunt, niſi fortè quatenus earum plantarum formas ſæpè admittũt ac inducunt, quæ ab homine terræ demandatæ ſunt, & cæteris ſimilibus conſentiunt. Sicuti ſenſus exteriores ſenſúſque communes rationi quidem obtemperant, ſed illius vim externè tantummodo admittunt, ideóque ceſſante actu ſuperioris directionis liberè omnino exerceri ſolent, ita quatuor elementa ac mixta imperfecta humanæ artis vim externè tantùm ac ex parte aliqua recipere poſſunt dum enim illorum ſitus ac qualitates vtcunque immutantur, retinent interius naturales propenſiones, & his quæ ab arte ſunt indeſinenter aduerſantur, tandémque (niſi noua artis vis accedat) repulſis ad priorem ſtatum reuertuntur. Sicuti phantaſia interius quidem admittit rationis vim, ſed non facilè perduci poteſt ad conceptum alicuius quod omnino corporeum non ſit, ita mixta perfecta hominum voluntati ſubſunt, non reſpectu naturæ, quæ abſque corruptione mutari non poteſt, ſed reſpectu figuræ ac internarum diſpoſitionum, quæ non parum laboris expoſcunt.

Sicuti memoria longè promptius ac vberius rationi deſeruit, & ex occaſione minimi alicuius plurima obiicit, ita planè rationis ac humanæ artis imperio promptè conſentiunt, & ex particulæ alicuius adiectione, ſeu etiam ex ſolius nutrimenti mutatione, ex propriæ virtutis vſu plurimum immutantur.

Sicuti æſtimatiua longè facilius ac præſtantius rationi miniſtrat, ita animalia hominis nutibus ſeu blandimentis repetitis, ſæpéque nullo corporis vſu accedente, ex feris domeſtica fiunt, mutatáque Naturæ propenſione pluribus rationibus illis deſeruiunt. Denum, ſicuti cogitatiua rationi decentiſſimè miniſtrat ac paret, ita homo hominis dirigentis vim facillimè concipit, ac (ſi lubet) ſequitur. nam, nullo actu præcedente, nullo contactu intercedente, ſed ex ſola verborum prolatione eorundémque perceptione, conſequitur obedientia, quæ ſæpè ad plurimos actus actuúmque repetitiones inducit. hæc tamē obedientia difficilior cenſeri poteſt, quoniam hominum vnuſquiſque propriæ rationis directionibus inſeruire debet, ideóque alteri homini ex Naturæ lege non ſubiicitur, ſed ex propriæ libertatis vſu. Naturæ tamen curæ fuit vt qui ob ætatem rationis munere non funguntur parentibus ſubiiciantur, qui ob ſummam in filios caritatem illorum bonum proprio bono præferre ſolent. Hinc colligere licet, homines natura ſociales eſſe. neque enim illi, quibus cætera omnia imperfectiora deſeruiunt, à ſe inuicem diſiungi poſſunt. Qua autem ratione hominum ſocietas imperãdi ac obtemperãdi munia expoſcat ad commune imperantium ac obtemperantium bonum, in præſentia perſcrutandum non eſt. hæc enim alterius contemplationis ſunt.

Capvt XLI.

Hominum actus pertinere ad vniuerſum corporeum ac intellectuale. de fato, de contingentia de caſu, de fortuna de humanis actionibus futuris, ac ſolutionibus, de diuina prouidentia ac conniuentia.

CONSVMMATIO verò humanæ poteſtatis, cuius limites hactenus demonſtrati ſunt, dum rationis directio vtcunque exerceri poteſt, continet neceſſariò rectum ſeu non rectum humanæ libertatis vſum. Nouimus enim mentem hominis formam eſſe cui libertas quidem eſſentialiter conuenit, ſed ea ratione vt ignorare non poſſit hanc ex diuinæ veritatis irradiationibus, quibus aſſiduè illuſtratur, moderandam eſſe. has igitur, vt decet, reſpiciens eiſdémque obtemperans, propria libertate rectiſſimè vtitur: eas autem non attendens ab illiſque recedens, non rectè ſed deprauatè. Hinc colligere licet, hos hominum actus ea ratione verſari poſſe circa corpora, quæ vniuerſi corporei cenſentur partes, vt ſimul incorporea attingant quæ pertinent ad vniuerſum intelligibile nam nõ tantùm homo operans intellectuali natura eſt præditus, & diuinis aliiſque abſtractorum intellectuum illuſtrationibus conſentit ſeu aduerſatur, atque ad Deum ipſum Opt. Max necnon ad beatos ſpiritus rectè ac non rectè conuertitur, ſed etiam erga cæteros homines, qui intellectu ſimiliter decorantur, decenter ſeu indecenter afficitur. Itaque vtronque ordinem ingrediuntur. diuina tamen ſollicitudine factum eſt, vt hominis poteſtas reſpectu illorum quæ patiunt vniuerſi tam corporei quàm intelligibilis communem diſpoſitionem, ordinem ac pulchritudinem, ſit ſummè infirma ac omnino nulla. quod enim ad corporea attinet, cælorum virtutes ita conſtitutæ ac diſpoſitæ ſunt, vt ea tantummodo contingentiæ ac humano arbitrio ſubiiciantur, quæ ad vniuerſi ſtatum ac decorem non conducunt: cætera verò ex neceſſitate eueniant: eorundémque contingentium certa perſeuerantia & certæ quædam ſucceſſiones vtcunque neceſſariè cenſeri poſſint.

Simili ratione, quin potius longè præſtantiori, Deus Optimus Maximus vniuerſo intelligibili aſſiſtens, ea tantummodo humanæ, ac aliorum ſpirituum libertati concedit

concedit, quæ vniuersi intelligibilis cursum pulchritudinémque inenarrabilem ac incomprehensibilem perturbare non possunt. quæ verò ad illam pertinent, nulla ex parte immutari permittit, sed elicit potius non pauca ex his depravatis libertatis vsibus, quæ eandem vniuersi intelligibilis pulchritudinem clariorem ac illustriorem efficient. Cælorum virtus, quatenus certum corporum omnium cursum inducit conseruátque, fati nomine explicari poterit. nã fatum nihil aliud est quàm Naturæ vis proprium opus circa naturalia, seu omnino necessariò, seu certis quibusdam suppositis, ineuitabiliter perficiens. Eadem verò virtus, ex ea parte qua contingenti consentit, certa voce proferri non potest. nam verè nihil certum inducit, sed ea tantummodo parit à quibus contingentia oriri possunt, siue ex certa agentis patientísve intentione, vt quæ ab homine voluntariè aguntur & patiuntur, siue præter agentis & patientis intentionem, cum aliquo tamen illorum bono seu malo, & fortunæ seu casui ascribi solent.

Casus verò & fortuna inter se differre videntur. nam casus illis aptatur in quibus neque agens neque patiens admittit vsum intentionis. fortuna verò versatur circa illa quorum agens seu patiens intentionis vsum recipit, licet ea tunc non vtatur. Itaque, quæ fiunt voluntariè, accidentaliter distinguuntur ab his quæ fortunæ feruntur acceptæ: quandoque etiam concurrunt. nam repugnãs non est idem respectu agentis esse voluntarium, & respectu patientis fortuitum, seu econtra. Eorum verò quæ voluntariè ab homine fiunt, quædam actionis, quędam fruitionis seu vsus, & quædam factionis vocibus exprimi solent. Singulis commune est, hominis libertatem ac potestatem ex certa aliqua intentione dirigere. Sed actioni videtur proprium respicere aliam naturam liberam, ac in ea terminari. fruitio intuetur externa, siue libera, siue non libera, ipsáque dirigit ad eiusdẽ operantis commodum ac bonum. Vsus ex eo tantùm differt à fruitione, quoniam fruitio non ob aliud, vsus verò ob aliud exercetur. factio versatur circa non libera quę agens propria virtute mouet seu immutat, euenit tamen vt in eodem factio & actio associentur, fortasséque ipsa fruitio.

Sollicitudo, qua Deus Opt. Max. vniuersi intelligibilis pulchritudinem ac consummationem firmissimam reddit, diuinæ prouidentiæ nomen obtinuit. nam singulas illius partes ea ratione ad finem dirigit, vt simul obuiãtibus omnibus obstat.

Cætera, quæ ad liberas naturas pertinent, neque diuinæ prouidentiæ consummationẽ perturbare possunt, ex eo tantummodo Deo ascribenda sunt, quoniam ipsa conniuente ac permittente eueniunt, pariúntque clariorem splendidiorémque eiusdem consummationis aspectum. singula enim diuinæ prouidentię vtcunque deseruiunt, neque hæc tantùm quæ a voluntate pendent, seu recta seu deprauata, sed etiam cætera omnia, seu fato seu casui, seu fortunæ ascribenda sint.

Ipsa verò diuina prouidentia hominum intendit bonum, cui corporea omnia ministrare voluit. Id satis testatum reddunt eadem hæc corporea. nam dum seipsa homini indesinẽter obiiciunt, sermones quodammodo ac voces acutissimas videntur emittere, quibus hominum animis conantur infigere summam Dei potentiam in tot ac tantis creandis, conseruandis, ac moderandis, summam Dei sapientiam in singulis disponendis, excitandis ac dirigendis, simúlque conueniunt summam Dei bonitatem, qua per hæc omnia ac longè præstantiora media studet hominem fouere, oblectare, atque allicere. Optandum & orandum est, ne seu his sermonibus surdi assistamus, seu talia percipientes à gratiarum actionibus decentibúsque obsequiis deficiamus.



CONTEMPLATIONIS QVINTAE,

Quæ humanorum actuum directricem philosophiam constituit,

Pars Prima:

IN QVA EA EXPLICANTVR QVÆ AD VOLVNtatis actus rectè instituendos conducunt, simúlque demonstrantur omnium moralium virtutum ac vitiorum fundamenta, species, differentiæ, causæ, progressus ac fructus.

CAPVT I.

De necessitate huius scientiæ, muneribus ac partibus.



N homine, vt nouimus, natura corporea & intellectualis associantur: illi ob id propriissimum videtur esse contemplationi & actioni ea ratione incumbere, vt in vtriusque vsu vtriusque concursum adhibeat. Contemplatio tamen, vt longè dignior, sibi præest, simúlque actionem adiunctam ita honestat, vt ex solo hoc ministerio ab omni culpa tuta vt plurimùm censeri possit. Actio verò à contemplationis dignitate deficiens, absque decenti contemplationis moderamine, ad propriam consummationem nunquam perducitur. Quod si contemplationis vi dirigente eam assequatur, hominem ad id dedocet, vt illis fruatur quę contemplatio cognoscenda proponit.

Neque enim in dubium reuocandum eſt an homioes, actionibus ſapienter ac prout conuenit incumbentes, Deo Opt. Max. adhæreant, beatis Angelis aſſocientur, ſibi decentiſſimè præſint, & dũ ſe ad cæterorum hominũ bonum liberaliter effundunt, omnibus hominibus, prout decet, ſummo cum ſingulorum bono mereantur frui. Et priora quidem ſummè expetenda, Deo Opt. annuente, in vniuſcuiuſque poteſtate collocata ſunt. Poſtremum ex plurium inſcitia ſeu prauitate vtcunque perturbari poteſt & ſolet. Tunc tamen bonis rectitudinis fructus adaugetur potiùs quàm auferetur.

Quemadmodum autem ipſa contemplatio rectè ſeu exordiri, ſeu proſequi, ſeu conſummari non poteſt, niſi accuratios prænoſcantur ſcientiæ modi, rationes, ac diſpoſitiones, ita, niſi concipiantur ea quæ humanos actus inſtituere ac moderari debent, hominom induſtria in his præſtandis ac obtinendis omnino deficiet. Id ne eueniat, perpenſis his quæ ſeu in prima, ſeu in naturali ſciẽtia enarrata ſunt circa hominis naturam ac partes, colligenda nunc erunt quæ has agendorum rationes obiicere poſſunt, pariúntque humanorum actuũ directricem philoſophiam. Hæc verò trium ordinum ſunt: quædam enim reſpiciunt internos affectuum motus ac volendi actus, ſimúlque ad animi rectitudinem conſequendam dirigunt. quædam intuentur internas rerum exterorum comprehenſiones internis affectuum motibus congruas, voluntatiſque rectitudini pleniorem perfectionem adiungunt. quædam intuentur humanos actus rectæ voluntatis rectarúmque comprehenſionum vim pro illarum gradu reipſa contrahentes, ac pro rerum ſtatu externè effundentes. Atque dum perducuntur ad actum diriguntur non tantùm ad rectitudinem voluntatis & ad pleniorem perfectionem, ſed etiam ad vtriuſque fructus, prout conuenit, extendendos ac colligendos.

His omnibus (quæ præſentem contemplationem in tres partes ſimpliciter partientur) rectè perceptis, nihil præterea expetendum erit ad decentem humanorum actuum directionem. agendi enim facultas ſeu poteſtas, quæ aliquando deſideratur præter rectam agendi voluntatem ac præter plenam conceptionem illorum quæ conducunt ad actionis propoſitæ conſummationem, deducenda eſt ab ipſa actione, quatenus decentibus comprehenſionibus aſſiſtentibus rectè volũtati obtemperat. in ea enim hæ facultates ac poteſtates continentur virtute. Quapropter, ſicuti impoſſibile eſt hominem libertatis vſum actu exercentem, reſpectu cuiuſcunque actus, agendi poteſtate deſtitui, ita ſatis apertum eſt facultatum poteſtatúmque extenſiones ac incrementa, dum poſſibilia ſunt, deducenda eſſe ex recto antiquioris poteſtatis vſu: quod ſi in agentis poteſtate nullo modo conſtituantur, actionis omiſſionem rectè actionis vim obtinere.

CAPVT II.

De affectuum, ex quibus actio omnis oritur, diſtinctione ac naturali diſpoſitione, necnon de rationibus, quibus illarum vnuſquiſque communi concordiæ ſeu diſcordiæ, ſimúlque humana bona ſeu malo fauent.

ACto omnis quæ nunc attendenda eſt, ſeu etiam actionis defectus, oritur ex alicuius interni appetitus impulſu ſeu remiſſione. Ipſi verò appetitus, vt naturalis ſcientia docet, ad tres præcipuos ordines deduci poſſunt. Ad primum ordinem pertinent appetitus ſenſitiui magis corporei. ad ſecundum appetitus ſenſitiui magis ſpiritales. ad tertium appetitus rationales.

Inter magis corporeos imperfectiſſimus eſt appetitus deſeruiens naturæ ſenſus, qui famis, ſitis ac doloris incõmoda abhorret, & indolentiã ac vitæ perſeuerantiã appetit. Sequuntur appetitus ſenſuum exteriorũ, qui propria obiecta, prout voluptatem ſeu dolorẽ afferunt, liberè ſeu ſentire ſeu non ſentire exoptant, & corporis ſanitatem ſummè exquirunt. Tertium locum obtinent appetitus vtriúſque ſenſus communis, qui ex motuum vſu ac perceptione delectantur ſeu contriſtantur, & vt corporis robur exoptãt, ita corporis imbecillitatem abhorrent. Inter ſenſitiuos magis ſpiritales primus occurrit phantaſiæ appetitus, qui ex variis rerum immutationibus ſummè delectatur, & in ſingulis exercẽtis ne frudis cõmoditatem proſequitur. ſequitur memoriæ appetitus, qui diuitias appetit & paupertatem abhorret. tertius eſt appetitus æſtimatiuæ, qui in amicitiæ ac immiſcitiæ vſu verſatur, ideóque honores, obſequia ac cætera quæ ad idẽ faciunt, appetere ſolet & oppoſita refugere. In rationaliũ affectuum ordine ille erit primus, qui cogitatiuæ adhæret, & humanus ſimpliciter appellari poteſt, cuius obiecta ſunt homines, quatenus ſunt homines. Finis verò communis humanitatis ſeu humanæ caritatis vſus. huic accedunt tres affectus ſuperiores, ille ſcilicet qui reſpicit humanã mentem corpori adhuc copulatã, & ſapiẽtiam proſequitur, ille, qui beatus ſpiritus intuetur & beatorum ſpirituum ſocietatem deſiderat, & affectuum omnium præſtantiſsimus, qui Deum Opt. Max. inſpicit ac Deo adhærere Deúmque diligere ſummè exoptat.

Ex naturæ autem diſpoſitione appetitus ſenſitiui magis corporei ſubiiciuntur moderamini ſenſitiuorum magis ſpiritalium, ac illius præcipuè qui phantaſiam concomitatur. Ipſi verò ſenſitiui magis ſpiritales ſubiici debẽt imperio appetituum rationalium, ita tamen vt perfectiores, cuiuſcunque ordinis ſint, eorum etiam curam gerant quæ ab imperfectioribus decenter expetenda ſunt. Neque verò ſuſpicandum eſt, ſeu imperfectiores, dum perfectioribus ſubiiciuntur, violentum aliquod ex peti, ſeu perfectiores, dum ad imperfectiorum bona declinant, aliquod ingratum pati. nam ex his potius illorũ vnuſquiſque id aſſequitur, quod maximè rotendit. omnibus ſiquidem commune eſt appetentem ſumma beneuolentia proſequi, atque ea ratione vt dilectionem hanc non poſſint exuere.

Neque vero hæc ſententia in dubium reuocanda eſt, quoniam affectus, qui Deum, beatos ſpiritus, ac homines indeterminatè reſpiciũt, diligunt primò non ipſum appetentem, ſed externa quæ reſpiciunt. nam, quemadmodum hominis partes, dũ hominis (cuius ſunt partes) appetunt bona, ſimul proprium proſequuntur bonum, na etiam hominum vnuſquiſque, dum ſummo amore proſequitur hominum multitudinem, cuius ipſe eſt pars, necnon Deum Opt. à quo omnia pendent, & beatos ſpiritus, ex quorum ſocietate quammaximè illuſtrari poteſt, optimam ſeipſum diligendi rationem exercet. nam ſeipſum in Deo, in beatis Spiritibus, ac in hominum multitudine ſummè diligit. quod etiam partibus euenit, dum illarum dilectio intendit totius hominis bonum, in quo ſingulæ conquieſcunt & optimè degunt. Sicut autem mutuæ affectuum imperfectiorum ac perfectiorum obedientiæ ac ſollicitudines totius hominis bonum ſic intendentes ſingulus affectus ad id perducũt quod ſinguli s ſommè prodeſt, ita illorum vnuſquiſque quammaximè læditur, dum communi hac dilectione rejecta rationaliúmque moderamine deficiẽte, vel omnes torpent, vel ſinguli ex propriorum bonorum malorúmve obiectionibus ea cæcè vel proſequuntur ſeu fugiunt, vel etiam (quod longè deteſtabilius eſt) rapiuntur ex ſola propriæ delectationis ſeu contriſtationis perceptione.

Communis torpor affectuom omniũ concordiam indocere videtur, quoniam nulla diſſidia parit, ſed ablata directione ac proſecutione concordia dari non poteſt. hic igitur non tantùm amouet omne hominis bonũ, ſed ea etiam comprimit quæ hominis bono miniſtrare poſſunt. Cæcæ propriorum obiectorum proſecutiones ſeu declinationes licet ea experant quæ verè proſequi debent, & verè fugienda repellant, communem tamen copulationem dirumpunt, & certa diſcordiarum ſemina pariunt. Ea verò proſequendi ratio, quæ ex oblectantium ſeu contriſtantium impulſibus ac retractionibus deduci ſolet, ideo ſummè deteſtabilis eſt, quo- niam

niam non tantùm internam diuisionem inducit & communem consensum repellit, sed imperfectioribus digniores partes ex necessitate concedit. nam Natura constitutum est vt imperfectiora bona maxima voluptate afficiant, & mala imperfectiora summos vt plurimum dolores afferant. Perfectissima verò bona econtra rarò admodum voluptatis seu oblectamenti afferunt sensum, sicuti etiam maxima maximéque vitanda mala sæpè nullam contristationem indueunt. Quapropter oblectantium cōtristantiúmqꝫ impulsibus absolutè obtemperantes, bona imperfectiora præstantioribus semper præferunt, & dum minima declinant mala malis maximis subiiciuntur. Iidem etiam ex eo reprehendendi sunt, quoniam dum oblectantium ac contristantium sequuntur impulsus, simúlque in ipso actu oblectante conquiescunt, his quæ ex Naturæ ordine medij sustinent partes finis tribuunt dignitatem. Ideóque neque sui met, neque externorum bono deseruiunt, sed totius humani boni initia tollunt, atque ea prosequendi ratione quæ hominum naturæ proprijssima est omnino reiecta, illi quæ brutis conueoit penitus inhærent.

Iid m ad communem etiam torporem vt plurimum delabi sol nt: nam voluptatibus defatigati actionem vnamquaoque refugiunt.

Neque verò ob hæc Natura incusanda est, ex cuius dispositione euenit vt minora bona maximè delectent, minoráque mala maximè contristent, sed potius summa illius prouidentia miris laudibus est prosequenda. nam bona imperfectiora homini sunt necessaria, ideóque ab homine rationem nondum exercente, voluptatis dolorísque viribus amplexari vitaríve poterant. Perfectiora autem bona ac opposita mala, quæ attinent ad hominis perfectionem, non ob voluptatis illecebras, neque ex contristantium fuga, sed ipsa sola ratione duce expetenda ac vitanda erant. Ita enim homines ad bonorum præstantiorum amorem prouocantur, & vehementius impelluntur ad Industriæ vsum, quo talia sunt paranda seu declinanda.

Capvt III.

De affectuum aptitudine ad certos mores admittendos quibus moralium virtutum seu vitiorum nomen aptatur, ac de communiori atque adhuc inconsummata virtute, illiúsque causis & partibus.

Intarnæ concordiæ, ac discordiæ principia, necnon totius humani boni ac oppositorum malorum semina ita explicata sint.

Nunc perscrutemur quanam serie ac quibus directionibus harum virium vnaquæque firmari, roborari, ac extendi, seu etiam contrahi, infirmari, ac labefactari possit. his enim rectè perceptis, satis (ni fallimur) parati erimus tum ad recta prosequenda, tum ad opposita declinanda.

Præcipuè autem accipiendum est, affectuum vnicuique proprias cognoscendi virtutes, proprias exequendi potentias, ac actus externos aptari, horúmque vnumquodque sibi inuicem fauere Ideoque, cognitione vigente affectum excitari, ac per affectum, externum actū produci, affectus vi sensum cognoscentem expergisci, ac exequentem virtutem prouocari, similique ratione externum actum affectum ac sensum pulsare & excitare: eueniréque ob id, dum seu ex rationis impulsu, seu ex rationis defectu, certi actus frequentius repetuntur, seu diutius intermittuntur, vt affectuum vnusquisque certas dispositiones ac habitus adipiscatur, seu etiam iam adeptis dispositionibus ac habitibus expolietur.

Hi verò habitus, prout seu rationi sunt consoni, seu à ratione discordant, virtutum seu vitiorum nomen decētissimè consecuti sunt. nam dum homines ad propria munia exercenda vel rectè vel perperam impellunt, essentialem rerum virtutem ac essentiam æmulari videntur, cum præsertim horum nullum absque maximo eiusdem hominis seu bono seu malo euenire possit. Dicuntur tamen virtutes, seu vitia non naturalia, sed moralia, quoniam non à Natura, sed ex actuum frequentatione conformantur ac certos quosdam mores inducūt.

Moralium verò virtutum semen tunc constitui manifestum est, cùm dilectio, quam affectus omnes ex Naturæ ordine erga ipsum appetentem exercere solent, ea ratione instituitur, vt affectuum torpore repulso, liberè præsit reliquis illorum impulsibus, quorum prior (vt dictum est) ducitur ex simplici bonorum seu malorum obiectione, posterior verò ex voluptatis & doloris sensu, tunc siquidem quatuor morum habitus inducuntur, cōmuniores tamen neque adhuc consummati, qui simul collecti constituunt primam moralem virtutem communem, atque adhuc imperfectam. Prior habitus o itur ex ipsius communis dilectionis confirmatione, quatenus omnem desidiam expellit hominémque ad propriorum munerum functionem propensum perseuerantémque reddit. Et hic quidem habitus, *Iustitiæ* nomine rectè proferri poterit communioris tamen & quæ rectum tantum agendi propositum inducat.

Secundus habitus ab eadem communi dilectione deducitur, quatenus ex animaduersionis solertia, moderatur eam prosequendi rationem quæ ex sola obiectorum comprehensione exerceri solet. Quapropter *Prudentia* appellari potest, licet communior sit neque adhuc absoluta. Exercet siquidem cogitationis & rationis vires, vt quàm diligentissimè caueatur, ne ipse prosequens aliquod detrimentum recipiat.

Tertius & quartus animi habitus deducuntur ab eadem communi delectione, quatenus contra aliam omnino detestandam appetendi rationem inuehitur. Hi igitur animi affectus ad id deducuntur vt illorum vnusquisque, ob ipsius prosequentis commodum, non tantùm propria voluptate carere, sed oppositis etiam incommodis subijci velit. Et hi quidem habitus communioris *Fortitudinis* communiorisque *Temperantiæ* nomine proferendi erunt. Nam sicuti Iustitiæ partes proprissimæ sunt proprio muneri intendere, Prudentiæ singula ad decentissimum operantis lucrum examinare, ita Fortitudini conuenit recta proposita conseruare, omnem prosequendi defectum repellere, simúlque molestiam afferentia sustinere, Temperantiæ verò, i decentes affectuum actus cohibere, simúlque oblectantia ac diuertentia paruipendere.

Hi quatuor habitus virtutem pariunt, quoniam animum ad agendum perfectè paratum reddunt, quod virtuti proprissimè conuenit. Itaque illorum nullus à cæteris seiunctus virtutis nomen mereri potest, quoniam recta intentio absque Prudentia, absque Fortitudine, & absque Temperantia operationem non parit. Prudentia absque recta Intentione, absque Fortitudine, absqꝫ Temperantia animum ad agendum sufficienter paratum non reddit. idémque Fortitudini ac Temperantiæ euenit, si à cæteris seiungantur. His igitur quatuor habitus communioribus rectè conceptis, anima reipsa prona ac parata inuenietur ad singula rectè prosequenda atque agenda, licet communiori adhuc ratione.

Horum habituum, qui simul coniuncti communiorem virtutem pariunt atque illius sunt partes, tres versantur circa animi affectus: Iustitia scilicet, Fortitudo, & Temperantia, quarum etiam vnaquæque ob id est omnino moralis. Quarta verò, ipsa scilicet communior Prudentia, duplicem quodammodo naturam complectitur. Nam ex ea parte, qua singula perpendenda esse cognoscit, rationis vim exercet eámque in inferiores animæ potentias atque in ipsos præcipuè affectus immittit. Ideóque cognitionis potius quam affectuum habitus censeri potest. Ex ea verò parte, qua rectè perpensa amplexatur, atque ipsos affectus rationi subiicit, affectus exerceat necesse est. Ideóque moralium habituum naturam retinet.

Si quis autem horum vtrunque rectè perpenderit, facilè (ni fallimur) assentietur ex cognitionis actu cā Prudentiæ partē constitui, quæ masculiora ac dexteta rectè

appellari poſſet: huios enim munia ſunt, primò certum aliqund vel certa aliqua eligibilia conſtituere quæ finis dignitatem obtineant: poſtmodum verò cætera omnia ſuppeditare qux ad finis adeptionem conducunt. Ex propoſito autem ea amplexandi ac proſequeodi, quæ rectè examinata ſunt, quódque affectum rationi ſubiicit, aliam Prudentiæ partem ioduci, quæ ſiniſtra ſeu fœminina diceuda eſt.

Capvt IIII.

De duobus vitiis communioribus, altero omiſſionis, altero perpetrationis, quæ communi virtuti opponuntur, ac de illorum cauſis & partibus.

Qvemadmodum communior virtus ſingulæque illius partes oriuntur ex affectuum impulſu naturæ ordini conſono, ita ex indecentibus eorundem impulſibus dun communiſſima vitia cōſtituuntur, quæ, licet in eodem ſimul copulari non poſſint, nihilominus in plutibus conſtituta ſe inuicem exacuere ſolent. Primum oritur ex communi affectuum omnium ſocordia, & priuatiuè potius quá poſitiuè communiori virtuti opponitur: quatenus enim nihil intentar, *Iniuſtitiam* priuatiuè continer, quatenus meditationem comprimit, *Imprudentiam*, quatenus neque ex incommodis neque ex delectatione espergiſcitur, falſas ac omnino deprauatas *Fortitudinem* ac *Temperantiam* parit. quarum prior, Animi infirmitas, poſterior vero Temperantiæ peruerſio appellari poteſt.

Secundum deducitur ex eo impulſu, qui ex obiectorum oblatione excitari ſolet, accedente tamen alio impulſu, qui ſola oblectamenta exquirit & ſola contriſtantia refugit. Hoc non priuatiuè, ſed poſitiuè, communiori virtuti aduerſatur. nam dum animum pronum reddit nō ad bonum, ſed ad delectabile proſequendum, & ad declinandum non malum, ſed moleſtum tantùm, totius iniuſtitiæ ſemina parit, dum ſingula rimatur vt prauè expetitis adhęreat, *Aſtutiam* concipit, quæ Prudentiæ poſitiuè opponitur. Eiſdem ex fontibus effluont *Obſtinatio*, quæ poſitiuè Fortitudinem deſtruit, ac *Intemperantia*, quæ eiſdem rationibus Temperantiam eliminat: anima ſiquidem oblectantibus inſiſtens, & Aſtutiam fouens, non tantùm obſtinatè expetita proſequitur, ſed eiſdem etiam omnino intemperanter inhæret. Sicuti autem vitium, quod communi virtuti priuatiuè oppoſitum, ac Omiſſionis rectè appellari poteſt, homines iniuriis omnibus obnoxios reddit, ita vitium, quod eidem poſitiuè aduerſatur, homines in aliorum iniuriam facilè propenſos efficit. Hæc verò vitia ideo ſe inuicem fouent & nutriunt, quoniam ſicuti perpetratio tunc quam maximè graſſatur, cùm illius iniuſtitia ſtupidè ſuſtinetur, ita iniuriè ſtupida tolerantia iniuriarū repetitionem videtur espoſcere. Vitij prioris, quod omiſſionem inducit, partes omnes morales ſunt. poſterioris verò aſtutia diſtinguenda eſt in dexteram ſeu maſculinam, quæ cognoſcendi habitum continet, & in ſiniſtram ac fœmininam, quæ omnino moralis eſt. Et hæc quidem his conſona ſunt quæ circa prudentiam communiorem conſtituta ſunt.

Capvt V.

De rationibus, quibus tam obiecta quàm bona ac mala ab affectibus reſpici poſſunt, déque eorundem bonorum ac malorum differentiis.

Definita virtute communiori, qoæ cæterarum eſt ſemen, claborandum nunc eſt vt virtutum omnium ortus ac munia quam tutiſſimè nobis occurrant, ac illius præcipoè, qoæ totam huius ſeminis virtutem colligens, cordis naturam imitatur, ac virtos optima appellanda erit. Id vt rectè fiat, quatuor, quæ ad rem ſummè faciunt, prius explicandæ ſuot, videlicet quibúſnam rationibus affectus propria obiecta bona ac mala reſpicere ſoleant: quotnam ſint obiectorum bonorum, ac malorum differentiæ præcipuæ: quas ob cauſas bona ac mala certo homini magis ſeu minus experibilia ſeo fugienda reddantur, & quibuſnam gradibus ipſi affectus intendi ac remitti, extendi ac contrahi poſſiot. Affectus dupliciter intueri ſolent ea quę illis obiiciuntur tanquam propria obiecta, ac tanquam bona ſeu mala propria, primò ſcilicet ſeu principaliter, & non primò ſeu conſequenter. Illa primò reſpiciuntur, quæ ſuppoſita alioruni ignorantia affectum excitare poſſunt. Et hæc quidem ſemper ex interna natura, bona ſeu mala ſunt, non tamen eadem ratione. quædam enim eſſentialiter ſimúlque abſolutè, quædam eſſentialirer at non abſolutè, quædam nec eſſentialiter nec abſolutè, ſed accidentaliter tantùm. Illa ſunt eſſentialiter ſimúlque abſolutè ſeu bona ſeu mala, quæ oppoſiti naturam interne admittere non poſſunt, & quatenus bona ſunt, bonis omnibus concordant ac fauent, & malis omnibus diſſonant ac aduerſantur, vt puta Deus, Deo adhærere, ac Deum diligere, (quæ præſtātiſſimam hominis affectionem reſpicere nouimus) Beati ſpiritus, Beatorúmque ſpirituum ſocietas (ad quæ dirigitur affectus ex dignitatis ordine ſecundus) Mens humana, ac humana ſapieotia, (qoæ à tertio appetitu expetitur) & homines, quatenus ſunt homines, ac ſimplex humanitatis ſeu humanæ caritatis affectus, quæ reſpiciuntur ab eodem appetitu ſimpliciter humano: quatenus verò ſunt mala malis omnibus conſentiunt & opitulantur, & bona omnia oppugnant, cuiuſmodi ſunt ea quæ ex propria natura opponuntur bonis eſſentialiter & abſolutè.

Illa ſunt bona ſeu mala eſſentialiter & non abſolutè, quæ ex propria quidem natura expetenda ſunt ſeu fugienda, ſed ex aliqua conditione ſeu circunſtantia ad oppoſitum ordinem deducuntur, vt puta honor ac inhonoratio, & cætera eiuſdem ordinis, circa quæ verſatur Æſtimariuæ affectus. nam honor, qui à Patria iuſtè ac liberè exhibitus, eſt bonus, dum à Patriæ hoſtibus ſuſcipitur efficitur malus.

Illa ſunt bona ſeu mala tantummodo per accidens, quæ ex ſolo accidenti redduntur expetibilia ſeu fugienda, vt puta diuitiæ & paupertas, quæ pertinent ad Memoriæ affectum. Remota enim hominum infirmitate ac neceſſitate, neque diuitiæ expetendæ eſſent, neque paupertas ſugienda. Eundem ordinem ingrediuntur corporis commoda ſeu incommoda, robur ſeo infirmitas, ſanitas ſeu ægritudo, huius corporis vita & mors: quæ pertinent ad Phantaſiæ affectum, proue reſpicit bona ac mala, ſeu propria, ſeu ſenſus communis, ſeu ſenſuum exteriorum, ſeu imperfectiſſimi ſenſus. Nam horum nullum bonum ſeu malum eſt, niſi ob talem hominum ſtatum, qui his ſubiicitur malis & his bonis ſooetur. Eadem etiam quandoque bonum quandoque malum nobis operantur, ſiue bona ſiue mala ſint.

Alius obiectorum ſeu bonorum ſeu malorum ordo, qui ea continet quæ non primò, ſed conſequenter intueri ſolent, in plures partes ſimiliter diuiditur. Sicuti enim hęc ad affectus pertinent, non quia ex interna natora bona ſeu mala ſiot, ſed quoniam ad illa referri ſolent, quæ primò attenduntur, primóque appetuntur ſeu declinantur: ita ex harum relationum numero diſtinguuntor. Quapropter, cùm hæ relationes ad quatuor ordines deduci poſſint, talia obiecta & booa vnà cum malis oppoſitis ad totidem ordioes deduceoda erunt.

Primus ordo eas complectetur relationes quæ inuitontur omnino internis, cuiuſmodi ſunt relationes totius ad partes, partiū ad totum & ad ſe inuicem. Harum verò aliquæ ad rei ſubſtantiam pertinent, quædā numerum reſpiciunt, quędam quantitatem, quędam figuram, quędam intenſionis gradus, quædam agendi patiēdive poteotias, quædam perfectionem. Sicuti enim totum primò intenditur, ita partes ſemper attenduntur conſeqoenter, ideóqoe partes illius quod primo attēditur, à quacunque reſpiciantur affectione, ſemper conſequen-

ſequenter reſpiciuntur. Harum dignitatem metiri opus eſt ex dignitate affectuum, ſimúlque eorum quæ ab ipſis primò reſpiciuntur, necnon ex intimiori ſeu magis intimo relationis ordine. nam boni partes ſunt bonæ, & mali malæ: intimiores bono ſunt meliores, & intimiores malo ſunt peiores, ſicuti etiam melioris partes ſunt meliores, peioris deteſtabiliores.

In ſecundo ordine illæ ſtatuentur relationes, quæ ſunt omnino externæ his quæ primò attenduntur ac primò proſequimur ſeu fugimus, vt pura relatio creatoris ad creaturas, & econtra: Domini ad ſeruum, & econtra: Diſcipuli ad Magiſtrum, & econtra: amici ad amicum, inimici ad inimicum, cæteræque huiuſmodi. Horum autem vnumquodque ita conſequentiæ obiecta bona maláque conſtituit, vt quam facillimè euenire poſſit, vt idem reſpectu vnius affectus primò, reſpectu verò alterius conſequenter reſpiciatur. Quapropter homines, qui reſpiciuntur primò ab affectu ſimpliciter humano, reſpiciuntur conſequenter ab affectu præſtantiſſimo, quatenus ſcilicet à Deo creati atque diuinæ amicitiæ dono decorati.

Econtra etiam Deus ipſe Opt. Max. qui ab affectu præſtantiſſimo primò reſpicitur, ab eo qui ſimpliciter eſt humanus conſequenter reſpicietur, quatenus videlicet hominum auctor, gubernator, atque defenſor.

Horum dignitas attendenda quidem erit ex affectuũ, & ex eorum, quæ primò appetuntur, dignitate ac ordine, atque etiam ex intimiori relatione, ſed ea ratione vt quatenus à pluribus affectibus reſpiciantur, ex dignioris affectus intuitu diiudicentur, ſeu primò ſeu conſequenter ab illo attendatur.

Tertius ordo complectetur illas relationes quæ conſtituuntur ex affectu & ex eiuſdem muneribus, per quæ ſeu propria proſequitur bona eiſdem fauet, ſeu oppoſita refugit mala.

Huiuſmodi autem munera diuerſa erunt pro affectuũ diuerſitate, ſimúlque plura & pauciora, illorúmque nõnulla ſemper exercenda erunt, ideóque eſſentialia appellari poterunt, nonnulla verò multipliciter immutantur pro diuerſo rerum, perſonarum, temporum ac locorum ſtatu, ob idque cenſenda ſunt accidentalia. Eorundem etiam quædam exercentur interno actu, cognitione ſcilicet ſeu affectuum propenſione, quædam actu externo. Et hæ quidem (vt ex logicis patet) partes ſubordinationis appellandæ ſunt: quarum relationes neque omnino internæ cenſentur, neque omnino externæ. Hæc igitur ſemper conſequenti ratione attendentur, ac bonitatis prauitatiſve naturam recipient prout perfecto ſeu imperfecto adhærent, ac prout ſeu bono ſeu malo deſeruiunt.

Quartus ordo eas continet relationes, quæ oriri ſolent inter partes talia munera concomitantes, ſeu eſſentialiter concomitantur, vt Agens: vis impellens: finis cui: finis propter quem: media: res circa quam: agendi vires: auxilia ſeu inſtrumenta: ea quæ actus conſequuntur: ac agendi modi: ſeu accidentaliter præcedẽs rerum ſtatus: aliquorum præſentia: ſeu abſentia: locus: tempus: & occaſio.

Sicuti autem non inconuenit ea, quæ ſecundum conſequentium obiectorum bonorum malorúmque conſtituunt ordinem, atque ab vno affectu conſequenter reſpiciuntur, ab alio primò perquiri ſeu vitari: ita quam ſæpiſſimè euenit, vt idem reſpectu diuerſorum, plures conſequentium bonorum ordines ingrediatur, ſimúlque & concomitantium & ſubordinatarum partium ſortiatur locum. Dignitas verò obiectorum bonorum ac malorum, quæ tam ex hoc quarto quàm ex tertio relationum ordine pendent, eiſdem rationibus perpendenda erit. Sicuti enim munia, quæ ad boni adeptionem perducunt, quatenus huiuſmodi, bona ſunt, ita horum munerum partes tum ſibi inuicem ſuccedentes, tum concomitantes, quatenus huiuſmodi, bonæ erunt. Hæc quoque bonitas maior ſeu minor erit, prout bonum quod intenditur eſt maius vel minus, necnon prout magis ſeu minus fauet illius adeptioni. Eadémque euiſdem ordinis malis aptanda erunt.

Capvt VI.

De rationibus, ob quas idem bonum ſeu idem malum, pro rerum ſtatu magis ac minus expetendum ſeu fugiendum eſt.

SED explicandum nunc eſt, quaſnam ob cauſas idem bonum ſeu idem malum certis hominibus magis ſeu minus expetendum ſeu fugiendum ſit. Id verò facilè præſtari poterit, accepto, cuiuſcunque ſeu boni proſecutionem, ſeu mali declinationem, hominis appetentis intendere bonum. Ex hoc namque conuincimur, dum bona proſequenda ſunt & mala vitanda, prius mala vitanda eſſe, poſtmodũ verò bona proſequenda: patet ſiquidem, homini magis conducere, bono aliquo carere quàm malo premi, licet malum ſit ordinis imperfectioris, præſertim ſi inhærendi firmitas ac diuturnitas ſit eadem. Dum verò plura mala vitanda ſunt, malum deterius prius repellendum erit. Poſterius autem id, quod minus eſt prauum. Simili ratione, dum plura bona conſeruanda ſeu acquirenda ſunt, prius præſtantiora poſtmodum vero minus præſtantia proſequenda erunt, & conſeruatio iam adeptorum nouæ adeptioni præferenda erit, ſemper tamen animaduerſis inhærentiæ ac firmitatis rationibus. Dum enim hæ differunt, primò habenda erit ratio intenſioris gradus ac diuturnioris perſeuerantiæ, licet bonum ſit ordinis imperfectioris. Et hæc quidem magis perſpicua reddi poſſunt ex his quę homines rationabiliter pati conſueuere ob vitæ præſentis conſeruationem. Quanuis enim vitæ huius curſus, qui ab imperfectiſſimo animi affectu reſpicitur, ſi conſideretur in ſeipſo, & quatenus ab alijs ſeiũgitur bonis, parum admodũ bonitatis retineat, ac bonorum minimum quam rectiſſimè cenſeri poſſit, nihilominus quoniam illius amiſſio ſummi gradus rationem continet atque irreparabilis omnino eſt, pro illius retentione erogari ſolent cętera omnia, quæ eſſentialiter bona non ſunt, vt pura diuitiæ ac reliqua imperfectiora, quoniam rarò ad ſummum gradum perducuntur, & frequenter reparantur.

Quòd autem hoc nõ bonitatis ordini ac dignitati, ſed gradui tantummodo atque irreparabilitati aſcribẽdum ſit, ex eo colligere licet, quoniam ſi horum vnumquodque, quantum ad gradum ac reparabilitatem attinet, ad paritatem deducatur, nulla ratione ambigere licebit, quin ſumma ac irreparabilis corporis ægritudo atque infirmitas, morte ipſa longè deteſtabilior cenſeatur, ſicuti etiam ſumma ac irreparabilis corporis ægritudo, ſi datur, minus fugienda eſt quàm ſumma ac irreparabilis ſeruitus: & hęc minus quã ſumma ac irreparabilis rerũ omnium egeſtas. quemadmodũ enim data ſumma irreparabiliq; infirmitate, corporeæ vitę vſus ac fructus aufertur, ita poſita ſumma ac irreparabili ſeruitute, vitæ ac ſanitatis cõmoda amouẽtur, & ſumma irreparabiliq; egeſtate cõſtituta, vita, ſanitas, ac libertas inutiles fiũt. Idẽ etiam ac lõgè clarius intuebimur, ſi vitã reparabilem eſſe finxerimus, vel potius ſi ipſum ſomnum (qui verè nihil aliud videtur eſſe quàm reparabilis mors) reſpexerimus, cúmque ægritudini, ſeruituti, atque egeſtati comparauerimus. Tunc ſiquidem hęc quęſtio ridicula omnino apparebit: quotidie quippe vnuſquiſque experitur, quàm nõ dicã patienter ſed auidè potius pro horum conſeruatione, ſæpè etiam pręter id, quod conuenit, homines ſomno ſe dedant, cum tamen ſomnus cõtineat mortis malum, atque etiam deteſtabiliori ratione. ex morte enim Boni ſe ad diuinum intuitum deducendos confidunt; in ſomno verò neque ſenſibili fruuntur vita, neque ad intelligibilem perducuntur.

Capvt VII.

De gradibus, quibus affectus, reſpectu eorum quæ primò appetunt ſeu declinant, intendi ac remitti poſſunt, & reſpectu eorum quæ intuentur, conſequenter extendi ac contrahi.

AFFECTVS respectu illorum, quæ ab ipsis primo seu expetuntur seu declinantur, intensius ac remissius exerceri solent. Iidem etiam respectu aliorum quæ non primò sed consequenter respiciuntur, proprias vires magis ac minus extendunt. Intensionis ac remissionis gradus ad octonariũ numerum rectè (ni fallimur) deducuntur: quod tamen ea ratione est intelligendum, vt primus intensionis gradus summam intensionem contineat, octauus verò illam omnino reiiciat, similique ratione primus gradus remissionis plenam remissionem demonstret, octauus verò ex cuiuscunque remissionis carentia constituatur.

Hi autem gradus relatiuè sunt accipiendi, euenitque ob id vt maior intensio regimen, maior vero remissio obtemperantiam pariat: affectus enim magis intensi præsunt affectibus magis remissis, & affectus magis remissi magis intensis subiiciuntur.

Dum aliquis affectus ea ratione intenditur, vt cæteri, quatenus illi consoni sunt, non proprios, sed illius tantummodo cui omnino deseruiunt sequuntur impulsus, quatenus autem eidem aduersari possent, penitus extinguuntur ac emoriuntur, tunc affectus intensus primi ordinis, intensionem continebit cui octauus remissionis gradus annectitur. remissi verò affectus erunt remissi ex primo gradu, qui omnem intensionem reiicit.

Dum intensior affectus ita dominatur, vt reliqui etiã iniussi non tantùm cognoscendi vim sibi naturaliter ministrantem in illius relaxent obsequium, propriúmque appetendi modum eidem obiiciant, sed propriorum etiam bonorũ iam adeptorum vsum ac fruitionem liberè concedant, ipse affectus regens in secundo gradu intensus erit, & in septimo remissus: obtemperantes verò erunt remissi in secundo gradu, & in septimo intensi. Dum intensior affectus cæterorum vires ita retundit vt illorum vnusquisque propriam cognoscendi vim, propriúmque appetendi modum in illius obsequium remittant, bonorum tamen iam ab illis adeptorum vsum atque fruitionem sibi retineant, affectio regens ex tertio gradu erit intensa, & ex sexto remissa, cedentiúmq; affectuum remissio tertium similiter remissionis gradum inducet, intensionis verò sextum. Dum cognoscendi tantùm vis, non autem propensionis, neque bonorum propriorum fruitio aufertur, affectio regens ex quarto gradu erit intensa, & ex quinto remissa: affectus verò obtemperantes quintum intensionis gradũ retinebunt, respectu verò intensionis in quarto gradu constituentur. Et hæc quidem regendi obtemperandíque ratio postrema erit: nam si dominantis vis magis remittatur, obtemperantium autem magis intendatur, singulorum sortes commutabuntur, atque his qui prius obtẽperabant, regendi, illi verò qui prius præerat, obtemperandi partes demandandæ erunt: patet siquidem gradum intensionis quintum gradui remissionis quarto coæquari, sextum tertio, septimum secundo, & octauum primo. Gradus autem in quo affectuum vnusquisque ita se habeat vt nullus præsit, nullúsque subiiciatur, dari nõ potest: ex hoc enim æquilibrium constitueretur atque cuiuscunque actus remissio: (quod Natura non patitur haud secus quàm æquale ad pondus) impossibile quippe est affectus alicuius vsum dari, dum aliorum cognoscentes virtutes illi aduersantur. Intensionum ac remissionum gradus, quibus affectus exerceri solent, ita enumerati sint.

Ad eorumdem verò extensiones ac contractiones rectè concipiendas, admonuisse sufficiet has tot ordinum esse quot sunt ordines bonorum ac malorum consequẽter expetendorum, seu reiiciendorum, ipsámque extensionem ex intensione, contractionem verò ex remissione pendere sicuti enim maior intensio ad maiorem extensionem impellit, ita maior remissio maiorem contractionem inducit.

CAPVT VIII.

De quatuor præstantiorum affectuum decenti intensione ac extensione.

QVEMADMODVM recti affectuum humanorum impulsus inducunt communiorem virtutem adhuc vndequaque rudem, deprauati verò commune vitium dupliciter pariunt, ita eorundem recta intentio ac remissio, ad illa quæ primo ac principaliter respiciuntur, necnon extensio ac contractio, ad illa quæ attenduntur non primo, sed consequenter, eandem communiorem virtutem vndequaque perficiunt, & cæteras omnes morum virtutes vnà cum decentissima illarum dispositione informant. Deprauatæ verò intentiones ac remissiones, extentiones ac contractiones, non dissimili ratione communiora vitia extendunt ac roborant, simúlque vitiorum omnium multitudinem effundunt. Elaborandum igitur erit, vt rectè percipiamus quinam gradus intensionis ac remissionis, quæque extentionis ac contractionis rationes, singulis affectibus rectè seu perperã aptari possint. his enim rectè perceptis nos latere non poterit quibusnam virtutibus ac virtutum gradibus, illorum vnusquisque decorari possit, necnon quibus vitiis ac vitiorum gradibus subiiciatur. Ab eo igitur exordientes, qui præstantissimum sibi vindicat locum, quiq; Deum Opt. Max. respicit, dicimus hunc summam intensionem non tantùm rectè admittere, sed primò etiam atque absolutè admittere, nam circa illud versatur bonum quod non tantùm essentialiter & absolutè boni rationem continet, sed etiam summum est bonum, atque omnibus rationibus & absolutè primo appetendum. Facile igitur demonstratur huic præstantissimæ affectioni tantummodo conuenire posse, cæteras omnes summa cum illarum perfectione absorbere, ex huiusmodi enim absorbtione reliqui tres affectus præstãtiores, qui absoluta appetunt bona, dum non proprios, sed huius præstantissimi sequuntur impulsus, perfectissimam appetendi rationem adipiscuntur, propriáque sua bona longè præstantius prosequuntur. Imperfectiores autẽ affectus, qui absoluta non respiciunt bona, licet in seipsis ita emoriantur vt ex propriorum etiam bonorum (quatenus diuino huic affectui non concordent) amissione delectẽtur & gaudeant; nihilominus eadem bona, quatenus eidem affectui aliqua ratione deseruiant atque ab ea consequenter appetantur, libenter detinent atque tuentur.

Animaduertendum tamen est summam hanc præstantissimi huius affectus intentionem, qua cæteræ omnes propensiones absorbentur, ea tantummodo ratione expetendam esse qua hic affectus Naturæ limites excedens supra naturalem perfectionem attingit.

At si illius naturalis tantummodo attẽdatur perfectio, satis erit vt eatenus intendatur, quatenus ad reliquos affectus præstantiores, qui absoluta appetunt bona, illustrandos sufficiat: imperfectiores verò eiusdem vi comprimamur, vt dum propria seu mala repellit seu bona prosequitur, illi absque vlla defectione propriã cognoscendi vim relaxent ac cedant; hac enim intentione (quæ, si ad summam referatur, quartum obtinet locum) constituta, hic affectus propriæ naturæ dignitatem ita retinebit vt eam nullo pacto excedat. At si magis remittatur, atque à quarto hoc intensionis gradu deficiat, iam à propriæ naturæ dignitate recedet. Quapropter triplex status illi aptari poterit, videlicet status simpliciter naturalis qui oritur ex quarto intensionis, quinto autem remissionis gradu, status naturæ dignitatem excedens, & status à naturali dignitati deficiens. Qui naturæ dignitatem transcendit, triplicem similiter gradum admittit: intenditur enim seu ex tertio à summa intentione gradu, & à summa remissione sexto, tuncque non tantùm cæterorum cognitionem ad propria liberè exercet, sed eorundem etiam prosequendi actus ad libitum excitat: seu ex secundo intentionis, septimo verò remissionis gradu, túncque eorundem etiam bonis liberè vtitur: seu ex summa intentione, quæ omnem remissionẽ expellit, túncque omnem aliorum impulsum, vt iam dictum est, ita comprimit, vt huius vim semper & in omnibus sequantur, ac in ea tantummodo conquiescant.

Status, ex quo præstantissimus hic affectus deficit à propriæ naturæ dignitate, suscipit quatuor gradus indecen-

decentis remissionis. nam vel proprium cognoscendi modum tantummodo relaxat, quod quartum à summa intensione gradum constituit, vel proprium etiam appetẽdi modum remittit, quod tertium à summa remissione gradum inducit, vel bonis omnibus iam adeptis miserè cedit, quod secundum à summa remissione arguit gradum, vel omnino extinguitur, quod summam remissionem simúlque pessimum statum conuincit. Cæterorum affectuum, qui absoluta respiciunt bona, summa perfectio ex ea absortione deducenda erit quã ex præstantissimi affectus summa intẽsione admittere possunt.

Naturalis autem earundem perfectio ex ea intensione orietur, qua ipsæ nõ absque propriorũ virium vsu à præstantissimo affectu illustrantur, sibi inuicem pro dignitatis gradu opitulantur, ac erga imperfectiores affectus, qui absoluta non respiciunt bona, tales se exhibent vt omnem illorum rebellem vim comprimãt, eosdémque ad sibi promptè obsequẽdum prõptos paratósque reddant: ex hac siquidem intensione locum sibi ex Naturæ lege aptissimum retinebunt. Quod si magis intendãtur aut remittantur, vel Naturæ limites supergredientur, vel ab eisdem deficient. Illud autem satis admirabile circa hos affectus occurrit, summam scilicet illorum remissionem respectu præstantioris, summam eorundem, atque absolutam intensionem inducere. dum enim pręstãtissimo copulantur bono simul & in seipsis emoriuntur, & vehemẽtiori summi boni virtute correpti quammaximè intenduntur. Quapropter illorum mors lõgè præstantiorem vitam inducit. At si iidem affectus imperfectiorum vi remittantur atque emoriantur, vita omnino carebunt ac pessimè morientur.

Sicuti igitur quatuor affectibus præstantioribus commune est, absoluta bona primi appetere, ita eisdem etiã commune erit ex maiori intensione ad perfectiorem ordinem deduci. ea enim quæ absolutè sunt bona, quãtò intensius, tantò perfectius appetũtur. Idem easdémque ob causas circa horum affectuum extensiones sanciendum est. affectus enim qui ex summa intensione ad summum perfectionis gradum deducuntur, omnibus etiam rationibus extendi possunt. Econtra, qui summam intensionẽ decenter non sustinẽt, non omnino sed certa tantummodo ratione extendendi sunt. Itaque affectus perfectissimus, qui ex summa intensione summè perficitur, omnibus rationibus extendendus erit. verè namque quæcunque in Deo considerari possunt summa cum veneratione attendenda & colenda sunt. simílique ratione in Angelis sanctis ac in Dei creaturis, quatenus à Deo sunt Deóque inseruiunt, quammaximè lætari decet. Decentissimè etiã venerari solemus ipsummet Dei cultum, & ea omnia quæ illi deseruiunt, templa videlicet, horum ornamenta & partes, necnon vias quæ ad templa perducunt, ac reliqua huiusmodi. Iure etiam optimo idem affectus exhilaratur in templis cõstruendis ornandísque. Easdem ob causas summa hæc extensio decenter aptabitur affectui qui simpliciter est humanus, & duobus superioribus. nam illorum vnusquísque ex summa intensione perficitur. Animaduertendum tamen est ex affectuũ extensione, affectus extensi vim semper immutari: ideóque, dum affectus præstantissimus ad creaturas extenditur, ea quæ Deo debentur creaturis non exhibet, sed ea tantummodo præbet quæ illis præstanda sunt ab affectu inferiori, qui eas primò prosequitur, licet præstantiori firmiorique ratione. Sicuti autem summam intensionem plenioris extensionis ratio consequitur, ita naturalem intensionis gradum prima ac secunda extensionis rationes tantummodo cõcomitantur. Quapropter dum harum aliqua abest, simul maiorem intensionem abesse conuincitur.

CAPVT IX.

De quatuor virtutibus precipuis, quatuor affectus præstantiores perficientibus.

VATVOR affectus præstantiores dum propria respiciunt, neque ex imperfectiorũ vi ab illis diuertuntur seu perturbantur, ad virtutẽ semper impellunt, & ad vitia nunquam. illorum enim vnusquisque ea prosequitur quę absolutè sunt bona, & ea refugit quæ absolutè sunt mala. Itaque ex tali prosecutione ac fuga necessariò omnibus bonis cõsentiunt ac eisdem fauent, malis verò omnibus aduersantur. Præterea illorum vnicuique essentialiter conuenit, assiduè commouere ac exacuere vires rationis ac cogitationis, quibus essentialiter annectuntur, easdémque ad singula contrahere. Morales verò virtutes, quibus hi affectus perficiuntur, illorum numerum non excedent. nam illorum vnusquisque vnica tantùm ratione propria prosequitur bona, & mala opposita refugit.

Patet autem, agendi habitus agendi rationes semper æquare. Harum virtutum præstantissima præstantissimo affectui aptabitur, *Pietatísque* nomine proferenda erit.

Huic proximior conuenit affectui Beatos Angelos respicienti, dicetúrque haud perperam *Deuotio*. Ea quæ adhæret affectui hominis mentem corpori adhuc copulatam intuenti, *Philosophiæ* seu sapientiæ amatricis voce rectè pronunciabitur. hæc quippe animi propensionem explicat, ideóque inter morales virtutes necessario connumeratur. Neque tamen mirari quis debet, vniuersalium etiam veritatum indagationem, perceptionem, atque explicationem ex communi consensu eodem nomine proferri. nam existimandum est id ideo euenisse; quoniam tales veritates ac talium veritatum connexio inquiruntur, percipiuntur, ac explicantur huius virtutis vel certe huius affectus impulsu. Accedit etiam harum perceptionũ difficultas, Inter ea siquidem quæ ipsa philosophia prosequitur, plurima humanas vires ac captum excedunt.

Eorundem etiam campus longè fortasse latior est quàm plenè ab homine perlustrari possit. Quapropter huic perscrutationi nomen imponẽdum erat potius ab his quæ ad contemplationem impellunt, quam ea contemplationis fructu.

Siquis autem respiciens priores huius affectus impulsus, interroget quánam ratione illi, qui sapientia carent, sapientiam optare possint illiusque amore duci, cùm nullus affectus rationi obtẽperans rectè exerceri possit absq; rationabili cognitione illius quod amatur, respõdendum erit, confusam scibilium cognitionem euidentémque perceptionem illorum quæ circa sapientiam communioribus rationibus affirmantur, licet sapiẽtiam non pariant, eam tamen amabilem appetibilémque demonstrare. nemo enim sapientiæ amore carere potest, huiúsque virtutis sapientiæ amatricis impulsibus non commoueri, dum audit, & ex diuinæ veritatis illustrationibus assentitur, sapientiam excellere dignitatẽ cæterarum cognitionum humanarum, simúlque omnium humanorum bonorum, eandem propriissimam esse hominum naturæ: afferre maxima beneficia hominibus omnibus hominúmque vnicuique, versari circa omnia, gubernare & regere omnia, afficeréque animum honestissima voluptate quę cæteras omnes voluptates excellit. Hæc igitur moralis virtus pleniorem sapientiæ adeptionem verè præcedet, licet ex pleniori eiusdem Sapientiæ degustatione vehemẽtius intendatur, sæpe etiã consummetur.

Quarta moralis virtus, qua simplex humana affectio homines, quatenus homines, respiciens decentem consummationem admittit, *Humanitas* seu humana caritas appellabitur.

Hæ quatuor virtutes præstantiores tot gradus admittent, quot gradibus affectus, qui ab ipsis perficiuntur, Naturæ ordinem vel retinent vel transcẽdunt. Dum verò iidem affectus ob prædominium imperfectiorum à Naturæ ordine deficiunt, in virtutũ locũ succedũt vitia, magis ac minus detestãda, quoniã affectus magis ac minus remittuntur, & quoniam illorum remissio continet seu lapsum à statu perfectiori ad statũ imperfectiorem, seu recessum ab imperfectiori ad perfectiorem. Quantus

autem hæ morum virtutes ea ratione diſponendæ ſint, vt præſtantiores præſint, omnéſque pietati tanquã præſtantiſsimæ cedant adhæreántque: præſtantiores tamen vtuntor inferioribus, non tanquam miniſtris & ſeruis, ſed potius tanquã ſociis. nam ſingulæ, vt dictum eſt, ſibi inuicem fauent. Ideoque illatum vnaquæque aliarum vnamquamque, quatenus abſunt, inducere poteſt: humana quippe caritas, appetens communẽ proprij actus extenſionem, impellit ad ſapientiam qua caritatis exercendæ rationes omnes attingendæ ſunt, ad obſequium Beatorum ſpirituum, quorum opera mens humana illuſtratur, atque ad cultum Dei Opt. Max. à quo homines ac cætera omnia pendent & perficiuntur. Eiſdem rationibus veræ ſapientiæ amor impellit ad Dei, Angelorum, ac hominum dilectionem. Pietas & Deuotio dirigunt quamuehementiſsimè ad veritatis hominúmq; amorẽ, idque non tantum ex propriorum bonorum adeptione, ſed etiam ex propriorum actuũ vſu: ex quo diuina quoque adiumenta ſuppeditant tã ſapientiæ amatrici quàm humanæ caritati, quod philoſophiæ fortaſſe non conuenit. hæc enim aliis adiumenta affert non ex proprio proſequendi actu, ſed ex proprij boni adeptione. Ipſa etiam humana caritas ideo ad philoſophiam, deuotionem, atque pietatẽ impellit, quoniam harũ vniuſcuiuſq. deſiderium adauget, & ſingulis animum reddit paratiorem.

CAPVT X.

De Optima virtute quæ oritur ex quatuor virtutum præſtantiarum copulatione, ac de illius vi ad humanam felicitatem huic peregrinationi conſona inducẽdam.

QVATVOR virtutes præſtantiores quoniam, vt dictum eſt, ſibi inuicem eſſentialiter fauent, adhærent, & connectuntur, ita quaternarium numerum retinent, vt vnicam virtutem verè conſtituant, quæ Optimæ virtutis voce decentiſsime decorabitur. nam verſatur circa omnia optima, fauet bonis omnibus quatenus bona ſunt, mala omnia expellit ac comprimit, atque etiam (quod verè ſingulare eſt) ſe quodammodo parit, adauget, & firmat. in ea ſiquidem intentio recta, quæ ad communioris iuſtitiæ conſummationem pertinet, prudentia carere nõ poteſt. nam ad illos affectus ſpectat quibus eſſentialiter conuenit rationis ac cogitationis vires excitare, exacuere, & ad ſingula obiecta contrahere, quod nihil aliud eſt quàm Prudentiam parere ac enutrire.

A tali verò intentione & Prudentia, Fortitudo ac Temperantia (prout his affectibus præſtantioribus conueniunt) vix abeſſe poſſunt. data enim aſsidua directione rationis ac cogitationis ad certum finem idem agendi propoſitum nõ conſeruari (quod fortitudinem parit) impoſsibile eſt. Temperantia verò, reſpectu eorum quæ abſolutè appetenda ſunt, & ſummam intentionem expoſcunt, tunc tantum deſideratur cùm proſequendi vires deficiunt, ſeu vires reſarciendæ ſunt. Itaque neceſsitas ipſa ad illam facilè impellit, prudentia præſertim ad idem dirigente.

Huic verò virtuti optimæ, quæ ſeipſam adauget ac perficit, propriiſsimum erit cæteras omnes morum virtures inducere, ſimulq. expetenda omnia patere ac repellenda comprimere. illi enim qui Deum verè diligunt, amore proſequuntur omnia quæ à Deo ſunt, & ea omnia declinant quæ Deo diſplicent. ſimiliq. ratione illi qui homines indiſtinctè diligunt, afficiuntur etiam erga omnia quæ hominibus annectuntur, & ſummè optant omnium humanorum bonorum indeficientiam Naturæ ordini conſonam, in qua affectus ſimpliciter humanus verè conquieſcit. hæc igitur virtus dũ proſequitur bona omnia, quæ ſeu primò ſeu conſequenter rectè appeti poſſunt, & hominum naturam aliqua ratione attingũt, ſimul exquirit bonorum omnium præcipuorũ adeptionẽ ac fruitionem, perfectas internorum habituum vires, quæ perfectas actiones ac operationes pariunt, earundem operationum effectus fructúſq; indeficientes, ex quibus decens bonorum fruitio conſummatur, vnà cum ſubiectis materiis quæ dictarum virtutum ſeu habituum vim & recipere poſsint & actu recipiant.

Hæc autem ſimul collecta (vt patet) humanam felicitatem conſtituunt conſeruántque. nam homines tunc perfectiſsimè ac beatè (prout huic ſtatui conuenit) in terris degunt cùm affectus ſimpliciter humani vis, præſtantiorum affectuum robore accedente, inferiores affectus quos iam ſibi omnino obſequentes reddidit, liberè exercet ac moderatur. Itaque, ſicuti communior atque adhuc imperfecta virtus, de qua ſuperius dictum eſt cæteris virtutibus comparata, ſeminis vim manifeſtè refert ita ipſa *Optima virtus* ex eadem comparatione Cordis locum obtinebit: colligit enim communioris virtutis vim ac roborat, vt cæteras virtutes parere, diſponere, ac exercere poſsit, haud ſecus quam cor contrahit, firmat, perficit, ac expandit virtutem ſeminis ad formationem aliorum membrorum ac totius animalis, eademq. liberè exercet. Et hæc quidem ideo firmius ac tutius præſtantur, quoniam qui tali virtute ſunt præditi, carere nõ poſſunt Angelorum illuſtrationibus diuiniſq. adiumentis.

Hanc igitur virtutem inſpicientes, facile aſſentiemur felicitatem nihil aliud eſſe quàm operationem ſecundum virtutem optimam in vita perfecta.

Tunc autem vita perfecta cenſenda eſt cùm adſunt omnia ex quibus humani boni indeficientia oritur, ipſumq. humanum bonum plenè ac ſufficienter ab hominibus poſſidetur. cúmq; ipſa optima virtus ac humana caritas ab hominum cœtu recepta ac ad actum deducta ſingulorum felicitatem pro vniuſcuiuſque capiu effundit ac perficit. dato enim vſu mutuę huius caritatis, quæ (vt dictum eſt) boni fruibilis ac boni vtilis rationes complectitur, ſinguli fruuntur ſimúlque vtuntur eadem caritate ac humano bono: in ſe, quatenus ſe eo verè præditos intuētur, illudque ad aliorũ commodum exercẽt, atque etiam in aliis omnibus, quatenus cæteros eodem plenè decoratos & ad aliorum commodum intentos cõſpiciũt. Patet etiã ex hoc mutuę caritatis vſu effluere cętera omnia bona, quæ ab inferioribus affectibus decẽter expeti ſolent. aderunt enim neceſſariò mutua amici animi ſigna, in quibus humanæ Æſtimatiuæ affectus cõquieſcit. accedẽt ſollicitudines ſedulæque induſtriæ, vt humanis neceſsitatibus ac infirmitatibus ſubſidia quã effluẽter parẽtur, vtque vnuſquiſque à quocũque animi mœrore ſubleuetur, decentique hilaritate fruatur.

Hoc autem nihil aliud eſt quàm humanæ memoriæ, humanæ phantaſiæ, ac reliquorum affectuum imperfectiorum bona decenter proſequi, & illorum vnicuique pacem parare. Quamuis autem huiuſmodi bona à multis pendeant & à multis ſuſtineantur, ea tamen ratione ſibi inuicem reſpondebunt, vt hominum ea inducentium vnuſquiſque boni vniuſcuiuſque fructum, prout illius patitur cõditio, in ſeipſo indeficiẽter recipiat, ſimulque & eadem verè poſsideat & eiſdẽ fruatur. quod enim attiẽt ad ea quæ abſolutè & eſſentialiter bona ſunt, manifeſtũ eſt hæc huiuſmodi eſſe, vt ſingula ſingulis abſque vlla aliorum perturbatione plenè poſsideri poſsint. neque enim, dum alij Deo adhærent, Angelorum cuſtodiam experiuntur, ſummæ ſapientiæ amore atque ipſa ſapientia ſunt præditi veráque feruent caritate, nos ab eorundem adeptione diuertimur, perturbamúrue, ſed ad eadẽ potius quàmmaximè impellimur ac adiuuamur.

Ea verò quæ ſunt quidem eſſentialiter bona, ſed non abſolutè, amicorum ſcilicet fruitio inimicorum metu omnino carens, & reliqua eiuſdem ordinis, dum rectè appetuntur, vnicuique ita concedi ſolent, vt dum vnus illa adipiſcitur nihil ob id aliis ſubtrahatur, cùm præſertim neminem lateat hæc, licet eſſentialiter ſint bona, abſolutè tamen bona non eſſe, neque abſolutè ad felicitatem pertinere.

Quod ſi ad illa animus conuertatur quæ accidentaliter tantũ ſunt bona, ideóq; accidẽtaliter etiã ad felicitatem

tatem pertinent, quatenus scilicet humanis necessitatibus opitulantur, assentiri cogimur horum hominum vnumquemque hac etiam ex parte quamdecentissimè saturari. Dum talia bona ex caritatis vi conquiruntur, ex eiusdem caritatis impulsu ad aliorum necessitates ac commodum prumptissimè expenduntur. Itaque huiusmodi bona nulli ea rectè expetenti deesse poterunt. ægrotantes verò ac indigentes non tantùm lætari poterunt, quoniam illis subsidia & adiumenta vel copiosè adsint vel copiosius suppeditentur, sed etiam quoniam aperta humanæ caritatis indicia atque amicorum verè amicos animos experiantur.

Hoc autem illi, qui eadem caritate animique dispositione est præditus, nihil aliud est quàm communem felicitatem intueri, simúlque illius fructus in seipso recipere. At, si quis bonorum omnium indeficientem coniunctionem in se exoptet vnà cum plena malorum eiectione, huius cupiditas non tantùm vana erit, sed etiam omnino inutilis. nam in prioribus nostris contemplationibus demonstratum est, summum bonum ab hominibus in hac vita sperandum non esse, sed alteri statui conuenire.

Nemo igitur rationi inhærens existimabit magnifaciendà esse hæc bona, ac præsentem hunc statum, quatenus ad singulos pertinent, cùm præsertim compertum sit Deum Opt. Max. sapientissimè humana curare, nosq; huiusmodi exterioribus malis ad tempus obnoxios relinquere, non vt nobis noceat, sed vt quamplurimùm prosit: hæc enim interiora mala expellunt, bona autem exercent adaugéntque. Itaque satis apertum est, terrena etiam felicitate ac caritate in hominum multitudine deficientibus, iustorum vnumquemque, si animi robore ac fortitudine verè sit præditus, nunquam ad miseriã detrudi posse, neque præstantiori felicitate exspoliari, licet pluribus malis & incommodis subiiciatur. diuina námque fauente gratia illis fruetur bonis, illáque gaudia experietur, quæ non tantùm cæterorum malorum vim retundere, sed ipsa etiam mala verè amabilia reddere possunt, idque longè firmiori ac tutiori ratione quàm multorum amicorum ardens caritas vberrimáque auxilia corporis infirmitates subleuent, ac aduersa nostra amabilia quodammodo reddant. Et hæc quidem felicitas, licet quantum ad bona, quæ tum ab humano affectu tum ab inferioribus respiciuntur, deficiat ab illa felicitate quæ communi innititur bono, nihilominus respectu illorum bonorum, quæ à superioribus ac excellentioribus affectibus appetuntur, illam longè excellit ac supereminet.

Capvt XI.

Non concepta Optima virtute impossibile esse humanam felicitatem concipere ac occurrentia dubia soluere.

Sicvti autem Optimæ virtutis forma ac natura hac ratione concepta, facilè percipimus exordia ac consummationem humanæ felicitatis: ita Optima hac virtute non constituta, mens nostra assentiri non poterit, humanam felicitatem esse operationem secundum virtutem. nam nulla præterea virtus reperitur, quę verè Optima appellari queat, quæque ex suo vsu humanam felicitatem constituat: Prudentia siquidem verum prosequitur, & non bonum: Ipsæ verò morum virtutes bonum essentialiter intuentur, & non verum. rectissimè quippe dictum est, Rectam electionem virtus efficit. At ea quæ ipsius gratia agenda sunt, cognoscere non est ipsius virtutis, sed ad aliam potentiam pertinet, ad ipsam videlicet Prudentiam.

Præterea superius demonstratum est, Prudentiam virtutis potius partem quàm virtutem appellandam esse: virtus enim tunc constituitur, cùm actio rationi consona liberè exercetur, ac Prudentia ab aliis virtutibus partibus seiuncta nihil operator. Itaque, vt ab aliis seiuncta, virtus optima censenda non est. Inferiorum verò virtutum nulla tamen vocem admittere potest, seu humanum bonum inducere. harum enim vnaquæque ex certo moderamine, Virtutis denominationem ac bonitatis naturam recipit. Quapropter illarum Esse, ac bonitas omnis, virtuti moderatori bonitatisque vim impertienti ascribenda erit. At virtus optima, sicuti ex seipsa est virtus, ita ex seipsa est bona, neque ex vllo moderamine seu ex alia virtute virtutis formam ac bonitatem consequitur.

Præterea, si harum vnica & certa virtus verè est optima, & humanum inducit bonum, fateamur necesse est cęteras omnes vanas esse, hominésque rarò frui humano bono, quod semper est desiderabile & expetibile. Eisdem rationibus demonstratur, neque harum virtutum vnamquamque humanum bonum inducere posse. quod enim nulli conuenit singulis conuenire impossibile est. Præterea, hoc admisso, sequeretur nullum dari humanum bonum. nam virtutes hæ specie inter se differunt. Ideoque siue ex propria tantùm vi, siue cæteris eiusdem ordinis virtutibus accedẽtibus propria munia exerceãt, illarum actus specie similiter inuicem distinguentur. Itaque vel nullam felicitatem parient, vel plures species distinctas. quorum vnumquodque destruit certam humanæ speciei felicitatem.

Siquis autem sustinere velit humanum bonum oriri ex perenni successiuóque vsu harum virtutum, hic ad idem incommodum deuoluetur: humanum scilicet bonum non vnius sed plurium specierum esse.

Assentiri etiam cogetur, homines humanum bonum nunquam perfectè ac plenè adipisci, sed illius tantummodo partes successiua quadam ratione attingere ac delibare. Sed neque asserendum est humanum bonum pendere ex communi genericóque gradu harum virtutum. hoc enim rationibus omnibus aduersatur. actus nempe omnes atque actuum fructus, quatenus naturam humanam attingunt, non ex genericis sed ex specificis deducendi sunt. genericus quippe gradus materiæ naturam retinet, quæ semper est imperfecta, neque optimi partes sustinere potest. Ideóque, sicuti per speciem perficitur, ita ab eadem propriæ bonitatis consummationẽ admittit. Quę dicta sunt eò magis confirmant nostram virtutem optimam, quoniam ex illius constitutione hæc & huiusmodi alia declinantur, simúlque respondetur Socrati Euthidemũ aliósque sophistas vrgenti. cum enim hæc optima virtus cordis munia sustineat, vnica illius vis ad cæteras omnes diffusa, cæteris quasi formalis causa, virtutis naturam impartitur, easdem tanquam efficiens exercet, & ab eisdem tanquam omnium finis respicitur, ideóque seipsam exercens ac in seipsa conquiescens, continet ac coniungit manifeste rationes boni vtilis & boni fruibilis.

Capvt XII.

De rectis & non rectis affectuum imperfectiorum, quatenus se inuicem intuentur, intentionibus ac remissionibus, extentionibus ac contractionibus.

His sic constitutis, cæterarum virtutum ac vitiorum causas & differentias rimabimur. Præcipuè verò statuendum est affectus inferiores, quatenus se inuicem intuentur, vltra gradum qui à summa intensione est quintus, & à summa remissione quartus, intendendos seu remittendos non esse: ea quippe respiciunt quæ neque bona, neque mala absolutè sunt, sed bona malorum & mala bonorum naturam imbibere possunt, prout præstantioribus, seu his quę absolutè sunt bona, deseruiunt vel aduersantur.

Patet autem id quod absolutè non est bonum, ea ratione appetendum non esse, vt nulla habeatur ratio cæterorum, licet imperfectioris ordinis, quorum vnumquodque in se acceptũ ex Naturæ lege aliquo pacto expetendum sit. Si quis igitur ea quæ ab Æstimatiuæ affectu expetũtur, tanti faciat vt nulla cæterorũ adaugendorum (quod tertiũ à summa intensione constituit gradũ) cura tangatur, vel ex maiori intentione, ex qua bonorũ adeptorũ obiecto additur, dũ certo aliquæ Æstimatiuæ bono inhæret, cæteris tum adipiscendis tũ iam adeptis

renuntiat, vel etiam ob ſummam intenſiunem imperfectiorum affectuum vires abſorbeat, hic neque affectus Æſtimatiuæ deſeruientis, neque imperfectorũ Bunu fauebit, ſed illorum vnumquemque quammaximè dehoneſtabit. Et hæc quidem intelligenda erunt etiam circa horum bonorum partes, quatenus ad inuicẽ conferuntur: nam neque honor tãti faciendus eſt, vt hominũ gratia contemnatur: neque bonorum vtiliũ fruitio ita amplexanda, vt huius gratia eorundem adeptio ac conſeruatio penitus deſeratur. quanuis enim quæ minus perfecta ſunt imperfectioribus rectè præferantur, non tamẽ omnino ſpernanda ſunt.

Eaſdem ob cauſas horum affectuũ nullus omnino extendendus erit, ſed intra duas priores extenſionis rationes retinendus. Itaque, quanuis amicum rectè diligens non tãtùm vnamquamque illius partẽ diligere debeat, & cæteros cęteráque omnia, quæ illi aliquo vinculo copulantur ſeu ad eũ pertineot, atque etiam in huius amicitiæ vſu, & in ſingulis quæ illi ſeu adhærẽt ſeu annectũtur, rectè conquieſcere: nihilominus ſiquis in his ſeu recipiendis ſeu præſtandis ita delectetur, vt etiã ſubſelliorum ac locorum, in quibus exerceri ſolẽt, amore flagret, hic (ni fallimur) reprehenſibilis erit.

Simili ratione, ſiquis bona vtilia ita proſequatur, vt non tantùm ad partes bonorum & ad ea ex quibus eliciuntur affectum extendat, ſed etiam ad laborem, & ad munia omnia, quæ in bonorum vtilium adeptione exercenda ſunt, necnon ad horum munerum partes ſingulas: hic proprij affectus impulſus indecenter extendet, niſi forte hęc conueniant ex affectuũ præſtantiorum vi, quæ omnino extendenda eſt. Horum igitur affectuum vnuſquiſque dũ proprios impulſus omnino liberè ſequitur, neque ex præſtantiorum vi admodum deducitur, nunquam ad virtutes ſed ſemper ad vitia diriget, rectéque ob id conſtitutum eſt, morũ virtutes quibus hi affectus perficiuntur, Optimæ virtutis denominationem non ſuſtinere, ſed ex Optimæ virtutis moderamine tam bonitatis quàm virtutis naturam ac vocem recipere. Itaque, vt harum virtutum termini certiores rectè conſtituantur, tum ratione intenſionis, ex qua actuum põdus videtur oriri, tum ratione extenſionis, ad quam numerus pertinet, tum ratione diſpoſitionis ad alios affectus, ex qua deducitur ordo, tum ratione perſeuerantiæ, ex qua colligitur menſura: ſignum aliquod certum ſtatuendum eſt, hócque ab ipſa tantummodo Optima virtute eſt accipiendum, ſeu ab inferiori illius parte, quæ affectum ſimpliciter humanum reſpicit, ac his imperfectioribus affectibus eſt proximior. Conſtat ſiquidem affectum, qui ſimpliciter eſt humanus, ex Naturæ diſpoſitione præeſſe his omnibus, ac illorum bonis liberè vti, haud ſecus quàm cogitandi vis rationi deſeruiẽs ſenſus omnes inferiores rectè moderatur ac regit.

Siquis autem, non accepto hoc ſigno, admoneat tantummodo ſingula pro rerum ſtatu ac vt recta ratio dictat modificanda eſſe, hic ea ratione deſeruiet moraliũ virtutum adeptioni ac vſui, qua ægrotantiũ ſanitati miniſtrat, docens ea ægroto præſtanda eſſe quæ ex medicæ artis lege illius morbum depellere poſſunt, nullúmque præterea pharmacum afferat, ſeu certam medendi artem demonſtrat.

Capvt XIII.

De magnanimitate ac Aequanimitate.



HVmanorvm affectuum vnuſquiſque aliis certa quadam ſerie eſſentialiter copulatur atque adhæret. Singuli igitur conſiderari poſſunt, vt eriguntur ad affectus præſtantiores, illorúmque obiecta, vt reſpiciunt propria, & vt ad imperfectiora deflectuntur. Id ſatis perſpicuum eſt in Animoſitate, ſeu in affectu Æſtimatiuæ deſeruiente, cuius (tanquam pręſtantioris) virtutes ac vitia primo loco inſpicienda ſunt. Hic ex humanæ caritatis ad eam extenſione, & ex ſuimet ad caritatem erectione, decorandus eſt pluribus virtutibus, hiſque valde eximiis, inter quas Magnanimitas & Æquanimitas præcipuę videntur eſſe. Hæ verò annectuntur caritati, ſimúlque virtuti optimæ, quoniam proſequuntur tanquam bona propria virtutis actus, qui ab illis conſequenter experiri ſolent. Magnanimitas verò & Æquanimitas diſtinguuntur inuicẽ, tanquam magis ac minus excellens: nam Magnanimitas vehementior eſt, Æquanimitas remiſsior. Itaque Magnanimitas ſicuti vehementiorem dilectionem cõtinet: ita magna præcipuè reſpicit, hominémque primo impellit ad ea exercẽda quibus magna confici poſſunt. mox eundem ſæpe certiorem reddit ſe, quatenus hominum infirmitas patitur, magnis indignum non eſſe. Quanuis autẽ ipſe magnanimus in paruis (quæ virtutem ſimiliter continent) non acquieſcat, paruáque libenter prætereat, ea tamen non abſolutè contemnit, ſed quatenus ad magna referuntur, haud ſecus quàm nonnulli, qui, cùm vino quammaximè delectentur, generoſiora vina ſęligũt, cætera verò abiiciunt, præſertim ſi omni gratia denudentur, neq; ſingulare aliquod contineant. Eiſdẽ etiam rationibus Magnanimus dũ circa parua verſatur, ea magna reddere nititur, & magna pertractãs, illa maiora ac illuſtriora efficit. Animum autẽ, dũ vehemẽti hac dilectione virtutẽ proſequitur, verè magnũ effici manifeſtũ eſt: patet ſiquidem imperfectiora omnia, quæ (ſi ad præclara virtutis geſta referantur) minima apparent & ſunt, Magnanimo contemptibilia reddi, rectéque ob id magnanimi contemptores videntur eſſe: ſpernũt enim tanquã parua non tantum poteſtates & diuitias, ſed honorem etiam, qui externorum bonorũ eſt maximus, dum à virtute non oriuntur.

Quanuis igitur Magnanimitas verſetur circa præclariores actus virtutum, tanquam circa propria, non autẽ circa honores ac inhonorationes, eatenus tamen admittendum erit, eam verſari circa honores & inhonorationes, quatenus intelligitur, illius excellentiam, tanquam ex ſignis pręcipuis colligi ex honorum deſpectu & ex inhonorationum tolerantia. conuincitur enim homines vtcunque ſenſatos virtutis amore vehementer teneri, dum hanc præcipuè tuentur, neque ex aliorum ſeu adeptione ſeu amiſsione valde lętantur ſeu valde mœrent. Eandem ob cauſam Magnanimus in magnis pertractandis nullum periculum refugit: in periculis conſtitutus cum fiducia agit, neque vnquã magno męrore afficitur, licet acerbum aliquod ſuſtinendũ, & Mors ipſa ſubeonda ſit, non quidem (vt dixere Antiquiores) quaſi non ſit ei dignum omnino viuere, (hoc enim ſtultã vanitatem contineret) ſed quoniam virtutem & ea quæ virtuti debentur exteris omnibus verè præferenda cognoſcit. Hinc quamtutiſsimè colligitur, veram Magnanimitatem abſque aliis virtutibus dari non poſſe eam probitatem omnem continere, ac eandem cæterarum omnium ornamentum cenſendam eſſe. nam qui virtutis actus diligunt, virtutes neceſſariò proſequũtur, ac in illarũ adeptione & vſu ſummè lætantur, eóque cõſtantius quoniã proprio fine, qui conſtituitur in eodem virtutum pręſtãtiorum vſu, fruſtrari non poſſunt. quanuis enim aliarum virtutum actio illis nonnunquam interturbetur, ſapientiæ tamen ſeu certè Pietatis ſtudium non amittunt. Pręſtãtiores autem virtutes & ipſa Magnanimitas ad idem impellunt, licet non eadem ratione. Optima ſiquidem virtus dirigit ex pietatis vi ad Dei dilectionem ac cultum, ex ſapientię amore ad contemplationem, ex affectu caritatis humanæ ad decentem omnium hominum aſſociationem. Magnanimitas verò eadẽ perquirit, quoniam virtutis actus, quibus talia paranda ſunt, ſummo amore proſequitur. Quapropter Magnanimitatis ac Optimæ virtutis impulſus ſemper cõcordes ſunt, neque ſibi inuicem aduerſari poſſunt.

Æquanimitas nihil aliud erit, quàm firmus virtutis exercendæ amor, licet non adeo vehemens. Illi propriiſsimum erit conquieſcere in ſingulis moralium virtutum actibus, licet quę tractantur non ſint adeo magna, ſed fortaſſe humiliora. Itaque ipſe Æquanimis promptè deflectitur ad vnumquodque, quod virtutem vtcunque contineat. quãuis enim ad ſumma propenſus nõ ſit, nihil tamen magis refugit, quam à quacunque recta

actione

actione desistere. Harum duarum virtutum bonum tanquam valde adhærens bono virtutis Optimæ, illius naturam æmulari videtur. eædem quoque virtutes eiusdē Optimæ virtutis imaginem vtcunque referunt. virtus siquidem ac virtutis actus quos prosequuntur, absolutè sunt boni, & malis omnibus aduersantur.

Magnanimitatis & Æquanimitatis consummatio ex ea parte qua rectum propositum continent, ac communiori Iustitiæ respondent, deducenda erit ex irradiationibus humanę caritatis ac cęterarum virtutum præstantiorum ad Æstimatiuam. hæc enim ex propria vi rectè percipere non potest moralium virtutum naturam, pulchritudinem, fructus, ac munia, licet obscuriori quadā coniectura vtcunque vaticinetur. Quapropter, nisi rationis vi accedente cogitatiuáque subministrante hæc rectè perciperentur, constituta virtutum dilectio non consisteret, seu certè omnino infirma ac fluctuans esset: non dissimili ratione partes, quę seu ad Prudētiam, seu ad Fortitudinem ac Temperantia pertinent, roborandæ erunt: rationis enim adiumentis deficientibus, impossibile esset singula prudenter circumspicere, intueri, pensare, discernere ac cauere, ne dum virtuti ac humano bono deseruire nitimur ad vitia prolabamur humanóq; aduersemur bono, seu magnanimum, æquanimeue propositum fortiter retinere, seu eiusdem impulsus moderari, ne ex nimia acceleratione totum virtutis opus perturbetur. Prudentia verò, quæ ad Magnanimitatis ac Æquanimitatis consummationem desideratur, Circumspectio seu cautio decentissimè appellari poterit. Fortitudo dicetur constantia: Temperantia longanimitatis nomen assumet.

Capvt XIIII.

De vitiis Magnanimitati & Aequanimitati oppositis.

Magnanimitati ac Æquanimitati opponuntur plura vitia. rectæ enim intentionis vis deflecti solet à virtutis habitu, ac ab humani boni prosecutione, tam ob vehemētiorem intensionem affectus Æstimatiuæ deseruientis, quàm ob nimiam remissionem. Vehementior intentio (vt animalium affectuum mos est) retundit visum superiorum virtutum cognoscentium, Cogitatiuæ scilicet ac Rationis, euenítque ob id vt dum virtus virtutisque actus vehementius amantur ac appetuntur, virtutum natura ac partes plenè non attingantur. Tunc igitur virtutis dilectio continet quidem aliquod præclarum, sed fluctuantem agendi habitum parit, qui etiam nimiam Præsumptionem inducit, ob idque leuitatis ac Præsumptionis vitia fouet. Remissior eiusdem affectus impulsus ipsius etiam Æstimatiuæ perceptionē labefactat, ipsúmque animum verè infirmum reddit, ideóque licet virtutis præstantiam vtcunque attingat, admiretur ac diligat, nihilominus parum sibi in omnibus fidēs nihil molitur, nihilque aggreditur, atque eum prosequendi habitum cōcipit, qui Pusillanimitatis nomine exprimi solet. Hoc autem vitium quamuis ex boni priuatione præcipuè sit reprehensibile, rarò tamen Omissionis culpa carere potest. Itaque non parum fauet extēsioni vitij communioris, quod ad summam omissionem impellit ac desidiam summè detestandam inducit. Quanam verò ratione Vanitas ac Præsumptio, necnon Pusillanimitas ac Desidia, reddant hominem incautum ac incircumspectum, simúlque ad Inconstantiam ac Præcipitationem impellant, vnusquisque iam demonstrata perpendens intueri potest.

Capvt XV.

De ratione, qua ex optima virtutis ac humanæ caritatis intuitu, Magnanimitas ac Aequanimitas induci ac retineri possint, & vitia opposita declinari.

Sed demonstrādum est, quonam pacto ex humanę caritatis totiúsque Optimę virtutis perceptione, tanquam ex certi signi intuitu, hæ virtutes rectè parari ac retineri possint, opposita verò vitia vitari ac comprimi. Hæc autem ex his quæ dicta sunt facilè colligi possunt. nam sicuti optimæ virtutis ac ipsius humanæ caritatis bono non percepto virtutis ac vitij certiores rationes nos subterfugiūt, ita si virtutis ac vitij rationes nos lateant, Magnanimitatis & Æquanimitatis opus ac bonum nos præteribit. Econtra etiam, dum in virtutum ac vitiorum natura non decipimur, in Magnanimitatis vsu firmiter insistimus, cùm præsertim hæ virtutes humanæ caritati immediatè adhæreant, ac cęteris imperfectioribus moderamen ac legem imponant, ipsæ verò ab Optima virtute ac humana caritate tantummodo componantur: illis siquidem propriissimè cōuenit eatenus virtutem ac virtutis actus diligere, quatenus ipsius caritatis totiúsque Optimę virtutis bonum primò respiciunt. Nam si non intuētur hoc bonum, magnum aliquod non continent, sed ad vanitatem perducunt. Neque tamen ob id suspicandū est has motum virtutes virtuti Optimæ ipsique humanę caritati seu inutiles esse, seu parum adiumēti illis afferre: dum enim Æstimatiuæ affectus propria quadam ratione ad id impellit, quod rationales affectus exoptant, illorū actio longè firmior ac tutior redditur. Ipsi etiam Magnanimitati ac Æquanimitati præcipuè ascribendum est, vt nulla euentuum incertitudo agentem perturbare atque ab actione retrahere possit. cōquiescit enim in solo virtutis actu, neque aliud præterea exposcit, vt præstantioribus conuenit. Quapropter vehementiores etiam ac firmiores reddunt tam cognoscendi quàm prosequendi vires, simúlque animum ab omni Perturbatione, Vanitate, Præsumptione, ac Pusillanimitate longè tutiorem efficiunt, neque vllam seu Incircumspectionem, seu Pręcipitationem, seu Inconstantiam patiuntur.

Capvt XVI.

De decenti contractione cōmunis caritatis ad seipsum, ex qua oriuntur decens sui met amor ac ingenuitas, necnon de vitiis quæ dictis virtutibus opponuntur.

Æstimativæ affectio, quatenus simplici affectui humano adhæret ac quodammodo copulatur, enarratis virtutibus & vitiis sic decorari ac deturpari potest. Eadem quatenus versatur circa propria, hominésque intuetur non omnino indeterminatè, sed ex certa conditione definitos, aliis virtutibus, vitiisque non paucis honestabitur seu dehonestabitur. nam ea etiam plura sunt quæ pertinent ad tales hominum determinationes, & certas seu amicitiæ seu inimicitię rationes exposcunt. Inter hæc illud primum obtinet locum, quo hominū vnusquisque à cęteris disiungitur ac seipsum inspicit. Hæc ab humanis amicitiis seiungenda non est, quin potius diligētius attendenda. nam verè præcipua est, & sicuti primam humanæ caritatis contractionem constituit, ita dum rectè exercetur rationes omnes demonstrat quibus eadē caritatis ad alios decenter est extendenda.

Huius affectionis duo fines videntur esse: quorum vnusquisque proprius appellari potest, sed non eadem ratione: alter siquidem ex eo censetur proprius, quoniā in bonorum omnium prosecutione proprium commodum intendit. Alter verò non tantùm proprium commodum, sed illud etiam bonū præcipuè attendit, quod ad Æstimatiuę affectum propriissimè pertinet. Ex fine priori constituitur amor proprius. Hic quandóque Naturę legibus consentit, quandóque aduersatur. Dum Naturę legibus consentit, præstantioribus affectibus ac motum virtutibus aduersari non potest, quin potius illis quammaximè fauet. nam, quemadmodum nihil obstat, illud, quod ex propria natura ac bonitate est amabile, amatoribus etiam maximè prodesse: ita inconueniens nō est, aliqua à pręstātioribus affectibus diligi absolutè,

tati quam optimè consulatur. Et hæc quidem ipsi filij, siue Matrimonij vinculo adhuc sint soluti, siue iam mariti atque etiam patres effecti, parentum vtrique præstare debebunt, ita tamen vt patri tanquam perfectiori obedientia præcipuè exhibeatur, matri verò tãquam infirmiori, defensio. Ex his autem paternis filiorúmque obsequiis decenter seu indecenter præstitis, constituentur similiter certæ potius proprij amoris ac Ingenuitatis extensiones, ac vitiorum oppositorum, nouæ seu virtutes, seu vitia.

Ex diuina autem sollicitudine factum est, vt parentes in filiorum educationibus ac cura aberrare nolint, & defectus omnis, qui paternas has dilectiones concomitari solet, pendeat potius ex ignorantia seu ex negligentia, quàm ex vlla malitia. sæpe etiam ob vehementiorem quamuis stultam, filiorum dilectionem in idem incidũt. Fratrum autem ac sororum coniunctiones ac dilectiones rectè colligentur, si in his quæ pertinent ad consilium, seu etiam ad pericula atque ad labores, dum paruum est ætatum discrimen, deuinxerimus ipsos fratres ad viriles partes sibi inuicem præstandas, eadémque ratione sorores sibi inuicem vxoriis legibus astringemus sanciemúsque, fratres erga sorores exercendos esse, vt vir erga propriam vxorem. Econtra verò sorores erga fratres, vt vxor erga virum. Sin autem fratrum ac sororũ ætates non parum distent, maiores parentũ munia imitabuntur, minores verò filiorum. Harum tamen dilectiunum vnaquaque ex copulæ differentia erit denominanda. nam, sicuti dantur dilectiones maritalis, vxoria, paterna, materna, ac filialis, ita admittẽdæ sunt dilectiones fraternæ ac sororiæ. quarum vnaquæque eisdem legibus seu moderationem retinet, seu ob excessum defectúmue ad vitiosam formam deducitur. Hi tamen excessus seu defectus rarius induci solent, vixq; diutius retineri possunt nam sicuti tales hominum copulationes à Natura sunt, ita illarum leges eiusdem Naturæ vi in vniuscuiusque animo insitæ sunt, neque vnquam penitus diuelli possunt. Ex quo factum est, vt homines in his, in quibus primò exercendi sunt, ad virtutum fiot magis proni, hísque dirigentibus eas leges imbibant quæ quammaximè conducunt ad cæterarum societatum decentẽ prosecutionẽ ac vsum. dũ enim Natura ducce homines certa quadam ratione afficiũtur erga seipsos, erga coniugem, erga parentes, erga filios, erga fratres, ac erga sorores, colligunt euidenter quidnam seu ab aliis expetendum refugiendúmue sit, ad suimet, vxoris, parentum, filiorum, fratrum, ac sororum commodum, seu ipsi aliorum vnicuique, illorúmque coniugibus, parentibus, filiis, fratribus ac sororibus præstare debeant.

C A P V T XVIII.

De pactionum causis ac rationibus: de virtute quæ dicitur Humana fides, ac de vitiis oppositis.

DILECTIONES, quæ ab vnoquoque exercendæ sunt circa seipsum, circa coniuges, circa liberos, circa parentes, circa fratres sororésque ac circa vnumquemque aliorum (vt patet ex superioribus) complectuntur duas diligendi rationes. altera si quidem contrahit humanæ caritatis affectum, altera verò oritur ex certis seu conditionibus, seu relationibus illorum qui diliguntur. Prior omnes homines æqualiter respicit: posterior verò inæqualiter. nam, quò magis extenditur, magis infirmatur. Quamuis igitur illarum vnaquæque hominum societates firmiores exoptet, prior tamen quæ caritatis vim continet, longe ampliorem societatem exquirit: posterior verò ex contractioribus societatibus acquiescit. Ea, quæ ad pleniorem societatem humanarum doctrinam pertinent, quæque earundem species demonstrare possunt ac perfectissimam formam obiicere, suo loco explicanda erunt. Nunc illa videamus quæ conferunt ad voluntatis institutionem, Itaque admonuisse sufficiet, hominum societas omnes quæ ex sola Natura non oriuntur, occonon hominum mutuos actus eiusdem ordinis, pactionibus inniti. Sicuti autem hominum vnusquisque naturaliter concipit tum propriæ libertatis vim, tum paciscendi potestatem, ita neminem omnino latere potest, pactiones haud secus deuincire quàm Dei ac Naturæ leges, ex quibus effluit humana libertas, & omnis paciscendi potestas. In ipsis verò pactionibus duo præcipue cauẽda sunt, vt scilicet pactiones de his fiãt, quæ sunt paciscentiũ, & vt vtrique commodum afferant. Ne erretur in priori, certa aliqua ratio statuenda est, qua tutè discernere nobis liceat quid nostrum & quid alienum verè censendum sit. Hæc verò ex ipsamet hominis libertate sumenda est. sicuti enim illius vsus manifestè est vniuscuiusq; ita quæcunque ex recto libertatis vsu effluunt seu acquiruntur, illius similiter erunt & in eius potestate constituentur.

Ad rectum autem libertatis vsum constituendum, tria præcipue desiderantur.

Primùm vt diuinæ voluntati in omnibus consentiat, & in nullo aduersetur: libertas enim deficiens à diuina voluntate, à qua constituta est, manifestè aliena arripit, ideóque, quoniam summæ rectitudini aduersatur, talis libertatis vsus non est rectus.

Secundùm, vt neque alterius libertatis rectum vsum perturbet, neque ea assumat, quæ alij ex recto libertatis vsu consecuti sunt. nam si hæc verè vnicuique sunt propria, patet, hæc inuadẽtem seu perturbantem, aliena inuadere ac propria libertate abuti.

Tertium, vt pactio prioribus pactionibus non aduersetur. iam enim constitutum est, pactiones naturalis ac diuinæ legis vim continere: ideóque vnumquemque pactionibus deuinciri, haud secus quàm Dei ac Naturæ legibus.

Sicuti autem his animaduersis pactiones reddentur tutæ à priori culpa, qua ad aliena extendi solent, ita vitabũt à posteriori, quæ paciscentiũ operatur incõmodum, si ea attendantur quæ circa præstantiores morum virtutes sunt constituta. nouimus siquidem singula ex humanæ caritatis bono perpendenda esse, & tale bonum fauere singulorum hominum bono, pro vniuscuiusque captu, nullíúsque intendere malum. Itaque pactiones omnes, ex quibus seu vterque paciscens, seu alter illorũ, incommodum patiuntur, à recta ratione recedent patet tamen dum alter tantùm læditur, à pactione recedendum non esse, præsertim si in alio paciscente nullus sit dolus, sed promissis omnino standum: omnis siquidem sponsio eorum quæ in nostra potestate constituta sunt, neque diuinæ legi aduersatur, verè tenet. Præterea magis conducit humano bono ac hominum vnicuique, aliquem seu aliquos incommodum pati, quàm humanas promissiones viribus destitui irritásque reddi.

Et illi quidem, qui stant pactionibus ac promissis, quæ ad aliena seu aliter debita non extendũtur, decorati erũt illa virtute quæ Humana fides appellatur, quæque totius humanæ Iustitiæ fundamentum censetur. Hæc verò virtus sicuti sæpe summã animi rectitudinem exposcit ita magnum Prudentiæ acumen requirit quo doceamur quanta bona (licet serò) concomitentur fidei firmitatem & quanta mala vitiis oppositis annectantur. In eadẽ etiã desiderantur summa fortitudo & summa Temperantia: sæpe.n. maxima incõmoda sustinenda sunt, & bona maxima deserẽda, ne à fide recedatur. Eadẽ fere desiderãtur in pactionibus ita exercendis ac firmandis, vt paciscẽtes vndequaque commoda consequantur, neuterque seu lædat seu lædatur. Itaque iure optimo præcipua quadam prærogatiua Homines appellari solent, tam illi qui in pactionibus hæc præstant, quàm qui sponsionibus constantissimè insistunt. Fidei verò virtus corrumpitur non tantùm ob defectũ, dum scilicet nulla habetur ratio pactionum, sed etiam ob excessum, dum ne fides deseratur etiam impia aggredi solent & quæ legibus aduersantur. Sicuti autem spondentem decet sponsionibus stare, ita illius qui non rerum successus incertos, sed ex primo paciscendi actu plus æquo accepit, partes censendę sunt alterius paciscentis incommoda resarsire. Illi etiam qui cæteris præsunt, curare debebunt vt tales pactiones habeantur irritæ.

Capvt XIX.

De duplici Iuſtitia ac Iniuſtitia.

Qvo magis hominum naturam decet liberè agere ac promiſsis ſtare, eò magis inconuenit eam pati aliquid præter pacta ac inuoluntariè. Hominum igitur vnicuique ex Naturę lege cordi eſt, vt ſua ſingulis tribuantur ac permittantur, & quatenus ablata eſſent reſtituantur, nullúſque inuoluntariè ac vltra pactiones damnum aliquod patiatur. Et hic quidem morum habitus, quo nullus præter propriam illius voluntatem damno afficitur, ſed vnicuique quod ſuũ eſt, tribuitur ſeu reſtituitur, Iuſtitię voce proferri ſolet, contracto quodam modo nomine communioris Iuſtitiæ, quæ impellit vnumquemque ad ſua agẽda ac nunquam deſerenda. Idque non incongruè: nam, dum vnicuique ſua tribuũtur, & qui tribuit & qui recipit ſua agunt, & ad ſua agenda prouocantur: dũ enim vnuſquiſque ſua recipit & retinet, quamfacillimè ſua agere poteſt.

Econtra etiam dum hæc ſubtrahontur, ſinguli à proprij muneris vſu diuertuntur ac perturbantur.

Huius Iuſtitiæ duę ſunt partes præcipuæ, quarum altera ſua vnicuique tradit ac diſtribuit: altera ſua vnicuique reſtituit. Ea verò quæ ſua vniquique permittit, & tertia cenſeri poſſet, quoniam nullum actum parit, certam aliquam Iuſtitiæ ſpeciem non conſtituit, ſed Iniuſtitiæ carentiam ſimpliciter arguit. Iuſticia, quæ vnicuique ſua tradit diſtribuitque, Iniuſtitiam præceſsiſſe non ſupponit, ideòque prima Iuſtitia, atque etiã ex munere Diſtributiua appellanda erit. Huius vſus & difficilior & aliquanto liberior eſt. nam recipientium iura non adeo patent. ſæpe etiam non indecenter ambigitur quibus dandum, & quibus non dandum ſit, necnon (quod maiorem difficultatem continet) quantum vnicuique dandum: rectè enim pręſtari non poteſt abſque recta diiudicatione rerum & perſonarum, decentique comparatione rerum ad res & perſonarum ad perſonas, ex quo oritur ea proportio quæ vocatur Geometrica.

Et hæc quidem eandem rationem continent, ſeu de commodis ſeu de incommodis diſtribuendis agatur.

Iuſtitia quæ ſui vnicuique reſtituit, ob idque emẽdatiuę vocem admittit, iterum erit bipartiẽda. in quibuſdam enim Diſtributiuæ Iuſtitiæ naturam redolet: nam nullam Iniuſtitiam præceſsiſſe ſupponit, vtputa dum mutuata reſtituuntur, & in cõtractibus ipſi contrahentes ſe inuicem iuſto pretio ſeu debita mercede nulla ex parte defraudant.

Quapropter Commutatiua propriori nomine vocari ſolet. nã ex ea tantummodo emẽdationi deſeruit, quoniã his oſtat quę emendationẽ expoſcunt. Ex quo manifeſtum eſt, hanc Iuſtitiæ partem ex eo à Diſtributiuæ natura quàmmaximè recedere, quoniam illius vſus nihil difficilè continet, atque ob id vndequaque deuincit.

Eadem Iuſtitia emendatiua in quibuſdam iniuſtitiam præceſsiſſe ſupponit, vel certè an præceſſerit animaduertit: ideóque Emendatiuæ cognomen decentiſsimè retinet. Hæc verò quandóque rem potius quàm perſonas reſpicit, aliquando potius perſonas quàm res.

Dum verſatur circa res, ea corrigit quæ iniuriam quidem continent, ſed abſque vllo crimine illius qui aliena retinet, accipit ſeu perit. hic enim ideo retinet vel accipere intendit, quoniam opinatur ſe ea retinere ſeu petere quæ vel ſua ſint, vel ſua eſſe rationabiliter ſuſpicatur. Itaque iniuſta fortaſſe agit, ſed nõ iniuſtè, nec vere iniuſtus eſt. Hæc igitur Iuſtitiæ pars Ciuilis appellari ſolet, quoniam verſatur circa ea quæ nullum voluntatis defectum continent.

Dum perſonæ præcipuè emendandæ ſunt, ſemper patientis incommodo adiungitur agentis crimen: errat enim non ex opinionis defectu, ſed ex voluntatis prauitate. Itaque hæc Iuſtitię pars Criminalis dicitur. Vſus Iuſtitię ciuilis eſt facilior, atque etiam minus ſolutus. ſicuti enim non difficile eſt ſancire quæ res ad vnũquemque pertineãt, ita, niſi omnia ad vnguem refarciantur, Iniuſtitiæ complectitur vim. Econtra, vſus Iuſtitiæ criminalis continet non parum difficultatis. quemadmodum enim perſonæ plurimum inter ſe differunt, ita perſonarum crimina plurimùm diſcriminis habent. His accedunt differentiæ temporum, locorum, ac cęterorum huiuſmodi, quę actuũ humanorũ naturam quodãmodo immutare videntur, ſicuti etiam pœnę imponendę eaſdem ob cauſas idem in omnibus non pręſtant. Percuſſiones etiam, vulnera, homicidia, furta, adulteria, ſeu apertè, ac violenter, ſeu clandeſtinè perpetrentur, & reliqua quę crimen manifeſtum continent, plurimas admittunt differentias. Pręterea continent iniuriam ac damnum non illius tantùm qui paſſus eſt, ſed etiam totius ſocietatis, quod longè ardentius vindicandum eſt.

Patet autem, hanc Emendatiuæ Iuſtitię partem ex eo Diſtributiuę vim continere, quoniã innititur differẽtiis perſonarum, temporum, locorum, ac cęterorũ huiuſmodi. Exiſtimare verò quis poſſet, eiuſdem virtutis eſſe, & pœnas delinquentibus infligere & rectè agentibus præmia erogare: ſed hęc plurimùm inter ſe differunt.

Ideoque primùm conuenit Iuſtitię emendatiuę, ſecundum verò Diſtributiuę: pręmia ſiquidem erogare, niſi pacta promiſsionéſue præceſſerint, gratioſi non parum continet. Pœnas autem infligere, ſimplicis Iuſtitię eſt. cùm enim vnuſquiſque rectè agere ex lege teneatur, dum rectè agit, culpam potius refugit quàm præmium mereatur.

Quapropter dum præmia tribuuntur, id pertinet potius ad decentiam & ad aliorum ſtimulum, quàm ad Iuſtitię debitum. quod tamen intelligendum eſt, dũ hæc fiunt nõ ex lege ſed ex ſimplicis libertatis vſu. Vitia quę opponũtur his Iuſticiæ ſpeciebus, ac partibus oriri poſſunt tam ex exceſſu quàm ex defectu. nam quandóque plus iuſto tribuitur, quandóque minus. In diſtributionibus ac commutationibus bonorum exceſſus, minus reprehenſibilis eſt quàm defectus: alieno enim bono vtcunque deſeruit. quod tamen intelligendum eſt, dum id alterius damnum non continet. In mulctationibus verò econtra exceſſus vtplurimum iuſtius accuſatur quàm defectus.

Sed aliqua dicenda ſunt de partibus harũ virtutum, quib. virtutis cõmunioris partes ſingulæ cõtrahuntur. Prior, quæ cõmuniorem Iuſtitiam cõtrahit (ni fallimur) animi rectitudo rectè appellari poterit. Quæ contrahit cõmuniorem Prudentiam, recta ac ſolers diiudicatio dicenda erit. Quæ ad fortitudinem pertinet, Conſtantiæ nomine decorabitur. Quæ verò Temperantiam hac ex parte perficit, Incontaminabilitas dicenda erit.

In ipſius autẽ Iuſtitię vſu ea ſemper attẽdenda erunt, tanquam certa ſigna quæ ad pręſtantiores virtutes pertinent: præcipuè tamen illa quę in pactionibus ac in fide retinenda deſiderantur.

Capvt XX.

De Diſcretione ac Modeſtia, necnon de oppoſitis vitiis.

Non tantùm cauendũ eſt ne aliquis inuoluntariè patiatur damnum, ſed curandum etiam pro viribus vt in debitis præſtandis ac exigẽdis abſit defectus & exceſſus, licet nullum inuoluntarium videantur continere.

Tunc verò apparebũt illę morũ virtutes, quę Diſcretionis ac Modeſtiæ voce proferri ſolent. Diſcretio conuenit ſuperioribus, quatenus inferiores reſpiciunt, expoſcitque vt inferiorũ miniſteria ac debita exigãtur potius citra decentiam quàm vltra. Modeſtia econtra aptatur inferioribus reſpectu Superiorum, pręcipitque vt inferiores requirant à Superioribus ea quę ſibi debẽtur, potius citra quàm vltra decentiã: vtraque tamen virtus etiam inter æquales exerceri ſolet. Corrumpuntur hæ virtutes tam ab exceſſu quàm à defectu. Quapropter à duobus etiam oppugnãtur vitiis. Diſcretioni ſiquidem opponuntur Indiſcretio ob exceſſum, & Relaxatio ob defectum. Modeſtię aduerſatur ob exceſſum Immodeſtia ſeu Arrogantia, ob defectum Stoliditas. ſicuti enim

Indiſcre-

Indiscretio & Arrogantia, vltra decentiam hæc à superioribus, illa ab inferioribus exquirit, ita relaxatio ac stoliditas, vna inferioribus, altera superioribus omnia cedit. Siquis autem has virtutes & hæc vitia inuicem conferat, inter virtutes Discretionem præstantiorem percipiet cohibet enim actus superioris ac potestatem habentis, quod difficilius est, cùm Modestia retrahat actus inferioris & potestate carentis, quod est facilius. Inter vitia, Arrogantiam Indiscretione, Indiscretionem Relaxatione, Relaxationẽ Stoliditate eisdẽmet rationibus detestabiliorea inuenientur. Decentia verò, quæ in Discretionis ac Modestiæ vsu attendenda est, spectanda erit respectu inferiorũ ex vniuscuiusque munere, ex agendi virtute, & ex actionis fructu. dũ enim ea imperãtur, quæ proprium munus excedunt, vel propria imperãtur, dum ex labore seu ex ægritudine vires desunt, seu etiam dũ nullus ex actione fructus elicitur, ad Indecentiam deuenitur, atque Indiscretio exercetur. Respectu autem superiorum, forte etiam æqualium, eadem Decentia sumenda erit non tantùm ex agendi munere, ex agẽdi virtute, & fructu, sed etiam ex agendi commodo, dignitate, atque opportunitate. qui enim horum rationem non habens superiorem vel æqualem grauat, Modestiæ limites excedit.

Siquis autem certiùs definire velit partes, quę communiorem virtutem contrahentes Discretionem ac Modestiam pariũt, facilè (ni fallimur) assentietur has ex Iustitia intueri bonum tam exigentis quàm illius à quo exigitur. Itaque dum concipitur bonum vel exigentis tantùm, vel illius tantùm à quo exigendum est, orietur ea Iniustitia quæ oppositorum vitiorum est pars præcipua: quorum alterum proprij, alterum alieni amoris excessum inducet. Simili ratione exercens Discretionem ac Modestiam, ex eo prudens apparebit quoniam proprium bonum non exquiret, dum conspicit eum, à quo exigitur, teneri ad maioris mali expulsionem. Quod si proprium etiam malum repellendum est, tam proprium quàm alterius perpendet malum, & id quod maius est prius repellendum decernet, idémque in bonis prosequendis obseruabit. Quapropter Discreti ac Modesti seipsos eousque ab actione cohibent, donec hæc illis vtcunque constent. Oppositæ verò Imprudentiæ vel in propriis vel in alienis pensandis deficiunt, vel etiam patrãfaciẽda decernũt, animũmque vel omnino suspensum vel nimium celerem reddunt.

Quod autem ad Fortitudinis ac Temperantiæ partes attinet, his proprium videtur esse, dum aliis parcendum hoc est, ob illorum potius quàm ob propria incommoda compati, &, dum aliis parcẽdum est, ob illorum potius quàm ob propria commoda lætari. At horum vnumquodque ex intuitu illius signi, à quo imperfectiores affectus omnes moderãdos diximus, certius definiri poterit, pręsertim si Magnanimitatis, Æquanimitatis, Ingenuitatis, Fidei ac Iustitiæ tum distributiuæ tum emendatiuæ rationes simul attendantur.

Has omnes virtutes præstantiores attendendas dicimus. quamuis enim decentissima virtutum ratio ex sola optima virtute sufficienter sumatur, mentis tamen nostræ infirmitas non parum adiumenti consequitur, si hæc attendantur etiam ex bono mediarum virtutum, quòd optimæ virtutis bono consentire iam nouimus: nam inuisibilium etiam prospectu dum signum, ex quo cætera sunt dirigenda, longius ab oculo distat, plura interponuntur, quæ ad illud rectè dirigunt, sicque oculi infirmitati succurritur.

Patet autem id omne Indecens esse quod Fidei, Ingenuitati, Iustitięque aliquo pacto aduersatur, ac virtutis actus vtcunque perturbat.

Ipsa verò Discretio ac Modestia desiderari solet etiam in vsu Iustitiæ. nam ab illis oriri videtur omnis ratio æquitatis, quæ totius Iustitiæ ornamentum ac consummatio rectè appellatur. Quamuis autem Indiscretionis ac Immodestiæ habitus non parum differãt ab iniustitia distributiua, commutatiua, ac emendatiua, de quibus iam dictum est: illis tamen sunt quammaximè proximi. Idem oppositis vitiis euenit, ideóque transitus ex Indiscretione ad Iniustitiam est valde facilis. Ipsa etiam Indiscretio sæpius repetita manifestam Iniustitiam continet. nam dum superiores vltra decentiam ab inferioribus debita exigunt, licet ob tribuentium timorem seu verecundiam ea voluntariè tribui videantur, apparet tamen ipsos, tribuentes internẽ angi, ac reipsa inuoluntariè pati seu expoliari. Quamobrem tandem ad id deducuntur, vt posthac se huiusmodi præstituros negent apertè. His autẽ perceptis, nisi ab exactione desistatur, Iniustitia seipsam manifestè prodit. Idem etiam, licet diuersa ratione, ex Relaxatione euenire solet: inferiores enim dum animaduertunt debita nõ exigi, sed relaxari, sæpe ad id deducuntur insaniæ, vt rogati debita præstare nolint, iamque apertè dissideant.

CAPVT XXI.

De Affabilitate, Familiaritate, Veritate, Comitate, animi Moderatione, Humilitate, Mansuetudine, Amicabilitate.

HVMANÆ caritatis contractiones ac extensiones, Fides, Iustitia, Discretio, ac Modestia, quas hactenus explicauimus, exercẽtur circa hominum actus, certos homines respicientes, quatenus seu Naturæ legibus seu pactionib. subiiciũtur.

Præter has illæ morũ virtutes admittendæ erũt quæ moderantur cæteros hominum actus, quibúsque essentialiter conuenit certos quidem homines ac aliqua ratione determinatos intueri, sed omnino liberè. Hæ duorum sunt ordinum, nam hi etiam actus ad totidem ordines deduci videntur. quidam nempe homini, in quem exercentur, ex propria vi nullum commodum afferunt, sed amicitiæ indicia tantummodo continent ideóque Officia simpliciora appellari possent. quidã verò beneficium agentis animum erga recipientem vel actu exercent, vel manifestè testatum reddunt. Officia simpliciora duplicem actum continent, exhibentis scilicet & recipientis seu appetentis. quamuis enim exhibens sæpe etiam simul recipiat, horum tamen vtrúmque propriis habitibus videtur subiici.

Ex his omnibus oriri vidẽtur quatuor morum virtutes, quæ humanam societatẽ inducunt ac suouimè fouent, quæque certa serie sibi inuicem associantur, videlicet affabilitas, familiaritas, veritas, & comitas: necnon aliæ quatuor, quæ eandem societatem confirmant ac tutissimam reddunt, animi scilicet moderatio, humilitas, mãsuetudo, & amicabilitas. Affabilitas versatur circa primos hominum congressus. Familiaritas, quę cõgressuum frequentationem supponit, notorum associationes ac consuetudines regit. veritas familiaribus sermonibus præest, illisque pręcipuè, quæ circa familiaria versantur. Comitas eos sermones respicit quibus audientiũ animi exhilarari seu cõtristari solent. Animi moderatio decẽtium officiorum exhibitionem, ipsúmque præcipuè honorem moderatè diligit moderatéque respicit. Humilitas verò prõpte exhibet. Mansuetudo horum officiorum defectũ facilè condonat. Amicabilitas lętatur ex aliorũ bonis ac ex oppositis contristatur.

Harum omnium virtutum ratio sumenda est ex pręstantioribus morum virtutibus: illarũ siquidem vnaquæque tunc rectè exercetur, cùm non aduersatur humanæ caritati, magnanimitati, seu æquanimitati, caritatis contractionibus ac extẽsionibus, fidei, iustitię, ac discretioni, sed fauet potius. Ad idem faciunt Naturę directiones, quibus vnusquisque admonetur, quid parentibus filiis, fratribus ac sororibus pręstandum sit. Itaque eædem morum virtutes facilè retinentur, dum in congressibus ac in familiari vsu iuniores venerantur seniores tanquam patres, iuniores habentur à senioribus tanquam filij, & æquales ab ęqualibus tanquam fratres seu sorores. eædem quoque animi dispositiones manifestè colliguntur ex sermonibus tam domesticis quàm aliis, qui seu contristari seu exhilarare solent, necnon ex communium officiorum prosecutione ac condonatione, pręcipuéque ex varia amicorum ac extraneorum

n. 13

fortuna. nam talia vt exercentur seu à senibus seu à iunioribus,& seu senes seu iuuenes respiciunt, eum vsum exposcunt qui singulorem ætatem decet.

Sciendũ tamen est,tunc tantummodo solius ætatis rationem babendam esse,cùm cætera omnia paria sunt.cęteris verò inæqualibus existentibus discrimen sumendũ erit ex moralium virtutum habitibus, & ex his quæ hos babitus consequuntur,idque ea ratione vt singula attendantur ex ipsarum virtutum dignitate. Itaque, quicunque Pietati ac Sapientiæ parum incubuere , nequeetiam pręclarum aliquod caritatis bumanę specimen exhibuere,dum incidunt in virum,seu pietate, seu sapientia , seu caritate insignem ,eum tanquam patrem venerati debent , fortasse etiam tanquam beneficum. nam qui omnibus prosunt singulis prosunt.

In his verò diiudicandis communis hominum sentẽtia attẽdenda erit, ac præcipuè commune testimonium. eum enim qui in Sacerdotio est constitutus pium etiam existimare debemus : & qui cæteris docendis præponitur,tanquam sapiens veneratione est dignus.

Capvt XXII.

De Vitiis,virtutibus nuper enarratis oppositis.



FFABILITATI opponitur ex excessu vitium quo homines Nimij appellari solent ,ex defectu Rusticitas.

Familiaritati aduersatur ex excessu nimia Familiaritas,ex defectu Insociabilitas.

Veritatem,quantum ad propria,destruit ex excessu Iactantia,ex defectu sui depressio,quantum ad aliena ,si in præsentia fiat,ex excessu respectu bonorum Adulatio,ex defectu Compressio , respectu malorum ex excessu Nimia improperatio , ex defectu Nimia præteritio : si fiat in absentia, respectu bonorum ex excessu Extollentia,ex defectu Alieni boni depressio, respectu malorum ex excessu Maledicentia , ex defectu Violenta defensio.

Comitati respectu oblectantium ex excessu repugnat Scurrilitas , quæ indecore exhilarat , ex defectu insipiditas : respectu contristantium ex excessu Morositas , quæ immoderatè contristat, ex defectu Præteritio, quæ nimium contristationem vitat.

Animi moderationem corrumpit ex excessu Elatio, quæ indebita officia ac honores exquirit, ea defectu Abiectio, quæ debita non recipit,seu refugit.

Humilitatem repellũt ex excessu Vilitas, quæ indebita officio ae honores præbet : ex defectu Superbia, quæ debita officia denegat.

Mansuetudini opponuntur ex excessu Iracundia, qua homines exardescunt,cùm ea quæ indecenter expetunt, vel nullo modo conceduntur , vel non,prout expetunt, simúlque vindictam appetunt & exercent : ex defectu Stoliditas , qua homines illatas iniurias non percipiunt neque perpendunt.

Amicabilitatem oppugnant Inuidia & Insensatio. Inuidiæ siquidem proprium est , contristari ex alienis bonis,quæ ipsa exoptat & non obtinet,licet oriantur ex Iustitia, seu certè nullam contineant iniustitiam : & ex alienis malis lætari,Insensatio verò sensum tunc etiam omnino comprimit,cum ea quæ sibi negantur indignè aliis conceduntur iodigne.

Capvt XXIII.

De his,ex quibus virtutum moderamen est colligendum.



I quis autem virtutes,quę moderationem animi ac humilitatem retinent, rectè perpendat, facilè animaduertet Mansuetudinem & Amicabilitatem nihil aliud esse, quàm illarum extensiones ac vsus.Quapropter,si ea accuratius animaduertantur quæ pertinent ad animi moderationem ac humilitatem , facilè occurrent quæcunque seu mansuetudini seu amicabilitati fauere possunt.

Ea verò, quæ animi moderationem ac bumilitatem irritantur , duo videntur esse , meritum scilicet illius qui honores,dignitates,atque obsequia respicit , & voluntaria tribuentium exhibitio. Quicunque igitur exoptat dignitates seu vltra debitum voluntariè,seu pro debito inuoluntariè , seu vltra debitum & inuoluntariè, hic manifestè excedit : aduersatur enim bono humanæ caritatis,vel quia indebita expetit, vel quia indebitè , vel quia in vtroque peccat. Idem non dissimili ratione Magnanimitatem & Æquanimitatem destruit , Ingenuitatem,Fidem,Iustitiam,Discretionem , ac Modestiam oppugnat,simúlque Affabilitatis ,Familiaritatis , Veritatis ac Comitatis rationes perturbat.Ille verò qui sibi debita ac volũtariè exhibita refugit,ob defectum aduersatur bonis eisdem,primò quidem priuatiuè potiùs quàm positiuè:consequenter verò etiã positiuè:quicunque enim dignitates sibi ex meritis oblatas refugit , hic eas non merentibus ralaxare videtur.Aoimaduertendum tamen est eũ qui dignitates sibi debitas ac voluntariè exhibitas ideo recusat,quoniam maiori alicui bono sit incumbendum,verè iniuriosum non esse seu sibi ipsi , seu dignitatem offerentibus , seu hominum vniuersitati , sed hunc summa in veneratione habendum esse , vt præstantioribus virtutibus obtemperantem ae incumbentem.

Illi verò qui honores etiam ex meritis debitos prosequũtur vel obsequiis,vel elargitionibus,à virtutis tramite longè distant,sed longius admodum ab eodẽ aberrant,qui has ob causas honorant,atque eo magis , si indignis dignitates tribuant,seu obsequia præbeant.

Quæstioni verò , quam aliquis mouere posset , qua scilicet ratione vniuscuiusq; merita sint spectanda,rectè (ni fallimur)satisfaciemus,eadem repetentes quæ ad virtutum limites constituendos conducunt.nam qui humanæ caritati vehementius studet , atque etiam Magnanimitate,Æquanimitate,ingenuitate,Fide,Iustitia,Discretione,ac Modestia,necnon ipsa animi moderatione,cæterísque morum virtutibus clarius illustratur : hic verè honore,dignitatibus atque obsequiis dignus censendus est,magis autem ac minus , pro virtutum,quibus præcipuè incumbit , seu ordine seu gradu digniori. Ex his quæ dicta sunt circa animi moderationem ac bumilitatem,tutè colligere licet,Mansuetudinem tunc constituendum ita nunquam relaxatur ob honores atque obsequia non præstita : iam enim constitutum est , hæc rectè admittenda seu etiam exoptanda esse, quatenus liberè exhibentur & nihil violẽti continent : dum autem aliqua ratione extorquentur , semper vitiosè appeti. Nulla igitur adest irascendi ratio,dũ ea non exhibentur quæ vnusquisque liberè exhibere debet,Tales etiam indignationes ex eo reprehensibiles conuincuntur , quoniam humanæ caritatis bonum expellunt, simúlque aduersantur Magnanimitati , Æquanimitati , Ingenuitati , Iustitiæ, Discretioni ac Modestiæ,

At non tantùm irascendum non est,dum honores & obsequia nobis subtrahuntur,sed neque dum paruipendimur ac despicimur,nisi id ob Magistratum, quem fortè sustinemus , vel alia ratione communi bono officiat, simúlque iniustitiæ contineat vim. Tunc autem ideo contemptus ferendi non sunt,quoniam (vt ex iam constitutis patet)mutuæ caritatis bonum perturbãt , simulque continent quodam vile indiscretum,atque iniustũ. rectè tamen irascimur,dum seu vis aperta infertur , seu aliquid fraudulenter adimitur : horum enim vnumquodque non tantùm participale , sed commune etiam perturbat bonum , manifestámque arrogantiam ac iniustitiam continet. Sed huic excandescentiæ semper modus adbibendus est. nã Mansuetudinis virtus mitiora semper experiri iubet,omninóque cauendum pręcipit, ne,dum nostris medemur , communiora detrimentum seu perturbationem aliquam patiantur.

Quanuis autem hæc ad vnumquemque pertineant, veréque extendenda sint ad cæteros omnes,qui aliis deuinciuntur seu ex Naturæ , seu ex ciuili lege , seu ex approbata consuetudine,patet tamen sępe aliorum potius quàm sui rationem. babendam esse:id námque communi caritati fauet.

Tunc

Tunc aotem ipsi etiam Mansueti qoammaximè excandescere atqoe ad indignationem deduci debēt, cùm propria Ciuitas aot Resp. hostiliter perturbatut: nam quammaximè decet commune bonum vique ad sanguinem tutari.

Capvt XXIIII.

De recta Aemulatione, ac de vera Amicitiæ gradibus.

A Ffaatlitas ac Familiaritas, Veritatis ac Comitatis virtutibus vnà cum animi moderatione, Mãsuetudine ac Amicabilitate accedentibus, Amicitiam pariunt. Hæc plurium graduũ est, tuncque pleoiotem cõsummationem admittere solet, dũ recta Æmolatio intercedit. Ipsa verò recta æmulatio ideo ad summam amicitiam dirigit, quoniam dum ad virtutis decentem æmulationem impellit, simul seipsam in alio constitutam æmulatut.

Animæ igitur eandem rectam æmulationẽ simul exetcentes ae sustioentes, his simlibos vchementioribus ac grauissimia motibus vndequaque exagitaræ necessariò calefiunt, liquescunt, ac admirabili quadam ratione sibi inuicẽ conglutinantur. Quapropter iam non duarũ, sed vnius animæ seipsam intuentis, atque in seipsa conquiescentis, specimen continẽt, cùm præsertim hic feruescentis amoria calor ex luce carere non possit quę vehementiorẽ calorem ex Naturæ ordine concomitatur, quæque, dum vtrique animæ huius mutuæ ac summæ dilectioois vim cou spicuam ac apertam reddit, vtriúsque amorem vehementius exagitat. Veræ tamen amicitiæ plures gradus dari manifestum est, hósque rectè colligi posse ex gradibus, quibus auimi affectus magis ac minus intendi ac remitti diximus. Sed animaduertendum prętetea etit, summam erga amicum intensionem amoris summam eiusdem respectu illius qui diligit remissionẽ complecti. dum enim amicorũ alter amicum vehementissimè diligit, oullam in seipso (quatenus ad ptopria attinet) amotis retinet vim. Itaque vterque ex alieni amoris affectu summè diligitur, & à ptoptio amore penitus destituitur. Et hic quidem intensionis ac remissionis gradus perfectissimam amicitiam parit, quæ quantò est rarior tantò diuinior censenda est, nisi præstantioribua morũ virtutibus aduersetur. Huic amicitiæ illa erit proxima, in qua internus vniuscuiusque amici amor, licet noo omoino emoriator, sed propriorum etiam sæpe sit sollicitus, attamen amici cõmoda ac bona semper propriis commodis ac bonis anteponit, idque ea ratione vt dum aliquid occurrit, quod ad amici commodũ ac bonũ pertinet, omoem meditationem, sollicitudinẽ ac vires in id, etiam non rogatus sed spooñè, reiiciat.

Tertius amicitiæ gradus tunc constituitur, cùm amici bonum vehementer quidem est cordi, verùm eo pacto desideratur, vt circa ea quæ illi conducete possent sæpios meditetut, propriáque negotia ob illius commodum libenter intermittantur, sed bona iam adepta non facilè ob id relaxentur.

Quartus ac vltimus veræ amicitiæ gradua tunc constituitur, cùm amicus ab amico rogatus, sedulò quidem ac fideliter proposita meditatur, operámque soam illi impertitur, sed ob id neque vllum incommodũ seu dãnum tecipere intendit, neqoe internè vehementer angitur. Et hic quidem amicitiæ gradus si ideo erga singulos remittatut, quoniam ad plures extenditur, satis laudabilis etit. nam communi bono non parum sauet. Sin autem id accidat, vel ob amicitiæ infirmitatem, vel ob intensiorem proprij boni sollicitudinem, reprehensibilis quidem non erit, sed parum laudabilis.

Amici verò actus, quibus primò exqoiritur agentis seu honot, seu lucrum, seu voluptas, veram amicitiã non pariont: io his enim agens nõ recipientis, sed propriom intendit bonum, idque eo minua, si qui in amicorum rebus agendis non amicom sed seipsos primo diligunt, seipsos iudecenter diligant.

Vitia quæ tam rectæ Æmulationi quàm Amicitiæ aduersantur, propriis nominibus fortasse carẽt: patet tamẽ rectæ æmulationi opponi ex excessũ vitium illud qoo nonnulli, dum in aliquo præclarum quid intuẽtur, illius incessus ac voces imitari conantur: ex defectu illud vitium, quo hominum nonnulli nullum alienom admirãtur nec æmulaotur. Amicitiæ virtus ex excesso corrumpitur, dum altero ab Amicitiæ debito sæpius ac apertè deficiente, alter amicitiæ intensionem retinet atque adauget: seu etiam dum amicus, vt amico gratificetur, aduersatur diuinæ legi ac optimæ virtuti, necnon aliis de quibos iam dictũ est. Ex defectu, dũ seu absq; vlla causa ab amicitia receditur, seu laudabilis amicitia oblata stultè reiicitur, seo etiam (quod lõgè detestabilius est) dum aliquis ex Inimicitiæ actibos quammaximè delectatur.

Rationes verò, quibus virtutes hæ retinendæ sunt, ac vitia declinãda (vt ex superioribus patet) ex optima virtote & ex aliis communioribus deduceodæ suot. Recta tamen æmulatio, ex veritate ac comitate, tanquam ex proximioribus virtutibus præcipuè spectanda est. oam scurrę, seo valde morosi, necnon qui malè audiunt, ac veritatis virtute earent, rectam æmulationem noo enutriunt, etsi aliquid fortasse boni opereutur. Ipsa etiam virtus, quæ summæ amicitiæ nomine decoratur, destituẽda præcipuè erit ex recta æmulatione, ex qua oritur: nã talis amicitia rectè uon exerceiur, seu certè diutius non retinetur: nisi aliquid vtrinque adsit, quod mutuam ac laudabilem æmulationem foueat, & nisi vterque ad decentem æmulationem sit pronus.

Capvt XXV.

De Beneficentiæ partibus ac speciebus.


Vanvis amicitiæ, illæque præsertim quæ suut ordinum præstaotiorum, his maaimè incumbant quæ amicis prosunt, illarum tamen habitus eas virtutes non pariunt, quibus homioes Benefici appellati solent. Illi enim qui his amicitiæ vinculis deuincti sunt, non duo hominea sed vnicua homo censeri possunt. Itáqoe dum vnus alteri prodest, sibi ipsi vere prodest. nam in amici bono tãquam in bono proprio conquiescit. Præterea homines talibus amicitiis inter se deuincti vt plurimùm ęquales sunt, & vterque æqualiter quodam modo beneficia cõfert ac recipit. Itaque neuter verè beoeficus censeri potest. Habitus igitur ex quibus homines beoefici appellãdi sont, Amicabilitati potius quàm Amicitiæ videntor annecti. quanois enim Amicabilitas ad plures se extendat quàm Beneficentia, & absque vllo Beoeficentiæ vsu proprios actus externe exerceãt, vtputa dum vulto ac verbis testatur internam lętitiam quæ ex aliorum commodis oritur, & interuũ mœrorem quem pro hominum aduersis experitur: patet tamen homines, qui hac virtute decorantut, optime dispositos esse ad eos habitus quibus beneficia promptè conferri solẽt, quíque ad paociures extendi coosueuerunt, ac vt plurimum exposcunt vsum illius affectus qui respicit bona vtilia, à quo simplex Amicabilitas omuino seiungitur.

Ipsius aytem Beneficeotiæ illa virtus primum germen recte censeri potest, qua homines suam operam & sua, prout vires suppetunt, vnicuique pro vniuscuiusqoe dignitate ex animo offerre solent, quáque etiam non rogati arripioot libeoter deferoiẽdi gratificandique occasiones.

Huic adiiciuntor virtotes, quę firmiorem benefaciẽdi vsum inducunt, & seu admonitione, seu doctrina, seu consilio ad actum deducontur. Eiusdem ordinis videotur esse prompta rerum vtilium mutuatio, quæ recipienti commodum, danti autem damnum non affert, ea elargitio, quę com paruo dantis damno ad aliquod egenorom hominom suffragium exerceri soler, liberalitas, qua cum dantis damno inseruitur amicorum commodo atque honestati, & magnificentia, quæ eum dantis damno non paruo prosequitur amicorum honorem potius ac dignitatem, quàm commodum ac honestatem.

Et hæ quidem poſteriores virtutes oriuntur ex decẽti extenſione affectus qui Æſtimatiuæ deſeruit, ad eum qui Memoriæ aptatur, ſimúlque ex huius ad illum erectione. bona enim quæ mutuantur, quę pauperibus parcè impertiuntur, quæque ex liberalitatis ac magnificentiæ impulſibus diſpertiuntur ac erogantur, (vt ex iam conſtitutis patet) pertinẽt ad Memoriæ affectum. Priori virtuti opponuntur, ex exceſſu vitium quo nonnulli ea offerunt quæ non poſſunt, ſeu ſeipſa pręſtare nolunt. excedunt etiam, qui neque perſonarum neque locorum rationem habent, ideóque, dum animum beneficum oſtentare cupiunt, ridiculi ſeu moleſti redduntur. Ex defectu etiam peccant, qui nulla benefici animi teſtandi ſollicitudine tenentur. Exceditur in admonitionibus, doctrinis, ac conſiliis, dum ab his exercentur qui admonendi, docendi ac regendi potius ſunt, & erga eos qui ſapientia, prudentia ac experientia excellunt, ſeu, licet his indigeant, hæc tamen manifeſtè ſpernunt. Exceditur etiam nonnunquam ex importunitate temporis, loci, occaſionis, ac perſonarum præſentia. Dum verò horum nullum obſtat, ſi nulla ſit admonendi, docẽdi, ac conſulendi ſollicitudo, benefici animi defectus rectè colligi poterit.

Virtutes, quibus mutuationes ac erogationes rectè exercentur, corrumpuntur potius ex defectu, qui homines tenaces reddit, quàm ex exceſſu. Exceditur tamen, ſi aliena mutuentur, ſeu propria habẽtibus. ſi elargitio fiat non indigentibus, atque cum indigentium ac ſibi coniunctorum incommodo. Liberalitati opponitur ex exceſſu Prodigalitas, ex defectu Auaritia.

Magnificentiam deſtruit ex exceſſu bonorum vtilium Dilapidatio, ex defectu Tenacitas.

Sicuti autẽ omnis Beneficẽtia ex Amicabilitate oritur, ſimúlq; tum ab ea tũ à cęteris virtutibus pręſtantioribus definienda eſt: ita illius partes poſteriores à prioribus moderamen accipient. tunc ſiquidem Magnificentia rectè exercetur, cùm liberalitatis vſum non deſtruit. Liberalitas tũc retinetur, cùm pauperũ erogationes ſeu debitæ mutuationes non repelluntur. In his etiam exercendis pollicitationũ memoria retinẽda eſt, ac ſingula conſultò agenda: nam prius promiſſa præſtanda ſunt, poſtmodum verò liberè pro viribus erogandum.

Oriuntur autem poſteriores Beneficentiæ partes à prioribus. nam qui ex animo propriam offert operam, ſi vires ac facultas adſit, ſingulos libẽter admonet, docet, ac conſulit, neque vtilibus parcit, vt omnibus, prout cõuenit, beneficus ſit.

Quemadmodum autem Beneficentiæ vſus certa moderamina exquirit, ita beneficiorum receptio, ſi vitio carere debet, certis legibus deuincitur.

Hæ verò facilè colligi poſſunt, his animaduerſis quæ ad Beneficentię virtutẽ pertinent. rarò enim aliquis Beneficentiam exercet, dum recipiens vitioſè recipit. Illud tamen ex Naturæ ac virtutum omnium vi in recipiente quammaximè deſideratur, vt ſcilicet gratum ſe erga beneficum exhibeat. Id dum rectè præſtatur, oritur Gratitudinis virtus, quæ Fidei vinculum æmulari videtur: corrumpitur tamen non tãtùm ob defectum, ſed etiam ob exceſſum, ſi præſtantioribus virtutibus aduerſetur.

Capvt XXVI.

De decenti bonorum vtilium ſollicitudine: de frugalitate de deſidiæ abominatione: de cura agilitatis ac ſanitatis, ex motu, ac cibis: de continentia à venereis, ac de oppoſitis vitiis.



Virtvtes, quibus Memoriæ affectus in ſe atque abſolutè perficitur, ſunt duæ, decẽs ſcilicet rerum vtilium ſollicitudo ad propriam, ad ſuorum, atque ad amicorum (prout vniuſcuiuſque ſtatui conuenit) commoditatem ac honeſtatẽ. Et frugalitas, quæ eiſdem bonis ad eoſdem vſus liberè ac modeſtè vtitur.

Priori ex exceſſu opponitur Inſatiabilitas, ex defectu bonorum vtilium neglectus. Poſteriori aduerſatur ex exceſſu Effuſio, ex defectu Anguſtia.

Ipſa verò bonorum vtilium ſollicitudo eatenus fortaſſe rectè extendenda erit, quatenus iam accepta ſufficiunt, tum ad liberalitatem exercẽdam, tum ad aliquod pro ſtatu magnificum præſtandum. cùm enim ingenuus animus à liberalitatis vſu deſiſtere libenter non poſsit, neque abſque rubore, dum occaſio offertur, à Magnificentia recedat, eiuſdem etiam animi erit huc uſque rerum vtilium cura teneri.

Idẽ tamẽ animus animaduertet bona vtilia eſſe propter aliud bona, ex eo ſcilicet quòd humanis neceſsitatibus ſubſidia afferant: ideóque hanc ſollicitudinem intendere potius malorum fugam, quàm adeptionem eorum quæ verè ſunt bona. Frugalitas itidem tunc retinebitur, cùm in domeſtico victu id intenditur quod liberalitati conuenit, neque magnifici animi ſemina repelluntur.

Virtus verò qua Phãtaſiæ affectus (qui poſtremus rationis vim recipit) in ſe decorandus eſt, erit illa quæ deſidiam omnem abominatur ſimúlque externam coarctationem refugit, ſed rationis ac præſtantiorum virtutum legibus ſeſe quamlibentiſsimè ſubiicit.

Virtutes autem quæ pertinent ad eundem affectum quatenus aſſociantur affectibus, ſenſus communis, ſenſuũ exteriorum, ac imperfectiſsimi ſenſus, tres vidẽtur eſſe. Prima proprij corporis fortitudinem & agilitatem intendit, eãdémque per motus ac corporis vſus proſequitur. Secunda eiuſdem proprij corporis ſanitatem inquirit, cibóſque ac ſomnum, necnon veſtimenta & domos ex ſolius ſanitatis fructu metitur. Tertia venereos actus vel omnino cohibet, vel illos ad legitimam tantùm filiorum procreationem conſentit.

Virtuti, quæ deſidiam abominatur & coarctationem indecentem refugit, ex exceſſu illud vitium aduerſatur quod licentiæ nomine proferri ſolet: ex defectu Acedia.

Illi, quæ corporis ſanitatem per corporis motum exquirit, opponitur ex exceſſu Nimia corporis defatigatio, ex defectu Socordia.

Illam, quæ ſanitatem intẽdens cibos ac reliqua moderatur, deſtruit ex exceſſu Gula & quæ Gulę adhęrent: ex defectu Inedia.

Illi demum quę veneros actus cohibet, opponitur ex exceſſu Luxuria: ex defectu Debiti à coniuge retractio.

Illa verò virtus quę deſidiam abominatur ac rationis impulſibus promptè paret, tunc maximè viget cùm rei familiaris premit anguſtia. ingenui quippe animi eſt omnes labores libenter ſuſtinere, induſtriæque ardenter incumbere, vt aliquando ſibi ac ſuis neceſſaria abundent At longè illuſtrius ſplendet, cùm neceſſaria omnia abundãt tunc ſiquidẽ non neceſsitate ſed voluntate exercetur, atque ad bona longè præſtantiora impellit.

Virtus, quę corpus per multiplices motus agile ac firmum reddit, necnon illa quę cibis, veſtimẽtis, domibus, ac ſomno moderatè vtens, ſanitatẽ ac vitam tuetur, ea bona proſequuntur quæ Naturæ potiùs quàm induſtriæ cenſeri poſſent. eatenus enim proſequenti proſunt, quatenus miniſtrant adeptioni, ac incremẽto bonorũ præſtantiorum, quæ arte atque induſtria parari tutarique poſſunt. Eadem etiã ex ea parte, qua non ſunt poſita, in poteſtate hominis rationi obtemperantis mala potius erunt exiſtimanda quàm bona: neque enim aliter ſentire licet, abſque offenſione Dei Opt. Max. qui ſingula ſapiẽtiſsimè dirigit, cùm præſertim compertum ſit ſummam ipſius bonitatem de hominis bono ſollicitã eſſe, & poſt huius vitę curſum longè præſtantiora rectè merentibus elargiturum.

Tertia verò eiuſdẽ ordinis virtus, quæ venereos actus vel omnino cohibet, vel ad legitimam tantùm filiorum procreationem exercet, conſtituitur ex certo moderamine ex ea parte tãtummodo qua generationi filiorum aſſentitur, talíſq; moderatio ex ipſo præcipuè fine deſignãda erit. ex ea parte verò, qua tales act⁹ omnino cohibet, laudatur ex abominatione illius voluptatis quæ omnino brutalis eſt, & ex cõpreſsione illi⁹ appetitus quĩ

(filiorum

filiorum generatione excepta, malum tantummodo operatur, ideòque non ex certo moderamine, sed omnino comprimendus est.

Capvt XXVII.

De septem vitiis capitalibus, ac de cæterorum vitiorum ab eisdem ortu.



Vᴀ hactenus dicta fuere continent omniũ moralium virtutum differentias ac species, simúlque demonstrãt quonam ratione illarum vnaquæque ab Optima virtute & ab humana caritate oriatur ac effluat. Obiiciũt etiã vitia omnia quę virtutũ vnicuiq; seu ob excessũ, seu ob defectũ opponũtur, sed ea ratione vt quantum ad illorũ ortus seu effluxus, doceant tantommodo vitia omnia pendere ab imperfectioribus animi affectibus rationis moderamine destitutis. Nunc igitur ea explicanda erunt, quæ plenius docere possunt hos vitiorum effluxus, totámque illorum seriem ac constipationem: conducunt enim non parum ad habituum moralium doctrinam.

Sciendum itaque est, vitiorum omnium exordia ad ternarium & ad septenarium numerum, rectè deduci posse: nam si attendatur numerus affectuum, quibus hæc vitia ascribenda sunt, tria tantummodo erunt: nouimus enim totidem esse affectus inferiores, quorum solutio vitia omnia inducit. Sin autem ea attendantur, quæ ab eisdem affectibus primò expetuntur, erunt septem: id siquidem quod ab Æstimatiuæ affectu primo appetitur, triplicem vim manifestè continet: idémq; illi euenit, ad quod Phantasiæ appetitus est pronus. Horũ igitur affectuũ vnusquisque ad tria vitia capitalia impellit. Addito ergo capitali vitio quod Memoriæ affectum dehonestat, septenarius numerus constituetur. Ideo autem capitalia vitia colliguntur ex his quæ hi affectus imperfectiores primò appetunt, quoniam inordinata dilectio, quæ corrumpit omnium agendorum principium, ac vitiorum omnium est stipes, dum ad eorundem vitiorum consummationem impellit, ea necessariò intuetur quæ vltimi Finis partes exercent, cuiusmodi sunt quæ affectuum vis omnino soluta primò intendit & appetit. Sicuti igitur ex finis constitutione pendent ac modum recipiunt omnia quæ ad Finem pertinent, ita ex inordinata prosecutione ipsius finis oriuntur illa vitia ex quibus pendent cætera vitia, quæ inhonestæ Finis prosecutioni deseruiunt, ob ídque Capitalia appellata sunt.

Id, quod primo optatur ab Æstimatiuæ affectu, si singulariter concipiatur, pariet vitium Superbiæ, seu Ambitionis communiter acceptæ. Talis enim affectio omnino soluta omnibus hominibus ac in omnibus præesse ac pręferri appetit. Sin autem triplex illius vis distinguatur, ex priori parte homines, in quibus hæc affectio est vehementior, appetent coli ab omnibus, ex quo oritur contractior Superbia seu Ambitio. Ex secunda exoptant timeri ab omnibus, ex quo oritur Iracundia. Ex tertia cupiunt singulariter & bonis frui & malis carere, ex quo oritur Inuidia.

Memoriæ appetitus, licet plurima prosequatur, illius tamen vltimus Finis ex bonorum vtilium copia deduci videtur, ex cuius appetitu oritur Auaritia, communiori quadam ratione accepta.

Id quod Phantasiæ appetitus exquirit, singulariter acceptum, Licentiæ communis vitium parit: nam in agendi seu non agendi licentia conquiescit. quod si attendatur triplex Licentiæ vsus seu vis, tria illius vitia reddentur conspicua, Gulæ scilicet, quæ Licentiam exercet circa cibos ac potus: Luxuriæ, quæ debacchatur circa voluptates venereas: & Acediæ, quæ ex ea licentia oritur, quæ nihil agere intendit, & omnem omissionem inducit.

Quamuis autem eadem agendi licentia versetur non tantum circa cibos ac potus, venereasque voluptates, Gulam tamen ac Luxuriam, quæ perpetrationis sunt vitia, tantummodo fouere videtur: nam alia vel ex propria natura sunt talia, vt capitale vitium non sustineant, vtputa constructio ac compositio, necnon corporis motus, vel pertinent ad appetitus Memoriæ seu Æstimatiuę qui es proprio Fine dehonestantur. Euenit autem admirabile quoddam circa sex vitia capitalia, quæ perpetrationem inducunt, vt scilicet eò firmiùs inuicem copulentur, quò magis intenduntur. Itaque quamuis remissior Superbia Iracundiam, Inuidia Auarititiam, Gulam, atque Luxuriam comprimere soleat, idémque videatur conuenire cæterorum vnicuique respectu aliorum, nihilominus horum aliquo ad summam intentionem deducto, cætera illi consequenter associantur atque arctissimè deuinciuntur: summa siquidem Superbia summam Iracundiam, summam Inuidiam, summã Auaritiam, fortasse etiam Gulam, atque Luxuriam, vnà cum summa Licentia exercet. Eadem ratione aliquorum vnumquodq; propriæ malitiæ culmen attingens, dum reliquis tanquã satellitibus seu sociis vti intendit, eadem consequenter ad summum perducit, ex quo ipsum vitium, quod in pessima omninóque detestabili tyrannide constitui compertum est, vndequaque inflatur ac turget.

Sicuti autem perpetrantium vitiorum intentio animum procliuem reddit ad quodcunque scelus perpetrandum, tyrannidem pessimam exercendam, ita summè intensa Acedia animum ad mala omnia ferenda, atque ad ipsam tyrannidem sustinendam disponit. nam sicuti summa Acedia plures ad summam licentiam prouocat, ita aliquorum summè intensa licẽtia plures ad Acediam impellit. Hæc igitur vitia, licet in eodem reperiri non possint, verè tamen seipsa amplexantur, hominésque perducunt ad coniugium quoddam summe detestabile abominabiléque, cuius fructus ac fœcunditas cõstituitur in consummata bonorum omnium auulsione ac compressione. Hæc verò ideo euenire solent, quoniam capitalium vitiorum vnicuique commune est, clariora rationis lumina necnon cogitandi vim, tanquam sibi maximè aduersantia maximéque suspecta oppugnare.

Hanc autem oppugnationem (prout vniuscuiusque naturæ conuenit) tribus præcipuis rationibus exercere consueuerunt. Primò enim, dum propriis intendunt bonis, ipsam cogitandi virtutem ab absolutorum præstantiorúmque bonorum intuitu diuertunt. Secundò, eandem intentissimam reddunt ad ea perscrutanda quæ fauent adeptioni apparentium bonorum ac perperam exoptatorum. Tertiò, ipsam indies magis ac magis obtundunt infirmántque. Et primum quidem ab vnoquoque capitalium vitiorum æqualiter pendere videtur. nam illorum vnumquodque animam iam ex indecenti Finis constitutione brutalem effectum impellit ad illorum omnium neglectũ ac obliuionem, quæ pertinẽt ad pietatem, ad deuotionem, ad philosophiam ad ac cõmunem caritatem, ipsius videlicet diuinæ legis, necnon Naturæ, societatis, atque debitorum omnium.

Huic autem obliuioni, neglectuíque, ex quibus constituitur primum ac summe detestabile conscquentiæ vitium, duo detestabiliora adiungi solent, internæ videlicet conscientiæ cæcitas ac silentium, necnon sollicitudo assiduáque meditatio illorum quæ aliqua ratione dirigere possunt ad Finem perperam constitutum.

Et hæc quidem præcipuè ascribenda erunt sex capitalibus vitiis, quæ ex perpetratione delinquunt, licet non vnicuique æqualiter. nam horum vnumquodque, dum propria bona prosequitur, ad media etiam, quibus huiusmodi bona attingi possint, inquirenda ac prosequenda impellit.

Acedia verò ita à bonis diuertit, vt nulla ratione videatur impellere sed diuertere tantùm à singulis tũ bonis, tum malis, quæ ex perpetratione procedunt. hoc siquidem vitium, licet verè vnicum sit, plurium tamen vitiorum sustinet vices. dum enim plene consummatum est, omnes cognoscendi, appetendi, ac exequendi vires obtundit. Summa autem huius vitij malitia ex eo manifesta est; quoniam prima illius exordia contra præstãtiores virtutes exercentur, nam primo ab harum vsu diuertit. Anima igitur iam legum omnium obliuiosa, propriæque conscientiæ reprehensionibus destituta, ex

inhonestæ huius sollicitudinis vt secundæ oppugnationi aditus apertus præbet. nam quatenus alia ratione perperam eaptatis frui non datur, anima sic affecta facilè ad id deducitur, vt decernat eligenda amplectendáque esse seu violenta, quæ ab Æstimatiuæ affectu videntur suggeri, seu fraudulenta, quæ Memoriæ appetitus obiicit, seu indigna, quæ à Phantasiæ affectu solent subministrari: seu etiam, dum horum nullum seiunctim sufficit, omnium copulationem, ipsámque malignitatem seu tyrannicam dispositionem liberè exercendam esse. Tunc aditibus (vt aiunt) patentibus turmatim vitia egrediuntur: quatenus enim eliguntur violenta, quæ Superbiæ atque Iræ videntur quammaximè consona, effluunt ea consequentiæ vitia quæ exercere solent limos intuitus, minas, iniurias, percussiones, vulnera, occisiones, rapinas, atque hominum rerúmque extirpationes, simúlque iræ præcipitatio, iræ perseuerantia, ipsáque feritas ac inhumanitas.

Dum eliguntur fraudulenta, quæ suggeruntur vt plurimum ab Inuidia, atque ab Auaritia, quandoque etiam ab ipsa Superbia, præbentur aditus hypocrisi, inobedientiæ cum obedientiæ simulatione, adulationibus, falsis amicitiis, mendaciis, deceptionibus, furtis, sacrilegiis, cæterísque huiusmodi monstris. Dũ eliguntur indigna, ad quæ impellunt vt plurimum Gula ac Luxuria, sæpè etiam Auaritia & Superbia, (huic enim proprium est etiam per propria mala propria bona prosequi) ea consequuntur vitia, quæ inducere ac exercere solent vilitatem, foeditiem, dehonestationes ac inuerecundiam omnem.

Dum eliguntur maligna, quibus præcipuè vtuntur Superbia atque Inuidia, prosiliunt detractiones, murmurationes, peruersorum hominum tutelę, personarum inhonestæ acceptiones, iniusta iudicia, calumniæ, iniustæ accusationes, iniustæ inhonestæque vexationes, falsæ testificationes, falsa iuramenta, proditoriæ defensionet, viduarum, pupillorum atque peregrinorum prudentiæ tutelæ, apertæ proditiones in his quæ pertinent tã ad facultates, honestatem, ac dignitatem, quàm ad vitã, & libertatem. Hæc autem sicut caritatem in inhumanitatem conuertunt, atque etiam ad Patriæ proditionem pessimámque tyrannidem deducunt, ita impellunt ad incantationes ac veneficia, quæ Deuotionem peruertũt: demúmque ad dęmonum cultum, qui propriori quadam ratione aduersatur Pietati. Existimandum tamen est, homines absque prauorum spirituum impulsu ad huiusmodi monstra non deuenire.

Tertia vitiorum victoria, qua mens & cogitatio iam à propriis bonis deflexę & ad mala conuersæ obtunduntur ac deprimuntur. quamuis vnicuique vitiorum rectè ascribi possit, Iræ tamen, Gulæ, Luxuriæ atque Acediæ decentius accepta fertur. Ira enim sanguinem spiritúsq; vehementer accẽdens, eosdémque violenter ac inordinatè impellens, discutiendi vim quam citissimè peruertit.]

Gula & Luxuria, dum eosdem spiritus ad inferiora retrahunt detinéntque, densiores reddunt, simúlque cogitandi virtuti ineptissimè obtemperant. Acedia autem dum nihil tentat, nihilque molitur, sed inertiæ tantummodo studet, ipsam cogitandi vim rubigine vndequaque obuoluit penitúsque deuincit. Cogitandi igitur virtute ad id infirmitatis deducta, ea consequãtur vitia necesse est ea quibus oriri solent consiliorum præcipitatio, iudiciorum temeritas, in deliberando inconstantia, in exequendis nulla attentio, nulla cautio, nulla animaduersio, incapacitas, obliuiositas, mentis vagatio, plena inscitia, stupiditas, rusticitas, fluctuatio, negligentia, imperseuerantia, impatientia, inobseruantia, irreuerentia, & similia

At silentio demandandum non est ex eisdem fontibus oriri alia consequentiæ vitia quæ tunc insurgunt, cùm vitia vel perperam optata adipiscuntur, vel ab illorum adeptione repelluntur. Talia videntur esse illa vitia ex quibus effluunt Vana gloriatio, vana exultatio, præsumptio, iactantia, insolentia, multiloquia, turpiloquia, risus immoderati, scurrilitas, obscenitas, noua quædam vilitas iræque vacuitas, prodigalitas, vtiliúmque bonorum effusio.

Accedunt etiam summè seu excedens seu deficiens sollicitudo proprij corporis, vestimentorum, ciborum, domorum, ac cæterorum omnium: decet siquidem, effuso à capitalibus vitiis omnium vitiorum viru, vt anima illis imbuta, vitij vitia omnia complectentis deformitatem fœtorémque vndequaque referat atque exhalet.

CAPVT XXVIII.

De triplici tam vitiorum quàm moralium virtutum statu ac vsu.


VÆ circa vitiorum progressus enarrata sunt, demonstrare possunt dari plures status ac vsus vitiorum capitalium. Hi verò ad ternarium numerum rectè deduci poterunt: quandoque enim vitia ita infirma sunt, vt nisi circumposita omnia ad malum impellant & singula retrahentia absint, in errorẽ nõ perducant. Tunc itaque absunt tam plurium affectuum inordinatus consensus, quàm vnius affectus summa intensio. nam vitium in exordio potius quàm in consummatione constitutum est.

Quandoque licet multa aduersentur his quæ vitium pronuncant, multáque perpetrationem impediant, nihilominus anima deprauata humana omnia experitur vt malè concepta perficiat, ita tamen vt nihil contra pietatem, contra caritatem, seu etiam contra fidem datam moliri intendat.

Quandoque verò, licet humana nullam spem afferant sceleris concepti perficiendi, vitij vehementioris vis ita vrget vt homines sic correpti, incantationibus ac proditionibus inniti audeant. quod vitij culmen manifestè arguit, neque absque prauorum spirituum impulso videtur dari.

His vitiorum statibus respondent totidem status ac vsus virtutum moralium: nam quandoque ad perficiendum id quod ratio suadet virtúsque intendit adsunt vires ac agendi rationes, neque aliquod operis consummationi obsistit. Quandoque adsunt quidem nonnulla quæ virtuti fauent, plurima tamen desunt, pluráque obsistunt. Quandoque omnia adiumenta deficiunt & cuncta videntur obsistere. Dum in promptu sunt omnia quæ ad actionis consummationem pertinent, neque aliquid aduersatur, apparet vis communioris virtutis quę solam vitij carentiam arguit. Dum plura desunt pluráq; obsistunt, heroicæ virtutis robur conspicitur: tunc siquidem desiderantur plurium inuentio vehementiórque agendi ratio. Itaque anima verè solers, rationabili aliqua violentia, seu noua aliqua industria, seu maxima aliqua humilitate, seu etiam his omnibus vtendum percipit, atque vt percipit, intendit ac perficit.

Violenta autem quæ eliguntur vi rationis ac virtutum præcipuarum, simúlque ea vehementiori communis boni desiderio, sæpe ipsummet agentem respiciunt: quatenus verò ad alios extenduntur, diriguntur ad cõmodum eorundem qui patiuntur, vt in emendationibus ac disciplinis accidit, seu commune bonum intendunt, vt in bellis & in multationibus euenit.

Singularis quoque industria multipliciter exercetur: quandoque enim perficitur ex sola prudentia quæ eximium aliquod inquirit: quandoque continet summam Eloquentiæ vim: aliquando honestam dissimulationem adiungit: aliquando nouæ inusitatæque alicuius machinæ vtitur constructione: aliquando horum omnium, prout res postulat, atque etiam aliorum coniungit vsum. Humilitas verbis, donis, atque externis actionibus exerceri potest. Hæc autem sæpè honestissimè eligitur, vt, puta si mater filium à Patriæ retrahat auersione, vel si tyranni debacchantis impetus ab tormentis comprimendus sit.

Dum verò res quæ obiicitur ita ardua est, vt nullæ hominum vires nulláque industria adiumentum afferre pos-

possint, sed humana omnia infirma sunt, effundi solet splendor summæ caritatis veræque pietatis: anima namque transcendens heroicam virtutem, habitúmque diuiniorem, ac præstantiorem adepta, vsum assumet quatuor, quæ longè firmiora sunt, & superioribus proportione respondent.

Primò enim firmiter insistens diuinis adiumentis, quæ omnium vires atque artem excellunt, decernet sibi incumbendum esse orationi vehementiori, humiliori, ac prolixiori, intentæ ad Deum Opt. Max. haudquaquam ignorans sæpè summam Dei bonitatem orationis vi ita inflecti, vt propriam omnipotentiam in orantium obsequium exercere velit, ipsósque reddere non tantùm à quacunque vi externa tutos, sed etiam ad ardua quæque aggredienda & perficienda firmos ac fortes.

Secundò, diligenter animaduertet diuinas admonitiones ac directiones, nullatenus ambigens quin diuina præcepta & consilia, quæ ex summa Dei sapientia pēdēt atque ex eiusdem summa bonitate ad hominum regimen proferuntur, totius humanæ artis atque industriæ vim excellant, ideoque illos, qui huiusmodi præceptis consiliisque rectè innituntur, licet rerum cursum interius concipere non possint, summam ac præclarissimam artem industriámque verè exercere, & idcirco tutissimos esse à quauis arte ac industria huic aduersante.

Tertiò, se ac sua omnia liberè offeret ac deuouebit Deo Opt. Max tanquam omnium domino, ac decenti humiliatione iis vtetur. Decet autem deuouentem paratum esse non tantùm ad diuitias ac facultates omnes in Dei obsequium expendendas atque erogandas, sed ad se etiam holocaustum fortiter constituendum, licet per cruciatus tormentáque acerbissima moriendum esset.

Credendum autem est, talem oblationem (annuente Dei bonitate) animam aptissimam reddere ad certam adeptionem bonorum omnium præstantiorum. neque enim summa Dei bonitas aut huiusmodi oblationes spernere potest, si rectè exerceantur, aut eos quis ita amplexatur non vndequaque tutari.

Quartū, quod ex trium horum copulatione oriri, sanctitatis nomine rectè insigniri poterit. Ex superioribus autem rectè coniectare licet, hanc non tantùm cætera humana excedere, sed ipsum etiam humanum captum. Animaduertendum tamen est, Naturæ quidem vim ad horum vnumquodque aliquo pacto impellere, (vt ex omnium populorum religione conuincitur) sed extra verum Dei cultum, & absque diuina gratia, horum nullum rectè exerceri posse.

Capvt XXIX.

De communi consensu virtutum, ob quem communiorem virtutem perficiunt, & vnius virtutis vndequaque perfectæ specimen referunt.

Demonstrandvm nunc est quanam ratione morum virtutes quas explicauimus, communiorem virtutem (quam respectu aliarum seminis partes sustinere diximus) ad summam perfectionem deducant, ipsæque se inuicem amplexantes, ac sibi inuicem consentientes, vnicæ virtutis vndequaque consummatæ vim assequantur & referant. Vt id rectè fiat, animaduertendum est singulas quidem morum virtutes complecti Iustitiam quandā, necnon Prudentiam, Fortitudinem ac Temperantiam sibi proprias. quarum aliquæ certo nomine proferri possunt, aliquæ nomine carēt. sed pro affectuū (quibus inhærēt) natura, in quibusdā Iustitiæ vim summè splendere, in quibusdā prudētiā quāmaximè effūdi, similiq; ratione in quibusdā fortitudinē, in quibusdā temperantiā singulariter apparere. Affectus igitur dum communem dilectionem exercent erga hominem appetentem inter se lōgè arctius conglutinantur, singulique à singulis ea colligunt quæ sibi vtcunque deficiunt, & singulis ea impartiuntur in quibus cæteris præstant. Itaque sicuti singulæ, Iustitiæ, Prudentiæ, Fortitudinis ac Temperantiæ partes in vnicam iustitiam, in vnicam prudentiam, in vnicam fortitudinem, ac in vnicam temperantiam concurrunt, ita hæ quatuor virtutum partes simul coniunctæ vnicam virtutem pariunt, in qua virtutes omnes perficiuntur ac illustrantur.

Hæ verò moralium virtutum partes, pro maiori minoríve dignitate quam obtinent, vigent in virtutibus dignioribus seu minus dignis. Itaque Iustitia, cui proprium est ea bona intueri quæ primò appetenda sunt, ac cæteris partibus comparata primum dignitatis obtinet locum emicat præcipuè in illis virtutibus quæ cæteris similiter longè digniores sunt, pietate scilicet ac deuotione: nihil enim est seu magis debitum, seu magis iustum, quàm Deum diligere Deóque inseruire.

Prudentia verò, in ipso diuino cultu, ad id tantummodo valet, vt in diuina lege à non diuinis discernenda non decipiamur, neque ignoremus sensus nostros diuinæ legi promptè subiiciendos ac illius præcepta diligentissimè obseruanda esse. Fortitudo quoque ac Temperantia, quantum ad ea quæ his affectibus præstantioribus sunt propria, in his virtutibus nullum locum habent. nam mala quæ declinant sunt absolutè & essentialiter mala, neque vnquam sustinenda. bona similiter sunt bona absolutè & essentialiter, & nunquam spernenda. Itaque Fortitudo in his affectibus tātummodo desideratur ad propositi ac intentionis conseruationem. Temperantia verò, vt eatenus propriis bonis priuetur, quatenus imperfectioribus affectibus, assentiendum est, dum illorum mala repellenda sunt.

Eisdem rationibus Prudentiæ vis, quæ versatur præcipuè circa bona nō primò sed consequenter appetenda, ac inter alias virtutum partes respectu dignitatis secunda censenda est, quam maximè viget in duabus morum virtutibus, pietati ac deuotioni proximis, philosophia scilicet ac humana caritate: hæ siquidem ratiocinationem & cogitationem indesinenter exercent, neque in propriis prosequendis absque certa ratione, humano lumine attingenda, acquiescere possunt. Ideóque id iustum asserunt quod rationi est consonum, in quo summè differunt à pietate ac deuotione, quæ prudentiam ex sola diuinæ legis obedientia, spectandam decernunt. Fortitudinis verò ac Temperantiæ vsus, in his ac duabus præstantioribus virtutibus eandem rationem habent.

Fortitudo quæ versatur circa mala, quatenus boni vim admittere possunt, & respectu dignitatis, est tertia, necnon Temperantia, quæ respicit bona, quatenus mali naturam adepta, vigent in virtutibus ordinum imperfectiorum, ita tamen vt Fortitudo præcipuè desideretur in virtutibus quibus Æstimatiuæ affectus est moderandus: Temperantia verò summam vim habeat in virtutibus, quæ phantasiæ affectus respiciunt, quatenus inferioribus sensibus aptatur. Ratio est, quoniam Æstimatiuæ propriissimè conuenit futura cognoscere: phantasia verò, vt his sensibus præest, versatur circa præsentia. patet autem, præcipuum Fortitudinis opus esse, incommoda ac pericula præuisa ac imminentia sponte subire, & temperantiam tunc apparere cùm spernuntur oblectamenta præsentia. sicuti enim sustinere mala non præuisa neque sponte suscepta necessitatem potius quàm virtutem arguit, ita oblectamenta non præsentia spernere aut nullius aut imperfectioris virtutis est opus. Memoriæ affectus fortitudinis quidem ac temperantiæ vsus exposcit, sed gradus imperfectioris. Quod verò ad iustitiæ ac prudentiæ partes, quæ desiderantur à morum virtutibus hos imperfectiores affectus moderantibus, ex superioribus satis apertum est, eas ex sola obedientia ac præstantiores affectus deducendas esse.

Silentio autem demandandum non est, Fortitudinem ea affectuum inferiorum sufferentia summè quidem relucere, sed prima illius exordia verè summi à fortitudine affectuum præstantiorum. his enim in proprio actu persistentibus, affectus inferiores illis omnino subiiciuntur. Itaque sapientissimus quidam, eam opinionem respiciens, quæ rectis actionibus præest, dixit fortitudinem nihil aliud esse quàm conseruationem opinionis.



CONTEMPLATIONIS QVINTAE,

Pars Secunda:

EX QVA ORIVNTVR INSTITVTIONES COMprehensionum internis animi affectibus deseruientium: simúlque demonstrantur humanarum societatum naturæ, differentiæ ac partes.

CAPVT I.

De his quæ in hac parte contemplanda sunt, ac de proprioribus fontibus iuris naturalis, iuris gentium, iuris diuini, ac iuris socialis.

MORALIVM virtutum doctrina obiicit rationes omnes rectæ voluntatis, quę in decenti humanorum actuum vsu primo loco desideratur. His igitur vtcunque percussis, ea perserutanda sunt quæ continent rationes rectarum comprehensionum rectæ voluntati deseruientium. his enim deficientibus voluntas inutilia redditur, nonnunquam incommoda, sæpè etiam deprauata. quod tamen accipiendum tantummodo est respectu illorum actuum, qui deseruiunt pietati, deuotioni, ac humanæ caritati. quod enim attinet ad philosophiæ actus, ad ipsam videlicet speculationem, iam nouimus hanc sibi pręesse ac propria vi proprios cursus moderari, hisque mediantibus assistere cęteris humanis actibus. Itaque ex summa Dei bonitate factum est, vt hominum vnicuique ex vehementiori quadam Naturę lege sapientię dilectio imprimeretur. Actus verò qui inferiorum affectuum tuentur bona, nullam institutionem exposcunt, pręter illam quę voluntati aptatur. nam eadem, quæ virtutum rationes demonstrant, docent abundè ea omnia quæ in vsu ipsarum virtutum expetenda sunt. Et hæc quidem, quatenus actuum comprehensioni præsunt, obiiciunt ea iura, quorum alterum Naturæ, alterum Gentium appellari solet.

Naturale ius moderatur actus affectuum magis corporeorum, qui ex simplicis Naturæ lege intendunt conseruationem indiuiduorum ac specierum, neque vllam hominum multitudinem supponunt, ea excepta quæ ad solam coniugalem ac filialem societatem desideratur. Gentium ius assistit actibus affectuum magis spiritaliũ, qui gentium multitudinem supponunt, licet omni sociali vinculo adhuc solutam, gentium sic solutarum intendunt bonum, atque ex Naturæ vi à singulis gentibus probari solet. Pietatis autem, deuotionis, ac humanę caritatis actus ex sola rectæ voluntatis constitutione ac habitu non exercentur, sed duæ priores exposcunt directiones diuinæ legis, quæ ab hominum seu voluntate seu ratione non pendet. Posterior verò supponit conceptum humanarum legum, quarum semina, differentiæ, ac vsus, absque propria ac accuratiori contemplatione non attinguntur.

CAPVT II.

De his quæ instituere possunt internam comprehensionem, quæ præest selectioni legis vere diuinæ a non diuinis, & pietati deseruit.



IRCA ea quæ diuinitus reuelantur, ac pietatis & deuotionis exercendæ rectas rationes demonstrant, mentis humanæ partes sunt, humiliter assentiri. Eandem etiam quam maximè decet, se pro viribus, diuináque adiuuante gratia, in dies firmiorem reddere ad diuinorum eloquiorum amplexum: præcipuè verò quamdiligentissimè cauere ne in re tanta decipi possit, dum his, quæ à Deo non sunt, tanquam diuinis assentitur, summámque illis dignitatem stultè ac impiè concedit & impartitur.

Humana ratio hæc animaduertens seipsam colligere potest, & ea concipere, quibus in his decenter præstandis, diuina gratia non deficiente, ab omni defectu ac errore reddatur tuta. Itaque docet, ad diuinæ legis amplexum firmius exercendum, summè prodesse mentis acie intueri, hominis Deum respicientis munus esse Deo seruire, seruo esse essentiale, non ex propria virtute, sed ex domini præcepto & instinctu domini voluntatem attingere: hac non percepta, impossibile esse debita obsequia domino decenter præstare. Itaque admittendum esse, vel hominem proprio fine frustrari, quod respectu humanæ speciei est impossibile, vel certam aliquam legem à Deo hominibus fuisse traditam, quam humana ratio ex proprij luminis virtute sibi constituere nõ potest; simúlque fatendum, hanc hominum infirmitatem quammaximè conducere ad eorundem hominum felicitatem. quemadmodum enim humana ratio dum ex proprij luminis virtute demonstrat & iudicat, dominãtis potius ac regentis, quàm seruientis & obsequentis sustinet partes: ita, dum Dei tantummodo reuelantis auctoritati promptè assentitur, Deo verè inseruit, illique seipsa subiicit, vnà cum cæteris omnibus virtutibus imperfectioribus sibi subiectis.

Quæ humanam mentem tutari possunt, ne in diuinæ legis selectione decipiatur, ex illis sumenda erunt quæ diuinæ legi necessario seu conueniunt, seu aduersantur. Diuinę enim legis naturę ac proprietatibus rectè perceptis, in vera Dei lege à non veris seligenda, bonis dubitandi, malis vero tergiuersandi nullus relinquitur locus. Talia sunt, Dei legem hominibus promulgatam necessariò vnicam esse, nam à Deo vnico ac simplicissimo oritur, quanuis ob diuisibilem hominum naturam plures partes continere possit, quę non simul, sed per certa temporum interualla hominibus innotuerint. Deinde diuinæ legis vim, ac prima exordia attigisse primos omnium hominum parentes. nam diuina lex nũquam hominibus deesse potuit. quapropter absque vlla interruptione hominum naturam concomitata est, & concomitabitur vsque ad vniuersi consummationem, ea tamẽ ratione vt in dies clarior euaserit, & euasura sit pro certa rerum necessitate, ac singularum ętatũ captu, necnon pro admirabili ac incomprehensibili dispositione diuinę prouidentię. Tum ipsius partes sibi inuicem concordes esse: Naturę legi, quę eundem legislatorem

rutem agnoscit, omnino consentire: Eaodem perfectè docere omnia, quæ ad hominis bonum pertinent, ac rationis humanæ vis non facilè demonstrare potest. Plura superaddere, quæ modis omnibus rationis humanæ capium transcendunt: ea, quæ Deo tantùm debentur, nulli concedere: Ab hominum natura cæterarúmque creaturarum, omnium Deorum inanem potestatem ac vsum auferre: Dei singularitatem non disrumpere: De Deo nihil inhonestum, nihil vile, nihil imperfectum asserere: rectè viuendi rationem docere, eandémque humiliter assentientibus ingerere, mala omnia detestari, homines ad veram beatitudinem dirigere: Illius internam veritatem diuina sollicitudine ita tutam esse, vt in dubium rectè reuocari non possit, seu cuinam hominum in his sit acquiescendum, seu quibusnam scripturis adhærendum, seu cuiusnam interpretatio amplexanda, ob idque diuina præcepta ambiguitatem diutius retinere non posse.

Hæc diuinæ legi cunuenire eandémque concomitari quamtutissimè asserendum est. Nam horum aliquo amoto seu diuinitas vi ac summa perfectione careret, seu hominibus circa illius veritatem nunquam acquiescere datum esset. quorum nullum admittendum est. Vnusquisque autem hæc attendens, simúlque animaduertés, an lex, quæ sibi tanquam diuina obiicitur, his omnibus seu decoretur seu careat, quamtutissimè discernet, vtrum iure an iniuria diuinæ nomen vsurpet, necnon vtrum piè seu impiè illi assentiatur vel aduersetur. Itaque fateri cogetur Christi Domini nostri legem verè diuinam esse, ac legitimis illius interpretibus Prophetis & Apustolis esse assentiendum.

Capvt III.

De iis quæ humanam societatem constituunt, seu ad illius perfectionem desiderantur.



T rectè percutri possint rationes comprehensionum externis humanæ caritatis actibus deseruientium, primo loco statuendum est, humanam caritatem intendere decentissimam omnium hominum societatem. hac enim de medio sumpta, impossibile est dari mutuos eiusdem caritatis actus, extensiones, ac indeficientiam, seu humanam felicitatem, in qua tantummodo (vt ex naturalibus patet) ipsa humana caritas conquiescit. E contra, hac prout conuenit concepta ac ad actum perducta, nihil præterea experendum esse quod ad eiusdem humanæ caritatis pacem attineat. Hinc colligere licet, huius Contemplationis munus esse, scrutari omnia quæ faciunt ad humanæ societatis naturam: demunstrare illius species simpliciores, docere communiora singularum principia, demúmque eam societatem obiicere quæ iure optimo perfectissima censenda est, & sola humanæ caritati summam pacem afferre potest, eandémque diligentius inquirere ac explorare: cætera enim ex eo tantummudo attendenda sunt, quoniam ad perfectissimæ societatis doctrinam desiderantur, seu quoniam ad hanc relata oppositi mali naturam continent, seu etiam quoniam complectuntur vim mediorum, per quæ ad illam accedendum est. nouimus enim affectuum vnumquemque intueri non tantùm ea quæ finis sustinent partes, sed ea quoque quæ oppositi mali rationem continent, necnon quæcunque inter extrema constituuntur.

Præterea satis apertum est, rectam humanorum actuū rationem expuscere vt nobis possibilia eligantur, ideóque non rarò quod certo rerum statui magis conducit prosequendum est, eo prætermisso quod absolutè magis expetibile censeri posset.

Ea verò quæ pertinent ad humanæ societatis naturā, ad senarium numerum rectè fortasse deduci possunt. Horum tamen tria priora illam simpliciter constituunt, posteriora verò eandem ad pleniorem statum perducunt. Singula verò, prout perfectius seu imperfectius retinentur, illius maiorem minorémve perfectionem seu imperfectionem demonstrare poterunt.

Primum est, vt illa quæ sunt associanda ab inuicem disiuncta propriam agendi virtutem retineant. Itaque corporis humani membra sibi inuicem cohærentia, plurium quidem vnionem inducunt, sed nullam societatem pariunt.

Secundum vt singula exerceantur, aliquod commune operentur: quæ enim seu nihil agunt, seu nihil commune operantur, nulla præstantiori ratione concurrunt, quàm seu lapides eundem aceruum constituentes, seu arbores idem nemus parientes, seu oues eadem pascua decerpentes.

Tertium, vt agentium vnusquisque non ex solius Naturæ impulsu operetur, sed ex libera eligendi potestate. quapropter bruta animalia licet in nidorum constructione, sæpéque ad communem defensionem concurrant non associantur. libera enim eligendi virtute destituuntur, ex qua vera societas oritur. Horum trium concursus societatem verè humanam reddit, perfectiori tamen ac imperfectiori ratione pro maiori minoriue operantium multitudine, necnon pro maiori minoríue operationum numero, dignitate, perseuerantia, operisq; nobilitate ac bonitate, necnon pro firmiori infirmioriue humanæ libertatis retentione ac vsu.

Quartum, in quo societatis humanæ natura magis confirmatur, erit vnica operantium directio, cui respōdeat communis obtemperandi voluntas.

Quintum, voluntatum ac intentionum plenior notitia ac approbatio.

Sextum & vltimum, communis operis communis fructus seu fruitio. Hæc tria ideo desiderantur, quoniam actio tunc summè coniungitur, ac propriam naturam perfectè assequitur, cùm efficitur vna non tantùm ratione finis, sed etiam ratione principij & ratione medij: ipsius verò finis vnitas attenditur non tantùm respectu communis operis, quod actionum est finis, sed etiam respectu communis fruitionis seu vsus, qui est finis operis.

Quamuis igitur dum exempli gratia latronibus vicinium aliquod perturbantibus, plures nullo vocante nulloque dirigente concurrunt, ac in latronum expulsione associantur, actio socialis fit & vna respectu vnius finis, eadem tamen longè præstantiori ratione socialis & vna erit, si singula agantur ex vnica directione cęteris omnibus prōptè alacritérque obtēperantibus, eisdémq; totā negotij dispositionem cognoscentibus ac probantibus, & pace quæ latronum expulsionem consequitur æque fruentibus: tunc siquidem agentes associabuntur non tantùm ratione finis, qui in latronum expulsione tanquā in opere constituitur, sed etiam ratione principij, quod vnica directio parit communi obtemperantia accedente: ratione medij, quod colligitur ex communi agendorum perceptione ac approbatione, necnon ratione fructus ac fruitionis. quod tunc euenit, cùm concurrentes idem vicinium colunt, & proprium commodum assequuntur non ex officio seu ex mercede, sed ex ipsa latronum expulsione, dum verò seu mercede conducti, seu aliam ob causam cooperantur, illorum actio plenè socialis non erit.

Quemadmodum autem hæc posteriora desiderantur ad humanæ societatis naturam plenius inducendam, ita illorum perfectio expetēda erit ad maiorem perfectionem eiusdem societatis. Hæc verò perfectio respectu directionis sumenda erit ex maiori prudentia ac animaduersione: respectu obtemperantiæ, ex maiori constantia ac promptitudine: respectu communis consensus, ex maiori illius intentione ac euidentia: respectu fruitionis, ex maiori vbertate ac æqualitate. Itaque si hæc omnia adsint, & tria priora ad summum perfectionis deducantur, societas vndequaque perfecta erit.

Capvt IIII.

De humanarum societatum differentiis ac differentiarum principiis.


VMANARVM ſocietatum differentiæ cõſequuntur differentias propriarum cauſarum materialium ac efficientium, hominum ſcilicet. humanæ namque ſocietates conſiſtunt ex hominibus, & ab hominibus fiunt, qui etiam eiſdem ſocietatibus præſunt. quapropter, ſicuti nauis, lignorum, ex quibus contexitur, tam robur quàm infirmitatem retinet, ſimúlque tum artificum, à quibus conſtructa eſt, tum moderantium rectam ſeu non rectam artem ac virtutem ex neceſſitate refert: ita humana ſocietas hominum, ex quibus componitur, à quibus formatur & regitur, naturam non diſſimili neceſſitate retinet ac præ ſe fert.

Hominum verò differentiæ, quantùm ad ſocietatem pertinet, ex variis moribus atq; habitibus ſumendę ſunt: nam ſocietates continent concurſum humanorum actuum, qui ex moribus atque habitibus effluunt. Quanuis igitur ſocietates ab inuicem vtcúque diſtingui poſſint ex vario moderantium numero, quoniam ſcilicet vel tota multitudo, vel ſeniores tantùm, vel vnus tantum dominentur, propriores tamen illarum differentiæ ac verè eſſentiales ex moribus ſumendæ ſunt: ex his enim tanquam ex cauſis propriiſſimis variæ moderandi rationes pendere ſolent.

Societatum igitur differentiæ præcipuæ ad ſenarium numerum rectè deduci poterunt. nam hominum mores ad operationẽ impellẽtes ſi compendioſius enumerentur, totidem reperiuntur. nonnulli ſiquidem ſunt recti ob optimam virtutem qua decorantur, ſimúlque perfecti, quoniam ſumma præterea ſapientia ac præſtantiori prudentia præditi ſunt. Quidã recti, ſed non omnino perfecti, quia optima illorum virtus deſtituitur ſapiẽtia ac præſtantiori prudentia. Quidam ducuntur ambitione. Quidam auaritia. Quidam licentia. Quidam his omnibus premuntur, ac peſſimorum denominationem merentur.

Illi tamen, qui ſimplici ſeu ambitione, ſeu auaritia, ſeu licentia inficiuntur, iterum diſtinguendi erunt: nonnulli enim opinionis potius falſitate quàm voluntatis malitia aberrant, ideóque facilius emendari poſſunt, & ad rectitudinem dirigi. Nonnulli ſcientes ac volentes peccant, non tamen ſunt peſſimi, quoniam vnico vitio ſubiiciuntur, eóque non adhuc ſummè intenſo. Non diſſimili igitur ratione diſtinguendæ erunt illæ ſocietates, quæ ſeu ambitioſæ, ſeu auaræ, ſeu licentioſæ appellandæ ſunt: & illæ quidem quæ malitia carent, tales erunt tam reſpectu moderantium quàm reſpectu obtemperãtium: nam moderantes non deprauati ad id ſocietatem dirigunt, quod bonum opinantur, licet falſo: ideóq; vt plurimum talia bona exoptant, toti potius ſocietati, quã ſibi ipſis. Ex quo manifeſtum eſt, eos aliquod caritatis veſtigium retinere.

Illæ verò, in quibus erratur, non ex opinionis falſitate, ſed ex voluntatis prauitate reſpectu potius moderantium quàm obtemperantium tales denominationes admittent. moderantes ſiquidem ſocietatem diuertunt ab adeptione & vſu illorum quæ ipſi ſibi exoptant, quod tamen in ambitioſum dominatum fortaſſe non cadit. nam ad ambitionem pertinere videtur ſuperbis præeſſe, nec vilium humiliúmque aſſiſtentiam facilè ſuſtinere. Quod ſi verè eam ſuſtineat, dicendum erit dominatum externorum potius depreſſionem optare, neque ſuopli ci ambitione premi.

Acedia licet animum inficiat, ad ſocietatem non extenditur, niſi fortaſſe dum illam deſtruit, nam actionem non parit.

CAPVT V.

De Licentia & Auaritia, quibus affici ſolent ſocietates quatenus ex primo Naturæ curſu conſtituuntur, quarum priori Popularis, poſteriori Senatoria poteſtas eſſentialiter conuenit.

SI primi attendantur ortus harũ humanarũ ſocietatum, quæ naturalium ordinem excellunt ac certam aliquam conſequuntur formam, aſſerendum erit ſocietates licentioſam & auaram cæteras ex neceſſitate præcedere. Id facilè patere poterit, ſi illud acceperimus, naturales ſocietates tunc conſummari cùm ſenior pater filiis natu maioribus ſeu etiam maritis præeſt. ipſo ſiquidem patre ſeniori demortuo, fratrum ac ſororum ſocietates, vt ſunt naturales, nullo certo ſociali vinculo deuinciuntur. nam neq; ex Naturæ lege ad certum opus diriguntur, vt viri ac vxoris ſocietas quæ filiorum procreationem intendit, necnon vt ſocietas parentum ac filiorum, quæ in filiorum iuniorum decentem educationem incumbit, ſimúlque parentum ſeniorum quietem parit. Neque certam dirigendi poteſtatem retinet, vt vir in vxorem & parẽtes in filios. Itaque ſororum ſocietas quoniam imperfecta imperfectis coniungit, ad Naturæ ſocietates repetẽdas præcipuè videtur prona.

Fratrum verò ſocietas, quæ perfecta perfectis aſſociat, in ſui diſſolutione concipit vt plurimùm non tantùm naturalium ſocietatum repetitionem, ſed etiam præſtantiorum conſtitutionem: nam Naturæ legibus impellentibus illis, vel omnibus, vel pluribus, cordi erit, vt plures domus ab eadem exortæ fraternam caritatem retineant ac in eodem vicinio firmentur. Ipſis igitur domeſticis ſocietatibus ſæpius ſic diſſolutis, domuúmq; numero adaucto, vnicum vicinium tot domos non complectetur, ideoque ex pluribus viciniis Pagus, ac ex pluribus pagis Ciuitas exurget. At ciuitas tunc plenius perficietur, cùm certa dirigendi poteſtas conſtituetur, certæque leges promulgabuntur, quibus cęteri omnes teneantur obtemperare.

Patet autem has ciuitates in primo ſui ortu retenturas domeſticos mores illarum domuum ex quibus effluxere, videlicet vel Licentiam vel Auaritiam, nã domeſticæ ac naturales ſocietates, dum filiorum diſciplinæ ac rerum vtilium adeptioni intenſius ac remiſſius ſtudent, harum altera ex neceſſitate laborant, magis tamen ſeu minus intenſè: ſatis enim apertum eſt, eas optimos ſeu peſſimos mores adipiſci non poſſe, quoniã horum vtrumque vehementiorem Induſtriæ vſum ſeu abuſum exquirit. Eędem ciuitates Ambitione etiam ac Superbia ſimiliter carent, quoniam Superbiæ, ac Ambitionis vitium nullum locum habet ſeu inter vxorem & virum, ex quibus vnicum corpus videtur oriri, ſeu inter parentes & filios, qui ſummè inter ſe cohęrent: filij enim ſunt parentum imagines.

Quamuis autem dentur fortaſſe nonnullæ domus, quorum filij diriguntur ad mores præſtantiores, nihilominus ſemper maior pars pauciorum mores non tãtùm retundet, ſed etim immutabit, nulla præſertim communis diſciplinæ cura adhuc concepta: pueris ſiquidem ac iunioribus proprium eſt, eorum qui videntur venuſtiores, vias admirari & imitari. His itaque à ſingulis domibus aſſiduè effluentibus ac conuenientibus, pauciores, licet meliores, imbuent mores peiorum, nam longè plures ſunt & ſibi inuicem fauent. Hi verò mores ſic imbibiti nõ tantùm retinentur vſque ad ſenium, ſed inducunt etiam certam quandam filiorum domeſticè educandorum diſciplinam: quæ ſemel accepta niſi maior aliqua vis vrgeat non facilè immutari poterit.

Ciuitas, licentiæ moribus cedens, popularis Reip. formam inducet: nam data communi licentia, ſinguli & dominari intendunt ac reipſa dominantur, haud ſecus quàm in domo licentioſa, in qua parentum filiorum poteſtati videtur æqualis, atque etiam quandoq; inferior. Econtra Ciuitas licentia carens, ac vtilium rerum adeptioni intenta, Senatoriam poteſtatem amplexabitur: illas enim domos imitatur, in quibus vehementior parentum auſteritas ac parſimonia filios cohibet, neque permittit aliquid abſque parentum nutu tractari.

CAPVT VI.

De Popularis Reip. imperfectione.

POPV-

POPVLARIS Resp. ex eo Naturæ ordini fauet, quoniam vniuscuiusque naturalem libertatem tutatur. Ex eo etiam eidem aduersatur, quoniam illius abusum manifestè retinet: nam maiorum ac prudentiorum dignitatem repellit, & imperfectiores perfectioribus æquat. Itaque illius directio neque Sapientiæ, neque Prudentiæ, neque firmiori Experientiæ inniti potest, ac admodum inconstans est. Eadem, ob communem licentiam, obtemperantiam, ac obedientiam, magna ex parte relaxat. Ob harum verò copulationem illius status erit summè infirmus, eueniétque ob id vt neque propriam formam diutius retinere, neque ex interna virtute se ad præstantiorem ordinem deducere possit. communis siquidem licentia æquabilitatem diutius non admittit, sed dissidia necessariò parit. Itaque, quibusdam in quosdam insurgentibus ac eosdem comprimentibus, quidam superbiam, quidam animi demissionem imbibent, breuique quidam desides, quidam pessimi euadent, alteróque alteri aduersante, simúlque pluribus seu cedentibus seu potentiori ministrantibus, vnius dominatus inducetur nō quidem regius, sed qui tyrannicus appellari possit, licet fortasse non pessimi gradus, sed qui ciuium animos gratia ac beneficiis conciliare studeat, atque à libertatis amore paulatim diuertere.

Dum verò eadem popularis respublica à Finitimis seu alia ratione ad arma compellitur, licentiā quidem comprimet ob incommoda quæ timentur, & ex bellicarum rerum sollicitudine, sed ob cōsilij defectū, vnius potestati breui subiicietur: aliquando immediatè, aliquando assumpta prius Senatoria potestate, in qua etiam ob iam conceptos licentiæ mores ambitio summè timenda erit, populi præsertim potestate adhuc vigente quæ eandem ambitionem in Senatoribus summè fouet, simúlque ad regium dominatum vehementer impellit: satis enim apertum est, ambitionem & regium dominatum sibi inuicem quammaximè fauere neque facilè inter se disiungi posse. Ideo autem hic dominatus regius appellari potest, quoniam vt plurimùm à tyrannide valde distat: nam simplex ambitio ad virtutis actus impellit, & si aliquanto reprimatur, etiam virtutem parit.

CAPVT VII.

De Rep. Senatoria.

SENATORIA potestas ex eo Naturæ consona est, quoniam perfectiores ac seniores imperfectioribus ac iunioribus præficit: quod Naturæ leges exposcunt. Itaque quanuis fortasse in primo ortu summa sapientia præstantiorique prudētia destituatur, nihilominus ex propriæ naturæ vi prudentiam ac experientiam continet ac indesinenter adauget, simúlque moderatissimos mores fouet. Ob prudentiæ igitur ac experientiæ curam constanter moderamini ac directionibus insistet: Ob mores moderatos Obedientiæ laudem æmulabitur: Ob vtriusque copulationem erit internè concors ac firma, simúlque ad virtutem propensa, quam etiam in dies magis ac magis imbibet, breuique illorum mores referet, qui licet adhuc summa sapientia non sint præditi, ob constantem tamen voluntatis rectitudinem ac virtutum præstantiorum amorem iure optimo Recti ac Iusti appellari solent.

Huic Reip. proprium videtur esse, pluribus Magistratibus ac pluribus legibus vti. Hoc conducit maximè ad illius formam confirmandam ac tutandam: nam dum summa moderandi potestas à pluribus sustinetur, singulorúmque munia certis legibus cohibentur, neque ob simplex obtemperandi debitum redduntur abiecti, neque ob simplicem imperandi potestatem superbi, sed ad decentissimam animi moderationem deuenire solēt. Itaque maiora neque sibi arrogant, neque aliis concedunt seu concedi permittunt. Percipiunt etiam hanc animi moderationem conducere & cōmmuni, & priuato bono, tum quoniam commune simul singulorum est bonum, tum etiam quoniam tales, si virtute aliqua decorentur, facilè maiores dignitates ac commoda maiora recipiunt.

Ex eadem Magistratuum Legúmque multitudine alia commoda non contemnenda deducuntur.

Primum, ministrorum copia, quæ plurimum expetenda est.

Secundum, negotiorum singulorum perfectior ac celerior executio.

Tertium, Sapientiæ, Prudentiæ, simúlque Eloquentiæ enutritio firmior: iuuenes enim qui ex Reip. institutionibus publica non tractant, sed aliquando sunt tractaturi, in hæc studia ardentius incumbunt, vt munera illis imponenda rectè sustinere possint, atque etiam vt cæteris digniores euadant.

Patet autem, humanum bonum eo magis firmari ac extendi, quo Sapientia ac Prudentia plenius ac à pluribus concipiuntur, simúlque Eloquentiæ vis magis viget. hæc siquidem homini est proprissima, & ex sui natura pluribus seu etiam omnibus in eodem actu prodesse solet.

Aliud quoque non infirmum Senatoriæ Reip. præstātiam demonstrare potest, quoniam scilicet regius dominatus longè moderatior ac tutior reddi videtur, si Senatoria potestas illi adiungatur. Popularísque Reip. non dissimili ratione ex Senatus constitutione licentiam comprimit ac longè constantior efficitur. E contra verò Senatoria potestas summè infirmabitur, si vel totam multitudinem in regiminis partes asciscat, vel Regem certis quibusdam legibus sibi constituat. Quanuis autem potestās Senatoria ex propria natura his decoretur, ac ex interna virtute propriis incommodis mederi possit, nihilominus, si decens Reip. cura diutius intermittatur, non difficile delabi poterit seu ad simplicem ambitionem, seu ad deprauatam auaritiam, quæ regentes à communi ad proprium commodum diuertit.

His autem ad maiorem intensionem ac extensionem deductis, breui à propria forma decidet. Nam ex tali auaritia tyrannicus dominatus timendus erit: omnis siquidem dominatus, in quo priuatum communi bono præfertur, Tyrannidis semina continet. Ex simplici verò ambitione Regis imperium constituetur: nam ambitio ac regia potestas (vt diximus) se inuicem fouent.

CAPVT VIII.

De Regio dominatu.

REGIVS dominatus ex sui natura præstat in rebus bellicis, túncque præcipuè dum Rex animi magnitudine est præditus, & ipse exercitibus præest. Pacis tempore tantò magis ad virtutem accedet, quantò regis rectitudo ac solertia maiores erunt; imperantis siquidem ambitione vtcunq; compressa, ciuium omnium ambitio retundetur, ac purioris virtutis vis clarius illucescet. Quoniam autem humanæ naturæ conditio non patitur, vt idem homo diutius Reip. præsit, ille cui tota moderandi potestas demandatur, quique commune totius societatis bonum intendit, in illud præcipuè incumbere tenetur, vt optimum successorem paret, seu, quatenus regnum non sit hereditarium, Successoris eligendi ratio ita disponatur ac confirmetur, vt neque seditiones, neque tumultus timeri possint. Nam nisi hæc caueantur, valde timendum erit ne Reip. perturbetur, seu deteriorem dominandi rationem experiatur.

CAPVT IX.

De Ciuitatis perfectione ac imperfectione.


Is ſic delibatis, vt ad reliqua inueniamur patatiores, noſtra hæc contemplatio ad ſoeictatum humanarum exordia turſum reducenda eſt, ſimúlque inquitendum, cúrnam, conſtituto ex plutibus domibus vicinio, ex pluribus viciniis pago, ex plutibus pagis Ciuitate exorta, in ea conſiſtatur, neque ex ſimili plutium ciuitarum collectione nouum aliquod conſtituatur, quod eandem proportionem habeat ad vnicam ciuitatem, qoàm ciuitas habet ad vnicum pagum, pagus ad vnicum vicinium, vicinium ad vnicam domum, cum præſertim talium incrementorum cauſæ non amoueantut, ſed adaugeantur potius ac coofitmentur. At horum ratio in promptu eſt, ideo enim in ciuitate conſiſtitut, quoniam plurium hominum immediata collectio ad ſingulorum bonum adaugetur. Hoc verò ciuitas certæ magnitudinis perfectè præſtat. Si verò magis ac magis creſceret, hoc bonum omnino periret. neque enim vlterius ciues quotidie congredi poſſent, & quæ ad commone bonum pertinent ſimul conferre.

Præterea carebunt vt plurimùm his quæ victui ſunt neceſſaria. Illorum etiam cuſtodia difficillima erit. neq; enim locus ſummæ amplitudinis vndequaque deſendi poteſt. Aſſerendum igitur eſt, cioitatum multitudinem ex Naturæ ordine admittendam eſſe, ſingularémque ciuitatem ſimul & perſectam & imperfectam cenſendam eſſe.

Perfectio ſatis aperta eſt, dum attenduntut humani actus quibus homines determinatè teſpici ſolent immediatéque aſſociantut. Imperfectio eſt longè clatiot. primò, quoniam vnica ciuitas excludit plurimos humanos actus, quibus homines indeterminatè teſpiciuntut ac mediatè aſſociantut, occnon hotum actuum telationes ac extenſiones. quæ omnia ad ſocietaris humanæ perfectionem deſidetantur. Secundò, quoniam dum paucos quoſdam homines colligit, & cæteros omnes excludit, optimæ virtuti humanæque caritati pacem aſfetre non poteſt. Tertiò, quoniam ſibi non ſufficit nec ſe perfectè tutati poteſt. nam ſi attendatur vſus illotum bonorum quæ ab ipſa Natura ſubminiſtrantur ad hominum neceſſitatem, facilè percipiemus hæc ſingulis aonis tutè colligi non poſſe ex ſola regione vnicæ ciuitati ſubiecta ac illius viribus cuſtodita. idque longè manifeſtius erit ſi concipiatur excellentior illotum gradus, optima poſſidendi ratio, ac cætera præſtantiora quæ ad hominis bonum pertinent & atte paranda ſuot, licet talis ciuitas in regione colenda ſummè intenta eſſet, diligentérque cotaret vt pauciora ſibi ſufficere poſſint. Quartò, quoniam vnica ciuitas imporens reperitur in repellendis incommodis, quæ cæteræ ciuitates ac populi ad id conuenientes illi inferte poſſent.

Ex hoc verò patet, eā non tantùm à ſumma perfectione deficere, ſed à ſumma imperfectione parum diſtare, quamuis decentiſſimè collocetur ædificetúrque, ſimúlq; muniatur bellicis munimentis, inſtrumentis, omnimodóque armorum apparatu, & ciues omnes decorentur militaribus diſciplinis ſummáque aoimi fortitudine.

Capvt X.

Perfectam plurium ciuitatum aſſociationem admittendā eſſe, ac de rationibus quibus plures ciuitates imperfectè aſſociantur.


Ovimvs ciuitatem vnicam non catere imperfectione, ciuitatúmq; multitudinē ex ipſius Naturæ vi admittēdam eſſe. Aſſentiri etiam cogimur, ex eiuſdē Naturæ ordine ciuitatum ſocietatē perfectam dari, quæ ſingulas ciuitates ad decentē conſummationē ſtatúmq; præſtantiorē perducat, haud ſecus quàm domus à viciniis & pagi ex ciuitatis ortu perficiūtur, ac ad lōgè pręſtantiorē ordinē perducuntur. Natura enim imperfecta ad perfectionem & multitudinem ad vnitatem dirigere ſolet. Neque verò cenſendum eſt, Ciuitates, quæ ſola beneuolentia & amicitia ſe inuicem proſequuntur, ſeu etiam commune fœdus ineunt, verè ac perfectè aſſociari; priores enim nullo ſociali vinculo deuinciuntur, poſteriores verò non deuinciuntur perfectè. Nam vnaquæque ciuitas, propria quadam ratione, quoad interna, ſibi ipſi præeſt, & à fœdere inito liberè recedere totámque ſocietatem diſrumpere poteſt.

At cùm ad ciuitatum decētem ſocietatem pertineat, vt communis directio conſtituatur quæ omnes ſociales actus attingat, qui à quacunque ciuitate & à quocunque ciue exercet i poſſunt: perſcrutandum eſt, vndenam vna Ciuitas ius obtineat moderandi aliam ſeu alias Ciuitates.

Hoc ab ipſa Natura non pendere manifeſtum eſt: iam enim conſtitutum fuit induſtrias ſocietates à naturalibus ſocietatibus oriri, quatenus fratrum vnuſquiſque, parente defuncto, propriam domum erigit. Sicuti igitur frater in fratrem ex Naturæ lege poteſtatem non habet, ita vnius fratris domus in alterius fratris domū ex Naturæ lege nullum ius obtinebit. idémque ſaocrendū eſt de ciuitatibus quæ ex his domibus proceſſere, necnon de aliis omnibus quæ ita ab inuicem ſunt ſolutæ. Reliquum ergo eſt, vt tale ius vel violenter arripiatur, vel liberè concedatur. Violenta arreptio vel iniuriam ſimúlque iniuſtitiam continet, vel iniuriam ac iniuſtitiā præceſſiſſe ſupponit. Itaque ſemper mali rationem complectitur. Libera conceſſio aliquando aliquod inuoluntarium ſeu irrationale continet, túncque malo ſimiliter innititur: aliquando nihil ſeu irrationale ſeu inuoluntarium habet, ſed ex communi caritate ac ex optima virtute oritur, quæ regentium ac obtemperantium bonum intendit, concipit, ac decentiſſimè proſequitur.

Delibemus breuiter rationes trium dominatuū quorum vnuſquiſque mali rationem vtcunque complectitur, vt animi noſtri vis liberius deflecti poſſit ad eam ciuitatum aſſociendarum formam: quæ nihil irrationale nihilque violentum contioet, ac tanquam ſummè expetenda, ſumma cura inquirenda atque explicanda eſt. Violenta arreptio, quæ iniuriam ſeu iniuſtitiam præcedentem non reſpicit, ſed ipſa iniuriam & iniuſtitiam continet, arripienti nullum ius tribuit. ideóque dominatum ſatis infirmum parit. nam rationi conſonum eſt, eos qui violentè ſimúlque iniuſtè ſubiiciuntur, rerum nouarum quammaximè cupidos fore, ideóque tyrannicum potius quàm regium dominatum ſpectare. Igitur quantò magis dominatus extenditur, tantò magis ad tyrannidem vergit. quemadmodum enim dominantis in parum obedientes ſæuitia ſubiectos ad huius dominatus expulſionem magis intentos reddit, ita horum temerarij auſus dominantis ſæuitiam acuunt. Itaque vel dominatu expulſo noua moderandi forma conſtituitur, vel populorum viribus vndequaque confractis dominandi ratio ad peſſimam tyrannidem deuoluetur, ad illam ſcilicet qua tyrannus cuncta ad ſubiectorum potius malum quàm ad proprium bonum dirigit. nam ex hoc imperij ſecuritatem pendere cenſet. Nonnulli autem hæc anticipant, ac in ipſa adeptione ditiores ac nobiles omnes extermioant, & bona omnia ſibi aſſumunt. Exiſtimandum tamen eſt talia non euenire abſque ſumma iuſtiſſimáque Dei indignatione, qua Mali ad tempus puniuntur à à longe peioribus, breui acerbiora ac diuturoiora paſſuris.

Violenta arreptio, quæ iniuria ac iniuſtitia caret, ſed iniuriam ac iniuſtitiam præceſsiſſe ſopponit, dum in eas ciuitates ſeu ſocietates exercetur, quæ ſeu à vera pietate recedunt, ſeu aliis ſunt iniuriæ, arripienti ius certum affert. impietas ſiquidem ab omnibus iure optimo eſt comprimenda, & iniurioſi omnes certa quadam ratioue plectendi ſunt, tam ex ſimplici iure Naturæ, qoàm ex iure gentium, quæ ad omnes homines extenduntur.

Idem euenit, ac longè firmius, ex libera conceſſione, quæ aliquod ſeu irrationale ſeu inuolūtarium cootinet. tunc enim Fides liberè omnino obſtringitur. Nouimus

autem

autem pactiones ac fidem legitimè datam deuincire, haud secus quàm deuinciat Naturæ lex. Ea verò quæ impellunt ad liberam traditionem sunt plura. præcipua tamen existimantur interna seditio, quæ comprimi non potest, nisi externus moderator assistat: timor hostium irruentium, quibus neque cedere decet, neque absque alterius dominatus tutela resistere licet: gubernandi inscitia ac impotentia, & rerum omnium penuria.

Capvt XI.

De iis quæ dirigunt ad concipiendam formam, qua plures ciuitates associari possunt, ad commune vniuscuiusque bonum.

SEd iam mentis acies dirigenda est, vt explorare possimus quanam ratione plures ciuitates associari possint non ex aliqua violentia, seu ex aliquo malo, sed ratione duce, ac omnino liberè, ad commune bonum, & ad vniuscuiusque decentissimam pacem.

Quamuis autem nostra hæc contemplatio ad idē deducenda sit, siue rectæ discurrendi methodo insistat, siue Naturæ tum directiones tum exemplaria sequatur: naturalium tamen exemplarium vim in re tanta præcipuè attendendam esse existimamus. hæc enim probationum ac directionum vires non tantùm complectuntur, sed etiam exacuunt, simúlque nonnulla obiiciunt, quæ infirmior rationis nostræ virtus facilè præterire posset. Natura enim diuinam artem complectens, eandémq; in operum suorum consummatione expandens, non tantùm ob propriorū actuum fructus hominibus prodest, eosdémque ad certos actus impellit, sed demonstrat etiam certas agendorum imagines, ac exemplaria. Hæc verò facilius, seu difficilius conspiciuntur, quo Naturæ opera, ex quibus exemplar sumendum est, magis seu minus recedunt ab his in quibus tota Naturæ vis consistit, & humana magis seu minus accedunt ad illa quibus totius humanæ industriæ directio terminatur, ad hæc scilicet, quæ humanæ societatis consummationem respiciunt, quorum exemplaria ob id & difficilius attinguntur, & accuratiorem intuitum exposcunt. Rectè tamen ac tutè (ni fallimur) concipientur ad vsúmque deducentur, accepto Naturalium operum finem ita humanorum operum continere initia, vt simul eorundem finem ac dispositionem omnem docere possit. Nouimus autem, Naturam in naturalibus ac domesticis hominum societatibus verè consistere.

Hæ igitur sicuti industriæ societatis initia continent, ita perfectissimæ hominum societatis exemplar obiicere poterunt: quod etiam ea, quæ hactenus tam circa naturales quàm circa excogitatas ab hominibus societates enarrata sunt, satis conspicuum reddunt. neque enim nos latet, tam virum mulieri associandum quàm mulierem viro copulandam, si seiunctim respiciantur, perfectos quidem esse, nam vterque ad ea omnia aptus reperitur quæ pertinent ad singulare ac particulare illius bonum: sed sibi non sufficere, omnem humanæ Naturæ perfectionem non continere, in omne tempus non viuere, nec filios generare posse, quod ad Naturæ conseruationem & perfectionem desideratur: At eundem virum eandémque mulierem, si inter se associentur copulentúrque, filios parere, seipsos in filiis quodammodo renouare, omnémque humanæ Naturæ perfectionem complecti.

Hæc igitur, prout conuenit, perpendentes, facilè assentiemur perfectissimæ hominum societati ex necessitate præcedere eas hominum societates, quæ seiunctim acceptæ perfectæ censeri possunt, licet omnem perfectionem ab industria proficiscentem non complectantur, quam tamen, si decenter associentur, effundere poterunt ac retinere, ipsas scilicet ciuitates. neque in dubium reuocari poterit, quin ciuitatum associandarum ratio sumenda sit ex viri ac mulieris societate ac muneribus: tum quatenus se inuicem respiciunt tum quatenus ad filios referuntur. Quapropter accepto, in hac coniugali societate vxoris ac matris partes esse domestica curare, filios concipere ac parere, eosdémque, dū in minori ætate reperiuntur, nutrire ac educare, ita tamen vt hæ omnia secundum viri mandata vel etiam viri virtute perficiantur. asserendum erit Ciuitates, quibus vxoris simúlque matris partes sunt demandandæ, domestica curaturas, ciues parituras ac nutrituras, atq; hęc omnia perfecturas, prout illi demandatum erit ab ea Ciuitate, quæ Mariti partes exercet.

Simili ratione accepto, mariti proprium munus esse, vxoris curam habere, externa curare, filios quos nō ipse sed vxor parit ac nutrit, iam firmiores emittere atq; ad perfectiora dirigere, demonstrabitur Ciuitates, quæ viri munia sustinent, curaturas, vt ciuitates, vxoria ratione sibi coniunctæ, decētissimè regantur, vt ab illis ciues, quos ipsæ non pariunt, concipiantur, nutriantur, ac domesticè instituantur, eosdémq; opportunè euocaturas. Hæ igitur Ciuitates ea ratione erunt constituēdæ, vt propriis ciuibus careant, sed oriantur ex concursu illorum ciuium qui emittēdi erunt, certa quadam proportione seruata, atq; secundum leges circa hęc constitutas, ab vnaquaque Ciuitate vxorias partes sustineant.

Itaque, sicuti mulier secundum Naturæ cursum virum concipit ac parit, sic Ciuitates easdem partes exercentes, virilē pariēt Ciuitatē, à qua etiam Magistratus ac leges recipiēt, prout legibus (de quibus postea dicēdum erit) constitutum fuerit. Ex his autē facilè patere poterit, Vnicæ virili Ciuitati seu maiori plures Ciuitates vxorias seu minores esse subiiciēdas: neq; enim vnica Ciuitas absque sui destructione tot ciues emittere posset quot ad vnius Ciuitatis amplioris constitutionem desiderantur.

Hæ verò Ciuitates licet plures, eadē ac omnino vniformi relatione virilem Ciuitatem respiciēt. Ideóque seu tanquam vnica coniux seu tanquam plures coniuges eisdem legibus moderandæ illi subiiciētur: ratio siquidē associandarum Ciuitatum non ex illarum numero, sed ex relationum similitudine seu diuersitate colligēda est. Quod si ciuitatum minorum numerus adeo adaugeatur, vt qui ab illis emittē..i sunt ab vnica Ciuitate contineri, nec ad illam commodè transmitti possint, virilium seu maiorum Ciuitatum numerus adaugēdus erit, ac tota societas, quæ ab vnica prouincia continebatur, in plures prouincias diuidēda. Ea tamen ratione, vt societas ob id non discindatur, ipsæ nēpe viriles seu maiores Ciuitates, ciuium ex minoribus Ciuitatibus collectorum certum numerum emittēt, qui simul conuenientes nouam ac longè præstantiorem Ciuitatem constituant.

Tum verò industria hominum societas domesticarum ac naturalium societatum exēplar decētissimè referet: eas siquidem domos imitabitur, in quibus filij maiores natu ac iam mariti patēti seniori subiiciuntur. Itaque sicuti naturales ac domesticæ societates tunē verè consummantur, ita quæ industria constant societates in hoc consistent. nam quatenus ciuitatum numerus magis adaugetur, eadē dispositione rerēta, Prouinciarum numerus adaugebitur, neque fortasse ciuitatum ordines erunt vlterius adaugēdi, quamuis nullum incommodum timēdum esset, licet ad quartum ordinem repetita emissione ciuium perduceretur. Nam & domesticę societates quartæ generationis consummationem aliquando intueri solent.

Cum autē senioris patris munus sit, maiores filios consilio regere ac in officio continere, ne seu in iis, quæ ad exteriora pertinēt, seu in domesticis aliquando aberrēt, eadem ratione Ciuitas senioris patris sustinēs pōdus, omnibus ciuitatibus tam virilibus quàm coniugalibus leges imponet, ac omnes in officio continebit, ita tamen vt regens viriles tanquam filios maiores, per eas etiam coniugales gubernet. Hęc Ciuitas, quę Prouinciarum princeps seu cōmunissima omniū patria appellari poterit, vnitatis numerū nunquā excedet. cōiugales in perfecta societate plures ex necessitate erūt. viriles pro

maiori minoríve] ſocietatis amplitudine ac incremento vnitatis numerum excedent & nõ excedent. Qua autem ratione hi ciuitatum ordines ciuitatéſque ſingulæ ſint inter ſe deuinciendæ, ac ſingularum forma, libertas, æqualitas, ac bonum quamtutiſſimè retinendum, inceptam contemplationem decenti methodo protrahentes percipiemus.

Capvt XII.

De ordinibus humanorum actuum, quatenus ad hominum ſocietates pertinent, ac earundem munia obeunt.

PErfectiſſimæ igitur ſocietatis, quam adumbrauimus, munia, partes, partiúmque diſpoſitiones omnes inquirendę ac explicandæ ſunt, exordio accepto ab enumeratione humanorum actuum, quatenus humanæ ſocietatis bonũ deſeruire, ſeu illud etiam inducere poſſunt: exploratum ſiquidẽm eſt, neque hominum ſocietatem, aliquid continere poſſe, tanquam proprij muneris partem, quod ab homine non exerceatur, neque perfectiſſimam hanc ſocietatem carere poſſe ſeu aliquo humano actu, ſeu aliquo humanorum actuum vſu, ſeu decentiſſima tum horum tum hominum operantium diſpoſitione. nã, horum aliquo prætermiſſo, ſimul aliquod hominis bonũ omitteretur quod perfectiſſimæ ſocietati repugnat: nouimus enim vnumquemque hominis actum ex Naturæ lege hominis bono deſeruire. Ipſi autem humani actus (vt præſens Contemplatio expoſcit) ad quatuor præcipuos ordines deducendi erunt. Quidam enim ſingulariter tantummodo exerceri poſſunt, & illi etiam à quo exercentur primò ac immediatè tantummodo proſunt, omníque præterea dirigendi virtute ſunt deſtituti. Quidam ſingulariter exercentur, & ei tantummodo à quo exercentur, primò ac immediatè proſunt, ſed dirigendi ac moderandi vim continent. Quidam ſocialiter exerceri poſſunt, pluribúſque primò ac immediatè prodeſſe, ſed dirigendi virtutem non continẽt. Quidam dirigendi virtutem admittunt, ac pluribus primò ac immediatè prodeſſe poſſunt, ſed ſingulariter exercentur.

Primum ordinem ingrediuntur Cognitiones, affectus, & executiones, quæ ſenſui communi, ſenſibus exterioribus, ac imperfectiſſimo Naturæ ſenſui aptantur, motus, ſcilicet, quietis, figuræ, aliorúmque communium ſenſibilium determinata comprehenſio, motus, & quietis amor, ſuique ipſius motus, ac quies, colorum ac lucis, necnon ſonorum, odorum, ſaporum ac tangibilium comprehenſio, atque earundem cognitionum interna, externáque proſecutio ac fuga famis, ſitis, doloris, ac indolentiæ perceptiones, affectus his perceptionibus congrui, atque etiam actus, vt puta comeſtio, potio, dormitio, & alia huiuſmodi. Et hi quidem actus, qui cęteris omnibus ſunt imperfectiores, ex eo tantummodo humanæ ſocietatis bono deſeruire poſſunt, quoniam hominum vnumquemque conſeruant, atque ad ſocialia munia paratum reddunt, qui etiam in his exercendis ſocialem directionem admittit, & eadem ſocialia munia exercet.

Ad ſecundum ordinem pertinent humanæ rationis perceptiones, ac diſcurſus, (qui verſantur circa vniuerſalia) cogitationes, quibus & vniuerſalia extẽduntur, & cæterarum virtutum obiecta percipiuntur, ſiue pertineant ad experientiam, ſiue ad coniecturam, ſiue ad hiſtoriam, ſiue ad comprehenſionem. Tales etiam ſunt animi affectiones, eiſdem virtutibus cognoſcentibus deſeruientes. Et hi quidem qui cæteris humanis actibus comparati ſummum dignitatis locum obtinent, licet in ſeipſis ſociales non ſint, humanæ tamen ſocietatis bono longè præſtantiori ratione deſeruient: nam nõ tantùm ſingulariter homines dirigunt, qui & humanæ ſocietati deſeruire poſſunt, & in horum vſu ſocialem directionem admittunt, ſed internam dirigendi ac moderãdi virtutem ad totius ſocietatis bonũ effundere ſolẽt.

Tertium humanorum actuum ordinem ingrediuntur omnes exteriores operationes quæ conueniunt vel humanæ Æſtimatiuæ, vt puta, blandiri & amicè proſequi, ſeu inimicitias exercere, vel humanæ memoriæ, vt puta colligere, deferre, recludere ac diſtribuere, vel humanæ phantaſiæ, vt puta externorum corporum diuiſiones copulationéſque, necnon eorundem multiplices tum reſpectu quantitatis, tum reſpectu qualitatum, habitus ac ſitus immutationes. Et hi quidem actus, qui ſi in ſeipſis conſiderentur, ita ab extremorum dignitate ac indignitate recedunt, vt imperfectioribus ſint proximiores, ex propria natura primò ac immediatè ſocietatis bono deſeruiunt. Ideóque verè ſociales ſunt, ea tamen ratione, vt ſocietatem recipiant & non inducant: nam dirigendi virtute deſtituuntur.

Quartus demum ordo deducitur ex ſermocinandi actu, quem cogitandi virtuti deſeruire nouimus. Ipſa verò ſermocinatio, ſi in ſeipſa conſideretur, in dignitatis gradu ab actibus ſecundi ordinis tantummodo deficit, ac ſecundum locum aſſumit. Quòd ſi communis attendatur vtilitas, cæteris omnibus dignior cenſenda erit. nam dum ſingulariter exercetur ac communiter prodeſt, ſocietatis bono deſeruit, ſimúlque dirigendi ac moderandi vim effundit. Ideóque ea ratione ſocialis redditur, vt ſocietatem non ſuſtineat, ſed inducat ac firmet.

Animaduertendum tamen eſt, ipſam ſermocinationem ſocietatis inducendæ ac conſeruandæ munus actu non ſuſtinere, niſi quatenus ab internis animi perceptionibus & affectibus, quibus primò moderandi ac dirigendi vis aſcribenda eſt, dirigatur, & moderamen recipiat.

Capvt XIII.

De ratione, qua ſocietatis partes communiores ſunt conſtituendæ, ac de ſeptem Magiſtratuum ordinibus, quorum vnuſquiſque iterum in tres diuiditur ſeu certè tria munia ſuſtinet.

PRæcipva humanæ ſocietatis munia deducenda ſunt ex ſermone, quatenus internarum perceptionum ac affectuum dirigendi ac moderandi effundit vim, & ex illis actibus qui ex propria natura ſocialiter exercentur, quíque primò ac immediatè pluribus prodeſſe poſſunt.

Priora parient ordines eorum qui ad commune bonum directiones exercent & Magiſtratus dicendi ſunt: poſteriora vero Obtemperantium. Et hæc quidem munia certis ſocietatis partibus demandanda erunt. Cæterę verò hominum operationes omnes omnibus ſocietatis partibus communes ſunt, licet ſint à ſingulis exercendę ex ſociali directione quæ ſociale bonum primò intendit. Illi igitur qui dirigendi exercent munus, ad tot ordines deducendi erunt quot ſunt internæ animi affectiones: hæ ſiquidem perceptionibus aſſiſtentibus directiones reipſa exercent atque extendunt.

Horum verò ordinum vnuſquiſque iterum in tres partes diſtinguendus erit, vel certè tria munia complectur: nam ipſæ etiam affectiones triplici ratione proprios actus extendere atq; exercere ſolẽt, dum ſcilicet in bonis iam adeptis conquieſcunt, dum pręſentia ſeu imminentia mala fugiunt, & dum diſtantia ac remotiora bona perquirunt ac proſequuntur. Itaq; ipſa etiam humana ſocietas ex priori actu humanis bonis reipſa fouetur: ex ſecundo ea omnia quę eiſdem bonis aduerſantur, ipſiſque ſocietati ſeu ſocietatis partibus obſunt, omnino repellet, & ex tertio diriget imperfectiores infirmioréſq; ſocietatis partes ad propriã perfectionẽ ac robur, ne futuris temporibus ſociati obeſſe poſſint, quin illi potius certo aliquo ex munere quamdecẽtiſſimè deſeruire: interim verò ſocialium bonorum perſeuerantiam atque indeficientiam demonſtrent ac firment.

Animaduertẽdum tamen eſt, ex quatuor præſtantioribus affectionibus quatuor tantummodo Magiſtratuum ordines deducendos eſſe: nam (vt ex ſuperioribus patet)

patet) harum affectionum vnaquæque vnica præcipuáque ratione sese exercet. Ex tribus verò affectionibus inferioribus (pro multiplici singularum prosequendi ratione ac termino) plures Magistratuum ordines colligendi erunt.

Ex præstantissima igitur animi affectione Deum Opt. Max. respiciente, vnicus directionis deducetur ordo, ipsum videlicet Ministerium Ecclesiasticum Filij Dei auctoritate institutum, Apostolis & Apostolicis viris ac successoribus vsque ad mundi consummationem commissum. Huius ministerij per legitimos Ecclesiæ Christi Pastores administrati proprissimum munus atque opus erit, ea omnia quæ ad pietatem pertinent, ad societatis commodum exercere ac indicare, simúlque Deum omnibus propitium reddere, atque gratuita omnia à Deo Opt. exquirere. Huic muneri adduntur munera tum eos expellendi ac corrigendi qui veræ pietati aduersantur, tum iuniores in his quæ ad Deum pertinent rectè educandi.

Ex animi affectu huic proximo elicienda erit inferior variorum munerum Ecclesiasticorum dignitas. Horum autem munia ex verbi Dei præscripto colligenda erunt.

Ex tertia animi affectione, quæ hominum mentem respicit, atque Sapientiam exoptat, Sapientum colligitur ordo. Horum munus erit, sedulò curare singula quæ pertinent ad veram Sapientiam (quatenus naturali lumine attingenda est) atque ad totius societatis commodum exercere, simúlque optimam contemplandi rationem ac Sapientiam ipsam extendere. Præterea eisdem curæ erit ne societas illiúsve partes à Naturæ lege in aliquo diuertant, sed illam omnino sequantur. Incumbent quinetiam, vt Naturæ dona, quæ animos corporáque respiciunt, quammaximè abundent, atque illorum vnumquódque congrua arte firmetur ac foueatur, simúlque opposita mala (quantum ipsa Natura patitur) emendentur & corrigantur.

Eisdem etiam ea munia aptanda erunt, quibus & opposita exercentes prauaque docentes ac suggerentes repelluntur, emendantúrve & iuniores (vt aliquando eadem hæc munia rectè exercere possint) instruuntur ac educantur.

Ex ea affectione quæ simpliciter est humana, ille dirigentium ordo deducendus erit, qui in hominum societate eas sustinet partes quæ ab ipsa cogitandi virtute (cui huiusmodi affectio essẽtialiter copulatur) in singulis hominibus sustinentur ac exercentur. Et hi quidem præcipua quadam ratione consultores ac deliberatores appellari poterunt: illorum namque deliberationes ad legum etiam constitutionem extenduntur: quod neque Ecclesiæ Pastoribus neque Sapientibus accidit. Pastores enim diuinam legem ac voluntatem neque constituunt, neque inueniunt, sed recipiunt tantùm: Sapientes verò Naturæ legem inueniunt.

Harum legum vnaquæque à quacunque alia humana potestate solutæ sunt, quod inferiorum Magistratuum deliberationibus non conuenit: hæ enim ex deliberantium constitutionibus moderentur necesse est. Præterea cohibendi vi præditæ sunt, quod singulorum ciuium deliberationibus, quibus seipsos ac propria moderantur non conuenit, atque ea ratione alios deuinciunt, vt ipsi ab eo vinculo quod aliis imponunt sint soluti, quod neque Pastoribus Ecclesiæ conuenit, (nam ipsi etiam Diuinæ legi subiiciuntur) neque sapientibus qui naturæ legi cum cæteris subsunt. Iidem deliberantium denominationem merentur ob assiduum atque non intermissum deliberandi vsum, necnon quoniam circa difficiliora versantur, neque proprio ministerio retento alicuius auctoritati sed rationi plenè perceptæ inniti debent. Horum autem munus erit, omnia quæ simpliciter sunt humana concipere, ac per Magistratus inferiores curare, seu præsens societatis bonum respiciant, seu emendationem, seu iuniorum educationem contineant, his tamen exceptis quæ legislatoriæ potestati seu Iustitiæ distributiuæ vsum continent: his quæ solo sermone tractantur, necnon eorundem Magistratuum inferiorum electionibus, & quibusdam aliis quæ supremæ potestatis vsum ac potestatem videntur exposcere.

Magistratuum inferiorum rationes affectus inferiores subministrabunt. Itaque præstantior illorum ordo ab Æstimatiuæ affectu deducendus erit, ac iterum bipartiendus quemadmodum enim hic affectus ex præcipuo suo munere, quo propriis bonis fruitur, respicit rectum amicorum vsum, ex non præcipuo autem, quo opposita mala refugit, inimicos intuetur: ita etiam Magistratus ad commune societatis bonum ab eo deducendi similiter distinguentur.

Primum ordinem ingredientur Oratores ac amicitiæ conseruandæ atque adaugendæ Præsides. Secundum Milites atque Iudices, horúmque vnusquisque plures recipiet gradus. Iudicibus autem commune erit, ex legum decretis ea corrigere quæ inter ciues inimicum quid seu opere & intentione, seu opere tantùm continent. & siquidem ea emendabunt, quæ opere & intentione inimicum animum arguunt (quoniam ex crimine pendẽt) Criminales dicentur. Qui verò ea emendant, in quibus licet inimica actio aliqua ratione insit, inimicam tamen intentionem abesse manifestum est, Ciuiles iudices dicendi erunt.

Et hæc quidem his consonant quæ superius circa Iustitiam emendatiuam dicta fuere: licet enim alter ex disceptantibus aliena vel retineat vel perat, factum tamen rationibus ac fortasse legibus tuetur, quod vnicuique ciuium permissum est, nisi forte aperta malitia adsit: tunc enim criminaliter erunt mulctandi, tanquam pessimi, communis boni perturbatores.

Magistratus, qui deducuntur ex tertio eiusdem animositatis actu, quo absentia ac sibi conuenientia bona quærit, Iuuenum in his quæ tum amicos tum inimicos respiciunt rectè educandorum curam habebunt. Præcipuè autem enitentur iuuenes ita instrui, vt nemini iniuriam inferant, sed sciant amicos sibi conciliare ac amicè tractare, turbatos sedare, discordésq; componere. Alia etiam docẽda erunt, prout naturalis propensio vnumquemq; vel ad iudicia vel ad negotia, vel ad bella tractanda aptiorem reddet. Sed de his postea accuratius dicendum erit.

Magistratus, qui oriuntur ab ea affectione quæ humanam consequitur Memoriam, quantum ad præcipuum actum quo propriis fruitur bonis, decentem bonorum vtilium dispensationem respicient. Qui verò eliciuntur ab eadem propensione, quantum ad actum qui opposita respicit mala, eorundem vtilium bonorum adeptionem, conseruationem atque ampliationem intendunt. Horum verò Magistratuum vterque ordo & Societatis nomine hæc pertractabit, & Ciues ipsos respiciet. Illi, qui societatis bona distribuunt, vt legibus statutum est, Ærarij Præsides vocari poterunt

Qui verò incumbunt eisdem bonis adaugendis ac conseruandis, ex earum legum iussu, communium redituum curatores.

Qui ciuibus præsunt, ne propria consumment sumptibus seu immoderatis, seu inutilibus, seu inhonestis, priuatorum sumptuum Curatores erunt appellandi.

Qui eosdem ad vtilia bona rectè acquirenda impellunt ac dirigunt, ab eodem munere nomen assument.

Magistratus qui deducuntur ab eadem animi affectione, quatenus bona sua, sibi absentia quærit, non ipsa bona respiciet, sed Iuuenes, per quos aliquando hi Magistratus Societatis nomine erunt sustinendi, & priuatæ domus gubernandæ. Hi igitur iuuenum educationibus præerunt, illisque ea suggerent quæ ad hæc rectè præstanda conferre possunt, simúlque illorum animos in his tum sperandis tum appetendis ita component, vt facilè rationis legibus acquiescant.

Magistratus deducẽdi ab eo animi affectu, qui humanã consequitur phantasiã, erunt plures. Ipsa etenim phãtasia vltimũ locum obtinẽs inter eas animi partes quæ rationis lumine interius illustrari possunt, non tantùm ex propriis muneribus rationi subest, sed imperfectiores etiã animi vires ad eiusdẽ rationis nutum moderari tenetur. Itaq; quatenus rationis atq; aliorum præstantiorũ affectuum vim recipit, rationes obiiciet eorum Ma-

giſtratuum qui artibus omnibus præſunt. Quatenus verò eidem rationi obtemperat, imperfectiorúmque affectuum impulſus conſummitatur, artium omnium ſemina demonſtrabit.

Capvt XIIII.

De artium omnium, ac de Magiſtratuum, qui artibus præficiuntur fontibus.

Harvm autē artiū initia propriora, diſpoſitióque omnis breuiter proponenda eſt: horum enim perceptio non parum conducet ad ipſius ſocietatis partes plenius concipiendas, atque etiam ad eandem ſocietatem tum inſtituendam, tum dirigendam, cùm præſertim artifices, quatenus artifices, conſtituant ordinem quendam medium inter dirigentes & obtemperantes, qui vtriuſque extremi naturam vtcunque refert. Sciēdum igitur ex propria ipſius phantaſiæ actione exteriori quæ proprium intendit bonum, illas artes deduci quarum opera non tantùm remanent, ſed etiam cæteris omnibus artibus adiumenta præbent: nam inſtrumentorum ſeu machinarum vim continent, quæ in artium vſu ſunt vel neceſſaria vel commoda. Ideóque primariæ artes rectè appellandæ ſunt. Ex eiuſdem appetitus exteriori actione, quę ſenſus communis reſpicit bonum, illæ artes deducentur, quæ maria tranſeuntibus, ſeu aliter nauigantibus, ſeu terreſtria itinera exercentibus, deſeruiunt ac famulantur.

Ex eiuſdem actionibus, quæ exteriorum ſenſuum triúmque præcipuè præſtantiorum reſpiciunt bona, deducuntur, quantum ad videndi ſenſum, Multiplex pictura, Fullonum ars, Sculptura, necnon artes confectrices variorum inſtrumentorum, quæ viſui vel adiuuando vel dirigendo inſeruiunt. Quantum ad auditum, eliciuntur artes Muſicorum Inſtrumentorum fabricatoriæ. Quantum ad olfactum, ars odorum excitandorum atque componendorum, ſeu aromaticorum. Ex phantaſiæ actione, quæ imperfectiſſimi ſenſus, quatenus guſtui copulatur, reſpicit bona, oriuntur artes quarum effectus victui hominum aliquo pacto inſeruiunt: hiſque medicamentorum etiam confectrices addendæ ſunt. Ex phantaſiæ operationibus, quæ reſpiciunt bona eiuſdem imperfectiſſimi ſenſus, quatenus tactui copulatur, eliciuntur artes omnes quæ vel domibus conſtruendis vel veſtimentis conficiendis incumbunt, necnon quæ apta ad calorem vel frigus ſeu euitandum ſeu inducendum componunt ac præparant.

Hæ omnes artes perfectæ vocandæ erunt, quoniam illarum opera ceſſante artificum actu, remanent. Artes vero imperfectiores deducuntur ab eodem affectu, quatenus extendit propriam dirigendi vim ad ſenſus communis actus: quibus ceſſantibus nullus remanet effectus. Hæ ſimiliter erunt plures, neque vnius ordinis: tales enim operationes reſpicere ſolēt oblectamēta, ſeu eiuſdem ſenſus communis, ſeu viſus, ſeu auditus. Quæ humanos motus moderantur ad ipſius Communis ſenſus bonum, duorum ordinum erunt, quoniam tales motus totidem differentias admittunt. Quidam enim licet affectus neceſſariò non producant, ad eos tamen dirigi poſſunt: cuiuſmodi ſunt Iaculatio ac variorum armorum vſus. Quidam verò neque effectus ex propria Natura reſpiciunt, neque ad illos diriguntur, vt puta Equitatio & Remigatio. Vterque actuum ordo arte moderari ſolet, quatenus ſerio exercentur atque etiā quatenus imitantur, neque aliud intendunt quàm ſpectatorum voluptatem. Itaque ex eiſdem fontibus deducuntur artes ſaltandi, chorearum ducendarum, necnon canentium atque ſonantium. Harum autem vim, longéque præſtantiori ratione, continere videntur Tragœdiarum, Comœdiarum ac reliquorum Poematū vſus, necnon Equitum diſcurrentium ac bellantium ſpectacula multiplicia, quæ duplicem vſum videntur admittere: neque enim ad ſolam voluptatem exhilarationémque pertinent, ſed ad corporum etiam agilitatem ac robur inducendum atque firmandum non parum conducunt, ſimúlque ad bellicam diſciplinam atque ad animi motus moderandos firmandóſque.

Eorundem actuum tertius etiam vſus admittetur, quo agendorum tempora opportunitatéſque demonſtrari, communiſque directio exerceri ſolet. Et hic quidem ſonis præcipue conuenit. In hoc vſu Phantaſiæ vis quammaximè viget: hæc nempe non tantùm ſingula reſpicit, ſed ſingulorum etiam directionem intendit.

Ex ipſius etiam imperfectiſſimi ſenſus affectu deducenda erunt illorum miniſteria, qui pauperum ac egenorum, necnon ægrotantium neceſſitatibus inſeruiunt.

Magiſtratus verò, artibus omnibus præpoſiti, tria præcipua curare debebunt, vt ſcilicet artifices ipſi abundēt, vt artium vnicuique materia atque inſtrumenta copioſè ſuppeditentur, & vt ſingula recte atque abſque vlla fraude exerceantur. Præter ſupradictos Magiſtratus, qui oriri videntur ab ipſa phantaſia, reſpectu illius actionis, quæ ab ea præcipuè effluit, illi quoque ex eadem deducendi erunt qui oppoſitorum malorum expulſionem reſpiciunt.

Horum igitur munus erit expellere inutiles ac inhóneſtas artes, necnon inhoneſtos artium vſus, prout legibus ſancitum erit.

Tertius etiam Magiſtratuum ordo deſiderabitur, cui cura demandetur Iuuenum in his inſtituendorum ac exercendorum.

Exiſtimare fortaſſe quis poſſet, his magiſtratibus illos eſſe ſuperaddendos, qui curam gerunt tam Nuptiarum quam funerum, ac cæterorum omnium quæ agenda ſunt circa moribundos, morientes, ac mortuos. ſed cùm hæc omnia ex diuinæ ac Naturæ legibus ſint agenda, illorum ſollicitudo Eccleſiæ paſtoribus ac Sapientibus erit relinquenda.

Capvt XV

Totius ſocietatis imaginem ab vnoquoque ſocietatis munere vtcunque referri.

Ipsa verò humana ſocietas, quæ verè perfecta appellari poteſt, ea ratione omnia humana munia complecti ſolet, vt illorum etiā vim ad ſingulas partium præcipuarū videatur extendere. quod tamen pro multiplici partium ac Magiſtratuum natura, plenius ſeu minus plenè agendum eſt. Id quod intendimus, exemplo accepto ex militiæ munere, clarius apparebit: hæc ſiquidem plenioré formam expoſcit, quoniam extra Ciuitatem & in hoſtium ditione, vt in pluribus, exerceri ſolet. Hæc Paſtoribus & verbi Dei adminiſtris carere non poteſt: quin iis præcipuè indigebit: nam ea tractat, quæ diuina adiumenta diuináſque directiones præcipuè expoſcunt. Sapientes etiam pluribus in rebus Militiæ deſeruire poſſunt. Totius exercitus Imperatorem neceſſarium eſſe compertū eſt, necnon ipſius ipſius Imperatoris Conſiliarios. His aſſiſtere debent qui imperatoris nomine ob totius exercitus bonum proficiſcantur ad amicos, vel hoſtes etiam ipſos alloquantur: qui grauiora atque difficiliora virtuẽda ſuſcipere ac ſuſtinere poſſint: qui militum ac totius exercitus concordiam ſermone atque etiam auctoritate cuſtodiant: & qui iudiciis tum criminalibus tum ciuilibus incumbant. Primi igitur, Oratorum partes ſuſtinebunt. Secundi ob virtutis ac roboris præſtantiam Milites prærogatiua quadam erunt dicendi. Tertij Amicitiæ Curatores. Quarti Iudices. Hæc tamen in exercitu militaritet, non autem omnino accuratè vt in Ciuitatibus, tractanda erunt.

Eiſdem in exercitibus deſiderantur qui pecuniarū recto vſui ſtudeant, qui nummos recipiant, colligant ac cuſtodiant, qui artifices exercitui ac bellicis rebus neceſſarios adeſſe ſtudeant, eiſdémque præſint: qui præſint itineribus, necnon inſtrumentis atque adiumentis ad iter conficiendum neceſſariis, viiſque ipſis aptandis: qui victui neceſſaria copioſè adeſſe curēt: qui circa indumēta: ten-

ta, tentoria, cæteráque ad tutam ac commodam Castrametationem vtilia inuigilent. Adsint etiam necesse est, qui milites otio torpere ac militarem disciplinam retúdi non permittant, sed eos potius assiduè exerceri curent, simúlque inuigilent (quod ad res rectè gerendas plurimum facit) vt bono ac hilari animo sint. Studebunt alij, vt infirmi curentur, egentibus adiumenta non desint, debiles ac infirmi ad tuta deducantur, nec deserantur. Quidam etiã solliciti erunt vt vniuscuiusque actionis tempora ac oportunitates certioribus quibusdam signis præfiniantur ac demonstrentur.

Capvt XVI.

De recta, ad munia socialia sustinenda, aptitudine.

SED ea iam prosequamur, ex quibus omnium ordinum ad socialia iura ac munia suscipienda aptitudo atque habilitas colligenda ac firmanda est. Nostris autem constitutionibus insistentes facilè percipiemus, vnumquemque, qui vero Dei cultui non aduersetur, quique fidei prius hominibus datæ vinculis inueniatur solutus, si ad hanc societatem accesserit, tanquam illius partem ea ratione recipiendum esse, vt absolutè quidem ad omnia socialia munia ius habeat, re ipsa tamen ea tantummodo exercere possit quibus ei liberè omnino incumbere licet, & quorum exercendorum rationes ex decenti disciplina iam plenè percepit.

Qui à vera religione ac pietatis cultu recedũt, donec ab hac detinentur perfidia, ab huiusmodi societatis iuribus decentissimè expellendi sunt. sicuti enim vera pietate recepta, caritatis humanæ consummatio omniúmque moralium virtutũ robur ac vsus stabilitur ita, eadem ab humana societate reiecta, omnis illius perfectio ac fructus comprimatur necesse est: dona siquidem perfectoria quæ ab ipso Deo gratuitò concedẽda sunt, absque decenti pietatis ac religionis cultu sperari non possunt. Ideóque homines, hominúmque societates, quę à sanctorum spirituum societatibus atque ab ipso Deo Opt. Max. secluduntur, illis omnibus expolientur necesse est, quæ à talibus ciuilibus talique Directore sunt expetenda.

Perfecta igitur Societas, quæ vera pietate carere non potest, aliquem qui veræ religioni aduersetur, quique à Dei Opt. Sanctorúmque spirituum Societate sit seiunctus, Socium seu Ciuem appellare nec potest nec debet. Illi quoque, qui fidei datæ vinculo deuinciuntur, donec ita deuinciũtur, omni perfectissimę huius societatis iure carebunt. nam (vt superius sancitum est) fides in his quæ hominis arbitrio subiiciuntur, dum legitime datur, eãdem vim habet quam Naturæ lex in his ad quæ hominum libertas ex Naturæ lege subiicitur. Ideóque totius humanæ Iustitiæ est fundamentum.

Sicuti autem illi, qui seu à recta religionis ratione recedunt, seu talis fidei vinculo detinentur, donec his malis premuntur, à perfectissima societate repellendi sunt: ita cæteri omnes necessariò admittendi erunt. sæpius quippe à nobis in superioribus constitutum est, humanitatem se[illegible]aturalem hominum caritatem omnes homines indistinctè respicere, illorúmque communem ac mutuam animi propensionem exoptare. Demonstratum item est, inferiores animi nostri affectus humanæ caritati ex Naturæ lege inseruire atque ab eadẽ perfici, idémque in bonis expetendis euenire. Nulla igitur ratione, hominum parte ab humana societate seclusa, humanæ caritatis quies sperari poterit, aut ablato illo bono in quo humana caritas cõquiescit, quódque inferiora perficit bona, humanam felicitatem consistere. Præterea homo natura socialis est, ac summum etiam Deo ac beatorum spirituum ordinibus associatur. Societas igitur secludens homines veram pietatis rationem retinentes, neque Deo verè associabitur, neque perfectè denominationem sustinebit: eos enim reiicit quos Deus ad societatem admittit.

Hi verò absolutè quidem ad vnumquodque societatis munus ius habebunt, reipsa tamen ea tãtummodo recipient quibus omnino liberè incumbere possint, & quorum exercendorum rationes ex decenti disciplina iam plenè perceperint. Prudentiæ enim simúlque Naturæ leges abhorrent munus aliquod quod animũ omnino liberum ac solutum requirit, ac indesinenter exercẽdum est, illi demandari qui ex rationis ac Naturæ legibus tenetur sibi ac suis opere quotidiano necessaria parare, seu ea quæ arte tantummodo, ac summa peritia rectè tractari possunt illis committi, qui huic arti huicque peritiæ non incubuere. Itaque, vt vniuscuiusque ius ad munia socialia suscipienda plenius apparere possit, legibus sanciendum erit, in vnaquaque ciuitate minori recipienda esse nomina omnium qui profitentur se illius ciuitatis ciues, ac singulorum facultatibus perpensis vnumquemque ad certum aliquem ordinem deducendum esse, simúlque decernendum, quænam munia vnicuique ordini seu demandanda seu deneganda sint; donec ab eo ordine recedere & possit & velit. Certa etiã disciplinarum loca ab earundem vnaquaque statuenda erunt, vt in illis ciuium suorum filij certis quibusdam rationibus ac legibus erudiantur, quæ leges postmodum explicandę erunt.

Capvt XVII.

De Ciuium perfectam societatem ingredientium ordinibus, ac de singulorum muneribus.

CIVIVM verò ordines ex bonorum vtilium copia seu defectu definiẽdi, erunt quatuor. Infimus plebem minorem constituet. Proximus plebem maiorem. Tertius nobiles minores. Quartus nobiles maiores.

Plebis minoris ordinẽ ingrediuntur, qui vt accipiant necessaria coguntur quotidię elaborare, totúmque corpus exercere ac exagitare.

Illi pertinebunt ad plebem maiorem, qui rebus quidem necessariis indesinenter studere coguntur, sed totũ corpus non exercent, nec propriis manibus laborãt, vtputa Architecti, seu Tabernarij.

Nobiles minores erunt, qui lucrandi quidem studio detineri coguntur, sed ea ratione vt ingenuè viuere possint, ac pro maiori temporis parte præstantiora liberè exquirere, seu cum amicis versari. Tales sunt mercatores, qui non per seipsos, sed per institores mercaturam exercent.

Nobilium maiorum ordinem constituent ciues, quibus annui redditus, seu annuæ exactiones sibi debitæ, abundè suppeditantur, ideóque absque vlla rerum vtilium ac necessarium sollicitudine, possunt ingenuè viuere, liberósque ingenuè educare.

Hi verò iterum fortasse in alios quatuor ordines diuidendi erunt. Quidam enim ex priuatis tantum redditibus abundantes accipiunt. Et hi ciues simpliciter maiores, dicendi erunt. Quidam, ob aliqua in societatẽ merita, accipiunt ab ipsa societate certos redditus ad proprium filiorúmque commodum, non tamẽ omnium, neque in perpetuum, & Nobiles maiores tertij ordinis dici poterunt. Quidam ob maiora merita accipiunt pro filiis omnibus, ac in perpetuum, & erunt maiores secũdi ordinis. Quidam ob summa ac eximia merita accipiunt pro omnibus, ac in perpetuum, redditus munificẽtiores, prout legibus sancitum fuerit, & dicentur Ciues maiores primi ordinis.

Siquis autem has omnes societatis partes ad hominis partes conferat, non difficilè percipere poterit plebem minorẽ, quæ omnino corporeè exercetur, referre Phantasiam, seu Phantasiæ exequentem virtutem: Plebẽ maiorem sustinere Memorię partes: nam corporeis actibus non omnino immergitur: Nobiles minores Æstimatiuæ. sicuti enim Æstimatiua spiritualia quidem attingit, sed ab his non disiungitur quæ sunt omnino corporea, ita huius ordinis ciues præstantiora quidem respiciunt,

ſed rerum neceſſariarum cura non omnino ſoluuntur.

Nobiles maiores ſimpliciter, Cogitatiuæ vim imitantur, quoniam liberè circa vnumquodque exerceri poſſunt. In reliquis tamen cæterorum naturam non excellunt, ſicuti Cogitatiua, ſi per ſe cõſideretur, verè corporea eſt.

Nobiles demum trium ordinũ præſtantiorum reſpondebunt eidem Cogitatiuæ, quatenus tribus rationibus (vt alibi demonſtratum eſt) illuſtratur: obtinent enim eiuſdem humanæ ſocietatis bona, & præcipua quadam prærogatiua ab ea decorãtur, vt Cogitatiuæ euenit, quatenus mẽti, beatis ſpiritibus, ac Deo Opt. Max. adhæret.

Munerum autem ſingulis ordinibus demandãdorum ratio talis fortaſſe erit. Ciues quatuor ordinum præſtantiorum, ipſi ſcilicet Nobiles maiores, ſiue ſint benemeriti, ſiue nõ ſint benemeriti, quoniam illorum vnuſquiſque liberè Reip. incumbere poteſt, deliberandi ac conſulendi munus admittent.

Ex eiſdem etiam ordinibus aſſumentur oratores, exercituum Imperatores, necnon Imperatori aſiſtentes, concordiæ communis curatores, Iudices, communium bonorum cuſtodes ac diſpenſatores, necnon præfecti annonæ, ac reliquorũ omnium, quæ cõmuniter ſunt neceſſaria ac rectè expetenda. fortaſſe tamen rationi conſonum erit, vt ciues benemeriti in his muneribus recipiendis, ac in bellicis præcipuè prærogatiua aliqua fruantur. Ideóq; totius exercitus imperium Nobilibus primi ordinis, vt plurimùm demandandum erit: adminiſtratio militiæ ſingularum Prouinciarum Nobilibus ſecundi ordinis: ſingularum Ciuitatum Nobilibus primi ordinis.

Nobiles autem maiores ſimpliciter totius vel Equitatus, vel Peditatus, vel tormentorum omnium, duces cõſtituentur. Reliqua munia demandanda erunt ciuibus trium ordinum inferiorum, ita tamen vt Magiſtratuum ſeu munium dignitas ordinis dignitati reſpondeat. In his igitur, quæ ad bella pertinẽt, Nobiles minores Equitum ordinibus præerũt atque Peditum cohortibus. Qui ingrediuntur Plebis maioris ordinem, erunt Equites tũ cathaphracti tum leuis armaturæ, atque etiam inter pedites Centurionum munus admittent.

Plebs minor pedibus militabit, ita tamẽ vt ex eadem aſſumi poſsint ſigna deferentes atque ordinum directores. In his, quæ ad Iudicia pertinent, Nobiles minores Cauſarum defenſores ac Scribæ erunt. Plebs maior locorum Iudicialium, legalium voluminum, ac cæterorũ huiuſmodi cuſtodiam recipiet. Plebs minor Præconum, ſeu Curſorum onera ſuſtinebit, eadémque ſeruanda erũt in cæteris præcipuis Magiſtratuum ordinibus, prout vnicuique conuenit.

Quod autem ad Eccleſiæ Paſtorum, ac Sapiẽtum munia attinet, decernendum erit, ciues vniuſcuiuſque ordinis, ſi ex aliquo Dei ac Naturæ dono his digni reperiantur ad illa admittendos eſſe: nam hæc rerum ſimpliciter humanarum ordinem tranſcendunt, ideóque humanis legibus cohibenda non ſunt.

Capvt XVIII.

De iuniorum educandorum ac erudiendorum rationibus ac ſollicitudine.



V Æ de ciuium ordinibus muneribúſque prioribus dicta ſunt, paratiores nos reddunt ad ea adumbranda quæ ad eorundem educationem ac diſciplinam pertinent. docent ſiquidem, non eadem ratione vnumquemque ciuium ordinem erudiẽdum ac diſciplinæ tradendum, ſed curam laborémque præcipuum circa nobiles maiores impendendum eſſe. hi nempe ſuſtinere debent maxima præcipuáque munia, ex quibus tanquam ex proprijs fontibus commune bonum communiſque totius ſocietatis felicitas deducenda eſt. Locis igitur diſciplinarum conſtitutis in ſingulis ciuitatibus minoribus, ciuium maiorum filij omnes, ſiue in ea ſiue extra illam naſcãtur, quatenus ad magiſtratus ſuſcipiẽdos apti & habiles reddẽdi ſint, vnà cum diſciplinarum magiſtris ac curatoribus in illis congregabuntur & in eis habitabũt. nam lege inuiolabili decernendum erit, nemini aut extra patriam propriam patere diſciplinæ loca, aut his non legitimè percurſis ad hos magiſtratus ſuſtinendos aditum præberi poſſe. Illi, qui ſimpliciter ſunt ciues maiores, dabũt ſingulis annis pro expẽſis ac magiſtris, id quod rationibus deductis lege fuerit conſtitutum. ciues autem benemeriti pro meritorum qualitate vel nihil dabunt, vel partẽ tantummodo.

Ad eaſdem diſciplinas admittendi erunt cæterorum ordinum pueri, ita tamen vt in earum loco non habitẽt, niſi fortè nobilibus maioribus deſeruiant: ſed ad eũ accedãt, vel ſingulis vel ſtatutis diebus, prout vnicuique ordini conueniet. Nobilium maiorum pueri ingredientur diſciplinæ loca ſeptimo anno completo. per primi namque ſeptennij curſum educabuntur in paternis ædibus, ſeu in patria, ſeu extra patriam, ſi forte parentes extra propriam ciuitatem ſocialia munia ſuſtineant. Educabuntur autem matrum quidem ſeu nutricum cura, ſed illis legibus ac animaduerſionibus, quæ ad Dei cultum veràmque pietatem rectè imbibendam ab ipſis Eccleſiæ Paſtoribus ad corporis verò firmitatem, ac robur, adaugendum, à Sapientibus conſtituentur. Accedẽt etiam rudimenta huic ætati conſona, quæ ex eorundẽ ſapientum legibus curanda erunt.

Tranſacto primo ſeptennio, totius potius ciuitatis quàm certi alicuius ciuis filij cenſendi ſunt, ideóque ex ſocietatis legibus Patriæ tanquam propriæ matri demandandi ſunt.

Idem circa eiuſdem ordinis puellas ſanciendum erit, nam his quoque certa diſciplinarum muliebrium loca conſtituentur, quibus Matronæ præerunt legibus etiam cauendum erit, ne aliquis diſciplinam egreſſus, vxorem ducere intendens aliis nubat, ſed talibus tantummodo aſſocietur tamquam legitimis totius ſocietatis filiabus. hac nempe ratione & ipſi coniuges ſemper concordes erunt, & illorum filij in ipſo quoque ſemine ac in ipſo materno vtero vtriúſque parentis virtutem imbibent, quam domeſticis etiam exemplis aſsiduiſque admonitionibus accedẽtibus ita fouebunt, vt omnia præceptoribus ad vota ſuccedant.

Pueri cuiuſcunque patriæ ſint ingreſsi diſciplinæ loca eodem idiomate vtẽtur, atque etiam, quatenus eiſdem ſtudiis incumbunt, eadem amictus forma. Optandum etiam eſſet vt in vnaquaque ciuitate loca diſciplinæ ex ſimili ædificiorum forma ſimilem aſpectum obiicerent, vt idiomatis vnitas veſtimentorúmque ac domorum ſumma ſimilitudo eiſdem ſtudiis ac educationibus adiunctæ, ciuium animos tanquam eiuſdem domus filiorũ vehementius euniungant.

Secundi ſeptenarij curſu, qui reſpecto communis diſciplinæ eſt primus, pueris præerunt non tantum Eccleſiæ Paſtores ac Sapientes, ſed alij etiam qui illos inſtruent in his quæ æqualiter pertinere videntur ad vnũquemque in virum euaſurum, ſeu vt cognoſcenda, ſeu vt appetenda, ſeu vt agenda, ac facienda.

Decimo quarto ætatis anno expleto, puerorum vnuſquiſque, eorundẽ etiam voluntate percepta, ad id ſingulariter dirigendus erit quod illi cõducibili[illegible] ac dignius futurum exiſtimabitur: huius enim ætatis iuuenes, communibus rectè decurſis, quædam præſeferre ſolent, ex quibus vniuſcuiuſque indoles, ingeniũ, atque certæ animi propẽſiones quamtutiſsimè colligi coniectaríq; poſſunt, maturo præſertim ſuper id optimorum curatorum cõſilio habito. Patet autem, vnomquodque ſociale munus ab aliqua animi virtute pendere, eadémque proportione quadam referre. Quapropter, ſicuti ſociale munus decentiſsimè ſuſtinetur, dũ adſunt cognitiones, affectus ac facultates, quæ perficere poſſunt illam animi partem cui tale ſociale munus proportione reſpondet, cæteræque cognitiones cognitionúque modi accedunt, tam vniuerſales quã particulares, quæ prioribus opitulantur, ita dum internæ virtutes his cognitionibus, propenſionibus, ac facultatibus deſeruientes manifeſtè ſeu vigent,

vigent, seu languescunt, tutè coniectare licebit, iuniores his muneribus ex disciplinæ directionibus perfectè seu imperfectè ministraturos. His autem conceptis, Iuuenes, qui prius eisdem Magistris, eadémque disciplina vtebantur, seiungendi erunt, ac certis institutoribus committendi, prout propriæ directioni conuenit.

Hæ autem directiones ad quatuor præcipuas fortasse deducendæ sunt. Prima cæteris omnibus præstantior, perfectissimas Ecclesiæ Pastorum dotes sibi proponet, huícque summæ etiam Sapientię studia adiuncta erunt. Secunda summorum Imperatorum atqoe Exercituum Ducum virtutes æmulabitur. Tertia præstantissimos oratores ac negotiorum gestores instituet, huícque Iudicum munia accedent. Quarta ad quorumcumque bonorum vtilium optimam administrationem atque vsum dedocet: huicqoe accedent, qui Mercaturis ac conuenienti ciuium victui, necnon qui artibus omnibus rectè præsunt.

Deliberantium verò ac consulentium præstantiam nulla harum directionum singulariter sibi proponet, tū qoia hæc pendet ex communioris disciplinæ consummatiooe, quæ non vnica tantùm ratiooe perficitur, sed ex harum directionum vnaquaque, tum quia quælibet directio deliberatores instituit respectu eorum quæ singulis directionibus sunt propria. Itaque directiones omnes simul coniunctæ perfectum consulentium ac deliberantium collegium parient. cùm enim satis difficile vel potius impossibile sit vnicum hominem omnium expertem esse, ac circa omnia ita deliberare vt in singulis, propriis tantùm innitatur consiliis, perfecta societas id curare debet quod possibile ac facile est, vt scilicet consulentium ac deliberantium collegia constitoantur ex viris omnium quidem expertis, in aliquibus autem præstantissimis.

Hi veru singularum directionum magistri, Pastorum Ecclesię tamen, Sapientum, ac communis disciplinę curatorum cura non recedente, iuuenes aliis legibus instituent per tertium septennium, & aliis per quartum, in quo ipsa disciplina perficierur. Harum autem legum rationes, oon paucas nobis fortasse subministrabunt ea quę in hac humanorum actnum directrice philosophia explicata sunt. cùm enim singulę directiones intueantur certos magistratus, qui certis animi partibus proportione respōdent, manifestum est, his perceptis, quę pertinēt tum ad animi affectus perficiendos, tum ad singula munia rectè sustinenda, diutius latere non posse rationes singolarom directionum rectè instituendarum. hęc tamen plenius consummabuntur accedentibus iis quę ad sapientię incrementa maiora conserunt, taliùqoe pertractantium assidua meditatione. Iuuenes verò (vt existimamus) decurrente tertio ætatis septenario, in iis pręcipuè instituendi erunt quę proprię directionis munia reipsa ac plenè non complectuntur, sed ad illa animum paratissimum reddunt, seu quoniam principia ac operandi modum demonstrant, seu quoniam illorum imaginem pręseferunt, seu quoniam remouent impedimenta. Quare illi, qui ad perfectam pietatem sunt deduceodi (quantum ad animi affectus) ea tantummodo attingent quę animom ad pietatem excitant, quę ad eandem disponunt, quę animum vitiis purgant, & eundem virtutibus ornaor ac reficiunt.

Quę desiderantur ad sacrę Theologię studia plenius instituenda.

Quod verò ad doctrinam pertinet, circa illa detinēdi erunt, quę rectè collecta totius sacrę doctrinæ semina obiicere possunt, & eiosdem logicam seu rationalem facultatem referre. qoemadmodum enim humanę sapientiæ cursus quinque cōtemplationum ordinibus vtcunque consummatur, ita fortasse diuinorum Sapientia, quatenus ad pleniorem statum perducenda est, exposcit totidem contemplationum ordines, qui humanarum contemplationum ordinibus proportione respondeant. Prima quasi cæterarum procœmium colliget ea omnia quę ad sacrorum eloquiorum studium impellunt, siue Naturę vim impulsúique demonstrant, siue humanæ Sapientię lumina obiiciant, siue ab eisdem sacris paginis suppeditentur. Secunda Logicę facultatis naturam ita referet, vt doceat singula metienda esse non ex aliqua humanę rationis vi, sed ex iis tantummodo, quorum vsus ac rationes ipsa sacra eloquia complectuntur ac docent.

Hęc in plores partes distinguenda erit, vt singulis rationis actibus respondere possit. Prima pars simpliciter colliget voces omnes, qoę habentur in sacris literis, necnon loca omnia obiicier in quibus illarum vnaquęq; ad vsum deducitur. Secunda varias singulatum vocum significationes ac vires scrutabitur, quas eiusdem Scripturæ auctoritatibus confirmabit. & hæc quidem à vocibus ad conceptus deueniet. Tertia quæ ad res ipsas magis accedet, colliget voces omnes, qoæ rei vnicæ in sacris eloqoiis aptari solent, idque respectu vniuscuiúsque rei, cuius scripturæ sacræ mentionem faciunt, quo in opere auctoritate similiter adducendæ erunt. Quarta, quæ à simplicibus ad cooiuncta deducitur, colliget omnia quæ de vnaquæque suptadictarum rerum in eisdē sacris paginis affirmantur, seu negantor tā apertè quàm figuratè, seu parabolicè, auctoritatibus similiter adiunctis. Quinta, quæ perducit à propositionibus ad discursus, animaduertet, ac colliget discurrendi, arguendi, ac colligendi modos, qoibus vtuntur sacræ scripturæ, atque etiam Patrum præcipui. Sexta, & vltima docere poterit, quanam ratione his discurrendi modis, sacræ scripturæ debeant interpretari, atque ab vna sententia plurimę sententię firmissimè ac tutissime colligi possint. ad quod etiam non parum conducent loca dialectica.

Hæc verò contemplatio non tantùm animum ad diuina eloquia rectè contemplanda paratissimum reddet, sed ad quascunque etiam hæreses seu iam ortas, seu quæ oriri possent, comprimendas ac euellendaa principia ac fundamenta vberrima suppeditabit, & reipsa demonstrare poterit sacram Theologiam certissimam esse ac sibi abunde sufficere.

Itaque ex his facilè exsurgent tres contemplationes ordinum præstātiorum, quarum prior haud secus quàm prima scientia versabitur circa entia absolutè, & humana diuinis ita coniunget vt diuinorum præstantia clare admodum elucescat: posterior oaturalem scientiam vtcunque referens, creationis initia ac totius Ecclesiæ cursum vnà cum his quæ illi annectuntur, certa serie sacræ Scripturæ ac sanctorum Patrum auctoritatibus demonstrabit. postrema docebit ex eisdem sacris literis ac ex sanctorum Patrum doctrina omnia quæ ad mores faciunt, & tam solitarias & domesticas quam ciuiles actiones instituere possunt, simúlque Ecclesiasticam hierarchiam ac partium singolarum munia demonstrari.

Quemadmodum autem qui pietati student in tertij septeoarij decursu intra duarum speculationum terminos detinendi erunt, ita qui perfectiorem sapientiam auent circa Mathematica erunt rectè instruendi, necnon dialecticis sermocinationibus exercendi ac exacuendi. Qui bellicam æmulantur virtutem venationibus crebrioribus exercendi erunt, simúlque erudiendi de singolis quæ venatoribus occurrere solent, etiam dum sæuiora animalia persequuntur, & de his quæ perfecta venandi ars in singulis exigit: postmodum venatorum etiam duces constituentur, vt horum vnumquodque rectè pertractare ac præstare possint.

Qui magni oratores euadere intendunt, oratorū pręstantiorum orationibus iam confectis diligenter insistent, singulorúmque arte percepta imitatione eandem consequi enitentur, causis etiam ad libitum sibi confictis. Similiqoe ratione, qui iudicum munia suscepturi sunt, & qui diriguntur ad rerum vtilium perfectam administrationem ac procurationem, tractabunt ea quæ superioribus proportione respondere videntur.

In eodem verò septenario Iuuenes non propria tantùm, sed aliena etiam scrutabuntur, quatenus propriis aliquid seu adiumenti seu ornameoti afferre possunt, sic enim proprij propositi perfecta adeptio speranda erit. Elicientur etiam alia commoda minimè spernenda: iuuenes namque ita eruditi non tantùm eiusdem directionis ciues iudicare poterunt, sed aliarum etiam: nam cognoscent vniuscuiusque directionis vias, seu certè fundamenta præcipua.

Præterea, dum iuuenũ aliquis in tertij huius ſeptennij curſu inuenitur vel parũ idoneus vel minus propenſus ad propriæ directionis bona adipiſcẽda, Curatorum conſilio ac conſenſu aliam directionem ingredi poterit cuius non erit omnino expers.

In quarto ſeptenario, iuuenes deducendi erunt ad ea quæ verè ac reipſa pertinẽt ad propriam vniuſcuiuſque directionem, ac in illis tantummodo detinẽdi: ita enim ſummum perfectionis apicem in ea attingere poterunt. Quapropter, qui pietatem præcipuè exquirunt, non ſine magna veneratione ad ea deducendi erunt quę diuinorum eloquiorum illuminationem continent, & ad ſanctitatem perducere ſolent: ſimúlque tribus præſtantiorũ contemplationum ordinibus inſudabunt. In Eccleſiis etiam eccleſiaſtica munia, prout illorũ exiget ordo, exercere poterunt. Qui Sapientiam exoptant, ſeriò ad veritatum omnium fontem ducentur. illius vi earundem ſeriem omnem ac pulchritudinẽ percipient, tandémque perducentur ad agendorum ſcientiam, ad hanc ſcilicet moralem, atque ad illius ſingulas partes perfectius acutiuſque diſcernendas.

Quanuis autem, dum diſciplinæ loca inhabitant, perceptioni potiùs quàm inuentioni ſtudere debeãt, curãdum tamen erit vt diſciplinæ loca egreſsi, eiſdem contemplationibus inſiſtentes, ea etiam inuenire ac demõſtrare poſsint quæ ad ſummam humanæ Sapientiæ conſummationem deſiderantur. Eiſdem demandanda erit cura iuniorum tertij ſeptennij, necnon aliorũ qui diſciplinæ locum inhabitant, cuiuſcunque ordinis ſint, quos in Mathematicis ac in Dialecticis inſtruent.

Qui diriguntur ad militarem præſtantiam, acierum inceſſus, motus, ac cætera omnia quæ verè ac reipſa bellica ſunt, intelligent, in hiſque & ipſi exercebuntur, & aliorum ordinum ciues certis diebus exercebũt. Neque fortaſſe inutile erit huius ætatis iuuenes, ſi forte hoſtis patrios fines attigerit, comitari milites, quibus finium cuſtodia eſt demandata, vt hoſtiles acies intuentes, firmiores ac prudentiores in illorum aggreſsionibus euadere poſsint. Aliarum directionum iuuenibus ea demãdanda erunt quæ his proportione reſpondent.

CAPVT XIX.

De his quæ deſiderantur ad pleniorem perfectiſsimæ ſocietatis perceptionem, & de duobus rationibus quibus Eccleſiæ Paſtores ac Sapientes contemplari poſſunt.

POST enarrationem ſocialium munium, ac illorum quæ decentem ad eadem ſuſtinenda aptitudinem demonſtrare poſſunt, ea perſcrutanda ſunt quæ prętered deſiderantur, vt perfectiſsima ſocietatis forma clarius ac plenius concipiatur, videlicet quibuſnam ex decenti Naturæ ordine demandanda ſit poteſtas Magiſtratuum eligendorum, quanam ratione illorum vnuſquiſque ſit conſtituendus, & quodnam obtemperandi debitum, præcipiendi auctoritas, moderamen, & numerus vnicuique conueniat. Pręcipuè autem animaduertendum videtur, tam Eccleſiæ Paſtores quàm ſapientes, quorum miniſterio humana ſocietas præſtantiora aſſequitur bona, duplicem contemplationem admittere, in ſeipſis ſcilicet & abſolutè, & quatenus humanæ ſocietati aſsiſtunt: humana quippe mens quæ trium præſtantiorum affectuum, ex quibus hæc ſocialia munia colliguntur, fons atque radix eſt, duabus ſimiliter rationibus contemplari ſolet, videlicet in ſeipſa ſeu abſolutè, & quatenus corpori copulatur. Ex priori contemplatione neque Paſtores Eccleſiæ neque Sapientes, ſocietatis partes ſunt, ſed ſocietatis inducendæ atque perficiendæ vim continent: ideóque ſocietatis principia quàm decentiſsimè appellari poſſunt. Ex poſteriori verò, ſocietatis quidem ſunt partes, ſed ea ratione vt neque à ſocietate pendeant, neque proprium ab eo recipiant Eſſe. nam neque humana mens, quatenus in ſe ipſa atque abſolutè conſideratur, hominis ſeu pars ſeu forma cenſenda eſt, licet hominis conſtituendi virtutem contineat: quatenus verò corpori corporeiſque virtutibus copulatur, hominis quidem pars ac forma eſt, ea tamen ratione vt à corpore corporeiſue virtutibus proprium Eſſe non recipiat.

Admirabili autem quadam diſpoſitione eueniſſe videtur, vt hi tres regentium ordines præſtantiores, (qui huius ſocietatis principium ſunt) & quatuor obtemperantium ordines inferiores (qui eiuſdem materia rectè cenſentur) Dei potius ac Naturæ quàm humanis legibus conſtituantur. Econtra verò quatuor regentium ordines inferiores & tres obtemperantium ordines ſuperiores ab hominum potius quàm à Dei ſeu à Naturæ legibus ortum ducant. hac ſiquidem ratione perfectiſsima humanæ ſocietatis ſemina, Dei ac Naturæ munere imperfectiori eiuſdem ſocietatis materiei iniecta, hominum accedente induſtria, pariunt reliqua omnia quæ deſiderantur ad humanæ ſocietatis formam educendam ac conſummandam: efficiunt enim quatuor regentium imperfectiorum ordines, ipſóſque tribus præſtantioribus ſubiiciunt.

Conſtituunt etiam tres obtemperãtium ordines pręſtantiores, & quatuor imperfectioribus ſuperaddunt: quæ ſimul coniuncta humanæ ſocietatis formam, materiam, eandémque ſocietatem omnem (vt nouimus) ad conſummationem perducunt.

CAPVT XX.

De Miniſterij Eccleſiaſtici conſtitutione, obtemperandi debito, præcipiendi poteſtate, moderamine, ac ſede.



QVANVIS autem his præſtantioribus dirigentium ordinibus commune ſit ortum ducere ex Dei, ac Naturæ potius quàm ex humanis legibus, Miniſtrorum Eccleſiæ conſtitutio, Sapientum conſtitutionem longè excellit. cùm enim Sapientum origo ex ipſa humana ſapientia humanæ rationis vi facilè attingi ac concipi poſsit in aliorum origine conſtitutionéque percipienda naturæ noſtræ vis ac omne naturale lumen omnino ſuccumbunt. Neque tamen noſtra hæc Contemplatio ob id minus firma reperietur, cùm ex his præcipuè omne illius robur deducendũ ſit: ſicuti enim Miniſterio Eccleſiaſtico de medio ſublato, nulla humanę ſocietatis cõſummatio ſperari poteſt, ita diuina lege diuiniſque reuelationibus deficientibus, Miniſterij conſtituendi nulla eſſet ratio. At ex ipſius etiam humanæ rationis intuitu quàm tutiſsimè aſſerendum eſt, Miniſterium Eccleſiaſticum in his quæ ad Pietatem pertinent hominũ vnicuique verè præeſſe, ſiue Magiſtratu aliquo fungatur, ſeu Magiſtratibus pareat, & ſiue maioris ſiue minoris ætatis ſit: nouimus enim homines omnes ſubiici diuinæ legi teneríque ad Pietatis actus atque ad diuinum cultum, neque ſeniores iunioribus vlla in re magis prodeſſe quàm dum eos ad pietatem, Deíque cultum rectè inſtituunt.

Et hæc quidem his conſona ſunt quæ alibi diximus circa animi affectum nobiliſsimum, cui Sacrum illud Miniſterium proportione reſpondet. Itaque huius Miniſterij poteſtas humanis poteſtatibus legem imponẽs, neque ab illarum aliqua legem recipiens, ſingularum vim eminenter complectitur, haud ſecus quàm diuina lex cæterarum omnium legum virtutẽ admirabili quadam ratione continet. Hæc tamen ita intelligenda eſſe non dubitamus, vt cæteræ poteſtates ex ſummæ huius poteſtatis adiectione perficiantur ac ad modum reducantur, non autem amoueantur, ſeu deſtruantur: nam neque humana mens corporeis virtutibus addita ipſas corrumpit, neque diuinæ reuelationis lux naturale noſtræ rationis lumen repellit. Itaque Miniſterij Eccleſiaſtici poteſtas, quum de Dei legitimo cultu agitur, ex Dei verbo tantummodo moderamen recipiet: ac omnibus in locis vigebit vbi reperientur qui Deo legitimum cultum pręſtabunt.

Caput XXI.

De Pastorum Ecclesiæ constitutione, obtemperandi debito, præcipiendi potestate, moderamine, numero ac sede.

Ecclesiasticorum Seruorum constitutio ex Diuini verbi præscripto educenda erit, ea tamen ratione, vt particularium Ecclesiarum pastores alios suæ curæ commissis Ecclesiis pastores instituere possint: non tantùm enim à singulis societatis partibus, sed etiam ab externis omnibus Pastorum cura expetenda est. Patet autem, neque vnum quempiam ex Ecclesiæ catholicæ seruis quantumuis eximium, alios omnes instituere, neque omnes qui ad ministerium Ecclesiasticum promouendi sunt vnum illum conuenire posse aut debere. Hinc colligitur, horum Seruorum Ecclesiæ numerum extendendum esse ex necessitate & commodo humanæ societatis, in his quæ ad Pietatem pertinent.

Sicuti autem Pastorum institutio à Summi Pastoris Christi potestate colligitur, ita etiam eorundem potestas, quantum pertinet ad illorum sollicitudinē in alios exercendam, ex diuini verbi directionibus firmāda erit: quamuis enim Ecclesiastici Pastores omnes, tanquam veri Dei ministri, sint soluti ab omni humana potestate, eos tamen verbi Dei regulis, vt humanis etiam legibus (quatenus cum verbo Dei consentiunt & legitimum Dei cultum conformant) subiici necesse est. Neque verò ob id suspicandum erit eos subiici humanæ potestati: nam iis hominibus subiiciuntur, qui ex diuina dispositione diuina potestate sunt præditi. Itaque, dum Magistratui obtemperant, verè parent non homini sed Deo ac diuinæ legi. Diuinam verò legem, id est verbum Dei interpretantes, à Christi spiritu doctrinàque nulla ratione recedere possint, sed, dum aliquod occurrit difficile ad sacras vtriúsque fœderis tabulas accedere debent quibus difficilia omnia enodare ac soluere datum est. Eos autem ex scripto Dei verbo docentes & admonentes, quicunque audire recusat, à Christo ipso, summo Ecclesiæ sacerdote & animarum pastore, iampridem iudicatus, & cum ethnicis & reprobis ex sanctorum communione eiectus est. Sedes autem Ecclesiæ Pastorum in omnibus iis locis esse debere, vbi duo aut tres, vel plures ad Deum legitimè colendum conueniunt, manifestius est quàm vt probatione indigeat.

Caput XXII.

De Sapientum constitutione obtemperandi debito, præcipiendi potestate, moderamine, numero, ac Sede.

Sapientum ad commune societatis bonum constitutio, ab ipso Dei verbo & Ecclesiæ ministerio pendebit, non tamen ea ratione, qua ab eodem pendent serui Ecclesiastici. hi enim recipiunt à Christi verbo & ministerio proprij muneris esse ac potestatem, simúlque potestatis vsum: Sapientes verò non Sapientiam, sed Sapientiæ vsum tantùm recipiunt. Horum verò duo ordines admittendi erunt. nam quidam incumbent præcipuè veritatis inuentioni, simúlque inueniendi ac docendi rationes perquirent ac demonstrabunt, ideóque Sapientum præcipui appellandi erunt. quidam verò Sapientiam ab his inuentam docebunt ac ad vsum deducent, secundúmque Sapientum constituent ordinem. Priores in iis quæ pertinent tum ad Sapientiam Naturæ lumine attingendam, tum ad naturalis legis honorúmque naturalium vsum inducendum ac retinendum, singulis societatis partibus præerunt.

Quapropter potestatibus inferioribus aliquid moliētibus contra Naturæ leges obsistent, idque non iniuria. nam tales potestates non tantùm diuinæ sed Naturæ etiam legibus subiiciuntur. Ideóque ipsi Sapientes sibi ipsis etiam leges imponent, necnon contemplantibus omnibus, qui propriori quadam ratione illis subiiciuntur, simúlque solliciti erūt ne quis à recto veritatis cursu recedat. Illorum verò leges tales fortasse erunt. Qui contemplationibus incumbunt, ipsam veritatem ament eámque solam intueantur, nam veritate dignus non est qui illi præfert laudem vel lucrum, & eandem quæ verè viuit ac sapit, à se recedere cogit. Qui contemplantur, non disputent, nisi iis rectè perceptis quæ à Sapientiæ magistris tāquam talium disputationum principia constituentur.

Hæc verò principia ideo à Sapientiæ magistris præfigenda erunt, quoniam si vnicuique noua principia adducere liceret, hi qui Sapientiæ incumbunt nulla certa contemplādi via insistere possent. Primis veritatis principiis rectè perceptis, duabus rationibus disputare liceat, videlicet exercitij gratia & veritatis indagandæ pleniúsue explicandæ causa. his non confusè sed seiunctim vtendum erit. Itaque vnusquisque apertè profitebitur, vtrum primā vel secundā vtatur. Colloquentes exercitij gratia non recedent à principiis iam constitutis. nam qui neque ad veritatem sermones dirigunt, neque certis veritatis principiis innituntur, summam obscuritatem pariunt, errorúmque multitudine vndequaque exorta veritas omni ex parte obruitur.

Qui colloquuntur veritatis indagandæ causa, nihil proferant contra interiorem animi sui sententiam, sed cuncta ex animo loquantur. Conueniant etiam in scibilium dispositione, in sciendi modo, necnon in iis quibus indemonstrabilia à demonstrabilibus sunt discernēda. Nihil demonstrabile proponatur absque ratione demonstrante, absque rationum iudicio, seu absque ipsius iudicij regula. Doctorum auctoritas ad cōtemplandum, non autem ad decernendum impellat. In his quæ priori loco tractanda sunt, ab his quæ posterius tractanda erūt fulcimenta non quærant. Posteriora priorum vi demonstrentur.

Propositis seu iam constitutis tribus rationibus contradicere liceat. videlicet quia sint falsa: quia his quæ illis priora sunt parum consonent, seu etiam aduersentur & quia à constituto sciendi modo recedant.

Qui ea tractans quæ pertinent vel ad scientias perfectiores, vel ad hominum mores ac actus, animaduerterit constitutum sciendi modum in aliquo deficere, seu à veritate recedere, accuratius contemplationibus incūbet, vt attingere possit quidnam sit addendum, & quid immutandum: quidquid inuenerit ac probauerit, illis proponet qui Contemplationibus præsunt: his enim in eandem sententiam deuenientibus, hæc prioribus vel abrogatis vel emendatis, legis locum obtinebunt.

Hæc humanam Sapientiam facilè ad summum deducent. interim autem vitabuntur multiplices sentētiæ ac disceptationes, seu potius contētiones vanæ omnióq; inutiles, quæ vt plurimùm Sapientiam obruunt.

Sapientum præcipiendi potestas erit talis, Obtemperandi verò illorum debitum Ecclesiæ pastores respicient, iuxta verbi Dei præscriptum loquentes. His verò obtēperabunt non in his tantùm, quæ pertinent ad Dei cultum ac veram pietatem, sed etiam in ipsius Sapiētiæ inquisitione ac vsu: diuina quippe lex, ac reliqua omnia quæ diuinitus docentur, non possunt errori subiici. Naturæ autem lumen falsitati quàm maximè obnoxium est. leges verò, quibus Ecclesiæ Ministerium Sapientes deuincire debet, hæ fortasse erunt, ne ea asserere, docere, seu aliter insinuare audeant, quæ diuinæ legis reuelationibus contradicunt. quin potius, siquid tale occurret, non desistant à contemplationibus, donec veritas elucescat, omnísque errandi occasio in posterum euellatur, & humana Sapientia ad summum perfectionis apicem deducta, diuinæ legi, ac reuelationibus plenè ac decenter aliquando deseruiat. Quemadmodum enim Natura seu Dei Opt. Max. Sapientia corporibus corporúmque virtutibus impressa, impellit ad eiusdem Sapientiæ ac naturalis legis conceptum: ita humanæ Sapientiæ ac naturalis legis cōceptio dirigit, tum ad legis naturalis decentem vsum, tum ad diuinæ legis lumina plenius reci-

pienda, necnon ad illius ministros ardentius reuerendos ac audiendos.

Itaque siquis Sapientiæ incumbens abutatur his Dei Naturęque directionibus atque adiumentis, ab illis qui in humana societate curam gerunt diuinæ legis corrigẽdus atque emendandus erit. Numerus verò Sapientum societati ministrantium, definiendus erit ex maiori minorive amplitudine societatis: patet enim tot Sapientes desiderari, quot sufficere possunt ad directionem totius Societatis commodè exercendam. Sapientes siquidem haud secus quàm Ecclesiæ Pastores essentialiter societatem præcedunt. Ideòque horum vnusquisque sicuti singulos homines ad decentem societatem concipiendam ac amplexandam impellit ac dirigit: ita ab vnaquaque societatis parte desideratur. Illi tamen qui pertinent ad primum Sapientum ordinem, in Ciuitate exterarum omnium principe erunt constituendi.

Capvt XXIII.

De potestate ac rationibus eligendi magistratus, qui essentialiter pendent ab humana societate.

Explicanda nunc sunt munia ac constitutiones Magistratuum, qui primo & essentialiter pendent non à Deo seu à Natura, sed ab humana potestate, simúlque demonstrandum quanam ratione ipsi etiam Ecclesiæ Pastores ac Sapientes his associẽtur & eorundem muneribus præsint. Accipientes igitur, Ministrorum electiones in hominũ societatibus summum pondus continere, summam animi tranquillitatem exposcere, summa cum animi sollicitudine ac cura exercendam esse, ac magnam rerum ac personarum peritiam exquirere: colligimus, Magistratuum eligendorum potestatem nobilibus maioribus demandandam esse, quatenus, disciplinis rectè percursis, socialia munia sustinere possunt.

Huius autem potestatis prima initia talia erunt. Ciues maiores disciplinarum loca egressi, in propria ciuitate minori simul collecti, eos magistratus eligere poterunt qui in eadem ciuitate minori magis muliebria exercere debent, necnon eos qui ab eadem ciuitate ad virilem ciuitatem, seu etiam eiusdem virilis ciuitatis auctoritate ad seniorem mittendi sunt. Simili ratione, qui à minoribus ciuitatibus ad virilem ciuitatem mittuntur, simul collecti eos magistratus eligent qui in eadem ciuitate propria illius munia exercere debent, necnon eos quibus seu negotiorum externorum seu minorum ciuitatum cura in his quæ sunt magis virilia est demandanda, atque etiam, quatenus societatis amplitudo id exigit, illos qui senioris ciuitatis directioni incumbere debent. Missi autem à singulis virilibus ciuitatibus, huius senioris ciuitatis senatum constituent.

Et hic quidem eos eliget qui in eadem ciuitate certũ aliquod munus exercere debent, necnon eos quibus demandanda est cura tam externorum quàm ciuitatum virilium, prout legibus sancitum fuerit. Singuli verò hi magistratus ad tempus erunt: hoc enim ad totius societatis, & ad singularum ciuitatum, atque etiam ad eorundem ciuium commodum non parum confert. Lege autem cauendum erit, ne in minorum ciuitatum electionibus aliquis à consanguineis seu cognatis eligatur, neue in virili ciuitate vllus à conciue iudicetur, seu propriæ Patriæ præesse possit in his quæ magis virilia sunt. Eadem ratione in seniori ciuitate nullus in comprouincialis electionibus suffragia dabit, neque etiam propriæ Prouinciæ præerit: omni namque diligentia curandum est, vt cuiuscunque necessitudinis vi vndequaque seiuncta, & Electores & ipsi Electi propria munia liberius ac vtilius exercere possint.

Eandem ob causam statuendum erit, vt quicunque vxorem ducere intendit, conciuem tantummodo ducat. Quod si aliam duxerit neque in propria neque in vxoris patria virilia munia sustinebit.

Capvt XXIIII.

De deliberantium constitutione, obtemperandi debito, præcipiendi potestate & moderamine.

Qvæ de Magistratuum simpliciter humanorũ eligendi potestate nuper constituta sunt, facile docere nos possunt quanam ratione illorum vnusquisque sit constituendus: talis enim potestatis vsus & magistratuum ipsorum constitutio idem omnino videntur esse.

Exordientes autem à constitutione Deliberantium, quibus summa (quantum ad humana) potestas conceditur, dicimus hos seligendos esse ex his qui à minoribus Ciuitatibus ad seniorem mittuntur, ita tamen vt seruetur eadem proportio quæ seruanda est in Ciuibus, pecuniis, militibúsque mittendis ad maiores Ciuitates, atque ad commune commodum: hac enim proportione seruata, à summa æqualitate nullatenus recedetur.

Illi autem qui à singulis Ciuitatibus emittuntur, triũ præcipuorum ordinum erunt, videlicet Ecclesiæ Pastores, Sapientes, atque rerum humanarum pro vniuscuiusque disciplinarum ordine Experti: totidem namque collegia in ipsa Maiori ciuitate erigenda sunt.

Primò igitur ex Ecclesiæ Pastoribus firmabitur Pastorum collegium. Quod ex Sapientibus Sapientium seu Seniorum collegiũ instituet. Demum vtrumque collegio coeunte, ex his, qui tanquam prudentes ac rerum humanarum experti, missi fuerunt, firmandum erit consulentium ac deliberantium collegium seu consilium.

Et hæc quidem in primo nostræ huius societatis exordio ex ipsius verbi Dei præscripto & auctoritate disponenda erunt.

In eodem etiã mutuata quodammodo potestate, ipsi ciues non ex disciplinarum ciuilium, sed ex singulorum studio & ex domestica educatione seligẽdi erunt: postmodum autem non ex domesticis, sed ex ciuilibus disciplinis euocabuntur. Itaque, dum aliquis seu morte surripitur, seu ad aliud sociale munus emissus fuerit, ipsummet Deliberantium collegium, aliis in recedentium sedibus constitutis, seipsum resarciet. Idem etiam à duobus superioribus collegiis obseruandum erit. Sicuti autem Sapientum collegio aliqui ex Pastoribus præesse debent, nequid contra diuinam legem decentémque pietatem tractetur, ita aliqui sapientes, & aliqui Ecclesiæ Pastores Deliberantium collegio assistunt. Superius siquidem sancitum est, Sapientum auctoritatem Pastorum auctoritate cohibendam esse, & Deliberantium summam, quantum ad humanam potestatem, ex Pastorum ac Sapientum potestate moderamina admittere, quod tamen ea ratione præstandum erit, vt ipsi Pastores ac Sapientes humana tractantium atque circa humana deliberantium partes nullo pacto surripiant, sed tantummodo satagant, nequid contra Dei ac Naturæ leges iam constitutas atque omnibus notas agatur seu intentetur.

Quemadmodum enim animi affectio, quæ simpliciter est humana, dum rationis (cui essentialiter copulatur cuiusque directiones concipit) virtutibus irradiatur, ipsique rationi obsequium decens præstat, cæteras omnes animi partes summo cum hominis bono quamdecẽtissimè moderatur ac regit: Econtra verò, dum à ratione dissentit, tenebris vndequaque inuoluitur, ipsæque imperfectiores animi potentiæ ac affectus ad brutales habitus perducuntur, pessimámque tyrannidem in totam animam exercent contra præcepta diuinæ legis ac naturalis, non absque summa hominis calamitate: Ita supremus hic, quantũ ad humana, Magistratus, dum Pastoribus ac Sapientibus, simúlq; Diuinę ac Naturæ legibus obtemperat, inferiores Magistratus, qui inferioribus animæ virtutibus proportione respondent, quamrectissimè dirigit, omnisque societas felicissimam ac decentissimam vitam degit.

Dum verò Ecclesiæ Pastoribus ac Sapientibus aduersatur, simúlque diuina ac Naturæ præcepta abhorret ac spernit, ipse miserrimus affectus cæteros Magistratus

ad summa

ad summa perducit mala, simúlque societatem omnem maximis calamitatibua afficit.

Ad huiusmodi igitur incommoda præcauenda, Deliberatores ita Dei ac Naturæ legibus erũnt deuinciendi, vt illorum acta seu decreta tunc tantummodo propriam consequantur vim, cum Ecclesiæ Pastorum ac Sapientũ suscriptio testatum reddet, nihil in eis contra Dei ae Naturæ leges contineri. Eandem ob causam dum circa ea deliberatur, quæ huiusmodi sunt vt nullo humano consilio nullâque ratione rectè decerni possint, statuendum erit Deliberantium decreta firmanda non esse, nisi prius supplicationibus ad Deum constitutis, Verbi Diuini in scriptis Propheticis & Apostolicis reuelati sentẽtia accedat: nam tanquam exploratum accipiendum est, Dei Opt. Max. numen verè affuturum, dum in hia difficilioribus humana prudentia diuinis directionibus ac admonitionibus se omnino submittit. Econtra verò euentus calamitates allaturos, dũ talia, incõsulto Deo, intẽtãtur.

Capvt XXV.

De deliberantium ordinibus, numero, ac sedibus.

Delibérantivm constitutio, præcipiendi potestas, obtemperandi debitũ ac moderamen, iam satis innotuere. Nunc ea perquirenda sunt quæ attinent ad eorundem ordines, numerum, ac sedes: summa ac absoluta deliberantium potestas, quæ in perfecta societate desideratur, vnica ex necessitate erit, atqoc in seniori Ciuitate collocabitur. Præter hanc tamen nonnulli enim singulis Ciuitatibus, ab eisdémq; eligendi præficiendi erunt, quibus eadem Deliberantium vox impertietur, nam in his Ciuitatibus, quantum ad humana, digniorem locum obtinebunt, & summæ potestatis vicem gerent. Horum verò decreta deuincientur non tantùm Dei ac Naturæ legibus ac ministris, sed præstantiorum etiam ciuitatum cõstitutionibus, mandatis ac præsidentibus, neque fortasse extendi poterunt ad difficiliora, seu ad illa quæ totius societatis bonum immediatè concernunt. nam in talibus, maiorum Ciuitatum consilio assensúque indigebũt, Deliberatores Ciuitatis maioris ad duas classes fortasse deducendi erunt: illorum enim quidam consultationi, quidã verò deliberationi ex proprio munere incũbent.

In præfigendo consulentium numero curandum erit, vt illorum vnusquisque communi sermone ex subselliis vtẽs, commodè à præsentibus audiri ac intelligi possit. Quapropter ob illorum numerum contractiorem, collegium patuum parient. Hi, rebus sufficienter digestis, accedent ad Deliberatores, quorum auctoritate, Ecclesiæ Pastoribua ac Sapientibus non aduersantibus, decreta ac leges firmandæ erunt. In Deliberantium verò numero definiendo curandum erit, vt illorum vnusquisque orationem habens, ex loco superiori, ac voce magis intensa à cæteris omnibus facile audiatur, ac tota sententia percipiatur. Consulentium igitur numerum non parum excellent, ex quo tota hæc deliberantium classis pariet collegium quod Maius appellabitur. Eadem in cæteria etiam ciuitatibus obseruanda erunt, habita tamen ratione maioria minorisve singularum amplitudinis.

Quanuia autem consultoribus ac deliberatoribut humana omnia curanda sint, siue per seipsas, siue per Magistratus inferiores, quibus consulentes ac deliberantea assiduè assistere debent, nihilominus circa tria, tanquam inter alia omnia præcipua, quammaximè inuigilabunt. Primum est, Iustitia ac obedientia, quæ Iustitiæ pars præstantior censenda est: hæ enim optimis legibus additæ, non tantum mala omnia interiora à societate expellent, sed etiam bona omnia parient. Secundum, rerum bellicarum cura. hæc enim societatem à quacunque externa vi tutam reddit, simúlque, quatenus ad id veræ Religionis amor ae recta ratio impelleret, ad exteroa quoscunque inuadendoa ae quãfacillimè debellandos alacrẽ ac fortem. Tertium, iuuenum disciplina; in ea enim tot ac tantorum bonorum firmitas ac perseuerantia omnis, simúlq; humanæ caritatis absoluta quies consistit. Quare sapientibus Reip. moderatoribus compertum erit, omnia prospcrè ac feliciter successura, si rectam iuuenum institutionem, proprium huius admirabilia societatis ac coniugij opua existimauerint, ac præcipuum duxerint.

Capvt XXVI.

De inferiorum Magistratuum constitutione, obtemperandi debito, præcipiendi potestate, moderamine, numero, ac sede.

Sed ad reliqua socialia munia compendio explicanda deueniendum iam est, Oratoribus persuasio, quæ superiores & æquales tantummodò respicit, quammaximè conuenit. Amicitiæ verò curatores dum communem amicitiam tutantur ac firmant, oppositáque repellunt, non tantum persuasione id præstaut, sed adiuncto etiam aliquo potestatis ac imperij vsu, qui circa minores exercendus est.

Maior igitur totius societatis ciuitas ad minores ciuitates, siue virilia siue muliebria exerceant munia, Oratores non mittet, sed ad exteroa tantummodo, quod etiam præstare poterit, siue Exteri fines societatia ingrediãtur, siue alibi reperiantur, neque ea tantummodo ratione, vt per oratores propriam totiúsque societatis erga ipsos beneuolentiam testetur, exterorúmque animum experiatur, sed etiam vt nouum aliquod paciscatur, seu quatenus occasio id ferat iam constitutis renuntiet.

Quod verò attinet ad amicitiæ Curatorea, eadem maior Ciuitas hos ad minores Ciuitates mittet. Ciuitates inferiores econtra, Oratores ad exteros non mittẽt, nisi fortè quatenus illorum aliquis præcipuam dignitatẽ obtinens, vel Exercitibus Pręfectus, proprios fines ingrediatur: túncque legationem instituent, beneuolentiæ testandæ seu experiendæ tantummodo gratia, non autem ad aliquod nouum vel paciscendum vel stipulandũ.

Eædem ad superiores Ciuitates, quandóque etiam ad æqualea, Oratores rectè destinabunt. Amicitię verò Curatores ab inferioribus ad superiores non mittentur. Singulæ tamen Ciuitates hoc Magistratu ad ciuium amicitiam tuendam vtentur.

Ipsa autem maior Ciuitas, amicitiæ Curatores ad Exteros etiam quandóque mittet, atque commune omniũ hominum bonum auctoritate curabit, eósque coercebit, qui Dei ac Naturæ legibus aduersantes aliis iniuriam inferunt.

Iudices tam criminales quàm ciuilea in vnoquoque Ciuitatum ordine desiderantur. Ciuium causæ ciuiles in propria Ciuitate vno & altero, seu ad summum tertio iudicio, terminandæ erunt. indecens quippe videtur, ciues suarum rerum vel retinendarum vel adipiscendarũ gratia peregrinari, hísque Iudicibus non acquiescere, qui ita educati atque eruditi sunt, vt non possint seu ius ignorare, seu illud spernere, cùm præsertim nulla cum his qui iudicandi sunt necessitudine teneantur. nam à superioribus Ciuitatibus mittuntur.

Simili ratione criminales ciuium causæ in eadem Ciuitate erunt iudicandæ, nisi aliquod contineant quod totius societatis bono aduersetur: tunc enim à maioribus Ciuitatibus cognoscentur.

Si inter huius societatis Ciuitates aliquæ orientur ciuiles cõtrouersiæ, hæ à maiori Ciuitate cognoscendæ erunt, siue immediatè, siue post primum mediarum Ciuitatum iudicium, quatenus minores Ciuitates agitent.

Milites in vnaquaq; Ciuitate (pręsertim si illius fines externorum finibua adhæreant) ad custodiam constituẽtur. Illi verò, quibus non tantùm finium custodia sed externorum etiam aggressiones demandandæ sunt, in mediis, atque in maiori Ciuitate præcipuè, degent.

Ærarij præsides, reddituum Curatores, necnon priuatorũ vtilitatum ac sumptuũ Curatores, in vnaquaq; Ciuitate aliqua ratione erunt constituendi, præcipuè tamẽ in Ciuitatibus minoribua: bonorum namque vtilium cura licet ad virum attineat, vxori tamen aptissimè demandatur. Ipsæ verò minorea Ciuitates in reddituum

diſpenſationibus certas leges obſeruabunt: quæ tales fortaſſe erunt. His deductis, quæ Ciuitati in propriis muneribus (prout legibus ſtatutum erit) ſuſtioendis expendenda ſunt, totum id quod ſupereſt diuidatur in duas partes. Harum alteram vitilis Ciuitas accipiet, vt communibus totius ſocietatis expenſis deſeruiat. Hæc, quatenus ſocietas vnicam complectitur prouinciam, totum retinebit: quatenus verò dantur plures prouinciæ, non totum ſed partem. Reliquum tranſmittendum erit ad Ciuitatem, omnium Prouinciarum principem. Altera pars ab eadem minori Ciuitate ſeponenda erit, non expendenda, niſi ob maiorem aliquam neceſsitatem, ac vt lege ſancitum erit. Interim autem deſeruiet collectionibus frumenti, ſeu aliarum ſegetum, necnon armorum, ac bellicorum inſtrumentorum, æris, ferri, indumentorum ex lana, lino, & corio confectorum, ac cæterorum omnium, quę militibus ac rebus bellicis inſeruire poſſunt Et id quidem pacis etiam tempore Ciuitatibus omnibus varias vtilitates afferet: populi ſiquidem exploratum habentes, Ciuitates hæc pretiis conſtitutis emptas eſſe, his artibus inſudabunt, non abſque magno tum communi tum domeſtico cômodo.

Eadem etiam in totius ſocietatis redditibus, tũ à maiori, tum à mediis Ciuitatibus expendendis obſeruanda erunt. Leges autem communium reddituum Curatoribus imponendæ erunt, vt ea quæ ſponte vtplurimùm oriuntur, neque animalibus nutricodis ab ipſa Natura parantur, vt puta mineralia, ſales, ac cætera quæ tũ ex terræ tum ex marium viſceribus eruuntur, tanquam iure quodam Naturæ non ad vnius ſed ad multorum bonum pertinentia, totius Ciuitatis ſint. Ideóque vnaquæque Ciuitas diligenter inquiret, quidnam horum regio vel omnino ſponte afferat, vel arte aliqua adiuncta facilè afferre poſsit, ſedulóque incumbet vt ex his cômoda ac emolumenta, prout fieri poteſt, maxima accipiantur. Illi verò qui his præficiuntur, curã adhibebunt ne Reſp. aliquid vel fraude vel ſocordia detrimenti patiatur. Eadem ſollicitudo adhibenda erit circa vectigalia, quæ commune bonum ſimiliter reſpiciunt, quæque in vnaquaque ciuitate erũt vel omnino eadem, vel certè proportione ad inuicem ſimilia.

Siquid agri Reſp. poſsidet, eadem diligentia colendũ ac cuſtodiendum erit. Reip. ager nunquam venundabitur, quin potiùs curabitur vt indies magis accreſcat, ideóque legibus ſanciendum erit agros venales pretio conſtituto Reip. nomine emendos eſſe. optabile quippe foret, regionem omnem ad ipſam Remp. abſque alicuius iniuria pertinere. Quare etiam legibus decernetur, regiones bello acquirendas retinendas eſſe tanquã bona Reip. vel ciuitatis in ea conſtituendæ, ea tamen lege vt communis poſſeſsio ſingulorum ciuium commoda adaugeat, militúmque præſertim, qui legitimè pro Rep. certantes in ciuium maiorum ac benemeritorum ordinem poſt victorias ſemper aſcribendi erunt. Præterea ſocietatis redditibus audactis Reſp. admittet maiorem puerorum inſtituendorum numerum, abſque vlla illorum expenſa vectigalia deminuet, ciuibus plura elargietur, pręcipuè autem egeſtatem, omnémque incuriam, ſimúlque nimium diuitiarum luxum (quę maximè Reip. obeſſe ſolent) à Ciuitatibus eliminabit.

Hæc autem Reip. bona partim locari poterunt, partim ciuium vſui concedentur mercedis vel præmij loco, diligenti tamen omnium enumeratione præuia, atque cum adaugendi conditione: partim etiam alicui, rationem reddituro, demandanda erunt. Horum autem, necnon aliorum qui illis præerunt, educatio atque iam à teneris accepta diſciplina, necnon præmiorum ſpes Remp. certam reddent, omnia ab illis ſomma fide ac diligentia tractanda fore.

Ciuibus autem graue aut moleſtum non erit, in his quæ ſibi à Rep. conceduntur filios hæredes nõ inſtituere: percipientes enim hos tanquam Reip. filios educari, atque ab eadem ſumma cura optimis diſciplinis imbui, non dubitabunt illis longè firmiorem ampliorémque hereditatem paratam eſſe, cùm præſertim non ignorent ſocietatis leges circa ciues ac illorum omnem poſteritatem tuendam. Magiſtratus, qui priuatorum curam gerunt, in his quæ pertinent ad earundem rerum vtilium tam diſpenſationem quàm adeptionem, curabũt vt vnuſquiſque domui ſuæ rectè præſit, ab omnibus ſuperuacaneis ac immoderatis abſtineat: ſiquid, demptis neceſſariis, ſupereſt, Remp. imitetur, magnúmque lucrũ ac decus exiſtimet, ſi bellorum tempore plurima ad militium vſum proferre poſſit.

Inuigilabunt etiam, vt Ciuitas ab omni deſidia vacet, mercaturámque præcipue fouebunt: quippe quæ ad ciues ditandos, ad populos nutriendos, ad veſtigalia adaugenda quamaptiſſima ſit.

Hi omnes Magiſtratuum ordines, licet, tãquam ex propria natura domeſtici, minoribus Ciuitatibus præcipuè conueniant, in maioribus etiam Ciuitatibus erunt conſtituendi: nam virile etiam eſt bona vtilia, vt decet, reſpicere, conſeruare & adaugere.

Magiſtratus, qui artificibus præſunt. ſimúlque ſolliciti ſunt ne deſint ſeu artifices communi bono deſeruientes ſeu materiæ circa quas illorum vnuſquiſque verſatur, ſed cuncta, vt decet abundent, in vnaquaque Ciuitate erunt conſtituendi, ita tamen vt qui arma ac bellica inſtrumenta conficiunt, à maioribus ac ab ipſa omnium ciuitatum principe præcipuè colligantur. Idem etiam circa librorum impreſſores curabitur: hi námque præcipuè Eccleſiæ Paſtoribus ac Sapientibus propria quadam ratione deſeruiunt.

His omnibus Magiſtratibus commune erit, in propriis obeundis muneribus ſubiici Deliberantium mandatis, ea tamen ratione vt in his pertractandis non æquali polleant poteſtate, ſed digniores exerceantur modo quodã liberiori, minus digni (prout illorum patitur ordo) aliquanto contractiori.

Singulorum autem dignitas accipienda erit ex ordine humanarum virtutum, ex quibus ſinguli deducuntur. Quapropter poteſtas Conſulentium, qui Deliberantibus aſſiſtunt, nullis legibus erit aſtringenda, ſed permittetur ſingulis vt libere proponant ac proferant quæcunque ad ſocietatis commodum attinere exiſtimarint. hi ſiquidem ita miniſtri ſunt, vt inter Principes rectè collocati poſſint.

Oratorum, amicitiæ curatorum, atque militum poteſtas ab ipſa Conſulentium poteſtate declinans, ad certam aliquam vel amicitiam, vel expeditionem tractandam coarctatur, ita tamen vt miniſtri in his pertractandis liberè eligere poſſint ea quæ ad rem rectè perficiendam conducere exiſtimauerint. Itaque his mandata dantur ſermone vel literis, non autem legibus. Econtra, illis qui iudicia exercent, necnon illis qui redditibus præſunt, ac cæteris inferioribus, poteſtas ac agendi ratio contractius præfinitur: nam quid agendum ac attendẽdum ſit percipiunt non ex ſermone ſeu epiſtolis, ſed ex ſtatutis & legibus.

Capvt XXVII.

Ex his quæ hactenus dicta ſunt, propoſitæ ſocietatis formam plene concipi, hancque verè perfectam eſſe.

INsistentes exemplari, quod nobis à Natura paratum eſt, ad contexendam eam hominũ ſocietatem quę humano affectui ſummam pacem afferre poteſt, attingimus communiorem illius formam, percurſiſque differentiis omnibus humanarum operationum, vt humanæ ſocietati miniſtrare poſſunt, ab eiſdem quaſi ex propriis fontibus deriuauimus humanæ ſocietatis partes omnes obtemperantes ac moderantes tam ad præſentem decentium bonorum fruitionem, atque ad oppoſitorum malorum compreſſionem, quàm ad tutiorem vtriuſque vſus perſeuerantiam. Docuimus præterea, hominum vnumquemque, niſi à recta religione recedat, ſeu data fide legitimè ſe aliter deuinxerit, tanquam perfectiſſimæ huius ſocietatis ciuẽ colligendum eſſe, ea tamen lege vt magiſtratuũ pondus

pondus sustinere non possit, nisi à cæteris curis ac sollicitudinibus solutus sit, & decentibus disciplinis imbutus. Itaque ciues in certos ordines distinguendos diximus, & puerorum iuniorúmque educandorum ac erudiendorum leges ac rationes obiecimus, tandémque magistratuum materia sic præparata, potestates quoque demonstratæ sunt, quibus tanquam efficientibus causis Magistratus sunt constituendi in certis sedibus ac ad proprium munus dirigendi. Quemadmodum igitur, his ad actum deductis, societas reipsa constituetur, ita eisdem sufficienter expositis, illius doctrinam ad decentem consummationem perductam esse censendum est.

Vtrum autem hæc humanę societatis forma verè perfectissima sit, vnusquisque perpendens tam illa quæ ad humanæ societatis perfectionem desiderari diximus, quàm hanc ipsam societatem, non difficilè decernere poterit. Perfectio quippe oritur ex ampliori hominum operantiũ multitudine, ex operationum diuersitate, dignitate, perseuerãtia, fructúsque bonitate ac nobilitatę, ex pleniori ac decentiori retẽtione ac vsu libertatis quę homini essentialiter conuenit, ex præstantiori ac constantiori moderantium directione, promptioríque ac alacriori obtemperantium obedientia, ex clariori perceptione ac approbatione eorum quę à singulis tractantur ac agenda sunt, & ex communis operis fruitione communiori.

Huic autem societati hæc omnia adsunt. complectitur enim seu complecti potest omnem hominum multitudinem, absque vlla proprię formę perturbatione, quin potius summa cum proprij fructus intensione. nam, dum plures ciues, plures ciuitates, ac plures Prouinciæ illi accedunt, ac eisdem legibus subiiciuntur, singuli ciues, singulæ ciuitates, ac singulæ prouinciæ, proprium ac cõmune totius societatis commodum admirabili quadam ratione extendunt ac illustrius reddunt. In eadẽ societate, vt patet, exercentur indesinenter omnes humani actus, ac ad omnem vsum rationi consonum diriguntur, siue aptentur viris, siue mulieribus, siue senioribus, siue adolescentibus. Præterea (quod verè singulare ac diuinum est) decens pietas ac veræ religionis cultus in ea haud secus firmatur, quàm in ipso dei verbo à Prophetis & Apostolis tradito, firmissimo omnium societatum vinculo. Illi namque hæc societas, in his quæ pertinent ad religionẽ omnino subest, neque aliquid præscribit quod bono publico vel priuato repugnet. Eadem etiam veræ sapientiæ ac optimæ virtutis firmitas illi aptatur, ex qua omnia humana bona quamtutissimè deducuntur. Quapropter summa totius operis pręstantia satis euidens est: constituitur siquidem in consummatione humanæ felicitatis, huic statui consonæ, quæ totam societatem felicem reddit, & ad vnamquamque prouinciam, ad vnamquamque ciuitatem, & ad vnumquemq; ciuem pro singulorum captu vberrimè effunditur.


Et hæc quidem ita firma sunt, vt ex communi Naturæ ac rerum humanarum cursu nulla perturbatio seu deficientia timeri possit. nam si respiciantur interna, facilè conspicere licet singulas huius societatis partes quamarctissimè atque absque vlla naturalis legis perturbatione copulari. illarúmque nullam dissolutionem inducere aut posse, si velit, aut velle, licet adesset potestas. sicuti enim deliberantes subiiciuntur immutabilibus Dei ac Naturæ legibus, ita Magistratus inferiores deliberantibus, & ciues omnes Magistratibus parent.

Præterea ciuium vnusquisque & ciuitatum vnaquæque ita aliis subest vt eisdem præsit, & ita aliis præest vt eisdem subsit. ciuitas enim propriis ciuibus carens, consisténsque ex collectione ciuium à minoribus ciuitatibus siue immediatè siue mediatè emissorum, dum cæteris ciuitatibus imperat ac leges imponit, non ipsa verè id pręstat, sed illę potius ciuitates quę ciues proprios ad id emisere. Quare sicuti minores ciuitates eo pacto maioribus subiiciuntur, vt easdẽ per proprios ciues regant, ita maiores ciuitates, atque ipsa etiam princeps ciuitas, ea ratione minoribus pręsunt, vt dum demandant illarum ciuibus regendi munus, eisdem verè subiiciantur.

Eadem ciuibus singulis, seu certè familiis singulis aptari possunt. dum enim in vnaquaque ciuitate illi colliguntur, quibus regendi potestas committitur, & collectio omnis & familiæ, ex quibus hi colliguntur, similiter & pręsunt & subsunt. Itaque ciuium vnusquisque, & ciuitatum vnaquæque, quatenus pręest, propria libertate vtitur: quatenus verò subest, in recto libertatis vsu retinetur, tutissimè quidem (vt patet) sed non violenter, tum quoniam hæc à singulis exercentur absque vlla aliorum iniuria seu detrimento, sed summo cum vniuscuiusque lucro, tum etiam quoniam singulorum pietas, deuotio, sapientiæ studium, caritas, magnanimitas, fides ac cęterę morum virtutes, singulis ordinibus summa cura infixæ, vnumquemque iustitiæ ac communis boni cupidissimum reddunt, cùm præsertim his qui merentur quamtutissimè superaddantur gloria, diuitiæ, ac cætera omnia quæ viri præstantiores exoptare possent, atque ita copiosè, vt nullus ab hac societate seiunctus, ex summæ seu ambitionis, seu auaritiæ, seu licentię vsu maiora consequi seu corripere posset.

Ex his autem quamtutissimè demonstrantur reliqua quæ huius societatis internum robur ac sanitatem plenius confirmare possent, ac ad societatum perfectionem desiderantur, in ea scilicet decentissimo ac tutissimo libertatis vsui adiungi summam moderantium prudentiam ac sollicitudinem paratissimam, hilarémque obtemperantium obedientiam, cuncta & singulis aperta esse, & à singulis approbari, tantíque operis fructus vberrimos ad singulorum commodum ac vsum effundi.

Quod autem ad exteriora attinet, satis apertum est, societatem, quæ omnium hominum felicitati deseruiat, quæ singulos accedentes amplexetur, ac eiusdem felicitatis consortes reddat, quæ sibi ipsi indissolubiliter cohæreat, quæ decoretur pietate, sapientia, prudentia, animi magnitudine, ac bellica disciplina, tam respectu Imperatorum quàm respectu militum, quæque armis ac cæteris omnibus expetendis abundet, illorum tantummodo inimicitiam experiri posse qui impiè, inhumanè, ac stultè aduersantur diuinæ legi, Naturæ directionibus, ac sibi ipsis: eandémque talibus (licet illorum numerus præter omnem rationem adaugeretur) sese exhibituram terribilem ac formidabilem, non opinione tantùm, sed rebus ipsis, ad pleniorem Dei Op. Max. gloriam, & omnium hominũ pacem, ipsorúmq; præcipuè deuictorum,



CONTEMPLATIONIS QVINTAE,

Pars Tertia:

QVÆ COMPLECTITVR INSTITVTIONES HVmani consilij cæterorúmque actuum consilio exercendorum, ac præsentis Doctrinæ vsus demonstrat.

CAPVT I.

De iis qui in hac parte tractanda sunt, de communioribus actuum humanorum differentiis, & de his qui humanorum actuum rectitudinem inducere seu amouere solent.

EA nunc explicanda sunt, quæ continent institutiones humanorum actuum qui ex decenti Naturæ ordine rationi subiiciuntur, ac rectæ voluntatis rectæq; comprehensionis viribus sunt dirigendi. Itaque illi actus secernẽdi erunt, qui seu à vegetantibus virtutibus effluunt & naturaliter exercentur, seu naturalium modum retinent, quod nonnullis manuũ ac digitorum motibus euenire solet. Illi verò qui rectæ voluntatis rectæq; comprehensionis exposcunt vsus plurium ordinum sunt. quidam enim pertinent ad communem rerum dispositionem. quidam deseruiunt adeptioni, seu moralium virtutum, seu facultatũ rectè experendarum, quidam earundẽ vsus continent, & illarum fructus afferre debent. Horũ verò actuum vnusquisq; rectè exerceri poterit, si vniuersalibus, quæ ab hac scientia demonstrata sunt, ad particularia rectè contractis, conspicuum erit quid ab vnoquóq; dato certo rerum statu agẽdum seu non agendũ sit, bisque tam agendi propositum quàm ipsi actus adhærebunt. Hoc autem nihil aliud est quàm rectè consulere, simúlque rectè deliberata executioni mandare, seu præsentis philosophiæ doctrinam ad decentẽ vsum perducere. nam hæc tria in vnum cadunt. Siquis enim rectè volendi rectéque concipiendi institutiones, quæ in hac scientia demonstrãtur, opportunè cõtrahit ad particularia & his insistens operatur, idẽ consulendi actũ optimè exercet consultéq; agit, & præsentem scientiã ad decentissimos vsus perducit: eadémque ratione, qui horum aliquod rectè præstare potest, idẽ necessariò vniuersalia ad particularia opportunè cõtrahet ac illorũ moderationi insistet Horum verò vnumquódq; indistinctè intuetur omnes humanos actus, qui ex Naturæ dispositione rationis legibus subiiciuntur. nã præsens scientia (nisi à proprio munere deficiat) respicit omnes humanos actus, & omnes humani actus, dũ ex recto cõsilio exercentur, rationi consonant. hæc tamen intelligenda sunt de consiliis quæ præsunt humanis actibus, quatenus complectuntur moralium virtutũ seu vitiorũ vim. actus enim, qui continent artium facultatúmve humanarum vsus, quatenus huiusmodi, ex earundem artiũ ac facultatum rationibus rectè exercentur, & sub consilium cadunt. Eadem tamen præsentis scientiæ directionibus subiiciuntur, simulque moraliũ consiliorum continent vim, quoniam præsens scientia ac ipsa moralia consilia impellunt ad facultatum artiúmque inuentionem: ac vsus & artium actus, dum rectè exercentur, moralium consiliorum imaginem aliquam retinent.

Sicuti autem humani actus, dum moralis scientiæ vim rectè colligunt ac ad vsum perducunt, simúlque ex perfecto consilio prodeunt, Naturæ ordini ac rationi omnino sunt consoni: ita dum his directionibus destituuntur, neque Naturæ neque rationi consentiunt. quod tamen pluribus modis euenire solet. nam quandoque ratio iam brutalis effecta nihil rectum obiicit: quandóque veris falsa coniungit: quandóque veritatem quidẽ demonstrat, sed vel imperfectam, vel imperfectè, vel imperfectam, ac imperfectè. quandóque etiã id quod ratio obiicit non rectè contrahitur ad particularia, vt puta dũ aliquis non ignorans ex rationis legibus amicos amplexandos, patriæque hostes comprimendos, atque his legibus summè assentiens deceptus amplexatur hostem quasi amicum, & amicum vt hostem comprimit. Et hic quidem error, nisi ex negligentia accidat, minus culpari solet. nam fortasse neque rationi, neque voluntati ascribendus est, sed sensui tantùm. At si adsit negligẽtia, ratio præcipuè & voluntas, vt rationẽ excitare posset, culpãdæ erunt. nam ad illas etiã attinet, cautionẽ in his retinere. Dum ratio veritatẽ imperfectã obiicit (quod vt plurimũ euenire solet ob inscitiam, seu imperfectam perceptionem eorũ quæ ab hac scientia expetenda sunt) Voluntas prosequens minus fortasse culpãda erit, sed ratio magis.

Tunc verò humani actus imperfecti quidem erũt, sed nõ omnino praui: agens enim vniuersalia confusè ac imperfectè attingens, licet ducatur opinionibus, optimi tamen amorem vtcunque retinet. Dum ratio veritatẽ perfectã obiicit, sed imperfectè, si id fiat ob vehementiores exteriorum impulsus qui animum summè perturbant, atque à summa rectitudine diuertunt, vtputa dum mors ac cruciatus minantur, nisi imperatis quamuis inhonestis assentiatur, error ita voluntati & rationi ascribendus erit, vt vtrique potius sit parcendum quàm indignãdum. Dum verò externa perturbantia sunt infirmiora, seu etiam deflexus ab internis oritur, culpa summè reprehendenda erit. tunc enim appetitus assimilari possent filiis inobedientibus, ratio verò ac recta voluntas matribusque sedeos filios actu delinquentes arguit ac valde tepidè. Dum ratio non tantùm imperfectè obiicit, sed imperfecta etiã, res vehementius inclinantur ac ad peiora ruunt. Quod si talia ob ebrietatem eueniant, delinquens duplici fortasse pœna mulctandus erit, ob delictũ scilicet & ob ebrietatẽ, quæ dum rationis vim vehemẽtius cõprimit, homines ad peiora pronos ac paratos reddit. Illi tamen longè magis detestabiles sunt, quorũ ratio vigẽs falsa obiicit & ad malũ impellit. Hoc verò vel summè deprauatam educationem arguit, vel mores summè corruptos. Hinc animus ad pessimum detruditur. tãdem enim decernitur cuncta ad libitum agenda esse. Itaque appetitus vndequaque irruentes liberè dominantur, ratione à propria sede penitus detrusa.

CAPVT II.

De his quæ recto humanorũ actuum vsui obsistunt. de voluntario ac inuoluntario, quæ etiam pluribus rationibus copulari solent. & de iis quæ facilius seu difficilius consilio decernuntur ac executioni mandantur.

PROX-

PROSECVTIONES rectorum actuum rationi deseruientium plura impedimēta admittere solent. Horum aliqua agenti sunt interna, neque vllam Naturæ necessitatem continent, aliqua externa seu ab interna Naturę necessitate ortum ducunt. Quæ internè impediunt, & Naturæ necessitatem non continent, seu Affectuum imperfectiorum vires obsistentes impulsibus rationis ac affectuum prȩstātiorum, & agendi imperitia. Prima perturbat internam pacem, obiicitúrque dum actio moraliū virtutum adeptionem intendit. Secunda internam imperfectionem conuincit, tuncque maximè expellenda est cùm morum virtutibus firmatis respiciuntur facultatem ac artium habitus. Externa sunt indecēs rerum hominúmque status ac dispositio, & eorundem aduersa vis, cui interna corporis ægritudo ac Naturæ necessitas rectè adiungi possunt.

Hæc externam pacem perturbant: simplex tamen externorum confusio, quæ singulis actionum ordinibus aduersatur ab optima tantummodo agendi ratione diuertit, neque ad aliquod absolutè vitādum impellit. Vis autem aduersa atque opposita, siue oriatur à Natura internè externéue cogēte, seu ab homine, vehemētius vrget. nā rationē eo pacto astringit vt eligere cogatur alterum ex duobus, quorum vnumquodque seiunctim acceptum continet seu manifestum rerum abusum, quem ratio summè abhorret, seu etiam inhonestā iniuriæ sufferentiam, quæ rectæ voluntatis propensioni fortius aduersatur, ideóque cùm vtrumque vitandum sit, horum electio licet voluntaria inuoluntario carere non potest, sed aliquid inuoluntarij necessariò cōtinet, magis tamē ac minus, prout vis opposita eligentis libertatem magis seu minus comprimit. Cætera impedientia, licet voluntati resistant, humanos tamē actus inuoluntarios nō reddunt. dum enim resistunt, agentis electio nō tantùm est soluta, sed etiam summè viuida. nam imperfectiorum affectuum vires obsistentes retundit.

Idem euenit, dum imperitia obsistit actibus qui arte exercendi sunt, & artes seu facultates inquiruntur. Indecens quoque rerum dispositio licet voluntatem ab optimi quod summe intēdit prosecutione repellat, nullum tamen inuoluntariū parit. neque enim impellit ad electionem alicuius quod absolutè vitandum est.

Inuoluntarij autem, quòd ob vim oppositam voluntariò coniungitur, quatuor gradus videntur esse. dum enim ob peiorum vitationem absque vlla iniuriæ perpessione eligitur simplex rerum abusus, electio plurimùm voluntarij & parum inuoluntarij continet, vt puta dum nauigantes tempestatibus ingrauescentibus ne suffocentur diuitias in mare proiiciunt, eisdémque (nam ad hominū vsus parari solent) manifestè abutuntur, seu dū ægrotantes, vt reliquū corpus saluetur, mēbrum aliquod tradunt secandum, seu vrendum, eodémque (quod à Natura ad proprium opus est traditum) manifestè abutuntur. Dum homine inhonestè vrgente, homines vt vexationem vitent vexanti bona vtilia ac commoda liberè relaxant, inuoluntarium magis adaugetur. hæc nempe continent iniuriæ sufferentiam, cui hominum natura summè aduersatur. Damnum tamen seu incommodum, quod prætereà sustinetur, reparabile est. Dum hostes seu impij dant optionem vel aliquid contra Patriam seu Deum perpetrandi, vel mortem subeundi, inuoluntarium magis intenditur: nam iniuria maior est, & vitæ damnum ex communi rerum ordine est irreparabile. Dum nulla conditione accepta, qua mors vitari possit, homo ab homine violentè trucidatur, inuoluntarij portio ad summum perducitur. tunc siquidem qui patitur passioni vel omnino resistit, vel ob præstantiorem tantummodo libertatis exercendæ rationem illi assentitur, quoniam scilicet non ignorat talia non euenire absque permissione diuina, cui humiliter ac piè assentiendum cognoscit ac re ipsa assentitur.

Si quis autem his constitutionibus obsistens, inuoluntarium metiri velit non ex solo rerum abusu iniuriæque perpessione, sed ex quacunque seu mali sufferentia, seu boni relictione, hic amouebit fortitudinem omnem, cuius partes sunt voluntariè sustinere plurima mala ac incommoda, quæ licet rerum abusum non complectantur nihilominus per se accepta expetenda nō sunt: Temperantiam tollet, cui proprium est plura bona spernere, quæ eadem ratione absolutè spernenda non sunt: faterique cogetur singulas hominum actiones & optimæ virtutis optima liberè prosequentis vsum semper aliquid inuoluntarij continere. Quibus admissis, terrenæ virtutis ac terrenæ felicitatis ratio omnino periret. neque enim inuoluntarium ac felicitas se inuicem compatiuntur.

Cùm autem in humanorum actuum consummatione duo præcipuè desiderentur, recta scilicet perceptio eorum quæ agenda sunt & eorundem executio, quandoque horum vtrumque est summè difficile, quandoque primum omni difficultate caret, & secundum est summè arduum: quandoque econtra primum difficile & secundum facile: quandoque vtrunque facile. Summa vtriusque facilitas est, dum confirmato totius vitæ cursu, adeptisque morum virtutibus ac facultatibus, quæ ad eum rectè sustinendum desiderantur, externa omnia illatum vsui summè fauent, quod tamen extra societatem perfectissimæ formæ rarò ac paucis euenire solet. Primum est difficile, secundum facile, dum externis perturbantibus decernitur quid circa externa agendum sit: tunc quippe & particularium cognitio & certa electio summam rationis vim exposcunt, sed his rectè definitis, dum adsunt morum virtutes ac facultates, quarum vsus desideratur, executio nullam difficultatem continet. neque enim nobis difficile est ea agere quæ decentissimè concipimus, quæque actu consummare & volumus & possumus, licet hæc ex sui natura ac ex communi rerum cursu difficillima censeri possent. Primum est facile, secundum verò difficile, dum decernendum est quænam morum virtutes ac facultates desiderentur ac reipsa inquirendæ sint. data enim moraliū virtutum doctrina, nō est difficile circa hæc decernere, cùm præsertim nemo inuitus decipiatur circa ea quæ circa se attendēda sunt.

Econtra, horum habituū realis adeptio, seu inductio summā difficultatē habet, longéq; maiorē, dum morales virtutes acquirendæ sunt ac per nos ipsos, tunc enim nostra interna obsistunt, quod in facultatum prosecutione non euenit, præsertim si adsint morales virtutes & naturalis aptitudo, quæ, dum rectè constituta sunt quę pertinent ad vitę totius cursum, abesse nō potest. Ipsa verò totius vitæ dispositio summam difficultatē continere videtur, tam respectu electionis quàm respectu executionis, cuius etiam signum est quoniam extra perfectissimā societatem, in qua omnia facilia sunt, homines has definitiones diutius protrahere solēt sæpéq; incœptos cursus deflectere. Hæc verò, quæ non rarò deliberantiū defectui ascribi possunt, semper tribuenda sunt rerum externarū statui assiduísque perturbationibus. Itaq;, data etiā summa sapiētia, talia incōmoda caueri vix possunt.

Imperfectiores verò homines ideò magis anguntur, quoniam communis hominum infirmitas, naturalis filiorum cupiditas ac cæterorum hominum dilectio vix patiuntur aliquem ab omni hominum cœtu recedere vitámque omnino solitariam degere, seu ita inter alios viuere, vt ex naturali gentiúmque iuribus vitæ cursum liberè dirigere possit. perfectiores econtra, talia incommoda facilius ac illustrius declinare videntur, dum vehementius incumbunt Pietati ac Sapientiæ, quæ paucorum hominum vsum exposcunt, & afferre solent firmiora Dei auxilia, simúlque ad alia bona dirigere quæ summè expetenda sunt, ac internam vniuscuiusque felicitatem tutari possunt.

Quæ dicta sunt satis apertè demonstrare possunt, ad felicitatis humanę constitutionem summe expetendum esse, vt non tantùm communi rerum dispositione firmata humani actus patiant internam pacem peritiámque, sed etiam vt ex moralium virtutum ac rectarum facultatum vsu caretur quammaximè, ne homines seu ad inuoluntaria detrudantur, seu ab optimæ virtutis vsu libero ac optimo repellantur, sed incommodi vtriusq; causæ diligentissimè caueantur ac pro viribus cōprimantur.

Et hæc quidem conſummanda erunt ex optimu huius ſcientiæ vſu optimâque cunſilij exercendi ratione, vel abſolutè, vel prout certo rerum ſtatui cunuenit.

CAPVT III.

De triplici præſentis ſcientiæ vſu ac conſilij exercendi ratione, ac de conſilij natura & partibus.

AEC verò contemplatio non tantùm ducere debet humanus actus ex recto ſumet ac conſilij vſu decentem cõſummationem adipiſci, ſed obiicere etiam ea omnia quę ad hos vſus plenius cõcipiendos eunducere puſſunt. hæc ab ea decentiſsimè expetenda ſunt, quoniam circa ea verſatur quæ inter vniuerſalia extremum obtinẽt locum, ac particularibus ſummè adhærent. Quapropter illius muneris eſt, docere decentiſsimos trãſitus ad particularia, atque ad exiſtentia omnia, quæ (vt alibi demonſtratum eſt) tertium rerum ordinem pariunt. idem quippe eaſdémque ob cauſas ipſa logica prẹſtitit. docuit enim propriæ doctrinæ vſus, vt à rationis entibus, quę primum rerum ordinem conſtituere diximus, tranſitus ad res ſecundi ordinis, ad has ſcilicet, rerum veritates vniuerſales, tutè & inchoari & protendi poſſet.

Hinc etiam factum eſt, vt præſentis contemplationis vſus, ſimúlque moralium conſiliorum exercendorum ac conſummandorum rationes logicæ doctrinę vſus imitentur, & trium ſimiliter ordinum ſint. Itaque primus erit rectus ſimúlque perſectus, quoniam non tantùm intuetur bonum, ſed exquirit etiam bonorum omnium copulationem, eadémque decentiſsimè proſequitur. Secundus erit rectus, ſed imperſectus, quoniam bonum quidem reſpicit, ſed diſiunctim, ideóque, dum bonorum, quæ ſibi inuicem eſſentialiter fauent, nexum diſrumpit, vnumquodque infirmat, neque humano bono perſectè miniſtrat. Tertius nec perſectus, nec rectus, ſed deprauatus, qui apparẽter ad bonum dirigitur & reipſa malum intendit.

At, vt facilius attingi poſsint ea quæ vniuſcuiuſque vſus rationes continent, præſens contemplatio contrahenda eſt ad ipſum conſilium, cui certa executio adiungitur. in eo enim præſentis philoſophię vis ita colligenda eſt, vt per illud ad omnes actus conſilio moderandos abundè deriuari poſsit. Præcipue verò ſtatuendum erit, contemplationem, conſiderationem, rememorationem, cogitationem propriè dictam, & conſilium, in pluribus cõuenire & in pluribus differre, ſimúlque pluribus modis ab inuicem pendere, & ſeinuicem patere.

Contemplatio ſiquidem verſatur circa vniuerſalia, ſeu ſingularia, vt vniuerſalium naturam referunt, quatenus ſunt ignota, & ex veritatũ collatione nonam rerum non bonitatem ſed veritatem proſequitur. Conſideratio ex eo tantummodo differt à contemplatione, quoniam verſatur circa particularia. Rememoratio verum ſimiliter reſpicit, non autem bonum: verſatur tam circa vniuerſalia quàm circa particularia quatenus præcognita, atque etiã vt prætetita, ipſúmque verum reſpicit, vt antiquum ſui intuitum inruitum renouere poteſt. Meditatio (vt nunc accipitur) omnia quidem reſpicit, vt plurimùm tamen particularia præſentia ac præterita, ſeu etiam quæ nullam tẽporis rationẽ habent: circa futura verò tãtò ac indirectè, quatenus ſcilicet prius cognita vel prius cognitis euidẽter annexa. Dirigitur ad bonum, ita tamen vt non certi actus, ſed certi affectus bonitatem reſpiciat.

Cõſilium verſatur circa particularia vt determinata, ſeu circa ſingolaria æterna, quatenus particularium continent vim, & tam rememorationis quàm cogitationis adiumentis vniuerſalium vim ad eadem particularia ac præſentia contrahit, ſimúlque ad futura dirigitur, intenditque præcipuè non verum, ſed bonum, vt aptatur non affectui, ſed actioni, non abſolutè ſed relatiuè. illi ſiquidem proprium eſt ex pręcedentium veritate decernere quid à certis hominibus quorum bonum intuetur, dato certo rerum ſtatu, eligendum atque agendum ſit. ideóque, illi etiam ſingulariter cõuenit reſpicere bona, quatenus magis, ſeu minus profutura. Contẽplatio pluribus rationibus præeſt conſilio, & ad illud impellit. nam illi vniuerſalia pincipia parat, illius naturã, partes, fructum ac inſtitutiones cognoſcit, & conſiderationẽ prouocat ex qua certa particularia ſunt cognoſcenda: quibus non perceptis, nulla datur conſultatio. Ipſa verò Conſideratio, prout illi conuenit, eadẽ conſilio exhibet. nam non tantùm particularia principia obiicit, ſed cõmunia etiã ac experienda, quæ non paruam vim afferunt ad futurorum prænotionem, & aliorum quæ firmiorem coniecturæ vſum expoſcunt.

Hæc verò quæ tam à contẽplatione quàm à conſideratione cõſilio parantur, meditatio ac rememoratio immediatè obiiciunt. harum ſiquidem vnaquæque conſultationes actu concomitatur, cùm tã contẽplatio quàm cõſideratio pręcedant, non autẽ concomitentur. Ipſum verò conſiliũ non diſsimili ratione proprias vires ad alios actus effundit. nã tunc decentiſsimè cõtemplamur, conſideramus, meditamur, ac rememuramur, cùm in his conſultè detinemur. Ex his omnibus colligendum eſt, conſilium (vt decernit) conſtitui ex quinque, tãquam ex ſubordinationis partibus, quarum vltimam executio concomitatur, & ſextum obtinet locum. Pars prima appellari poterit attentio, ſecunda prænotio, tertia perpẽſio, quarta diiudicatio, quinta electio.

Harum autem vnaquæque cõſiderationis ac contemplationis actus ſupponit, ita tamen vt priores conſiderationi, poſteriores verò contẽplationi magis innitãtur. Attentio ſiquidem præſentia & prætetita rememorat, quatenus Phantaſia ac ſenſibus imperfectioribus percipi ſolent. Prænotio futura obiicit, quæ animaduerſis adiungi ſolent, quæque licet ex ſui natura ad eoſdẽ ſenſus pertineant, Æſtimatiuæ tamen vi percipiuntur, Experientiæ ſeu ſcientiæ viribus nõ deficientibus. Perpẽſio Experientiæ ac ſcientiæ viribus tã præſentium quàm futurorum percipit naturam ac pondus. Diiudicatio ſingulorum naturã cõcipiens, ac ſingula ſingulis cõferens, ex rationis vi, quid abſolute ſit præferendum, diſcernit. Electio attendẽs ſtatum illius cuius bonum intenditur, ſingula ad illũ refert, docétque quid illi pro tali rerum ſtatu ſit eligibilius. Præter hæc nihil ad internum conſilij actum pertinere videtur. nam dum hi actus repetũtur noua conſilij actio oritur.

CAPVT IIII.

De iis quibus attentionis actus ſunt inſtituendi.

N attentionis vſu tria præcipuè deſiderantur. Primum, ne conſulentem lateat circa quæ attentio exercenda ſit. Secundum, ne ignoret quid circa horum vnumquodque attendi debeat. Tertium, vt calleat deceptiones quæ in his attentionibus vitandæ ſunt.

Interea ea, circa quæ vniuſcuiuſque conſulentis attenſio detinenda eſt, ipſemet conſulens pręcipuum locũ obtinet. vnuſquiſque enim primò ſe ipſum attẽdere debet, & ex ſui relationibus tam immediatis quàm mediatis ad alios homines certos ac ad res certas colligere cętera omnia, ad quæ ſeu immediatè ſeu mediatè propria animaduerſio extendenda ſit. Et hæc quidem accipienda ſunt tam abſolutè ac reſpectu omnium quæ conſilio modificari oportet, quàm reſpectu certæ alicuius operationis. nã ſi attendantur omnia ad quæ parari debemur, relationes omnes animaduertendæ erunt.

Sin autẽ reſpiciatur vnica conſilij actio, cùm illi tum illa tantũmodo attendenda erunt, ad quę talis conſultatio & quæ illã conſequuntur immediatè ſeu mediatè referri poſſent. Vnuſquiſque autem facilè perducitur ad horum pleniorem enumerationem, ea memoria repetens quæ ſuperius enarrata ſunt circa naturales ac induſtrias ſocietates, circa amicitiarum ac inimicitiarum gradus, circa pietatis, deuotionis, ac humanæ caritatis debita, & circa ſingulorum affectuum obiecta,

bonaquę

bonáque, quorum aliqua primò, aliqua verò consequenter respici solent.

Ea verò, quæ circa horum vnumquodque sunt animaduertenda, ex iam demonstratis similiter colligi poterunt quædam enim naturalia sunt, quædam industria orta, quædam interna, quædam externa, & eas differentias admittunt quæ patent ex naturali philosophia, ex moralium virtutum doctrina, & ex iis quæ circa humanarum societatum differentias ac partes demonstrata sunt. Hæc omnia vnusquisque circa seipsum attendere tenetur: circa alios verò, certos, & alia certa, non semper omnia, sed ea tantùm quæ pro singularum relationis seu necessitudinum decenti vsu ignorare non licet.

Horum autem discretio facilior erit ac tutior, si tanquam harum animaduersionum signa communes operationum partes (quarum aliquas concomitantiæ, aliquas subordinationis nominādas in logicis dictum est) constituantur, videlicet Agens, Vis quæ impellit ad agendum, finis cui, seu res cuius booom intenditur, finis propter quem operatur, Media quæ ad finem perducunt, Res circa quam agitur, Vires quibos operatio perficitur: Instromenta seu adiumenta, quorum vsus assumi potest, Ea quæ ex huiusmodi actu consequenti quadam ratione oriuntur seu oriri possunt: atque operandi modi. hæc ad operationis essentiam pertinent. His accidentali ratione adduntur rerum certus status, occasio, locus, tempus, & aliquorum præsentia seu absentia. & hæ quidem sunt partes concomitantiæ. Subordinatæ verò, certa exordia, certi progressus, ac certæ consummationes.

Plurimæ autem dictarum partium subiiciuntur hominis operantis electioni, & ad libitum immutantur. Itaque simul attendendum erit, quænam partes in re proposita immutari possint, & an ex tali immutatione quod proponitur magis seu minus expetibile fiat. sicuti enim operationis existentia ac qualitates oriuntur ex harum partium concursu ac dispositione, ita ex earundem immutatione, Existentiæ rationes ac qualitates immutari necesse est. Et hæc quidem eo magis ad attentionis actum rectè exercendum paratos nos reddent, si proprioribus rationibus contrahantur ad singulos humanos actus internos, externos, naturales, morales, politicos, siue ad Magistratus, siue ad artes exercendas pertineant. Præcipuè tamen hæc inquirenda erunt respectu eorum, quæ ad actus referuntur, vt puta potentia seu impotentia, habitus, dispositiones, debita, consuetudines, & respectu modorum, quibus singulæ operationes exerceri possunt, vt puta, vehementer, quietè, patienter, secretò, apertè, per nos ipsos, per alios.

Deceptionum verò, quæ circa hæc occurrunt, causæ plures sunt: præcipua est, dum absque regula seu regulæ vsu ea asseruntur quæ absque regulæ vsu verè cognosci non possunt, vt puta dum aliquis existimatur iustus, discretus, seu magnanimus, Iustitiæ, Discretionis, ac Magnanimitatis rationibus non conceptis, seu ad illum, de quo affirmatur, non deductis. Et hæc quidem deceptio, dum nos ipsos iudicamus, oritur potissimum ex regulæ defectu. Adaugetur tamen ex amore quo nos ipsos prosequimur, fortasse etiam ex negligentia in propriis perpendendis. Dum verò alij iudicantur accedit internæ voluntatis imperscrutabilis natura, de qua tamen, dum plures actus idem testantur neque aliud contrarium persuadet, ambigere nefas est. In quibusdam timenda sunt incuria, memoriæ lapsus, sensuum hallucinatio. Quod si aliorum testimoniis innitamur, nisi asserentis fides ac probitas plenè perspectæ sint, à fraude præterea cauendum erit. His ad attentionis directionem sic constitutis, nonnulla, quæ ad cæterarum partium consilium constituentium directionem attinent, dicenda sunt.

CAPVT V.

De Prænotionis, Perpensionis, Diiudicationis ac Electionis institutionibus

PRÆNOTIO, quæ dirigitur ad futura, quatenus vel actu consecuntur, vel his, quæ agenda proponuntur, si reipsa agantur, necessariò vel probabiliter consequentur, innititur his omnibus quæ ex animaduersione concipiuntur, illis tamen accedentibus, quæ moralium virtutum ac vitiorum impulsus docent tam absolutè quam etiam dum adsunt vel absunt sanitas, agilitas, robur, ars, libertas, diuitiæ, amici, dignitates, eloquentia, & sapientia. nā dum aliqua nouiter fiunt, ij quibus hæc grata seu ingrata futura sunt, ad ea agenda prouocantur ad quæ proprij mores talibus bonis accedentibus vel remotis illos pronos reddunt. Itaque coniectatur hos pro rerum suarum statu quædam vel acturos vel non acturos.

Ipsa verò prænotio tot vsus habet, quot sunt ea quæ in consultationē veniunt. si enim nouum aliquod agatur, noua quædam euenient quæ tot differentias admittent quot sunt actus qui proponuntur, si nihil agatur nōnulla fortasse corruent vel peiora succedent. Perpensio singulos rerum status, præsentem scilicet, & eos qui ex vnaquaque sententia attendendi sunt, diligenter comparat, habita ratione expensarum cæterorúmque omnium, præsertim autem discriminis quod inter præsentium certitudinem & futurorum incertitudinem cōstituitur.

Diiudicatio, cuius partes sunt decernere quid absolutè sit eligibilius proprium opus rectè perficiet si rectè perpensis insistet, & ea ad vsum deducet quæ superius dicta sunt circa bonorum ac malorum gradus & differentias.

Electio in qua consilium interius consummatur, (vt diximus) in eo differt à diiudicatione, quoniam diiudicatio bona ac mala absolutè & in seipsis respicit: electio verò singula relatiuè intuetur, quatenus scilicet ad certos homines referuntur, & dato tali rerum statu huius vsus rectus censeri poterit, si accuratius percipiantur ea quæ propositum ita eligibile reddunt vt simul æqualia sint oppositis, quæ fortasse illud idem respuendum demonstrant.

Ea verò quę ad electionem impellunt, vt videtur, sunt quatuor, quorum vnumquodque recipit etiam magis ac minus. nam contrarium positiuum admittit. Primum docet, propositum esse desiderabile & expetibile, seu econtra. Secundum docet illud possibile esse seu impossibile. Tertium, rationabile seu irrationabile. Quartum, decens seu indecens. Hæc attendenda erunt eadem hac serie, vanè siquidem inquiritur an aliquod possibile sit, si nullomodo constet illud expetendum esse, sicuti etiam frustra laboramus, dum inquirimus de eo quod expetibile non est, seu expetibile quidem, sed omnino impossibile, an sit rationabiliter eligendum vel non eligendum.

Simili ratione, nisi constitutum sit rem rationabiliter eligendam esse, importunum erit illius conuenientiam confirmare, præsertim si conclusio sit affirmatiua. Dum autem negatiua fouetur, posteriores ad priorum confirmationem decenter adiungi poterunt.

CAPVT VI.

De recta simúlque perfecta consilii exercendi ratione.



ONSILII natura partes, at partiū munia ita enarrata sint. Nunc singulæ consilij exercendi rationes, quas supérius enumerauimus, accuratius explicandæ sunt, exordio sumpto ab ea quam rectam ac perfectam appellandam diximus. Id vt rectius fiat, accipimus ex iam constitutis, hominum consilia omnia necessariò versari circa ea quæ vel pertinent ad communem dispositionem rerum, personarum, & actionum, vt puta dum de totius vitæ dispositione agitur, vel conducunt adeptioni moralium virtutum, vel dirigunt ad facultatum artiúmve habitus consequendos: vel perducunt ad moralium virtutum, ac facultatum, seu artium vsus, illarúmque fructus vberiores effundunt.

Accipimus etiam, horum consiliorum nullum rectè

perfectéque exerceri ac ad actum perduci poſſe, ſiue certorum hominum, ſiue certæ domus, ſiue amplioris ſocietatis bonum intendat, niſi ab illis exerceantur qui non tantùm morum virtutibus præditi ſunt, ſed ſumma etiam ſapientia ac prudentia præſtantiori abundè præſtant, túncque tantummodo, cùm quæ ab illis rectè ac perfectè concipiuntur abſque vllo impedimento executioni mandantur, dum ſcilicet hominum multitudo ſatis ampla ſimul collecta horum conſiliis ac moderationibus promptè aſſentitur & paret: neque enim in dubium reuocari poteſt, (ſi obſeruentur ea quæ circa perfectiſſimam hominum ſocietatem enarrata ſunt) quin hæc conſilia ex eo parte qua intendunt communem rerum, perſonarum, ac actionum diſpoſitionem, eandem perfectiſſimam hominom ſocietatem paritura ſint.

Et hæc quidem conſilia, tanquam ex dignitatis ordine, prima virtute complectentur ea quibus hominũ vnuſquiſque & domus vnaquæque decernit tam circa ea quæ pertinent ad totius vitæ curſum, ſeu ad certam viuendi rationem, quàm circa reliqua quæ virtutum ac facultatum conſecutiones & vſus reſpiciunt, accepto præſertim ab vnoquoque ea quæ in primo ſui ortu à Deo ſeu à Natura obtinuit, licet ex proprio gradu non optima cenſeri poſſent, ſibi verè optima eſſe. Nam ex recto illorum vſu diuinis donis accedentibos ad ſummum bonum perduci poteſt.

Hæc verò ſatis aperta ſunt iis qui memoria retinent conſtitutæ ſocietatis diſpoſitionem, partes ac munia. Talium autem hominum ac talis ſocietatis conſilia perfectiſſimam conſulendi rationem verè retinere, ex eo etiam confirmari poteſt quoniam ſingulæ illorum partes, attentio ſcilicet, prænotio, perpenſio, diiudicatio, atque electio vna cum executione, quamoptimè exercebuntur, ac ab omni errore erunt ſummè turæ. in ea enim omnia omnibus patent, ſingula ex experientia certa tractantur, ſimúlque certis legibus ita definiuntur ac diſponuntur, vt tarò ob virium defectum ab illis diuertere neceſſe ſit quæ abſolutè eligibilia ſunt. Siquis igitur talem tum conſilij incundi, tum præſentis ſcientiæ ad vſom deducendæ rationem conferat logicæ vſibus, hic facilè aſſentietur eam ad decentiſſimam demonſtrandi methodum proportionem habere. quemadmodum enim ex recta demonſtrationum potenſione omnes veritates effluunt, ac rectè admodum copulantur, ita hæc conſilij ineundi ratio, & talis moralis ſcientiæ vſus, bona omnia effundit ac decentiſſimè colligit.

C a p v t VII.

De recta ſed imperfecta conſiliorum exercendorum ratione. De animi conciliationibus, affectuúmque excitationibus ſeu repreſſionibus, quæ, dum in ſocietate imperfecta aliis conſulitur, probationibus adiungenda ſunt.



EOdem modo recta ſed imperfecta conſiliorum exercendorum ratio, rectúſque ſed imperfectus moralis ſcientiæ vſus, ſi ad logicæ vſus referatur, dialecticas argumentationes imitabitur. verſatur enim circa bona disiunctim accepta, nec ſingula annectere poteſt, optimo ac ſummo bono, quod probabili ſyllogiſmo reſpectu veritatis cōuenit, qui veritatem ſimiliter intuetur disiunctim, neque ab iis veritatibus exordirur quæ abſolutæ ſunt primæ. Itaque exerceri ſolet ab illis qui recti quidem cenſeri poſſunt, ſed ſeu ſapientia ac prudentia præſtantiori verè deſtituuntur, ſeu inter eos verſantur, qui præſtantioris prudentiæ vſui obſiſtunt.

Sed, quò talis conſulendi ratio eſt difficilior, eò diligentiorem inſtitutionem expoſcit. Huius tamen rationes non difficilè colligi poſſunt ex doctrina tam moralium virtutum quàm humanarum ſocietatum, præcipuè verò ex diligentiori animaduerſione eorum quæ circa perfectiſſimam ſocietatis humanæ formam enarrata ſunt. Communis ſiquidem diſpoſitio agendorum necnon certa viuendi ſeu moderandi norma eò perfectior erit, quò pro rerum captu magis accedet ad illam quæ perfectiſſimam ſocietatem parit, & eiuſdem ſocietatis domos ac ciues dirigit. Ex his verò facilè demonſtrabitur, quibuſnam morum virtutibus ac facultatibus præcipuè inſudandum ſit, quæque diligentios exercendæ. nouimus enim ſingula hominum munia certæ alicui animæ virtuti proportione reſpondere, túncque tantummodo rectè ſuſtineri poſſe, cùm adſunt & exercentur morum virtutes ac facultates, quæ ad eiuſdem virtutis perfectionem deſiderantur.

Cum autem conſiliorum vis & ad propria & ad aliena extendi ſoleat, ille qui ſibi rectè conſulit aliis etiam conſilium rectè dare poterit. in eo tamen exhibendo extra perfectiſſimam ſocietatem probationibus, quæ rationibus docere poſſunt quid agendum ſit ſeu non agendum, ea annectenda erunt quę reddunt auditorem faciliorem ad aſſentiendum illi qui conſulit, & propēſiorem ad id quod proponitur amplexandum. Primum tunc pręſtatur, cùm audiens prouocatur ad beneuolentiam erga illum qui loquitur, atque ad decernendum eum verè eſſe virum bonum, prudentem, ac ſibi amicum. Secundum, dum idem auditor impellitur ad eos affectus qui propoſitæ ſententiæ fauent, & ab illis auocatur qui eidem aduerſari poſſent. Vtrumque in toto ſermonis curſu (nam abſque ſermone aliis conſilium dari non poteſt,) præſtandum erit: primum tamen præcipuè in exordio, ſecundum in peroratione: probationes verò & ea quæ ad probationem conducunt mediam partem obtinebunt.

Quanuis autem nullum horum adimpleri poſſit abſque vi ſyllogiſtica, vnumquodque enim nouum aliquod ex aliquorum præcognitione intendit, nihilominus nullam argumentationem perficit. probatio enim Enthymematibus iſiniri ſolet, illiſque præcipuè quæ maiorem propoſitionem pronuntiant, minorique ſuppoſita concluſionem obiiciunt. Dum affectus excitantur ſeu comprimuntur, minor tantùm propoſitio obiici ſolet omiſſa propoſitione vniuerſali ſeu magis indeterminata, ac concluſione. vniuerſalia námque atque indeterminata animum internè colligunt, concluſionis verò illatio eundem internè exercet, quorum vnumquodque aduerſatur affectuum motionibus quibus animus ad externa profunditur.

Dum auditoris animus conciliatur, atque ad aſſentiendum propenſus redditur, decentiſſimè tota argumentatio ac ſingulæ illius partes omittuntur, ſed ille qui ſermonem habet, circa ea detinetur quæ auditorem excitare poſſunt ad totum Enthymema per ſe conficiēdum, ſéque ipſum internè colloquendum, vt puta ſi quis dicat, ſermonis mei exordium ab oratione ſumendum eſt, Deúſque Opt. Max. precandus, vt ea quæ dicturus ſum ad veſtrum commodum, ac ad totius Reipubl. pacem, quæ mihi (vt decet illius ciuem) eſt ſummè cordi: talia enim audiens internis oculis loquentis pietatem intuetur, & ſummum in Remp. amorem, iámque ad illi aſſentiendum paratior redditur. Hæc loquendi forma ideo his animi conciliationibus aptatur, quoniā illum qui de ſe ipſo loquitur ab omni arrogantiæ culpa tutiſſimum reddit, & auditori ſummam fidem facit. Nam homini proprium eſt his quammaximè aſſentiri quę ex proprio ingenio colligit.

Affectus verò, qui ſeu excitandi, ſeu comprimendi ſunt, ex totius conſilij concluſione definiendi erunt. Itaque ſexdecim ordinum cenſeri poterunt. cuiuſcunq; enim conſilij finis eſt aliqua actio, vel aliqua omiſſio, quarum vnicuique, vt exercetur adiungi ſolent reſpectu illius cui conſilium datur, ſeu incommoda animi ſollicitudines, labores, ac dolores, ſeu commoda animi relaxationes, quies, ac voluptas: patiúntque reſpectu aliorum, ſeu voluptatem ac cōmmodum, ſeu dolorem & incommodum, continéntque ſeu amicitię ſeu inimicitiæ ſigna: vt conſummatur, affert aliquod bonum, ſeu malum aliquod amouet. Itaque, quatenus actio ſuadetur,

tur, illæ [1] motum virtutes laudandæ erunt, quæ animū ad agendum propensum reddunt, vt puta Magnanimitas ac iusta indignatio, & [2] ea vitia reprehendenda quæ retrahunt ab actione, vt puta Acedia, pusillanimitas, Iræ vacuitas, & animi infirmitas. Quatenus demonstrat ab actione abstinendum esse, [3] insistet in laudibus virtutum, quæ homines in agendo tardiores reddunt, vt puta Discretionis, modestiæ, moderationis, & [4] detestabitur vitia, quæ impellunt ad agendum, vt puta Indiscretionem, Immodestiam, Ambitionem, & Iracundiam. Dū parti qua suadetur annectuntur incōmoda, animi sollicitudines, labores, dolores, [5] celebranda erit fortitudo, [6] & reprehendenda mollities. Econtra si illam associent commoda, animi relaxatio, quies, & voluptas, [7] laudandus erit decens sumet amor ac custodia, & [8] reprehendenda vna præcipitatio, & nimius sumet despectus. Dum id, quod suadetur, aliquibus molestiā, ac damnum affert, & inimicitiæ vsum complectitur, [9] immorandum erit in laudibus illarum virtutum, quæ præcipiunt in faciem hominum respiciendum non esse, dum aguntur ea quæ recta expostit ratio, & præstantioribus bonis legitimè incumbitur: & [10] reprehendenda vitia, quæ, dum videntur ad plura circumspicere, à propriis muneribus homines retrahunt. Econtra, dum ea, quæ intenduntur, pluribus aliis commoda allatura sunt, & plures nouis amicitiæ vinculis deuincire possunt, [11] insistendum erit in encomiis virtutum, quæ impellunt ad hominis cuiuscunque commoda & cuiuscunque amicitiam fouendam docent, vt puta caritatis, beneficentiç, amicitiæ, liberalitatis, ac magnificentiæ, & in illa [12] vitia vehementius inuehendum, quæ ex aliorum bonis contristantur & ex alienis malis delectantur, vt puta in inuidiam, in maleficentiam, & in alias quæ homines sic affectos reddunt. Quatenus bona consecutura sunt, & mala recessura, prout vniuscuiusque sententiæ conuenit, talium bonorum vel [13] cupiditas, vel [14] despectus, & talium malorum, vel [15] paruipensio, vel [16] detestatio excitanda erit, præsertim dato tali rerum statu: quamuis enim hæc ad perpensionem, ad diiudicationem, & ad electionem pertineant, nihilominus ex proponendi modo, affectuū excitationem seu repressionem inducere possunt. idem quippe, dum argumentationem ingreditur, probandi vim continet, & dum seu solitariè profertur, seu cum quadam indirecta deductione, si res prolata ad id valear, affectus attingit, præsertim si propositio sit particularis ac vndequaque determinata.

Capvt VIII.

De locorum Dialecticorum sufficientia ad ea omnia suppeditanda, quæ in consiliorum vsu desiderantur: & de quibusdam quæ ad quorundam probationem propriori ratione deseruiunt.

Qvacvnqve in consiliis rectè exercendis desiderantur, quatenus ignorantur, locorum Dialecticorum adiumentis facilius perquiri poterunt. horum enim vnumquodque aliquam veritatem vel continet vel obiicit, neque veritas vlla inueniri potest, quæ termini alicuius rationalis relationis vim non contineat, licet quæstio sit rhetorica, pertineátque seu ad clariorem perceptionem eorum quæ sub consilium cadunt, seu ad eorundem consiliorum expansionem contractionémve, eaque attendenda sint quæ seu terminorum, seu præmissarum, seu probationum vim continent & deseruiunt, seu probationibus, seu affectuum impulsibus ac moderationibus, seu animorum dispositionibus.

Silentio tamen demandandum est, subordinatas ac concomitantes actionum partes earundémque relationes, si rectè perpendantur, summam vim continere ad electionem, ex qua internum consilij opus consummatur, tutè exercendam: expetibilitas siquidem, quæ prima electionis fundamenta constituit, demonstranda est ex relatione illius fructus seu boni quod ex actione deducendum est, ad illum cuius bonum intenditur, quatenus seu huiusmodi bono caret & oppositis malis premitur, vel eo præditus est, & ab oppositis liber: dum enim his bonis caret & malis premitur, ea actio illi expetibilis erit quæ talia mala expellit & bona opposita parit. Dum verò his bonis est præditus & ab opposito malo liber, talis actio seu actionis fructus illi expetibilis non est. Itaque sani, quoniam iam adest sanitas & abest ægritudo, medicina non vtuntur, quæ tamen illis est expetibilis, qui carent sanitate & certo morbo afficiuntur.

Ex eisdem relationibus maior seu minor expetibilitas demonstrari poterit. nam quantò firmius seu infirmius bona vel mala adsunt seu absunt: & quo bona sunt præstantioris vel minus præstantis ordinis, & mala magis seu minus detestanda, ac inhærendi modus est magis seu minùs firmus, tantù expetibilitas maior seu minor erit.

Possibilitas, quæ secundo loco est attendenda ad electionis confirmationem, conuincitur ex relatione virium, instrumentorum, & adiumentorum, quæ exquiruntur in actionis propositæ consummatione ad ipsum agens, quatenus hæc obtinet, vel facilè obtinere potest, seu eisdem caret, nec facilè parare valet. similique ratione, ex maiori minoríve horum copia seu carentia, maiorique adipiscendi facilitate ac difficultate, maior seu minor possibilitas confirmabitur.

Rem verò expetibilem, simúlque possibilem rationabilem, seu non rationabilem esse demonstrari solet ex euentibus qui actionem concomitantur sæpissimè enim ea quæ verè expetibilia sunt ac possibilia, fortasse etiam facilia, rectè omittuntur, quoniam ea prosequentes, seu ex Naturæ vi, seu ex hominum voluntate, malis longè detestabilioribus subiicimur. Operationis verò conuenientia ex partium quidem omnium ad agentem causam collationibus, sed ex ipso agendi modo præcipuè demonstratur. plurima enim, quæ si cætera respiciantur parum decent, ex agendi modo decentissima fiunt. plurima etiam, quæ ex cæterarum partium collationibus conuenientia demonstrantur, ex agendi modo ad indecentiam delabuntur. Ipsæ verò concomitantiæ partes, si illarum series rectè attendatur, etiam se inuicem demonstrare possunt, quod non parum momenti affert tum ad nouorum consiliorum excitationem, tum ad incœpti consilij consummationem.

Itaque, cùm vnusquisque tam Naturæ quàm rationis legibus impellatur ad aliquid agendum, ac agentis partes sibi sustinendas non ambigat, si ea diligenter attenderit, quę sibi seu essentialiter seu accidentaliter aptantur, non difficilè decernet quibusnam impulsibus assentiri seu aduersari debeat, & ad quorumnam commodum proprias actiones dirigere. His verò positis quamtutissimè deueniet primò ad certi alicuius finis constitutionem realem, mox hoc perpenso media seliget. Hæc autem quoniam certa aliqua ministeria continent, res seu personas circa quas hæc ministeria exercenda sunt facilè demonstrabunt: quorum recta perceptio vires, quę in opere perficiendo requiruntur, conuincet. Ex his instrumentorum & auxiliorum necessitas ostendetur, ex quorum omnium perpensione fructus collectio certius concipietur, simúlque varij exequendi modi, ex quibus varij euentus innotescent. Hinc verò tutissimè deuenietur tum ad certum modum præfigendum, tum ad electionem loci, temporis, occasionis, certique rerum status, quorundámque pręsentia seu absentia rectè optabitur. Talia enim (vt dictum est) sępe in agentis potestate sunt constituta, & quammaximè conducunt ad malos euentus declinandos bonúsque inducendos.

Quoniam autem ex multitudine eorum, ad quorum commodum actiones dirigendę sunt, oritur consequenter multitudo tam finium quàm cęterorum, quę finis vniuscuiusque adeptioni deseruiunt: in harum partium prosecutione ac vsu curandum erit vt singulę sibi inuicem consentiant ac opitulentur. neque enim inconueniit vt idem bonum respectu diuersorum, & finis &

& medii & inſtrumenti munia recipiat. Itaque hæc rectè concepta in cauſa erunt, vt iam eorum quibus eſt inſeruiendum, quàm eorum per quos eſt inſeruiendum, numerus ſummo cum vniuſcuiuſque commodo quammaximè adaugeatur, & amicitiarum leges non parum roboris aſſequãtur. Hæc tamen attendenda erunt in his tantummodo, quæ ex caritatis ſeu amicitiæ legibus agenda ſunt. Nam dum iuſtitiæ debitum vrget, ſeu diuinus cultus, nulla cæterorum ratio habenda erit.

Capvt IX.

De his quæ ad morum habitus inducendos vim habent.

AD pleniorem doctrinam eorum quæ continent Inſtitutiones humanorum conſiliorum ac humanorum actuum qui rectitudine quidem præditi ſunt, ſed à ſumma perfectione deficiunt, explicandum eſt quanam induſtria moralium virtutum adeptio ac inductio (quas ſummam difficultatem continere diximus) rectè inchoari protendique poſſint, ac Deo adiuuante quamtutiſſimè conſummari. Sciendum igitur, vires omnes, quæ animam aliquo pacto immutare poſſunt, neceſſariò attingere vel primò ſuperiores illius partes, poſtmodum verò inferiores, vel econtra primò inferiores, poſtmodum autem ſuperiores, vel vtraſque ſimul.

Quæ attingunt primò ſuperiora, reſpectu noſtri ſunt meditationes, reſpectu aliorum ſermones ac admonitiones horum enim vnumquodque cogitandi vim primò excitat atque exercet.

Quæ primam vim iniiciunt in inferiora, ſunt paſſiones animi, quatenus ſeu voluptatem ſeu dolorem continent. talia ſiquidem reſpectu partium inferiorum vehementiores impulſus pariunt.

Quæ vtraſque partes ſimul exercere videntur, ſunt externi actus, quibus annectuntur collocutiones ac cõſuetudines. nam in his copulari ſolent cogitationis ac ſenſuum vires, ac vt plurimùm voluptatis ſeu triſtitiæ vim complectuntur. Quonam pacto hæc affectus internos immutare, prouocare, ſeu comprimere poſſint, ex ſuperioribus conſtitutionibus ſatis apertum eſt. Illorum autem vires ſi rectè exerceantur, ita ad morum virtutes inducendas vitiáque oppoſita expellenda conducunt, vt vnumquodque certam quandam communis, ac cæterarum moralium virtutum partem proprioti quadã ratione videatur inducere: admonitiones ſiquidem ac meditationes rationi conſonæ, aptiſſimæ ſunt ad eam moralium virtutum partem excitandam quæ eſt magis intellectualis & Prudentiæ nomine proferri ſolet.

Externæ operationes, ſermocinationes, & conſuetudines, Iuſtitiæ rectæque intenſioni inducendæ ac confirmandæ præcipuè deſeruiunt. Paſſiones contriſtantes ſeu oblectantes, ſi rectè adhibeantur ac ad vſum deducantur, fortitudinem ac temperantiam parere & firmare ſolent. contriſtantia enim, quæ oriuntur ſiue ex malorum obiectione ſiue ex bonorum amotione, dum abſque vllo moderamine rectas actiones præcedunt vel concomitantur, fortitudinem clarius teſtatam reddunt. dum arte aliqua certis quibuſdam commodis ac voluptatibus temperantur, infirmos in officio retinent. dum adhærent prauorum actuum conſummationi, pœnitentiam pariunt.

Non diſſimili ratione oblectantia, cuiuſcunque ordinis ſint, ſiue id fiat ex Naturæ diſpoſitione diuináq; prouidentia, ſiue ex hominum induſtria, dum adduntur rectorum actuum conſummationi, rectos habitus firmãt. dum ab illa amouentur, exercent puriorem virtutis dilectionem. hæc tamen, quatenus morum alienorum mutationem tantùm intendunt, præcipuè circa pueros, & circa eos qui ob rationis infirmitatem pueriles ſequuntur mores, ad vſum deducẽda ſunt. Nam ipſa etiam fortitudo ac temperantia, quibus oblectantium contriſtantiúmque obiectiones fauent, deſiderantur, præſertim reſpectu eorum quæ neque eſſentialiter, neque abſolutè ſunt ſeu mala ſeu bona, & quæ attingunt imperfectiores affectus, qui in pueris ac iunioribus quammaximè vigent. Itaque rectiſſimè ſancitum eſt, pueros per lætitiam & dolorem erudiendos eſſe. Eadem tamen contriſtantia ac exhilarantia vim habent circa maiores, dũ exercentur ſeu ad præmium, ſeu ad pœnam. Quapropter fuit Antiquorum ſententia, Pœnam & Præmium Magnos Deos appellandos eſſe.

Capvt X.

De moralium meditationum materia, & materiei diſpoſitione.

MORALIS philoſophia omnia quidem obiicere debet quæ ad mores componendos conferre poſſunt, ſed meditationum rationes præcipuè proſequi. homini enim propriſſimæ ſunt, ex Naturæ ordine inferioribus præſunt, ac tanquam rationi ſummè adhærentes illius moderamina vberius ac facilius colligunt. eaſdem ad inferiores potentias effundere poſſunt. Itaque circa ipſas meditationes adhuc immotandum eſt, accuratiúſque demonſtrãdum circa quæ detinendæ ſint, & quo ordine, tam reſpectu materierum quàm reſpectu propriarum partium protrahendæ ac conſummandæ. his namque rectè perceptis, proprias illarum vires ad animi affectus excitandos ac inflectendos & dilucidius perſpicientur & ad vſum facilius deducentur.

Quod ad primum attinet, ſanciendum eſt, Meditationes detinendas eſſe circa morum virtutes vitiáque oppoſita, circa horum habituum partes ſubiecta obiecta, ac circa horum relationes omnes: cùm enim morum virtutes nihil aliud ſint quàm decentes humanorum affectuum habitus, neceſſarium eſt eas affectuum naturã retinere. Itaque, ſicuti affectus excitantur ſeu remittuntur ex perceptione eorum quę ab ipſis proſequenda declinandáue ſunt, ita ex recta intuitione eorundem modorum, quibus horum vnumquodque rectè præſtari poteſt, ad decentes motus ac habitus diriguntur, ſimúlque horum vitiis purgantur virtutibúſque decorantur.

Harum autem meditationum ordo ſumendus erit ex iam conſtituta doctrina moralium virtutum ac vitiorũ, ſempérque oppoſitorum meditationes erunt copulandæ: nam bonorum amor ex deteſtandorum odio adaugetur, & deteſtandorum odium ex bonorum dilectione firmatur ac roboratur. Primò igitur ea meditari oportet quæ ad decentem ſuimet dilectionem, quatenus communiorem virtutem parit, impellere ſolent, ſimúlque ab indecentibus proſecutionibus repellere. Secundò, meditatio conuertenda erit ad partes eiuſdem virtutis communioris, Iuſtitiam videlicet, Prudentiam, Fortitudinem ac Temperantiam, necnon ad vitia communiora communiorúmque vitiorum partes, ſimúlque curandũ vt rectorum habituum amor ac oppoſitorum deteſtatio vehementiores ac robuſtiores efficiantur. Tertiò, accedendum erit ad meditationes virtutum conſummatarũ, exordio ſumpto ab ipſa Pietate oppoſitáque impietate, cui Deuotio, philoſophia ac humana caritas annectuntur ad virtutis optimæ conſummationẽ & robur. Quartò, deueniendum erit ad ea quæ afferre poſſunt dilectionem Magnanimitatis, Æquanimitatis, Fidei, vtriuſque Iuſtitiæ, Diſcretionis, ac Modeſtiæ, & oppoſitorum vitiorum deteſtationem. Quintò, enitendum erit, vt eiuſdem meditationis vi acutius inſpiciantur pulchritudo cęterarum virtutum, deformitáſque ac peruerſitas ſeptẽ vitiorum capitalium, necnon reliquorum omnium quæ ab illis effluunt. Sextò, admirabilis eximiáq; chorea virtutum omnium ſe inuicem amplexantium attendenda erit, ſimúlque oppoſitorum vitiorum ſummè deteſtanda aſſociatio. Ex his verò Deo adiuuante virtutũ amor vndequaque igneſcet, & vitiorum deteſtatio fortis ac viuida apparere poterit.

Hic tamen Naturę ordo decentius commutari poterit, cùm anima vitiorum malitia premitur, ſeu etiam extrema viciſſim attendenda erunt illorum more, qui cum aliquod valdè graue impellunt, nunc impedimenta remouent & viarum inæqualia plana faciunt, nunc viribus omni-

omnibus innituntur vt mobile procedat. nã vires tantò facilius exercẽtur, quãtò magis impedientia absunt, & impedimẽta tãtò minus obsistũt, quãtò vires validius exercẽtur. Itaq; dũ alicui virtuti singulariter incũbendũ est, & oppositum vitium comprimendum, aliquando intimiora, ea scilicet quæ primò respiciuntur, aliquando remotiora quæ consequenter attendi solent, vehementius meditari oportebit: priora siquidem magis vrgent, posteriora verò animum minus obsistentem reddunt leniúsque alliciunt.

Capvt XI.

De Meditationum partibus, consummatione, & fructu.

Meditationvm verò moralium consummatio sumenda est non ex materia, seu ex certo aliquo modo, sed ex fine tantummodo atque effectu. Nam ea quæ meditamur, ex relatiuorum vi extendi possunt non tãtùm ad vniuersaliora omnia, sed etiam ad particularia. Itaque meditationi hac ex parte certos limites ac modos præfigere impossibile est. Id verò ad meditationum fructus facilius vberiúsque excipiendus non parùm conducit. quãtò enim meditationum campus est spatiosior vsúsque liberior, tantò illarum vis redditur fortior ac decursus iucundior. nam eadem perlustrandi ratio fastidium non affert, sed econtra noua rerum facies nouúsque aspectus & facilius allicit & indefinenter oblectat, cùm præsertim quorundam omissio, dum alia idem præstant, meditationum decorem ac fructus longè puriores reddat atque tutiores.

Quemadmodum enim ciuitas, complectens ordines omnes Magistratuum ac ministrantium sibi inuicem decentissimè cohærentes, ex aliorum additione non perficitur sed perturbatur: ita etiam meditatio nostra, dum ex singulis meditandorum ordinibus ac modis certa aliqua seligit, singuláque ita disponit vt & propriam cõsequatur formam & ad propria adimplenda sufficiat, ex noua meditabilium adiectione modorúmque assumptione (nisi id valdè modestè fiat) vt plurimùm deturpatur & eneruatur. Ea autem, quibus harum meditationum fructus colligi possunt ac fines attingi, vt videtur, sunt duo, Sufficientia scilicet, & Efficacia. Ad Sufficientiam duo itidem desiderantur.

Primum est, nullum eorum præterire quæ ab illo affectu, cuius inflexionem intendimus, primò respiciuntur, expetuntur, ac fugiuntur, sed horum vnumquodque attendere vnà cum his, quæ de illis scientificè demonstrari possunt, ac ipsum prosequentem ex Naturæ ordine ad prosecutionem rectè exercendam impellunt, siue sint absoluta, siue relatiua.

Secundum, scientificæ perceptionis robur primò confirmare, oppositas sententias penitus explodere, simúlque eiusdem veritatem, quatenus versatur circa communia, experimentis ac rerum successibus confirmare: quatenus verò respicit singularia, coniecturis ac eisdem rerum successibus. Et hæc quidem eorum, quæ scientificè patuere, inhumanationem parient: innituntur enim experimentis coniecturísque hominum Naturæ proprijssimis.

Tertium, ad illa accedere quæ ab ipso prosequente expetuntur firmantúrque ex commemoratione legum, admonitionum, eorum quæ naturaliter impellunt, eorũ quæ pertinent ad commune hominum bonum, eorum quæ amicis ac inimicis gaudium seu mœrorem afferre possunt, & similium actionum quæ tanquam exempla attendenda sunt. Horum verò vnumquodque rectè agendi debita fortius probat, ac inhumanationi summam confirmationem adiungit.

Quartum, ea animaduertere ex quibus cæterarum virtutum consensus seu repugnãtia est inspicienda, quęque summæ confirmationi summæ consonantiæ intuitum superaddunt.

Quintum, eandem conclusionem tam rectè categoricæ, & per primæ figuræ modos, quàm obliquè conditionaliter, diuisiuè, ac per cæteros argumentandi modos confirmare ac repetere, vt summæ consonantiæ clarior intuitus accedat, veritásque concepta animum vndequaque repleat, illíque omnino familiaris efficiatur. Hæc omnia moralium meditationum Sufficientiam pariunt.

Efficatia verò, quam præterea ad earundem consummationem requiri sancitum est, tunc inducitur, cum rerum veritas ad animi familiaritatem iam deducta primò efficitur viuida ex adiectione certæ alicuius similitudinis, quæ semper sumẽda erit ab ijs quæ magis sunt nota sensibúsque proximiora. nam tales similitudines aptantur præcipuè phantasiæ. Itaque, dum ab ea plenè amplexantur, veritatis vis in eisdem vigens illam ita replet ac vberem reddit, vt sensus ac affectus inferiores, quibus ex Naturæ dispositione præficitur, necessariò attingat & prouocet, eósque si fortè morosiores inuenerit certissimis veritatibus innixa vehementiua impellat seu comprimat. Tunc verò ipsa veritas appellari poterit non tantum viuida, sed etiam vrgens ac vehemens. Anima verò his impulsibus, prout decet, obtemperante, eadem veritas appellanda erit, non tantùm familiaris, viuida, ac impellens, sed etiam regens & moderans. nam & externus actus ad libitum patiet, & tam à repellentibus quàm à diuertentibus tutus reddet, ex quibus oritur interna animæ quies.

Capvt XII.

De deprauata consulendi ratione.

Percvrsis his quæ rectæ sed non perfectæ consulendi ac exequendi rationi vtcũque prodesse possunt, nonnulla dicenda sunt circa deprauatam eorundem rationem quæ æmulatur deprauatum logicæ vsum. nam deceptionem similiter intendit, ea amplexatur quæ vt vitanda demonstrata fuere, ac Sophistas parit, illis tamen longè deteriores, qui profitentes veritatem falsitatem docent. hi enim (quod abhorreri magis debet) se probitatis studiosos asserunt, & reipsa prauitatem amplexantur, exercent, ac passim effundunt. Quanuis autem singulis logicæ doctrinæ abusibus certi aliqui moralis scientiæ abusus obijcere possint (nam proportio quam totum ad totum habet ad vtriúsque totius partes ex necessitate extenditur) nihilominus admonuisse sufficiet, omnes moralis scientiæ abusus deprauatásque consiliorum, ac actionum exercendarum rationes colligi posse ex simulatione. hæc nempe proportionem retinet ad æquiuocationis fallaciam, in qua cætera omnia, logicè decipientia, virtute contineri nouimus.

Sicuti autem æquiuocationes conceptum quidem excitare videntur, sed verè nullum conceptum pariunt, & voces æquiuocæ aliquid videntur obijcere, sed nullum certum significant, eædémque dum in argomentationibus medij termini sustinent partes & præmissarum vnamquamque ingrediuntur in maiori propositione vnum significant, & aliud in minori: ita simulationes aliquod certum videntur afferre, sed nihil afferunt. nam qui (exempli gratia) Sapientiam simulant, plurima percurrere ac tangere solent, sed reipsa nihil dicunt, & & dum negotia tractant, facta & dicta manifestè discrepant. laudant siquidem virtutes, & in vitiis detinentur: celebrant pietatem ac caritatem, sed impiè viuunt, & singula ad proprium commodum dirigunt: reprehendunt ambitionem & auaritiam, & nihil magis optant quàm honorari & in pecuniarum coaceruationibus toto corde incumbunt: Ingenuitatem ac animi puritatem quammaximè profitentur, cùm nihil sincere dicant seu faciant: quos odio prosequuntur, summi amoris signis decipiunt, paruis siquidem beneficiis eos afficiunt, vt à præstantioribus facilius retrahere possint, & aliquando penitus obruere: quos diligunt odisse asserunt, eadémque est cæterorum omnium ratio. Hæc vtcunque percipere non parum prodest, vt caueantur.

Sciendum tamen est dissimulationes, quas parentes

ad filiorum & Imperatores ad totius exercitus commodum quandoque exercere ſolent, reprehendendas non eſſe, ſed laudandas potius, præſertim ſi mendacia caueãtur. Idem aſſerendum eſt circa ſimulationes quibus idẽ Imperatores hoſtes deludere conantur. bello ſiquidem indicto, niſi nouæ intercedant ſponſiones, partium vnaquæque profitetur apertè ſe aliam oppugnaturam ſeu arte, ſeu violentia, ſeu vtriſque. Itaque deceptio decepto potius quàm decipienti vitio aſcribenda eſt. Et hæc quidem reſpondent Sophiſtis deceptionibus, quæ rectè exerceri videntur, cùm ſeu iuniorum ingenia acuere, ſeu aliquorum peruicaciam refrangere intendunt. In reliquis ſimulatio omnis, præſertim cùm ad malum tendit, tanquam humanæ ſocietatis peſtis ſummè deteſtanda eſt. Sententia verò, qua aſſeritur, Artem arte fallendam eſſe, tunc tantummodo rectè retinetur, cùm peſſima ſimulationis ars optima Prudentię arte deluditur. Si quis autem vitium etiam vitio oppugnaodum dicat, hic vitiorum potius fautor, quàm oppugnator cenſendus erit: tunc enim res ad id deducentur, vt plures, dum deceptionea vitant, deceptionibus incumbant, breuique labe hac peſſima omnes inficiantur.

Capvt XIII.

De contemplationum percurſarum viribus, ad hominum perfectionem induſtria parienda.

Væ ab humanorum actuum directrice philoſophia videbantur expetenda, iam enarrata ſunt. Reliquum eſt, vt demonſtrentur vires viriúmque concurſus tam præſentis quàm præcedentium contemplationum, quas certa ſerie percurrimus, ad hominum perfectionem propria quadam ratione inducendam. ad hanc enim omnia directa ſunt.

Id vt rectè fiat, fingere liceat has humanæ perfectionis partes arborem aliquam magnam ac proceram formare, illarúmque vnamquamque in ea munus aliquod ſuſtinere. hac ſiquidem ſic concepta, facile patere poterit, ea quæ in noſtrarum contemplationum exordio conſiderata fuere, talia arboris ſemen decentiſſimè appellari poſſe. colligunt enim omnium veritatum vim, animúmque ſapientiæ amore vehementius vrgent, veréque ob id ſeminalem naturam referunt.

Quæ in logicis demonſtrata ſunt, eiuſdem arboris radices pariunt ac effundunt. nam rationem ad proprias operationes certa lege exercendas reddunt paratiorem ac firmiorem, ſimúlque ipſum ſcire ad quandam diſtinctionem certiorémque diſpoſitionem perducunt. quod verè nihil aliud eſt quàm induſtriæ perfectionis radices extendere ac firmius defigere.

Ea ad quæ mens noſtra ex primæ ſcientiæ curſo perducta eſt, ob ſententiarum ſublimitatem ac certitudinem, ex quibus cæteræ ſcientiæ oriuntur ac ſuſtinentur, trunci firmioris, ad quem omnis radicum vis concurrit, munia obibunt.


Ipſa verò naturalis philoſophia his innixa, ac eadem ad propria contrahens, præcipui cuiuſdam rami ac maximi naturam manifeſtè retinet.

Demum, hæc moralis ſcientia apertè imitatur rami huius præcipui præcipuos ſurculos ac iam gemmatos. nam ea ratione à naturalium contemplationibus oritur, vt ſcire noſtrum, quod ex præcedentium decurſu propriam reſolutionem conſequitur, ad conſummatam plenitudinem deducat. iam enim percurſis omnibus vniuerſalibus non tantùm deuentum eſt ad certam Dei legem, quæ vnica exiſtens ſingulis hominibus certa ac determinata ratione præeſt, ſed etiam ea omnia in medium allata fuere quę ab vnoquoque homine attendenda ſunt, quæque licet reſpectu proferentis vniuerſalium vim retineant, reſpectu tamen audientium particularia videntur reddi.

Itaque, dum præſentis contemplationis decentes vſus ad decentia conſilia, ad decentes ſermones operationéſque, ac ad decentia opera reipſa impellent, ſimúlque ſcientiæ, ad Sapientię effuſiones ſummè expetendas parient, hi gemmati ſurculi propria folia, flores, ac fructus ferent, huiúſque præſtantiſſimæ arboris omnes effundentur vires: recta ſiquidem conſilia, dum ſingula præſunt & ſingula regunt (ſi in iam conſtituta ſimilitudine perſiſtatur) foliorum munia aſſument: operationes quæ decentem rerum, ac perſonarum diſpoſitionem inducunt, ſeu ad moralium virtutum, rectarúmque facultatum adeptionem dirigunt, vnà cum moratis collocutionibus, flores, hique ſuauiter olentes cenſeri poterũt: operationes, quæ virtutum optimarúmque facultatum rectum vſum continent, & ſermones earundem operationum vim complectentes vnà cum illarum operibus, fructuum naturam obiicient.

Enixius orandum eſt, vt ſummus Iuſtitię Sol ac totius Sapientiæ auctor, noſtram hanc arborem hominúmque mentes diuinis irradiationibus calefaciat, aura ſpiritali recreet, rore diuino reficiat, fontibus pluuiáque pręſtantiori aſſiduè irriget atque aſpergat, ne rectè concepta putreſcant, faſcinentur, ſeu comburantur, ſed admirabili ipſius prouidentia, vndequaque tuta ac ſummè læta, ſimúlque ad pleniorem maturationem perducta, homines his foliis tegant ac muniant, his floribus ornent exhilarentque, & his fructibus ſaluberrimè nutriant atque impinguent.

ANDREAE





ANDREAE CAESALPINI ARETINI QUAESTIONUM PERIPATETICARUM LIBRI QUINQUE.

Prefatio.

NEMINI profecto mirum videri debet, si veritatem, cuius cognoscendæ omnibus hominibus natura inditum est desideriũ, vix tamen attingere datum est paucis. Quanquã enim eius initium maximè simplex est, & natura clarissimum apertissimúmque, multiplici tamen rerum, ab eo prodeuntium compage inuoluitur, vt nobis, qui sponte nostra spectamus externa potius quàm interna, difficillimè pateat. Hac de causa illud effectũ est, vt cum tot seculis philosophi innumeri summis laboribus & studiis diuturnis in perquirenda veritate laborauerint, optatam tamen metam interdum non attigerint. Quibus tamen ob id maximè habendæ à nobis sunt gratiæ, quòd à se inuenta cum posteris tradiderint ad vlteriora perscrutanda iter facilius reddiderunt. Si enim non fuisset Democritus, Empedocles, Anaxagoras, aliique multi, & tandem Plato, non fuisset Aristoteles, quo duce Philosophia ad id dignitatis summum fastigium peruenisse videtur, quando annis iam ferè bis mille, in vnius Aristotelis doctrina intelligenda studium omne impenditur. Quanquam illud etiam factum est, vt ob quorundam barbarorum Commentarios, qui ob acre ingenium autoritatem & primarium locum in Peripatetica disciplina sibi vendicarant, tanta caligo oborta sit, vt conscriptis aliis innumeris in Commentatores Commentariis, Philosophia in errores impegerit inextricabiles. scilicet hi ferè nostrarum Philosophorum nunc sunt mores quos minus intelligunt, magis admirentur, & ad percipienda græcorum sensa, non ipsos græcos, quorum aliqui veluti per manus ab ipsomet Aristotele acceperunt, sed Barbaros interpretes consulant. qui tandem inter impios habitare putent sapientiam. Hanc profecto diuinitus reuelatam sacræ literæ nobis tradiderunt: eandem sponte naturæ multi philosophi saltem balbutientes, indicarunt. non enim dissentire, nullum eorum quæ sunt, veritati oportet. multos tamen minime pudet, quo minùs suam fateantur inscitiam, iis quæ certissima sunt contradicere, & argumentorum deceptiunculas demonstrationes putare, atque huiusmodi suasionibus sacram veritatem euertere. Ego verò Deum optimum maximum precor, vt me ab huiusmodi erroribus præcaueat, & suo lumine, quo solet humanas mentes illustrare, in synceram dirigat veritatem. Huiusmodi igitur initio consisus, e sixus sum Peripateticam disciplinam multorum altercationibus inuolutam, pro viribus mihi concessis euoluere, vt summi philosophi sententia, cum non parua humani generis iactura delitescentes, in apertũ exeant, & reliquis ad veritatis complementum facientibus viam sternant. Difficilem profecto aggressus sum prouinciam, sed libentissimè susceptam. Nam & si opiniones consuetæ, quæ diu iam in scholas Peripateticorum irrepserunt, ex eorum mentibus, qui in iis multum insudarunt, extirpari nequeant: in eorum tamen gratiam, qui sunt veritatis studiosi, nec veneno impiorum adhuc confecti, pleniorem laborem non recusaui. Damnabunt fortè multi hoc institutum, quòd temerarium videatur, putare me videre quæ oculatissimi illi & tam celebres autores non viderunt: solent enim eos reprehendere, quicunque noui aliquid afferant, tanquam paradoxa loquentes. Quibus illud respondeo: Superfluum esse scribere quæ scripta sunt. Nolle autem sua communicare qualiacunque fuerint, aut ignauiæ, aut inuidiæ tribui oportere. malim ego certè mea proferendo doctissimorum virorum iudicio subiici, quàm tacendo examen subterfugere. Ego autem stylo orationis hac persecutus sum, qui neque fastu turgeat, neque abiectissimo dicendi genere vilescat: sed qui rationum momentis apprahendendis sit aptus. Veritatis enim nuditas, quo suam præ se ferat pulchritudinem, non verborum amplitudine, aut aliis orationis fucis indigere videtur: neque tamen sermonis impuritate eadem sordescere fas est. Interim verò vtilissima in scientiis vocabula minimè abhorreo (licet non ignorem fore, vt eorum aliqua purgatiores aures offendant:) vt sentẽtiarum claritati consulerem, non verborum ambagibus easdem obscuriores redderem. Inscripsi autem Quæstiones Peripateticas: quoniam quicquid in iis disputando quæritur, secundum Aristotelis Peripateticorum Principis sententiam, aut secundum tradita ab eodem principia inuestigantur. Nam sicubi ab iis, quæ in sacris diuiniori modo reuelata nobis sunt, discedat, minimè cum illo sentio, fateórque in rationibus deceptionem esse: non tamen in præsentia meum est hæc aperire, sed iis qui altiorem Theologiam profitentur, relinquo. His autem præfatis, institutum ipsum aggredior.

ANDREAE CAESALPINI ARETINI QVAESTIONVM PERIPATETICARVM LIBER PRIMVS.

QVAESTIO I.

Quomodo intelligendum, ex vniuersalibus in singularia procedendum esse.
1. Phys. text. 4



CVM singularia sint nobis notiora, quoniã propinquiora sunt sensui, ab eodem verò remotissima quæ maximè sunt vniuersalia. 1. *Post. tex.* 5. propter quid iubet Aristoteles ad inuestiganda corporum naturalium principia procedendum esse ex vniuersalibus in singularia tanquam ex notioribus nobis in ea quæ natura sunt notiora? An vbique notius nobis est ipsum totum quàm pars, & ipsum confusum quàm distinctum? Patet autem inductione. Siue enim sensu apprehensio fiat, siue intellectu, idem contingit. Nam in sensu tota alicuius facies prius nobis occurrit indistinctè, quàm oculus aut nares, aut reliquæ faciei partes. Et in intellectu plantam, aut arborẽ, aut animal, prius concipimus, quàm oleam aut ficum aut canem: facilius enim est de quodam animali, animal enuntiare indistinctè, quàm huiusmodi animal determinatè. Et in iis quorum definitiones quęrimus, ipsa primùm indistinctè cognoscimus, vt hominem aut canem: postea verò partes eorum substantiam constituentes, vt animal & bipedem intelligimus. Sed & si ex cognitione sensus ad intellectionem tendamus: idem modus est. Sensibilia enim confusa quædam sunt & indistincta: vt hoc albũ, non solum album est, sed & quantum, & motum aut quiescens, quadratum aut rotundum, aut aliam habens figuram, ad hæc lapis, aut æs, aut aliud quippiam tale: quæ omnia simul indistinctè veniunt in sensum: intellectus autem singula seorsum contemplans, distinctè cognoscit.

Sanè horum causa est: quoniam vnitatem prius cognoscimus quàm multitudinem · vnum enim mensura est multitudinis, ipsa autem mensura in vnoquoque genere notissima est. Cùm igitur & totum & confusum vnitatem significet quæ multitudinem seu distinctionem & partes continet, prius illa quàm hæc cognoscere oportet. Iccirco optimè instituit natura, vt ante omnia, inductione res vniuersales discamus ex singularibus. Confusa enim est singularium cognitio, vniuersalium autem distincta: Nam album simplicius est quàm hoc album. Hinc autem ex conceptibus maximè vniuersalibus, & indeterminationem multam habentibus, secundo loco per diuisionem ad species indiuiduas accedimus. Vniuersalium enim ea prius mente concipimus, quæ omnibus conueniunt, quàm quæ quibusdam: vt ens & vnum prius, quàm corpus, aut animal. id quod patet exemplo puerorum, qui conceptum matris putant esse conceptum mulierum omnium, & conceptum patris esse omnium virorum, donec intellectus perspicatior per ætatem redditus distinctionem inuenerit. Vltimò tandem species ipsas indiuiduas iterum exactius contemplantes, in partes ex quibus earum substantia componitur, dissecamus. atque hoc definitione pręstatur: qua habita, demonstrationis principiũ primum, secundum se quidem notissimum, nobis autem antea ignotum, habemus, vnde omnis scientia pendet.

Triplici ergo progressu, vt in aliis plerisque natura solet, perfectionem attingimus inductione scilicet, diuisione, definitione. Inductione quidem similitudinem & conuenientiam intuemur. Diuisione, dissimilitudinẽ & differentiã. Definitione, propriam vniuscuiusq; substãtiã. Inductio ex singularibus vniuersalia facit, & materiam omnem intelligibilem menti offert. Diuisio differentiam vniuersalium inuenit tendens in ea quæ specie sunt indiuidua. Definitio autem species in sua principia resoluit vsque ad elementa, incipiens à singularibus. Facilius enim est singulare definire quàm vniuersale, vt hominem quàm animal: ideo à singularibus ad vniuersalia ascendendum esse præcipit Aristoteles 2. *Post. tex.* 22.

Sed dubitatur, Si diuisio ab vniuersalibus tẽdit in singularia, Definitio autem è contrà è singularibus in vniuersalia, resoluuntur enim species in genera & differentias, quę vniuersaliter prædicantur: quomodo vterque iſ processus, à toto ad partes procedũt, aut à notis nobis ad notiora natura, Respõsum est Aristotelis, 5. *Metaph. tex.* 30. vbi de parte quot modis accipiatur, loquens, inquit: *vno modo species esse generis partes, quia in eas genus diuiditur:* sic autẽ accepit 1. *Phys. tex.* 4. vbi loquit: *multa enim cõprehendit vt partes vniuersale. alio modo genus speciei partem esse, quia scilicet in eius ratione inest tanquam pars.* quod 1. *Phys. tex.* 5. cõfirmat, cum inquit *definitionem totum aliquod diuidere in singulas partes.* Cùm igitur vniuersale respectu singulariũ, aliquãdo totius, aliquando partis rationẽ subeat, fit, vt modo notius nobis, modo notius natura dicatur. Idcirco aliquando ex vniuersalibus in singularia procedimus, scilicet in diuisione: aliquando è contra è singularibus in vniuersalia, in definitione scilicet & inductione. vbiq; tamen à toto seu confuso ad partes & ad distincta procedimus, tanquam à notioribus nobis ad natura manifestiora.

Similiter cùm quæritur verũ vniuersalia veluti genera prius cognoscamus, an particularia, idest species, eadem distinctione respondendum est. Si enim animal tanquã commune quid cõsideremus, ipsum prius cognoscimus. Si autem tanquam speciei partem, posterius. Nõ est autẽ eadem animalis ratio, quatenus cõmune quid pluribus inest, & quatenus pars est substantiæ, Substantiam enim non est necesse pluribus rationibus inesse. Quemadmodũ enim in hoc Sole integra inest Solis natura, sic in hoc animali, natura animalis. nã, etiam si aliud nullum in natura esset animal præter hoc, nihilominus suam haberet perfectionem. commune autem nullum substantia est. 7. *Metaph. tex.* 48. idcirco animal vniuersale, aut nihil est aut aliquid posterius. 1. *de anima tex.* 8. Cùm igitur cõmunis cuiusque minimæ partes sint species vltimæ, (indiuisibiles enim sunt in alias species.) specierũ autem partes minimæ sint ipsa suprema genera, non enim componũtur ex aliis generibus aut differentiis: hinc fit vt suprema genera, quatenus sunt in subiectorũ generum ac specierum ratione, indiuisibilia sint, & postremo cognita: quatenus autem communia quædam, diuisionem multiplicem sortiantur, & primo cognita existant.

Sed propter quid ad principiorum naturalium inuẽtionem præcipit Aristoteles ab vniuersalibus in singularia procedendũ esse, non autem è cõuerso, cum tamen etiam vniuersalia partes sint singulariũ? An Principia esse supponitur? inductione enim & sensu iam prius id inuenisse oportet: quot autem & quæ sint, neque inductione, neque definitione haberi potest. Definitio enim supponit notũ id esse quod definitur, sed quæ sunt principia

adhuc

adhuc incertum est. Inductio autem nec numerum nec distinctionem ostendit, sed vnitatem solùm in multis colligit. Relinquitur igitur, vt diuisione conceptuum vniuersalium in singulares, haberi possit id quod quærimus. Methodo igitur diuisiua vtendum esse innuit Arist. cùm ex vniuersalibus in singularia procedendum esse dicit: prius enim singulares conceptus inuenire oportet, quàm eosdem definire. Quòd autem Methodo diuisiua id præstet, manifestum statim facit in principio suæ indagationis, vbi inquit *tex.6. Necesse est autem aut vnum esse principium, aut multa*, & quæ sequuntur. Duo autem illi processus, qui definitionem antecedunt, inductio scilicet, & diuisio, aliquando nobis minimè animaduertentibus fiunt, paulatim increscente intellectu. Idcirco in multis sæpè non egemus huiusmodi inquisitione conceptuum singularium, vt hominis aut leonis: sed solũ ipsum, quid est relinquitur indagandum. In quibus autẽ ea minimè præstiterimus, impossibile est definitionem aggredi priusquam ea inuenerimus, quæ præcessisse oportet.

Q v æ s t. I I.

Omnem definitionem absolutam ad demonstrationem reduci.

IN eorum definitionibus quæ alteri insunt, manifestum est hoc quod proponimus. Si enim eclipsis definiatur, aut ita, aut aliquid huiusmodi, cum necesse sit addere & subiectum, & causam propter quam subiecto insit, statim in huiusmodi definitionibus aliquid est, quod est tanquam demonstrationis conclusio, & aliquid quod eiusdem est principium: vnde tota definitio est veluti demonstratio, positione differens à demonstratione, vt explicatum est. *2.Poster.tex*.10. Idem autem cõtingere & in definitionibus substantiarum, nunc manifestum fiet. Cũ enim quæstionum aliæ simplices sint, vt An est, & Quid est: aliæ compositæ, vt, Quod aliquid alicui insit, & propter quid: Vult Aristoteles. *7.Metaph. tex*.59. omnẽ quæstionem aliquid de aliquo quærere, etiam in iis quæ simpliciter videntur quæri, vt an est homo, & quid homo est, aut domus. quamuis enim in his lateat aliquid de aliquo quæri, semper tamen quæstionem compositam esse: nam vbique de aliqua materia aliquid quærimus. quod si id nõ fuerit, nihil quæri. Idcirco ergo de simplicibus nullam esse quæstionem neque doctrinam. Si igitur omnis quæstio simplex ad compositam reducitur: ergo etiam omnis definitio completa substantiæ ad demonstrationem reducetur. idem enim est quid & propter quid: & esse compositarum substantiarum est aliquid alicui inesse: quod prius habere oportet, quàm ipsum quid est, aut propter quid quæramus. Idem significauit Aristoteles. *2.de An.tex*.12. vbi animæ completam definitionem quærens, inquit: *oportere definitiuam rationem ostendere non solum ipsum esse, sed etiam propter quid: vt non solum tanquam conclusio videatur, sed etiam eius causam explicet*. Idcirco naturam definitionis explicans *2. Poster.tex*.10. inquit: *definitionem esse orationem ipsum propter quid est explicantem.*

Sed hæc in oppositum videntur facere. Nam si substantiæ definitio est demonstratio, substantiæ erit demõstratio. quod negat Aristot. *6.Metaph.text*.3. & *2.Poster.tex*.2. Præterea cùm substantia tribus modis dicatur, vt materia, vt forma, & vt compositum ex his: neque vt materia, neque vt compositum demonstrari potest: demonstratur enim semper alterum de altero: at substantia vt materia, & compositum, alteri inesse nequeũt: hæ enim cæteris omnibus subiiciuntur. Forma verò, siue materiæ dicatur inesse, siue composito, omnino indemonstrabilis est, nam sine medio vtrisque inest. Insit igitur per aliquod medium forma ipsi materiæ, illud medium longè magis species esset & substantia, de qua iterum quærendum esset vtrum per aliud insit medium, an immediatè insit: aut igitur media infinita essent, aut species & forma sine medio inest materiæ. Significauit autem hoc Aristoteles. 8. *Metaph. text*. 15. vbi nullam aliam causam quærendam esse putat, cur materia & forma vnum sint, hoc enim est eorum esse, non vinculum aliquod aut copula aut quid tale. Meritò igitur indemonstrabilia hæc fuerint, & demonstrationum principia.

Similiter verò putandum est formam composito immediatè inesse. cùm enim illi tanquam pars inexistat, si inter totum & partes non est tertia quædam natura, neque medium vllum inter ipsa fuerit. Quamuis autem partium quædam propinquiores subiecto fuerint, quædam distantiores, vt genera superiora & inferiora se habent, neque tamen inferiora genera pro medio in demonstratione accipi possunt, vt per ipsa demonstrentur ea quæ superiora sunt: neque superiora ad demonstrationem inferiorum: in iis enim quæ subalternatim prędicãtur, medium neque causa est prædicati, neque reciprocum: Non quidem causa, quia è contra superiora causæ sunt inferiorum, insunt enim superiora in ratione inferiorum, non è conuerso. Quòd si superiora pro medio sumantur, non fiet syllogismus: contingeret enim in secunda figura affirmatiuè concludere. Nullum autem eorum est reciprocum, quia superiora semper vniuersalia sunt magis: at demonstratio si ex primis & immediatis est, ex reciprocis constat & causis conclusionis.

Amplius, si in omni demonstratione subiectum aliquod esse oportet actu existens, nulla definitio substantiæ, demonstratio erit. Substantia enim composita non potest esse eius subiectum, quia eius partes definitione explicantur: quod autem demonstratur, non est subiecti pars, sed affectio. Multò autem minus ipsa forma subiectum esse possit: inest enim in eius ratione materia, vt nasus in definitione simi, & corpus in definitione animæ. at in demonstratione subiectum inest in ratione prædicati, non è conuerso. Si igitur forma insit materiæ, non erit forma demonstrationis subiectum, sed materia. At verò neque materia huiusmodi subiectum videatur. non enim est actu per se, sed potentia solùm: in demonstratione autem subiectum actu esse oportet, & per se existens. Hæ igitur difficultates circa hanc sententiam contingunt.

Non fuerit autem difficile soluere, si supponamus, materiam omnem dupliciter considerari: vno scilicet modo, vt subiectum actu existens, quod præexistere oportet in omni generatione, vt æris actus quatenus æs: alio autem modo vt potentia ad alios actus, vt æs non quatenus actu aliquid est, sed quatenus potentia ad statuam: non enim idem est æris esse, & potentia ad statuam. *3.Phy.tex*.9. Consideratio igitur materiæ quatenus potentia est, nullius prædicationis subiectum existit, nisi fortè priuationis: imo neque priuationis est subiectum: esset enim actuale quid, vt alterum contrariorum: at secundum se neutrum habet actu neque formam neque priuationem. quatenus autem actu aliquid est, subiicitur ipsis formis, quemadmodum reliquæ substantiæ affectionibus. patebit enim id magis, cum de materia loco proprio agemus. Quoniam autem eorum quæ in materia sunt tanquam in subiecto, quædam alteram habent causam, quædam minimè, vt in lapidibus forma domus alteram habet causam, scilicet finem cuius gratia instituta est, vt conseruationem suppellectilis: huius autem fortè non est altera causa. idcirco hæc substantiæ ratio est indemonstrabilis, demonstrationis principium existens: in ipsum enim vltimum resoluuntur cæteræ rationes quæ in materia existunt.

Cùm igitur definitio omnis resoluat ipsum totum in partes secundum substantiam, partium autem quædam insint vt rationis materia, quædam vt perfectio: omnis definitio veluti demonstratio erit, in qua non quidem perfectio neque de toto neque de parte demonstretur: inest enim sine medio: sed partes secundum materiam de materia totius per alteram partem, quæ est vt forma. Explicauit autem id Aristoteles *septimo Metaphys. text*. 60. vbi inquit: *in huiusmodi quæstionibus substantiæ postquam habemus ipsum esse, quæri materiam*

propter quid sit. vt, hæc sunt domus, propter quid? quia hæc existunt, quod erat domui esse. & homo hoc, aut corpus hoc tale habens. Quare causa materiæ quæritur, hæc autem est species qua aliquid est & substãtia. Ex quibus facilè dubitationes soluuntur. Nam prima ratio ostendens substantiæ non esse demonstrationem, conceditur. non enim demonstratio est substantiæ, quatenus substãtia est. quoniam substantia non inest alteri. Quanuis enim forma sit in materia, non tamen illi inest vt actu existenti, sed potentia. Quatenus igitur ex potentia & actu vnum fiunt, eatenus substantia est composita, cuius est definitio, demonstratio autem nequaquam: quatenus verò materia subiectum quoddam est, cui actu existenti insunt cæteræ formæ, eatenus earum demonstratio est non definitio.

Dubitabit autem quis de primis rationibus materiæ inexistentibus, vtrum & ipsæ demõstrabiles sint: si enim quo minus detur processus in infinitum, indemonstrabiles ponantur, nulla methodo sciri videbuntur. Nõ enim definitione, quoniam nõ vnum per se sunt plures actus, oportet autem vnum per se esse quæ in definitione sunt. Dicimus omnem actum materialem, quanuis vt indemonstrabilis supponatur à singulis artificibus, resolui tamen in actum quendam priorem à superiori scientia, aut ea quæ omnibus communis est. Actus autem immaterialis in nullum alium resoluitur: hic enim solus primus est à quo cætera pendent: actus autem materiæ primæ quanuis ab altero pendeat principio, non tamen demonstrabilis est. non enim alteri materiæ inest ipsum primum omnium subiectum. Quomodo autem primi actus, & quicunque alteri non inexistunt, sciantur, alibi explicabitur commodius.

Ad alteram dubitationem patet solutio ex dictis: nõ enim in infinitum tendunt media. Nam quemadmodum substantia primum est principium eorum quæ insunt: sic prima aliqua substantia est, in quam cæteræ substantiæ resoluuntur. Quod autem dicitur actum & potentiã sine aliquo medio vnum esse, conceditur. at non concedimus demonstrari actum de eo quod potentia est, sed de aliquo subiecto quatenus actu est. Neque superiora de inferioribus nec è conuerso demonstrantur: sed ratione superiorum generum insunt vnicuique materiæ per inferiorum rationes: primæ enim substantiæ causæ sunt cæterorum. Aperuit hoc Aristoteles. *2. Post. tex. 18.* vbi ea quæ propria sunt generum, speculandum esse inquit, per vltimarum specierum rationes: non enim per propria generum intellexit affectiones generibus contingentes: è contra enim hæ prius insunt generibus, per ipsa autem subiectis speciebus, vt explicatum est. *2. Poster. tex. 22.* sed rationes ipsas genericas ex rationibus specierum vltimarum demonstrari: quia specierum rationes priores sunt ac simpliciores. harum enim perfectio indemonstrabilis est principium existens cæterarum conditionum, quæ ex additione materię contingunt.

Hoc autem modo & termini demonstrationis conuertibiles redduntur, cũ aliàs genera vniuersaliora sint quàm species. Nam differentiæ omnes, quarum ratio est definitio, ad propriam aliquam materiam contractę cõsiderantur in demonstratione: vt curuitas, quanuis lineæ sit affectio, ad nasum tamen contracta simitas appellatur: nihil autem refert simitatem dicere & nasi curuitatem. Idem & de cæteris differentiis est dicendum, inter quas & genera ponuntur, sunt enim & genera differentiæ quædam. Patet autem id magis in formarum definitionibus: nam in his manifestum est subiectum quod additur, cuius ratione contrahũtur differentię: anima enim actus quidem est, sed non cuiuscunque, at talis corporis: proprium igitur quoddam est anima alicuius corporis, aliis nullis competens: ideirco illud in eius ratione inest, quia includitur vt pars eius: nugatio enim esset si animæ corpus adderemus, & simitati nasum: non enim anima alicuius corporis est anima, sed actus: & simitas non est nasi simitas, sed nasi curuitas. communis igitur differentia, vt curuitas, commune habet subiectum, vt fortè lineam: contracta autem contractum, vt simitas nasum. & resoluuntur semper propria in communem differentiam & proprium subiectum non commune. Sed in definitionibus compositarum substantiarum hoc minus patet, quia genus materiam includit, quod differentiis contrahitur. Quanuis autem hic substantiæ partes alio modo diuidantur, quàm in formarum definitionibus: tamen minimè differunt vt alibi à nobis ostenditur. ideirco modica quadam verborum conuersione animalis definitio in animæ definitionem transit. quod si hæc manifestam habet reductionem ad demonstrationem, omnis definitio substantię ad demonstrationem reducetur.

Ad vltimam dubitationem, concedimus neq; ipsum compositum neque formam subiectum esse demonstrationis, cum substantiarum definitiones ad demonstrationem reducuntur: sed ipsam materiam, non tamen quatenus potentia est, sed quatenus actio. Quòd si quis instet, ea quæ in demonstratione sunt, per se inesse oportere, at materiæ quatenus actu est, non per se inesse formas, sed secundum accidens, vt significauit Aristoteles *2. de Part. ani. cap. 3.* cùm enim caliditas sanguini per se insit, in eius enim ratione inest: materiæ tamen sanguinis nequaquam per se inest, sed est ac si aquam calidam vno nomine significemus, cuius pars est caliditas, aquæ tamen per accidens inest similiter & de cæteris formis dicendum videtur, omnes enim compositi sunt partes, materiæ autem nequaquam. An materia pars est earum, idcirco in secundo modo dicendi per se fuerint? per accidens autem inesse ab Aristotele fortè dicuntur, quia non sunt in primo modo? At quæcunque per se sunt, eadem & ex necessitate insunt, formæ autem non ex necessitate videntur huic materiæ inesse, caliditas enim nõ ex necessitate materiæ sanguinis inest: si enim hæc auferatur ex ratione, adhuc ratio caliditatis remanet, vt in igne.

Dicendum est igitur materiam non vnamquamque esse speciei partem: vbique tamen formam inseparabilem esse à propria materia, idcirco inesse huic in secundo modo dicendi per se, reliquis autem per accidens: vt sanguinis, qua sanguis est, caliditas ratio quædam est huius materiæ & humoris à quo separari nequit: simpliciter autem caliditas ab hoc separabilis est. non enim humor est proprium caliditatis subiectum. propter hoc igitur dictum est caliditatem simpliciter acceptam per accidens materiæ sanguinis inesse. At in demonstratione non huiusmodi subiectum accipimus, sed proprium, & tandem id cui primò inest. idcirco ex reciprocis semper est demonstratio, vt ostensum est superius. Patet igitur omnem definitionem completam veluti demonstrationem esse: differre autem verborum positione, quæ nõ solũ penes eorum ordinem consideratur, sed multò magis penes modum. Nam in definitione resolutio fit in partes, quarum vna alteri nequaquam inest, sed vnum sunt vt potentia & actus: Demõstratio autem in easdem resoluit, quatenus actu sunt, ideirco semper alterum alteri inesse dicit. Neque ob id sequitur demonstrationẽ esse ipsius quid est: aut definitionem dicere esse vel non esse: alio enim modo accepti termini demonstrationem constituunt, alio modo definitionem.

QVÆST. III.

Primam Philosophiam, neque demonstratione neque definitione vti.

CVM duo tantũ videantur sciendi modi apud Aristotelem, vnus per demonstrationem, quę causam tradit eorũ quæ alteri insunt, propter quam & insint & omnino sint: alter per definitionem, qua substantiam ipsam & quid vnumquodque sit perspicimus: (Vt enim ea quæ sunt, vel simpliciter sunt, veluti substantiæ: vel alteri insunt, vt substantiarum affectiones, sic duo videntur sufficere instrumenta ad eorum resolutionem, definitio scilicet, quæ in partes secundum substantiam resoluit ea quæ sunt. Demonstratio autem quæ in principia, ea quæ insunt, redigit) Mirum profectò fuerit, primam Philosophiam

neutro

neutro istorum vti. Quomodo enim sciet princeps scientiarum, vnde omnis fides cæterarum pendet? Num ignobilius aliquod argumentationis genus, quasi Dialecticus aut similis ad fidem incertam, quam tamen possunt astruendam, vti solent, vsurpabit? At incertiora multò essent reli inde ortum ducentia: nec tandem scientia vlla esset, sed opinio tantùm, aut similis quædam existimatio. Demonstrationem igitur non esse eorum, quæ à primo Philosopho tractantur, hinc fiet manifestum. Cùm enim de ente quatenus ens est pertractet, huiusmodi autem sit quod simpliciter est & primum, id est substantia *7. Metaph. tex. 5.* si substantiæ non est demonstratio, nec igitur primus Philosophus demonstrabit. Nõ esse autem substantiæ demonstrationem, sed alium quendam manifestationis modum apertè scribit Aristoteles *6. Metaph. text. 1. & 2. Poster. tex. 2.* nec enim alteri inest substantia, demonstratur autem semper alterum de altero. Quatenus igitur primus Philosophus de substantia agit, non demonstrat.

At verò si ad eundem pertinet de substantia agere, & de illis quæ ipsi per se insunt. *4 Metaph. tex. 5.* sunt autem quædam affectiones propriæ entis quatenus ens est, vt idem, diuersum, vnum, & multa, & alia huiusmodi, demonstratio saltem ad huiusmodi necessaria fuerit. An istorum quoque non est medium? idcirco indemonstrabilia, & dignitates illas constituentia, quas omnes sciẽtiæ accipiunt? Non esse autem aliquod medium distinctum à subiecto, patet. Si enim subiectum est ipsum ens quatenus ens, insunt enim omnibus entibus quatenus entia sunt. hoc autem substantia est & quid, non est inuenire alteram rationem priorem illa, vt accidit in affectionibus entium particularium: cùm enim in his alterum sit vnumquodque & quid eorum, est semper altera ratio prior, scilicet ipsum quid est. In primo autem cum idem sit ipsum ens & quid, non potest distingui mediũ à subiecto. Nec igitur demonstratio constitui potest. Idcirco Aristoteles *4. Metaph. tex. 9.* dignitates omnibus notissimas inesse quidem enti prout ens, demonstrari autẽ non posse testatur, nisi aliqua demonstratione ducente ad impossibile. Demonstratio igitur ostensiua ex prioribus nullo modo à Philosopho primo assumitur. Causa enim accidentium est substantia, & primorũ prima: prima autem eadem est cum subiecto. Quod si altera fuerit, non ergo prima erit substantia: aut duæ primæ non vna: nec tamen profecerit quippiam si duæ primæ ponantur substantiæ: vna enim alteri quid proderit, siue sit siue nõ sit? nec igitur demonstratio constitui poterit: necesse est enim terminos inuicem prædicari.

At verò neque definitione sciri ea quæ à primo Philosopho tractantur, ex his patefiet. Cùm enim omnis definitio partes habeat, est enim oratio, erunt similiter partes ipsius notionis & ipsius quid est. *7. Metaph. tex. 33.* Rationis autem partes esse hanc quidem vt materiam, hanc verò vt actum, habetur *8. Metaph. tex. 15.* Non tamen quamlibet materiam esse partem rationis, sed aliquam vbique, & quo pacto distinguatur, explicatur *7. Metaph. tex. 32. & 37.* Quæ igitur nullam habent materiã neq; sensibilem neque intelligibilem, indiuisibilia omnino, & statim vnum esse manifestum est. *8. Metaph. tex. 16.* horum ergo nec ratio erit, nec definitio. haberent enim partes. Huiusmodi autem esse, ea quæ primus Philosophus speculatur, patet. Ens enim simpliciter dictum, ac primum, de quo ille agit, incompositum quid esse manifestum est. si enim materiam aliquam haberet, & tandem compositionem, aliquid eo prius esset, quo existente illud esset. Cùm autem prima substantia sola simpliciter sit, quia non dicitur en quod aliud in alio sit, vt in materia *7. Metaph. 41* & ob id in huiusmodi idem sit esse & quid est simplex omnino esse oportet ipsum ens primum, & ideo nõ definibile, sed omnia finiens. Primus igitur Philosophus in speculatione substãtiæ definitione nõ vtitur.

At verò neque in speculatione eorum quæ illi per se insunt: nam similiter simplicia esse necesse est & prima: cætera enim ad illa reducuntur *4 Metaph. tex. 6.* Neque ideo dici quia alia sint priora præter substantiam ipsam, quam addi necesse est in eorum definitionibus. Non igitur aliqua ratio constitui potest, quemadmodum in cæteris posterioribus fit: in priora enim semper resoluuntur, vt simitas in curuitatem, curuitas in aliquid aliud, donec tandem ad primam contrarietatem deueniatur, quæ vnum & multa continet. Si igitur magnitudo prima esset substantia, rectum & curuum prima esset contrarietas, nec definiri posset. Quòd si substantia quæ in affectionum ratione adiungitur, ipsa per se definitionem completet, quomodo non idem esset subiecto esse & affectioni, vt naso & curuitati? esse enim nasi esset curuitati esse, neque solùm subiecto vnum essent, sed & ratione. At affectio omnis aliquid aliud est præter additum siue subiectum. Si igitur primæ entis affectiones rationes priores non habent præter ipsam substantiam, neque ergo earum definitio fuerit. Primus igitur Philosophus neque demonstratione vtetur, neque definitione.

Oppositum tamen videtur significare Aristoteles. Nã *6 Ethic. cap. 6.* inquit Sapientis esse de nonnullis habere demonstrationem: qua ratione differt ab intellectu, qui circa principia tantum versatur. Sapientiam autem esse primam philosophiam testatur inferius *cap. 7.* exactissimã enim scientiarum esse, nec solùm circa principia versari, sed & circa ea quæ ex principiis colliguntur, idcirco compositionem esse intellectus & scientiæ, rerum tamẽ præstantissimarum. Et *11. Metaph. cap.* . Demonstratiuam sapientiam vocat, quæ circa accidentia versatur. Definitionem autem ad eãdem pertinere innuit *6. Metaph. tex. 1.* imò solius primi philosophi esse rationẽ facere ipsius quid est: inquit enim reliquas scientias circa genus aliquod entis versari, non circa ens quatenus ens est, neq; ipsius quid est vllam rationem facere, sed illud aut sensu manifestantes, aut suppositione accipientes, ea quæ generi per se insunt demonstrare. Idem *11 Metaph. cap. 6.* Quod & rationem videtur habere: si enim propriè scire est demonstrationem habere: substantiæ autem & ipsius quid est non est demonstratio, nec igitur scientia aliqua propriè dicta erit ipsius quid est. Meritò igitur supponẽdum ab vnoquoque demonstratore. Esse autem aliquam scientiam superiorem, quæ sapientia dicitur, cui negotium delegetur ipsius substantiæ, necessarium videtur. cùm enim in cuiusque ratione insit substantiæ ratio *6. Metaph. tex 4* ignorata substãtiæ ratione, & reliqua ignorari necesse est. Si ergo scientiæ sunt demonstratiuæ, & aliud genus sciendi prius & nobilius & perfectius necesse est esse, quo substantiam cognoscamus. Nobilissima autem scientiarum est Sapientia & prima philosophia. Si igitur substãtiæ ratio definitio est, illa sola ipsius quid est, rationem faciet, & sic definitione vtetur. Propterea crediderunt quidam ad primum philosophum pertinere de omnibus entibus ipsum quid est cognoscere vsq; ad species vltimas. quod & videtur significasse Aristoteles *4. Metaph text. 2.* vbi inquit, *Quemadmodum Grammatica vna existens omnes voces speculatur, sic entis quoque quot species sunt, & specierum species contemplari vnius scientiæ genere est.*

Quæ tamen si hoc modo accipiantur, maximas patiuntur difficultates, & manifestas habent contradictiones. Nam primùm expressè negat Aristoteles *11. Metaph. cap. 3.* vbi inquit: *philosophi primi scientiam esse entis quatenus ens est vniuersaliter, non secundum partem: qua ratione differt à Mathematica & à Naturali, quæ secundum partem considerant assumentes genus proprium vniuscuiusque, de quo quærunt principia & accidentia, vt talia, non vt entia.* Præterea, si primus philosophus specularetur substantias naturales, & Mathematica, demonstraret quoque eadem eorum accidentia. Eiusdem enim scientiæ est de substãtia & affectionibus ipsius speculari, *quarto Metaph. text. 6.* superfluæ igitur essent reliquæ scientiæ. Amplius, pertinere propriorum subiectorũ definitiones ad scientias particulares, non autem ad superiorem aliquam scientiam, declarat Aristoteles *sexto Metaph. text. 2.* & *11. Metaph. capit. 6.* & *primo de Ani. text 16*, quibus in locis ostendit quomodo Physico sit definiendum, & quomodo Mathematico. Primo igitur philosopho relinquentur ea quæ nullam habent materiam. Hæc autem definiri non posse ostensum est.

Quę cum hoc modo habeant, non possumus dicere subiectorum quidem scientiam, quæ definitione habetur, primi philosophi esse, propriarum verò affectionum, quę demonstratione sciuntur, alterius esse: eadē enim scientia circa subiectum proprium quærit principia & affectiones quæ ex principiis. Ideirco primus Philosophus, entis, vt ens est principia quærit, & eiusdem affectiones proprias: sic mathematicus circa numeros & magnitudinem: & naturalis, circa mobilem substantiam & eiusdem affectiones versatur.

Quid ergo dicendum ad authoritates Aristotelis in oppositum adductas? Dicimus igitur in eo differre scientias particulares à sapientia, quod illę quidem circa genus proprium, postquam subiectum in propriam illius rationem, atque affectiones in principia propria resoluerint, quiescunt. Sapientia autem omnium rationes quas cæteræ scientiæ supponunt, in priorem resoluit rationem: quoniam verò illa non est altera prior, in eam desinit omnis resolutio, nec in infinitum datur causarum processus. At verò vtrum rationum resolutio in alias superiores rationes demonstratio sit, aut definitio, hoc modo considerandum est. Nam quandiu ratio ipsius quid est, diuisibilis fuerit, vt eius aliquid sit tanquam materia, & aliquid tanquam actus: definitio dicēda est, ac demonstratio sola verborum positione differens, vt alibi à nobis est explicatū. Vbi verò ad indiuisibile peruentum fuerit, erit quidem illa ratio ipsius quid est vltima, definitio autem nequaquam: omnem enim definitionem partes habere oportet eo modo distinctas. Quòd si ea definitio non fuerit, nec etiam demonstratio: omnis enim demonstratio ex definitione colligitur. Si igitur primus Philosophus in huiusmodi quid, entia resoluat, rationem quidem afferet cæterorum omnium, at neque ob id definiet aut demonstrabit.

His autē explicatis iam dubitationes soluamus. Quod igitur scribit Aristoteles Sapientis esse de nonnullis habere demonstrationem, & sapientiam quandam demōstratiuam esse, dictum est quoniam non solùm de substātia agit sapiens, sed etiam de iis quæ illi per se insunt, quorū etsi demonstratio ostensiua non sit, vt in scientiis particularibus, est tamen quædam, ea scilicet quæ ducit ad impossibile, vt patuit superius de communi omnium scientiarum dignitate. At fortè instet quis: communes entis affectiones de singulis entibus demonstrari posse per rationem ipsius primi entis. An hæc demonstratio minimè est? oportet enim ex eodem genere esse mediū & extrema, hic autem medium & affectio primi philosophi est: cætera verò entia, cùm secundum partem considerentur, ad cæteras scientias pertinent. Præterea etsi eiusdem scientiæ concedantur esse omnia entia, scilicet quatenus entia sunt, cùm tamen non sit vniuersalis demonstratio, nec etiam particulares erunt: ideo enim problema est demonstratiuum, si verbi gratia de vite cur folia fluant quæramus, quia continetur sub vniuersali, scilicet latifolio, cuius primi est demonstratio. 2. *Poster. tex.* 24. At de ipso ente, quatenus ens est, vniuersaliter demonstrari proprias affectiones demonstratione ostēsiua non posse, sed solùm ducente ad impossibile ostensum est.

Ad alteram dubitationem quæ ostendebat omnium definitionem ad primum philosophum pertinere, cùm cęteræ scientiæ nullam rationem faciant ipsius quid est: concedimus, resolui quidem omnium rationes in supremam rationem: non tamen hanc definitionem esse, neque demonstrationem: singulorum autem definitiones spectare ad eum qui circa illud genus versatur, & ab vnoquoque supponi, quia non est substantiæ demonstratio. Dubitabit autem quispiam, si ipsum quid est in sciētiis supponitur: nam de subiecto præcognoscere oportet esse & quid est. 1. *Post. tex.* 2. quomodo ergo quæruntur in scientiis definitiones? An quæruntur quidem antequam affectiones quæramus: cùm autem quærimus ea quæ per se substantiæ inexistunt, necesse est prænoscere subiectū esse, & quid est. Quæruntur igitur illa quoq; in scientiis, non tamen demonstratione manifestantur, sed alia ratione. Supponuntur autem cum accidentia quærimus, quorum est demonstratio.

Restat vt explicemus quomodo vna scientia existēs, omnes species entia & specierum species contempletur, non tamen in messem aliarum scientiarum descendat. Non enim intelligere possumus, ens genus esse omnium de quibus prędicatur vt vox genus est omnium vocum. Differentiæ enim diuidentes ipsum eos nō essent entia, cùm genus non sit particeps differentiarum, nec è contra 11. *Metaph. cap.* 1. Nec etiam accipiendum videtur pro vno entis genere, vt pro substantia: nam in eandem difficultatem incideremus, si vna esset scientia omnium substantiarum secundum partem: non enim relinqueretur locus naturali & Mathematico. de substantiis enim quibusdam considerant singulæ, & tot sunt philosophiæ partes quot sunt substantiæ. 4. *Metaph. tex.* 4. Non ergo prima philosophia de omni substantia agit, nec species specierum substantiæ quærit. At per species entia vt ens est, intellexit affectiones eiusdem, vt vnum & multa, idem & diuersum, & eorum species, vt differentiam, contrarietatem & alia huiusmodi, quæ entis vt ens est naturam insequuntur? Hæc enim entis & vnius species appellauit. 4. *Metaph. tex.* 3. affectiones autem per se eorundem esse dixit. 4. *Metaph. tex.* 5. Cum enim genera entium ad vnū primum, idest substantiam reductionem habeant, reliqua eiusdem affectiones merito appellantur. Non igitur ob id primus philosophus in messem cæterarum scientiarū descendet: neque propter hæc definitione aut demonstratione vti cogetur. vniuersaliter enim & quod primū in vnoquoque genere est, considerat, reliquæ autem secundum partem.

Quæ cum hoc modo habeant, qua methodo vtetur sapientia? An in simplicibus & iis quorum non est altera causa, neque resolutio neque compositio locum habēt? neque enim quæstio aliqua de iis formari potest, neque eorum vlla est doctrina 7. *Metaph. tex.* 60. in omni enim doctrina & quæstione aliquid præexistere notum oportet, de quo aliquid aliud quæritur: alioqui nihil contingit quærere. In iis autem quæ verè simplicia sunt, quomodo aliud erit quod quæritur ab eo quod præexistit? dico autem verè simplicia, quia aliquando quæstio fit eorum quæ simpliciter dicuntur, vt compositarum substantiarum, veluti hominis an sit, & quid sit: in quibus latet aliud de alio quæri: semper tamen causa altera quęritur, & aliquid alterum supponitur. Ob id bene dictum est 2. *Poster. tex.* 1. omnem quæstionem esse causæ quæstionem seu medii. In iis autem quæ omnino simplicia sunt, si quæstio aliqua formetur, erit eiusdem de eodem, idcirco nihil in iis contingit quærere, quod profectò in ipso ente vt ens est, patet: in omnibus enim ipsum ens supponitur non quęritur. Hoc igitur est quod intellectus ex sensibilibus inductione colligens primum omnium cognoscit, quo supposito & manifesto reliqua perquirit.

Quæ autem enti per se inexistunt, sciunt quidem, quia causam habent, non tamen per demonstrationem, quia causa non est altera à subiecto, altera tamē ab eo cuius est causa: medium autem demonstrationis non solùm alicuius causam esse oportet, sed & alicui 2. *Post. tex.* 25. nec etiam definitione, quia vnaquæque completa definitio demonstrationem continet potestate, vt alibi explicauimus. Idcirco resolutionem quidem aliquam ipsorum & compositionem concedimus, sed simpliciorem, qui alius modus sciendi est nobilior & perfectior, quàm per demonstrationem aut definitionem. omnium autem perfectissimus est, quo ipsum quid est simplicissimum apprehendimus, primum omnium scientiarum initium. Quoniam autem difficile est nobis ea quæ in natura manifestissima sunt, eo modo vti sunt, concipere, idcirco similitudine quadam rationis cum iis quæ nobis notiora sunt, ea comparantes, compositiones quasdam comminiscimur, vnde & definitiones ac demonstrationes eorundem secundum analogiam astruimus.

QVÆST. IIII.

Scientias distingui secundum genera substantiæ.

QVANVIS entia multis modis diuidantur, & genera diuersa constituāt, vno quidem modo quatenus diuersam prædicandi figuram sortita sunt, vnde prædicamentorum genera à logicia con-

eis considerata otta sunt: alio modo quatenus ipsum esse diuerso modo participant, ab vno quodam quæ substantia est descendentia, quo modo à primo philosopho accipiuntur: distinctio tamen scientiarum neque penes genera prędicamentorum, neque secundum diuersam entium reductionem ad substantiam assignatur ab Aristotele, sed secundum partes ipsius substantiæ. inquit enim 4. *Metaph. tex*. 4. tot esse philosophiæ partes quot sunt substantiæ. Quod & ratione illa comprobari potest. cùm enim in omni scientia affectiones de aliquo subiecto quærantur, sola autem substantia subiectum sit omnium aliorum entium, non enim est accidentis accidens, merito de aliqua subiecta substantia omnes sciētiæ considerant. Vbique autem propriè primi & ex quo cætera pendent, & propter quod dicontor, scientia est. 4. *Metaph. tex*. 2. Si igitur huiusmodi substantia est, penes ipsam omnis scientia assignanda videtur.

Sed hoc tamen multas patitur difficultates. Nam primùm si substantia vnum genus est, 1. *Phy. tex*. 50. omnis autem generis vnius vna scientia est 4. *Metaph tex*. 2. ergo omnium substantiarum vna erit scientia: neque igitur prima philosophia distinguetur à Mathematicis & naturali, genus enim non distinguitur à suis speciebus, Quòd si primus philosophus de aliqua tantùm substantia agat, non de omni, quomodo vniuersalis erit scientia? & quomodo de ente quatenus ens est vniuersaliter agat, non quemadmodum reliquæ scientiæ genus quoddam circumscribentes secundum partem? vt tradit Arist. 6. *Metaph tex* 1 & 11. *Metaph. cap*. 3. Præterea circa Mathematicas scientias alia oritur dubitatio. Cùm enim partem entis sibi assumant. 4. *Metaph. tex*. 1. & sit pars philosophiæ speculatiuæ 6. *Metaph. tex*. 2. & 11. *Metaph. cap*. 3. numeri igitur & continuum substantiæ erunt, si omnis scientia de subiecta est substantia. At ipsum quantum non esse substantiam & ex diuisione prædicamentorum patet, & ex 12. *Metaph. tex*. 44. vbi inquit, solum Astrologum de substantia agere, reliquas Mathematicas, quæ circa numeros & circa Geometriam versantur, de nulla substantia tractare. Amplius, quomodo ex eodem genere fuerint omnia quæ in scientia traduntur? vt voluit Aristoteles 1. *Poster. tex*. 20. vbi inquit, Ex eodem genere esse oportere extrema & medium demonstrationis. Si enim subiectū in omni scientia fuerit substantia, quæcunque in aliis generibus entis continentur, vt in quāto quali, & reliquis, non erunt scibilia: aut scientiæ distinguendæ fuerint secundum genera entium, vt quædā sit ipsius substantiæ, quædam ipsius quanti, vt Mathematicæ, quædam reliquorum generum.

Pro solutione igitur eorum, primò notandum est, substantiam non esse vnum genus vniuocum. Cùm enim ipsum quid est vniuscuiusq; & partes eius substantiæ dicantur, item materia, forma, & compositū, 7. *Metaph. tex*. 7 non solùm penes hæc significata diuerso modo substantię dicuntur, sed etiam si singula eorum accipiamus. nā ipsum qui tot modis dicitur, vt ipsum ens. 7. *Metaph. tex*. 14. similiter materia, forma, & compositum: singula enim eorum non vnum quid sunt in ęternis & generabilibus, nam genere differunt corruptibile & incorruptibile. 10. *Metaph. tex*. 26 Quę cùm hoc modo habeant, diuisę quidem sunt scientię non secundum significata illa substantię, quę dicta sunt, vt scilicet quędam ageret de quid est, alia de materia, alia de composito: nam hęc quamuis nō secundum vnum dicantur, ad vnum tamen omnia sunt. scilicet ad eam substantiam, quæ vt forma dicitur: ipsius enim est ipsum quid est, & materia ideo substantia est, quia potentia est hoc: compositum autem quia actu id habet: ideirco sub eadem scientia omnia ista cadunt, quemadmodum vna scientia est entis vt ens est, quia ad vnum cętera habet reductionem. Sed alio modo genera substantiarum scientias distinguentia sumuntur ab Aristotele 12. *Metaph. tex*. 29. & 5. *eiusdem*, tres scilicet esse substantias, duas quidem naturales, vnam autem immobilē, duas æternas, vnam generabilem & corruptibilem: idcirco tres quoque partes philosophiæ constituit. 6. *Metaph. tex*. 2. & 2. *Phy. tex*. 71. Mathematicam, Physicā, Theologiam, quo autem pacto, inferiùs patebit.

Secundò notandum tria ista genera substantiarū esse inter se proportionabilia. omnia enim affectionibus quibusdam subiiciuntur, & vbique substantia prior est & cæterorum causa. ideo conueniunt in genere quodā analogo. quod & de principiis eorundem testatus est Aristoteles 12. *Metaph. tex*. 19. & 22. quodammodo enim alia aliorum principia, vt æternorum æterna, corruptibilium corruptibilia, quodammodo verò eadem scilicet secundum proportionem. Quoniam autem eorum quæ sub eadem proportione continentur, quædam ordinem habent inter se, vt vnum sit primum, alterum secūdū, & de reliquis eodem modo, vt habent animæ partes, & figuræ, & numeri: alia autem nullum habent inter se ordinem, vt natantia cum volatilibus, aut os cum spina & sepio: quæcunque quidem conueniunt diuersis generibus secundum similitudinem proportionis quomodocunque, vnius scientiæ esse innuitur ab Aristotele 2. *Poster. tex*. 23. & 25. vbi in demonstratione medium aliquando analogum sumi oportere scribit. Quòd si ex illis sint quæ dicūtur secundum prius & posterius, rationabilius est, demonstrationem primi esse, reliquorū autē per primū, quā è contra. In aliis autē nihil refert, cū nullū eorū sit primum. Communis autē alicuius nō potest fieri demonstratio aut definitio, quoniam non est aliqua natura eadem in omnibus quæ analoga sunt 2. *Poster. tex*. 23.

Quibus hoc modo se habentibus soluuntur dubitationes circa primam Philosophiā. Agit enim hæc de primo genere substantię, & de affectionibus primis: reliquę scientiæ de reliquis generibus eorúmque affectionibus, & distinctæ sunt inter se, vt genera substantiæ distincta sunt. Quod autem dicitur, substantiam vnum genus esse, intelligendum est secundum analogiam, habent enim genera ipsa proportionem cum primo genere. Eodem autem modo quæcunque per se accidunt posterioribus generibus, vt motus quies, calidum frigidum, rectum curuum, par & impar, proportionem habent cum prima cōtrarietate primo generi assignata, scilicet vnū & multa, quo pacto reductionem fieri docet Aristot. 4. *Metaph. tex*. 6. Ex quibus patet, aliud esse ad vnum, & analogum. Accidentia enim ad vnum dicuntur, id est substantiam, & materia ad formam: nullā tamen proportionem habent ad illa ad quæ dicuntur, & vnius scientiæ sunt, quia non sunt separabilia Analoga autem proportionem habent inter se, vt substātia ad substantiam, cōtrarietas ad contrarietatem, principia vnius ad principia alterius, & de reliquis eodem modo, ac sub diuersis scientiis cadūt, quatenus scilicet non sunt eiusdem generis: separabilia enim sunt, non solùm ratione sed & subiecto.

Patet etiam quo pacto prima philosophia vniuersalis sit scientia, etiā si de vno tantùm genere agat. Cū enim quædam insint omnibus generibus substantiæ quatenus analogiam habeat, vt ipsum esse, & ipsum vnum, & quæ consequuntur hæc: nulla autem sit natura communis ipsorum analogorum, cui primo inexistant affectiones, sed per primū inexistant reliquis: meritò vniuersalis est scientia, quia est primi generis. Si igitur non esset aliqua substantia prior substantia naturali, scientia de natura prima esset philosophia, & ipsa ageret de ente vt ens est & cæteris consequentibus. cū autem quædam alia sit substantia immobilis & prior, ad illius scientiam pertinet agere de iis quæ omnibus generibus insunt secundum analogiam, vt indicauit Aristoteles 6. *Metaph. tex*. 3.

Circa Mathematicas autem scientias videtur fuisse Aristotelis sententia, non omnes esse inter partes philosophiæ recipiendas, sed solam Astrologiā. Explicauit autem hoc manifestè 12. *Metaph. text*. 44. vbi Astrologiā vocat peculiarissimam philosophiam mathematicarū sciētiarum: quia hæc de substantia quidē sensibili sed sempiterna speculatur, cæteræ verò de nulla substātia agūt, vt quę circa numeros & quę circa geometriā. colligi etiam potest ex enumeratione substantiarū. 12. *Metaph. tex*. 5. & 9. Cū enim tres sint substātiæ, duę sensibiles & mobiles, altera intelligibilis & immobilis, sensibilium autē vnā generabilis & corruptibilis, altera æterna. de generabili quidem & corruptibili naturalis est scientia, de æterna autem & sensibili Astrologia inter Mathematicas, de

immobili autem Theologia. Idcirco tres philosophiæ partes, quot etiam substantiæ statuit 6. *Metaph. tex.* 2. Physicam, Mathematicam, id est Astrologiam, Theologiam. Videtur etiam seiunxisse cæteras Mathematicas à philosophiæ partibus, propter Platonis & Pythagoreorum sententiam, qui cum omnem substantiam in superficies, lineas, & puncta, & tandē in numeros resoluerent, quorum scientię Mathematicis assignatæ sunt, ideo primam philosophiæ partem Mathematicis tribuebant, vt habetur. 1. *Metaph. cap.* 5. Aristoteles autē, cùm ostendisset nulla ex iis separabilia esse 11. *Metaph. cap.* 2. nec inter substantias numeranda 7. *Metaph. tex.* 8. meritò eorum scientias non esse inter philosophiæ partes reponendas, tātò minus inter primas.

Verum enimuero dura hęc videtur sententia, excludi scilicet omnino scientiam numerorum & magnitudinum, præcipuas Mathematicarum scientias, à Philosophia. Nam alibi videtur admittere Aristoteles 6. *Metaph. tex.* 1. vbi tres partes philosophię distinxit, quatenus vna versatur circa inseparabilia quidem sed nō immobilia, vt est naturalis: alia autē circa immobilia quidē, non tamē separabilia fortasse, sed vt in materia, vt Mathematicarū, quędam in quibus verbis manifestè significat Geometriam & Arithmeticam, Astrologiam autē nequaquā, est enim circa mobilia. Primā verò philosophiam circa immobilia & separabilia. ex quibus collegit tres partes philosophiæ. Idē significauit 11. *Metaph. cap.* 3. postquam enim ostēdit circa quæ versetur Mathematicus, vt circa lineas, angulos, numeros, eorúmq; affectiones, & circa quæ Physicus, & tandem primus philosophus, concludit Physicam & Mathematicam scientiam sapientiæ partes esse ponendas. Præterea alio pacto dubitare licet. Si enim substantia sensibilis & æterna alterum genus est à generabili & corruptibili, & ad alteram scientiam pertinet scilicet ad Astrologiā: Naturalis igitur solū erit de generabilibus & corruptibilibus: nā alioqui diuersorū generum vna esset scientia. Pertinere autē ad scientiam de natura agere de cœlestib. corporibus, quæ sola æterna sunt & mobilia, ostenditur ex libris de cœlo ab Aristotele conscriptis, qui inter naturales reponuntur. Cum enim natura sit principium motus in ipsis, vt ex vniuersali demonstratione colligitur 1. *cæli. tex.* 5. non excluduntur à naturali contemplatione.

Dicimus igitur, quemadmodum substantia nō vnum genus est vniuocum, sed secundū analogiam tribus generibus conuenit, vt ostensum est: sic etiā corpus putandum est secundū analogiā prædicari de corporibus corruptibilibus & æternis. Cùm igitur sub vna scientia cadant quæ analoga sunt, quatenus habent rationis similitudinē: atque huiusmodi ascribatur primo generi, quādo secundum prius & posterius dicantur: meritò consideratio de corpore, vt corpus est, & de eius affectionibus, illi scientię tributa est quæ de incorruptibili corpore agit. prius enim est æternū corruptibili. Huiusmodi autem scientia Mathematica appellatur. Quoniam autē corpus vt corpus quatenus quidem diuisibile est, includit rationem numeri, nam ex diuisione numerus consurgit 3. *Phy. text.* 68. quatenus autem secundum tria diuisibile includit rationem superficiei, quæ secundum duo diuisibilis est, & lineæ, quę secundum vnum: idcirco Mathematica non vna fuit scientia, sed in plures partes distributa. Sunt enim diuersa genera ordinem inter se habentia, vt essent scientiæ.

Quædam igitur Astrologia est, quæ de corpore sensibili & æterno agit: quemadmodum prima philosophia de primo substantiæ genere. Aliæ autem de iis agunt, quæ primum quidem insunt corpori æterno, analogicè autem cæteris corporibus corruptibilibus: perinde ac prima philosophia, quæ de ente vt ens est & eius affectionibus agit, quæ analogicè insunt cæteris sustantiis. Diuisæ autē istæ sunt pręcipuè in duas partes, scilicet in eā quæ de magnitudinibus & continuo agit, Geometriā & scientiam solidorum continens, & eā quę de numeris est, Arithmeticā appellatam. Istę igitur philosophię quidem partes non erunt per se sumptę, nam de nulla sunt substantia. Si autē sumātur adnexę Astrologiæ, particulę quædā erunt philosophiæ & de substantia hoc modo agent, quatenus illius substantiæ quā tractat Astrologus partes quædā sunt: insunt enim primò in eius ratione. Quapropter bene dictum est, Astrologiam esse peculiarissimam Mathematicarum philosophiam, quasi & reliquæ aliquo modo philosophiæ nomine sint censendæ, nō tamen simpliciter, sed vt dictum est.

De naturali autē philosophia quid dicēdum? quomodo ingreditur in Astrologiæ negocium? An & natura similiter analoga est, vt corpus & substātia? diuersis enim generibus inest, corruptibili scilicet & incorruptibili: vna tamen eorum est scientia, quatenus principium motus in se habent, quę natura est: quámque Mathematicus omnis à suis cōsiderationibus seiungit. Num & hoc ambiguum de Astrologia? videtur enim tanquam mobile corpus considerare, cùm syderum cursus, velocitates & tempora perquirat. An de iis agit vt quanta sunt? continuum enim primo quidem inest magnitudini, posterius autem motui & tempori. 3. *Phys. tex.* 70. & 6 *Phys. tex.* 19. lationum igitur cœlestium commensurationes & tempora perquirit Astrologus, quatenus quanta quædam sunt: nec ob id de motu vt motus est, nec de corpore mobili vt mobile est considerat.

Illud solùm dubitationem facit. Si natura non vnum quiddam est nisi secundum analogiam: inest autem cœlo & generabilibus: propter quid eius cōsideratio non delegata est Astrologo, qui de cœlo agit, sed ei qui de altero genere tractat, idest de generabili & corruptibili substantia: cùm cœlum prius sit corpore generabili, & similiter eius motus cęteros omnes pręcedat? Quę enim secundum analogiam dicūtur, & secundum prius & posterius, priori generi ascribenda videntur. An & si cœlū sit prius & circularis latio, natura tamen de iis posterius dicitur? accedunt enim magis ad immobilitatem & id quod supra naturam est, cùm vnus tantum insit motus, isque non secundum totum, sed secundum partes 4. *Phys. tex.* 43. Rectè igitur natura genarabilibus primò ascribitur, posterius autem & secūdum analogiam corporibus æternis. Opposito autem modo habuit natura corporis vt corpus est: ingenerabile enim & incorruptibile existens 3. *cæl. text.* 29. rectè prius quidem inest cœlo, posterius autem generabilibus & corruptibilibus: nā hæc & si generentur corrumpantúrque, non tamen vt corpora sunt, sed vt calida, frigida, grauia, leuia, magna, parua, & alia huiusmodi hęc patiuntur. Meritò igitur Mathematicę scientię sunt de incorruptibili substantia: naturalis autem de corruptibili.

Iterum verò dubitatur, Si contraria eiusdem scientiæ sunt quomodo corruptibile & incorruptibile diuersorū sunt generū? Pręterea naturalis vtrunq; probat de substātiis, vt de cœlo ingenitū esse & incorruptibile, de grauibus autē & leuibus oppositū. An subiecta diuersorū sunt generum? esse autē corruptibile & incorruptibile vnius generis sunt? potentiam enim & impotentiam significant: sic autem habent mobilitas & immobilitas, motus & quies, & tandem cōtraria omnia & priuationes. Agit autem naturalis de vtrisque, quoniam corruptibile ad ipsum pertinet: hoc autem tanquam habitus est respectu incorruptibilitatis: sciētia enim per se est ipsius habitus, priuationis autem secundum accidens.

Relinquitur vltima dubitatio quomodo scilicet ex eodē genere sint, quæcunq; in eadē scientia cōsiderantur, extrema videlicet & mediū? Nā ad vnū dici ea quę substantiæ insunt, & propter hoc eiusdem scientiæ esse de aliquo sustantiæ genere & iis quę per se illi insunt cōsiderare, superiùs est explicatum hoc enim modo diuersorum generum vnam scientiam esse posse testatus est, Arist. 11. *Metaph. cap.* 1. Quo autem modo eiusdem generis sint accidentia & substantia, nulla ratio est. neque enim vniuocū genus est, neque analogum. Pręterea neque ideo in eodem genere esse dicere possumus, quia ad vnum dicuntur: non enim exclusisset Aristoteles accidentia quæ per se nō insunt: omnia enim entia ad vnam substantiam dicuntur, non tamen in eodem genere sunt omnia cum subiecta substantia. Innuit autem sola ea quę per se sunt in eodem genere esse, cùm inquit, si enim

non

non per se accidentia erunt quasi hæc non in eodem genere sint. Propter hæc putauerunt quidam, in prædicamentis accidentium non contineri proprias substantiarum affectiones, sed eas à genere substantiæ seiungi non posse: dixeruntque in eo esse, quia substantiam ipsam concomitentur. Non videtur autem hoc esse ex mête Aristotelis, nam 5. *Metaph. cap. 7.* ena per se dictum distinguit secundum genera prædicamentorum: de ente autē per accidens nullam esse scientiam ostendit .6. *Metaph. tex.* 4. Affectiones igitur propriæ, de quibus est scientia, siquidem non distribuerentur secundum genera prædicamentorum, non esset aliud ens per se præter substantiæ genus: reliqua enim essent secundum accidens.

Dicendum est igitur aliud esse in aliquo genere contineri, aliud ex aliquo genere fluere & originem ducere. Nam omnia quidem prædicamenta ex aliquo genere substantiæ fluunt, vt longitudines & cæteræ quantites ex genere corporis: calidum frigidum, graue leue, ex genere corporis corruptibilis, & sic de reliquis: eadē verò in diuersis generibus continentur secundum figuras prædicamentorum. Quæ igitur per se sunt, ex eodē genere esse necesse est: vel enim insunt in ratione subiectorum, vel ipsa subiecta in ratione eorum. Quæ verò per accidens, non ex eodem sunt genere: si enim fluerēt ex eo genere, cui accidere dicuntur, determinatam haberent causam per quam demonstrarentur aut definirētur: at neutro modo, quæ accidunt, rationem constituunt: essent enim per se in primo modo aut in secundo: idcirco eorum non est scientia. Optimè igitur dixit Aristoteles ex eodem genere debere esse medium & extrema, quia per se sunt: non tamen ob id in eodem genere collocari. Sunt autem eiusdem scientiæ etiam si diuersorum sunt generum: quia ad vnum dicuntur, vt superios est ostensum. Quapropter non fuit necesse scientias distinguere secundum genera prædicamentorum. Diuisis enim secundum genera substantiæ dicta, & reliqua in cæteris prædicamentis contenta diuisionem recipiunt, prout ex diuersis generibus substātiæ producuntur, aut propria illorum existentia, aut secundum analogiam pluribus conuenientia, aut aliqua alia ratione.

QVÆST. V.

Substantiarum differentias ex aliis generibus prædicamentorum colligi.

NON solùm affectiones propriæ substantiarum in aliis generibus prædicamentorum contineri videntur, sed etiam ipsæ substantiarum differentiæ quid est explicātes. Nam de affectionibus propriis superiùs est probatum: de differentiis autem hinc fiet manifestum. Primo igitur non contineri in genere substantiæ, patet: nulla enim substantia contraria est alteri substantiæ 1 *Physi. tex.* 53. & 5. *Physi. tex.* 10. Differentiæ autem genus quodcunque diuidentes contrariæ sunt: perfecta enim differentia contrarietas est. 10. *Metaph. tex.* 11 quòd si perfecta non fuerit, non omnes species in diuisione cadent. Nulla igitur differentia substātia est: continebuntur ergo in aliis generibus. Præterea substantia formam prædicandi habet in quid: differentia autem in quale. Si igitur genera prædicamentorū distincta sunt secundum figuras prædicandi. 6. *Metaph. tex.* 4. differentia non erit in genere substantiæ. Sumi autem differentias substantiarum ex omni genere prædicamentorum ostendit Aristoteles. 8. *Metaph. tex.* 5. vbi Democritum reprehendit insufficientiæ, sumebat enim ex tribus tantùm substantiarum differentias, ex figura scilicet, situ, & ordine: addenda autem vult multa alia genera, & tandem tot esse quot modis ipsum est dicitur. Patet etiam exemplo eorum quæ de animalibus traduntur ab Aristotele. 1. *de part. anim. cap.* 3. & 4. & 1. *de Hist. cap.* 1. differunt enim vel quia habeant aliquid vel non habeāt, vel loco in quibus degant, vel figuris, vel potentiis & impotentiis, & cæteris huiusmodi. Idem comprobant elementorum differentiæ, calidum scilicet, frigidum, humidum & siccū. quæ cum materia prima principia sunt, vt actus & forma primorum corporum tangibilium 2. *de Gen. & cor. tex.* 6. & 7.

Sed hæc dubitationes maximi momenti patiuntur, adeo vt grauissimos philosophos diu torserint, & in errores multos duxerint. Nam primùm, si hæc admittantur: quantum, quale, ad aliquid, & reliqua genera erunt priora ipsa substantia. Quatenus enim formam significāt substantiarum compositarum, priora sunt materia & cōposito: materia quidem, quia actus prior est potentia. 9. *Metaph. tex.* 13. composito autem, quia in eius ratione inest. ideo substantia, vt compositum, posterior esse traditur. 7. *Metaph tex.* 9. quatenus verò ipsum, quid est, ratio est differentiarum. resoluitur enim ratio in rationes eorum ex quibus componitur. 1. *Phys. tex.* 65. componitur autem ex differentiis, ideo differentiæ priores erūt ipso quid est. At ipsum quid & tandem omnis substantia præcedit reliqua entia omnibus modis 7. *Metaph. tex.* 4. Præterea cùm cætera prædicamenta præter substantiam alteri accidant, non enim sunt separabilia, ergo & ipsum quid est ex illis conflatum, & tandem substantia alteri accidet. Ratio autem hæc colligitur ex 1. *Phys tex.* 19. si enim animal & bipes alij accidunt, & homo vtique erit accidentium alteri: at substantia nulli accidit. Differentiæ igitur non fuerint in prædicamentis accidentiū. Amplius, præcipit Aristoteles 2. *Poster. tex.* 27. ad venandum ea quæ in quod quid est prædicantur, assumi oportere quæ de omni quidem prædicentur. & de aliis quoque, at non extra genus: huiusmodi autem si tot assumātur, vt totum conuertibile sit cum definito, esse quod quid est. Si igitur huiusmodi sunt differentiæ, non in alio genere reperientur. essent enim extra genus.

Hæ rationes, aut huiusmodi, adeo persuaserunt aliquos in Peripatetica disciplina principes, vt essentiales differentias incognitas esse dicerent, circumscribi autem per eas, quæ licet accidentia quidem sunt, repræsentant autem ipsas substantiæ constitutiuas. Idcirco negauerunt primas qualitates tangibiles differentias esse elementorum essentiales: & tandem videntes quidem contrarietatem in accidentibus, in substantia autem nequaquam, prima entium principia negauerunt esse verè contraria. Promouerunt quoque eos in huiusmodi sententias, quędā ab Aristotele dicta: vt illud 8. *Metaph. tex.* 6. vbi postquam explicauit exempla multa differentiarum ex vno quoque genere prædicamentorum, inquit: *Substantia namque nihil horum est, neque si simul sumantur, attamen proportionale in vno quoque.* Interpretati igitur sunt, differentias illas in diuersis generibus prædicamentorum collocatas nullas esse substantias: sed aliquid aliud quod per illas circunscribitur formam esse substantialem, huiusmodi autē latere. Item quod scribitur. 5. *Phys. tex.* 10. in substantia nō esse motū, quia in substantia non est contrarietas: quasi differentiæ substantiā diuidentes non sint contrariæ, ne cogatur ex aliis generibus colligere. Et 5. *Phys. tex.* 7. generationem & corruptionem mutationes esse in contradictione, motū autē in cōtrariis aut mediis. Ex quibus collegerūt principia generabilium & corruptibiliū non esse verè cōtraria, sed opposita secundum habitum & priuationem: huiusmodi enim oppositio contradictio est in determinato genere. 10. *Metaph tex.* 15.

Sed hæc quantum recedant à mente summi philosophi, facile est videre. Nam si differentiæ substantiam constituentes laterent, quomodo doceret venari ipsum Quid est, assumendo ea quæ non extra genus suor? nam hæc latere dicunt, idcirco assumi ex aliis generibus. Præterea si liceat ex accidētibus constituere definitionem, quomodo differet à descriptione? Amplius, quæ insunt in definitione alicuius, illud non inest in definitione eorum. 1. *Phys. tex.* 29. substantia autem inest in definitione accidentium. 7. *Metaph. tex.* 4 non ergo accidentia assumi possunt in definitione substantiarum. Neque etiam si repræsentent differentias substantiales, ob id definitionem astruent: non enim definitio est si oratio idem significet quod nomen, nam omnis oratio definitio esset. 7. *Metaph tex* 13. quocunque enim nomine repræsentare possumus orationem quamcunque, similiter etiam &

rem quamcunque: imponuntur enim nomina secûdum placitum. Nomen igitur accidentis significatiuum significare posit substantialem differétiam, at hoc modo non erit ignota, vt ipsi statuunt: non enim scientia consistit in impositione nominum: ré autem ignotam quomodo repræsentabunt, aut quomodo scientiam patient? Sed secundum magnam quidem partem conferunt ad cognoscendum quid est 1. *de An. tex. 11.* quia postquam habuerimus notitiam aliquam accidentium, facilius possumus ipsum quid est inuenire: ipsa auté tradere rei substantiam imposibile est. De primis autem tangibilibus contrarietatibus inferius speculandum erit ex propriis rationibus, verum substãtiã elementorum constituát an non, idcirco nunc prætermittatur earum speculatio.

Quòd autem prima generabilium principia negauerit esse veré contraria, similiter repugnat sententiæ Aristotelis. 10. *Metaph. 16.* cum inquit, *Si itaque contrariationes ipsi materiæ ex contrariis* (fiunt autem aut ex specie & habitu speciei, aut ex aliqua priuatione speciei & formæ) *patet quod omnis quidem contrarietas priuatio est, priuatio vera non omnis fortasse contrarietas est. Causa vera est, quia multipliciter priuari contingit quod priuatum est: e quibus autem vltimis transmutantur, hæc contraria sunt*, & quæ sequuntur. In postremis igitur his verbis manifestat veram contrarietatem principiorum non esse secundum habitum & priuationem simpliciter, sed aliquam priuationem esse, quia omnis contrarietas priuatio est, non è conuerso. Amplius si differentiæ genus diuidentes constitutiuæ sunt specierum, priuatio autem vt priuatio est nullam speciem constituit; nulla igitur simpliciter priuatio differentia erit. Quòd si in omni genere vna cõtrarietas, erit in substantia vera contrarietas nõ autem oppositio secundum priuationem.

Relinquitur igitur, vt ad obiecta respõdeamus. Principium autem istorum est: genera prædicamentorum nõ esse genera considerata in scientiis, sed apud logicos, qui diuersam prædicandi formam perquirunt: idcirco sub vna scientia continentur, quæ in diuersis sunt prædicamentis: nam ex eodem genere dicuntur esse medium & extrema, quia per se sunt, vt superius est explicatum. Quæ igitur sunt secundum accidens, ex aliis sunt generibus, quamuis forte eãdem figuram prædicãdi habeant. Verbi gratia, animalibus omnibus inest esse graue, at secundum accidens, non enim secundum quod animal graue est, sed forte secũdum quòd terrenũ quippiam: huiusmodi igitur corpori grauitas per se inerit, aliis autem secundum accidens: quapropter extra genus animalis est ipsa grauitas, sed non extra genus terrestriũ corporum, quamuis eandem prædicandi figuram habeat in omnibus. Accidentia igitur, id est quæ non per se insunt, non possunt cõstituere ipsam substantiam, imo neq; omnia que per se sunt, sed ea tantũ quæ sunt in primo modo dicendi per se: ista enim quid est subiectorum esplicant. 1. *Poster. tex. 9*

Ex quibus facilè soluuntur dubitationes. Non enim sequitur accidentia priora esse ipsa substantia. quæ enim in primo modo sunt dicendi per se, non accidentia sunt, quamuis figuram prædicationis habeant vt accidentia. Quod autem dicitur ipsum quid est præcedere reliquas prædicationes: quantum enim, quale, ad aliquid, & reliqua prædicamenta non sunt separabilia ab ipso quid est: similiter etiam verum est, non solum de iis quæ accidũt, sed etiam de ipsis differentiis posteriores enim sunt ipso quid est, quemadmodum omnia vniuersalia. Alio tamen modo eæ priores sunt, quatenus scilicet partes ipsius quid est, vt enim pars est prior toto, sic differentiæ ipsa specie. sed hæc consideratio alia est ab illa, qua consideratur forma prædicandi: nam secundum hanc assimilantur ipsi toti, vniuersale enim totum quoddam est. 5. *Metaph. cap. 25.*

Circa alteram verò dubitationem, qua videtur substantia alteri accidere: siquidem ea quæ sunt in prædicamentis accidentium, sumerentur in definitione alicuius vt accidentia alteri, etiam illud alteri accideret, vt concludit ratio Aristotelis. Sed non accipiuntur, vt accidétia quæ in definitione assumuntur, quamuis accidere alteri possint. Non tamen omnia vnicuique accidere possunt quæ per se insunt alicui, vt sensitiuum nequaquam inesse posit ei quod non est animal, lapidi enim neque per se, neque per accidens inesse cõtingit. Figura autem & color, & grauitas, & leuitas, multis insunt secundum accidens, cùm tamen eorum singula alicui per se insint. Ratio autem est, quoniam quæcunque per se insunt prioribus generibus, insunt etiã posterioribus, verbi gratia, si figura differentia per se est superficiei, erit etiam corporum omnium superficie contentorum, vt terræ, lapidis, animalium: sed non secundum quod ipsa: per accidens igitur, id est secundum aliud. Quæ autem posterioribus insunt, non ex necessitate insunt superioribus, vt quod inest homini quatenus homo, vt ratione vti, nõ ex necessitate inest animali, multo minus corpori: per accidens tamen inesse posit, quia homo animal est & corpus. illi autem qui homo nõ est, neque per se, neque per accidens inesse posit. Quando autem contingat, vt quæ per se insunt superioribus generibus per se etiam insint inferioribus, alibi ostendemus. multa enim huiusmodi in definitione eorum sunt tanquam rationis materia.

Adhuc verò instabit quis, æquiuoce dici, si aliquid vni sit substantia, alteri accidens. An hoc quidem verum esset, si accidentis aliqua natura esset per se? esset enim eius altera definitio. At si hoc esset, haberetur eius sciẽtia, contra ea quæ determinata sunt. 6. *Metaph. tex. 4.* Verùm cùm sit quasi non ens, nomine enim solùm videtur esse ipsum accidens, si quid est, non est extra id quod per se est: nõ igitur æquiuocè dicitur calor in igne & in aliis corporibus, & sanatiuum quod inest Medico & Fabro.

Tertia dubitatio, qua ostenditur, ea quæ assumuntur ad esplicandum quid est, non esse extra genus illius quod definitur, significat ea non conuenire aliis generibus, nisi fuerint subalternatim posita, vt in ante prædicamentis statuit cum dixit, Diuersorum generum, & non subalternatim positorum, diuersę sunt specie differentię. Non enim differentiæ vnius generis aptari possunt alteri generi, si per se sint. per accidens autem nihil prohibet, vt si bipes aut multipes accommodetur, nõ quidem pedes habenti, cuius per se differentiæ sunt, sed plumoso aut implumi, aut aliis huiusmodi, quorum per accidés differentiæ sunt. 1. *de part. anim. cap. 2.* In subalternis autem contingit, vt aquatile & terrestre, non solùm differentia per se est auium; sed etiam animalium: nec animalium solum, sed etiam viuentium corporum, vt plantarum.

Obiter autem hic explicandum videtur, cur diuersorum generum diuersæ specie sint differentiæ, non autem genere. Viderentur enim si in eodem genere sunt cũ iis quorum sunt differentiæ, si quidem illa diuersa sunt genere, & ipsæ quoque esse. An hoc quidem necessariũ esset, si differentiæ in eodem prædicamento essent cum genere cuius sunt differentiæ: Quoniam autem ex aliis generibus prædicamentorum sumuntur; ex eodem aliquo genere, verbi gratia, ex qualitate sumi possunt diuersorum generũ differentiæ, quæ tamé inter se specie solum differant, vt rectum & curuum differétiæ magnitudinis, par autem & impar numeri. Quomodo autem dicantur differentiæ esse ex eodem genere, cum eo cuius sunt differentiæ, superius est explicatum, id est non secundũ formam prædicandi, sed quatenus per se insunt.

Ad locum autem in 8. *Metaph. tex. 6.* vbi videtur negare differentias ex prædicamentis accidentium sumptas, substantias esse, sed accipi loco substantiarum, quia latent; dicimus, male expositũ esse ab iis, qui in eã sentẽtiã interpretati sunt. non enim hoc dicunt verba eius. Sed, quoniã exépla multa tradita sunt in iis quæ ab arte fiũt, aliis quæ non sunt substantiæ, similitudinem tamen habent & proportionalem rationem cum substantia: idcirco dixit, si quidem substantia causa est cur vnumquodque sit, huiusmodi autem est quæ secundum speciẽ dicitur: similiter intelligendum in vnoquoque quod substantia quidem non est, sed proportionem habet cũ substantia: in omnibus enim species & actus causa est ipsi materiæ, vt secundum vnamquamque prædicationem fit. Quòd auté per verbũ illud, proportionale, hoc significaue-

ficauerit, ostendunt verba illa, quæ statim sequuntur: *& quemadmodum in substātiis quod de materia prædicatur, ipse actus est. & in aliis definitionibus maximè, vt si limen definiatur, dicitur lignum aut lapis sic positus*, & quę sequuntur. Actus enim per quem limen est, positio est, materia autem lignum aut lapis, eodem modo se habet in substantiis. Actus autem omnes cuiúsque materiæ sumuntur ex generibus quæ paulò superius enumerauit: idcirco ex iis etiam causæ cur singula sint, & tandem ea quæ speciē, & ipsum quid est, explicent, petentur. Significauit hoc idem Aristoteles. 1. *Phy. tex. 63.* vbi modus generationis substantiæ enumerauit, qui proportionem habent cum iis quæ ab arte fiunt.

Sed locus supra citatus. 5. *Phy. tex. 10* maximè agit, vbi motus negatur in substātia, quia substantiæ nihil est cōtrarium. Non enim satisfacere videtur responsio illa: intelligere scilicet Aristotelem de substantia composita, non autem de partibus substantiæ, idest de differentiis, quę contrarię esse conceduntur. Nā hoc admisso vt contrarietas insit ipsis substantiis secundum formas, redditur vana argumētatio Aristotelis. Non enim quia cōtrarietas non adsit secundum subiectum, aut secundum quod compositum est, ob id negandus videtur motus. est enim motus cum ex homine albo fit homo niger, nō tamen contrarietas adest, neque secundum subiectū hominem, neque secundum compositum scilicet albū hominem, sed solùm secundum alteram partem scilicet albedinem. Necesse igitur est, si argumentatio Aristotelis bene concludit, vt negetur à substantia contrarietas secundum formas.

An similiter quoque dubitauit Aristoteles. 1. *Phys. tex. 52. & 53?* vbi concluditur ratione substantiæ principia nō esse contraria: primum quia contraria nullius eorū quæ sunt, substantiæ videntur: dicuntur enim omnia contraria de subiecto: si autem principia de subiecto dicerentur, esset principiorum principium, scilicet subiectum, quod prius est prędicato. Deinde cum fiat transmutatio in substantia, siquidē in contraria fieret huiusmodi transmutatio, aut vna substantia contraria esset alteri substantiæ, aut ex non substantia fieret substantia: vtrunque autem impossibile est. Solui autem has rationes testatur supposita materia: quam solutionem explicat. 1. *Phys. text. 67.* inquiens: *principia quodammodo esse contraria, quodammodo non contraria:* Contraria quidem, quia rationes eorū contrarię sunt, speciei scilicet & priuationis: nō contraria autē, quia aliud est subiectū quod nō est cōtrarium, inseparabile tamen à contrariis. Hoc igitur cum priuatione vnū numero existens minimè contrarium est eidē cum specie existenti, quamuis rationes vtriúsque sint contraria.

Num igitur & nobis eodem pacto soluere licebit dubitationem propositam? Vt igitur clarior fiat solutio, dicamus, Transmutationem in substantia cū reliquis trāsmutationibus in eo differre apud Arist. 5. *Phys. tex. 7.* quòd illa quidem ex non subiecto in subiectum est, vel è conuerso: reliquę autem mutationes omnes sunt ex subiecto in subiectum. Quod ideo dictum est, non quia transmutatio secundum substantiam nō fiat ex subiecto aliquo: ostenditur enim 1. *Phys. 62.* omnem simplicem transmutationem fieri ex subiecto aliquo non minus quàm alterationem & cæteros motus. Sed quia cōsideratio subiecti in transmutatione secundum substantiam, non est tanquam actu existentis, sed tanquā potentia, quo modo nequit affirmatione monstrari, sed negatione tantum significatur. Idcirco secundum cōtradictionem dicitur huiusmodi mutatio, non secundum contrarietatē: contrarietas enim omnis in subiecto est, substantia autē nequaquam. pręcedit enim substantia omnem prędicationem. Quoniam autem in omni transmutatione substantię ratione includitur cōtrarietas, necesse est & subiectū aliquod actu existēs includi, cuius ratione mutatio fiat, non simpliciter secundum cōtradictionem, sed secundū contrarietatē. & omnia affirmatione mōstrari, vt induxit Aristoteles 1. *Phys. tex. 63.* sed de his magis erit manifestū, cùm de generatione loquemur.

Patet igitur propter quid dixit Aristoteles in substātia non esse motum, sed mutationem secundū cōtradictionem. contrarietas enim quæ est in substantia, ratione tantū includitur, cùm resoluimus compositum in subiectum & contrarietatem: non autem quatenus substantia est. hæc enim componitur non ex subiecto & contrarietate sed ex materia & forma, id est potentia & actu, quatenus hæc vnum per se sunt, non secundum accidēs. Hinc etiam patet differentias non esse substantias: contrariæ enim sunt. at dicuntur substantiæ, quatenus accipiuntur vt substantiarum partes, scilicet vt actus materiæ. Quibus explicatis nihil amplius videtur obstare, quo minus differentiæ cuiusque generis sint contrariæ, & ob id sumātur ex cæteris prædicamentis, non tamen vt accidentia sunt, sed vt per se in primo modo. idcirco partim quidem dici possunt substantiæ, partim non: vt etiam solet appellare Arist. in prædicamentis. vt enim partes substantiæ, substantiæ sunt dicendæ: vt autem alteram formam prædicandi habent, dicendæ sunt qualitates. vtrunque autem coniungentibus, qualitates circa substantiam appellantur, & prædicantur in quale quid. Nec mirari quis debeat, cur potius qualitates appellentur, cùm in cæteris prædicamentis reperiantur. Nam hoc accidit, aut quia plurimæ in eo sunt prædicamento: aut quia vndecunque sumantur, repræsentant qualitatem circa genus, vt bipes quale quoddam animal. 5. *Metaph. cap. 14.* Eodem modo & genus dicitur significare qualitatem circa substantiam in prædicamentis: & tandem omnia vniuersalia qualia dicuntur. 7. *Metaph. 48.* Nam & genera differentiæ quædam sunt circa aliquam materiam, & omnia vniuersalia differentiæ quædam sunt circa singularia.

Quæst. VI.

Vnicam differentiam, etiam si vltima fuerit, non sufficere ad ipsum quid est, explicandum.

RECEPTVM quidem est vulgò, vniuscuiusque rei vnam esse differentiam vltimam, in qua reliquæ antecedentes virtute contineātur: idcirco illam solam constituere ipsam speciem, & per illam solā definitiones dari posse. Quoniam verò in diuersarum rerum examine huiusmodi vltimam non inueniunt, inquiunt vltimas differentias ignotas esse, idcirco cogi per accidentia definire. Afferunt quoque in hanc sententiam Aristotelis testimoniū. 7 *Metaph. tex. 43.* vbi in definitionibus secundum diuisionem datis, si non superflua futura sit, crebro iisdem repetitis, neque diuisio secundum accidens fiat, inquit: *Manifestum est, quod vltima differentia rei substantia erit & definitio.* Putauerunt enim illud Aristotelem concludere tanquam verum ex veris, non tanquam absurdum ex prauo definiendi modo secundum diuisionem, vt Plato faciebat.

Res autem tota explicatur. 1. *de Part. an. cap. 2. & 3.* Nam præter alia absurda & impossibilia quæ sequuntur ex bipartita diuisione, qua vtebantur in specierum vltimarum inuentione & earundem definitione, differentiarum differentias continuè faciētes, duo potissimum contingebant. Vnum quod sæpè cogebantur assumere differentias secundum accidens, ex quibus non fit vnum per se, quemadmodum vnum est ipsum quid est. Assumebant autem differentias secundum accidens, cùm ad hominis definitionem animal bipes diuidebant in habens alas & earum expers. non enim habere alas bipedis differentia est vt bipes, inest enim vtrunque etiam non bipedi, vt Muscis & formicis: quemadmodum si diuiderent in album & nigrum, quæ nec etiam animalia differentiæ sunt: insunt enim & non animali. Alterum autem absurdum contingebat, cùm omnes differentias per se assumebant. Nam aut superflua reddebatur definitio, repetitis sæpe eisdem: aut vnica tantū differentia, vltima scilicet, erat rei definitio. Fiebat autem huiusmo-

di reperitio, cùm antecedentes differentias vſque ad vltimam ponerent. cùm enim in vltima includantur antecedentes, fruſtra ponuntur antecedētes poſita vltima. exempli gratia, habere pedes differentia eſt animalis, duo autem pepes habere, illius differentiæ differentia per ſe eſt. quatenus enim pedes habet, dicitur bipes aut multipes: io bipede igitur includitur habere pedes. nā ſi traſponantur differentiæ, manifeſtius fiet, cùm ſcilicet diaerimus, animal bipea habens pedes: fruſtra enim ponitur habens pedes dicto bipede: non deberet autem ordo alterare definitionem, quoniam in ſubſtantia non eſt ordo. Quod ſi aufugere velint repetitionem, vnica taotùm differentia ſcilicet vltima, integra erit rei definitio, & tot numero erunt ſpecies ſub aliquo genere, quot ſunt illius diuiſionis differentiæ indiuiſibiles in alias differētias, vt ſub genere habentiū pedes, ſiquidem bipes indiuiſibilis ſit in alias differētias, cùm ſit vltima, vnica erit bipedū animalium ſpecies vltima. Multipedum aotē ſiquidē alia fiſſos habent pedes, alia noo fiſſos, vt quę ſolidam habent vngulam: habentia autem fiſſos, aut in duas pares, vt biſulca, aut in plures, vt quorum pedes deſinunt in digiros, ſecundom numerum ſciſſionis pedum, erit numerus ſpecierum vltimarum: vt enim ad indiuiſibiles differentias peruenitur, ſic ad ſpecies indiuiſibiles in alias ſpecies.

Sed hæc omnia quàm ſint abſurda, manifeſtum eſt. Nam aliquando plures ſunt ſpecies quàm vltimæ differentiæ, vt habentium pedes oon ſciſſos reperitur equus, aſinus, camelus, qoorum non eſt amplius differentia ſecundum pedes. Et biſulcorum ſimiliter multæ ſpecies reperiuntur: necnon eorum quorum pedes in quinque digitos ſunt ſciſſi: differentiæ tamen illæ indiuiſibiles ſunt in alias differentias per ſe exiſtentes. Aliquando autem pauciores ſunt ſpecies quàm differentiæ: oon enim differentia quæ ſecundum priuationem dicitur, ſpeciem aliquam conſtituit ſola. neceſſe autem eſt illis bipartitò diuidentibus priuationes aſſumere pro differentiis vltimis. nam priuatio vt priuatio non ponit aliquā naturam: & multo minus priuationis erunt aliæ differentiæ. differentiæ enim ſunt eius quod eſt nō eius quod non eſt. Si igitur non ſunt æquales ſpecies ipſis differentiis vltimis, ſed omnis differentia vniuerſalis exiſtit & prædicabilis eſt de pluribus ſpeciebus, fieri non poteſt, vt vnica differentia ſit alicuius ſpeciei definitio. Omnia autē hæc contingunt ex modo definiendi per diuiſionē bipartitam, quem modū etiam Porphyrius eaempli gratia tradidit in cōſtitutione arboris ſubſtantiæ, vnde forte orta eſt occaſio errandi in Peripatetica doctrina.

Ariſtoteles igitur vt huiuſmodi errores euitarei, præcepit genus ſtatim diuidendum eſſe pluribus diuiſionibus, non vnica tantùm, vt altera ratio faciebat. vniuſcuiuſque autem diuiſionis vltimas tantùm differentias colligendas eſſe ad vltimarum ſpecierum definitionem, ne ſuperflua redderetur. cùm igitur ſingulæ ampliores eſſent, idcirco tot aſſumebat donec omnes coniunctim æquales eſſent com ſpecie: ſic enim propriam fieri vniuſcuiuſque definitionem: atque hoc modo neque aſſumētur differentiæ ſecūdum accidens, cùm multæ ex ijs ſint eatra genus primum: neqoe ſuperfluum quid aderit, cùm ſolùm vltimæ differentiæ aſſumantur: neque diminutum, cùm non prætermittatur aliquid eorum quæ in quid eſt prædicantur, quemadmodum prætermittitur ab ijs qui vnicam tantùm differentiam aſſumunt in definitione Quæ tres conditiones ab Ariſtotele notantur. 2. *Poſter tex*. 4. Ex quibus etiam patet non eſſe ordinem in ſubſtantia. 7 *Metaph. tex*. 43. nihil enim refert ſiue vna præcedat, ſiue altera, cùm altera non ſit alterius differētia, ſed omnes vnius. Non videtur autem Ariſtoteles 7. *Metaph tex* 43. inferre tanquam abſurdum vltimam differentiam eſſe rei definitionem quoniam non erat eius intentio io illo loco methodum illam redarguere, cùm alibi abundè feciſſet: ſed volebat oſtendere quomodo ea quæ in definitione ponuntur vnum quid ſunt. oſtenditúrque hoc primùm in definitionibus, ſecundum diuiſionem traditis, vnum eſſe, quia vna tātùm differentia vltima definitio eſt, ſi ritè fiat. Quoniam autem hoc non cōtingebat in aliis definitionibus, idcirco alia ratione oportuit oſtendere vnitatē partiū definitionia, quod poſt multas dubitationes tandē oſtēdit. 8. *Metaph. tex*. 15. & 16.

Sed vt hæc clariora fiant, bonum fuerit aliquantum dubitare aduerſus ea quæ dicta ſunt Primùm igitur ſi generis vnius vna eſt contrarietas 1. *Phyſ tex*. 50. contraria autē in vnam ſpeciē componi neqoeunt, eſſet enim mixtio: neque igitur plures differentię vltimæ coniungi poterunt ad aliquā ſpeciem conſtituendā: nam illas inter ſe rationem contrarietatis habere neceſſe eſt, cùm ex eadē oriantur diuiſione. vna igitur erit vltima vniuſcuiuſque differentia. Quòd ſi plures differentiæ vltimæ ex diuerſa contrarietate aſſumantur: ſpecies igitur vna ſub diuerſis generibus collocabitur: aut vnius generis plures erunt cōtrarietates, nō vna. Prætereа ex duobus in actu non poteſt fieri vnum. 7. *Metaph. tex*. 49. differentiæ autem huiuſmodi ac diuerſa contrarietate ſumptæ actus plures ſunt: non enim vna eſt alterius actus, licet ſint ambæ ipſius materiæ: non ergo vnam ſpeciem & vnum quid eſt, conſtituent.

Ad primam dubitationem dicemus, Genera quidem ſimplicia vnicam contrarietatem habere. ſimplex enim non niſi vnico modo diuiſibile eſt, vt linea ſecundū vnū, ſuperficies ſecundum doo. Genera autem compoſitionem multam habētia multis modis diuidi poſſe rationi eſt conſentaneū. Sunt autem ſimpliciſſima genera ſumma, non enim componuntur ea aliis: inter quæ eſt ſubſtantia, cuius contrarietas ſumma, ad quam cæteræ reducuntur tum in eo prædicamento, tum in reliquis, eſt habitus & priuatio. Maximè autem generis ſimplicitas apparet in ſenſibilibus qualitatibus, vt in coloribus album & nigrum, in ſaporibus dulce & amarum, & io cæteris eodem modo: vnica enim contrarietate diuiduntur non pluribus, quia genus in his ſimplicem differentiam ſignificat: at in ſubſtantiis compoſitis hoc minimè contingit, genera enim in his non vnam ſignificant differentiam ſimplicem, ſed multarum complectionem. Si igitur ſingulæ differentiæ diuiſionem recipiant, oeceſſe eſt huioſmodi genera multiplici diuiſione diuidi, non vnica. Quod autem dixit Ariſtoteles in omni genere vno vnam eſſe contrarietatem, per vnum genus ſignificauit ſimplea, qualia ſunt & genera ſumma, & differentiæ omnes ſimpliciter acceptæ: hæ enim ſi diuidantur, genera quædam ſunt ſimplicia.

Verùm inſtare quis poſſit: ſi quorundam generū vna tantum cōtrarietas eſt, ſequetur ſaltem definitiones eorum quæ ſub illis proximè continentur, per vnā tantùm differentiam aſſignari poſſe, vt album per id quod eſt diſgregatiuum viſus perfectè definietur: genus enim fruſtra videtur poni, ſiquidem virtute includūtur in vltima differentia omnia ſuperiora, vt voluiſſe videtur Ariſtoteles 7. *Metaph tex*. 43. nam alioqui non bene concluderet ibi, vltimam differentiam eſſe rei definitionem, niſi in ea includeretur genus. At ſi hoc eſſet, quomodo ipſa definitio definitum in partes diſtingueret? nam definitionis eſſe partes manifeſtum eſt. 1. *Phyſi. tex* 5. & 7. *Metaph. tex*. 33. Vnica autem differentia definitionem complens ęque totum dicit, vt definitum indiſtinctè: non enim partes numerat. An in differentia non includitur genus? eſſet enim genus pars differentiæ: at neutrum alterius participare teſtatur Ariſtoteles 7. *Metaph. tex*. 42. quod & figura prædicandi oſtēdit. genus enim prædicatur vt ſubſtaotia, differentia autē vt quale: animal enim nō aliquid alterū eſt, ſed ſimpliciter: bipes autē noo ſimpliciter eſt, ſed aliquid alterū, vt animal vel homo. diuerſa igitur genere ſunt, nec vnum ſub altero continetur. Idcirco neceſſe eſt in omni definitione genus opponere. At ſecundum modum definiendi apud Platonem genus erat ſuperfluum: cum enim differentiæ differentiam continuè diuidendo faceret, poſteriores differentiæ omnia ſuperiora includebāt, vt ſpecies includit genus. Quemadmodum igitur ſuperfluum eſt dicere animal homo: ſic ſuperfluum, pedes habens bipea: includitur enim animal in homine, & in bipede habēs pedes, quod in de-

finitio-

finitionibus est aufugiendum. Hoc autem minimè contingit io modo definiendi apud Aristotelem: differentiæ enim adiunguntur generi vt actus materiæ, non vt inferiora superioribus: iccirco non redditur superflua definitio, imo diminuta esset, si genus auferretur.

Adhuc verò instabit quis: si differentia non est extra genus, includetur genus in eius ratione, vt nasus in ratione simitatis: hoc autem modo vanum fuerit genus addere: esset enim nugatio, vt ostenditur. *7. Metaph. tex. 18.* An differentia non ob id est in genere nisi secuodum accidens? quia enim speciebus per se inest, ideo extra genus non est: neque inest in eius ratione genus, nisi quatenus est in ratione specierum: vt par & impar sine numero non videntur definiri posse, quia per se insunt speciebus numeri. Similiter simum non omni naso inest sed curuo: curuo igitur naso primo, & per se inest: simpliciter autem naso per accidens, non enim est reciprocum, quemadmodum requiritur ad vniuersale primum efficiendum Quo autem modo discernenda sint ea, quibus aliqua insint per se, & quibus per accidens, per se autem quibus in ratione eorum, quibus è conuerso, explicatum à nobis est aliàs. Amplius autem insurgit dubitatio: videtur enim posterior differentia vbique antecedentem includere: nam si species sunt sicut numeri. *8. Metaph. text. 10.* numerorum autẽ posterior omnes priores includit: etiam differentiæ posteriores reliquas includent, inter quas numeratur & genus: est enim differentia quædam. satis igitur erit vltima differẽtia ad definitionem complendam. quod patet in animæ differentiis. cùm enim sensitiuum includat vegetatiuum vt ternarius binarium, ad animalis definitionem satis erit sensitiuum dicere, & ad hominis definitionẽ rationale: hoc enim reliquas differentias includit. quòd si in his liceat hoc modo facere, cur non & in reliquis omnibus idem contingat?

Dicimus similitudinem numerorum apud Aristotelẽ in hoc esse, vno modo quatenus species & ipsum quid est diuisibilis est in indiuisibilia, vt numerus in vnitates; alio modo quatenus addita aut dempta vna differentia non est amplius species & quid est, non tamen ex hoc sequitur, vt alia sit species: non enim quælibet differentiarum congregatio speciem constituit. Præterea, quemadmodum vnitas quæ additur, reliquas vnitates non continet, esset enim idem quod numerus: similiter etiam differentia addita, siquidem assimilatur vnitati, non continebit ex necessitate reliquas differentias. De speciebus autem non tenet similitudo, vt quemadmodũ species numerorum alios numeros continent, sic vna species substantiarum alias contineat. non enim essent vltimæ, sed vna ad alteram se haberet, vt totum ad partes. Quòd autem animæ species & differentiæ similitudinem numerorum repræsentẽt, admittitur. verum enim est. ideo partes potius animæ appellantur ab Aristotele quàm species: species enim substantiam significat à cæteris separatam: animæ autem partes non sunt à se inuicem separabiles. Animalium autem & cæterarum substãtiarum species similitudinem illam numerorum nequaquam seruant. Quanuis enim per animam consecuta sint ipsum esse omnia animata: non tamen ob id vltimæ animatorum species animarum differentias ex partibus sumptas sequuntur. Nam si hoc esset, quot essent animarum partes, tot etiam essent vltimæ animatorum species.

Hoc autem modo plantæ omnes eiusdem speciei indiuiduæ essent, & animalia tactum solum habẽtia & reliqua ratione carentia non in multitudinem specierum distinguerentur. Non enim differunt plantæ per animæ differentiam. nam præter vegetatiuum, quod omnibus commune est, nihil habent: similiter tactum habentia, aut omnes sensus: rationem autẽ nequaquam. Si igitur illud cuius differentia aliquid non differt, idem est. *4. Phys. tex. vltimo*: animæ autem differentia plantę non differunt inter se: eadem ergo anima in omnibus est plantis. Quòd si tum plantarum tum animalium ratione carentium innumeræ fermè sunt species: & quemadmodum canis specie differt à leone, sic & anima: Erunt singularum partium animæ plures differentiæ, non tamen amplius sicut numeri: quemadmodum neque species animalium neque plantarũ. Idcirco figuris magis assimilantur animæ partes quàm numeris. Nam & si in quadrangulo triangulum continetur, non tamen species trianguli se inuicem continent, neque species quadranguli, & reliquarum figurarũ. Vt igitur æquilaterum & scalenum non differunt figura, quia non differunt differentia figuræ, eædem enim figuræ sunt, sed non eidem trianguli: sic species canis & leonis non differunt differentia animæ, eadem enim pars animæ in vtrisque est: sed solùm differentia generis proximi, vt species trianguli differentiis trianguli: huiusmodi autem non sunt sicut numeri, vt scilicet vna species alteram cõtineat, sed alia ratione, vt explicatum est superiùs.

Vbicunque autem vna differentia cæteras continet, vtrum contingit per illam tantùm definire? vt hominem per rationis participationem, & animal per sensum? Nã si admittamus, eadem ratio erit in omnibus: quædam enim differentia ad reliquas se habebit vt sensitiuum ad vegetatiuum, & vt intellectiuum ad reliquas potentias: nam posterior semper addit aliquid ad priores differentias, donec conuertibilis redd.tur cum specie. An si posteriorem differentiam adderemus tãquam reliquarum differentiã, vt Plato faciebat, illud contingeret? idcirco aut superflua redderetur definitio, aut vnica tantùm differentia illam compleret. At quanquam sensus inseparabilis sit à vegetatiuo, & ratio à sensu in mortalibus: non tamen sensum tanquam vegetatiui differentiam assumimus: neque rationem vt sensitiui differentiam, sed omnes vnius: alicui enim materiæ insunt omnes differentiæ. Hanc autem materiam genus includit, ad quod differentiæ se habent, non vt species ad genus, neque vt simum ad nasum, sed vt curuitas, & tandem vt statuæ figura ad æs, quatenus potentia est non actu. Quanuis autem differentia aliqua reciproca sit cum specie, vt sensitiuum cum animali, & intellectiuum cum homine, nõ tamen complet definitionem quia differentia non simpliciter dicitur vt substantia, sed eorum est, quæ inseparabilia sunt. Ex dictis igitur patet, quanuis genera quædam per vnicam tantùm contrarietatem diuidantur, quorum species vltimæ secundum numerum vltimarum differentiarum consurgant, vt in coloribus: non tamen per vnicam illam differentiam assignari posse definitionem: genus enim vbique adiũgi oporter, quod est veluti altera differentia idcirco dixit Aristoteles *7. Metaph. tex. 43* definitionem esse ex differentiis rationem: ad minus enim duo requiruntur, genus scilicet & differentia.

Ad alterã autem dubitationem dicimus, quemadmodum genus & differentia vnum sunt, quia hoc quidẽ vt materia, alterum autem vt actus *7. Metaph. tex. 15.* eodem modo & differentias se habere inter se. contrarietatum enim vna veluti materia ad alterã se habet, vt in elemẽtorum constitutione humidum & siccũ vt materia, calidum & frigidum vt actus. Sed hic instabit quispiam. Si differentiæ hoc modo se habent inter se, actus autem & perfectio vltimò aduenit post potentiã, ordo igitur erit in substantia, & dabitur in omni definitione vltima quędam differentia actũ significans. Respondemus, necessarium esse in omni definitione vt sit aliquid, quod vltimũ ea ratione dici possit, quia actus. Quòd autẽ huiusmodi reliquas partes includat, aut quod necesse sit illud vltimo loco ponere, nulla ratio est. Ratio enim calidi & frigidi nõ includit rationẽ humidi & sicci, nec è conuerso: sed ratio duri & mollis includunt rationem humidi & sicci, sunt enim quędã eorum species. *2. de Gen. & cor tex. 10.* Quę igitur ponuntur in definitione, si quidẽ eo modo se habuerint inter se, vt se habet durũ ad siccũ superfluę sunt, vt probatũ fuit superius, & inter ista datur ordo: prius enim secudũ rationẽ est quod est magis vniuersale. Si autẽ assumãtur differẽtię ex iis contrarietatib. quæ inter se reductionẽ nõ habeãt, nec superfluum quid apponetur, nec ordo aliquis fuerit necessarius. Manifestũ autẽ hoc fiet in definitionib. accidentiũ: in quib. vt plurimũ vltimo loco ponitur id quod gerit vicẽ materiæ quod autẽ actũ significat, primo loco: vt quid est serenitas?

quies in multitudine aëris, aër materiam, quies actum significat. Quid est tranquillitas? Maris planities. Mare materia est, planities forma. *8. Metaph. tex. 6.* nec refert siue dicatur planities maris, siue alio ordine. Similiter autem & in substantiis, non perturbabitur definitio, præposito aut postposito genere.

Adhuc autem dubitare quis possit: si ipsum quid est, speciei competit & actui. *8. Metaph. tex. 8.* non autem compositæ sententiæ: materia enim non est pars ipsius quid est. *7. Metaph tex. 37.* vltima igitur differentia actum significans, aut huiusmodi aliquid, erit rei definitio. Nam alioqui continget nullam definitionem ostendere ipsum quid est: quemadmodum Antistenici dubitabant. *8. Metaph. tex. 9.* quia definitio oratio quædam longa est, idcirco quale quid docere, quid autem nequaquã. Quasi eorũ quæ in definitione ponuntur, nullum sit quod actum & formam significet, sed omnia sint veluti materia, vt quemadmodum syllaba aliquid aliud est præter elementa, sic ipsum quid est hominis aliquid aliud sit præter animal & bipes. Quam sententiam refellit Aristoteles. *8. Metaph. tex. 8.* non enim compositio est ex animali & bipede, vt vnum sint compositione. quemadmodum neque syllaba est ex compositione & elementis: quasi compositio esset ex compositione & materia. componuntur enim quæ stare possunt separata: compositio autem non est aliquid separabile, quemadmodum neque actus vllus materialis. Idcirco abutimur nomine compositionis, cùm dicimus aliquid componi ex materia & forma.

Ad dubitationem igitur dicimus: cum actus duplex sit, quidam simpliciter existens, & non alicuius materiæ: alter autem non simpliciter, sed alicuius, vt omnis actus materialis: de primo quidem verum est, non esse aliquam definitionem, indiuisibilis enim omnino est: definitio autem omnis diuidit in partes. de altero autem actu solùm definitiones habentur, quia complectuntur & actum & id cuius actus. Ad id autem quod dicitur, materiam non esse partem ipsius quid est, respondet Aristoteles *7. Metaph. tex. 39.* non enim omnis materia seiungenda ab ipso quid est (nam quædam est pars speciei) sed illa tantùm quæ est pars totius idest singularis, in quam corrumpitur vnumquodque. Cùm enim scientia omnis, siue per definitionem, siue per demonstrationem, eorum sit quæ æterna sunt nec aliter habere possunt, necesse fuit ab huiusmodi materia seiungere, per quam res singulares sunt simul & corruptibiles. *7. Metaph. tex. 53.* materia autem illa quæ in definitionibus recipitur, alterius est rationis nam respectu quidem illius, forma est, respectu autem alterius partis quæ in definitione ponitur, materia dicitur. Concedimus igitur ipsum quid est competere ipsi actui, non autem composito, idest singulari: alicui tamen composito, quatenus actus huiusmodi non simpliciter est, sed alicuius actus. At verò si hæc ita habent, videbitur omnis definitio ex additione monstrare ipsum quid est: erit enim semper alicuius compositi, cùm alterum de altero dicatur eorum quæ in definitione compositorum sunt: huiusmodi autem ex additione monstrari, & non esse substantias, ostensum est. *7. Metaph. tex. 12.* nõ enim de altero dicitur substantia. An quæ ex additione monstrãtur, actu duo sunt, subiectum & affectio? in definitione autem non eo modo accipiuntur partes, vt vnum alteri insit, sed vt vnum sunt, vt potentia & actus. quatenus autem aliquo modo ex additione definiuntur, reducitur omnis definitio ad demonstrationem, vt alibi explicauimus.

Verùm & altera occurrit dubitatio, Si omne quid definitione explicabile, est alicuius actus, videbitur tantũmodo esse definitio formarum non compositorum, vt animæ non animalis: aut non videbitur differentia inter animam & animal: si enim in definitione animæ assumitur actus & materia: compositio autem huiusmodi est ipsius animalis, idem erit anima & animal. An differunt quatenus in hac quidem materia adiungitur actui, in animalis autem definitione actus ipsi materiæ? genus enim materiam significat, differentia formam in definitionibus compositorum: in formarum autem definitionibus, genus actum significat, differẽtia materiam, quemadmodum etiam in definitionibus accidentium. *8. Metaph. tex. 6.* Diuersitas autem est propter diuersam figurã prædicandi. Eorum enim quæ in diuersis sunt prædicamentis, non prędicantur alterum de altero, nisi denominatiuè. Quodcunque autem primitiuè prædicatur, in eodem genere est, & prius altera prædicatione, vt sunt genera & omnia superiora de inferioribus: quæ & secundum nomen, & secundum definitionem prædicantur. Cùm igitur materia accidentiũ substantia sit, & animæ corpus quoddam, necesse fuit materiam denominatiuè prædicari, & loco differentiæ poni. non enim anima in genere corporis est, sed in genere eorum quæ de altero dicuntur vt actus. Vt igitur in diuersis generibus sunt anima & animal, sic diuersas definitiones non quidem secundũ rem, sed secundum modũ dicendi sortita sunt: actus enim & materia in vtrisque eadem sunt, licet non eodem modo prædicentur.

Hinc autem manifesta est via reducendi definitiones ad demonstrationes. si enim commutetur prædicationis modus, transibit animalis definitio in definitionem animæ. hæc autem manifestam iam continet demonstrationem: similis enim est eius definititio definitionibus affectionum. sed de his alibi fusius dictum est. Ex his igitur patet, nullam definitionem dari posse per vnicam differentiam, sed vbique necessarium esse genus, quod alicubi actum, alicubi materiam significat. Præterea in vltimarum specierum definitione in substantiis propter multiplicem compositionem, plures vltimas differentias assumendas esse ex diuersis contrarietatibus, quarũ vna alteram non includat, sed solùm vna sit, vt materia, altera vt actus: sic enim vnum fiunt. Ad generum autem quorundam aut specierum definitionem, vnicam differẽtiam cum genere sufficere propter generis simplicitatẽ multiplicem diuisionem minimè recipientem, in quibus differentia conuertibilis est cum specie. Ex quibus manifestũ est, quam illi recedant à sententia Aristotelis, qui in omnibus quærunt vltimam quandã differentiam cum specie æqualem: quæ cum lateat in plerisque, circumscribi putant per ea quæ sunt in aliis prædicamentis.

QVÆST. VII.

Præter animata & animatorum partes nullas esse substantias.



VANQVAM prima fronte plurimis difficilis visura sit hæc sententia, quippe quæ repugnare iis videatur, quæ omnibus sunt confessa (Nemo enim vnquã negauit simplicia corpora, vt aërem, aquam, ignem, & terram substantias esse, & quæcunque ex illis constant, siue animalia, siue anima carentia, vt aurum, argentum, ferrum, metalla omnia, & lapides: vt colligere possumus ex *7. Metaph. tex. 5.* & *2. de Anim. tex. 3.* manifestissimas enim has substantias vocat Aristoteles: non autem esse animata simplicia corpora idem probat *3. de Anim. tex. 66* & *1. de An. tex. 86.*) Si tamen diligentius quid substantia sit perpendatur, luce clarius patebit, solam animatorum eorúmque partium naturam substantiam esse. Simul etiam manifestum fiet, vnde sit sumenda vltima vniuscuiusque differentia, seu ea pars definitionis, quæ vt actus dicitur.

Principium autem hinc sumamus. Cùm substantia quædam sit vt materia, quædam vt actus, quædam ex vtrisque composita: primã omnium esse eam quæ vt actus, voluit Arist. *7. Metaph. tex. 9.* Nam propter illam & materia & compositum sunt substantiæ. Huiusmodi autẽ substantiam in vnoquoque determinandam esse opere, explicatum est *4. Meteo. cap. 12.* vnumquodque enim tunc dicitur verè esse, cùm potest operari secundum suam ipsius naturam, vt oculus quando videre, & serra quãdo secare potest. Quod si non possint, æquiuoce dicuntur, vt si oculus lapideus, aut serra lignea esset. Quæcunque enim sunt alicuius gratia, si quidẽ fine priuẽtur, non amplius sunt: quia formam quæ eadem est cum fine, & quæ prima est substantia, non habent. Cum autem agant alicuius

cuius

euios gratia non ſolùm natura 2. *Phy. tex. 75.* ſed etiam ars & intellectus actiuus: tamen ſola naturæ opera ſubſtantiæ dicuntur ab Ariſtotele. 8. *Metaph. tex. 9.* & 7. *Metaph. tex. 60.* quòd ſi alicubi videatur artificialia quædam inter ſubſtantias numerare, id facit propter ſimilitudinem quam habent eum ſubſtantiis. Opera verò naturæ ſunt & ſimplicia corpora & compoſita ex his: idcirco meritò omnia hæc ſubſtantiæ ſunt, & omnibus manifeſtæ. Hucuſque igitur perueniſſe facilè eſt. Vlterius aotem perſcrutantes dicimus: in quibuſcunque finis aliquis eſt, huius gratia agi quod prius eſt quódque conſequitur. 2. *Phyſ. text. 78.* Si igitur compoſita corpora fiunt ex ſimplicibus: ſimplicia ergo illorum gratia facta ſunt: vt ſimilares partes gratia inſtrumentorum. Huiuſmodi autem ſi ſeparentur à toto, tanquam fine carentia, non amplius ſunt, niſi æquiuocè, vt digitus abſciſſus non amplius digitus eſt, & caro mortua ſimiliter. 7. *Metaph. text. 35.* ſi igitur ſimplicia corpora ſunt alicuius totius partea, tanquam materia, ſeparata ab illo toto non amplius erunt talia niſi æquiuocè. At ex iis totis quidem conſtituitor vniuerſi natura tanquam mareria. 1. *cæli. tex. 97.* Ex eorum autem particulis primò ſimilaria fiunt: ex ſimilaribus autem inſtrumenta, in quibus naturæ perfectio conſiſtit. 4. *Metcor. cap. vltimo.* horum igitur gratia & ſimplicia ſunt, & quæ ſequuntur ſimilaria. Simpliciũ igitur natura & ſubſtantia, non erit præter hæc tota, eum eorum gratia facta ſint.

Quoniam autem ea quę generatione ſunt poſteriora, propinquiors ſunt ſubſtantiæ, perfectio enim vltimò aduenit: idcirço in his magis apparet ſubſtantia, cuius præſentia ſunt, & abſentia non ſunt, quàm in iis quæ ſunt remotiora. Cùm enim plus habeant de materia, minus de forma, latet quando ſunt & quando non ſunt: materia enim ſecundum ſe non eſt ſubſtãtia, verbi gratia, de animali notios eſt vtrum mortuum ſit nec ne, quàm de carne, vtrum caro ſit: interior enim eſt eius operatio. multò autem incertior natura elementorum, quia remotiſsima ſunt à ſubſtantia, & propinquiſsima materiæ. Cùm autem duo ſint tota, vnum quod vniuerſum appellatur, ex omnibus ſimplicibus ſecundum totum conſtans: alterum quod ex particulis elementorum perficitur, vt ſunt ſimilaria primò, deinde organica: ſi quidem iſta ſunt animata, & ſimplicia igitur corpora ideo ſubſtantiæ erunt, quia partes & materia ſunt animatorum, extra quas naturas non erunt. Eſſe autem animatum ipſum vniuerſum, ſi cælum animatum eſt, rationi eſt conſentaneum. quomodo enin totum voum eſſet? Nam & in animalibus non eſt neceſſe animam in toto eorpore eſſe, ſed ſufficit eſſe in principali parte vt corde: cætera autem viuunt quia adnata ſunt cordi. *ex lib. de communi animalium motu.* Eodem modo neceſſe fuit iſtũ mundum inferiorem continuum eſſe cum ſuperioribus lationibus, vt omnis inde virtus gubernetur. 1. *Meteor. cap. 2.* Si igitur ſuperiorum gubernatio ab anima eſt, ergo & in vniuerſum eius virtus diffunditur. Amplius, ſi vniuerſum organicum quiddam eſt, conſtat enim ex ſimilaribus certo modo diſpoſitis ad aliquod opus: organorum autem natura non niſi ab anima. hoc enim eſt animæ eſſe, ſcilicet actus organici corporis, erit vniuerſum torum quoddam animatum.

Quo autem modo anima ſeparabilis à corpore, qualis eſt quæ in cælo, vitam tribuat vniocrſo, & actus ſit eorporis, alia quæſtio eſt inferius examinanda. Sed ad præſentem conſiderationem ſufficit: in cęlo quidem ab huiuſmodi anima circulationem eſſe perpetuam quaſi vitam, 8. *Phyſ. tex. 1.* in inferioribus autem perpetuam generationem 2. *de gen & cor. text. 55.* in omnibus autem cõſeruationem ſecundũ ſitum proprium in vniuerſo. Vnde data eſt incorruptibilibus corporibus quies ſempiterna, nulla enim ė, propriis locis egrediuntur, ſed in eodem ſemper manentia circumferuntur: corruptibilibus autem datus eſt motus ad proprium locum, vt ſeruent ſitum proprium in toto, quæ poteſtas appellatur grauitas & leuitas: grauia igitur & leuia ſubſtantiæ ſunt, vt partes vniuerſi, quatenus animatum eſt. Quamobrem ſeiunctæ ab illo, non amplius ſunt: impoſsibile autem eſt ſeiungi, ſi dari vacuum eſt impoſsibile. Vno igitur modo qui dictus eſt ſimplicia coporea ſubſtantiæ ſunt: alio autem vt veniunt ad mixtionem.

Cùm autem mixtorum quædam ſint animata, vt plantæ & animalia: quædam anima carentia, vt lapides, metalla, & foſsilia omnia, cur potius elementorum ſubſtantia in ipſis animatis conſiſtar quàm in cęteris mixtis? cùm æquè ex elementis omnia fiant? An mixta inanimata non ſunt ſubſtantiæ? Videbitur quidem hoc difficile, non tamen præter ſententiam Ariſtotelis, & præter rationem. Cùm enim à fine ratio ſubſtantiæ ſumatur, vt ſuperius eſt explicatum, vbicunque non fuerit id cuius gratia, ſubſtantia non erit: quemadmodum in Mathematicis, in quibus non eſt aliqua ratio boni. Huiuſmodi autem eſſe mixta inanimata patet, continentur enim omnia inter ea quæ tractantur in Meteorologia. 3. *Meteor. Cap vltimo:* iſtorum autem omnium cauſæ duæ tantùm ponuntur, materia ſcilicet & efficiens. 1 *Meteor. cap. 2.* finis autem nullibi fit mentio, non enim fiunt quia melius ſit. Propterea affectiones elementorum appellantur ab Ariſtotele: non enim ſubſtantiæ ratio vlla eſt in huiuſmodi mixtionibus præter elementorum rationem, cùm fine careant, ſed ex neceſſitate materiæ fiut aut propter efficiens.

Confirmatur. 8. *Metaph. text. 13.* vbi inquit, accidentium naturalium fortan nõ eſſe cauſam cuius gratia: haberent enim rationem ſubſtãtiæ. Si igitur ſimplicia ſunt gratia ſimilarium: ſimilaria autẽ gratia inſtromentorum. 2. *de Part cap. 1.* omnia igitur gratia animæ erũt, & eatenus ſubſtantiæ quatenus finem hunc cõſecuta fuerint. Separata autem quemadmodum manus & caro non ſunt niſi æquiuocè. ſic elementa generabilium & corruptibilium extra talem mixtionem non habebunt rationem ſubſtantiæ niſi potentia, quatenus ad huiuſmodi mixtionem venire poſſunt. In hoc enim differunt à poſterioribus, quia illa poſtquam priuata fuerint non poſſunt amplius ad integritatem reuerti, à priuatione enim ad habitum non datur regreſſus, *in poſtpred* in primis autem remanet potentia. Quoniam aotem veniũt ad mixtionem elementa quatenus calida, frigida, humida, ſicca, his enim agunt & patiuntur inter ſe, non quatenus grauia & leuia, aut alias huiuſmodi contrarietates, idcirco illæ materia ſunt mixtorum, corporum autem ſimpliciũ ſubſtãtiæ quatenus generabilia & corruptibilia. Ineſſe autem in elementis huiuſmodi principium animale, manifeſtauit Ariſtoteles. 3. *de Gen. an. cap. 10.* vbi dicebat, in terra quidem ineſſe humorem, in humore autẽ ſpiritum, calorem autem animalem in vniuerſo, vnde quodammodo omnia videantur plena animæ. Elementa igitur ſeparata quidem actu non continent diuinum hoc, ſed potentia ſolùm: in mixtione autem etiam actu: idcirco & actu ſunt ſubſtantiæ.

Ex quibus colligere poſſumus vltimam differentiam elementorum non eſſe, neque calidum & frigidum, neque humidum & ſiccum, ſed huiuſmodi principium animale. Nam caliditas quidem & frigiditas mixtionem faciunt quamcunque: non tamen quid eſt carnis eſſe aut oſſis, aut reliquorum ſola efficere poſſunt, ſed rationem animalem neceſſe eſt ineſſe. 2. *de gen. ani. cap. 1.* hæc autem actu quidem ineſt in generante, homo enim hominẽ gignit, potentia autem in materia. Propterea dictum eſt. 4. *Meteo. cap. vlt.* non omnibus modis habens aqua, aut ignis eſt, ſicut neque caro aut viſcera, & manus & facies: omnia enim ſunt terminata opere. Quaſi cum nõ poſſit præſtare opus, cuius gratia facta ſunt, non ſint niſi ęquiuocè. Si igitur elementorum opus mixtio eſt, nec omnis ſed animata, illud ſecundũ quod præſtare id poſſunt, eorum ſubſtantia erit: efficiunt autem partim quidem paſſiuis & actiuis qualitatibus, partim autem animali principio: primæ igitur qualitates in ratione inerunt elemẽtorum vt rationis materia: principium autem animale vt actus; ſic enim ſe habent primæ qualitates ad huiuſmodi principiũ. Hoc igitur modo conſiderandi elementa duplicem rationem ſubſtantiæ videntur habere, vnam quatenus partes vniuerſi, alterã quatenus partes corruptibiliũ animalium ac plantarũ. At verò eãdẽ duas formas perficiẽtes

habere impossibile est: ex duobus enim in actu vnũ fieret per se.

An vnum quidem actu alterum autem potestate simul esse nõ est impossibile? sed si vtrunq; actu esset? Dũ igitur sunt in mixto, extra loca propria degunt: idcirco priuatur fine, cuius gratia partes vniuersi dicebãtur. Dissoluto autem mixto, singula tenerentur ad loca propria, nisi quid impediat, & actu consequuntur finẽ huiusmodi, simul autem altero priuantur. Quanuis autem actus, immutentur, eorum tamen potentiæ nunquam pereunt: nam & in mixto remanent virtutes elemẽtorum, mouetur enim mixtum secundum simplex prædominãs. *1. cæli. text. 12.* Et in simplicibus potentia remanet mixtionis, quamquã non similiter, quia generatione prius est simplex, quàm mixtum, perfectione autem è contra: ideo in mixto etiã sunt operationes quædã simplicium, in simplicibus autem non insunt operationes mixtorum. Neque ob id censendum est perfectiorem esse naturam mixtorũ quã vniuersi. Nam quatenus ingenerabilia sunt, idest secundum totas sphęras, mundi partes dicuntur, neque hoc modo contingit vnquam misceri: particulæ autem ipsorũ cùm ad mundi cõstitutionem nihil faciant, perfectiorem naturam in mixtis consequuntur, quàm in simplicibus, eorum enim gratia sunt. vtroque autem modo substantiæ sunt tanquam materia animatorum.

Sed dubitatio contingit circa mixta inanimata, & animatorum ea quę mortua sunt, vt cadauera, ligna, ossa, & alia huiusmodi, antequam per putredinem dissoluãtur: hæc enim neutro modo substantiæ videntur. Nam quatenus elementa in mixto cõtenta carent locis propriis, non videntur substantiæ esse, vt partes vniuersi. Quatenus autẽ mixtio inanimata est, carent altera ratione substantiæ. Sed quàm absurda hæc sint, facile est videre. Materia enim staret aliquando separata ab omni forma, aut accidentia essent in materia tanquam potentia, nõ tanquam actu existẽte, & hoc modo priora essent ipso quid est. An sunt huiusmodi omnia veluti graue impeditum in alieno loco, & vt sciens cùm dormit? Nulla enim alia eorum substãtia, est quàm simpliciũ: mixtio autẽ secundum accidens inest, vnde sese impediunt, quo minus ad loca propria ferantur, donec per putredinem fiat eorum dissolutio, aut altera mixtio animata ex putredine oriatur. Num verò etiam dum in mixto animato continẽtur eodem modo sunt? An remotior tunc potentia est? quẽadmodum sciens antequam addiscat? Quiescunt enim secundum naturã sub forma mixti animati, quoniã perfectio est à natura: sub mixto autem inanimato præter naturam, quoniam mixtio præter naturam est.

Quanuis autem scribat Aristoteles. *2. cæli. tex. 37.* simplicia in quocunque mixto præter naturam contineri: quia extra propria loca sunt, intelligendum tamen est non quòd miscibilia præter naturã in mixto contineantur: materia enim præter naturam sub forma esset: sed quatenus grauia sunt & leuia, quibus potentiis sitũ in vniuerso certum seruant: per mixtionem autem in contrariis locis detinentur. Est igitur omnis mixtio præter naturam grauitatis & leuitatis: impetus autẽ ad loca propria aduersatur mixtioni non minus quam mixtio motui ad propria loca. Idcirco cum vtræque potentiæ asseruentur in vtrisque, sub altera perpetuè quiescere non possunt. At desinẽte ratione mixtionis, vt in carne mortua & aliis huiusmodi, si quid adhuc impediat quominus elementorũ separatio fiat, omnino præter naturam erit: neq; enim ob naturã mixtionis id erit, quia non est amplius eius ratio: corruptiones autem omnes præter naturam sunt. Quòd autem in potentia propinquiori simplicia sint in mixto inanimato quàm animato, ostendit id quod de corruptione scribit Aristoteles. *4. Meteor. tex. 3.* vbi inquit, omnem corruptionem secundum naturam viam esse ad putredinem: finis enim corruptionis est putrefactio, putrefactionis autem elementorũ separatio & ad propria loca reuersio, in quibus perfectio est grauium & leuium. Si igitur putredo mixtum dissoluit in simplicia humido euaporante, sicco autẽ permanẽte, ad illam autem via est corruptio, quæ igitur corrupta sunt, in potẽtia propinquiori sunt simplicia, quã antequam corrũperentur: quãdiu enim anima viget & mixtionis ratio nõ putrescunt. Hæc eadẽ ratio ostendit, metalla & lapides, & quæ in mixtione virtutem animalem non consecuta sunt, non esse substantias: non enim corruptio aliqua præcedit eorum putredinem, sed dum putrescunt, corrumpi dicuntur, vt ferrum in rubiginem, & lapides in terram. Si igitur generatio & corruptio propriè substantiarum sunt, inanimaturum autem non sit vera corruptio secundum naturam, sed putredo tãtum: nec igitur erit eorum generatio: ergo neque substantia quatenus talia sunt.

Altera oritur dubitatio, Si ratione finis substantia est dicẽda, multa quę ab omnibus accidẽtia iudicãtur, substãtiæ erunt. Nam primũ operationes vniuscuiusq; fines sunt: oculus enim gratia videndi, & pedes gratia incedẽdi dati sunt: videre igitur substãtia est, & pedũ incessio, & alia huiusmodi, quorũ nulla separabilia sunt à substãtia. Præterea, si ratione finis substãtiæ etiam sunt quæ finis gratia petuntur, vt materia: substantiæ igitur erunt durities, mollities, figura, color, perspicuitas, & alia huiusmodi, quæ omnia apta nata sunt de substãtia dici. Nã partium animaliũ quędã egent duritie, vt dentes, ossa: sine hac enim præstare opus propriũ non possent: quędã mollitie, vt vẽtres, caro: quędã cõcauitates certas & prominẽtias exposcũt, vt articuli, nã alioqui inflecti nõ possent vt opus est. Oculus pupillã requirit perspicuã, vt recipere colorũ species possit: quibus non existentibus, non erit finis singulorum, idcirco neque substantia.

Ad primum dicimus: cùm duo sint actus, vnus qui potentia quodãmodo est, & primus actus ab Aristotele appellatur. *2. de Anima tex. 6.* Alter secundus qui fluit a primo, & operatio seu energia dicitur ab Aristot. *9. Metaph. text. 12.* in iis quidem quæ ab omni materia sunt separata, substantia dicitur vt actus. *12. Metaph. tex. 30.* quemadmodum est intellectus, cuius substantia est intellectio. In iis autem quæ habent materiam, vt naturalia, eorum substantia potentia est, huiusmodi autẽ est actus primus. Non igitur substantia est incessio aut visio, sed quod incedere potest aut videre: & hoc appellatur cuius gratia ab Aristotele. *2. Phys. tex. 23. & 74.*

Sed contra, actus & potentia in eodẽ genere videntur esse, dicuntur enim relatiuè. si ergo eorũ alterũ substantia fuerit, erit & alterũ. Quomodo igitur actus primus substãtia fuerit, secundus autẽ accidẽs, cùm primus potentia sit ad secundum; An dupliciter potẽtia accipitur, vno modo quatenus respicit actus singulares, alio modo quatenus simpliciter actum? Hoc igitur modo potentia substantia est, sicut & actus eius, imò magis actus substantia est quàm potentia. quatenus autẽ singulares actus respicit, neque vt potẽtia, neq; vt actus substantię sunt: accedunt enim & recedunt substãtia remanẽte, vt posse quidem videre & simpliciter visio substãtia oculi est: quo deficiente nõ est amplius oculus nisi æquiuocè. Posse autem videre cras, aut non videre cras, accidẽtia sunt: ablatis enim non aufertur substantia. Illa autẽ quæ gratia finis expetuntur, concedimus substantias esse, si quidem finis ex iis fit, quæ à natura fiunt: includuntur enim omnia in ratione finis, & partes sunt speciei, nõ tamen vt actus, sed vt materia. quòd si aliqua esset materia non ex necessitate, vt æs ad statuam (esse enim statua potest absq; ære, vt lapidea) huiusmodi partes quidẽ sunt totius, idest singularis, non autem speciei. *7. Metaph. tex. 37* neque igitur de substantia huiusmodi fuerint. Similiter quæcunque sequuntur quidem ea quæ ex necessitate insunt & in substantia: non tamen ipsa ad finem aliquid conferunt: nam & hęc accidentia sunt licet omni insint, vt mixta omnia secundum naturã ex terra & aqua constant *4. Meteo. cap. 8.* ad hanc autem materiam insequitur grauitas. Si igitur grauitas animalibus nihil prosit, accidens erit: caliditas autem & frigiditas, humiditas, & siccitas secundum substantiam.

Quia igitur diuersi fines, & diuersæ formæ, diuersas materiæ præparationes requirunt, fit vt quędã ex necessitate finis petantur: quędã autem solũ insint, aut non ex necessitate, aut ex necessitate materiæ: hæc autẽ omnia accidẽtia sũt: illa verò quæ ex necessitate finis habẽtur,

sunt

sunt partes substantiæ tanqoam materia. Quòd autem fiat sæpe commotatio, vt idem aliquando sit accidens, aliquãdo substantia: vt figura oculi, viuentis quidẽ substantia, mortui autẽ accidens: aut idem alicui accidens, alicui substantia, vt diaphanum in pupilla quidem substantia est, in cornu autem accidens: & graue in eo corpore quod circa medium est vniuersi, secundum substãtiam, in generabilibus autẽ & corrupiibilibus secũdum accidens. *2. de Par. ani. cap. 1.* hoc non est absurdum de illa parte substaotiæ, quæ veluti materia est: hæc enim causa est ipsius accidentis. *6. Metaph. text. 5.* de vltima autem parte substantiæ, quę vt actus est & finis, impossibile est sorte. Finis enim simpliciter est necessarium. accidena autem contingit non esse. idcirco animam nulli continget inesse secundum accidens. At in artibus, & iis quæ ab intellectu fiunt, non inconueniens est, vt aliquod bonum per aceidens eueniat, vt à fortuna: in natuta autem omoia quæ præter ipsam contingunt, mala sunt, vt monstra.

Adhuc autem relinquitut locus dubitandi circą mixta inanimata: videntur enim babere quasdam potentiaa agendi vel patiendi secundum quòd mixta sunt: vt magues ferrum trahere apros natus est: aurom ebibit atgẽtum viuum, alium verò liquorum nullum. Præterea medicamentorum vires fermè omnes sunt in corporibus inanimatis aut non quatenus animata sunt: plantarum enim atque animalium partes vt plurimum mortuæ corporibus adhibentur. Si igitur operatio certa illorũ est secuodum naturam (non enim arte neque casu, nam in plurimis aut omnibus quæ eiusdem speciei sunt, eædem vires existunt) substãtiæ ratio ipsis inerit secundum talem mixtionem: alicuiua enim gratia viderut esse, cùm illius sit operatio propria. An vt mixtio per accidens, sic & ea quæ mixtionem seqountur? Indicio sunt plãtarum & animalium partes: nemo enim dicet à natura factas, vt morboa hominum propellerent: oos tameo ad illum vsum accommodamus: quodammodo enim nos sumus omnium finis. *2. Phys. tex. 24.* dupliciter enim finis dicitur, cuius gratia & cui. Nõ igitur huiusmodi virtutea rationem habent cuius gratia, sed cui. forma autẽ & substantia, cuius gratia dicitut, non cui.

Verùm circa elementa alia suboritur dubitatio, cùm inter se transmutantur: si enim transmutationis finis non est animatum quiddam, elementorum formæ accidentia erunt. Item si elementorum perfectio principium est animale, cùm hoc similiter in omnibus sit, inter se noo different secundum substantiam: idẽ enim est cuius gratia & forma. Dicimus, quanuis elementorum superiora propioquiora sint substantiæ quàm inferiora: virtus enim animalis in calore consistit: transmutatio tamẽ inter se, non alicuius gratia videtur esse, sed ex necessitate: quia cùm futura esset generatio mixtorum, oportuit Solem in circulo obliquo ferri, & accedere ac recedere: hoc autem existente, transmutari oportuit elementa inter se: non huius aotem gratia transmutaotur. vniuerso enim non confert, nec mixtis, nisi aliquando secundũ accidens, vt pluuia ad segetea augendas. Non tamen ex his sequitur formas elementorum accidentia esse. sunt enim alicuius gratia. Quòd autem arguitor vnam esse omnium substantiam cum eadem sit omnium perfectio: respondemus, si quidem retum materialium perfectio actus simpliciter esset, nõ autem alicuius certæ materiæ actus, verom esse quod dicitur: hoc autem modo auferendo omnes conditiones materiæ, omoia vnum fierẽt, quemadmodum Pythagoricis contigisse testatur Aristoteles. *7. Metaph. text. 38.* sed cùm materia quædam sit pars speciei, fit vt ex diuersitate eius diuersæ etiam sint formæ: caliditas igitur & frigiditas, humiditas & siccitas cum aliquo eodẽ actu diuersas efficiunt formas. Concludere igitur possumus, nullam esse substantiam præter animæ naturam. Hæc autem aut simpliciter, aut actos quidam materialis est, in quo omnis oatura consistit.

QVAEST. PERIPATET.
LIBER SECVNDVS.

QVAESTIO I.

Substantiæ genera ordinem habere secundum additionem & ablationem.

SI separatim permanerent genera substantiæ sicuti speciea quæ sub eodem genete continentur, & quemadmodum singularia quæ eiusdem sunt speciei: ipsum vniuersũ nõ esset vnũ quid, nisi forte genere, neq; esset singulare quoddã, imo nec etiã genera vnũ. ostẽsum est enim tria esse genera summa substantiarum: nec esse vnum genus ipsam substantiam, nisi secundum analogiam. Hoc autem modo incõspirantem vniuersi substantiam faceremus longè magis, quàm qui numerum Mathematicum & Idæas faciebant substãtias: vna enim substanria alteri quid conferret, siue esset, siue non esset: *12. Metaph. vlt.* necesse igitur est, vt talem inter se ordinem habeant, vt posteriora quidem inseparabilia sint à prioribus, priora autẽ à posterioribus nequaquam. Nam quacunque alia ratione ordo constituatur, aut nõ vnum erit primum: aut primo ablato, nõ erit necesse reliqua auferri. Si enim omnia separabilia, omoia erũt prima, multitudo autem principatuũ nõ est bona. si omoia inseparabilia, nullum etit primom, prius enim est quod per se stat, & separabile, quàm inseparabile: vt substantia prior affectionibus. Vt igitur ablata substantia impossibile est aliquod aliorum remanere, quia cætera inseparabilia sunt à substantia: eodem modo necesse est, prima substantia ablata, teliquas auferri.

Huiusmodi autem ordinem habere secundum additionem & ablationem patet. Quæcunque enim inseparabilia sunt, sine additione prioris neque sunt, neque intelligunrur, vt album non quidem simpliciter est, sed aliquid aliud vt superficies, à qua separari nequit: sic neq; quantum, neque quale, nec vllum aliorum prędicamentorum aut esse, aut intelligi sine substãtia possunt ex additione enim omnia definiuntur. *7. Metaph. text. 19.* Quæconque autem separabilia sunt, omnia ex ablatione dicuntur, vt substãtia ex ablatione accidentium, definitur enim & intelligitur sine iis. Eodẽ modo se habet magnitudo ad numerũ: in numeri enim ratione nõ inest ratio magnitudinis, in ratione autẽ magnitudinis inest ratio numeri, ideo prior est sciẽtia numerorũ quàm Geometria, quia magnitudo ex additione est, numerus aotẽ ex ablatione. Si igitur genera substantię eo modo se habẽt inter se, vt quędã separabilia sint, quędam inseparabilia, ordinem secundũ additiooem & ablationem habere est necesse.

Quoniã verò hæc indeterminatè adhuc dicũtur, vt distinctionem hoius sententiæ doctrinã habeamus, dubitandi modũ iterum agamos. Primùm igitur, si proprium substantię est nõ dici de subiecto, prima enim est in vnaquaq; prædicatione: quomodo aliqua substantia inseparabilis fuerit? Pręterea vt inseparabilis est, sic ex additione

definienda erit: at substantia, cùm simpliciter sit, non ex additione definitur. Amplius, nonne genus substātiæ æternum & corruptibile separatim permanēt? locis enim distincta sunt cœlum & mundus inferior: de intelligibili autem substantia adhuc incertum est: videtur tamen quemadmodum ipsa separata est à reliquis substantiis, sic & separari reliquas ab illa. Esse enim substantiarum sensibilium forma est aliqua materialis, immaterialis autem nullius corporis videtur actus, esset enim materialis. At verò hoc maximam habet ambiguitatem. Nam circa immaterialem substantiam, siue ea impertiatur ipsum esse cœlo, siue non impertiatur, absurda quomodocunque videntur sequi. Si enim det esse cœlo, quasi cœlum ex se non sit nisi potentia, cùm eadem quoque ipsum moueat: aut primò motum erit ens in potentia, quod impossibile ostenditur. 5. *Phys. text.* 8. non ens enim non mouetur: aut quod primò mouetur, à se mouebitur, non enim distinguetur in partem per se mouentem, & partem per se motā, quod fieri non posse demonstratur. 7. *Phys. tex.* 2. Si enim substantia separata est pars per se mouens, non ergo compositum ex ipsa & orbe erit primo motum, sed orbis: at hoc modo ens in potentia mouebitur: si orbis ex se non habet esse actu, sed ab illa cōsequatur id quod est. Si verò non impertiatur esse, sed motum tantùm, prætetquàm quòd aduersatur sententiæ philosophi. 1. *cœl text.* 100. vbi inquit ab huiusmodi substantia pēdere aliis esse & viuere, his quidem clarius his verò obscurius: etiam rationi. Nam si cœlum esse suum habeat ab alio ente non dependens, multa erunt prima entia: nec vnum alteri proderit siue sit, siue non sit: esse enim vtriusque separatū & independēs supponitur. Nec sufficit dependentiā alio quocunque modo concedere, nisi etiam cōcedatur in genere causæ formalis, vt ipsum quid est cœli à substantia immateriali habeatur. nā reliquis omnibus ablatis, remanebunt duæ primæ substantiæ secundum rationem, quarum vna non reducetur ad alteram, & quarum vna ablata altera non auferatur.

Dubitationes igitur hæ contingunt. Sed notandū est: cùm substantia quę secundum speciem dicitur, eadem sit cum fine, vt superius est ostensum, propter hanc autem substantiæ sint reliqua omnia quæ gratia finis habentur: si quidem vnus sit omnium finis, vna etiam erit prima substantia, propter quam reliqua erunt. Esse autē quoddam primum & optimum, quod omnia appetunt, colligitur ex. 1. *Phys tex.* 81. & ex. 12. *Metaph. tex.* 37. Istud autem vnum esse, ostenditur. 12. *Metaph. tex.* 49. Illud præterea notandum, cùm finis sit simpliciter necessarius, reliqua autem ex suppositione finis. 2. *Phys tex.* 88. ad reliquorum dependentiam ex fine, nō est necesse supponi aliquam potentiam aut materiam: hæc enim sequitur ex necessitate finis vt etiam reliqua omnia, quæ finis gratia sunt. Nam quando finis est & quandiu fuit, aut erit, reliqua similiter sunt, fuerunt, & futura sunt. In iis autem quæ ab efficiente seu naturali seu artificiali fiunt, non similiter se habet. Effectiones enim omnes è contrario incipiunt à materia & tendunt in finem: idcirco necesse est supponere aliquam potentiam, quæ actum præcedat in eo quod efficitur.

His autem hoc modo habentibus facilè soluentur dubitationes. Cùm enim diuinum quoddam sit & appetibile, ex necessitate erit etiam id quod appetit. 1. *Phys. tex.* 81. nec tamen ob id ex se dicetur esse ipsum appetens: ablato enim appetibili, simul & id quod appetit auferri est necesse: pendet enim ex eo, & ideo est, quia finis est. Neque compositio adhuc erit ex appetibili scilicet & appetente, necesse enim esset præexistere id quod appetit, antequam esset: componuntur enim quę sunt. quædā autem appetunt & esse & viuere, vt generabilia & corruptibilia, constant enim ex potentia adesse: quædam motum tantùm, sunt enim iam: nec præexistentem potentiam habent ad esse, sed secundum locum tantùm, vt cœlum. Quòd igitur ipsius cœli primò mouetur, non compositū est ex substantia separata & orbe, sed simplex corpus: hoc autem non est potentia sed actu: neque id quod est ex se habet, sed ab altero, scilicet fine. Nec etiā fit vt substantia immaterialis misceatur cum corpore: non enim per modum cōpositionis cum fine est id quod à fine pendet. Sed id cōtingit in iis quę efficiuntur. vbique enim fit compositū, forma autem non efficitur neq; materia, nam vtraque pręexistunt. 7. *Metaph. tex.* 26. At hic solus finis præexistit secundum rationem, licèt tempore simul sint. Hoc autem modo pendere à primo principio omnia quæ sunt aperuit Aristotel. 12. *Metaph. text.* 38. cum enim ostendisset necessitatem, quę est ipsius vltimi finis: & principium eo modo esse vt est necessitas, concludit: *A tali ergo principio cœlum & natura dependet.* Patet igitur reliqua genera substantiæ inseparabilia esse ab hac prima: hanc autem solam à reliquis separabilem.

Vtrum autē hoc modo habeant inter se duo genera sensibilium substantiarum, scilicet æternum & corruptibile, non difficile est videre. Quanuis enim omnis generatio & motus in inferioribus à motu cœli ortū ducant: cùm tamen cœlū rationem habeat agentis, non autē finis. finis enim immobilis existēs mouet, cœlū autē ideo mouet, quia mouetur: in ratione vnius nō inerit alterius ratio: idcirco & separatæ locis existunt hæ duæ substantiæ. Ordinem igitur habent substantiæ omnes ad vnum quiddam, non autem ad se inuicem. 12. *Metaph tex.* 52. nisi quatenus alia aliis perfectius vel imperfectius, melius vel deterius finem ipsum & actum consequuntur. At verò alio modo genera assumentibus, ordo secundum additionem & ablationem similiter in his reperietur, si secundum modum considerandi apud Mathematicum & Naturalē genera distinguámus. Mathematicus enim separādo motum & reliquas naturales affectiones, solùm autem relinquendo continuum, eius affectiones vt continuum est, speculatur. Naturalis autē de magnitudinibus itidem agit, sed quatenus mobiles secundum naturā sunt. Ista autem habēt ad se inuicem vt simplex ad compositum, & vt additum ad ablatum. Mathematicæ enim magnitudines ex ablatione dicuntur: naturales autem ex additione. Nam rationes mathematicorum insunt etiam naturalibus: quę autem naturalibus insunt, non insunt mathematicis. Hoc autem modo videntur considerasse illi, qui prima substantiarum principia ad superficies, lineas, aut numeros reduxerunt. quoniam semper auferēdo ea quæ ex additione dicuntur ex naturali quidem corpore venitur in corpus vt corpus: ex corpore autem in simplices magnitudines: & ex magnitudinibus in puncta & numeros. Non animaduertentes hanc resolutionem tendere in primas conditiones materiæ, & ad imperfectum, nō autem ad ipsam substantiam quæ dicitur cuius gratia. Idcirco Mathematicæ de nulla substantia agūt, excepta Astrologia, vt superius est explicatum.

Quoniam autē vniuersalia eodem modo se habēt ad singularia, vniuersalia enim per abstractionem dicūtur, separando à singularibus conditiones materiæ & rationes superiorum insunt etiam inferioribus, non autem è cōtra: idcirco quidā substātię principia in vniuersalib. quęsiuerunt, quę separātes à singularibus intellectione, iudicauerunt substantias esse separatas, quas Idęas vocauerunt, quarū participatione singularia essent. Non animaduertentes resolutionē hoc modo fieri in ea quæ exemplaria potiùs sunt quàm substantię. Vniuersalia enim in mente solùm versantur, vt sint notæ eorum quæ extra sunt. At extra non sunt separata nisi singularia: reliqua enim omnia de singularibus dicuntur. Inesse autem videtur ipsis vniuersalibus ratio prioris, quia tunc accipiuntur vt partes, non vt totum quoddam. vt enim pars est prior toto, sic genus prius specie: constituitur enim species ex genere & differentiis tanquam partibus Nec tamen hoc modo reductio fit in primam substantiam: quoniam non omnes partes, quæ in definitione sumuntur, sunt vt actus, sed vltima tantùm differentia quę à fine petitur.

Differunt autem inter se abstractio Mathematica & abstractio vniuersalium, quòd Mathematici quidem resoluunt in partes secundum materiam: corpus enim & continuum materia est corporis naturalis & sensibilis, non genus. Non enim diuiditur corpus in sensibile & intelligibile, aut in mobile & id quod motu caret: sed cum omne corpus mobile sit, mathematicus tamen sine

motu

motu confiderat. Abſtractio autem vniuerſalium quærit partes ſecundum formam, cuiuſmodi ſunt genera & differentiæ: vtræque autem abſtractiones tum vniuerſalium, tum Mathematicæ, differunt à reſolutione quæ fit in primam ſubſtantiam: quoniam hæc ſeparata eſt & cæterorum principium: vniuerſalia autem & Mathematica inſeparabilia ſunt, quamuis non conſiderentur vt inſeparabilia. Neq; tamen committunt mendaciũ quaſi ſeparantes quæ ſeparari non poſſunt: non enim dicunt ſeparata eſſe cùm conſiderant ea ſine his, vbi id fieri poteſt: fieri autem contingit, vbi non ineſt in ratione id à quo fit ſeparatio: vt curuum ſeparari à naſo non poteſt, non enim hic in ratione curui ineſt. ſic ſunt Mathematica & quæcunque abſtrahuntur. At ſimum nequit à naſo ſeparari: nec anima à corpore: & tandem nulla forma materialis à propria materia abſtrahitur. cũ enim ſit alicuius materiæ ratio non ſimpliciter quid, non poteſt intelligi per ablationem materiæ: quamuis ratione eo modo ſeparabilis dicatur. *2. Phyſ. text. 12.* quia alterum eſt eſſe formæ, alterum ipſius materiæ. Quæ igitur per ablationem dicantur, & quæ non, & propter quam cauſam, & quæ differentia eorum, dictum eſt. Simul etiam patuit ſubſtantiarum primam per ablationem dici, reliquas autem per additionem: & quomodo hæ ordinem inter ſe habeant, & quomodo non.

Relinquitur vt ſoluamus duas difficultates ab initio propoſitas, quarum prima eſt: quomodo ſubſtantia aliqua inſeparabilis fuerit, cùm non dicatur de altero. Dicendum eſt igitur ſubſtantiam ſeu ſit materia, ſeu forma, ſiue compoſitum, ſubiectum quoddam primum eſſe, *7. Metaph. tex. 7.* Materia enim ſubiicitur formæ: Compoſitum ipſis accidentibus: Forma quatenus quid eſt cæteris prędicationibus: quatenus finis, iis quæ eius gratia petuntur. Ob eandem verò cauſam & ſubſtantia omnis ſeparabilis eſt, quia primum ſubiectum. omnia enim alia de ſubſtantia dicuntur, ipſa autem non de altero. Quòd autem ſuperius probatum eſt ſubſtantias quaſdã inſeparabiles eſſe, etiam verum eſt, quia inter ſe collatæ non omnes priores. Nam vno modo materia videtur prima, reliqua enim omnia videntur eſſe veluti affectiones materiæ *7. Metaph. tex. 8.* alio autem modo forma cenſetur prima, quia ipſum quid eſt principium eſt omnium, & actus potentiam præcedit. E contrario autem ſe habent propter duplicem ordinem, quorum vnus incipit à fine & ipſo quid eſt, & tendit in materiam, & ea quæ gratia finis habentur, qui ordo eſt ipſius rationis: alter verò incipit ab vltimo, ſcilicet materia, & tendit in principium, ſcilicet formam: qui ordo in effectionibus reperitur. *7 Metaph tex. 23.* quoniam autem affectiones ſunt ſingularium, ideirco potẽtia in his actum pręcedit. Qui igitur inſpexerunt effectiones, materiam dixerunt eſſe ſubſtantiam: qui autem alterum ordinem, ipſam formam. Similiter autem ſubſtantię inſeparabiles quædam ratione materię dicuntur, quędam ratione formę. Vno enim modo materia inſeparabilis eſt ab ipſo quid eſt, quia hoc eſt materię principium, extra quod nõ eſt. Alio modo forma inſeparabilis eſt à materia, quia ex neceſſitate pręcedit materia in effectionibus. Quomodocunque tamen ſubſtantię dicantur inſeparabiles, nunquam hoc modo inſeparabiles ſunt, vt de ſubiecto aliquo dicantur actu exiſtente, veluti accidentia. Quæ enim gratia finis ſunt, non ſunt in fine tanquam in ſubiecto: actus autem materię non ſunt in materia vt actu exiſtente: non enim vnum fierent per ſe.

Altera dubitatio erat circa definitiones: vt enim ſubſtantia aliqua inſeparabilis dicitur, ſic ex additione definienda videtur. An propriè quidem per additionem definiuntur, quando id quod additur actu eſt & ſeparatum? vt ſubiectum in definitione accidentium. Similitudinem autem quandam prę ſe ferunt cum his definitiones formarum naturalium. Materia enim quę in definitione additur, veluti ſubiectum eſt; differt tamen, quia non eſt actu ſubſtantia per ſe ipſam: alio qui cùm omnis definitio actum quendam & materiam explicet, omnis ex additione videretur eſſe: nam ſi quis ſimpliciter actus fuerit ſine aliqua materia, definiri non poſſe eſt oſtenſum. At dubitabit quis: qua ratione diſcernemus materiam à ſubiecto? nam & materia actum ſuum habere videtur, nec dimittere in compoſito elementorum enim virtutes in mixto retinentur: indicant autem accidentia illa, quæ materiam ſequuntur. An cum dicitur materia potẽtia tantùm eſſe, non ob id negatur ens eſſe? non ens enim priuationis eſt, non materiæ niſi ſecundum accidens. Quatenus autem ens quoddam eſt, ſic & quid quoddam & ſubſtantia. Quoniã verò alicuius gratia eſt non propter ſeipſam, idcirco quandiu finem non habet & perfectionem, & priuata eſt, dicitur non ens actu, ens autem in potentia. Quodcunque igitur illi aduenit eam perficiens, & cuius gratia apta nata erat, materiæ dicitur aduenire, non ſubiecto. Quodcunque autem non habuerit rationem finis, cùm non ſit ſubſtantia, illi vt ſubiecto aduenict: hæc igitur per additionem propriè dicunt definiri. Subſtantiæ autem partes, quæ definitione explicantur, non propriè addi dicuntur, nam ex iis vnum fit per ſe, ex ſubſtantia autem & affectionibus non vnum niſi ſecundum accidens.

Concludimus igitur ſubſtantias inſeparabiles & non ſimpliciter dictas, ſed ſecundum additionem, ſimilitudinem quidem habere cum accidentibus, adeo vt quidam negauerit ſubſtantias eſſe (qui enim materiam iudicabant ipſum primum principium, omnia alia dixerũt affectiones eſſe, & ſic generationem è medio tollebant: qui autem ad formam inſpexerunt, vnum tantùm dixerunt eſſe id quod eſt & immobile, reliqua enim non eſſe verè entia nec ſubſtantias, vt Parmenides) differre tamen eo modo vt dictum eſt. nam ſecundum Ariſtotelis ſententiam non ſolùm ipſum primum ſubſtantia eſt, ſed etiam quæcunque ab illo primo pendent alicuius gratia: nam & hæc apta nata ſunt vnum eſſe. idcirco & ſimpliciter dicuntur & non de altero. Accidẽtia autem nec alicuius gratia ſunt, nec vnum fiunt cum ſuſceptibili. idcirco ſemper de altero dicuntur ſubiecto.

QVAEST. II.

In ſubſtantiis ſeparatis à materia partim dari multitudinem, partim non dari.



CVM ſubſtantiarum quædam actus ſimpliciter ſint, quædam compoſitionem aliquam ſortiantur: dicimus vnicum tantùm eſſe actuum ſimpliciſſimum ac primum, reliqua autem omnia & compoſitionem & multitudinem recipere. Colligitur autem hæc ſententia ex *12. Metaph. tex. 9.* in hunc modum Quæcunque multa numero ſunt, materiam habent, ipſum verò primum quid eſt, materiam non habet, ergo non recipit multitudinem, ſed vnum tantùm eſt. Veritas maioris propoſitionis hoc modo oſtẽditur. Cùm multitudo diuiſionem ſupponat, vnum enim quatenus vnum indiuiſibile eſt, quantam neceſſe eſt eſſe omnem multitudinem: non enim diuiditur niſi quantum. Si igitur forma ſecundum ſe non eſt quanta, ſed ſecundum materiam omnem multitudinem materiam habere eſt neceſſe. Ideirco Plato ſub nomine Dualitatis materiam intelligebant, cùm ex vno & dualitate fieri dicebat omnia quæ fiunt. Idque recta ratione: à forma enim vnitas vbique prouenit, à materia autem multitudo & diuiſio. Si igitur actus ſimpliciſſimus ab omni materia ſeparatus non eſt quantus, impoſſibile eſt multitudinem recipere. vna igitur tantùm erit huiuſmodi ſubſtantia.

At verò neque rationum multitudinem ſuſcipere poſſit, veluti Socrates & album, & anima & corpus. quod enim nullam habet materiam, ſimpliciſſimúmque eſt, vnum eſſe omnibus modis eſt neceſſe. non enim ſunt ipſius partes. Nec verò refert numerum quidem diuiſibilem eſſe in indiuiſibilia, magnitudinem autem in ſemper diuiſibilia: quaſi à materia ſolũ continuũ habeatur, à forma autem numerus, cùm præſertim formæ ſint ſicuti numeri. Nam ex diuiſione magnitudinis numerus cõſurgit etiam in infinitum, vt bipartito infinita, *3. Phyſ. tex 68.* Nõ igitur numerus erit præter magnitudinem. Quòd autem

desinat ad indiuisibilia numeri diuisio, ratione quidem formæ conceditur esse, numerus enim est plura vna, vnũ autem omne indiuisibile est, & ratione formę vnũquodque vnum est, non tamen vnitatum multitudo separata à magnitudine esse potest: diuisio enim omnis propter materiam contingit. Eadem autem ratio non solùm ostendit, quæ plura sunt numero materiam habere, sed etiam quæ plura sunt ratione seu specie: non enim plures rationes in idem numero conuenire possunt, nisi aliquod vnum sit subiectum, vt musicum & album in homine. Quæ igitur separata sunt à materia, quatenus separata, rationum multitudinem continere non possunt.

Verùm enimuero aliquo modo in substantiis separatis dari multitudinem patet. nam 12. *Metaph. tex.* 43. probat Aristoteles multitudinem substantiarum separatarum, quia necesse est multa esse mouentia immobilia & sempiterna: hæc autem multa esse, quia corpora, quæ ab iis mouentur, multa sunt. Præterea multitudinem quoque rationis inesse patet. Alia enim ratio est, quatenus mouens, alia quatenus intelligens. ponitur enim intelligentia esse huiusmodi substantia. similiter dicendum & de aliis quæ illi attribuuntur, vt vnum esse aut multa, impartibile aut oppositum, æternum, principium, immobile, & alia huiusmodi, quorum omnium diuersæ sunt rationes. Quis igitur hic modus est, quo multitudo in substantiis separatis admittatur? Dicimus: cùm ab hoc genere substantiæ reliqua pendeant, vt superius fuit probatum, duplicem considerationem circa ipsum oriri. Nam aut considerari potest, quatenus substantia est quædam sui generis, simplicissima & à nullo dependens: aut quatenus à cæteris entibus participatur. Primo igitur modo acceptum, vnum omnibus modis existit, vt rationes priores ostendebant. Altero autem modo necesse est multiplicari secundum multitudinem recipientium. non enim secundum eandem mensuram ab omnibus participatur, sed ab iis quidem perfectius ab iis vero imperfectius. 2. *cæl. tex.* 100 si igitur æqualiter ab omnibus reciperetur, omnia similiter vnũ essent: nulla enim esset differentia per quam differrent. Quòd si entia sunt plura, & ab vno omnia, per diuersam vnius participationem oriri est necesse. Idcirco factum est, vt ordine quodam disposita sint corpora vniuersi, quatenus perfectius vel imperfectius datum est illis esse.

Dicet vero quispiam, Si secundum multitudinem entium multiplicari debeant substantiæ separatæ, longè plures erunt quàm quæ statutæ sunt ab Aristotele: multiplicantur enim solum secundum corporum cœlestiũ multitudinem. At ab eodem, licet imperfectius, pendét quoque generabilia & corruptibilia. Substantias autem esse separatas illorum, in peripatetica disciplina nõ conceditur, hoc enim esset Ideas astruere. Præterea quomodo abiunctæ fuerint huiusmodi substantiæ à materia, cũ secundum multitudinem materiæ multiplicentur? Num indiuisibilis secundum se existens diuiditur ratione materiæ? At hoc modo habent formæ omnes materiales, & à materia inseparabiles. Quod igitur separatum existit, diuisionem materialem recipere nequit. An duobus modis participari potest à cæteris substantiis prima substantia? vno scilicet quatenus sunt, omnibus enim distribuitur esse à primo ente: sic autem solũ primũ separatum est & vnum, reliqua autem & multa & inseparabilia. Nam dicuntur secundum additionem: vnum autem solũ quod primũ est, secundũ ablationem omnium dicitur. Alio autem modo quædam participant primam substantiam, scilicet secundũ operationem, vt mouentia immobilia & sempiterna: hæc enim, quatenus mouentia, separata sunt 8. *Phys. tex.* 30. Quatenus autem quodãmodo respiciunt ipsa mobilia diuersa & multa, multitudinem & diuersitatem respiciunt secundum numerum mobilium. Exemplo autem esse possit id quod mouet animalia, appetibile scilicet. vnum enim & idem numero existens, variam in diuersis animalibus sui appetentiam gignit, vnde variè mouet. Quodammodo igitur vnum est mouens, quia vnum appetibile, quod omnia appetunt quodammodo plura, quatenus à pluribus desideratur non secundum eandem mensuram. Idcirco summum bonum & optimum vnum maximè existens omnia implet sui desiderio, & quod simpliciter est bonum vnicuique sigillatim sit bonum absque infectione materiali aut diminutione aliqua essentiæ. Et quemadmodum anima animalium vna existens non sparsa in corpus, sed in principali particula sedens, vt in corde, diuersas functiones diuersis organis distribuit, sic vniuersi substantia supra omne corpus existens & ab omni materia separata pro multitudine corporum multis modis participatur absque eius diuisione. Hoc igitur modo quod vnum est secundùm se, secundũ habitudinem ad multa multitudinem recipit, quia quodammodo materiæ applicatur illi assistens.

Eodem pacto responderi potest ad alteram dubitationem de multitudine rationis. Nam secundum habitudines ad cætera entia, multæ rationes insunt eidem: vt motorem esse quatenus respicit mobilia, principium & causam, & finem vltimũ & primam formam, & summum bonum, quatenus respicit ea quæ oriuntur ab ipso secundum quod huiusmodi. Ens autem denominatiuũ est ab ipsa essentia quæ in ipso eadem est, non quemadmodum in iis quæ materiam habent, non enim idem est sanitas & sanum, & albedo & album, quoniam hæc de altero dicuntur: nec homo & humanitas, anima & animal: quoniam omnia huiusmodi materiam habent, & in his alterum est forma per se ipsam sumpta, & forma cũ materia: anima forma est, animal cum materia: sanitas forma, sanum cũ materia sumitur animal forma, hoc animal cum materia: essentia forma, ens forma cum materia in quibus adest. Cũ igitur in primo nulla insit materia, idem est esse & essentia: nec vt alterum quid de eo prædicatur ens: Sic & vnum. Quoniam autem hæc nomina vnum & ens communia sunt omnibus, propria autem vniuscuiusque substantia ab opere denominatur, intelligentia videtur esse eius substantia, operatio enim hæc propria est & non communis cum corpore. Reliqua autem attributa, aut quia communia quædam sint cũ aliis, aut secundũ habitudinem ad alia: aut etiam propter similitudinem quandam cum cæteris dicuntur pro captu hominum. 12 *Metaph. tex.* 50. Priuationes autem aliquando illi attribuuntur, vt impartibile, immobile, immortale, quoniam per collationem cũ magnitudinibus mobilibus & caducis, quæ nobis sunt notiores, disponimur ad illius substantiam percipiendam. Quęcunque igitur diuersæ rationes illi videntur inesse, propter diuersas collationes ab intellectu nostro factas, insunt, nõ quatenus vna quædam substantia est ab omni materia seiuncta. Quo pacto igitur primũ genus substantiæ multitudinem recipiat, quomodo non: explicatum est.

QVAEST. III.

Primi motoris virtutem immensam esse, non tamen infinitam, neque finitam propriè dici posse.

CVM pluribus modis dicatur infinitum. 3. *Phy. tex.* 34. satius fuerit antè alia aperire, quo pacto in proposita quæstione infinitum accipiamus. Vno igitur modo dicitur infinitũ, quod impossibile est transire, quia non est aptum natum transiri. Sic autem concedimus virtutem primi motoris infinitam esse, impossibile enim est finem habere non solũ secundũ tempus, nam supra tempus existit, sed & secundũ robur, immensa enim est virtus, vt inferius patebit. Alio autem modo infinitum dicitur, quod aptum quidẽ est transiri, sed ad finem non peruenit, aut quia simpliciter non possit, aut difficulter possit, aut tandem quomodocunque impediatur: quod genus infiniti inest tantũ iis, quæ quanta sunt continua seu discreta, siue per se siue secundũ accidens, vt albedo infinita quia superficies infinita. Cũ igitur propriè illud dicatur infinitũ, quod potest finitum esse, huiusmodi autem sit quantum siue magnitudo, siue multitudo, cuius passio per se est finitum

finitum vel infinitum. 3.*Phys.text.35.* ob id asserimus primi motoris virtutem, neque finitam, neque infinitam propriè dici posse. Huius autem apertissima est demonstratio Aristotelis. 8.*Phys.text.86.* vbi probat primũ motorem impartibilem esse & nullam habere magnitudinem: quoniam si finitam haberet potentiam, non moueret tempore infinito, vt mouet: si verò infinitam, esset quoque magnitudo infinita, quæ non datur in natura, vt ostensum est. 3.*Phy.cap.5 & 1.cæ.cap.5.6.& 7.* Idcirco cùm neque finitam, neque infinitam habeat potentiam, impartibilem esse est necesse, & sine magnitudine. omnis enim magnitudo finita est vel infinita.

His tamen non obstantibus quidam summi Peripatetici voluerunt, etiam eius quod nullam habet magnitudinem, virtutem esse vel finitam vel infinitam: hanc autem distinguentes in intensè & extensè auctam, scilicet secundũ robur vel diuturnitatem temporis, inquiũt, Primum motorem finiti quidem esse roboris, infinitæ autem perennitatis: hoc quidem quia mouet infinito tempore: illud autem, quia quod mouetur est finitum & velocitas finita circulationis. Putant igitur, si cœlum esset maius, aut stellæ plures vel maiores, non posse moueri, nisi tardius, quoniam virtus tanta est, quanta sufficiat ad molem, quæ nunc est, mouendam. Nam si posset eadem velocitate maiorem molem circunuoluere, hanc minorem tantò velocius nunc moueret, & si in infinitũ intenta esset virtus, nullum esset tempus in quo moueret hanc molem finitam: maior enim virtus in minori tempore mouet. Finitum igitur robur esse primi motoris propter huiusmodi rationes putauerunt.

Sed quantum discedant à veritate summi Philosophi, demonstrationem superius dictam considerantibus facilè patere potest. Nam primũ non sequeretur conclusio quæ infertur, nullam scilicet habere magnitudinem, sed oppositum. Si enim conceditur virtutem habere finitam aut infinitam, quantũ quoddam erit primũ mouens siue per se, siue secundũ accidens: finitum enim & infinitum sunt per se affectiones quanti. Præterea impossibile est aliquid finitum esse secundũ robur, mouere autem infinito tempore, vt ipsi supponunt. Demonstratio autem huius est. 8.*Phys. text.78.* vbi vniuersaliter probatur nullũ finitum mouere in tempore infinito in hunc modum. Nã si accipiatur pars virtutis, hæc partem corporis mouebit in minori tempore: diuiditur enim motus & tempus secundum diuisionem mobilis. 6.*Phys tex.39.* Nam partis minor est motus quã totius: minoris autem motus minus est tempus verbi gratia, pars magnitudinis quæ mouetur citius absoluitur à magnitudine quàm tangit, tota autem tardius: idcirco infinita magnitudo in infinitum requirit tempus, finita finitum, magna longum, parua breue. Finitum ergo erit tempus, in quo pars mouentis partem magnitudinis mouet: æqualiter autem augendo virtutem & mobile & tempus: virtus quidem finita & mobile finitum auctionis finem habebunt, tempus autẽ nequaquam: infinitum enim supponitur, in quo tota virtus totam magnitudinem mouet: idcirco aut omnia finita, aut omnia infinita esse oportet, tẽpus scilicet, magnitudinem & virtutem. Si respondeant non valere demonstrationem de omni virtute, sed tantùm de ea quæ diuturnitatem significat: quasi altera sit virtus & nõ eadem quæ tantùm potest & in tanto tempore mouere: nihilominus adhuc remanet inæqualitas. corpus enim finitum est, virtus autem & tempus infinita. Præterea vana fuisset demonstratio: virtutem enim infinitam duratione dicere, & infinito tẽpore mouere, idem est, nec eget demonstratione. Non igitur ostẽdit finitum aliquod secundum durationem, mouere non posse infinito tempore, sed simpliciter quodcunque finitum.

Verùm enimuero si admittamus, neque finitam neq; infinitam esse primi mouentis virtutem, vt voluit Aristoteles, quo pacto infinitus erit motus, finita autẽ velocitas & finitum corpus? Nam si infinito tempore mouet, existente infinito motu, virtutem similiter infinitã esse oportuisset: ratione autẽ corporis finiti & finitę velocitatis finitam. An nõ est necesse? indiuisibile enim existẽs & non quantum similiter se habet ad quancunque quãtitatem seu finitam seu infinitam. Idcirco si tempus est infinitum, virtus quidem non potest esse finita, nec tamẽ est necesse infinitam esse. Similiter si magnitudo est finita, non contingit virtutem esse infinitam: non tamen est necesse finitam esse. Hac igitur subtilissima perscrutatione Aristoteles inuestigauit primum motorem impartibilem esse, & nullam habere magnitudinem. Nam aliàs hæc simul esse non possunt, mouere scilicet infinito tempore, & magnitudinem esse idem finitum & infinitũ.

Sed amplius dubitatur. si indiuisibile est primum mouens, non erit proportio inter plura mouentia, vt inter plura mobilia: indiuisibile enim nec maius nec minus est: corpora autem quæ mouentur differunt magnitudine & paruitate, velocitate & tarditate. Differre autem oportere mouentia inter se, vt differunt mobilia & velocitates, ostendit Aristoteles. 7.*Phys.cap.5.* omnia enim inter se proportionabilia esse oportet. Nam aliàs ab eadem virtute similiter moueretur moles maior & minor: & eadem moles tardius & velocius. sic autem id quod mouet corpus Lunæ, mouere poterit quemcunque orbem. & si tantùm potest motor Lunæ, quantum potest motor primi cœli (indiuisibiles enim cum sint non excedunt se inuicem) quemadmodum tanta moles primi cœli velocissimè mouetur à suo motore, sic corpus lunæ, quod lõgè minus est, adhuc tantò velocius moueretur à proprio motore: ab æquali enim virtute citius mouetur quod minus est, quàm quod maius. Sed cùm hæc alio modo habeant, & determinatæ sint corporum moles & velocitates, necesse est similiter virtutes mouentes terminatas esse: non igitur indiuisibiles erunt.

Difficillima quidem est quæstio, adeo vt cogere videatur. Nã aut incommensurabilia erunt mouentia cum iis quæ mouentur, si mouentia impartibilia sunt: aut si concesserimus partibilia, vt maiores & minores sint virtutes, à finita virtute fiet infinitus motus, aut infinita virtus erit in corpore finito. Verumtamen si ea meminerimus, quæ de vnitate & multitudine substantiarum abstractarum dicta sunt à nobis, facilis erit quæstionis solutio. Cum enim vnum tantum sit summum expetibile, quod immobile existens mouet, magis & minus experi contingit, secundum maiorem & minorem corporum perfectionem, vnde collecta est multitudo mouentium secundum eum ordinem quem habent corpora inter se: vt quod perfectissimum est velocissimè moueatur, tardissimè autem quod imperfectissimum: perfectio autem & imperfectio ex magnitudine & paruitate videtur esse, & ex propinquitate ac distantia. Omnis igitur differentia ex parte mobilis oritur, non ex parte mouentis. Quatenus enim mouens vnum est & impartibile, quæ erit differentia diuidens? quamuis igitur hoc nullam habeat proportionem cum diuisibili & magnitudine, quatenus tamen secundum mensuram appetitur à quocunque, proportionem habet cum vnoquoque. Propter hanc autem proportionem & mensuram, quædam citius absoluunt sua itinera, quædam tardius, quia tantùm datum est illis de appetentia. Et contra accidit quam vt quidam dubitarunt: si cœlum maius esset, quàm nunc est, moueri non posse, aut tardius moueri. Nam videmus, quantò maiora sunt corpora, tantò etiam velocius ferri: vnde luna tardissimè mouetur, quia minimam obtinet molẽ: primum cœlum velocissimè, quia omnium est maximũ. Si igitur adhuc maius esset, velocius etiam ferretur, magis enim appeteret. & si posset in infinitum crescere, etiam in infinitum cresceret & appetentia & velocitas, nam ex parte mouentis nullus est defectus.

At dicet quispiam, frustra esse in primo mouente hãc potentiam, mouendi scilicet maiorem orbem, quàm qui nunc est, cùm nunquam reducatur ad actum: id enim impossibile dicitur quod nunquam aliter est. Dicimus hoc quidem repugnare ex natura corporis, non ex natura mouentis: corporis enim moles tanta est, quanta esse potest, & non est possibile corpus esse maius cœlo. & si igitur in cœlo non expetatur quantum ipsum optimum est expetibile, finita enim est corporis moles, à se tamen expetitur vt est expetibile, & optima vita fruitur sine mensura. Non enim desinit natura boni vbi de-

finit natura corporis: vbi autem desinit natura corporis: motus etiã desinit; non igitur possibile est velociorem esse motũ, quã qui primi cœli. Secundũ hanc ergo mensuram appetentiæ corporũ velocitates sunt finitæ: quatenus autem primũ moués immensum est, non quia quantum quoddã infinitũ, sed quia impartibile & sine magnitudine, eatenus recipitur motus sine mensura. huiusmodi autem est secundũ tempus infinitum. finitum enim vnumquodque mensurabile est. Neque differentia vlla est penes id: similiter enim de æternitate habet Luna, vt Sol, & cætera Astra: vnus enim est omnium motor. Quoniam autem corpus finitum non poterat recipere motum infinitum, idcirco figura illi tributa est circularis, secundũ quã fit motus: circuli enim nullus est finis neque principium: & exemptum est à contrarietate, vt ingenitum esset & incorruptibile.

Colligimus autem ex dictis, duplicem esse virtutem mouentem cælestia corpora: vnam quidem ipsius mouentis immobilis: alteram autem ipsius corporis moti: quemadmodum & in aliis omnibus est necesse. Duplex enim potentia; altera agendi altera patiendi. 5. *Metaph. text.* 17. combutit enim ignis quod combustibile est, incombustibile autem nequaquam. A virtute igitur agente in cælo, quatenus immensa est & impartibilis, motus æternus prouenit: cui in corpore respondet virtus recipiendi motum infinitum, non quidem quantitas infinita, sed figura fine carens & principio, quæ circularis est. Ab eodem verò agente quatenus secundũ mensuram appetentiæ & quantitatis corporis motus distribuitur, recipitur determinatus motus secundũ velocitatem & tarditatem. Virtus igitur passiua, id est appetentia, quæ natura est, tanta existens quanta est corporis moles, virtutem agentem secundũ se immensam quodammodo mensurat: immensa autem virtus agens, finitum corpus quasi infinitum facit secundum figuram.

Qvæst. IIII.

Primum motorem intelligentiam esset speculatiuam non actiuam.

CVm primus motor immobilis existens tanquam appetibile quoddam moueat cælum: appetitus autem sequatur aut sensum aut intellectum. 3. *de an. tex.* 54. necesse est intellectũ esse summum bonum, sensus enim non est rerum separatarum, sed intelligentia solũ: idcirco dictum est. 12. *Metaph. tex.* 36. prima eadem esse appetibilia & intelligibilia: & intellectionem principium esse appetentiæ. Quoniam verò intellectus quidam speculatiuus dicitur, quidam actiuus, alius quoque factiuus, qui fine distinguũtur: contemplatiui enim finis veritas, cæterorum autem actio seu opus, testatur quidem Aristoteles. 10. *Ethic. cap.* 8. deorum operationem contemplatiuam tantũ esse, non autem actiuam neque factiuam.

Quæ sententia maximam patitur controuersiam. Nam si substantia separata ideo mouet, quia amatur & desideratur. 12. *Metap. tex.* 37. amatur autem quia intelligitur vt bonum: actiua intelligentia videretur esse, hoc enim differt bonum à vero. 3. *de an. tex.* 34. boni enim intellectio appetitum gignit & motum, quod spectat ad actionem: veritatis autem contemplatio quiescit inuenta veritate. Explicauit autem hoc Aristoteles manifestè. 6. *Ethic. cap.* 2. vbi inquit, cogitationem ipsam nihil mouere, sed eam quæ causa alicuius est & actiuam, & 3. *de an. tex* 49. duo enim mouentia, intellectus qui propter aliquid ratiocinatur, qui practicus est: & appetitus. Et 1. *de an. tex.* 54. vbi mouens distinguit in immobile & id quod mouetur, Immobile enim (inquit) esse agibile bonum, alterum autem appetitiuum. Si igitur ab intelligentia aliqua mouetur cælum, necessarium videtur hanc esse actiuam, non autem contemplatiuã: non enim contemplatiua actionis vllius gratia est, sed veritatis solùm. Præterea si meditante motu inuentus est primus motor. 8. *Phy.* & quæcunque illi attribuuntur: hoc modo vt actiuus tantũ intellectus à nobis cognosci poterit. speculatiuus enim ad motum nihil videtur prodesse. 3. *de an. tex.* 45. quòd si concesserimus actiuum esse, alia sequentur absurda & maiora.

Nam primùm contingeret aliter se habere posse id quod omnino immobile & æternum est: agibile enim bonum est quod aliter habere potest. 3. *de an. tex.* 51. Præterea non esset separabilis à materia primus motor, bonum enim vniuscuiusque finis est ad quem tendit vnũquodque: hæc autem forma est materialis, aut vbi, aut quantum, aut aliquod aliorum prædicamentorum: finis enim mutationis cuiusque aut motus in his est. separata autem substantia non potest esse alicuius mutationis finis: haberet enim materiam, & opposita illi esset priuatio: at primo principio nihil est contrarium. 12. *Metaph. tex.* 56. omnia enim contraria materiam habent. bonum igitur & malum, quæ motiua sunt per concupiscentiam & odium, inseparabilia sunt à materia. Diceret quispiã intellectione abstrahi à materia quæcunque in materia sunt: hoc modo autem principium esse primũ motorem, quatenus intellectus est & separatus à materia. At, hoc esset ideas principia rerum ponere: idæa enim aliqua motus cælum mouebit, quemadmodum sanitas in mente artificis sanitatem efficit in ægroto. Hunc autem modum generationis non esse in natura, inferius commodius ostendemus.

An intellectus actiuus & factiuus principia sunt eorum, quæ fiunt ab homine quatenus artem habet & prudentiam? quorum omnium principium est extra id quod mouetur: in iis autem quæ fiunt à natura, principium est intra. Idcirco nulla intelligentia actiua seu factiua requiritur ad motus naturales perficiendos. appetitus enim naturalis siue impetus nõ huiusmodi intellectum sequitur: sed sufficit speculatiuũ esse quendam intellectum separatum, qui non huius quidem gratia intelligat (non enim esset vltimus finis, cùm ad opus aliud dirigeretur) sed sui quidem gratia intelligente, & in sua perfectione persistente, reliquis substantiis ab ipso pendentibus, ex necessitate appetitus ille innascatur, quæ natura dicitur vniuscuiusque, à quo omnis motus naturalis perficitur.

Hoc autem modo soluitur quoque dubitatio quorundam, qui putauerunt duas intelligentias singulis orbibus cælestibus ascribendas esse: quoniam si primus motor tanquam appetibile quoddam & amatum mouet corpora cœlestia, appetere autem & amare hæc non possunt, nisi intelligant ipsum bonum: aliam igitur intelligentiam singulis inesse oporteat coniunctam orbi, per quam orbis separatam alteram intelligat, cui assimilari cupiat. Non enim est necesse omnem appetitum insequi intelligentiam actiuam, vt in hominibus contingit: solus enim inter ea quæ natura constant intelligit, ac viuit arte & prudentia. Credere autem idem esse & secundum idem id quod mouetur, & quod appetit, & quod intelligit, non nisi fatuum est: non enim secundũ eandem partem hæc fiunt etiam in animalibus. Motus enim secundum neruos & articulos perficitur: appetitus autem in corde aut proportionali consistit: virtus autem sentiendi in propriis organis. Mentis autem virtus separata est. Similiter dicendum de cœlo: cum enim in eo tria sint, id quod mouetur corpus: mouens intelligentia: & tertiũ quo mouetur, appetitus. vnum quidẽ aliquod est, quod mouetur, quod appetit, & quod intelligit, non tamen secundum easdem partes aut potentias. Secundũ igitur corporis naturam motus inest, hoc enim primo mouetur: secundum intelligentiam intelligit, hęc enim propria est intellectus operatio non communicans cum corpore: secundum autem coniunctum appetit: amare enim, & odisse, & desiderare affectiones sunt coniuncti ex anima & corpore. 1. *de an. tex.* 14. & 66. si autẽ aliqua est animæ operatio propria, intellectio est sola, maximè autem diuina.

Nón ergo est necesse ad appetitum & motum cælo impartiẽdum, alium quærere intellectum coniunctum,

qualis

qualis est actiuos. Sofficiens enim est speculatiuus ille actus simplex & persectissimos non alicuius gratia existens, sed ipsemet finis omnium, vnde hàbent cætera & esse & viuere. Nam præsenre actu, materia actu fit quantum apta nata est: indiuisibilis nanque secundum se, ratione materiæ diuiditur. Differentia igitut est inter ea quæ fiunt ab intellectu actiuo, & qoæ ab huiusmodi speculatiuo oriuntur. Actiuus enim sen factiuus intellectus non indit appeitom seu inclinationem in pazieote, sed in agente solùm: idcirco principium est motus in altero, vel pro vt alterum est, & agit introducendo, non educendo de potentia materiæ, veluri artificialia omnia se habent. Speculatiuus autem intellectos substãtia existens pet se, non alterius gratia appetibilis, ea quæ apta nata suni appetere perficit, non agendo quippiam, aut introducendo in materia aliquid, hoc enim laboriosum esset, sed per sui præsentiam educendo ex potentia materiæ formam, ad quam apta nata est. Principium igitur motus horum in patiente solùm, nõ in agente est, quæ natura dicitut vniuscuiusque. Vtrum autem omnis intellectus speculatiuus hòc modo pe.ficere possit, alia quæstio est, aliàs examinanda.

Qvæst. V.

Cæli circulationem imitationem esse intelligentiæ.



Qværi solet de Cælo, cut potius pet motũ quàm per immobilitatem bonum ipsum consequatur ab intelligentia? Videtetur enim quies potius apperenda quàm motus: si ipsom appetibile omni motu caret. Prætetea cũ omnia motus aliunde aliquò tendat, institutus autem sit propter finẽ ad quem tendit, vt in generatione substantia, in augmẽtatione quantitas, in alteratione qualitas, in motu locali ipsum vbi: cæli circulatio frustra videtur instituta, cùm eius non sit aliquis terminus ad quem tendat. habitibos enim præsentibus cessat motus. circulatio autem, tanquam fine carens, infinito tempore agitur. prioris igitur conditionis viderur esse cælum quam grauia & leuia. hæc enim loca habent in quibus quiescant post motum: cælum autem sine vlla quiete semper agitatum finem nõ habet propter quem motus omnis videtur institutus. An cælum hoc modo agendo, maximè primum illum intelligentiæ actum imitatur? Cùm enim ab actu simplicissimo cæteri actus cum potentia mixti pendeant secundum mulros perfectionis gradus, vt ostensum est aliàs. cœli autem materia longè perfectior existat, quam quæ generabilium & corruptibilium: meritò & actum perfectiorem consequi par est. Æqualem autem perfectionem habere ipsi intelligentiæ impossibile est. mixtã enim haber aliquam potentiam scilicet ad vbi: idcirco per huiusmodi motum suam perfectionem cõsequitur.

At verò quæ perfectio est ipsa circulatio? & quæ imitatio est intelligentiæ? An quemadmodum diuina intelligentia receptio quædam est sui ipsius, non alterius: idem enim est quod intelligit, & quod intelligitur: sic cæleste corpus in se ipsum reuoluitur, non in alienum transit locum? Quatenus igitur in eodem sempet manent, imitatur intelligentiæ immobilitatem: quatenus autem continua motione ab eodem in idem transit (idẽ enim est circuli principium, medium, & finis) maximè assimilatur intellectioni quæ est sui ipsius. At humanus intellectos & quicunque discursiuus est, aut qui non sui ipsius sed alterius est, motui recto magis assimilatur: principium enim distinguitur à fine, vt propositiones à conclusione. *1. de an. tex.* 48. idcirco cæli circulatio non aliquem huiusmodi intellectum sequitur veluti practicum aut discursiuum: sed speculatiuum solùm, qui sui ipsius est. Quoniam verò substantia intelligentiæ inexpers est, & oullam habet magnitudinem cælum autem ob naturam corpoream partes habet: nulla alia ratione huiusmodi naturam imitari potuit, quàm velocissimo partium discursu. Quod enim intelligentia per immobilitatem consequitur, vt scilicet vbique præsens sit (nã cum in loco esse haud apta nata sit, nec in partes diuidi, sine loci mutatione & absque vlla sui diuisione in omnes mundi partes veluti fusa est) id natura corporis per motum circularem quantum potest adipiscitur: potest aotem in tempore & successiuè secũdum omnes partes vbique esse, simul autem non potest: repugnat enim naturæ corporis simul in eodem plura esse.

Idcirco quemadmodum fidibus percussis accidit, vt in eodem tempore videantur esse in duobus locis propter insensibilem temporis paruitatem, vnde apparent duæ: si cæli partes cum simul in omnibus locis esse non possint, saltem cursu agitatissimo nituntur id consequi. Maximè autem hoc conseqoitur extrema sphæra: hæc enim velocissimè mouetur, & quia moles corporis maxima, & quia propinquissima intelligentiæ. Reliquæ autem vt magnitudine & paruitate differunt, sic & circulationis velocitate. Quasi si cæli sphæræ augerentur in infinitum, infinita quoque esset velocitas: adeo vt in nulla parte temporis tota circulatio perageretur. Quòd igitur corpori infinito accideret, nunc accidit intelligẽtiæ: veluti enim circulatio quædam est omnem implẽs ambitum, sed supra tempus. qua enim corpus est finitũ, finita quoqoe velocitas est & tempus. Quoniam autem infinitom circulare corpus dari impossibile est: hoc enim dato & in non tempore moto ob infinitam velocitatem, vbi vna pars infiniti esser, simul essent & omnes aliæ: necesse fuit indiuisibile esse primnm mouens, non corpus. positione enim differunt partes corporis & magnitudinis cuiusque.

Hoc igitur modo cæli circulatio consecotio quædam est intelligentiæ. deficit autem quia intelligentia quidẽ in nullo tempore ambitum perficit, ideo simul vbique est quasi lumen: cælum autem indeterminato tempore, hoc enim habet magnitudinem determinatam: illa autem assimilatur iofinito corpori infinita velocitate moto. at huiusmodi motus immobilitas potius videtur. semper enim similiter se habet, oon tameo sic vt quiescens aliquid aut dormiens: hæc enim priuationem significant: sed in actione perseuerans continuè, quæ intellectio appellatur. Huiusmodi autem motnm videtur Plato significasse, cùm animam definiens dixit esse substantiam à se motam: operationem enim intellectus significauit, quam vocauit circulationem. Propriè tamen motus non est indiuisibilium, sed corporis, ideo in tempore omnis motus apud Aristotelem. Patet igitur cur cælum nõ in quiete perfectionem habet, sed in motu Intelligentiæ enim operatio non quies est, sed motus quidam, vt patuit, proportione respondens motui circulari qui in corpore fit. Item cur velocissimus sit vltimi cœli motus: vt enim illud corpus maximè accedit ad intelligentiam, sic eius velocissimus motus maximè accedit ad intelligentiæ immobilitatem. Nam quemadmodum in iis quæ apud nos aliquando velocissimè totantur, insensibile conuersionis tempus inmobilitatem quandam repræsentat, sic cælum per conuersionem breuissimo tempore completam imitatur eam quę sine vllo tempore fit in intelligentia.

Quòd autem cæterorum motuum aliquis sit finis, in quem tendunt, quo præsente cessat motus, cælestis autem circulationis nulla sit cessatio: non ob id sequitur frustra in cælo inesse huiusmodi motum, cùm eius nullus sit finis. Nam in contrariis & in iis quorum sunt extrema, motus extremorum gratia est institutus. est enim motus actus imperfectus, perfectio autem in fine est. In circulo autem cùm nulla sit contrarietas, nec extremum, circularis lationis nullus est finis, sed ipsemet finis est & perfectio, est enim quasi vita. 8. *Phys. tex.* 1. Quomodo igitur intelligentia immobilis existens cœlum moueat, explicatum est.

Qvæst. VI.

Vnam tantùm esse intelligentiam diuinam, quæ Deus est.

SI omnis multitudo diuisionem supponit, diuisio autem materiam, vt probatum est: quod indiuisibile est, & ab omni materia seiunctũ, qualis est diuina intelligentia, vnum tantùm esse necesse est. Hoc igitur ex iis quæ superius demonstrata sunt est manifestum. Quoniam verò difficultates multæ contingunt, iterum ex propriis, quæ circa mentẽ apparent, agemus. Cùm igitur intellectus susceptiuus sit ipsius intelligibilis & substantiæ. 12 *Metaph. tex.* 39 intellectus diuinus aut seipsum suscipit aut aliud. Si quidẽ aliud susciperet, primò ipse non esset optima substantia & dignissima, dignitas enim ipsius intellectus est ratione intelligibilis, hoc enim mouet. deinde eius substãtia potentia esset non actus: actus enim ipsius intellectus intelligibile est, quando receptum est: intellectus autem receptiuus nihil actu est eorum quæ sunt, antequam intelligat. 3. *de an.* tex. 5. quòd si hoc modo existeret intellectus diuinus, laboriosa esset perseuerantia intelligendi 12. *Metaph. tex.* 51. potentia enim eùm eadem sit oppositorum, in causa est laboris, vt agere non semper possit, neque semper non agere. 1. *cæl. cap.* 12. se ipsum ergo solum intellectus diuinus recipit, & eius substantia actus est. semper enim intelligit, ac semper mouet cælum.

His autem hoc modo habentibus, impossibile est plures esse intelligentias. Nam data multitudine, si singulæ sui ipsius tantùm sint, vna alteri nihil proderit, siue sit, siue non sit: & multitudo erit principatus: hoc autem modo nec ordo nec bonum esset in rebus. 12. *Metaph. tex. vlt.* Si autem vna alterius sit receptiua, non erit earum substantia actus, sed potentia. quod in diuinis absurdum esse ostensum est. Amplius, si vna se ipsam intelligit & aliam, aut intelligentiarum multiplicatio erit in infinitum, aut vnica tantùm erit intelligentia. Sint enim duæ, quarum vna alteram intelligat, si altera est sui ipsius intelligentia. & quæ alterius: quæ alterius est, alia erit ab intelligẽtia intellecta, illa enim & à se intelligitur & ab altera: & de hac intelligentia media iterum quærendum erit, vtrum aliam intelligat. quod si sit dabitur processus in infinitum in intelligentiis mediis, semper enim altera erit intelligentia sui ipsius, altera quæ alterius. Quòd si eadem, & ab initio igitur eadem est intelligentia quæ sui ipsius, & quæ alterius. Amplius, si omne receptiuum carere debet non solùm eo quod recipitur, sed & quocunque alio eiusdem generis, vt receptiuum albedinis, non solùm albedine priuatum esse oportet, sed & omni colore: quod enim intus existeret, prohiberet aliorum receptionem. Quæcunque igitur intelligentia actu est seipsam intelligendo, alienam intelligentiam recipere nequit. Quòd si recipiat, non erit eius aliquis præter actum receptæ intelligentiæ: hoc autem est vnicum actum facere, & vnicam intelligentiam. Si enim semper hunc actum intelligit, non habebit potẽtiam transeundi ad alios actus. Positis ergo pluribus intelligentiis æternis, vna alteram non intelliget, & multa erunt principia.

Sed dubitatur, Si intelligentia diuina vnica est, quomodo ab eadem multitudo motuum oritur in corporibus cælestibus? vt enim vnus motus vnius est corporis, & ab vno motore, sic plures à pluribus intelligentiis oriri necesse videtur. Præterea etiam ratione cæterorum entium multiplicari intellectiones oportet, si intellectus principium est omnium quæ natura constant, ab hoc enim principio & cælum & natura dependet. Si igitur vnus tantùm esset intelligendi actus & vnum intelligibile, omnia vnum essent: vna enim esset omnium substantia & quid est, scilicet id quod intelligitur. Quòd si multa intelligibilia & multa sunt entia, aut non pendebunt ab intelligentia diuina, aut intellectus diuinus alia intelliget quæ sunt extra se, quod impossibile esse demonstrauimus. Non enim ab intellectu pendere possit id quod sibi ignotum est: quemadmodum non dicuntur ab artifice fieri quæ prius in mente artificis non fuerint. Si igitur intelligentia diuina omnia intelligit, non vnius erit actus, nec simplex. Nam tot in se continebit intelligentias, quot sunt entia. Huiusmodi igitur circa mentem dubitationes contingunt.

Videndum est autem, vtrum à primo ente cætera pẽdeant, quia est an quia intelligitur: differt enim multũ. Nam in Mathematicis & in quibus non est aliquid cuius gratia, ideo sunt conclusiones, quia principia sunt: in quibus autem est ratio boni, & sunt quædam alicuius gratia, vt materia: & id cuius gratia, vt finis & forma, videtur intellectus principium esse, principium enim vt finis à definitione & ratione petitur, vt in artibus. 2. *Phys tex.* 91. hæc autem intellectio est, quæ scilicet à fine incipit: altera autem effectio, quæ à materia. 7. *Metaph. text.* 23. Si igitur natura agit propter finem, intellectus aliquis erit omnium rerum naturalium principium, & omnia intelligere oportebit, non enim quiescit intellectus donec ad vltimum deuenerit incipiens à fine 7 *Metaph. tex.* 17. At verò si hæc concedamus, quot sunt entia, tot erunt admittendæ intelligentiæ, tanquam illorum exemplaria, & tandem Ideæ. Intelligentia enim substantia est separata à sensibilibus: idcirco omnium sensibilium altera quædam erit substantia ab aliis separata: quę omnia in Peripatetica disciplina maximè absurda censentur.

An similitudo sumpta ex artibus non admittenda est in natura? Non enim sic natura facit, vt ars. Hæc enim ex domo quæ sine materia est, sed in mente tantùm reperitur, domum facit in materia: natura autem hominem ex homine facit, vtrisque in materia existentibus. 7. *Metaph. tex.* 28. Forma igitur seu finis, & ipsum quid est, rerum naturalium principium est similiter vt in Mathematicis quia est, non quia intelligitur. Quod rationi quoq; consentaneum videtur. Quemadmodum enim non propter affirmationem aut negationem veram vel falsam res est vel non est, sed è conuerso, quia res est vel nõ est, ideo affirmatio vel negatio vera est vel falsa Eodem modo non quia intelligatur quippiam aut non intelligatur res est vel non est: sed quia res est vel non est, intelligitur aut non intelligitur: ens enim intelligibile, non ens autem non intelligitur. Prius igitur est intelligibile quàm intellectus. Quinimo etiam in artibus in quibus principium videtur intellectus, similiter se habet: sanitas enim in mente nunquam faciet sanitatem in ægroto, nisi quippiam quod in materia fuerit, eam induxerit, vt caliditas, quæ vel sit pars sanitatis, vel aliquo modo sanitatis rationem includat 7. *Metaph. tex.* 30. Quo agente sanitas fiet, etiam si in artificis intellectu nõ fuerit, sic enim aliquando à casu fit sanitas. 7. *Metaph. tex.* 29. quapropter etiam si darentur rerum naturalium Ideę, ad generationes non prodessent. Nõ enim caliditas quæ in mente est calefacit, sed quæ in materia reperitur.

Ex his igitur manifestum videtur non intelligentiam principium esse, sed intelligibile quatenus est. Quòd si hoc modo dicamus, frustra videbitur poni intellectus in principio. An intelligentia non horum gratia est, sed sui tantùm? perfectissimi enim entis perfectissima est operatio & iucundissima. 12. *Metaph. tex.* 39. huiusmodi autem intellectio est speculatiua, non actiua, nec factiua, hæ enim gratia operis sunt Quoniam verò huiusmodi intellectio substantia est, idem enim cum intelligibili, & est intellectionis intellectio. 12. *Metaph tex.* 51. Idcirco intelligentia huiusmodi, quatenus actus quidam optimus, cæterorum entium est principium, sui appetentia omnia mouendo. Cęteræ autem intellectiones posteriores sunt ipsis rebus, idcirco non habent rationem principij, non enim appetentiam gignunt in materia. Si igitur primum quid est, non fuisset intelligentia, nihil mouisset sui desiderio, principium enim appetitus intellectio. Si autem intellectus quidam fuisset, sed non substãtia, quales intellectiones humanæ, nullam vim habuisset agendi. Merito igitur primum omnium principium substantia est, & sui ipsius intelligentia. Quatenus enim perfectissimum ens est, cęteris esse distribuit & perficit omnia: quatenus autem intellectio est, perfectionis desiderium rebus indit.

Quo autem modo ab hoc vno multitudo descendat, hinc fiet manifestum. Scribit Aristoteles. 9. *Metaph. cap.* 2. potestates rationales in hoc differre ab iis, quæ sine ratione sunt, quod hæ vnũ tantũ possunt: vt caliditas calefacere

facere

facere tantùm, frigiditas frigefacere & alia similiter Rationales autem plura, & contraria; vt ars medendi & sanitatem efficit & morbum. Causa autem huius est, quoniam ratio eadem habitũ manifestat & oppositam priuationem: quanquam illius quidem per se scientia sit, priuationis verò secundum accidens. Natura igitur intellectus est, vt vnus existens, simul sit multorum, per se tamen vnius id est habitus, vt albedinis, nigredinis autẽ quatenus albedinis remotio. Quocirca non fuit necessarium animam constare ex omnibus elementis, vt omnia cognosceret, quemadmodum antiqui putabant, sufficiẽs enim est altera pars contrarietatis seipsam diiudicare & oppositam: recto enim rectum & obliquum cognoscimus obliquo autem nec obliquum nec rectum discernere possumus, 1. *de an. tex.* 85 quemadmodum igitur accidit intellectui qui potestate constat, & contrariorum est receptiuus, qualis est humanus, vnum enim ex contrariis illi inexistens efficit intellectionem, & sui ipsius & oppositi: sic existimandum est intellectum diuinum, cũ actus perfectissimus sit ab omni contrarietate seiunctus, seipsum intelligendo, cæterorum actuum ab ipso descendenium intellectionem continere: & quodammodo omnia intelligere: non quia species rerum omnium recipiat, nam ex potentia constaret, & vilior esset quàm illa: nobilitas enim intellectus est propter intelligibile. 12 *Metaph. tex.* 51. præterea idæas poneremus in mente diuina, & tandem actiuam factiuamque, negociosam ac laboriosam faceremus intelligẽtiam. Sed quia sui ipsius intellectio est omnium intellectio, vt albi omnium colorum. hoc enim solum est per se intelligibile quia optimum, cuius est per se intellectio. 12. *Metaph. tex.* 39. reliqua autem omnia ab optimo descedentia, vt ea quæ materiam habent, non sunt per se intelligibilia, sed optimi intellectione intelligũtur: Ob id post intellectionem eius quod maximè intelligibile est, facilius intelligimus reliqua.

Patet igitur ex dictis quo pacto vnica intelligentia omnium rerum intelligentias contineat, est enim tanquam mensura omnium. Quemadmodum autem se habent intellectiones, sic etiam & res ipsas esse manifestũ est: ab vno igitur multitudinem descendere non est impossibile. Patet etiam ex reductione entium ad vnum, & ex modo quo substantiarum genera dicuntur secundum additionem & ablationem, de quibus abundè superius egimus. Quatenus igitur simpliciter est, & per ablationem omnis materiæ dicitur, vnica & simplex est substantia. Quatenus autem reliqua entia respicit, variatur secundum eorum multitudinem & perfectionẽ. Nec tamen ob id diuisibile fit aut materiæ alligatur, id quod nullam habet magnitudinem separatúmque est: habitudo enim ad ipsum non ipsum hæc patitur. Differentiæ autem perfectionum ex materia oriuntur, quẽadmodum & multitudo. Nec cogimur concedere substantias dari separatas rerum ex materia constantium, vt qui idæas ponebant: vnica enim & simplex intelligẽtia sui ipsius existens sufficiens est ad omnium intellectionem: nam reliqua cùm per se non possint intelligi, per illam intelliguntur. Et quemadmodum vnicus finis rationem continet omnium quæ finis gratia habentur. sic vnica substantia separata optimi rationem habens, ratio est omnium inseparabilium, & eorum quæ secundum additionem materiæ dicuntur. Ob multitudinem igitur formarum materialium, non est necesse intelligẽtias multiplicari. Ratione autem mouentium orbes cælestes, quemadmodum Aristoteles multitudinem substantiarum immobilium constituit, sic intelligentiarum multitudo ponenda videtur. Considerata enim quatenus mouet totum cælum, vna intelligentia est: vnum enim est totum cælum: quatenus autem partes mouet, tot erunt intelligentiæ quot partes. Simile igitur esset ac si animam sentientem multas habere partes censeremus, quia multis instrumentis vim sentiendi tribuit: cũ tamen per se vna sit & indiuisibilis in corde sedens, vt voluit Aristoteles.

Hoc autem modo intelligentias multas esse non repugnat vnitati & simplicitati intelligentiæ quam posuimus. Vt enim eadem anima sentiendi in oculo visus appellatur, in aure autem auditus: sic eadem intelligẽtia quatenus quidem Lunam mouet, Lunæ ascribitur: quatenus autem Saturnũ Saturno: & de cæteris eodem modo. De quibus frustra quæritur vtrũ alias intelligant, cũ re nõ sint aliæ. Quatenus autem aliæ concipiuntur, cùm sint veluti pes & manus, oculus & auris: impossibile est seinuicem intelligere, fierent enim idem inter se & cũ toto. Sed quẽadmodum anima vigente, omnia instrumẽta agunt opus proprium non alienum: sic intelligentia seipsam intelligente, singulæ partes (si partes appellare fas est) seipsas intelligunt solùm. Huiusmodi autẽ intelligentiæ in vna includuntur, quemadmodum partes in toto, aut numerus minor in maiori: aut vt in quadrangulo triangulum: aut melius vt id quod est secundum quid in eo quod simpliciter dicitur: & vt linearum fines cum centro. idem enim omnium finis.

Quæst. VII.

Intelligentiam humanam multiplicari secundum hominum multitudinem.

CVm humana intelligentia in eo differat à diuina, quòd diuinæ quidem substantia actus est. 12 *Metaph. tex.* 51. humanæ autem potentia. 3. *de an. text.* 5. æternitatem intelligendi cõsequi non potest nisi secundũ speciem. Si enim vna numero supponatur æterna, cũ eadem sit potentia contrariorum, eadem poterit semper intelligere, & nõ semper intelligere, quod impossibile esse ostenditur. 1. *cæ. tex.* 12. si ergo semper intelligit, non erit eius substantia posse intelligere, sed actus. 12. *Metaph. text.* 30. Si verò aliquando intelligat, aliquando non, vt manifestè testatur Philosophus. 3. *de an. tex.* 15. æternitas intelligendi non erit nisi per successionem, hoc autẽ est specie vnum esse, numero autẽ multa. Non solùm autem ratio ostendit successionẽ in actu secundo intelligendi, sed etiam in primo. Vbicunq; enim potentia actum præcedit (accidit autem vbi potentia simul est plurium, tempore enim actum præcedit in vno. 3. *de an. tex.* 27.) non est possibile semper in actu esse, neq; semper in potentia secundum idem. Si igitur intelligentia humana non solũ antequã didicerit, in potentia est. 3. *de ani. text* 8. sed etiam antequã addiscere posset, vt in semine. 2 *de gen ani. cap.* 3. omnes enim animæ partes prius potentia habentur quã actu, etiam intellectiua: non enim simul animal est, & homo. nec simul sensualis anima, & rationalis habetur: Numero igitur multas esse intelligentias humanas, vt multi sunt homines, necesse est. Sequitur autem hoc totũ, quia eius substantia potentia est non actus. Amplius, ex iis quæ intelliguntur idẽ colligere licet. Si enim intelligibilia aliquando intelliguntur, aliquando non: cùm autẽ intelliguntur, eadem sunt cum intelligente, actus enim vtriusq; idem. 3. *de an. tex.* 27. scientia enim est res quæ scitur. Ergo intelligentia humana non semper ea intelligit vna numero existens. essent enim & ipsa semper intellecta & vna numero. At quę materiã habent, potentia sunt intelligibilia. 3. *de an. tex.* 16. ideo non semper intellecta, & multa numero vnum autem specie. Esse autem eandẽ rationis similitudinem in intellectu, quæ est in intelligibili, declarauit Arist. 3. *de an. tex.* 2. Vt enim res sunt separabiles à materia, sic & ea quæ circa intellectũ. Et 1. *de par. an. cap* 1. ad eundem pertinet, inquit, agere de intellectu, & intelligibili: idcirco ad naturalem non pertinere agere de omni anima: nã rem à materia abstractã nulla potest scientia naturalis contemplari. Si igitur intelligibilia naturalia propter materiã multa numero sunt, specie autem vna: & intellectus igitur humanus ea intelligens huiusmodi fuerit, de quo agit naturalis.

Quoniam verò hæc maximas patiuntur cõtrouersias: idcirco iterũ dubitãdi modo agamus. Si intellectus aliquis materialis statuatur, & multiplicatus secundũ numerũ hominũ, quo pacto quod intelligitur erit vniuersale & sine materia, quãdo illud ꝙ recipit est singulare,

& nũ sine materia? vniuersale enim si materię iungatur, fit hoc, nec amplius vniuersale est. Præterea quomodo erit immixtus si specie vnus sit, numero multi, vt reliqua intelligibilia? oportet autem ipsum immixtum esse ab omnibus quę sunt, vt omnia possit intelligere. *3. de ani. tex. 4.* Quod si aliquod esset ex intelligibilibus, nõ posset alia intelligibilia recipere. Ideirco ponitur intellectus potentia quædam esse sine materia. *3. de an. text. 16.*

At verò hic maxima est ambiguitas. Siue enim vnum numero dicamus esse in omnibus, siue vnũ specie ipsum intellectum omnium receptiuum, receptionem aliorũ impedimus, iam enim actum quendam facimus, aut abstractum aut materialem. Si abstractum facimus, intellectionem quidem astruimus, quia sine materia est, sed non naturalium intelligibilium, non enim intelliguntur sine materia, vt simum sine naso. *1. de an. tex. 16. & 17.* sed sui ipsius solùm, aut superioris: mobilius enim est ipsum intelligibile. *12. Metaph tex. 51.* Si verò materialem, similem quidem facimus reliquis intelligibilibus, sed quò pacto aliorum receptiuus sit, non est videre. Separabilem ergo oportet esse ab omni actu, si omnia debet intelligere. At huiusmodi videtur materia prima. Quo igitur differret ab ea intellectus omnium formarum receptiuus? An ex materia & forma fit tertium, scilicet cõpositum: in intellectu autẽ non fit tertium sed alterũ? idem enim est scientia & scibile. Potentia ergo solũ est non subiectum aliquod potens: in illis enim alterũ est subiecto esse & potẽtia esse, vt æri esse, & potẽtia ad statuam. *3. Phys tex. 9.* In intellectu autem oportet, idem esse potẽtiam & subiectũ potens, nam alioquin non fieret ipsum intelligibile, sed tertium quoddã ex intellectu & intelligibili, vt ex materia & forma. At verò potẽtia eorum est quę de altero dicuntur & inseparabiliũ, alicuius enim semper potentia dicitur, & alterũ est posse, & id quod potest. Intellectus igitur cuius alia natura nõ est quàm posse, aut vnum erit ex impossibilibus, aut in aliquo erit subiecto.

Quomodo igitur soluemus has difficultates? An colligi potest solutio ex verbis Arist. *1. de an. tex. 13.* exemplo posito ipsius recti? Quemadmodũ enim recto, in quantũ rectũ multa cõpetunt, vt tangere sphæram in puncto: nũquam tamẽ ipsum rectum separatum eam tanget, quia inseparabile quoddã est, & semper cũ quodam corpore. Sic animæ multa possunt competere: in quantum ipsa est, cùm tamen ipsa inseparabilis sit à corpore. Ideirco paulò superius dixit: si aliqua est propria animæ operatio, quæ non cõmunicet cum corporis actione cõtinget ipsam separari. non enim est necesse illam separari: vt rectum, in quantum rectum tangit sphæram in puncto, nõ in quantum æneum, aut huiusmodi tale; non tamen est necesse rectum separari, inseparabile enim est: continget tamen quia quædam separabilia sunt. E conuerso autem si communicet cum actione corporis, impossibile est separari. Simile etiam est id quod dicitur. *1. de gen. & cor. tex. 55.* ignis enim caliditatem habet in materia, & per caliditatem agit, per materiã autem patitur: si autem esset caliditas sine materia, ageret tantũ & non pateretur: in actione igitur non communicat materia, non tamen separabilis est caliditas ab illa.

Dicimus igitur intellectum, quo intelligit anima, potentia esse omnia intelligibilia, ideo immixtus est ab omnibus, & ab omni actu seiunctus: potentiam tamen hanc inseparabilem esse à subiecto aliquo, vt anima: nõ enim idem est anima, & intellectus, vt Democritus putabat. *1. de an. tex. 23. & 4. Metaph. tex. 21* nam idem esset verũ & apparẽs. & omnia essent ad aliquid, & alia multa sequerentur inconuenientia in dictis locis ab Arist. posita. Nihil autem refert si huius potentiæ subiectũ dicamus animam aut corpus, vtraque enim in corpore sunt. Quamuis igitur intellectus potentia quędã sit sine materia, nõ tamẽ seiunctus à materia est: nõ enim inquantum in materia est agit, sed inquantum tale, vt rectũ æneam sphærã tangit, inquantum rectũ, non inquantũ ęneum.

Ad dubitationem autẽ: quomodo immixtus fuerit, & nihil actu eorum quæ sunt, cũ vnum quid specie ponatur, & numero multa: dicimus ratione quidem subiecti vnum specie, & numero multa, & actum quendam esse ipsum intellectum, anima enim entelechia est, seu actus primus alicuius materiæ, ideo numerabilis secundũ multitudinem indiuiduorum: ratione autem potentiæ per quã definitur intellectus, cuius esse nõ est subiecto esse, manifestum est nihil actu esse, antè quã intelligat, si potentia est omnia intelligibilia. Ideirco nec ipse intelligibilis est, antequam intellexerit, nam & materia nõ est intelligibilis secundum se, nullum enim habet actum, cuius est per se intellectus. Cùm ergo dicimus intelligentiam humanam multiplicari secundũ hominũ multitudinem, intelligimus ratione subiecti cuius potentia est. de ipsa autem potentia ratione priuationis nec vnũ nec multa dici potest hæ enim affectiones sunt entis, nõ ipsius non entis nisi secundũ accidens. Cùm autem impossibile sit potentiam aliquam esse sine subiecto, impossibile etiam est intellectum huiusmodi seiunctum esse ab omni materia. Quod igitur immixtus dicitur à corpore, non significat à corpore separatum esse, sed eius esse non esse in corpore esse, non enim corpore vtitur dum operatur, licet inseparabilis sit à corpore.

Neque dicere possumus subiectũ huius potentię substantiam aliquam esse sine materia: omnis enim potẽtia ratione materiæ dicitur: Actus enim à materia separatus nõ aliquando quidem agit, aliquando autem nõ, sed semper similiter se habet: quod autem potentia est præcedere oportet actum in vno, ideo non semper agit. Si igitur esse intellectus humani est potentia, necesse est in materia esse, hęc enim causa est mutationis, vt aliquãdo in actu quippiam sit, aliquando nõ. Quomodo ergo potentia intellectus differet à potentia materiæ? omnia enim similiter materia recipere potest, vt intellectus An materiæ potẽtia recipit formas ipsas & res, intellectus autẽ non res, sed rerum simulacra? ideirco non sunt substantiæ intellectiones humanæ, licet sint substantiarum notæ quædam: Subiecta quoq; harum potẽtiarum differre oportuit. Materia enim secundũ dimensionus receptiua est omnium formarum, anima autem omnium specierum sine materia.

Suboritur hic dubitatio: Si intellectus aliquando in potentia est omnia, scilicet antequam intellexerit quippiam: cur non etiam materia aliquando separata dari possit omni forma carens? Quod si id impossibile est in materia: etiam in intellectu fuerit impossibile aliquando nihil intelligere. Ingenitum igitur & incorruptibilẽ intellectum esse, & semper intelligere, & vnum numero esse, quemadmodum ipsam materiam quidam putauerunt. An non est eadem ratio? Primùm enim subiectum generabilium ingenitum esse oportuit, & inseparabile à contrariis, vt nunquam deficeret generatio. Subiectum autem intelligibilium generabile est, & corruptibile, & separabile ab omnibus intelligibilibus. non enim fuit necesse inseparabile esse ab intelligibilibus, vt nunquã deficeret intellectio, nam nihilominus defecisset subiecto deficiente. Præterea materia potentia est ad omnes formas suscipiendas non simul, sed successiuè: ad priuationem autem omnium formarum nequaquam est in potentia. Intellectus autem aliquando omnia intelligit, non enim vna intellectio alteram detrudit, aliquando nihil intelligit, scilicet antequam didicerit.

Ad alteram verò dubitationem, Quomodo id quod ab intellectu recipitur vniuersale fuerit, cùm recipiens intellectus sit multiplicatus secundum numerum, & singularis: dicimus, simile quid etiam in sensu accidere. Non enim inconueniens est vt idem numero sensibile à pluribus sentiatur: nam eadem vox simul à pluribus auditur, & idem album à pluribus videtur, non tamen auditiones eædem sunt numero, nec visiones: plura enim sunt numero organa in quibus fit eiusdem receptio. Similiter autem nullum fuerit absurdum, si idem numero intelligibile, quod est vniuersale, à pluribus intelligatur: intellectiones enim plures numero erunt ob recipientium multitudinem, vnum autem & idem quod ab omnibus intelligitur. Causa autem est, quia tum sensus tum intellectus species recipiunt sine materia. si enim cum ma-

teria

teria fieret receptio, impossibile esset simul idem à pluribus recipi. Si igitur sensibilia non ideo dicuntur singularia & multiplicata, quia in pluribus instrumentis recipiantur (nam & plura ab eodem & à pluribus idem sentitur) sed quia eorum species conditiones habent materiæ: quid obstat quo minus intelligibilia vniuersalia sint, etiam si à singularibus intelligentiis recipiantur? satis enim est sine iis conditionibus recipi propter quas erant singularia & sensibilia. Sensus enim in eo differt ab intellectu, quod totum & indistinctè suscipit, hoc autem est singulare: intellectus autem distinguens in partes secundum speciem ipsa vniuersalia concipit. Album enim & homo partes sunt secundum speciem Socratis albi, cuius est sensus. Non sequitur igitur intelligibile singulare esse, si intellectus multiplicatus fuerit, quoniam vniuersalia & singularia dicuntur non secundum suscipientis vnitatem aut multitudinem, sed secundum conditiones materiales ipsarum specierum, separatas aut non separatas.

Nec absurdum est singulorum hominum scientias singulares eo modo dici, cùm tamen singulæ vniuersalium sint. Cùm enim species sensibiles & intelligibiles in anima sint tanquam in materia, accidit multiplicari secundum earum multitudinem, perinde ac in pluribus speculis idem aliquod simulacrum. Extra enim vnum quoddam est, in pluribus autem speculis plura. Materia autem in qua est intellectus, propter quam multiplicatus est, & singularis, non impedit receptionem vniuersalis quod sine materia est, non enim quatenus in materia est recipit, sed quatenus potentia huiusmodi. Et quẽadmodum æneum mercurij simulacrum, non quatenus æneum, aut multiplicatum, signum est vnius & veri mercurij representatiuum, sic intellectiones humanę in corpore existentes, non quatenus in corpore rerum ipsarũ sunt notæ. Quatenus igitur simulacra quędam sunt multiplicantur secundum hominum recipientium multitudinem, quatenus autem signa, vniuersalia sont & sine materia. Inspicientibus igitur ad ea quæ intelliguntur, intellectus vnicus multorum dici potest, non multiplicatus: nam quod à multis intelligitur vnum est, & sine materia. Inspicientibus autem ad subiectum intelligẽtiarum (intelligentiæ enim humanæ simulacra quædam sunt in anima, non substantiæ) multiplicari necesse est secundum hominum multitudinem. Quòd si etiã concederemus substantias esse ipsas intellectiones humanas: non tamen adhuc sequitur vnam numero esse in omnibus humanam intelligentiam: intelligibilia enim multa sunt, & multas igitur eorum intelligentias esse necesse est. non enim eadem est canis intellectio, & equi, & reliquorũ intelligibilium. Præterea fateri oporteret inseparabilium substantias esse alias separatas Si igitur hæc impossibilia sunt, & humanæ intellectiones non sunt substantiæ, sed in anima vt subiecto, vnam numero in omnibus hominibus intelligentiam esse impossibile est. non enim est idem numero subiectum.

QVÆST. VIII.

Mortalium solas hominum animas immortales esse.



SI inter mortalia solis hominibus anima rationalis data est: hæc autem operationem habet propriam & separatam, scilicet ipsum intelligere: immortalem ergo huiusmodi animam esse oportet. Quodcunque enim operatur sine corpore, non interit eo corrupto: nam si simul deficeret, nec ergo sine corpore posset operari. Esse autem mentis operationem separatam testatus est Aristoteles multis in locis. Nam 10. *Ethic. cap.* 8. inquit: vitam quæ est secundum reliquas virtutes esse ipsius compositi, sic & felicitatem. mentis autem separatam esse. Et 2 *de gen. ani. cap.* 3 vbi inquit: restat igitur vt mens sola extrinsecus accedat, eáque sola diuina sit, nihil enim cum eius actione communicat actio corporalis. & 1. *de ani. text.* 65. intellectus autem videtur innasci substantia quædam existens & non corrumpi. & 1. *de ani. tex.* 11. animam secundum quasdam partes nihil prohibet separari à corpore, propterea quod nullius corporis sunt actus. & *tex* 21. de intellectu autem & speculatiua potentia nihil adhuc manifestum est, sed videtur genus aliud animæ esse, & hoc solùm posse separari sicut perpetuum à corruptibili. Ex quibus locis & aliis compluribus apertissima videtur Aristotelis sententia in hominibus hanc partem animæ immortalem contineri. Esse autem maximè hominem per hanc partem aperuit. 10. *Ethic. cap.* 7 vbi loquit homini vitam præstantissimam & iucundissimam esse eam, quæ ea intellectu speculatiuo traducitur, siquidem maximè id homo est.

Sed hæc aduersari videntur iis quæ superius demonstrata sont de intelligentiæ humanæ multiplicatione: quod enim numeratur secundum numerum indiuiduorum, & potentia est in materia, æternitatem non habet nisi secundum speciem. Quidam igitur propter hoc omnino negauerunt intellectum multiplicari secundum numerum hominum, sed vnum numero esse in omnibus dixerunt: sic enim immortalem esse & sine materia. Videntes autem oriri & interire in singulis hominibus intellectiones, nec omnia ab vnoquoque sciri: cùm tamen in intellectu æterno æternum actum intelligendi & omnium intelligibilium scientiam inesse oporteat: coacti sunt copulationem quandam comminisci, per quam intellectus cum hominibus iungatur, vt singulis intelligat pro eorum capacitate: sic enim aliquando & quædam illis intelligere, semper autem & omnia vnicuique nequaquam, omnibus autem & semper & omnia. Si igitur huiusmodi intellectus solis hominibus intelligit, quatenus cum phantasmatibus cõiungitur, nullus erit actus ipsius perpetuus: phantasmata enim oriuntur & occidunt: æternitatem autem solùm habebit secundum speciem, quia species hominum æterna est. At irrationabile est substantiam vnam numero æternam ponere, operationem autem non. Quòd si egeat phãtasmatibus generabilibus & corruptibilibus, & ipse igitur generabilis & corruptibilis fuerit. Idcirco dictum est. 1. *de an. text.* 13. si ipsum intelligere aut est phantasia quædam aut non sine phantasia, non contingit sine corpore esse. Si autem sine phantasmatibus intelligit, frustra est copulatio eius cum hominibus, nec est necesse omnibus semper & omnia intelligere, vt non deficiat actus intelligendi & eius perfectio. Quòd autem intelligibilia in potentia non possint intelligi sine phantasmatibus, probauit Aristoteles. 3. *de an. tex.* 39. inseparabilia enim sunt à magnitudine: & in speciebus sensibilibus intelligibilia sunt, & quæ secundum abstractionẽ dicuntur, & quæcunque sensibilium habitus & passiones sunt: ob hoc qui non sentit aliquid, nihil vtique addiscet aut intelliget, sed cũ speculatur, necesse est phantasma aliquod speculari: phantasmata enim velut sensibilia sunt, quamuis sine materia.

Alij autem concesserunt quidem intellectum quendam esse generabilem & corruptibilem, eum scilicet cuius esse potentia est: alterum autem intellectum cuius esse actus est, qui intellectum potentiæ ad actum ducit, & ob id agens appellatur, solum immortale esse & separatum, & sine phantasmate intelligere. sed cùm huiusmodi ipsum Deum esse dicant, nam per se intelligibile id solum est, quod simplex & actu est, reliqua autẽ omnia præter Deum mixtionem habent potentiæ: quo pacto hic humanus intellectus dicatur, & vita secundũ huius intellectionem sit hominis felicitas, difficile est videre.

Consideranda igitur est necessitas, propter quam oportuit in anima humana ponere intellectum agentem, & innasci substantiam quæ non corrumpatur: his enim manifestum fiet, verum hæc ascribi possint intellectui potentiæ, & quid tandẽ sit hominis intellectus Primò igitur non videtur necessarius intellectus agens eo modo vt ponitur ab Aristotele, sufficere enim videtur ipsum obiectum scilicet intelligibile, quemadmodum in sensu sufficit ipsum sensibile, non enim quæritur sen-

ſus habens præter ipſum obiectum. Si dicas intelligibilia non mouere poſſe intellectum, niſi ſeparentur à materia, intellectum autem agentem hoc præſtare: eadem neceſſitas & in ſenſu erit. Cùm enim ſenſus ſpecies recipiat ſine materia. *2. de an. tex.* 121. organa autem ſenſuum patiantur cum materia: calefit enim & frigeſit caro, vt reliqua corpora coloratur pupilla perſpicua exiſtens vt reliqua perſpicua: aër inſitus in aëre percutitur à ſono vt exterior: ſimiliter autem & in cæteris: aliquid igitur ineſſe organis, aut externis, aut vltimo interno, quod speciem immaterialem faciat, neceſſe eſt. Præterea & alia ratione videbitur neceſſarius ſenſus agens. Præſence enim ſenſibili & actu organum afficiente, non ſemper fit ſenſus, vt dormientibus accidit, & aliquando vigilantibus, cùm animus in alijs fuerit occupatus. Quid ergo eſt quod potentiam huiuſmodi ducit ad actum, vt de ſenſibili in potentia fiat actu ſenſibile, niſi aliquis ſenſus agens? Idem & in phantaſia videretur dicendum. Cum enim ſpecies ſenſiuus receptæ abiunctis ſenſibilibus, imaginationem aliquando moueant, aliquando nõ, aliquid ineſſe neceſſe eſt, quod de potentia ducat ad actum, cùm ex ſe materia non poſſit ſine agente.

Sed ad hæc reſpondere quidem poſſumus, quemadmodum in motu grauium & leuium, aliquando id quod remouet impedimenta dicitur mouere, quando actus primus iam inſit, ſecundus autem ab impediente aliquo prohibeatur: quod enim primum facit, etiam ſecundũ, cùm ſit conſequens quoddam, niſi impediatur. ſic ſenſibile aptum natum eſt ſui ſpeciem communicare in ſenſum non impeditum: impeditur autem in ſomno à cerebri frigiditate, aut alia huiuſmodi cauſa, in vigilia autem ab occupationibus diuerſis: in phantaſia quoque non ſemper fit motus, quia ſimiliter adſunt impedimenta. quod igitur ea remouet quodammodo ducit ad actus, cùm tamen per ſe à ſenſibilibus quidem fiant ſenſus, à ſenſibus autem phantaſiæ. Non eſt autem præter rationem vt ſpecies in materia exiſtens, cùm ſpecies quædam agere poſſit quatenus huiuſmodi, non quatenus in materia. Fit igitur immaterialis in ſenſu, quia ſenſus potentia huiuſmodi eſt, idcirco non eſt neceſſe alium ſenſum agentem introducere præter ipſa ſenſibilia. Quòd ſi in ſenſu hoc accidit, cur opus ſit intellectu agente præter ipſa intelligibilia, ſi intellectus potentiæ aptus natus eſt recipere vniuerſalia, quæ in ſenſibilibus ſunt, aut phantaſmatibus? Significauit autem hoc Ariſtoteles *2. de an tex.* 60. vbi differentiam ponens inter ea quæ actiua ſunt ſenſuum, & intellectionum, inquit: hæc quidem extra eſſe, ſcilicet ſenſibilia, quia ſingularia ſunt: illa autem quodammodo in ipſa anima, ſcilicet vniuerſalia: & ſi autem hæc in anima ſint, non ob id dicendæ ſunt partes animæ: obiecta enim nihilominus extrinſeca ſunt, vt ſenſibilia. Quæ igitur neceſſitas fuit in anima ponere huiuſmodi ſubſtantiam, quæ intellectus agens appellatur.

Propter hæc quidam negauerunt intellectum agentem partem eſſe animæ noſtræ, ſed extrinſecus aduenire vt lumen ad viſionem perficiendam. quemadmodum enim lumen non eſt pars animæ viſiuæ, ſed obiectum per ſe viſibile, per ipſum enim colores viſibiles fiunt, ſic intellectus agens non erit pars animæ intellectiuæ, ſed obiectum per ſe intelligibile, cuius ope reliqua fiant intelligibilia. At verò ſi hoc modo ponatur intellectus agens, cur potius in homine quam in reliquis entibus intellectio fiat? ſi enim quod eſt per ſe intelligibile, actu intellectus eſt, omnia illud participantia fiant intellecta: participant autem extra hominem, quemadmodum lumen colores illuminat etiam ſi oculus non exiſtat. Quòd ſi quemadmodum lumen viſibile tantùm eſt, non autem viſum extra oculũ, ſic intellectus agens intelligibilis tantùm fuerit, non autẽ intellectus niſi in homine, altero actu egebit, qui de potẽtia faciat actu intellectũ in homine ſcilicet: ſed hoc eius eſſe ponitur in anima, ſcilicet differentiam eſſe hãc quidẽ quæ omnia facit, alterã verò quæ omnia patitur. non igitur extrinſecũ eſſe intellectum agentẽ oportet ſecundũ ſententiam Ariſtotelis, vt ſunt ipſa obiecta. hæc enim accedũt poſtquã aliquid ſenſerimus: mens autem, licet deforis accedat, in ſemine & in prima animalis conſtitutione comprehenditur. *2. de Gen. anim. cap. 3.*

Alij intellectum agentem in anima neceſſarium eſſe, quia obiecta latent in ſenſibilibus ob conditiones materiæ implexas, ideo non poſſunt mouere intellectum, niſi ab alio prius ſecernantur, & ſecreta diſtinctáq; quaſi digito monſtrentur. Idcirco veluti doctor quidam eſt intellectus agens. Doctor enim euoluẽs ea quæ inſoluta ſunt, & addiſcenti intellectui proponens tanquã optimè præparata & manſa, ſcientiam eidem communicat. Sed ſi in ſenſu aliquando neceſſaria hæc ſunt, & ipſe per ſeipſum præſtare hæc poſſit, cur non & intellectus receptiuus? Aliquando enim in maculoſis quibuſdam marmoribus & nubibus formas aliquas videmus humanis aut aliis corporibus ſimiles, quas alij etiam accuratè intuẽtes non perficiunt ob variarum figurarum mixtionem, niſi aliquis docens & à cæteris figuris denudans, digito monſtret. Seiunctio igitur hæc in ſenſu aliquando docente eget, aliquando ſponte perficitur: aut igitur ſenſus aliquis agens introducendus erit, qui repræſentet ſenſibilia diſtincta: aut ſi hoc non eſt neceſſe, cùm ipſe recipiens per ſe vnum ſine altero poſſit recipere: & in intellectu ſimiliter non fuerit neceſſarium.

Videtur autem intellectus agens hoc modo poſitus remouere impedimenta magis quam efficere intellectionem ipſam. Quemadmodum enim qui occultauerit aut aliquo pacto deleuerit cæteras figuras in marmoribus exiſtentes, vnica relicta, per accidens illam dicitur manifeſtare, nam per ſeipſam manifeſta erat, cùm actus eſſet, impediebatur tamen quia ſimul cæteræ figuræ ſenſui occurrebant: Sic intelligibilia in ſenſibilibus inexiſtentia non minus actu ſunt, quàm cùm ſeparata fuerint intellectione. hic enim homo, homo eſt, impeditur tamẽ ne vt homo recipiatur ob conditiones materiales. ſeparans igitur has aufert impedimenta: homo enim ipſe offert ſe intellectui, vt hic homo ſenſui. Remotio autẽ huiuſmodi impedimentorũ & à docẽte aliquo fieri poteſt, & ab ipſomet intellectu recipiente, vt in ſenſu: poſtquã enim oculus aliquod totũ inſpexerit, poteſt partes ſingulas intueri donec ad inſenſibiles differentias deuenerit. Sic intellectus poſtquã confuſum aliquod perceperit, diſtinguit in partes ſecundũ ſpeciem ſigillatim recipiẽdo. Agens igitur ipſemet erit, ſi actio vocanda ſit ipſa receptio ſine materia. Nõ igitur neceſſe eſt alterum intellectum introducere præter eũ qui conſtat ex potentia, & receptiuus eſt. reduci enim ad actũ poteſt ab ipſis obiectis, cùm in omnibus quæ ſunt inſit ipſũ quid eſt, quod eſt obiectum intellectus, quódque aptum natum eſt in ipſum agere quatenus huiuſmodi. Hæ igitur dubitationes contingunt circa neceſſitatem ponẽdi intellectum agentem.

Similiter autem non videtur aliqua ratio cogens dari in anima ſubſtantiam æternam, quæ non corrumpatur, qualis eſſe mens ipſa traditur. Si enim intellectus humanus receptiuus ſit aliorum magis quam ſui ipſius, *3. de An. tex.* 8. ſiue intelligat ſubſtantias ſeparatas ſiue non, generabilis eſt & corruptibilis. in quibus enim potentia actũ præcedit, æternitas non eſt niſi ſecundũ ſpeciẽ. Quòd ſi cõcedatur ipſum intelligere poſſe ſubſtãtias ſeparatas & æternas, non ob id æternus ſit: nã præterquã quòd alioqui impoſſibile eſt corruptibile æternũ fieri, vt *1. cæli.* abunde oſtenditur, probatum eſt ſuperius, intellectiones humanas non eſſe ſubſtantias, ſed ſubſtantiarum notas: non enim res ipſas, ſed rerum ſimulachra recipit noſter intellectus. Si igitur ſimulachra oriuntur & occidunt, quanuis ipſæ res æternæ ſint, ipſe intellectus non eſt æternus. Quod ſi intelligere poſſet antequam phantaſma aliquod ſpecularetur, hoc modo æternitas ipſius concludi poſſet, eſſet enim eius operatio ſine corpore: & eius ſubſtantia non eſſet potentia, ſed actus, & ſeipſum intelligeret priuſquã reliqua intelligibilia fierent. quæ omnia negantur ab Ariſtotele de humano intellectu. An ſi non eſſet huiuſmodi ſubſtantia immaterialis & æterna in anima, nulla eſſet ſcientia? principiis enim ignoratis, & reliqua ignorari neceſſe eſt.

est. Sunt autem accidentium quidem principia substantiæ, substantiarum autem ipsum quid est, & materialium immateriale ac simplex, cuius substantiam intellectum esse superius ostensum est: sine hoc ergo intellectu impossibile est aliquid intelligere. Quod & hoc modo fiet manifestum.

Scientiam & sensum mensuram quandam rerum esse dixit Aristoteles. 10. *Metaph. tex.* 5. quia per illa aliquid cognoscimus: mensura enim est propriè quidem quo quantum cognoscimus, communiter autem in vnoquoque genere id quo illa quæ in genere sunt cognoscuntur. 10. *Metaph. tex.* 3. esse autem id vnum quid primum in omnibus simplicissimúmque. Propterea non fuit necesse animā constare ex omnibus elementis vt omnia cognosceret, vt multi antiquorum putabant: sufficiens enim est altera pars contrarietatis, seipsam diiudicare & oppositam. 1. *de an. tex.* 85. nam recto rectum cognoscimus & obliquum, ipsum autem obliquum neque sui ipsius neq; recti est iudex: & tandem priuatio omnis per habitum cognoscitur. 3. *de an. tex.* 25. & potentia per actum, hic enim prior, & infinitum per finitum, & de cæteris eodem modo. Cùm igitur ea quæ sunt reductionem habeant ad vnum quoddam quod maximè est: & omnis veritas ad aliquod verissimum. 2. *Metap. tex.* 4. necesse est vnam esse omnium mensuram, quæ à nullo mensuretur, reliqua autem omnia mensuret. Est autem magis ipsum intelligibile huiusmodi: intellectus enim à re mensuratur, & sensus à sensibili: oportuit igitur primum intelligibile intellectum esse, si reliqua intelligi debent. Præterea ad intelligendum quippiam necesse est in anima prius aliquid inexistere quod actu intelligitur: actus enim potentiam præcedit simpliciter vt antequam sciatur triangulum habere tres, aliquid ipsius præexistere notum oportet, vt triangulum esse. similiter autem in cæteris quæstionibus. 7. *Metaph. text.* 59. Quæ cum hoc modo habeant, si intellectus potentia tantùm esset, nec vllus in actu poneretur in anima, impossibile esset aliquid intelligere. Si autem præexisteret aliqua intellectio, sed & ipsa similiter orta, esset processus in infinitum, vnicuique enim præexistere oporteret alteram actu existentem. Quod si hoc impossibile est, aliquem ergo actum esse oportet ingenitum si futura est cæterorum intellectio. Huiusmodi autem ponitur intellectus agens ab Aristotele: non enim aliquando quidem intelligit, aliquando non, sed semper. Non sufficiunt autem sensus ad efficiendam principiorum intelligentiam, quamuis inductione illa nobis comparemus. 1. *Poster. tex.* 37. non enim per sensum fiunt manifestiora cum secundum se manifestissima existant, sed nobis tantùm per sensum patefiunt, quæ lumine proprio intellectus clarissima sunt: conclusiones autem per principia habentur, quia certitudo exactior principiorum apta nata est efficere conclusionum scientiam.

Iterum autem & hoc modo fiet manifestum. Cùm intellectus potentiæ receptiuus sit omnium intelligibiliū, vt omnia iudicet: iudicium autem omne fiat aliqua mensura, vt recti & curui eo quod maximè rectum est: non potuit omnia iudicare vnum existens ex contrariis, nec tandem materiale vllum, omnia enim huiusmodi aut contraria, aut ex contrariis sunt. Nam albedine quomodo iudicari possit dulce aut frigidum? oportet enim in eodem genere esse mensuram cum eo quod mensuratur. Separatum igitur quippiam necesse fuit esse & actu existens si enim potentia, altero egeret actu. Præterea si separata aliqua substantia ponatur, quę tamen nullum habeat consortium cum intelligibilibus, frustra erit: non enim poterit facere actu intellecta. idcirco cætera intelligibilia inseparabilia ab ipso esse oportuit, cum tamen ipsum ab omnibus sit separatum. sic enim omnia alia per ipsum intelligentur, non per se: ipsum autem solum per seipsum intelligibile & intellectum fuerit. Huiusmodi autem esse ipsum optimum dixit Aristoteles. 12. *Metaph. tex.* 49. intellectus enim secundum se est ipsius optimi. & 1. *de an. tex* 82. vbi inquit: animam autem aliquid esse melius & præstantius impossibile est, impossibilius autem adhuc intellectu: Rationabilissimum enim est, esse hunc antiquissimum & dominum secundum naturam. Idcirco antiquorum quidam ignē, quidam aquam, & tandem quod putauerunt principiū esse aut vnum aut multa, huiusmodi dixerunt animam esse. alij autem Deum esse ipsum intellectum agentem. Aristoteles lumini assimilat: vt enim lumen facit omnes colores actu, sic intellectus omnia intelligibilia, quasi omnium perfectio: quemadmodum enim colores singuli ideo sunt, quia luminis talis participatio est in perspicuo terminato, multa quidem ipsius albi, minor autem reliquorum secundum distantiam ab albo: sic in ipso optimo est cæterorum bonorum perfectio. Si igitur omnia entia colores essent, lumen esset ipse intellectus. Anima ergo rationalis assimilatur oculo igneo, qui noctu videt: igne enim proprio illuminat colores, & facit actu mouentes potentiam visiuam: sic anima lumine proprio non externo intelligibilia in phantasmatibus existentia iudicat.

Verum autem sensus aliqua huiusmodi substantia egeat, vt iudicet sensibilia omnia, manifestum fiet, si prius explicatum fuerit, quo pacto immortalis substantia corpus mortale inhabitet & opus mortale perficiat, & quomodo ipsum optimum ac cæterorum principium, & quod immixtum est, homini misceatur. Nam dubitatur: vtrum intellectiuum, sensitiuum, & vegetatiuum vnum numero sint. Si enim plura, quid esset continens? 1. *de an. tex.* 90. Præterea experimento illo patet vnum esse, nam quæcunque diuisa viuunt, in vtraque corporis parte omnes animæ potentiæ spectantur, quæ erant in toto, quasi à se inuicem inseparabiles fuerint. 1. *de an. tex.* 94. At verò si vnum sint, quomodo æternum & mortale vnum numero sunt? forma materialis & immaterialis? An in iis quorum esse ab altero pendet, vnum numero sint necesse est? vt materia cum forma materiali: substātia & accidens: quid materiale & quid simpliciter quod sine materia: at sequetur in omnibus corporibus cum forma materiali & immaterialem quoque inesse, & sic intellectum: vnde fortè motus est Thales, vt diceret omnia esse plena Diis. 1. *de an. tex.* 82. An quatenus omnium esse est aliqua boni participatio, hoc modo virtute vbique inesse verum est, imo necessarium. 3. *de Gen. an. cap.* 10. in homine autem non solùm est eius participatio, sed & res ipsa participata: communicata est enim illi non solùm operatio corporea, vt cæteris viuentibus, sed & propria animæ operatio, quæ est intellectio. Participatio igitur omnis oritur & desinit aliquo interius corrupto, scilicet corpore participante: ipsum autem participatum permanet incorruptibile existens. At verò cur marcessit ipsum intelligere? an quia corrumpuntur phantasmata? intellectus igitur potentiæ, seu qui ex potentia actu factus est, aut etiam in habitu, cùm nihil aliud sint quàm participationes substantiæ immortalis, ille quidem in semine, reliqui autem posterius, meritò omnes intereunt: hi quidem corruptis phantasmatibus, omnes autem corrupto subiecto corpore participante.

Significauit autem hoc manifestè Aristoteles. 1. *de an. tex.* 66. inquit enim ipsum intelligere & speculari marcessere aliquo interius corrupto, non ipso intellectu, nam impassibilis est: cuius rationem infert. nam ratiocinari & reliquæ operationes, vt amare, odisse, & huiusmodi, non sunt illius passiones, sed habentis illud quatenus illud habet: quare hoc corrupto neque meminit, neque amat. non enim erant illius, sed communis, quod destructum est intellectu diuiniori & impassibili remanente. Significauit igitur omnes animæ potentias esse ipsius habentis impassibilem substantiam, quatenus illam habet, ideo omnes interire corrupto participante. Hoc idem confirmat. 3. *de anim. text.* 20. Postquam enim ostendit intellectus agentis immortalitatem, subiunxit: Non reminiscimur autem, quia hoc quidem impassibile est, id est non constat ex potentia, idcirco non recipit, nec a phantasmatibus mouetur, seipsum enim solum & semper intelligit: passiuus verò intellectus, id est qui per potentiam definitus est, corruptibilis est, sine quo intelligi non possunt quæ in phantasmatibus sunt.

At verò si intellectus agens aliam operationem propriam homini non præstat, scilicet ipsum intelligere sine phantasmate, hominis anima similiter interibit vt cæterorum animalium: nihil enim aliud homo erit præter ipsum coniunctum. Præterea & circa sensum dubitatur: videtur enim impassibilis & incorruptibilis, vt intellectus. 1. *de an. text.* 65. si enim senex acciperet oculum iuuenis, videret vt iuuenis. & 2. *de an. tex.* 122. licet in magnitudine sit, non tanquam in magnitudine existens cognoscit: impassibilis ergo tum ratione obiecti, tum ratione subiecti: obiecti quidem, quia non recipit cum materia, quamuis organa cum materia patiantur: necesse enim est perspicuum esse organum visus non ipsum visum, & medium in calido & frigido organum tactus, non ipsum tactum: calefit enim & frigefit caro vt inanimata, non ipse tactus, nisi similitudine quadam. Subiecti autem ratione impassibilis, quia magnitudo non est sensitiuo esse, neq; sensus magnitudo, sed ratio illius. Item simul iudicare non posset album & nigrum, aut dulce & reliqua sensibilia: in eadem enim magnitudine contraria simul non recipiuntur, iudicantur autem simul. 2 *de an. text.* 149 at hæc eadem in intellectu sunt.

Differentia autem solùm videtur, quod sensus post maximi sensibilis receptionem impeditur, ne quod minus est, sentiat: intellectus autem minimè, imo magis intelligit postquam maximum intelligibile perceperit: sed hoc accidit, quia organum sensus afficitur, non quia ipse: si enim oculum immutaret, similiter reliqua sentiret. nec ab excessu læditur, nisi quia organum cum materia patitur. Intellectus autem cum non egeat organo, sufficiunt enim organa sensus ad ministrãda intellectui phantasmata, non afficitur affecto organo. & receptas iam species per sensum in phantasmatibus distinguit & componit. idcirco vbi vult intelligit, non sensus vbi vult sentit, necesse enim est ab exteriori sensibili affici organum. Aut igitur vterque immortalis, aut vterque corruptibilis. Concedit autem Arist. 1. *de an. tex* 66 omnes has operationes corrumpi, quia sunt ipsius coniuncti id autem cuius participatione illa sunt, impassibile esse.

Quidam hæc dicta volunt de intellectiuo solum. At si de sensitiuo etiam non esset verum, quomodo vnum numero esset intellectiuum & sensitiuum? non existente autem vno, quomodo intelligibilia cum sensibilibus cõferuntur, componuntur, seiunguntur? & quomodo ex singularibus colligeretur vnquam vniuersale, cùm intellectui singularia sint ignota, & sensui vniuersalia? Singulariũ enim non est intellectus, nisi fortè ex iis fuerint quæ per abstractionem dicuntur vt Mathematica. 7. *Metaph. tex.* 35. Si igitur sensitiuum includitur in intellectiuo vt triangulum in quadrato, & binarium in ternario, & tandem vt pars in toto. cum intellectiuum sit quia habeatur impassibilis substantia, quæ intellectus dicitur: similiter igitur & sensitiuum esse oportet quatenus eandem substantiam participat, sed minus quàm intellectiuum: non enim sit quatenus hanc eandem habet, sed aliquid aliud, si hoc non sit eius pars, nec igitur sensitiuum erit intellectiui pars.

Hæc eadem inferri de vegetatiuo possunt, si pars sensitiui est. Propriis quoque rationibus ostendi potest. Æternitas enim nonnisi ab æterno fieri potest. Cùm igitur vegetatiui opus maximè proprium sit generare simile, in quo est speciei æternitas, non aliquid corruptibile esse eius substantiã oportet. Neque enim singula corruptibilia existentia, neque omnia causa sunt ipsius sempiternitatis. 8. *Phys. text.* 46. Omnis igitur anima seu animæ pars mortalium diuinum ipsum participare videbitur corrumpi autem aliquo interius corrupto, vt corpore patricipante. At quæ differentia fuerit inter animas hominum, & reliquorum mortalium? An solus homo vergere in seipsum potest per intellectum speculatiuum, & ex operatione coniuncti transire in operationem propriam intellectus? quomodo autem, & quando, inferius patebit. Plantæ autem cùm nullam vim cognoscendi habeant, transitum huiusmodi nullo modo facere possunt. Animalibus autem ratione carentibus, ob modicam vim iudicandi, deficit in rerum cognitio corruptis organis.

Ex dictis igitur patet quo pacto immortalis substantia mortalia perficiat, & in corpore mortali inhabitet, cùm tamen immixta sit, esse enim omnium ab hac substantia inseparabile est: hæc autem ab omnibus separata: & illud idem quo intelligibilia iudicantur, etiam sensibilia: mensura enim est omnium. Et quo pacto anima hominis sola immortalis sit, quia soli homini mortalium data est operatio propria, quem maximè hominem esse dixit Aristoteles 10. *Ethic. cap.* 7. operationes autem coniuncti humanas vocauit. cap. 8. Homo igitur ipse, idest verè homo mens ipsa est participata, non participatio: omnis enim participatio coniuncti est, & generabilis, & corruptibilis.

Quomodo igitur ipse homo differat à Deo? & quomodo multi numero sint homines? An quemadmodum de multitudine mouentium orbes cælestes diximus, similiter hic dicendum? Vnum enim simpliciter est ipsa prima substantia, vnde omnibus pendet esse, & hic est ipse Deus optimus maximus. Quatenus autem à pluribus participatur, multitudinem assumit, & hic quidem Saturnus dicitur, hic verò Iupiter, hic verò homo. Differunt autem cælestium intelligentiæ ab hominis anima, quod ibi quidem participatio æterna est, vt participatum. Corpus enim cæleste ingenitum & incorruptibile est, ideo appetentia æterna, & motus æternus. In homine autem pereunt participationes, quia materia eius generabilis est & corruptibilis. Ob id autem solùm secundum corporum cælestium multitudinẽ multiplicatæ sunt substantiæ separatæ ab Aristotele, quoniã corruptibilibus corporibus, quorũ est caduca operatio, non potuit æterna assignari substantia. Quod autem in ipsis æternum est, nulli corpori est delegatum: intellectus enim nullo vtitur corpore: at substantia mouens corpori proprio assignari debet, recipitur enim omnis motus in corpore. Idcirco quot sunt corpora mobilia æterna, tot etiam ponuntur substantiæ separatæ mouentes.

Simul autem ex his manifestum est, quo pacto ab æterno motore caduca proueniat operatio. non enim per se: nam corruptibilium per se corruptibilia sunt principia, & æternorum æterna. quia igitur participatio intellectus æterni in homine non est æterna, idcirco desinit in eo speculatio: at non desinit in ipso intellectu participato. vtrum autem hic vnus numero sit in pluribus hominibus, considerandum est deinceps. Esse igitur numero plures, patet: si enim propter materiam numerabile est vnumquodque, secundum quem modum pluribus hominibus tribuitur, numerabilis fuerit: quomodo enim aliquid vnum numero fuerit in pluribus numero corporibus? At verò dicet quispiam: Quæ multa numero sunt, vnum sunt specie: omnia autem huiusmodi inseparabilia à materia sunt, species enim inseparabilis est à multis. Conceditur omnia, quæ multa numero sunt, vnum etiam esse specie, & inseparabilia à materia: participationes enim significantur quæ à materia sunt inseparabiles: non tamen sequitur, id quod participatur vnum specie esse. Quod enim sine materia est, vnũ est simpliciter, per quod cætera vna sunt. Quomodo enim vnum aliquid numero esset, aut specie, aut genere, nisi aliquid ipsis inesset, quod simpliciter vnum & verè vnum esset? Animæ igitur hominum immortales cùm sine materia sint, sunt simpliciter vnum, quo pacto consideratæ non numero vnum dici possunt, numerus enim à materia habetur. Quatenus autem pluribus hominibus tribuuntur, multæ sunt numero, quia homines sunt numerabiles.

Sed amplius dubitatur: Nam si multitudinem animarum immortaliũ admittamus, quomodo aufugiemus incommodum, quod aduersus Platonem ostenditur? dari scilicet aliquid genitum quod nõ corrumpatur. Si enim antequam Socrates fieret, non erat anima Socratis, quia non potest participari ab eo quod nondum est: Socrate autem corrupto non corrumpitur, genita igitur erit, nõ autem corruptibilis. An erat semper etiam Socrate non existente

existentes? licet enim non participaretur actu, poterat tamen participari: nec est eius esse, actu in corpore esse, operatur enim sine corpore. At hoc modo dabitur infinitum in actu, infinita enim sunt singularia in tempore infinito si igitur singulorum animę ingenitæ sunt, & incorruptibiles, infinitæ erunt simul. An similiter hic accidit, vt in continuo? Vnum enim est ipsum continuum, diuisibile autem in semper diuisibilia: non tamen simul vnquam diuisum est secundum omnia, sed successiuè diuiditur. Sic substantia immaterialis potentia quidem continet animarum multitudinem: successiuè autem multiplicatur pro numero hominum. Quomodo igitur solę hominum animæ inter mortalia immortales sint, & quomodo plures numero, & quomodo vnum, explicatum est.

QVÆSTIO IX.

Infelicitatem esse omnia speculari.

Si felicitas enim delectatione coniuncta est, omnis autem labor tristitiam parit, quodcunque cum labore perficitur carere voluptate simul & felicitate necesse est. Esse autem speculationem omnium maximè laboriosam facilè est colligere. Cum enim non contingat omnia speculari sine intellectu potentiæ (nam hic solus receptiuus est aliorum) quod autem aptū natum est aliter habere diutius persistens in operatione laboriosum fit. 2. *cæli text.* 3. non solùm fuerit laboriosissimum, imo omnino supra vires humanas omnium rerum scientias adipisci. Multitudo enim scibilium temporis breuitatem quo viuimus longè superat. Idcirco quidam videntes in vno homine omniū scientiam cadere non posse, putantes autem felicitatem non esse, nisi intellectus possibilis omnia intelligibilia possideret secundum habitum, ne aliquando sua felicitate frustraretur, coacti sunt in omnibus temporibus omnes scientias ponere in omnibus hominibus, adeo vt nunquam aliquod esset scibile, quod apud aliquem hominem non sciretur, quasi felicitas non nisi in pluribus hominibus collectim reperiatur. Non autē esse bonū omnia intelligere testatus est Arist. 12. *Metaph. tex.* 51. nam præter quàm quod laboriosa est perseuerātia intelligendi, & ob id pessimum quid ac fugiendum: multa etiam melius est non videre quàm videre.

Quæ cùm hoc modo habeant, videndum est in quo consistat hominis felicitas secundum Aristotelem. Esse autem duplicem felicitatem, vnam quidem humanam, quæ ex virtute earum operationum contingit, quas humanas vocat, quia pertinent ad coniunctum: Alteram verò præstantissimam iucundissimamque ex intellectu speculatiuo, quam diuinam vocat, quia pertinet ad id quod in homine diuinum est. 10. *Ethic. cap.* 7. manifestissimè est explicatum. Difficultas verò circa contemplatiuam felicitatem contingit, quam hic quærimus, quo pacto contingat. Non enim videtur hæc consistere in speculatione rerum materialium, neque earum quæ per abstractionem dicuntur, vt Mathematica: nam hæc pertinere ad coniunctum ex superioribus patet, ideo non sine labore parantur. Præterea viliora sunt omnia ipso intelligente, si anima præstantius est nihil. Adeo vt dubitare quis possit, etiam deterioris conditionis esse huiusmodi sciētias ipso intellectu factiuo seu actiuo hi enim conferunt multum ad bene beatéque viuendum, cum nobis multa commoda ex arte & prudentia comparentur. Eorum autem speculatio, quæ inseparabilia sunt, quam vtilitatem homini prę̄stet præter vitæ occupationem, non est videre. Speculatius enim intellectus finis non est prę̄ter ipsam speculationem. Vnde iure optimo videtur Socrates, hoc genere contemplādi contempto, ad ea animum appulisse quę in actione secundum virtutem consistunt. Relinquitur igitur si est aliqua contemplatiua felicitas, eam versari nō circa coniunctum, neque circa inseparabilia à materia, sed circa substantias abstractas.

Sed vtrum ad earum cōtemplationem peruenire homini liceat, maximè dubitatur inter philosophos: putatur enim Arist. hoc problema considerandum tantùm proposuisse. 3. *de An. tex.* 36. nunquam autem explicasse. Ex iis autem quę superius dicta sunt, non difficile est soluere. Cùm enim eiusdem rationis sit intellectus & quod intelligitur: (nā intellectus in actu nihil aliud est quàm id quod scitur, & in sensu similiter sensus in actu res ipsa est quæ sentitur: species enim sine materia sunt tum sensus tum intellectus.) Idcirco, inseparabilium intellectus seu per abstractionem dicantur, vt Mathematica, seu materiam sensibilem includāt, vt Naturalia, pertinent ad eam partem animæ quæ inseparabilis est à magnitudine. huiusmodi autem diximus esse non intellectum participatum, sed eius participationem, quem possibilem intellectum vocat: idcirco de eo pertinet ad philosophum naturalem pertractare, est enim alicuius ratio.

Vtrum autem per hunc intellectum non existentem separatum à magnitudine aliquid substantiarum separatarum attingamus, quæsiuit Aristoteles: quasi separatas ipsas substantias intelligere hoc intellectu impossibile sit. Cùm enim omnino intellectus in actu res ipsa sit intellecta, inseparabilium intellectus inseparabilis existit, separatorum autem separatus. Quemadmodum enim res separabiles sunt à materia, sic & quæ circa intellectum. 3. *de An. tex.* 11. Vtrum autem aliquid separatorum attingere possit, hoc nondum est manifestum. Putatur autem aliquo modo admittere Aristoteles. 9. *Metaph. text vltimo*, vbi inquit, circa simplicia non esse deceptionem sed ignorantiam, non qualis cæcitas est: cęcitas enim esset, si quis omnino non haberet intelligendi potentiam. Esse autem difficultatem intelligendi significauit idem Aristoteles. 2 *Metaph. text.* 1. vbi ex parte intellectus nostri, non ex parte intelligibilis difficultatem esse ostendit. Assimilat enim intellectum animæ nostræ oculis vespertilionum ad lucem diei.

Notandū igitur est, cùm alia sint simpliciter seu secundum se nota, quæ & natura nota dicuntur, alia autem nobis. (res autem quantò simpliciores sunt, tantò etiam secundum se notiores 1. *Metaph. cap.* 2. Quę enim simpliciter dicuntur, certiores sunt quā quę ex additione, vt Arithmetica quàm Geometria: & Matthematicę scientię quàm Naturales.) contra autem nobis notiora sint composita magis & singularia, quia innata est nobis hęc via, vt ex compositis in simplicia tendamus: Factum est vt difficillimum sit ea, quę manifestissima in natura sunt, attingere, longo enim discursu egemus, vt quę maxime inuoluta sunt, quęque primo nobis sunt manifesta, vsque ad prima principia euoluamus. Quòd si omnino id esset impossibile, impossibile etiam esset aliquid scire: (principiis enim ignoratis, & reliqua ignorari est necesse) sed opinio tantùm esset. Quod igitur dixit Aristoteles difficultatē esse ex parte intellectus nostri, significauit modum difficilem: oportet enim ex phantasmatibus & sensibilibus veritatem abstrusam eruere: Non autem imbecillitatem seu diminutionem potētiæ. Nam si hoc esset, diminutè apprehenderet ipsa principia: defectus autem circa principia maximos pareret in cęteris errores.

Pręterea oportet principia longè magis scire & credere quàm conclusiones, *primo Post. text.* 5. non igitur diminutè apprehendere oportet. Apprę̄hensionem autem huiusmodi principiorū in intellectu possibili esse, inde manifestum fit: aliquando enim ea scimus aliquando non. Similiter scientia diuinorum per disciplinam comparatur vt reliquæ scientiæ: potentia igitur prius habebantur quàm actu, hoc autem est esse intellectus possibilis. Si autem ingenitam haberemus & nobis innatam huiusmodi scientiā, non lateret nos, & natura essemus sapientes non per disciplinam, aut adeptio scientię esset reminiscentia quędam: quam sententiam refellit Aristoteles *primo Metaph. text.* 49. & 2. *Post. text.* 27. Quę cum hoc modo habeant, & principiorum quibus vtuntur omnes scientię, notitiam comparemus, ac scientiam de Diuinis abstractísque addiscamus, necesse est vt intellectus non separatus à magnitudine aliquid substātiarum

abstractatum intelligat. Cùm igitur iste intellectus non res sed rerum species recipiat: species autem simulachra quædam & similitudines rerum sint, quæ similiter viliora sunt ipsa anima: accidentia enim sunt, & posteriora ipsis rebus: quæ felicitas in huiusmodi contemplatione fuerit? Nam & hæc laboriosa similiter vt reliquarum scientiarum apprehensio, imò magis, cùm longiori abstractione egeat.

At circa ea quæ modo diximus, dubitabit quis: Non videri eiusdem rationis esse intellectum & intelligibile. Intellectus enim materialis, coniuncti est, quod autem intelligitur est abstractum: & ille ad naturalem philosophum pertinet, quod autem intelligitur ad diuinum. An intellectus in actu & res similiter hìc ad diuinum pertinet? idem enim est: at quatenus potentia est, non similiter. Cùm enim alicuius materiæ potentia sit, vt animæ, ad naturalem pertinet, siue receptiua sit naturalium, siue eorum quæ à Mathematicis tractantur, siue Diuinorum. Intelligibilia enim naturalia, Mathematica & Diuina, quatenus ex simulachris seu phantasmatibus de potentia in actum feruntur, non differunt: quatenus autem modo considerandi hæc quidem non sine materia sensibili, hæc verò non sine continuo, quæ materia est intelligibilis, hæc autem sine omni materia apprehenduntur: ortæ sunt diuersæ scientiæ, quæ eadem quidem animæ facultate sed aliter se habente discernuntur. *3. de an. tex.* 11. Amplius, dubitabit quis circa diuinorum intellectionem, non videri per species recipi: species enim fiunt per abstractionem à materia. Quæ autem abstracta sunt, & nullā habent materiam, non egent abstractione: ipsa igiturmet non eorum species recipiantur. Quo admisso sequetur intellectum corruptibilē fieri æternum, si intelligens fit res intellecta. Dicimus huiusmodi substantias in materia esse, licet non pendeant ex materia. Nā in sensibilibus formæ sunt intelligibiles, & in formis materialibus abstractæ: oportet igitur ex phātasmatibus elicere tum formas materiales tum abstractas, hoc autē non fit nisi per simulacra. Cùm igitur tres sint scientiæ speculatiuæ Naturalis, Mathematica, & Diuina: omnes autem apprehensiones sint non rerum sed specierum, in nullis erit felicitas contemplatiua. Relinquitur igitur si aliquando vera felicitate & non fictitia fruitur homo, eam consistere non in intellectu potentiæ sed in altero, cuius esse actu, est. Hoc enim sine vlla defatigatione se ipsum intelligens non speciem siue similitudinem sui ipsius, sed substantiam ipsam & optimum recipiendo, actione frui iucundissima par est.

Sed cùm hæc diuina sit felicitas, nō videretur homini conuenire. Conuenire tamen homini conceditur. *10. eth. cap.* 7. Vitam enim hanc præstantissimam non esse hominis compositi, sed quatenus Diuinum quid in ipso est: monétque studendum esse vt cùm simus mortales, immortales nos reddamus, omnia efficiendū, vt ex præstātissimo quod in nobis est, vitam traducamus. Atqui fieri potest, vt quod mortale est, immortale fiat, nisi fiat transitus de operatione compositi in operationem propriā intellectus? Nam operationem coniuncti immortalem esse impossibile est, altera eius parte corrupta. Cùm autē transire non liceat de vno extremo in alterū sine medio: extrema autē sint sensus & intellectus separatus: idcirco opus fuit altero intellectu partim separabili partim inseparabili. Sensus. n. instrumento corporeo operatur: intellectus autē humanus ab hoc quidem separatur, à phantasmatibus autem nequaquam. Diuinus autem & à corpore & à phantasmatibus est separatus. Præterea neque transitus fieri posset, nisi vnum quid omnia essent. Non enim albedo in nigredinem transit, nec vllum contrariū in alterum, nec vnum subiectum in alterum subiectum: sed aliquod idem subiectum post vnum alterum suscipit. Similiter igitur anima ex vna cognitione non transiret in alteram, nisi vnum quid esset non tactu, neque colligatione, neque alia coniunctione, sed secundum se vnum. Forma autem separata cum formis materialibus nulla alia ratione vnum esse possunt, nisi eo modo vt diximus, scilicet quia dicuntur secundum additionem & ablationem, vt participatio ad participatum. Intellectus autem humanus cùm sensu vnum sunt, vt forma cum materia, quia sunt ambo per eiusdem participationem perfectius & imperfectius.

Nihil igitur obstat, quominus eadem anima ex sensu in intellectum transeat, & ambo iudicet sensibilia scilicet & intelligibilia, non quidem altero, sed eodem aliter se habente, vt circumflexa se habet ad seipsam, cum extensa fuerit. *3 de an. tex.* 10. Quæ enim per additionem dicuntur, lineæ curuæ assimilantur, quæ autem per ablationem, rectæ. Similiter autem ex intellectione per Phātasmata transitus dabitur in intellectionem simplicem, quæ alterius non est, sed sui ipsius solùm, quia per ablationem cæterorum omniū dicitur: vnde pendet omnium scientiarum certitudo. Quoniam verò non est in nostra potestate intelligere sine phātasmatibus, hæc enim operatio principium est omnium quæ in nobis sunt secundum naturam: principia autem non in nostra sunt potestate. idcirco transitus huiusmodi sponte naturæ fit, non autem quando volumus. Cùm autem non liceat simul omnes animæ operationes perfectè edere, quandiu enim viget altricis animæ actio sensus imperfectius agunt, vt in pueris & dormientibus contingit: & dum circa sensibilia multum occupatur animus, vniuersalia speculari minus possumus: hinc fit, vt perfectè non liceat in intellectionem separatam ascendere, nisi derelictis operationibus coniuncti. Hoc autem non nisi post mortem contingit. Cùm enim in vita animus ad varios motus actionésque, quibus inseruire oportet, distrahatur, propria intellectus operatione frui nequit: præcipuè vbi dominantur sensuum illecebræ ac cæteri animi affectus. Idcirco virtutes morales, excedentes animi motus compescendo, ad felicitatem hanc plurimum faciunt, quia remouent impedimenta.

Habitus præterea contemplatiui necessarius est, hoc enim assuescimus ad intelligentiam propriam peruenire. Idcirco felicitatis pars magna est ipsa contemplatio scientiarum, præcipue diuinarum: nam hæ ad separatam intelligentiam propius accedunt. Ad illam autē non est necesse per omniū intelligibilium receptionem peruenire. Si enim ea quæ sunt omnia haberent ordinem inter se vt vnum post aliud esset, donec ad primum & vnum veniretur, necesse esset prius omnia intelligere, quàm primum esset inuentum. Cùm autem non eo modo ordo sit in rebus vt inuicem dispositæ sint, sed omnia ad vnum quippiam. *12. Metaph. tex.* 52. quorundam contēplatio sufficit ad primi inuentionem. Similiter autem & in intellectione sine Phantasmatibus non datur ordo intelligentiarum eo modo, vt vna alteram intelligat successiue donec ad supremam perueniatur. Esset enim ac si oculus audiret, aut pes manus officio fungeretur. Sed singularum intellectio ad primam se habet vt lineæ ex centro ad ipsum centrum, quo exemplo vsus est Aristoteles in sensu. *2. de An. tex.* 149. Quemadmodum igitur homini datur transitus ex operatione coniuncti in operationem propriam, sic omnibus intelligentiis dari necesse est transitum in primam, inseparabiles enim sunt omnes à prima.

Ad felicitatem ergo consequendam non est necesse omnia contemplari, & omnia intelligere: imò potius multorum inuestigatio videtur efficere vt animus longo tempore in illis occupatus ab ipsius optimi contemplatione retardatur: adeo vt etiam transitus ille, qui in sui ipsius intellectionem tendit, omnino impediri possit. non enim contingit ad illam peruenire sine medio. Media autem sunt, vt ex sensibilibus in intelligibilia, & ex his in primi principij cognitionem perueniamus, primò quidem per species & simulachra, vltimò autem secundum substantiam. Sed videtur iis quæ dicta sunt obstare locus Aristotelis. *3. de Anim. tex.* 8. vbi de intellectu potentiæ loquens, inquit. *Cùm singula factus est, vt sciens secundum actum dicitur, quod tunc accidit, quando per seipsum operari potest, est quidem & tunc potentia quodammodo, sed non similiter vt erat antequam didicisset aut inuenisset: & ipse autem seipsum tunc potest intelligere.* Quasi ad sui ipsius intellectionem peruenire non possit, nisi habitum omnium scientiarum acquisierit: hoc enim videtur significare verbū

illud,

illud, Singula. In hac autem intellectione quæ est sui ipsius, transitus continetur in intellectionem æternam, quæ est felicitas. In intellectione enim sui ipsius includitur intellectio intellectus agentis, cuius ipse est participatio. An vox illa, *singula*, non idem significat quod omnia? sed vniuersitatem, diuisim non collectim. Dixit igitur, *cum intellectus potentiæ singula factus fuerit*. idest, vel hęc scibilia vel illa, tunc actum primum habet circa illa, vt speculari per se ipsum illa possit, & tandem seipsum intelligere.

Concludimus igitur vltimam felicitatem nō in multitudine scientiarum contineri, sed in eius contemplatione quod in nobis est præstantissimum: hanc autem impedire tum morum prauitatem tum cæteras animi occupationes. Idcirco non nisi anima corpus deserente perfectè haberi secundum naturam. Quod si anticipet, vt plurimum abortum quendam esse, vt accidit fanaticis & furentibus.

QVAEST. PERIPATET. LIBER TERTIVS.

QVAESTIO I.

Naturam principium esse patiendi non agendi.


V m natura pluribus modis dicatur. 5. *Metaph. text.* 5. hnc loco accipimus in ea significatione, quam accipit Aristoteles. 2. *Phys. text.* 3. vbi naturam definiens, inquit esse principium & causam mouendi & quiescendi ei in quo inest primùm, per se, & non secundum accidens. Nam si materia eorũ quæ huiusmodi principium habent, ac eorundem substantia seu forma, & tandem generatio naturæ dicatur, prima tamen eius ratio est ipsum principium motus. Alterum autem est esse materiæ & huiusmodi principij: non enim idem est subiectum ægrotabile, & potẽtia ad ægritudinem: & æris esse ac potentia mobile. 2. *Phys. tex.* 9. Similiter autem & ipsa forma se habet. Forma enim cùm sit actus primus, potẽtia est quodammodo ad actus secundos vt operationes & motus: alterum tamen est esse ipsius actus & potentiæ ad motus. Cùm igitur natura sit huiusmodi potẽtia seu principium, maximè propriè dicitur de forma, hæc enim actu huiusmodi principium obtinet, à quo fluunt actus secundi. Materia autem ideo natura est, quia susceptiua est huius naturæ. Generatio autem quia in eam tendit. Ex quibus patet aliã esse rationem naturæ, aliam ipsius formę materiæ ac generationi, de quibus natura dicitur.

Hoc igitur modo accepta natura dicimus ipsam principium esse patiendi non agendi. Est enim agendi potentia principium motus aut transmutationis in altero vel prout alterum est. 5. *Metaph. text.* 17. vt ædificatiua potentia quædam est, quæ non inest in eo quod ędificatur, in altero igitur. Ars autem medendi inesse quidem potest in eo qui sanatur, sed non quatenus sanatur, id circo prout alterum. Si igitur natura principium motus est ei in quo inest primum, per se, & non secundum accidens non fuerit natura potentia agendi: repugnat enim in ipso esse & in altero, & per se inesse ac prout alterum. Cùm autem omnis potentia sit vel agendi vel patiendi, idque aut simpliciter, aut bene, aut facile, & secundum reliquas conditiones. 5. *Metaph. tex.* 17. Natura si non fuerit potentia agendi, ex necessitate erit patiẽdi potẽtia: hæc enim in patiente inest, vt agendi potentia in ipso agente. 9. *Metaph. tex.* 2. Expressè autem Aristoteles enunciauit naturam potentiam esse patiendi. 9 *Metaph. tex.* 13. vbi inquit actum priorem esse potentia non solum illa quæ dicitur principium transmutatorium in alio prout aliud est, sed prorsus omni motiuo & statorio principio. etenim natura in eodem fit, in eodem enim genere cũ ipsa potentia, principium enim motiuum non tamen in alio, sed in ipso prout ipsum est. Colligitur præterea ex 2. *Phy. tex.* 69. vbi inquit. Duplicia esse principia mouentia physicè, quorum alterum non physicum est, non enim habet motus principium in seipso. Tale autem est, si aliquid mouet, quod non mouetur, vt id quod penitus est immobile & quod omnium primum est.

Si igitur primum mouens motiuum quidem est, non tamen naturale, quia non habet principium motus passiuè: potentiã passiuam necesse est naturam esse. Omnino autem fieri non posse vt actiua potentia per se insit in eo quod mouetur, hinc fiet manifestum. Actiuum enim & motiuum vnumquodque est quatenus actu habet speciem, vt calefactiuum quod actu calidũ est: passiuum autem quod speciem non habet, quam tamen recipere potest ab altero actu existente. Cùm igitur oppositum alteri opposito per se inesse nequeat, nec actiuum in eo quod patitur, per se inesse possibile est. Colligitur hæc ratio ex 8. *Phys. text.* 40. vbi ostenditur nihil seipsum per se mouere, sed necessarium esse in vnoquoque diuisum esse mouens ab eo quod mouetur. Neque sufficit ratione tantùm alterùm esse, vt quidam putauerunt, credẽtes compositum ex materia & forma partem quidem mouentem habere formam ipsam, partem autẽ motam ipsam materiam: vnum enim per se sunt materia & forma. 8. *Metaph. text.* 15. omne autem tanquam connaturale factum impassibile est à seipso, vnum enim & non aliud est. 9. *Metaph. text.* 2. Idem colligitur. 8. *Physi. text* 30. vbi inquit: nullum continuum & consitum seipsum mouere: quatenus enim vnum & continuum non tactu, eatenus impassibile est: sed quatenus separatum est, eatenus hoc quidem aptum natura est facere, illud verò pati, &c.

Præterea ex natura contrariorum licet idem colligere. Si enim contraria simul eidem inesse nequeunt, nec actiuum & passiuum eiusdem alicuius inerunt alicui simul. Cùm igitur materia & forma eidem insint, & vnum per se sint, non sunt contraria: impassibilia ergo à se inuicem: nam inter actiuum & passiuum contrarietatem inesse oportet. *primo de gen. & cor. text.* 50. & 51. non sufficit ergo ratione tantùm distingui mouens ab eo quod mouetur, sed & subiecto separari oportet: nam alioqui cõtraria simul eidem subiecto inessent. Iure igitur optimo concludimus naturam principium esse patiendi non agendi. Inest enim primò ei quod mouetur per se & non secundum accidens, quod de actiuo principio asserere non possumus, nisi multa ab Aristotele dicta & omnibus confessa destruamus.

Quamuis autem hęc adeo sint manifesta, vt venire in controuersiam haud consentaneum esset: Veruntamen, quoniã nostrates Peripatetici fermè omnes aliter sentiunt, necesse est hanc sententiam dubitandi modo exactius perpendere, vt difficultatibus resecatis, liceat sine hæsitatione veritatem contẽplari. Ex his autem speculantibus videbitur natura principium agendi esse. Nam cùm maximè dicatur de forma 5. *Metaph. text.* 5. & 2. *Phys. text.* 12. magis enim natura hęc est quam materia: à forma autem habeatur actio, agit enim quod actu est: à

mateтia autẽ pasſio, patitur enim quod potentia eſt:& tãdem materia ſecundum quod meteria paſsiua eſt. *primo de gen.& cor.text.55.* maximè igitur natura principium actiuum fuerit. Nam forma principium motus eſt eorũ quæ natura conſtant inſita quodammodo aut potentia aut actu. *5.Metaph.text.5.* vt igitur ipſa principium eſt,ſic patura dicenda erit.

Pratetea id pater in animalium motu, mouẽtur enim animalia à ſeipſis ſecundum naturam. *8. Phyſi.text.27.* ſi igitur anima motiua eſt corporis,in eodem autem pet ſe ineſt,non videbitur repugnare actiuum, aliquod per ſe ineſſe in eo quod mouetur: huiuſmodi autem natura eſt ſecundum formam. Vlterius idem accidere videtur in motu grauiom & leuium, à grauitate enim & leuitate mouentur, quæ virtutes ſunt ſecundum formam,idcirco actiuæ dicendæ. Argumento quoque attium coniicere poſſumus naturã efficientem cauſam eſſe. Cùm enim ad omnem motum peragendum requiratur agendi potentia & patiendi, eſt enim motus actus mobilis à motiuo *3 Phyſi.text.18.* ſi in omnibus actiua potentia extrinſeca eſt & paſsioa intrinſeca, inter ea quæ ab arte fiunt & ea quæ à natura,non erit amplius differentia quam ponit Ariſtoteles *2.Phyſi text. 2. & 3.* vbi inquit: Naturalia à nõ natoralibus differre,quod ea quę natura conſtant omnia videntur habere principium motus & ſtatus in ſeipſis. Lectus autem & indumẽtum & alia huiuſmodi quæ ab arte fiunt, quatenus ab arte,nullum impetum mutationis innatum habent: ſed omnium huiuſmodi principiũ eſt in aliis & extra.

Si igitur huiuſmodi principium in attibus actiuum eſt, ſed extrinſecum, neceſſe eſt in natura quoque actiuum eſſe ſed intrinſecum. Quòd ſi hic quoque extrinſecum eſſet,periret hæc differentia,quæ eſt inter artem & naturam. Nam ratione poteotiæ paſsiuæ non conuenit hæc differentia, requiritur enim in omnibus potẽtia patieodi quæ in patiente eſt:nam alioqui impoſsibile eſſet pati, non enim cumburitur incombuſtibile, nec ſecatur inſecabile. In ligno igitur & marmore potentia contineri oportet formam artificialem,aliàs nunquam ab arte fieret nec lectus nec ſtatua. Neceſſarium ergo videtur differentiam inter artem & naturam eſſe penes actiuam potentiam. Quod ſi ita fuerit,natura erit principiũ agẽdi. Indicant autem & multa Ariſtotelis dicta, vt *primo de Part.an. cap primo*, vbi ſemel inquit, principium & efficiens eſſe rei quæ gignitur.hanc autem naturam vocari: Et *2.de Gen.am.cap.primo*, Ars principium formáque eius quod efficitur eſt, ſed in alio: Motus autẽ naturæ in ipſo eſt ab altera profectus natura,quę actu obtinet formam. Appellat igitur naturam efficientem cauſam,altera enim natura actu obtinens formam,efficiens eſt. Et *2.Phy.tex.86.* Naturam ſimilẽ eſſe Medico, qui medetur ſibi ipſi. Si igitur Medicus efficiens cauſa eſt ſanitatis, & natura ſimiliter fuerit efficiens eorum quæ à natura fiunt. Præterea ſi natura agit alicuius gratia. *2.Phyſi.text.75.* agentem facultatem eſſe oportet, nõ enim materia ad finem pergit,ſine agente.

Hæc igitur & huiuſmodi alia perſuadere maximè poſſunt naturam principium eſſe agendi, vt ſummos philoſophos in hanc ſeotentiam duxerint. Quòd ſi hæc vera ſunt,quomodo ſoluentur ea quæ priùs demõſtrata ſunt? Nam ſiue effectricem cauſam intrinſecam ponamus,ſiue extrinſecam, ſequuntur abſurda & impoſsibilia Ponere enim intrinſecam repugnat naturæ efficientis. Quanuis autem in idem ſpecie coincidat cum forma quæ gignitur,non tamen eadem eſt numero. *2.Phy.tex.70.* Si autem ponamus extrinſecam, non cõuenit definitioni naturæ, intrinſecum enim eſt principium. Solum autem in iis motibus qui ſequuntur formam, videri poſsit ipſa forma intrinſecum efficiens eorum eſſe, vt à grauitate & leuitate motus ſurſum & deorſum, & ab anima operationes eius. At in generatione & corruptione non cõtingit efficiens intrinſecum eſſe: homo enim numero differens hominem gignit, & quod corrumpitur, à contrario corrumpitur. Quomodo igitur naturalis erit generatio & corruptio, cum eius principium fuerit extra? Nam natura principium tantum motus eſt, non autem mutationis cuiuſque? At ſi dãtur generationes & corruptiones violentæ & naturales. *5.Phy.tex.57.* neceſſe eſt principiũ quoque ipſarum eſſe naturam quidem naturalium, reliquarum autẽ alias cauſas. Si igitur cõceſſerimus naturã eſſe cauſam efficieotem, nõ omnium erit principiom intrinſecum. Dicere autem in quibuſdam cauſam eſſe efficientem, in aliis autem principium patiendi, abſurdum videtur, æquiuoca enim eſſet naturæ definitio.

Verùm, cùm rationes priores ſolui nequeãt, poſteriores autẽ multum perſuadeãt: Videndum eſt quid bene & quid male in ipſis dictũ eſt. Circa primam igitur rationẽ verum quidẽ eſt formam naturã eſſe magis quàm materiam. eáque principium motus eſſe: quod autem putatur agendi ſolùm non autẽ patiendi principiũ eſſe, non eſt verum. Nã inter primas qualitates, formas elementorũ conſtituentes, humidũ & ſiccum paſsiua dicuntur. *2 de gen & cor.tex.8.* eorum enim ſubſtantia in patiẽdo conſiſtit, & ideo talia dicuntur, quia pati quippiam poſſunt. Præterea differentię corporum ſimilariũ præcipuè paſſiuis qualitatibus determinãtur, *4.Meteo.cap.8* vt durum & molle, coagulabile, liquabile, flexile, & alia huiuſmodi. Amplius diſsimilarium virtutes, vt quæ in ſenſuum organis ſunt: virtus enim ſentiendi paſsiua eſt. *2. de an. tex.51.* Similiter autẽ & virtus intelligendi *3.de An.text. 3.* & tandẽ appetitiua in patiendo conſiſtit: dicitur enim ab appetibili moueri, vt ſenſus à ſenſibili, & intellectus ab intelligibili.

Quòd ſi in huiuſmodi paſsionibus perficiũtur potius quàm detrimentum aliquod patiantur, nihil refert: non enim omnis paſsio deſtructiua eſt, ſed quædam ſalus eſt potius eius quod potentia eſt, ab eo quod actu eſt, *2. de An.tex.57.* Non autem ſequitur, ſi forma actus eſt, vt non poſsit eſſe principium patiendi. Actus enim primus potentia eſt quodammodo ad actum ſecundũ. *2.de An.text. 5.& 8.Phy tex.32.* Vt igitur potentia eſt exeundi in actus ſecundos & operationes, ſic materia quoque eorum fuerit. Rationabiliter autem hoc accidit. Accidentia enim non inſunt materiæ, ſed ſubſtantiæ & ei quod actu eſt: idcirco materia ſuſceptiua eſt ſubſtantiæ, ſubſtantia autem accidẽtium. Quanuis autem formam & actum primum quatenus potentia eſt, concedamus principiũ patiendi eſſe: non tamen dicimus ipſam pati quippiam aut recipere ſed compoſitum per ipſam: operationes enim ſunt ipſius cõiuncti ſiue paſsiones ſiue actiones fuerint. *primo de an tex.64.* Quamobrem demonſtrantur non de materia, ſed de ſubſtantia compoſita per principiũ vnde fluunt, quæ eſt ipſa forma & natura. Ex dictis autẽ patet quidem non ſequi naturam principium actiuũ eſſe, quia dicatur magis de forma: nam & forma principium patiendi eſſe oſtenſum eſt.

Vtrum autẽ formæ actiuæ vel quatenus actiuæ ſunt, naturæ dicendæ ſint, conſideremus. Verbi gratia, ignis per caliditatem combuſtiuus eſt & ſemen generatiuum eſt ſui ſimilis, quæ facultates in agẽdo cõſiſtunt. Si igitur has excludamus à natura, nõ erunt operationes naturales combuſtio & gèneratio, & tandem actio. Dicimos autem eſſe quidem huiuſmodi actiones naturales, nõ tamen ex neceſsitate ipſa naturalia ſunt, vnde fluũt. Patet autem hoc. *2.Phy.tex.73.* Nam primũ mouens naturaliter quidem mouet, recipitur enim motus ſecundum naturã corporis mobilis: non tamen ipſum naturale eſt. Agẽtia autem naturalia non ideo naturalia dicuntur, quia agãt, ſed potius quia dum agunt patiuntur quidpiam paſsio autẽ hæc duplex eſt, vt puta in igne vna, quatenus in calefaciendo refrigeratur: eſt enim potentia frigidũ, cuius tactu neceſſe eſt tale fieri: hęc autẽ paſsio ineſt propter materiã non propter formã: ſi enim caliditas aliqua eſſet ſine materia, caleſaceret tãtùm & nõ pateretur. *prima de gen.& cor.tex.55.* Altera autẽ paſsio agentib. naturalibus ineſt, quatenus agere ſeu mouere nõ poſſunt, niſi & ipſa ab alio moueantur: vt cęlũ non ageret in hæc inferiora, niſi circulo moueretur ab alio. Hoc modo ignis calefacere non poſſet, niſi à generãte huiuſmodi facultatẽ obtinuiſſet. Exire igitur in actũ comburendi in ipſo quidem igne paſsio quędã eſt perfectiua inſequẽs eius formam, quã à generante habuit: prohiberi tamẽ ab aliquo impe-

diente

diente potuit: ideo tunc quod remouet impedimẽtum, quodammodo mouet. Idem etiam de semine dicendum est. non enim ageret, nisi moueretur ab eo vnde prodiit, aut aliquo modo ab eo quod impedientia remouet. Patet igitur formas actiuas non quia actiuæ sint naturas dici, sed quia dum agunt, patiuntur hoc secundo modo, idest perfectiuè.

Ad alteram dubitationem de animalium motu dicimus non bene diuidi animal in animam & corpus, cùm partem mouentem & partem motam quærimus. Nam quod in ipso naturaliter mouetur eo motu, non est corpus, sed totum compositum. *8. Physi. tex. 27.* corpus enim contingit & natura & præter naturam moueri, prout graue vel leue fuerit prædominans. Præterea, quomodo diuisum esset mouens ab eo quod mouetur? vt ostensum est. *8 Phys. tex. 28. & 30.* anima enim huiusmodi inseparabilis est. Idcirco alio modo diuidi oportuit corpus animalium, vt posset à seipso moueri: mouens enim particula & quæ mouetur, neque consitæ sunt vt materia & forma, neque continuæ, vt similares, sed tangunt solum vt dissimilares. Idcirco & articulos inesse oportuit, vt in ipsis flecti & dirigi posset vna pars supra alteram quiescentem: & neruos, qui tractu aut impulsu hæc præstarent: vt abunde in libello *de communi animalium motu*, & *3. de an. tex. 55.* explicatum est.

Si igitur anima, qualis est appetitiua, principium est, quo vna pars mouere altera moueri possit: verbi gratia, spiritu dilatato nerui intenduntur, his autẽ tensis necesse est moueri membra, quibus applicantur: ipsa quidem natura est per se existens in eo quod mouetur: non tamen ob hanc causam à seipso mouetur animal, sed quia vna particula organi mouet, altera mouetur seiũcta existens loco. Non est igitur putandum propter animalium motum aliquod efficiens in eo esse quod mouetur. Licet enim anima vna sit actus existens totius: altera tamen est facultas nerui, altera ossis & reliquarum partium ad motum facientium: vt enim disiuncta sunt & loco separata, virtutes quoque singularum similiter se habent.

Ad illud verò quod dictum est de Graui & Leui tanquam principia actiua sint motus, repugnat iis quæ ab Aristotele demonstrata sunt. *8. Physi. tex. 32.* nihil enim horum mouet seipsum, sed habent principium motus non mouendi, neque faciendi, sed patiendi. Nam cùm continua sint, & eiusdem naturæ cum partibus singulis, non potuit vna pars motiua esse alterius, vt accidit animalibus quæ dissimilaria sunt. Idcirco ab altero moueri necesse fuit grauia & leuia, à generante scilicet & remouente id quod prohibet. *8. Physi. tex. 33.* Sed obiter contradictio est diluenda. Nam *2. de Gen. & cor. tex. 8.* graue & leue inquit nec actiua esse nec passiua: cum tamen. *8. Phys. tex. 32.* passiua appellet principia. An hoc secundum locum intelligitur: secundum qualitates autem in quibus alteratio est nec actiua sunt neque passiua? Sed res dura fuit visa, aliquid moueri posse ab eo quod præsens non est. Quod enim generauit non continuè tangit, neque id quod remouet impedimenta. Idcirco finxerunt in his duo mouentia, vnum quod motum inchoaret, alterum quod consequeretur, id verò esse ipsam formam grauium & leuium. Videntes autem diuidi oportere partem mouentem ab ea quæ mouetur, in multa absurda inciderunt: coacti enim sunt diuidere in ea quæ ratione tantùm sunt separabilia non loco: & fateri id quod primò mouetur aut esse materiam quæ est ens in potentia, aut compositum quod est ipsum totũ non pars: & tandem incommoda aufugere putauerunt, si ponerẽt à grauitate moueri prius medium, medio autem ipsum graue: quasi nõ in eundem scopulum incidant. siue enim per vnum siue per plura, nihil refert: contingit enim grauitatẽ in materia moueri ab eadem grauitate in materia, quod impossibile esse ostenditur. *8. Phy. tex. 38.* idem enim est ac si proiiciens proiiciatur, aut docens doceatur.

Non est autẽ necesse in iis quæ naturaliter mouentur, mouens eo comitari rem motam vsque in finem, sed satis est aliquando mouens tetigisse: vt patet in seminibus quæ accepto motu à parente eo abiuncto adhuc mouentur: quẽadmodũ fieri solet in Machinis sponte motis, vt abunde declarauit Aristoteles, *2. de Gen. ani. cap. 1.* retinẽt enim partes vim quandam, vt peracto vno motu, alter fiat, & post ipsum alter, nec simul fieri omnes esse necesse. Sic post generationem ignis aptus natus est fieri motus sursum, & fit nisi impediatur. Simili modo sensibili abiuncto remanet motus quidam in sensibus: & post ipsum calefactio quædam aut frigefactio succedit: simul autem dilatatio constrictióq; spirituum in particula quadam: paruo autem motu in ea facto sequuntur multi & magni in cæteris partibus, vt in libello *de communi animalium motu* traditur.

In his autem quæ præter naturam mouentur, abiũcto mouente cessat motus principium enim intrinsecum nihil confert, sed obsistit potius. Hoc idem cõprobat aquæ calefactio, & eiusdem refrigeratio. Cum enim calefactio præter naturam eius fit, tandiu calefaciens præsens est: eo autem abiuncto ad frigiditatem reuertitur maiorem quàm sit ambientis frigiditas. Sciunt & medici medicamenta potestate calida aut frigida ad actus suos peruenire modica occasione calefactionis factæ à corpore nostro: calida enim recalfaciunt magis quam calefacta fuerint à corpore nostro: & frigida refrigidant magis si præcalefacta fuerint. Non enim est necesse agens tantùm agere, quantùm patiens pati potest, neque tandiu agere quandiu pati potest, vbicunq; fuerit principium intrinsecum & naturalis quidam impetus. Nam alioqui cessante primo mouente, cessaret motus in omnibus, nec vnus fieret post alium, vt patet in iis quæ proiiciuntur. Cum enim manus ideo lapidem moueat, quia mouetur ab homine, quiescente manu debuisset quiescere motus in aere, & tandem in lapide, at non simul desinit moueri manus, & mouere, nam etiã abiuncta ab eo quod mouetur mouet. apta. n. nata sunt aer & aqua, & tandẽ humida omnia postquã ex impulsu aliquo modo condensata fuerint, iterũ dilatari, & attiguũ corpus propellere, quando id quod primò mouit, quieuerit. dicitur tamẽ mouere licet adhuc non moueatur, & non tangat corpus motum: quia reliqua mouẽtia in virtute primi mouentis mouẽt.

Sed circa motum grauium & leuium adhuc instabit quis. Cùm enim motus ab altero facti quatuor ponantur ab Aristotele *7. Physi tex. 10.* scilicet Tractio, Pulsio, Vectio & Vertigo: nullo autem illorum modorum secundum naturam moueantur grauia & leuia, hæc igitur ab altero non mouebuntur: ergo à seipsis. Respondemus modos inuestigari ab Aristotele in iis motibus qui ab agente fiunt, non intercedente alia specie motus, vt inductionem faceret in omnibus simul esse mouens & id quod mouetur. At si qui motus insequantur alios: multi enim apti nati sunt insequi: vt calefactionẽ dilatatio: dilatationem autem impulsio adiacentis corporis: aut ad generationem leuis motus sursum: satis est mouens simul esse cũ eo quod primo mouetur, vt generans cum eo quod generatur: generatio autem quasi efficiens est eius motus qui insequitur. *2. de gen. am cap. 1.* Idcirco non ponuntur ii modi ab Aristotele, quibus vnus motus alium insequitur: quod enim primum facit, etiam posteriorem: non igitur quærendum est aliud agens in motu grauium & leuium, præter id quod genuit.

Ad quartã dubitationem dicimus, principium motus in artibus quidẽ actiuum esse tantùm, idcirco extrinsecum, in natura autem passiuum solùm, ideo intrinsecum. Hoc autem significauit Aristoteles. *2. Phy. tex. 2.* vbi inquit: nullum eorum quæ ab arte fiunt quatenus ab arte appellationem habent, habere impetũ mutationis innatum: hoc enim verbum *ὁρμὴν*, idest impetus, passiuũ illud principiũ significat, quæ natura dicitur. Idẽ colligitur ex definitione violenti *3. eth. ca. 1.* Violentũ. n. est cuius principiũ ita extrinsecũ est, vt ei neque qui agit, neq; qui patitur quicquam conferat. Nam contingit violenter agere, idest præter naturam agentis, vt cùm homines coguntur aliquid facere inuiti: similiter & pati, idest præter inclinationem mobilis moueri.

Quod autẽ dicitur nullam actionem fieri sine potentia patiendi, quæ in patiente est, verum est: non tamen

omnis potentia patiendi impetus est, nec omnis principium motus, sed ea solũ quæ à natura alicuius gratia est, & non secundum accidẽs. Materiæ enim ligni in arboribus gratia fructus ferendi data est, ideo impetum innatum ad hoc habet. Quòd autem eodem apta sit ad arcam construendam, accidit, nec impetũ habet ad hunc vsum, ideo ab arte solùm fit, aut alia huiusmodi causa extrinseca, non à natura. E conuerso autem in natura quamuis requiratur agens extrinsecum, non tamen illud est principium motus, non enim agens impetum habet ad agendum vt patiens ad patiendũ. Quod enim actu est, & bonum ipsum aptum natura est appeti non appetere. *primo Phys. tex.* 81. In artibus autem appetitus in artifice est non in rebus, finis enim extra est non in ipso. Si igitur in ligno esset nauifactiua, præsente naui fieret ex ligno nauis à natura, vt nunc ab arte. 2. *Phy. tex.* 86. principium enim vtriusque est ipsum propter aliquid, cuius gratia appetitus naturalis quidem in ipsis rebus & in ipsa materia: Artificialium autem in ipso artifice. Quod si videatur in quibusdam inesse desiderium agẽdi secundum naturam, vt in maribus impetus venereus ad speciem propagandam, huiusmodi impetus passio quædã est in ipsis, ordinata tamẽ ad actionẽ in altero, vt superius explicatũ est.

Ad loca autem diuersa ex Aristotele citata, quibus videtur significari naturam esse principium agendi, dicimus hæc contingere, quia natura multipliciter dicitur. Nam quod semen actiuum sit principium, verum est, generatio enim quasi effectiua est eius quod generatur. 2. *de gen. an. ca. primo.* ipsum autem semẽ natura est dicta vt generatio. *primo de Part. an. cap. primo.* Et quod alibi alteram naturam appellat formam, quæ agit in alterũ diuersum numero, dictũ est, quia natura alio modo dicitur de forma, quæ eadem est cum efficiente. Quo autem modo efficiens naturale sit per passionem, superius explicatũ est. Similitudo autẽ naturæ cum medico qui seipsum sanat, est penes principium motus intrinsecum, nõ autem penes rationem principij: in ægro enim per accidens inest medicina, quia actiuũ principium per se inesse nequit in eo quod patitur. Ad vltimum, quod natura agat propter finem, cum eadem subiecto sit actio & passio. 3. *Phys. tex.* 18. concedimus motum naturæ actionem aliquando appellari, & ipsum pati agere. Solet enim Aristoteles omnẽ potentiam tum agendi tum patiendi aliquando motiuã appellare, vt 9. *Metaph. text.* 11. nam motiuum & statiuum principium in vtraque potẽtia assignat. Et *primo ca. tex.* 71. mouentem potentiam vocat tum in motu naturali tũ in motu præter naturam. Et 2. *de an. text.* 37. causam vnde motus appellat, non solùm efficiens extrinsecum, sed & principium ipsum interuum ac passiuum, animam enim causam esse etiam vnde motus, nõ solùm in motu secundum locum, sed & in augmentatione, & sensu, quem in patiendo consistere alibi fatetur. efficiens enim extrinsecum est, scilicet ipsum sensibile.

Si igitur ea quæ in oppositum dicta sunt, hoc modo solui possunt, cõcludere tutò possumus, ea vera esse, quæ rationes priores concludebant. Erit que naturæ definitio de principio passiuo tantùm intelligenda: quod remotius in materia est, propinquius autem in forma, vt potẽtia existit ad actus secundos. Vbique autem impetus quidam est alicuius gratia innatus. Ideo quodãmodo materia tantùm natura videtur, potentia enim ad materiam pertinet. quodammodo autem forma: omnis enim impetus aut à forma incipit, vt in iis quæ perfecta sunt: aut in formam desinit, vt in generatione.

Obiter autem explicato principio, reliquas partes definitionis explicemus. Est enim natura principium & causa. Cùm igitur sint quatuor genera causarum, & natura quodammodo de omnibus dicatur (est enim materia natura, est & forma) ideo etiã finis & efficiens naturæ quædam sunt. In hac tamen definitione ea verbis quę sequuntur significatur, causam esse vnde motus est non causa mouendi, non tamen vt efficiens. nam vnde motus tum actiuam potentiam significat, tum passiuam, vt explicatum est. Ideo vt excluderet causam efficientem, apposuit reliqua verba: scilicet ei in quo est, & c. Quam partem exemplo artium aperuit paulò ante, cùm inquit, *Similiter autem & aliorum quæ fiunt vnumquodque: nullum enim ipsorum habet in se ipso actionis principium.* Cùm igitur hoc in omnibus sit verum: relinquitur naturam non esse principium actionis. Quod autem additur, *& quiescendi:* dictum est, quoniam natura prius competit generabilibus & corruptibilibus, quæ aliquando mouentur, aliquando quiescunt: posterius autem corporibus æternis, quæ nunquam quiescunt, vt alibi à nobis est explicatum.

Ea verba, *primò, per se, & non secundum accidens,* non sunt superflua, Nam illud, *primo,* significat immediatè, vt mos est Aristotelis, idem enim intelligit per primum & immediatum, *primo Poste. text.* 5. Contingit autem aliquid per se quidem inesse, non tamen primo, at non è contra. Inest igitur principiũ motus progressiui in animali primò, corpori autem per illud, idcirco non est hæc natura corporis, sed animalis, animal enim secundum naturã tali motu mouetur, corpus autem sæpe præter naturam. 8. *Phys. tex.* 27. Verbum autẽ *per se* superfluũ esset, si adiungeretur eidem particulæ cui adiungitur, *primo.* Sed si adiungatur particulæ *mouendi & quiescendi,* rectè positum fuerit. Cùm enim quæ mouentur & quiescunt cõtingat per se moueri & quiescere, atque per accidẽs. 5. *Phys. tex. primo,* innuit naturam efficere motum & quietem per se, Mouetur igitur animal deorsum motu recto per accidens, non enim inquantum animal, sed inquantum graue, cui per se inest huiusmodi motus. Verbum autem *& non per accidens,* quanuis explicatiuum sit eius *per se,* tamen amplius includit. Innuit enim omnem modum existendi per accidens auferendum esse à motu naturali. vt bigratia, lignum per se quidem durum est, quatenus autem durum, sustentaculum tecti esse potest, per se igitur in trabem transit. Alio tamen modo per accidens est: quia non huius gratia à natura conditum est lignum: sed vt ramos & fructus sustẽtaret, non tectum, per accidens igitur inest hæc potentia in ligno, ideo & per accidens tali motu mouetur. Hoc modo sunt omnia quę ab arte fiunt, aut casu ac fortuna: potentiæ enim naturales, quæ alicuius gratia insunt rebus, ad alios fines transferuntur, quam qui secundum naturam: sine illis autem nec ars quicquam facere posset, nec quicquam casu aut à fortuna contingeret. Sed de his hæc satis superque.

Qvæstio II.

Non esse in loco nisi grauia & leuia.

Colligitvr hęc sententia ex. 4. *Phys. tex.* 30. vbi inquit, omnia locum habere sursum & deorsum, & ferri natura, & manere in proprijs locis vnumquodque corporum, hoc autem facere aut sursum aut deorsum: vbi verbum *ταῦτα* alij coniungunt cum loco, vertentes omnem locum habere sursum & deorsum, quod idem probat quod intendimus. Siue enim omnia locum habeant sursum & deorsum, siue locus omnis sit sursum aut deorsum, non erunt in loco nisi grauia & leuia, hæc enim sola sursum aut deorsum mouentur & quiescunt. Sed & alio modo ostenditur. Nam primum immobilia non esse in loco, patet, quætitur enim locus propter motum secundum locum, 4. *Phys. text.* 32. Et *text.* 47. *eiusdem,* non omne quod est, in loco est, sed mobile corpus. Idcirco Mathematicæ magnitudines, quanuis positionem habeant, negantur tamen in loco esse. *text.* 5. Præterea mobilia non omnia in loco esse patet, quæ enim circulo feruntur, vt cęlestes orbes, quatenus quidem in eodem semper manent immobilia existentia, non sunt in loco, locus enim separabilis est. *text.* 17. & 0. *eiusdem,* orbis autem vnus ab altero cui adiacet, nunquam separatur, sed eo modo immobiles permanent. Quatenus autem est motus secundum partes, neque hoc modo in loco sunt, sed in toto. Aliud enim est in toto esse, & in loco. 4 *Phys. tex.* 23. & 24. Cũ igitur mobilia alia motu recto alia circulari moueantur. *primo cali. text.* 5. Si circulo lata quæ neque

grauia

grauia sunt, neque leuia in loco non sunt, sola grauia & leuia in loco erunt. Idcirco bene dicitur. 4. *Physi text.* 19. Impossibile est cuius nō est motus neque sursum neque deorsum, locum esse.

Sed ardua res videatur existimare cælum in loco non esse, cùm moueatur secūdùm locū. Maximè enim cęlum putamus in loco esse, quia semper est in motu. 4. *Phy. tex.* 32. Præterea cùm loci differentię sint sex, sursum & deorsum, dextrum & sinistrū, ante & retro, non solū positione respectu nostri, sed & natura. 4. *Phy tex.* 5. *&* 2. *œ tex.* 8. mirum videatur solum sursum & deorsum loca esse corporum. Circa motum igitur cæli concedit Aristoteles aliquo modo ipsum in loco esse: quemadmodū enim mouetur secūdum partes, sic locum inesse partibus: altera enim partiū licet adhærens est. 4. *Physi. tex.* 45. Quod maximè angit interpretes. Si enim per partes intelligamus vnius orbis partes cōtinuas, in loco erunt potentia non actu. *tex.* 44. *eiusdem.* At quo modo erit motus per se partiū? Omne enim quod per se mouetur diuisum esse actu à continente necesse est. *text.* 44. partes autem continui cum toto mouentur non in toto. Si verò per partes intelligamus singulos orbes se inuicem amplectentes, primò quidem ostensum est alterum orbem non esse locū alterius, quia non est separabilis locus autem omnis in motu separatur. Præterea relinquitur dubitatio circa extremam sphęram, quę ab altero corpore non continetur. Si enim & ipsa mouetur, secundum quem locū mouebitur? Nam si secundum internam sphęram, non erit locus continentis superficies, sed contenti. Continet enim semper exterior sphæra interiorem, adeo vt cælum omnia contineat. 4. *Phy. text.* 46.

Qui verò locū spacium esse asserūt, has quidē omnes difficultates vitant, spacium enim subesse omnibus corporibus æquale volunt, qui locus sit vniuscuiusque. Sed in maiora incidunt absurda, quæ ponuntur ab Aristotele. 4. *Phy text* 37. Erunt enim per se in loco omnes partes continui ideo & per se mouebuntur: singulæ enim corporis partes occupabunt spacij proprias partes. Aut igitur continuum nō erit in infinitum diuisibile, aut infinita erunt actu loca: potentia enim in loco esse dicere nō possunt. Præterea locus in loco erit, & mouebitur spacium ex spacio, cùm vas in quo aqua cōtinetur, transfertur. Amplius & ea incōuenientia sequuntur, quæ de vacuo assignātur ab Aristo. 4. *Phy.* tex. 76. Moles enim corporis suam quantitatem spacij habebit sibi æqualem, quasi dimensio corporea egeat altera etiam dimensione separata: & multæ dimensiones in eodē sint: & alia multa impossibilia quæ vacuum sequuntur.

Dicendum est igitur circa motum cæli, eiúsque locū aliud esse partes per se moueri & totum moueri motu partium. Partes enim non cōtingit per se moueri, nisi actu seiunctæ fuerint instar totius cuiusdam separari. Totum autem dupliciter cōtingit moueri, scilicet vel motu totius, vel motu partium. Est autem motus totius, cū centrum mobilis non in eodem permanet, necesse enim est totum locum mutare, vt alteram acquirat continentis corporis superficiem, quemadmodum accidit in motu recto. Motus autem partium est, quando centrū mobilis in eodem semper fuerit, partes autem eius in aliis atque aliis loci partibus. Contingit autem hoc solum in motu circulari. Cùm enim circa idem centrum agatur, totum non mutat locū sed partes semper iuxta alias atque alias loci partes mutantur. Si igitur partes seiunctę à se inuicem id præstarent, totum per accidens tali motu moueretur, per se enim inesset motus partibus, vt in tripudiis aliquādo accidit: totus enim chorus mouetur, quia singuli choream ducentes mouentur. Hoc autē modo in cælo motum fieri impossibile est. Nam 2. *œ tex.* 46. ostenditur astra non moueri, sed orbes, quibus ipsa sunt infixa. Totum ergo per se mouetur non tamen motu totius sed motu partium: partes autem per accidens.

De loco autem similiter est statuendum: vt enim cęlū mouetur motu partium, sic locus partium non totius illi assignandus est. Quo autem modo accipiendus sit locus partium, hoc consideretur. Cùm omne quod per se mouetur aliud atque aliud tangat: necesse est omnem motum iuxta aliquid quiescens fieri, vt ostēditur 4. *Phy. text.* 40. & *in libello de communi animalium motu.* Nihil autem refert, siue omnino quiescat illud iuxta quod fit motus, siue alio motu moueatur: si enim non moueatur eo motu quo mobile iuxta illud mouetur, fiet mutatio ipsius tactus qui motus est secundū locū, vt si nauis in flumine moueatur non secundum aquarum fluxum. Nam si secundum earum fluxum eadem velocitate feratur, non dicitur in flumine moueri, sed cum flumine, non enim tactus mutatur. Mutatio autē tactus secundū totū fit in motu recto, aut vbi centrū mutatur: secundū partes verò in motu circulari: semper enim iuxta aliquam eandē superficiē tota est id quod tali motu mouetur, at partes iuxta alias atque alias sunt semper. Hoc igitur in interioribus orbibus facilè est assignare. videntur enim Planetæ iuxta Zodiacum circumuolui, secundum quem circulū loca inferiorum astrorū assignantur ab Astrulogis. Sphęra ergo superior locus erit inferioris non totius nisi secundū accidens, sed partium: seiungitur enim non à toto, sed à partibus. Non sequitur autē seiungi à toto, si ab omnibus partibus seiungitur. Totum enim secundū rationem aliud est à partibus omnibus secundum materiam, vt flumen, & fluminis aquæ: licet enim omnes aquæ fluant, totus tamen fluuius immobilis est. 4. *Physic. text.* 41.

De toto autē cælo, quatenus mouetur ab ortu in occasum, seu de vltima sphæra, non possumus eo modo locū assignare nō enim extra aliud corpus est, iuxta quod feratur. Si igitur intra similiter aliud corpus non esset quiescēs, nullo pacto moueri posset, non enim esset aliquid iuxta quod fieret differentia tactus partiū. Oportet igitur terrā quiescere, vt cęlū circa ipsam circumuolui posset 2. *cœl. tex.* 13. Quòd si vniuersum continuū quid esset cū terra, nullus fuisset motus neq; in toto neque in partib. Quod enim mouetur, aliquid tāgere oportet, vt fiat per motū differentia tactus. Quæ autē differentia fuerit, cum iis quæ super extima latione sunt? sustantiæ enim immateriales atq; indiuisibiles cū corpore diuisibili vndique similiter se habent. At verò hoc modo dicēti videbitur centrū & terra ipsa esse cæli locus: nō ergo locus est cōtinentis corporis superficies, vt definitur. 4 *Phy* tex. 41. Non possumus soluere, vt soluitur dubitatio de loco terrę. Cùm enim motus terræ & omniū grauium sit ad medium, non autē ad superficiem ambientis corporis, hæc enim distat à medio, & ad extremū vergit, qui est locus sursum: locus igitur grauiū erit ipsum mediū non extremum. Quod confirmat Aristo. 4. *Ph. tex* 42. vbi inquit: Medium cæli & vltimum ad nos circularis lationis esse hoc quidē, sursum illud verò, deorsum maximè propriè: quoniam hoc quidē semper manet: circuli autem vltimū similiter se habens manet. Nam soluitur ex 2. *œ. text.* 107. quæ enim momentū habent ad medium non quousque tangant centri extremum feruntur, sed donec eorum medio acceperint vniuersi medium. Hoc igitur modo ipsum medium dicitur esse locus grauium, non quia indiuisibile quid & punctus locus sit, corpus enim in indiuisibili esse nequit: sed quia superficies ambientis corporis, cuius medium fit vniuersi medium: nam simul ac ex hoc medio recesserit, eius medium, in alterā quoque superficiem transiuit.

Solutionem hanc non possumus assignare circa cælum: nō enim aliqua est superficies ambientis corporis, cùm nullum extra sit corpus. Dicendum est igitur Definitum esse locum ab Aristotele, quatenus cōpetit grauibus & leuibus, & tandem iis quæ motu totius feruntur. Cælestibus autem & perpetuis corporibus eadem ratio non competit, nisi secundùm analogiam, vt de natura aliàs diximus, & de cæteris quæ eadem videntur esse in æternis & corruptibilibus. Est autē analogia loci huiusmodi. Quemadmodū enim quę motu recto mouentur extrinsecus tangi oportet ab aliquo continente, sic quę apta nata sunt circulo moueri, secundum eas partes tangi oportet, secundum quas fit motus. vnde factum est, vt grauium & leuium motus terminos habeāt, à quo

& ad quem: in circulari autem nullus sit huiusmodi, nã circuli terminus nullus est nisi extra ipsam circumferẽtiam quod centrum appellatur, circa quod non ad quod neque à quo fit motus. 8. *Phys. tex.* 76. Ex hoc igitur colligimus in motu cæli non esse alium locum quærendum, quàm ipsum mediũ circa quod mouetur. In motu autem recto locus est non solũ iuxta quẽ fit motus, sed & à quo & ad quem: in ipsa enim linea recta est medium interuallum & principium & finis.

Vtrum verò eodem modo statuendus sit locus circa inferiorum orbium motum, dubitatur. Cùm enim idem sit locus totius & partis, vt totius terræ & glebæ, & tandem eorum quæ sunt eiusdem speciei. 1. *cæ. tex.* 78. si totius circulationis locus est ipsum medium, videbitur partium cæli omnium eundem locum esse oportere. Luna igitur & Sol, & Saturnus & cæteri Planetæ circa terram mouebuntur vt totũ cælum. Sed his aduersatur primò quod Astrologi demonstrãt multis cæli orbes diuersis cẽtris circumuolui. Præterea si locus tactus quidã est, tangere enim oportet quęcunque in loco sunt (nam loci mutatio est tactus mutatio non solùm in grauibus & leuibus, sed etiam in cæli partibus. 4. *Phys. tex.* 45.) impossibile est eundem esse totius cæli locũ, & partium: idem enim à pluribus secundum eandem superficiem tangi nequit. Amplius, in omni motu mutatio fit tactus siue secũdum totum, siue secundum partes: vt magnitudinis quę mouetur aut tota superficies iũcta alterã superficiem transeat, quemadmodum in motu recto cõtingit, aut pars superficiei iuxta alias loci partes mutetur, quod in circulari motu fit. Necesse igitur est, si diuersi sunt sphęrarum motus, & diuersos esse singularum tactus: si enim vnicus is extat, vnicum erit corpus quod mouetur, & vnicus motus. Si igitur in cælo plures sunt motus, plura quoque erunt corpora, & plura loca.

Nec obstat quod circularis latio circa medium fit: nihil enim refert, siue innitatur medio siue extremo: quomodocũq; enim dicetur ferri circa mediũ. Partes igitur cæli inniti possunt sibi inuicem. Totum autem cælũ nihil habet cui innitatur nisi mediũ: hic verò est mundus qui circa terram est: nam iuxta ignem fertur, quem contangit, hic autem iuxta aerem contiguum, qui tandẽ iuxta terræ & aquæ globum motu cæli circumducitur. Cæli autem partes quæcunque proprium adeptæ sunt motũ, vt planetarũ orbes non potuerunt iuxta eundem locum moueri: non enim hunc tangunt omnes, sed tantum vltima, idque non vt pars separata, sed vt totius extremitas interna. Idcirco circa hunc locum non motu proprio sed motu totius feruntur partes. Consentaneum enim est rationi, vt quemadmodum partes in toto sunt, sic earundem motus proprius iuxta ambientes sphæras peragatur: quæ enim continetur pars est continentis nõ è contra. Idcirco videmus inferiores sphæras motum superiorum participare: superiores autem motu inferiorum nullas moueri. Ignis autem sphæra solum iuxta inferiorem aerẽ mouetur nõ iuxta cæli extremum: quia non habet motum proprium in cęlo, sed solum cum cęlo mouetur. Similiter aer iuxta terram immobilem non iuxta ignem fertur. Luna autem, quatenus cœli extremum iuxta ignem fertur, motu scilicet totius cœli, proprio autem iuxta ambientem sphæram eodem modo & in cæteris est statuendum, sed apertius patebit inferius. Quod autem idem debeat esse locus totius & partis, fatemur verũ esse in iis quæ continua sunt, similaria enim & eiusdem naturæ cum toto, vt terræ partes cum tota terra, & partes ignis cum toto igne. At cælũ partim quidem similare est, partim verò dissimilare. Similare quidẽ quatenus totum ex eodem corpore constat, quod neque graue neque leue est, & circulari motu mobile. 2. *cæ. tex.* 41. Dissimilare autem, quatenus contiguũ quid non continuum, ex pluribus numero corporibus constans secundum certum situm & magnitudinem, & figuram, in quibus consistit natura dissimilarium, vt in animalibus apertum est, *primo de Hist. an. cap. primo*. Ipsum autem cælum esse veluti animal testatur Aristoteles. 2. *cæ. tex.* 13. Quatenus igitur similare est, totum cum omnibus sui partibus vno motu mouetur, & iuxta vnum medium. Quatenus verò dissimilare, plures sunt partium motus in toto vt plures sunt orbes totius. Quoniam verò plura corpora in eodem esse nequeunt, idcirco singulis orbibus propria loca sunt assignata, in quibus moueantur secundum propriam singulorum naturam: inter quos sunt Epicycli & Eccentrici ab Astrologis appellati.

Sed vt ad primam quæstionis sententiam reuertamur, ex dictis patet cælũ aut in loco non esse, aut alio modo locũ eius considerari. Cùm enim totum locũ non mutet tum vniuersum cælũ, tum orbes singuli: non est eorũ locus aliqua superficies ambiẽtis corporis (vt accipitur locus in grauibus & leuibus) sed solum locum habent superficiem iuxta quam fiat mutatio partium, quæ siue in parte interna fuerit, siue externa, partes quodammodo continet omnes, totam autem sphæram nõ continet: nõ enim ad hanc superficiẽ neque ex hac fit motus, sed iuxta hanc. Ideo mutatio est secundũ partes solùm, non secundum totũ: partes enim mobilis semper iuxta alias loci partes sunt. Accepto igitur loco vt definitur ab Aristotele 4. *Phy. tex.* 41. duo tantũ sunt: mediũ scilicet & extremum, seu sursum & deorsum, quæ loca sunt grauium & leuium. Hæc igitur sola in loco sunt. Cùm autem aliæ sint loci differentiæ, scilicet dextrum & sinistrũ, ante & retro: propter quid loca naturalium corporum determinata sunt solum secundũ sursum & deorsum: An hæ quoque differentiæ admittuntur in cælo? Motus enim à dextris est ad sinistra per anteriores partes: ideo in cælo quoddã est dextrum, quoddam sinistrũ, quoddam ante & retro: & sursum & deorsum alio modo quàm in grauibus & leuibus: omnia autem secundũ similitudinem cum animalibus, 2. *cæ. tex.* 7. At ista loca esse secundũ partes, non autem secundum totum, vt definitur locus ab Aristotele, ostensum est superius. Non esse igitur in loco nisi grauia & leuia, apertum est.

QVÆST. III.

Omnes stellas Epicyclis ferri.

EXISTIMAVERVNT profectò summi philosophi sententiæ Aristotelis nec non eius principiis repugnare, aliquas cæli sphæras aliis centris circumuolui præter illud quod est totius medium. Nam primùm videntur verba Aristotelis id innuere, 2. *cæ. tex.* 46. vbi inquit: *celeriorem esse maioris circuli velocitatem rationabile est, circa idem centrum infixis*. Videtur enim supponere omnium astrorum orbes circa idem centrum moueri. Præterea si cælestia corpora omnia ex eodem corpore constant, quod aptum natum est circulo moueri, 2. *cæ. tex.* 41. cæli partibus eadem demonstratio videtur aptari posse, quam Aristoteles terræ particulis accommodat, *primo cæ. tex.* 83. vbi ostendit: si eædem specie sunt terræ inter se, oportere ad eundem numero locum ferri, vt ad hoc medium non ad alterum, quia in terræ particulis quæ hic sunt, id contingere experimento patet: cùm enim vndecunque per lineam perpendicularem ferantur, ad idem medium ferri est necesse. Et cæli igitur partes, cùm specie non differant, circa idem medium ferri necessarium fuerit. Propter hæc, quidam subtilissima perscrutatione nec nõ ingeniosissima conati sunt ea quæ circa astrorum motus apparent ad Homocentrica reducere, quod Astrologi sine Eccentricis & Epicyclis facere nequiuerunt.

Sed quantum demõstratio illa præstet, superius explicatum est à nobis. Quatenus enim cælum similare est, totum cum omnibus partibus vnica latione circa vnũ medium circumuoluitur. Quatenus autẽ dissimilare est, singulis corporibus singuli motus, & singula loca assignata sunt. Quare non est amplius similitudo cum terræ aut aliorum elementorũ partibus. Non enim in his aliqua est particularũ determinata figura, neque magnitudo, neq; situs, neque numerus, idcirco neque motus à cæteris diuersus. In cæli autem partibus omnia hæc determinata sunt. Iure igitur optimo omnes terrę partes ad idem numero mediũ feruntur, similares enim sunt. Cæli autẽ orbes, quatenus disiuncti nec continui inter se, sed tãgẽtes

diuersos

diuersos motus & diuersa loca non quidem genere sed specie sortiri sunt. Verba autem Aristotelis, quæ videntur innuere omnes orbes eidem centro infixos esse, intelligẽda sunt de iis, qui in corpore eõdem describuntur: quemadmodum sunt ij quibus feruntur stellæ fixæ: cùm enim quædam maiores quędam minores circulos describant, quatenus propinquiores aut distãtiores fuerint à Polis: meritò velociores sunt quæ maioribus circulis feruntur: quoniam ab iis quæ ex centro protrahuntur lineis, maius fit maioris circuli segmentũ. Nihil autem refert siue poli, siue axis, siue centrum ponatur circulorum medium: nam circa eundem axẽ tanquam circa idem centrum, alterius hemisphærij circuli omnes magnitudine & paruitate differunt. Quod autẽ in hãc sententiam ea dixerit, manifestãt verba, inferiùs posita *text.* 47. vbi inquit: *Quare merito in æquali tempore maior circumfertur circulus, neque continget diuelli cælum, tum propter hæc, tum quia ostensum est, totum ipsum continuum esse.* Continui igitur partes circa idem medium ferri per hęc ostenditur. Quę autem continuæ non sunt, atque diuersos habent motus & tempore inæquali absoluuntur: circa idem medium moueri nulla est necessitas. Quin impossibile in quibusdam id esse, ex iis quæ de Epicyclis afferentur, patebit.

Stellas igitur quasdam aliquando ad medium vniuersi propius accedere, aliquãdo abscedere, ostendunt Solis defectus: cùm enim per interpositionem eiusdẽ corporis scilicet Lunæ fiant, si eadem inter illa semper distãtia esset, non aliquando maiorem aliquando minorem Solis partẽ Lunæ corpus obũbraret. Non enim hanc differentiam efficere possit intermedij corporis crassities atq; tenuitas. Quod enim corpus perspicuũ inter Solem & Lunam interiacet, efficere quidẽ possit, vt Sol maius vel minus appareat, Lunæ autẽ magnitudinem variare nequaquã valeat, non enim ipsam per illud mediũ videmus. At si id ratione eius medij, quod infra Lunam est, hoc non minus ampliorẽ Lunã ostendere possit quàm Solem & Astra. Solis igitur Eclypses in eadẽ proportione semper fuerint, vt scilicet Solis diameter ad Lunæ occupantis diametrũ eandẽ vbiq; proportionem seruet, sed hoc minimè apparet. Similiter & Stellę fixę maiores aut minores videri debuissent, cũ ea quæ illis subiecta sunt astra variant: per idem enim medium tunc videntur: at neque id cõtingere videmus. Planetas enim omnes modo maiores modo minores videm⁹: Stellas autẽ fixas nequaquam eodẽ modo. Si igitur id ratione medij nõ contingat, necesse est aut augmentationem diminutionẽmque pati cælestia corpora aut motum quendam habere quo accedant & recedant à medio. Quod si alterum impossibile est, alterum necessarium fuerit: accessus autem huiusmodi atque recessus fieri nequit, nisi aliqui dentur circuli quorum centra à centro vniuersi distent: alius enim motus præter circularẽ corporibus cælestibus nequaquam inesse posit neque secundum naturam neque præter naturam.

Omnibus autem astris Epicyclos quosdam datos esse, hinc fiet manifestum. Nam sex planetas scilicet Saturnũ, Iouem, Martem, Venerem, Mercurium, & Lunam circulis quibusdam moueri, quorum centra in propriis orbibus ferantur infixa, quosque ob id Epicyclos vocãt, demonstrant Astrologi. Similem autem sed longe minorẽ Soli datum esse, Significãt ea quæ circa eius vmbras apparent: quantò enim magis protractæ fuerint, eò magis tremulum quendam motum ostendunt. Videre id licet apertissimè, vbi per tecti spiraculum in magna æde Solis lumen vsque in solum aut parietem descenderit: sic enim luminis obambulatio apparet in partem oppositã scilicet in ortum, cùm Sol in occasum feratur. Si igitur vniformis esset Solis motus, luminis quoque obambulatio vniformis appareret: cùm autẽ modo incitatior sit, modo tardior, ac modo stare videatur, modo regredi, necesse est alterum illi motum inesse, qui huius inæqualitatis sit causa. Cùm autem breuissimo temporis spacio ea omnia fiant, & minimus sit ab æqualitate discessus, necesse est & minimum esse circulum, & celerrimè agitatum, qui eius inæqualitatis author existat: quãtò enim maior est Epicyclus, eò maiorem in motu inęqualitatem facit, & quantò tardius mouetur, eò rariores apparent inæqualitatis differẽtiæ, vt in superiorum planetarum epicyclis est manifestum.

Ob id minime mirũ videri debet, si ab Astrologis nõ sit consideratus Solis epicyclus: nam in cælo ob paruitatem non facit sensibilem differentiam. Considerauit tamen Eudoxus Solis modicam obliquationem à medio Zodiaci: 12. *Met.* 45. Quanuis autem intuentibus in Solẽ manifestissimè appareat velox eius astri circumuolutio, putata est tamen non propter ipsius motum contingere, sed ob visus imbecillitatẽ, vt refert Arist. 2. *cæ. tex.* 48. Inquit enim Solem cùm oritur & occidit, videri vertigine circunuolui propter nostri visus distantiã: procul enim existens nutat propter imbecillitatem, quæ fortè in causa est vt scintillare videantur stellę fixæ, planetæ autẽ nõ: quia ij propè sunt. Affert autẽ hæc Aristoteles ex vulgata opinione, vt ostẽderet astra nõ per se moueri, sed ad motum orbis, cui sunt infixa. Quòd autẽ non ob illã causam videatur circunuolui Sol, patet: nõ enim solùm dũ oritur & occidit, eo modo moueri videtur, sed etiã in medio cæli, & tandem vbicũque fuerit, siue in ipsum statim quis intueatur, siue in speculum sub aqua moderatiorẽ luminis vim conspiciat. Præterea si planetæ ob propinquitatem non scintillant, neque Sol debuisset, propinquior enim est Saturno, Ioue, & Marte. Adhæc instrumentorũ motus ab imbecillitate ortus tremor quidam est, non vertigo: Sol autem vertigine moueri videtur. Tandem si motus huiusmodi non esset in Sole, sed in visu, non tremerent eius vmbræ, vt ostensum est.

Si igitur motus huiusmodi in sole est, necesse est epicyclo ferri. Nam si hic motus alicui sphæræ voluenti tribueretur cuius alter polus in sole esset, excederet velocitate omnem motum, ferè enim momento totum absoluit circulum: at impossibile est aliquem esse motũ diurno velociorem. Stellas verò non errantes singulas singulis epicyclis circunuolui paruis ac celeri motu citatis, vt Sol, nõ solùm scintillatio ostẽdit, sed & rationis similitudo. Si enim quædam astra epicyclis verti ostensum est, ergo omnia similiter moueri consentaneum est rationi. Pręterea in quibusdam manifestissimus est motus. Nam pleiadum stellæ, quas Virgilias vocant, sitæ propè Tauri cornua, maxima agitatione versari videntur adeo vt hinc Athlãtis filias in cõtinuis tripudiis versantes fabulata sit antiquitas. Si igitur propter visus tremorem tremere viderentur astra, non similiter vnicuique scintillare debuissent, nam firmioribus oculis firmiores apparerent. At quantò acutiùs cernimus, eò magis scintillare deprehendimus. Pręterea scintillationis frequentia non maior in quibusdam astris videretur, in quibusdã minor, in iis pręsertim quę æquali magnitudine cõspiciũtur, oculus enim similiter dispositus esset. At videmus multis modis astra scintillare. Quædã enim deficere in totũ videntur, adeo vt modò effugiant conspectum, modò reuertantur, idque ordinatis interuallis. Quędam nunquam deficiunt, sed veluti de loco modice commoueri videntur, ac similiter reuerti, alia rariùs alia frequentiùs.

Si igitur harum differentiarum ratio oculorum imbecillitati referri nequit, necesse est motum in ipsis stellis esse. Quod si id fuerit, Epicyclum singulis stellis non errantibus datum esse oportet: non enim sphæras voluentes iis quæ in eodem corpore infixa sunt, accommodare possumus, vt fortè iis quæ vnicam stellam habent, aptare liceret. Iure igitur optimo Planetæ non scintillant, excepto Sole: hi enim magnis epicyclis & tardè motis feruntur, adeo vt non fiat subita eorum mutatio. Sol autem & Stellæ non errantes ob Epicycli paruitatem eiusdémque velocitatẽ, celerẽ & paruam mutationem patiuntur, ideo tremere videntur. Quibus autẽ videtur lumẽ deficere ac reuerti, epicycli positio differentiã hanc facit, cùm enim eius pars altera distet magis à nobis, altera sit propinquior: fit aliquãdo vt propter nimiã distantiã nõ possit stella visum mouere, sed iterũ videatur, cùm in opposita epicycli parte fuerit, quia propinquior euadit: vnaquæq; enim magnitudo terminatã

habet distantiam maximam, vltra quam mouere visum nequit: vt in libello de sensu ostenditur. Motus autẽ vertiginis in Sole tantũ apparet (nõ in reliquis astris) propter eius magnitudinem: partium enim differentiæ in motu non adeo in re parua notari possunt, vt in magna: magnitudines enim alicuius minimæ partes videri actu nõ possunt: maioris possunt. Præterea refert si stella multũ Epicycli repleat, an parum. Si enim multum, motus vertiginis apparebit, vt in Sole: si parum, huc illuc moueri videbitur, vt accidit stellis Pleiadum.

Sed iis quæ dicta sunt, solùm ipsa Luna difficultatem facit. Quamuis enim Astrologi Lunæ epicyclum tribuãt, non tamen videtur inesse. Cùm enim ex vertigine epicycli cõuerti astrum oporteat, Lunę conuersio maximè debuisset apparere, tum ob astri magnitudinem, tum ob maculam, quæ in ea semper apparet. At nequaquam id fieri videmus. Eadem enim Lunæ facies & maculæ positio semper eodem modo se nobis offert. Sine igitur macula sit astri affectio, siue Epicycli, siue orbis: oporteret aut conuerti, aut derelinqui ex motu Epicycli. Quo argumento Aristoteles probat nulla astra vertigine moueri: 2. *ca. tex.* 49. debuisset enim & Lunę facies conuerti. An non appatet eius conuersio, quia macula non est astri affectio, neque Epicycli, neque orbis? Num igitur futtè secundum antiquam opinionem, fuerint terræ cum homine sordes, vi eius syderis raptæ? Non enim hoc repugnauerit sententiæ Aristotelis. Nam de circulo lacteo coeedit stellarum vi trahi in subiectam aeris regionem ex terra multum exhalationis, quæ sparsim incensa lactis speciem præbeat. Et Cometas quosdã stellis tum errantibus tum non errantibus applicari, moneríque simul, neque subdeficere vt cæteri faciunt. Si igitur obseruatũ est stellas aliquas comam assumere & secũ ducere, cur non & Luna ob peculiarem vim continuè huiusmodi quid attrahat, quod in aere pẽdens ipsam maculosa specie deturpet?

Sed quoniam video sententiam de Circulo lacteo minus probari, quia iis aduersetur quę Astrologi de mutatione aspectuum demonstrãt, non vbique scilicet iuxta easdem stellas apparere, quę longo interuallo distant: idcirco aliam cogimur cum lactis tum maculæ Lunę rationem excogitare. An refractio fuerit nostri visua ad terram? vt Luna sit speculum quoddam, in quo tota terræ facies cum latitudine marium appareat? vt alterũ maculæ crus occasum spectãs, terræ illam partem repręsentet, quam nostris temporibus Hispani vastum ocęani pelagus trãsmeantes, inuenerunt. Alterum verò triangulã Africæ formam ostendat. Reliqua autem maculæ agglomeratio Asiam cum Europa & mari mediterraneo exprimat, non satis distinguente visu ob multas eius maris angustias. Nam ob id & terras multas visum effugere putandum est modicas existentes in vastitate marium. Clarior autem Lunæ pars meritò aquam repræsentat: nam ob superficiei æqualitatem plus luminis reddit.

Sed huic sententię videtur obstare, quod oriente & occidente Luna alia atque alia terrę pars non eadẽ conspici deberet: & motione speculi obambulare imago videretur, neutrũ tamen apparet. Prętereà illa terrę para quam sol nõ aspicit, neque illustrat, videri in Luna præsertim illustrata nequiret, aut salutẽ nigra apparere debuisset: noctu enim nigra omnia videntur. Quibus difficultatibus satisfieri hoc modo posse. Idem enim terrę accidere putandum est, quod iis contingit, quæ intra aquam iacentia videmus ex aere: nam propter refractionem ex medij diuersitate contingentem, ea nobis se ostendunt, quæ absente aqua non perspicerentur. Quod autem in his aqua facit, id aeris corpulentia vndique terræ circunfusa pręstat: crassior enim est quam cæli perspicuitas. vndique igitur in Lunare speculũ eadem terræ partes, siue oriente Luna, siue occidente, siue in medio cæli existente, repręsentantur, & maior terræ pars quàm sit eius Hemispherium. Nam si pilam in aqua profunda ad latè iacentem inspiciamus, eandem eius faciem aut modice differentem ex omnibus lateribus cernimus: quam enim faciem recipit aquæ superficies, eandem oculis nostris reddit vndeunque inspectantibus. Idem verò efficiet & in speculum circunquaque positum, eóque maiorem sui partem repręsentabit quo speculum amplius fuerit ex distantius positum. Non obambulat autem imago in Luna, dum exortu in occasum fertur, ob Speculi conuexam superficiem. Semper enim speculi medium medio imaginis respondet: est autem imaginis mediũ locus in quo est is qui videt, terminus autem est circulus qui, horizon appellatur, qui tum propter sui magnitudinem, tum propter videntis positionem, totum speculi orbem implet, vt non sinat ea quæ extra sunt corpora vt stellas videri. Quãtò enim oculus illi corpori propinquior fuerit, cuius imago in speculo videtur eò magis ab imagine repletur speculum. Non igitur mirum si oculus in terra existens, aliud præter orbem terræ in Luna non videat. Ob conuexam autem speculi superficiem efficitur, vt oculus vndecunque seipsum intueri posit, & semper in medio speculi. Sphęra enim secundum angulos rectos omnia respicit: lineæ autem ad angulos rectos sphæram tangentes hemisphęrij medium efficiunt. Cùm igitur Lunæ conuexa sit superficies, semper continget in eius medio locum in quo sumus intueri: in aliis enim nullis fit reflexio ad angulos rectos. Quod si Lunæ mediũ, vbicunque ipsa fuerit supra horizontem, hunc eundem locum repręsentat, necesse est aliquas Lunæ partes reliquis terrę partib. respõdere, non enim alia corpora præter terræ globũ contingit in Luna intueri: ad hoc autẽ præstandum adiuuat refractio ex medij diuersitate contingens, & oculi positio.

Ad alteram verò dubitationem dicimus absente Sole sufficere lumen ipsius Lunæ & reliquorum astrorum, vt terram in speculo à Sole illuminato conspicuam faciat. Nam ob distantiam minimè licet notare differentiam inter partes magis aut minus illuminatas. Quòd si hoc modo de Lunæ macula statuere licet, consentientius etiam rationi fuerit, circulum lacteum in cælo appellatum, veluti Lunæ maculam esse: Terræ scilicet imaginem in paruis speculis, in quibus color tantùm non figura ob paruitatem exprimatur. Cùm enim errantium astrorum quædã lumine proprio fulgeant, vt Sol, Venus, Iupiter & reliqua its similia: quędam non nisi alieno, vt Luna: iure optimo inter non errantia, quemadmodum parua dantur astra lumine proprio lucẽtia, sic & alia lumine alieno. Hęc autem ob superficiei æqualitatem species reflectere est necesse: quud & alia astra efficerent, nisi proprio lumine imagines receptas delerẽt. Quæ autem proprio carẽt lumine imagines adhuc tegerere nequeunt, nisi præsente alieno lumine: quomodo enim in speculo quid inspiciamus, nisi ipsum speculum fuerit visibile? Si igitur hæc circa Lunæ maculam latisfaciunt, nõ est quod inter tot astra solam Lunam Epicyclo priuemus, qui manifestissimis rationibus illi assignatur ab Astrologis. Simul autem manifestum est omnes stellas Epicyclis ferri. sed cuius gratia huc factum sit, inferiùs commodiori loco patebit.

Qvæst. IIII.

Planetas in Circulis non in sphæris moueri.

Omnium est sententia omnium Astrologorum Cælum componi ex pluribus globis se inuicem vndiquaque complectentibus. Putauerunt enim circulariter moueri non posse, nisi poli quidam tanquam cardines statuantur. hi autem poni nequeunt nisi sphærica figura constent. Quod de vniuerso quidem verum esse probat Aristoteles, 2. *cal. text.* 22. De partibus autem motum proprium habentibus, vt sunt quæ stellas errantes ferunt, fieri nõ posse, vt sphæricæ sint, manifestũ fiet, si prius de renitentia mobilium & medij, per quod fit motus, dixerimus. In motu igitur recto, & vbicunque centrum mobilis ac totius locus mutatur, medium dupliciter reniti manifestum est: vno modo quatenus cedere oportet mediũ, quando corpus de vno loco in alterum trãsfertur: quod fieri nequit nisi per eius diuisionẽ & motum: vt accidit aeri & aquę, cùm per ea corpus aliquod fertur. reoitur eoim

enim vnumquodque quantum potest diuidenti ac de loco detrudenti. 4.*cæ.tex*.45.

Alio modo corpus attiguũ iuxta quod fit motus, obsistit motui adiacentis corporis, quatenus scilicet disiunctioni eiusdẽ renititur. Nam si multa sit huiusmodi potentia renitendi, aut nullus fiet motus, aut insequetur motum adiacentis corporis. vt si pondus aliquod tabulæ positum trahatur: aliquãdo enim tabula insequetur, nec disiungetur à põdere: maxime autem obsistit disiunctioni, superficiei asperitas. Idcirco super corpora lenia facillime peragitur motus, cuius gratia artifices oleo sæpe inungunt, vt lænior reddatur contactus partium: sic & nauium carinæ sapone illinuntur, vt lubricus sit aquæ cõtactus. In iis autem quæ circulariter feruntur, ea tantùm adest resistentia, quæ ex contactu adiacentium oritur: nihil enim detrudi neque diuidi oportet, cùm totum locum non mutent. Vt igitur cœli locus est tantùm iuxta quod fertur, non autem ad quod, neque ex quo, vt alibi est ostensum, sic aliam non habet resistentiam, quam quę dicta est ex contactu corporis, iuxta quod fertur. Requiri autem in omni motu aliquam resistentiam ex natura medij, colligitur ex demonstratione Aristotelis. 4. *Phy. tex*. 71. vbi probatur, in vacuo non posse fieri motum, quia ex ipso nulla fit resistentia: ideo nullum esset tempus in quo contingeret motum fieri per vacuum. quanto enim minor est resistentia, tantò breuius est tempus in quo fit motus: vbi ergo nulla fuerit, nullum etiam fuerit tempus.

Qua in re multi hæsitarũt propter cœli motum. cùm enim non viderent, quo pacto cœli locus accipiẽdus sit, nõ potuerunt resistentiam in ipsius motu intueri. Idcirco alij demonstrationem Aristotelis negauerũt. Alij aliam quandam resistentiã in cœlo excogitauerũt, quem dixerunt esse intrinsecam ex parte corporis. Quasi in ipso corpore cælesti renitentia sit, & non impetus ad motum circularem & in graui renitentia ad motum deorsum: & sic de reliquis naturalibus vniuscuiusque motibus, vt accidit iis quæ præter naturam mouentur. grauitas enim renititur motui sursum, & leuitas motui deorsum. At impossibile est ipsum principium motus, quæ natura est vniuscuiusq;, reniti proprio motui. Renitentia ergo intrinseca, aut in motu præter naturam erit, aut in iis, quæ ex contrariis principiis constant, vt accidit animalibus: eorum enim motui obsistit grauitas corpori intrinseca. At si in cœlo aliquod huiusmodi inesset, laboriosa esset motus perseuerantia, vt probatur 2.*cæ.tex*.3.

Optimè igitur concludit demonstratio Aristotelis de vacuo: cùm enim motus secundum locum mutatio sit ipsius contactus, aut secundum totum aut secundum partes: in vacuo impossibile est motum fieri, nihil enim tangitur. ideo nulla est successio partium se inuicem tangentium, in qua motus consistit. In omni autem tactu resistentiam esse oportet quam diximus. Quemadmodum enim continua potentiam habent, qua conseruent partium vnitatem: sic contigua potentiam habent quandam conseruandi tactus vnitatẽ minus tamen quã continua, quoniam minus vna sunt. Quæ igitur asperam habent superficiem magis resistunt, quoniam partes habent prominentes corpori continuas, quas diuelli & alteri in motu contingit. Quæ autem leuia sunt minus impediunt, quia nulla fit in iis continui diuulsio, sed solùm mutatio tactus partium: Et quæ mouentur iuxta motam magnitudinem in contrarium difficilius mouentur quàm quæ iuxta quiescentem: & quæ iuxta quiescẽtem, difficilius quàm quæ iuxta eam quæ mouetur in eandem partem. 4. *Phy.tex*.71. quia maxima fit mutatio tactus iuxta motam in contrarium, minor iuxta quiescentem, minima iuxta motam in eandem partem.

Quibus illud quoque adiungendum videtur. Cùm aliquid mouetur iuxta magnitudinẽ motam, duobus motibus ferri necesse est, motu scilicet proprio, & motu cõtinentis magnitudinis, vt si quis in naui currente ambulet. Si enim non insequatur illius motum, moueri super ipsam nequit. Nam dupliciter contingeret ab eodẽ fieri mutationem tactus supra eandem magnitudinem, vno modo ipsius motu proprio super magnitudinem, altero propter motum magnitudinis: cùm enim corpus illam non insequatur, abiungi necesse est ob illos motũ, & lineam describere motui magnitudinis oppositã. Similiter duplex esset resistentia, vna mobilis ad magnitudinem, altera magnitudinis ad mobile: motui enim magnitudinis resisteret corpus quod illam non insequitur: motui verò corporis magnitudo, si vera est demonstratio superius tradita de resistentia. Sed hęc fieri non posse est manifestum. Vtrumque enim vtrique esset immobile & motum. Nam cùm motus omnis super immobile fiat, in lib. *de communi animalium motu*: motui magnitudinis corpus resistens immobile esset, motui autem corporis ipsa magnitudo. At in nullis hoc videmus. Si enim nauis motu nautæ moueri debeat, necesse est ipsum non naui inniti, sed extrinsecus alicui corpori immobili, vt terræ aut aquæ. Similiter lapidea rota circumducta, gladius ad aciẽ acuendam admotus, moueri super ipsa non posset, nisi alicui extrinsecus inniteretur, vt artificis manui, quo nisi motui rotæ obsisteret: si autem soli rotæ inniteretur, necesse esset ad motum illius ferri.

His ita constitutis facilè est id quod promisimus ostẽdere Nam primùm si orbes se inuicem vndique complectuntur sphærica figura, & superiores motum communicant inferioribus, extrema enim sphęra suo motu ab ortu in occasum reliquas inferiores fert, fieri non potest vt extrema iuxta adiacentem inferiorem feratur, hæc enim fertur cum illa: at illud iuxta quod aliquid fertur, immobile esse oportet, locus enim immobilis est. Præterea oportet corpus iuxta quam magnitudinem fertur extra polos vbique tactum mutare, polos autem ipsos in eisdem semper manere at hic contra accidit. Poli enim extremæ sphæræ, qui appellantur Poli mundi, semper sunt iuxta alias atque alias inferioris sphæræ partes: quia inferior sphæra polis superiori fixis mouetur. Eiusdem verò partes, quæ hos polos tangunt ab iisdem nunquam seiunguntur. Quatenus igitur extremę sphęrę poli mutantur iuxta inferiorem sphæram, non est inferior sphęra immobile quid, polos enim manere oportet in eisdẽ. Quatenus verò quædã eius partes extra polos iuxta easdem inferioris sphæræ partes semper manent, non fit circa ipsam tactus mutatio. Motus igitur super inferiorem sphæram non agitur.

Quod si iuxta eam quam tangit non mouetur, quomodo mouebitur iuxta alias inferiores quas non tangit? Nullus igitur erit motus extremæ sphæræ, non enim est iuxta quid feratur. At verò si aggregatum ex omnibus iuxta terram immobilem feratur, non magis inferioribus orbibus inerit per accidens huiusmodi motus, quã supremæ sphæræ, sunt enim omnes totius partes. Quod si concesserimus illi quoque per accidens inesse, rationabile est, imo necessarium, habere alium motum proprium, vt reliqui orbes: omne enim corpus actu diuisum per se mobile est secundum locum. At impossibile est motum proprium illi assignare: non enim locus aliquis est iuxta quem fiat talis motus. Nam extra quidem nullum est corpus ambiens: interna autem sphæra vti nequit tanquã immobili, quia hęc ad motum externę moueri supponitur, & motu proprio iuxta superiorem.

Præterea vniuersalius hoc modo licet idem colligere. Si superior sphæra feratur iuxta inferiorem motam alieno motu, quam sit motus superioris: mouebitur simul motu inferioris, aliam enim sphæram exterius non contangit cui innitatur, & cuius nisu obsistat motui inferioris vt accidit aliquando nautæ, qui dum terræ innititur conto, nauis motum non sequitur. Non enim hoc modo extrema sphæra reniti potest motui internæ quam solam tangit. Duo igitur erunt eius motus, vnus, qui super internam sphæram fit, alter ad motum internæ. Quod si inferior quoque moueatur iuxta superiorem motã, duo erunt ob eandem rationem eius motus, scilicet proprius & is qui à superiori in qua mouetur sibi communicatur, hoc enim in omnibus contingit quæ mouentur in eo quod mouetur. At impossibile est: simul enim superior inferiorem ferret, & inferior superiorem, & tandem idem secundum eundem motum ferret & ferretur: inferior enim sphæra quo motu fertur à superiori, ferret su

perioté: hoc autẽ cõtingit, quia sphæris eo modo positis, inferior loc⁹ fit superioris, & è cõtra superior inferioris.

Sed in sphęris mediis maiura sequũtur absurda. Cùm enim mediæ vtrinq; sphęras motas cuntãgant, simul cõtinget vtriusque motu muoeri, si vtrisque tãquam locis vtantur: sic autem aut diuelli sphęras medias oporteret, aut idem corpus simul in diuersa tẽdere. Cùm præterea interim motum habeant proprium in vtrisque idem motus simul cõponetur cum diuersis: sed hæc omnia impossibilia sunt. Si igitur vera sunt, quæ de loci natura & resistentia dicta sunt, impossibile est ex sphęris seinuicem cõplectentibus coagmentari cælum. Sed orta est deceptio, quia non cõsiderata est natura loci iuxta quẽ peragitur motus: quasi motus quicunque & quomodocunq; inuicem committi possint, quemadmodum cõtingeret si locus non esset adiacentis corporis superficies sed spacium: nam in eo motus esset fine vlla resistentia, & idem esset moueri iuxta motam magnitudinem & iuxta quiescentem. Amplius autem ex renitentia idem patebit. Quod enim mouetur iuxta id quod in contrarium fertur: tardius mouetur, quia maior fit resistentia, vt ostẽsum est superius.

Cõtra autem accidet in cælo, si ex sphęris cõponatur. Extrema enim velocissimè mouetur, cùm tamen ponatur iuxta sphęram in cõtrarium motam, scilicet in ortũ. Inferiores autem quæ iuxta motas in eandem partẽ feruntur, longè tardius, omnes enim planetæ in ortum feruntur. Præterea rationabile est superficies sphęrarum læuissimas esse, vt circũuolui maxima agilitate possint: testatur autem id Aristoteles 2. *cæl. tex.* 32. cęli enim superficiem æqualitate superare omnia corpora quæ apud nos sunt vel quolibet artificio lęuigata. Si igitur ita habeant sphæręcælestes, mirum est in velocissima extremę circunuolutione, non dimoueri polos inferiorum sphęrarum ad partem mutam desinentium: leuitas enim superficiei quæ dicta est, vt ad motum est commodissima, sic ad immobilitatem polorum in ea desinentiũ ineptissima est. Præter vt seruentur ea quæ apparent circa motus planetarum, coguntur aut innumeras fermè sphæras comminisci vni stellæ inseruientes, vt ij faciunt qui Homocentricas omnes ponunt, aut binos orbes eccẽtricos ponere deferentes singulorum planetarum Auges, qui eodem motu atque eadem velocitate inter se & cum nona sphęra, quam vocant, semper moueantur, cùm tamen magnitudine & paruitate longissimè inter se discrepẽt: quod tanquam absurdum refellitur ab Aristotele 2. *cæ. text.* 44. Hæc atque alia huiusmodi incommoda sequuntur, si cælum ex sphæris componatur.

Quod si alio modo diuidentibus cęli partes, absurda quæ dicta sunt euitemus, & simul ea quę apparent seruemus: audactius ea quæ tot seculis ab hominibus recepta sunt negare poterimus. Constanter tamen affirmare sic esse ea quæ remotissima sunt à nostris sensibus, amentiæ potius quàm audaciæ foret indicium. Quæ igitur à nobis dicentur, eo modo accipi velim vt rationi magis cõsentanea videantur, id autem quod necessarium est acurioribus ingeniis relinquimus. Dicimus igitur Aristotelis sententiam fuisse totum cælum cõtinuum quoddam corpus esse, 2. *cæ. text.* 47. sic enim vno motu moueri possit per se & non secundum accidens: nam vnus motus vnius est corporis, vnum autem corpus quod continuũ est. Esse autem huiusmodi vndique stellis refertum infixis, quæ ad motum totius sphærę ab ortu in occasum feruntur motu velocissimo, qui vnius diei spatio peragitur. Stellas verò errantes circulis nõ sphęris infixas esse, qui per cęli profunditatem permeantes proprios motus in cælo sortiti sunt ab occasu in ortum iuxta circulũ obliquum, qui Zodiacus appellatur. Sic enim moueri possũt motu totius, cùm eius sint partes, nec interim deturbari contingit motum proprium à motu continẽtis, non enim secũdum aliam lineam moueri apta nata sunt, cùm secundum Zodiacum tantùm locentur, non secundùm totam sphæram.

Colligimus autem hãc fuisse sentẽtiam Aristotelis. 2. *cæ. tex.* 58. vbi inquit ad verbum de errantibus: *vnumquodque enim contra fertur cælo in suo ipsius circulo.* Et superius *text.* 46. vbi de omnibus astris loquens, inquit, *Quoniam igitur neque vtraque moueri rationabile est, neque astrum solum: reliquum est circulos quidem moueri, astra autem quiescere, & infixa circulis ferri.* vbi per circulos non potest sphęras intelligere: singulis enim stellis fixis circulũ assignat propriũ: eo tamen differunt à circulis errantium, quoniam ij à se inuicem seiunguntur per motus proprios: circuli autem stellarum fixarum non diuulsi à se inuicem vnum continuum efficiunt corpus sphæricum. Ex quibus colligi potest huiusmodi demõstratio. Quemadmodum in circulo ab omni puncto incipere motus potest, vbique enim est principium: sic in sphæra secundum omnem circulũ fieri potest. Cùm enim in sphæra quatenus sphęra nulla sit punctorum differentia, vbique poli esse possunt. Aut igitur cælum huiusmodi est, vt vbique polos habere possit, & secundum quemcunque circulum moueri, aut determinatos habet tum polos tum circulos. Si primum cõcedamus, fiet id quod impossibile est. neque enim simul secundum omnes polos moueri potest, cùm vnus tantùm vnius corporis sit motus: neque successiuè vnquam continget: inter duo enim puncta infinita sunt. nunquam igitur continget secundum omnes polos moueri. Determinatos igitur habet polos: quod si hos, ergò & circulos. Ex circulis igitur coagmentata est cæli sphęra, secundum quos motus sempiternus peragitur. Quod si non, nulla esset ratio cur magis secundũ hos quàm secundum alios moueretur.

Ex hac quoque demonstratione patet, motum trepidationis, qui octauæ sphærę tribuitur ab Astrologis, admitti non posse. fit enim in Polis mobilibus, idcirco incertis & indeterminatis. Si igitur stellæ fixæ circulis feruntur, cur non & erraticæ? Dicere autẽ circulos errantium in sphęris esse, irrationabile est. Non enim quẽadmodũ stellæ fixę vndiq; per sphęrã dispersæ sunt: sic errantes. Si igitur extra circulum stellam ipsam ferentem daretur corpus quod sphęram compleret: frustra illud esset. stellas enim non haberet quas ferret. Esse autẽ omnem lationem in cęlo stellarum gratia testatur Aristoteles, 12. *Metaph. tex.* 48. Optima igitur ratione ex multitudine stellarum fixarum circulorũ multitudo facta est, ex quibus compleri sphęra potuit, quę vno motu moueretur, eóque velocissimo: maior enim est maioris corporis virtus, vt in cæteris corporibus naturalibus cõtingit. Errantes autem stellæ, quia solitariæ sunt, sphæram complere nequiuerunt, idcirco & tardiori motu mouentur.

Quòd autem alibi videtur Aristoteles sphæras appellate errantium stellarum: vt 12. *Metaph. tex.* 45. 46. & 47. hoc secundum sententiam antiquorum Astrologorum, vt Calippi & Eudoxi, loquitur. vbi non erat intentio de figura dicere, sed de numero corporum cælestium. At, 2. *cæ. text.* 26. vbi probat sphæricum esse quod circulari fertur latione, quia figurarũ prima sphærica est, ea autem primi est corporis: ab ea demonstratione non excluditur circulus: ideo enim sphęra prima est inter solida: quia circulus primus est inter plana. *text.* 23. *eiusdem.* Circulus autem inter solida est pars sphęræ, vt planetæ sunt partes cæli. Non sequitur autem si totum sphæricum est, etiam partes omnes sphæricas esse: non enim sphæræ pars est sphæra, vt neque pyramidis pars pyramis.

Quod præterea ibidem probatur, quæ continua sunt extremæ circulationi sphęrica esse: intelligitur de quatuor elementorum sphęris, continentur enim sphęrico cælesti corpore. Et *primo cæ. text.* 96. Cùm cælum tribus modis dicatur, vno modo corpus, quod in extrema vniuersi circulatione est: Secundũ, id quod illi continuum est, in quo Sol & Luna, & quædam Astrorũ sunt: videtur hoc totum seiunctum ab extrema circulatione ponere, quod fieri nequit, nisi & ipsum sphęricũ sit: dicimus hoc dici secundũ vulgatam hominum opinionẽ, vt ibidem patet. Et 2 *cæ. text.* 70. vbi inquit, *in multis enim sphæris vltima sphæra fertur innexa:* ad eius rationem nihil refert, siue sphęrã siue circulum dixerit. loquitur autẽ suo more de iis quæ exactè non sunt examinata, secundum vulgaram opinionem.

Quod autem hoc modo dicentibus nihil offendatur eorum quæ apparent circa cælum, & longè breuiori corporum numero omnibus satisfiat, hinc patebit. Nã primùm circa motus planetarum omnes eæ sphæræ superfluæ sunt, quæ inæqualis spissitudinis singulis binæ ascribuntur, vt mediam inter ipsas contentam sphæram eccentricam attollunt ac deprimant, vnde fiat astri accessus ac recessus à centro mundi. In quibus enim earũ motus deprehenditur æqualis esse cum motu octauæ sphæræ, quod in cæteris omnibus ponitur excepta Luna & Mercurio: satisfacit ipsum octauæ sphæræ corpus, in quo circuli deferentes astrum aut epicyclum, siti sunt. Si igitur circulos hos eccentricos in profunditate octauæ sphæræ ponamus, vt ponunt Astrologi inter duas sphæras inæqualis spissitudinis, eadem omnia contingeut. Eorum enim Auges quas vocant, id est puncta à centro mundi remotissima, motu octauæ sphæræ tantũ mouebuntur, in eadem semper eius parte manentes.

Verùm, quoniam posteriores Astrologi omnium Planetarum Auges viderunt dimoras esse ex eo loco, in quo erant Ptolemæi temporibus: idcirco alia ratione sine circulis eccentricis omnia hæc tueri posse animaduertimus. Nam Epicycli compositio & situs ea præstare possit, quæ circolus eccentricus. Præterea illud quoque est absurdum: circulum aliquem circa proprium centrũ motu proprio difformiter moueri, vniformiter autem circa aliud signum: quemadmodum ipsi fatentur de eccentricis deferentibus epicyclos. Lunæ enim eccentricum difformiter moueri ponunt circa proprium centrũ vniformiter autem circa centrum mundi: reliquorum autem Planetarum eccentricos difformiter circa vtrunque centrum moueri, vniformiter autem circa signum imaginatum, quod centrum æquantis appellant. At simplicem motum in cælestibus vniformem esse, multis demonstrat Aristoteles. *ca. tex.* 35.

Dicimus igitur singulis Planetis singulos circulos mundo concentricos datos esse, qui motu vniformi ab occasu in ortum per medium Zodiacum secundum lineam Eclypticam appellatam, hi quidem velocius hi verò tardius ferantur: in circulo autem eo Epicyclum positum esse, qui omnis inæqualitatis sit causa. Duplex enim est in vnoquoque Epicyclus, quippe qui ex duobus circulis constet, quorum vnus secundũ sphæræ lõgitudinem id est in ortum & occasum spectans situs est: alter secundum latitodinem modo in septentrionem modo in Austrum stellam ferens. Includitur autem alter in altero sic, vt alterius centrum cum toto circulo tanquam alter Epicyclus in alterius circuli profunditate contineator. In Sole igitur circulus longitudinis iuxta lineam Eclypticam mouetur secundum superiorem quidem partem in occasum, secundum inferiorem verò in ortum eodem fermè tempore suam absoluens circunferentiam, quo circulus illum deferens totum Zodiacũ pertransit, id est vnius anni spatio. Quod si nulla omnino esset temporis differentia, punctus in eo circulo altissimus semper astrum reciperet in eodem Zodiaci loco.

Quoniam autem locum hunc altissimum, quem Solis Augem vocant, post multa tempora ex eodem signo digressum esse est repertom versus ortom, necesse est paulù tardiorem epicycli motum esse motu deferentis. Ob huiusmodi etiam motum fit, vt Sol in Auge tardius moueri videatur, fertur enim tunc motu epicycli in occasum, velocius autem in opposita epicycli parte, quia per illam fertur in ortum, neque tamen interim retrocedit vnquam Sol in Zodiaco, licet retrocedat in Epicyclo, vincitur enim epicycli motus à motu deferentis ipsum in ortum, quemadmodum etiam accidit Lunæ. Circulus autem latitudinis in illo inclusus ab Eclyptica In duas partes æquales diuiditur, sed minimus est, velocissimè agitatus tremulum vmbrarum motum efficiens. In Luna eodem modo habent epicycli circuli, licet alia sit motus ratio. Qui enim secundum longitudinem moeetur, fertur per superiorem quidem partem in ortum, per inferiorem autem in occasum, duas complens reuolutiones, dum eiosdem circulus deferens semel Zodiacum pertransit, vt bis in Auge fit, idque in qualibet Lunæ coniunctione oppositionéque cum Sole, & bis in opposito Augis, quod in duobus quadratis aspectibus contingit. Ob hunc autem motum fit, vt Luna velocior fit in Auge, tardior autem in oposito contra quam in sole, ob contrariam epicycli motionem. Circulus autem latitudinis similiter intersecatur ab Eclyptica in duas partes æquales, secundum angulos rectos vt in Sole, sed longè maiorẽ adeptus est latitudinem quàm Solis circulus. Est autem eius motus tardior altero qui secundum longitudinem fit: eodem enim ferme tempore absoluitur, quo deferens epicyclum Zodiacum perficit, scilicet spacio dierum propè viginti & septem. Quoniam autem inter vnam Solis & Lunæ cõiunctionem & alteram in qua bis circulus longitudinis absoluitur intercedit spacium dierum viginti & nouem & amplius, fit vt non semper Lunę Aux in eadem circuli latitudinis parte fiat, sed modo in vna modo in altera. si enim in eadem semper id contingeret, aut omni mense fierent eclypses, aut nunquam: fiunt enim eæ solùm sub Eclyptica, scilicet Luna existente in altero sectionis loco, quorum vnum Caput, alterum Cauda draconis appellator. Cùm igitur paulò velocior sit vna circuli latitodinis circunuolutio quàm duæ longitudinis, fit vt modo in vna eius parte modo in altera contingat Lunam in Auge esse & opponi aut coniungi cum sole. Quoniam verò paulisper anticipat, videntur intersectiones illæ moueri in occasum: cuius gratia Astrologi addiderunt circulum ferentem Caput & caudam draconis. Quoniam præterea latitudinis circulus per motum alterius, qui secundum longitudinem fit, reuoluitur, adeo vt aliquando eius semicirculus vnus superior sit, aliquando alter, aliquando vtrique æquidistent à centro mundi, videtur Luna sæpius ascendere ac sæpius descendere ac regredi, iterúmque incitatius moueri, cuius gratia antiqui præter Eccentricum deferentem addiderunt quoque Epicyclum.

At duo circuli quos posuimus in Epicyclo omnia hæc præstant: vna enim circumuolutio circuli latitudinis respondet motui epicycli, quem mutauerunt Astrologi. In tribus autẽm planetis qui supra Solem sunt, scilicet, Saturno, Ioue, & Marte, circulus longitudinis minimè fert latitudinis circulum vt in Sole & Luna, sed è contra ab illo fertur in eo contentus. Prior igitor est in his ac maior latitudinis circulus, qui in suo deferente eo modo situs est, vt ab Eclyptica intersecetur in duas partes inæquales, quarum maior ad Septentrionem, minor ad Austrum vergat: & Aux semper fit in Septentrione, vel in puncto maximæ latitudinis, vt in Marte: vel propè Eclypticam, vt in Ioue: vel propè maximam latitudinẽ, vt in Saturno. Eodem autem fermè tempore hi circuli suas absoluunt circomferentias, quo eorum deferentes Zodiacum transeunt: scilicet in Saturno annis triginta: in Ioue annis duodecim: in Marte annis duobus. Ob id enim eorum Auges modicum quid dimouentur. Cùm præterea horum circulorum situs obliquus efficiat, vt pars modicè ortum spectet, pars occasum: eorum motus superius quidem in occasum tendit, inferius autem in ortum: vnde fit vt in Auge tardius moueri videantor, in opposito autem velocius. Circulus autem longitudinis in circulo latitudinis eo modo situs est, vt ipsom ad angulos rectos intersecet, mouetúrque modo in ortum, modo in occasum propter ipsius conuersionem quæ fit à circulo latitudinis. Cùm enim fuerit in maxima latitudine, conuertitur pars superior in inferiorem, & è contra: inde paulatim inclinando vsque ad alterum latitudinis punctum, iterum conuertitor vt prius.

Ea autem est huius circuli velocitas in omnibus vt pari gressu cum Sole incedant: & vbi eorum Astra coniunguntur cum Sole, semper in ea circuli parte sint, quæ velocius in Zodiaco mouetur. Ob hunc quoque circulũ nunc retrocedere videntur astra, nonc stare, nunc incitatius progredi: longè enim velocior est eius motus motu deferentis in Zodiaco. Veneris aotem & Mercurii cursus nullo pacto licet per sphæras ab Astrologis posit s rueri, oeque etiam si aliæ multæ adderentur. Nam deferentis & Epicycli declinationes ac reflectiones sphæris

eo modu positis aptare minimè licet, nisi plures motus per se vni corpori tribuantur, & ij non omnes secundū circulum Dicimus igitur, Cùm eorum Epicycli nunquā recedant à Sole (eorum enim centra semper sunt in eadem Zodiaci parte, in qua est centrum Epicycli Solis, vnde fit vt eorum astra nunquam vltra epicycli semidiametrum à Sole recedant, tum ad ortū tū ad occasum) iure optimo hi in circulo Solis erunt infixi: nō enim multiplicanda sunt corpora sine necessitate Solis igitur circulus tanquam alterum firmamentum fuerit ad hęc duo astra: errant enim hæc circa Solem, vt omnes Planetæ circa firmamentum. Præterea Sol inter cæteros planetas solus fert similitudinem stellarum fixarum, solus enim scintillat, & motum habet minimè vagantem. Magnitudine quoq; astri & circuli ferentis crassitudine cæteros omnes multùm superat.

Quoniam autem Venus semper versus Aquilonem vagatur accedens tantū ad Eclypticam, nunquam transiens, & Mercurius semper eodem modo versus meridiem: videntur eorum Epicycli vnus ad Aquilonem, alter ad Austrum, veluti binæ plaustri rotæ in medio solem compleaæ, circa illum tanquam circa Aaim circumuolui. Maior autem est Veneris epicyclus quā Mercurij, longius enim discedit Venus à Sole quàm Mercurius. Eadem ratione & Mercurij epicyclus amplior est quàm Solis, cū ab ipso in vtranque partem discedat: adeo vt tres orbes sint seinuicem amplectētes, quorum intimus est Solis epicyclus, extimus Veneris, medius Mercurij omnes in eodem deferente. Hinc fit vt de ordine horum astrorum multum dubitetur apud Astrologos. Aliquando enim Sol est supra vtrunque, aliquando infra. Similiter Venus aut Mercurius, prout vnusquisque fuerit in Auge aut opposito. Mouetur autem longitudinis circulus secundū lineam æquidistantem Eclypticæ supra quidem in ortum, infra autem in occasum in Venere spacio mensium decem & nouem, in Mercurio mensium quatuor: latitudinis verò circulus in eo situs est hoc modo, vt in vno latere desinat ad Eclypticam in altero ad locum maaimæ latitudinis, quæ in Venere quidem est ad Aquilonem, in Mercurio autem ad Austrum maior autē est latitudo Mercurij quā Veneris Pars præterea circuli quæ est in maxima latitudine, etiam maximam habet altitudinem, vt in Marte: quæ autem tangit Eclypticam propinquior est centro epicycli. Circunducitur autem ea velocitate, vt in vna Solis circumuolutione bis reuoluatur tam in Venere quàm in Mercurio. Cū igitur huius circuli centrum feratur à circulo longitudinis, contingit per huiusmodi motum partem superiorem circuli latitudinis conuerti in inferiorem & è contra, vt in Luna: & punctum maaimæ latitudinis modo distantissimū à terra esse, modo propinquissimum: quod in Venere quidem bis contingit in triennio: in Mercurio autem ter in anno: nam ob triplicem conuersionem circuli latitudinis, ter erit in Auge. & ter in opposito, semel tamē erit in maaima distantia à terra, & semel in maaima propinquitate, quia bis in anno accedit ad maaimam latitudinem.

Quod autem ea huiusmodi positione circulorum ac motuum eadem consurgant, quæ alia via ab Astrologis animaduersa sunt, nequaquam in præsentia demonstrabimus, egreditur enim id fines instituti nostri. Neque tamen ob id fatemur Astrologos mentiri. Physica enim corpora non vt Physica sunt, sed modo Mathematico cōsiderant. 2. *Phys. tex.* 20. Idcirco satis est ipsis circa motuū numeros & suppositiones non mentiri: ad naturalē autem pertinet modum naturalem inuestigare. Est autem modus naturalis vt similiter fiat in omnibus, & per pauciora magis quā per plura. 1. *Phys. tex.* 41. Vtrunque autem in nostra suppositione patet: nam & pauciora corpora & idem numerus in omnibus satisfaciunt ad omnes planetarum inæqualitates ad æqualitatem reducendas.

Relliquitur vt motum octauæ sphæræ appellatæ, id est cæli stellati sine aliarum sphærarum additione tueamur. Cùm igitur viderent Astrologi maximas Solis declinationes ab Æquatore non semper easdem esse: & à Ptolemæo obseruatum esset stellam quandam fiaam, quæ spica virginis appellatur, declinasse ab Æquatore aliquando ad Austrum, aliquando ad Aquilonem: iudicauerunt alium motum octauæ sphæræ inesse, quā qui ab ortu in occasum: cuius gratia nonam sphæram primus addidit Ptolemæus: iuxta quā octaua moueretur ab occasu in ortum supra Polis Zodiaci in spacio annorum quadraginta & nouem milia. Alij autem videntes octauæ sphęræ positionem non vniformiter variari, quod ex eiusdē stellæ spicæ virginia declinatione post tempora Ptolemæi cognouerunt: alium quendam motum octauę sphęræ tribuerunt, quem trepidationis motum appellarunt, per quē capita Arietis & libræ circunducuntur circa capita eorundem signorum nonæ sphæræ: instar pilæ, quā digito modicè circūducto supra tabulam voluas, vt duo parui describantur circuli vnus in tabulæ, alter in digiti contactu: quo motu huc illuc trepidare videatur. Quidam igitur hunc motum sufficere putauerunt· alij autem vtrunque inesse voluerunt: idcirco decimam sphæram addiderunt, iuxta quā nona motu ab occasu in ortum moueretur: circa nonam autem octaua motu trepidationis.

Verùm, hoc modo consideranti nullus esset finis multiplicationis sphærarum: nam nullus istorum motuum adhuc vniformis repertus est. ideo sunt qui vndecimam addant: idem etiam post nostra tempora euenturum esse censendum est, ad vniformitatem enim reducere hanc inæqualitatem non poterunt, quantuncunq; sphęras multiplicent. Nam causa istius inæqualitatis non in cælo est sed in terra. Cùm igitur terra immobilis statuatur, vt ostenditur. 2. *cæ. tex.* 96. putauerunt ipsam omni motu carere, quo posito necesse fuit diuersam octauæ sphæræ positionem ex ipsius motu inuestigare. At oportuisset non solū stellas quæ iuxta Æquatorem sunt considerasse, sed longè magis eas quæ iuxta Polos mundi sunt. Si enim motus ille est in octaua sphæra, oportet aliquas stellas iuxta Pulum aliquando maiorem circulū describere per motum diurnum, aliquando minorem: aliquando nullum. Quæ animaduersio non reperitur facta, imo oppositum videtur esse. Posuerunt enim antiquissimi scriptores Polum nostro orbi conspicuum in ea cæli figura quæ Vrsa appellatur, à qua cognomen trahens Græcè Arcticus appellatur: in eadem figura nunc quoq; reperitur. Stella enim in extremo caudæ vrsæ existens tanquam Polo propinquissima hodie obseruatur à nauigantibus. Quòd si spica virginis hodie digressa est ab Æquatore ad meridiem vltra gradus octo, vt nostri animaduerterunt, quæ antea fuit animaduersa ab eodem æquatore ad aquilonem vltra vnum gradum declinasse: necesse est & stellam vrsæ à Polo vltra nouem gradus ab eo tempore nunc digressam esse. Quod si hoc minimè verum est, necesse est declinationes, quas Astrologi obseruarunt, extitisse non respectu æquatoris, sed horizontis, hoc enim mutato & cæli facies videtur mutata esse: mutari autem horizontem accidit, mutata terra.

Dubitabit verò quis inspiciens ab Æquinoctia, quæ morata esse deprehensa sunt ab Astrologis: non enim amplius in primo puncto Arietis & libræ eaistente Sole, æquinoctium est, vt quondam fuit animaduersum. Quod si id verum sit, nequaquam ea motu terræ contingere id possit. Non enim horizontem quælibet pars æquinoctialis diuideret in duas partes æquales. Nam primus punctus Arietis & libræ cùm occidunt & oriuntur hodie non diuidunt horizontem in duas partes æquales. Egressa igitur sunt ea signa ea æquinoctiali. At hoc fieri nequit, nisi supra octauam alia sphæra sit, ex cuius ęquinoctiali stellę inferioris sphæræ egrediuntur. Dicimus puncta æquinoctij nunquam variata esse, si ritè mensurentur: videntur autem illis mutata esse, quia id colligunt ex eorum suppositis. At quæ nunc pro æquinoctiis sumunt, non respondent mensuræ horizontis: nec à polis æquidistant. Indicio est Magnetis conuersio· volunt enim vt modicè declinet à Polo: nam posito in ea parte Polo, quā exactè spectat Magnes, puncta æquinoctij, quæ hodie putantur, recedunt à mensura.

Dubitatum etiam quondam fuit Romæ ob eam causam

ſam.Cùm enim in Campo Martio eſſe obeliſcus,cui Diuus Auguſtus addidit mirabilem vſum ad deprehendendas Solis vmbras & dierum ac noctium magnitudines: non multa poſt tempora cœpit ea dierum obſeruatio minus congruere: ſiue id ipſius Solis aut cæli curſu aliqua ratione mutato contigerit,ſiue vniuerſa tellure aliquid centro ſuo dimota, vt aliis in locis deprehenſum eſſe ſcribitur. Eſſe autem quendam motum in terra, ex eo coniectari poſſumus. Cùm enim totum cælum circa terram feratur,terram ſua immobilitate cæli circumuolutioni reniti neceſſe eſt,vt ſuperius de renitentia eſt oſtenſum. Quoniam autem maximè renititur, quod ſuperficiem habet aſperam(huiuſmodi autem eſt terræ ſuperficies,qua ſuper aquas eminet,vbi montium altitudines extolluntur) niſi natura corpus medium interpoſuiſſet,quod inſtar olei ſuperficiem læuigaſſet, cæli motus maxima difficultate perageretur: nam aut terra cæli motum tardaſſet,aut ipſa motum cæli inſequeretur.Huius igitur gratia natura aërem interpoſuit, qui ſua mollitie dum ad motum cæli circunducitur, terræ partes non offenderet. Hoc igitur modo quantum fieri potuit immobilitati terræ ſimul & cæli velociſſimo curſui conſultum videtur.

Omnino autem immobilem permanere terram, vt nullus motus ex cæli circulatione ad ipſam perueniat, non videtur rationi conſentaneum. Si enim ex paruo aeris motu moles magnæ corporum mouentur,vt nauiū pondera velis incumbente aura:cur ex totius vndiq; aëris raptu,quo ad motum cæli fertur, terræ globus in ſuo centro æquilibris tantotum montiū faſtigiis impulſum recipiens,circa ſuum centrum non ſaltem nutet? Ex cētro enim dimoueri impoſſibile eſt ne minimum quidē, non enim aer huiuſmodi impulſum præbet. Sed in ſuo loco circumuolui, vt igni & aeri contingit,non eſt impoſſibile. Meritò autem tardiſſimus huiuſmodi motus atque inæqualis,& obliquus.Nam ob maximam diſtantiam à cælo minimum recipit de motu eius: ob inæqualitatem verò ſuperficiei, non ſimiliter vndique impellitur,nec ſemper eodem modo, nec in eandem partem: ob poſitionem enim montium recipientium aëris impulſum,fit vt aliquando in obliquum inclinet,quemadmodum accidit nauibus non à puppi,ſed à latere ventis impellentibus. Montes autem non ſemper iidem ſunt, ſed mutantur omnia quæ circa terram ſunt. 1. *Meteo.cap.* 14.

Propterea ob paruitatem quidem motus, per multa tempora non animaduerſus fuit alius motus in octaua ſphæra quàm diurnus vocatus: cùm autem cœpit animaduerti,iudicata eſt octaua ſphæra ab occaſu in ortum moueri hoc tardiſſimo motu, cùm enim terra in occaſum feratur, videtur octaua ſphęra in ortum motari: ob inæqualitatem autem velocitatis,& obliquationem,viſa eſt octaua ſphęra quaſi hac illac trepidare: vnde alij maximo ſtudio huiuſmodi motum illi coaptare enixi ſunt. Quamuis autem terra vnà cum continente feratur in occaſum,non tamen animaduerti eius motus poteſt, niſi quatenus obliquus eſt, non enim mutatur cæli aſpectus niſi eo modo. Solum autem velocitatis inęqualitas efficiat dierum inęqualitatem.Signum pręterea eſt moueri terram cum aere: nam ſi aeris curſum non cōſequeretur,altiſſimorum montium cacumina continua aeris rotatione attererentur. Ferunt tamen in Olympo cineres ex ſacrificiis derelictos intactos ſeruari. Immobilitatem verò præſtat cęlo, quatenus in motu ſubdeficit, minimum quidem ignis, magis autem aer,maximè autem terra: vt hęc feratur non quidem in aere, ſed cum aëre, vt nauis ad motum fluminis.

Rationes autem quibus vtitur Ariſtoteles ad terræ immobilitatem probandam,non repugnant huic motui quem poſuimus. Nam probat Ariſtoteles alium motum per ſe in terra non eſſe præter motum ad medium. alius enim ſi ponatur pręter naturam erit, ideo non ſempiternus,vt ſempiternus eſt mundi ordo. Si igitur terra per ſe moueretur motu circulari, hęc ſequerentur abſurda. At non concedimus in terra huiuſmodi motum eſſe,vt quidam putabant credentes ipſam vnam eſſe ex aſtris:oporteret enim duos motus ipſi ineſſe ſecundū naturam,quod fieri nequit. Sed dicimus per accidens moueri,ideo enim mouetur, quia eſt in eo quod mouetur. qui motus per accidens appellatur ab Ariſtotele. 4. *Phyſ. tex.* 32. Quomodo & ſphæram ignis in proprio loco, & aerem moueri concedimus: nec enim ſecundum naturam nec præter naturam huiuſmodi motus eſt,qui ſecundum accidens eſt: eſt enim motus continentis non ipſorum, ideo de continente quærendum. ſimiliter autem ſe habent inferiora cœli corpora ad motum totius.Quod autem dicitur. 2. *cœ. tex.* 97. Si terra moueretur duobus ſaltem motibus moueretur, vt reliqua aſtra infra primam lationem (ineſt enim omnibus præter motū proprium motus quoque continentis) aſtruit id quod dicimus:non enim negatur motus continentis, ſed proprius.Quod præterea ſubiungit fieri mutationes,& cōuerſiones fixorum aſtrorum ex terræ motione: intelligitur ſimiliter ſi proprium haberet motum, per quem ſub deficeret,vt inquit de aſtris errantibus.Si autem concedatur moueri cum cælo in occaſum, per hunc motum non faciet aliquam mutationem in ſtellis fixis, ſed ſolùm tardior videbitur motus cæli ob terræ concomitantiam.

Sed obliquatio quam diximus ineſſe motui terræ, aſpectum quidem aſtrorum immutauit, at in longiſſimo tempore,ideo Aſtrologis,qui tempore Ariſtotelis vigebant,non fuit animaduerſum. Cùm autem nihil temerè à natura fiat, iudicandū eſt huiuſmodi motū terræ eius gratia inſtitutū eſſe,vt cælum,vnde omnis virtus deſcendit,ſecundū alios atque alios aſpectus reſpiciat: ſic enim viciſſitudines terrarum, iuuentutes ac ſenectutes, quæ *primo Meteo.ca.*14. ſignificantur,fieri poſſunt. Accidere .n. inquit propter frigus & caliditatē: hæc autem propter Solem & circulationem. Oportet ergo Solem non ferri ſemper ſuper eaſdem partes terræ: ideo non ſemper ſunt eædē terræ zonæ:ſed quæ nunc torrida eſt,aliquando erit frigida,& è conuerſo. Hæc autem qui fieri poſſunt,niſi aut terra circumuoluatur, aut octaua ſphæra alium motum habeat? Si igitur putauit Ariſtoteles non aliam eſſe ſphæram ſupra octauam, per hæc ſignificauit in terra fore huiuſmodi motum, per quem iuuentutes ac ſenectutes terrarum ſecundum longiſſima tempora fierent. Quod igitur vnicum ſit cælum continuum ab extremo vſque ad ignis contactum, & quod alias ſphæras addere non eſt neceſſe, neque componi ex ſphæris: & quo pacto eius partes in eo ſitum, & numerum, & motum proprium adeptæ ſint,explicatum eſt.

QVÆST. V.

Maris fluxum, & refluxum ex motu terræ non Lunæ fieri.

MAGNAM admirationem præbet hominibus Maris æſtuatio ſtatis quibuſdam temporibus accedentis ac reciprocantis. Quoniam autem animaduerſum eſt inſequi Lunæ curſum: (nā oriente eo ſydere intumeſcere incipit, perſeuerátque donec ad medium cæli faſtigium peruenerit: vnde inclinante verſus occaſum,reſidet: Occidente autem iterū remeat,iterúmq; recedit, cùm alterū Hemiſphærij faſtigium tetigerit:atque hoc modo iterum oriente reuertitur perenni quodam curſu & recurſu perſeuerans) putatum eſt affinitatem quandam Lunæ cum humore huius cauſam eſſe, præcipuè cum in Pleniluniis maiores fiant æſtus, noua Luna minores; medio autem modo in temporibus mediis: vt ex antiquorum monumentis notatū eſſe comperimus.

At verò difficile eſt videre,ſi deſiderio ſyderis orientis affluunt aquæ: cur occidente non refluunt ſed ſimiliter vt in ortu efferueſcunt. Nam aut perpetuò debuiſſent inſequi Lunæ curſum, vt ſecundum eundem circulum continuè effluerent, nunquam retrocederent: aut ſaltem ea accedente affluxus fieret, recedente refluxus. Præterea cùm aliis atque aliis terræ locis continuè oriatur atque occidat cum toto cœlo luna: affluxus


quoqoe continuus erit similiter ac refluaus. Nam eaistentibus quatuor angulis cæli, quibus continuè luna terram respicit, in duobus oppositis continua erit aquarum exundatio, in alteris duobus continua diminutio. Ar hic non est fluxus & refluaus qui in mari apparet: accedunt enim & retrocedunt vicissim aquæ: in continuo autem illo motu ex luna retrocessus fieri nequit, vt patet in vndarum motu ex vento: quanuis enim toter vnam & alteram vndarum molem veluti vallis quædam conspiciatur, cootinuus tamen est affluxus, non refluaus. Amplius quomodo luna aquam mouere possit, oon moto intermedio, vt aere & igne? oam seipsa mouere non potest, qoia non tangit. Num virtus quædam occulta permeat à luna vsque ad aquam, vt à Magnete in ferrum: adeo vt non moto medio communiscetur motus extremo? Sufficit enim in quibusdam tactus secundum aspectum, vt commodius alibi ostendetur. An potius suo lumine aquam calefaciens, & veluti subferuefaciens, in tumorem eatollat, vnde fiat eaundatio: æstu autem desinente residear in seipsam, vnde aquarũ retrocessus appareat, vt doctis viris placere video? At si huiosmodi aliqua esset Sympathia in aqua, non solum ingentia maria eo motu mouerentur, sed & lacus & stagna, imo eriam magis. quod enim minus est ab eadem virtute facilius mouetur. Nunc autem id non videtur. Ob has igitur causas, atque alias huiusmodi non possumus maris fluxum & refluxum lunæ ascribere.

Affert autem Aristoteles 2. *Metro. cap.* 1. duplicem causam fluaus maris: vnam esse fluuiorum multitudinem in ipsum magnam aquarum vim intromittentium: qua ratione fluxus est solum in vnam partem, scilicet magis decliuem, vt accidit mari Mediterraneo: nã in Thyrrhenum fluunt mare Ægeum, & Pontus, & Mæoris, nõ in oppositum. Alteram autem esse modicam quandam totius maris librationem: huc enim atque illuc libratur sæpe: quod in ipsius quidem vastitate modicè apparet, in angustiis autem magnum facit fluaum & refluaum. Quod igitur stateris accidit æquilibris, mari vult contingere Aristoteles: accepto enim priocipio motus inclinant modo in vnam partem, modo in alteram sæpe, propter æqualitatem ponderis: nam si in altera parte pondus superaret, in eam totum vergeret, nec in alteram resurgeret.

At verò si totius aquæ moles ita supra terram sita est, vt externa eius superficies vndique à centro vniuersi æquidistet. 2. *cæ. tex.* 31. propter quid modo io vnam modo in alteram partem inclinat. Cùm enim propensiooem hucusque habeat, quiescere ibi deberet. Violentia autem ex hoc loco perpetuè dimoueri non est dicendum, cum oullum violentum sit perpetuum. 1. *cæ. tex.* 15. Non est ergo quærenda aliqua virtus mouens totius aquæ molem extrinsecus, nam præter naturam moueret, & præter aquæ inclinationem. Nec igitur luna, nec venti, nec aliquid huiusmodi aquam dimouere tali motu queant. Relinquitur autem vnus modus tantum, vt scilicet moueatur ad motum continentis, quem per accidens esse diximus. Si enim per se moueretur, necesse esset aut secundum naturam, aut præter naturam moueri. 3. *cel. tex.* 18. & 1. *cæ. tex.* 10. at neutrum dicere possumus. Si enim secundum naturam non vnus esset vnius corporis motus secundũ naturam, sed plures. Si præter naturam, aliquod violentum esset perpetuum. per accidens igitur moueri est necesse: quemadmodum de sphæra ignis est dictum. Cùm autem aqua eaterius quidem ab aere contineatur, interius autem à terra, aeris autem pars, quæ aquam tangit, stagnans appelletur ab Aristotele, 1. *Metro. cap.* 3. non enim fluit vt is qui supra noctes terræ est, sed solum à ventis variè turbatur, non potest maris illa liberatio continua ea aere contingere: relinquitur igitur vt ex motu terræ fiat: ad motum enim eius necesse est moueri totum quod intra eius cauitates continetur.

Recta autem ratione fit, vt aqua non insequatur omnino terræ motum, sed partim retrocedat, partim vlterius præterlabatur. Cùm enim humida sit eius natura, dum terra impellitur à circunfuso aere, aqua posterius aliquantisper derelinquitur: vt videre licet in paruo vase, cuios amplior sit latitudo quàm profunditas. si enim dimoueatur, resilit aqua à tergo priusquam in oppositam partem, & sæpe huc atque illuc libratur quærens æquilibrium. Cùm igitur terra modicè prætergressa fuerit, aqua autem posterius derelicta, eatra suum æquilibrium eaistens, in alteram partem ruit, sed vltra æquilibrium ob acceptum motus principium: inde iterum ob eandem causam in oppositam partem vergit, & sæpe id facit, quærẹns æquilibrium, in quo naturaliter quiescat. Quod si terra quiesceret à motu suo, & aqua aliquando desineret huc atque illuc librari.

Quoniam autem perpetua est huiusmodi terræ circumuolutio, perpetua quoque redditur maris libratio. Quatenus igitur motus iste est continentis, per accidens in aqua est, nec secundum eius naturam, neque præter naturam: quatenus verò aliquo modo in ipso cõtinente mouetur, est secundum naturam, quærit enim semper locum magis decliuem: quia non pari passu insequitur terræ motum. Quod autem in maaimis aquarum congregatione hic motus contingat, non autem in paruis, vt lacubus & fluminibus, iustissimè euenit. Cùm enim terræ motus minimus sit, non potest nisi in magna aquarum mole apparere. Sit enim (a. a.) super-



ficies aquæ supra perpendiculum (c. d.) (b. b.) autem altera superficies dimota super alterum perpendiculum (c. g.) quantò magis protrahuntur (a. a.) & (b. b.) tantò magis apparet seiunctio à seinuicem: ideo & motus manifestior, quanto autem breuiores fuerint, tanto minus apparet seiunctio, vt aliquando insensibilis omnino sit, vbi nulla appareat mutatio, vt propè (d. & g.) hoc autem modo se habet lacuum & stagnorum breuitas ad totius maris vastitatem.

Ob hanc eandem causam in Oceano altius intumescunt aquæ, & latius eaundant quàm in reliquis maribus. Scribitur enim supra Britanniam octogenis cubitis, atiol lt. Frequentius quoque accedunt in breuioribus maribus, quàm in Oceano, quoniam per breuiora spatia eaundant: vel etiam quia vltra accessum & recessum Oceani quos participat Mediterraneum iuxta columnas Herculis, propriam quoque habet librationem in suo gurgite. Idcirco iuxta Syrtes, & circa Euripum Tauromintanum, & in Eubœa aliter accedunt: septies enim in die ac nocte in Eubœa reciprocare dicuntur. Ea quibus etiam patet non vbique æstus insequi lunæ cursum. Quod si vt plurimum id contingat vt pari gressu cum luna accedant, non ob id luna huius motionis causa fuerit, vt nec ambulatio coruscationis, si me ambulante coruscauerit. Non enim fuerit præter rationem vt libratio, quam ex totius cæli motu maria habuerunt, eius syderis cursum comitetur, quod & propinquissimum est, & cum humore habet affinitatem.

Ex dictis igitur patet solui omnes dubitationes, quæ circa maris fluaum ac refluaum contingunt, supposita quadam terræ motione parua tamen. Nam si maior esset, maris quoque eaundatio vehementius fieret & terras latius inuaderet, vt aliquando in diluuiis accidisse ferunt. Attestantur quoque hæc iis quæ superius de cælo stellarum fiaarum diximus: si enim librator huc illuc mare perpetuo, necesse est terram moueri si verò hanc, necesse est aspectu stellarum fixarum variari: motus ergo trepidationis ab astrologis inuentus in octaua sphæra, ea motu terræ rationabilius contingit quàm ea motu illius. Si igitur paruus hic atque obliquus & inæqualis terræ motus sufficit ad mutationem aspectus, quæ notata est, non sunt ponendi alij orbes supra octauam sphæram. Iusta etiam ratione motus cæli communicatur omnibus corporibus infra ipsum, maximè quidem igni, quia propinquissimus est: minimè autem terræ, quia remotissima: medio autem modo corporibus mediis

diis, aëri quidem magis, quia iuxta ignem: aquæ autem minus, quia iuxta terram. Nam cùm æterna sint elementa secundum totas sphæras non minus quàm cælum: motum etiam quendam æternum habuisse iustum fuit.

QVAST. VI.

Motum planetarum sub Zodiaco non caliditatem gignere in hæc inferiora, sed refrigerationem.

VT veritas huius sententiæ patefiat, videndum prius est quomodo in hæc inferiora gignatur caliditas & frigiditas à corporibus cælestibus: non enim in hoc Peripatetici consentiunt. Nam quidam solo motu caliditatem fieri arbitrantur: quidam addunt & lumen. A radiis enim Solis calefieri quæ circa terram sunt & experientia manifestum est, & fatetur Aristoteles. 1. *Meteo. cap.* 4. & 9. Alibi tamē, vbi docet quomodo à Sole & cæteris stellis non igneis existentibus, vt antiquiores putabant, exhibeatur caliditas, hanc affert rationem tantùm, dicens: motum aptum natum esse ignire, luminis autem non meminit, vt 1. *Meteo. cap.* 3. & 2. *cæ. tex.* 42. Videtur autem eo loco putare ipsum lumen non caliditatem gignere, sed ipsum potius vnà cum calore à motu fieri, inquiens, *Calor autem ab ipsis & lumen generatur attrito aere ab illorum latione.*

Quæ sententia maximam patitur controuersiam. Nā si per lumen intellexit actum perspicui, qui per præsentiam corporis luminosi fit, non videtur huiusmodi participatio in perspicuo motus aliquis localis esse: præsente enim luminoso corpore, totum perspicuum simul actu est illuminatum: neque per motum localem, seu corporis luminosi, seu radiorum fieri videtur. Nam etiam quiescente luminoso corpore, vt igne, fit luminis participatio. Radios autem descendere & vibrari, metaphoricè quidem dici conceditur, verè autem nequaquam: quod enim non est corpus, moueri nequit. 6. *Phy. tex.* 32. Præterea motus iste radiorum deorsum, & siquidē secundum naturam esset, terreum quid esse id corpus significaret. Si præter naturam, igneum. At radij corporū cælestium, nec terrei, nec ignei sunt: nec tandem alio motu quàm circulari moueri corpora cælestia possunt. 1. *cæ. tex.* 19. Non igitur per lumen intellexit actum perspicui, non enim hic per motum localem fit, neque attritionem aliquam sequitur. Idcirco rectè interpretes verbum illud exponunt pro igne, quoniam hic gignitur attrito aëre: appellari autem lumen, quia luminosus existit. An verbum φῶς quod lumen significat, scribendum non circunflexè, sed acutè φώς: quod vstionem significat à verbo φώζειν, quod est ardere? Duabus igitur vocibus vsus est Aristoteles, calore scilicet, & arsione: quemadmodum etiam in 1. *Meteo. cap.* 3. æstu & calore: eū inquit: *vt igitur fiat æstus & calor sufficiens est efficere etiam Solis latio tantum.*

At verò non videtur sola astrorum & Solis circumuolutio caliditatem facere. Motus enim huiusmodi non atterere potest aerem inferiorem, qui intra montes cōtinetur. Solus enim is qui superius est circumrotatur vnà cum igne. 1. *Meteo. cap.* 3. Sed tamen in inferiori parte aëris ingentes fiunt æstus: media quadam eius regione frigida permanente, & quia procul existit à cælo, & quia reflexio radiorum Solis ex terra ad illam nō pertingit. Si ergo cæli motus non calefacit mediam hanc regionem, multò minus inferiorem, remotissima enim est. Alteram ergo naturam esse oportet, quæ apta nata sit calefacere hæc loca, non calefacto intermedio: huiusmodi autem esse naturam luminis, præcipuè Solis, patet. verum enimuero mirum est Aristotelem in hac parte defecisse, nec explicasse quomodo ex lumine fiat caliditas, cùm præsertim hoc genus excalfactionis longè magis experiamur quàm quod ex motu cæli peragitur. An per caliditatem, quam dixit attrito aere fieri propter astrorum lationem, eam quoque intellexit quę ex lumine fit? Indicat autem hoc, quod 1. *Meteo. cap.* 3. dicit: *Solem maximè caliditatem facere, quia motus solidi aerem maximè disgregat, & propter hanc causam pertingit ad hunc locum eius ius caliditas.* Si igitur caliditas quæ ex Sole pertingit ad hunc locum, est ratione luminis, hanc autem tribuit soliditati corporis velociter lati, lumen igitur ratione corporis moti calefaciet. Idem colligere possumus. 2. *cæ. tex.* 42. vbi inquit, *aerem incalescere cùm existat sub sphæra corporis circulariter moti, & hac maximè, qua Sol exstat infixus. Quapropter accedente ipso & oriente, & super nos existente, generatur calor.* Hęc enim non nisi ratione radiorum & luminis conuenire possunt. Et 1. *Meteo. cap.* 9. *Solis lationem disgregare & congregare, & causam esse generationis & corruptionis, quia prope fit aut longius.* Si igitur generatio & corruptio est circa terram, ad quem locum non nisi lumen pertingit, necesse est lumen motu disgregare.

Verùm, illud cognitu est difficile, quomodo lumen, cùm non sit motus, neque per motum communicetur, atterere possit aerem illuminatum, & caliditatem gignere. An lumen per se non atterit, nec calefacit? sed corporis cęlestis latio, vt patuit ex iis, quę nuper ex Aristotele citauimus? lumen autem veluti pręparatio est & medium quoddam, quo recipi in aëre talis motus possit: pręcipuè in iis locis quę à cælo sunt remotissima. Oportet igitur putare naturam perspicui corporis naturali quodam appetitu pręsentiam luminosi corporis aspicere, vt inde perficiatur non secus ac materia ipsam perfectionem desiderat: eodem enim modo perficitur ipsum perspicuum à lumine. Quo fit, vt moto corpore luminoso, varia semper fiat luminis susceptio, nam solùm per lineam rectam fit illuminatio: aspectus igitur alius, atque alius fit. Huiusmodi autem mutatio, attritionis est principium & caliditatis. Cùm enim perspicuum apertionem quandam atque dilationem in susceptione luminis patiatur, atque hanc secundum alias atque alias lineas successiuè ad motum corporis luminosi: atteri minutissimè id corpus necesse est. eóque magis quo velocius illud mouetur. Cęlum igitur sine lumine habere hęc distantissima in consensum non potuisset. Quod si lumen tantùm adesset, non autem motus, similiter hęc immobilia redderentur ex lumine, vt nunc ex eodem motum acquirunt Sola enim præsentia luminosi corporis perficitur perspicuum.

Quod autem maior fiat caliditas, vbi radiorum est reflexio quàm vbi simplices recipiuntur, ideóque infimam aëris regionem magis calefaciant quàm intermediam, iure optimo accidit. In reflexione enim reduplicatio est radiorum descendentium scilicet & ascendentium: ideo & magis agitari oportet ipsum perspicuum pluribus modis lumen recipiens: longè autem magis calefieri cum ad angulos acutos reflectuntur, quia tenuius atteruntur eius partes. Huius autē gratia putandū est solis corpus tanquam Epicyclum in suo circulo circumagi quemadmodum reliqua astra, quanquam id Aristoteli placere non video, alibi tamen demonstratum est à nobis. Sic enim vehementius caliditatem imprimere possunt, veluti terebro quodam circunducto, aërem radiis permeantia.

Dicimus igitur sententiam Aristotelis fuisse cælum motu tantùm suo circulari caliditatem inferioribus corporibus exhibere: lumen autem præstare, vt facilius motus astrorum recipiatur in corpore perspicuo: in iis præsertim quæ distantissima sunt, ad quæ motu ex cōtactu corporis peruenire nō poterat: lumine enim quodammodo astra nos tangunt, quem contactum secundū aspectum vocamus. Ob hanc verò causam, refrigeratur media aëris regio: non enim peruenit ad ipsam attritio ex cæli contactu propter distantiam, neque ex luminis reflexione, quia hæc ad illum locum non pertingit. Quemadmodum enim motus caliditatem facit in susceptibili eius qualitatis, sic immobilitas frigiditatem. Aperuit autem hoc Aristoteles. 1. *Meteo. cap.* 3. vbi inquit: *Corpus sub circulatione superna contineri, veluti materiam quandam, & potentia calidam, frigidam, humidam & siccam, & quæcunque has sequantur affectiones: fieri talem & esse à motu & immobilitate.* Nō enim est absurdum, imò necessariū, alterum contrariorum, vt frigiditatem, causam habere pri-

uatiuam: omnis enim contrarietas priuatio est. 10. *Metaph.tex.*16. non tamen omnis priuatio contrarietatem facit, sed quæ in determinato genere, & quæ non simpliciter est non est, sed forma quædam, vt quies se habet ad motum, & tenebræ ad lumen, & calidum ad frigidum. & alia huiusmodi: est enim priuatio species quędam. 2. *Phys text.*15.

Propter quid autem ad motum & immobilitatem insequantur primæ qualitates tangibiles: ab illis autem reliquæ affectiones oriantur, alio loco commodius ostendetur. Quæ igitur cælo propinquissima sunt, vt ignis & quædam pars aëris, calida existunt ob cæli motum etiam sine lumine communicatum. Quæ autem remotiora sunt, frigida ob motus priuationem: eodem modo secundum totas sphæras permanentia, quia similiter motus & immobilitas eorum æterna est. Secundũ partes autem fiunt hæc quidem calida, hæc vero frigida ex motu & immobilitate, quæ per lumen & eius priuationem oritur: accedente enim & recedente sole aliquando communicatur motus aliquando immobilitas.

His hoc modo constitutis dicimus, Motum Planetarum ab occasu in ortum non caliditatem gignere, sed eam potius temperare. Cùm enim duo in eodem corpore fiant motus in oppositam partem, quantò alter velocior fuerit, tantùm demitur de alterius velocitate. Idcirco si æquales essent, nullus appareret motus, in eodem enim semper esset ipsum mobile: si alter superat, apparet motus dominans tantò remissior, quantus est alter motus. Cùm igitur cælum rapidissimo motu in occasum feratur, Planetæ autem interim in eodem per proprium motum subdeficiant, quantò velocior est in proprio orbe motus, tantò magis retardari oportet eorum motum in occasum. Omnis autem retardatio motus, priuatio quadam est si non secundum totum, saltem secundum partem. Quanta igitur erit retardatio, tanta etiam refrigeratio ex illa orietur. Maior autem retardatio est quantò velocior est in proprio orbe motus. Velocitas ergo huiusmodi, non caliditatem sed refrigerationem parit.

Significauit autem hoc Aristoteles. 1. *Meteo.cap.* 3 vbi Lunæ motum tardum esse inquit, astrorum fixorum velocem: Solis autem mediocriter se habere. Idcirco Solem maximè calefacere, quia neque perinde procul est, vt Astra, neque tardus vt Luna. Per velocitatem enim & tarditatem significauit, non quatenus in ortum ferũtur, sed in occasum. Nam alioqui oppositum videretur dicere. 5. *tæ.tex.* 58. In propriis enim circulis inquit superiora tardius ferri, inferiora velocius: ideo Lunam velocissimè, Saturnum tardissimè: Solem medio modo se habere, ac reliqua intermedia corpora. Ex quibus patet caliditatem fieri ex motu totius cęli in occasum lati, non ex Planetarum motu in ortum.

QVÆST. VII.

Sub Zona torrida cælum dari perpetuo temperatissimum.



ECENTER hoc clarissimus Poeta noster Petrus Bembus Cardinalis, qui amœnissimum locum fingens, in quo perpetua cæli tempesties nullo vnquam æstu, nulloque gelu infestante reperitur, hunc in Arabia felici collocauit, quæ intra Tropicos est sita: idque optima quidem ratione, non tamen vulgari. Incredibile enim videatur temperatam esse eam regionem, cui Sol propinquissimus semper existat, & quam perpetuo ardentissimis radiis secũdum angulos acutissimos reflexis feriat. Nam propter hæc existimata est multis regio illa inhabitabilis propter æstum, vt ponitur ab Aristotele. 2. *Meteo.cap.* 5. Quã quam vero hodie iis qui ex Lusitania Oceanum Atlanticum nauigant vsque in Indiam, comperta sit habitari. Insula enim Sancti Thomæ cognomi nata, in qua Saccari est multus prouentus, sub Æquatore sita est: habitatur autem non illa solum, sed & vniuersæ Africæ pars illi conterminа. Et Indiæ Taprobane quæ hodie Somotra dicitur, sub eodem Æquatore populatissima perhibetur. Tamen ingenti æstu afflictati eius regionis incolæ, subterraneis cauernis degentes salutem sibi quærunt, vnde Troglodytæ antiquis appellati in Æthiopia populi. Inhabitabilis ea nihilominus regio dicenda est, cũ vix & non nisi eo præsidio habitari queat: vt impossibile aliquando dicitur, quod vix aut difficulter fiat. 1. *tæ.tex.* 5.

Dicimúsne igitur huiusmodi terrorem temperiem esse? At si hæc temperies, quis erit in terra ex Sole feruor? nullus enim alius est locus, in quem vehementiùs agant Solis radij tum ob propinquitatem, tum ob diuturnam immorationem. Si enim apud nos non solùm circa Solstitium æstiuum ingentes fiunt æstus, sed & postea maiores succedunt ob moram diuturniorem quã facit Sol propè Tropicum æstiuum: quid existimandum est ibi fieri, vbi semper est propinquissimus? Non est autem putandum temperiem sufficientem fieri ex pluuiis, quas tradunt perpetuò descendere, vbi Sol secundum perpendiculum terram respicit, vnde alluuiones fiunt & Nili, & alterius fluminis, quod ex iisdem fontibus ortum ducens per Æthiopiam in Oceanum Athlanticum exoneratur, Nigrúmque vocatur, quia ex Nigrorũ regione fluat. Statis enim quibusdam temporibus vtraque hæc flumina mirum in modum intumescunt, quod multis admirationem peperit, antequam stata hæc pluuiarum tempora in iis regionibus comperta essent.

Refrigeratio igitur ex huiusmodi pluuiis quanquam aliquid facit, temperiem tamen afferre saltem perpetuã non potest, tum quia aquæ illis calidæ descendunt, vt testantur, & ratio vult: tum quoniam breui tempore contingunt. Solem enim perpendicularem non diutius eadem regio habere potest. Fiunt autem pluuiæ perpendiculari Sole potius, quia radij reflexi iidem fiunt cum iis qui descendunt. hoc autem existente minor fit aëris attritio, quia nullus fit angulus inter radium descẽdentem atque ascendentem, in quo fit attritio ob multiplicem luminis receptionem, vt superius est ostensum. A lateribus igitur ob vehementiam attritionis dissoluũtur vapores: in medio autem quà Sol ad angulos rectos terram aspicit, ob minorem attritionem, principium aliquod refrigerationis adest, quod vaporem in aquam condensat quamuis calidam, vt feruenti ollæ impositum operculum efficere solet, sufficit enim illud minus calidum esse quàm sit vapor: idcirco aqua ab eo, sed calida distillat. Iuuat autem hanc generationem antiperistasis. Vaporis enim natura nacto principio motus, per quem ad frigiditatem reuertatur, ab ambientia caliditate quadam iuuatur vt citius in aquam transeat. Hoc autem modo Æstate fieri pluuias in Æthiopia & Arabia testatur Aristoteles. 1. *Meteo.cap.* 12. Continuæ autem fiunt illic pluuiæ, quia continua est eius loci refrigeratio propter radiorum simplicitatem: materia autem multa & maximè præparata à lateribus subministratur, vbi ingens feruor adest: facit enim ad velocem concretionem, si præcalefacta fuerit aqua: vt ibidem declarauit Aristoteles.

Ex dictis igitur patet in Zona torrida continuam tẽperiem esse non posse, sed potius continuum feruorem modico tempore à radiis perpendicularibus remissum. Neque etiam noctium longitudo temperare dierum æstum queat. Si enim apud nos in æquinoctiis temperies est, sole angulis obtusis percutiente, illis qui sub æquatore degunt semper æquinoctialibus existentibus & sub angulis acutissimis quomodo temperies fuerit? Idẽ inferri de iis potest, qui extra æquatorem vsque ad vtrumque tropicum habitant. Non enim multa est differentia dierum ac noctium, & angulorum qui ex radiorum reflectione fiunt. At verò extra Tropicos continuam temperiem inueniri impossibile est. Nam sub vtraque vrsa perpetua sunt frigora, idcirco similiter habitari commodè ea loca nequeunt. Reliquæ autem intermediæ terræ sectiones habitabiles, propter magnã differentiã accessus & recessus Solis, vnde quatuor anni tempora

pora maximè contraria orta sunt, ingentes mutationes frigoris & æstus patiuntur. Consentaneũ tamen rationi videbatur, vt in terra, quemadmodũ loca dantur, in quibus perpetua æstas ac feruor est, atque alia, in quibus perpetua hyems & gelu: similiter alia reperirentur, in quibus perpetua esset temperies. Si igitur hæc in infima regione aeris, vbi reflectio fit radiorum, non contingunt, in suprema autem viget exhalatio sicca & ignis, circa mediam regionem fortè locus temperatissimus in terra dabitur perpetuus: sed is non in omni terræ sectione, sed tantum sub zona torrida. Cùm enim media aëris regio ob duplicem causam secundum sententiam Aristotelis frigida reddatur, & quia procul existit à cæli circulatione, & quia à radiorum reflectione non tangitur, necesse est eam (quæ iuxta Polos est) frigidissimã esse. Nam & reflectio radiorum præterquam quod imbecillior circa ea loca est, minus etiam altè ascendit, propter eorum inclinationem ad terram, distantia quoque eius à latione cæli maxima est. Quanuis enim vndique à cælo æquidistet, hæc tamen pars distantissima est ab ea cæli parte, quæ & motus velocitate & soliditate corporum, vt Solis ac cæterorum Planetarum, apta nata est plurimùm calefacere. Non sphæræ ea pars velocissima est, quæ suo motu maximos describit circulos, vt sunt ij, qui intra Tropicos continentur: tardissima autem, quæ minimos eodem tempore circulos perficit, vt iuxta Polum vtrumque: minimam ergo caliditatem in iis locis fieri necesse est.

Sub zona autem torrida, propter causas oppositas necesse est mediam aeris regionem longè tepidiorem esse. Nam & radij ad lineam perpendicularem maximè accedentes altissimè reflectuntur, simul & ob angulorum paruitatem potentissimi sunt: cæli præterea pars velocissima supra ipsam est, & omniũ Planetarũ corpora intra Tropicos fertũtur: quę omnia vt eã terræ plagam velut exurunt, sic mediam aeris regionem temperare possunt. Hinc fit vt in iis locis non niues oriantur, nec grandines nec pluuiæ frigidæ, sed potius calidæ, vt nostris tẽporibus est compertum. Quanuis enim in descensu propter ambientis feruorem non antiperistasim pati, sed potius incalescere putandum sit, in ortu quoque nihilominus aliquem teporem ex loco sortiri verisimile est. Vt igitur apud nos æstate loca sunt in alpibus, in quibus dum cætera feruent, aer temperatissimus est ac iucundissimus: sic intra Tropicos vbi continua æstas feruentissimáque est, si qui montes fuerint, qui sua altitudine supra reflectionem radiorum, quasi vltra telorum iactũ, vt in prouerbio est, extollantur, continua frui aeris temperie instar veris perpetuæ necesse est.

Quod nullis aliis locis contingere posse manifestum est, Sol enim cùm à cæteris regionibus extra Tropicos existentibus aliquando multum recedat, frigora parit magis & minus, vt locus distantior aut propinquior fuerit. Attestantur hoc idem & sacra Mysteria, quæ locum delitiarum Paradisum terrestrem vocatum circa eadem loca describunt. Flumina enim totius terræ principalissima, quæ inde fluere traduntur, quædam intra tropicos, quædam non longè ab illis suos habent fontes. Cùm autem omnia ex altissimis montibus ortum ducant, circa mediam aeris regionem situm esse hunc locum significãt, Fabulantur & Græci amœnissimos Iunonis hortos in extrema occidentis parte, vbi altissimus Africæ mõs Atlas vltra Tropicum Cancri extollitur. Maximè enim est rationi consentaneum, vbi omnium astrorũ aspectus est placidissimus, agros quoque perpetua fertilitate ridere: nunquam enim gelu horrere, nunquam æstu arescere contingit, vbi perpetua est aeris temperies.

Sed merito dubitaret quispiã, Cur hominibus hodie, quod sciatur, incomperta sunt hæc loca adeo expetẽda? An intercludi accessum putandum est partim beluarum feritate, quæ in iis locis præcipuè vigent: partim locorũ præcipitiis, ac syluis impenetrabilibus sponte naturæ liberè luxuriantibus, aliisque itineris difficultatibus in regione præsertim feruentissima? Cessit igitur hominis audacia Serpentium ac reliquarum beluarum immanitati, vt propria suæ habitationis loca deserere fuerit coactus, atque exul aliena regna petat, armis, & totis ingenij viribus in seipsum conuersis: donec alter Hercules monstris debellatis eã nobis restituat.

Qvæst. VIII.

Caliditatem ex cæli motu vsque ad centrum terræ peruenire, & frigiditatem vsque ad extremum ignis.


Generabilivm & corruptibilium materia, ex qua constãt omnia quæ intra cælum sunt, non permittit aliquod eorum corporum, quæ hîc sunt, æterno tempore perdurare: nõ enim potest semper esse sub eadem forma, quod potentiã habet cæteras recipiendi *1. cæ. tex.* 118 Cùm autẽ omne quod generatur & corrumpitur ab aliquo actu existente hæc patiatur, actus enim potentiam præcedit. *9. Metaph. tex.* 13. necesse est alterum principium adesse generationis & corruptionis affectiuum, cuiusmodi Sol ab Aristotele ponitur. hic enim cùm in circulo obliquo feratur, per eius accessum generationem efficit, & per eiusdem recessum corruptionem *2. de gen & cor. tex.* 56. Ex quibus sententiã illam colligimus, caliditatem ex præsentia Solis tactum vsque ad centrum terræ pertingere, & frigiditatem per eiusdem absentiam vsque ad extremum ignis. Nam alioqui id quod generari posset aut corrumpi nunquam ad actum perduceretur propter defectum generãtis & corrumpentis, quod impossibile esse in natura manifestum est. *1. cæ. tex.* 133. corruptibile enim necesse est aliquando corrumpi, & generabile aliquando generari, si non est possibile simul semper esse & non semper esse.

Terræ igitur partem quæ prope centrum est, patet incalescere non posse, nec fieri exhalationẽ & ignem, nisi Solis aut reliquarum stellarum virtus ad illum locum perueniat. Alterum enim duorum necesse est, aut terram illam ex centro ad superficiem venire, vbi manifeste virtus Solis operatur: aut Solis virtutem ad centrum descendere. Terram autem ascendere secundum naturam quidem impossibile est: præter naturam verò quæ virtus ex eo loco dimouere illam possit? Solùm profecto eo modo contingeret ad superficiem aliquando venire, si ad vnum Hemisphærium terræ fieret appositio, ad alterum autem demptio: paulatim enim hoc modo emergerent omnia quæ in profundo sunt. At non eam dispositionem habet terra cum toto cælo, vt eius generatio in vno Hemisphærio fiat, corruptio autem in altero. Cùm enim zodiacus, sub quo fertur Sol, in duas partes æquales tum cælum vniuersum tum terram diuidat, duò æqualia terræ segmenta in vtroque Hemisphærio relinquuntur, quæ ad Solem similiter se habent, æqualiter enim ad vtrasq; accedit & ab vtrisque recedit. Ignis igitur generatio & terræ non in altero Hemisphærio magis erit quàm in altero: neque secundum temporum vicissitudines terræ demptio aut appositio in vtriusque maior fuerit. Necesse est ergo Solis caliditatem ad cẽtrum peruenire, & exhalationem ex ea terra facere, quæ ob leuitatem sponte ad superficiem feratur.

Eadem ratio & igni accommodari potest. Quanuis enim hunc magis contingat ob motum circularem aliquando violentia ferri deorsum, vt *1. Meteo cap.* 3. dicitur, hanc tamen causam esse perpetuæ conuersionis & omnium partium successiuè, non est putandum: hic enim ordo quidam est perpetuus, quod autem præter naturã est inordinatum & non perpetuum. Aliquam ergo causam priorem esse necesse est, quæ faciat vt suprema pars ignis frigefiat & grauescat: nam alias incorruptibilis eo in loco permaneret. Quo autem modo id contingat deinceps videamus. In sphæra igitur ignis facile est id perspicere. Qua. n. parte cælum est velocissimum & qua fertur Sol, vt intra Tropicos, rationabile est continuam esse ignis generationem, plurimum enim caliditatis in hac parte à cælo fit. Qua autem cœli motus est tardissimus, & Sol remotissimus, vt circa Polum

vtrunque, necesse est ignem ibi existentem propter immobilitatem frigefieri, & grauescere, atque in terram conuerti. In partibus autem intermediis, inter calidissimum atque frigidissimum locum, medio modo se habere. Cùm enim Sol propinquus est, generatio fit ignis, cùm remouetur, fit contrarium. Veluti igitur fluuius quidam est perpetuus exhalationis ascendentis ex terra propè Tropicos, ac descendentis iuxta Polos. Sic enim fit, vt nulla pars ignis perpetuò maneat in alterata. Quod enim ascendit attiguam partem detrudit ad altera successiuè, donec ad loca refrigerationis perueniant omnes.

Huiusmodi autem fluuium inter ignem & terram significauit Aristoteles 2. *Meteo. cap.* 3. vbi inquit: *Non easdem partes permanere neque terræ neque maris, sed totam molem solum: etenim de terra similiter existimare oportet, hoc enim sursum venit, hoc autem iterum descendit: &c.* Nam si cótinuus est fluuius inter aquam & aërem, vt ex aqua per calefactionem eleuetur vapor: hic autem per refrigerationem condensetur iterum in aquam ac descendat. 1. *Meteo. cap.* 9. oportet similiter esse inter terram & ignem. Cùm enim ex terra calefacta à Sole exhalatio fiat & ignis, necesse est iterum ignem in terram conuerti per refrigerationem, vt tota moles elementorum æqualis permaneat.

Dubitabit autem quis, cur non videtur terra pluere vt aqua? deberet enim propter ea quæ dicta sunt. An terræ particulæ ob siccitatem non cohærent? vt accidit aquæ, ex paruis enim guttis coeuntibus vna fit magnitudo sensibilis, quæ & grauitatem habet sufficientem ad medij scissionem, vt deorsum feratur, quod minutissimæ guttæ non possunt: ideo in aëre suspensæ manent quandiu huiusmodi fuerint, vt in nubibus. Similiter autem & terræ minutissimis corpusculis contingit, non enim possunt ob paruitatem aërem scindere, sed in eo volitant vt puluis tenuissimus. Hæc verò efficiunt nebulam, seu caliginem, quam Aristoteles inquit esse nubem sterilem, & excrementum eius concretionis quæ in aquam, ideo signum esse sereoitatis 1. *Meteo. cap.* 9. Apparent & in siccitatibus, æstate præcipuè sub Cane, reddunt enim aerem veluti fumo obtenebratū. Si quis autem puluis descendat, insensibilis est, propter paruitatem, decidisse tamen depræhenditur post aliquod temporis spacium non solum in tectis & lapidibus, & circa domorum parietes, sed & in scopulis maris, quæ longissimè à terreo puluere vi ventorum agitato absunt. Coaceruatur enim vbiq; terra paulatim. Plurimùm autem descendit cum pluuia, quod Aristoteles 2. *Meteo. cap.* 3. inquit salsas efficere aquas: idcirco post pluuias aer purgatior apparet & longè magis perspicuus: nā quasi abluitur per aquam ab exhalatione & puluere obtenebrante. In qua re mutuam opem videre licet quam sibi inuicem tribuunt exhalatio & vapor: aqua & terra: aër & ignis: & tandem humidum & siccum. Terra enim sine aqua non exhalat: exhalatio tamen aquam sursum ducit sua caliditate, adeo vt cum ab illa derelinquitur grauescat & deorsum feratur. Simul autem hæc & terram quam inuenerit in aere deorsum reducit.

Duo præterea elementa extrema terra & ignis propter siccitatem indigent humido corpore, quod repleat spatia quæ inter eorum corpuscula interiacent: quod enim siccum est non terminatur alienis terminis nisi humiditatis auxilio. Terra igitur indiget aqua, quam vsque ad centrum peruadere necesse est, vt hîc videmus, non solum propter dictam causam, sed etiam quia terra, quæ ibi est, non exhalaret sine humore. Ignis autem eget aere vt idem præstet quod aqua ad terram: peruadit igitur aër vsque ad extremum ignis. Indicauit autem id Aristoteles. 1. *Meteo. cap.* 3. vbi aërem vocat totum corpus quod cælo est contiguum, cuius pars suprema exhalationem siccam continet, quam propter consuetudinem vocamus ignem, est enim potentia ignis, cùm exuri possit veluti fumus quando in flammam vertitur. Fieri autem flammas, & stellas quæ discurrere videntur, & cometas & alia huiusmodi incensa hac exhalatione quæ extensa est circa vltimum sphæræ quæ circa terram est, explicauit *cap. 4. eiusdem.* Idcirco non solùm in tertia regione aëris hæc fiunt, vt multi putant, sed & in ipso elemento ignis vocato statim infra Lunam. Appellatur autem ab Aristotele etiam aër hæc pars, in qua exhalatio est, quæ elementum ignis constituit, quia sine aëre nec esse potest sicca exhalatio, nec ignis ardere nisi in aëre, vt alibi commodius ostendetur: permeat igitur aër vsque ad cælum.

At dubitabit quis, Si ignis elementum diuisum est vt terra, cur non terminat visum, vt cæli conspectum impediat? An ob partium tenuitatem visum effugiunt veluti puluisculus in aëre? Perinde enim accidit, ac si quis extensa conspiciat tetra secundum transuersum non secundum longitudinem. Ob id propè horizontem astra inspicientibus, aëris spissitudo magis apparet quàm in medio cæli: contingit enim secundum longitudinem extensam exhalationem eo modo intueri. Misceri etiam contingit ignem cum aëre, vt vnum fiat corpus perspicuum, sicut terra cum aqua in mari. Si igitur hæc eo modo se habent: tota moles aquæ non ea solùm est, quæ maribus, fluminibus, & aliis aquarum congregationibus conspicua est, sed multa in terræ visceribus lapsa eius cauitates replet: multa quoque in aëre suspenditur ob Solis caliditatem. Similiter aëris moles vix reperiatur separata à reliquis corporibus. Pars enim inferior vaporibus aquæ referta est: multa quoque lapsa terræ hiatibus, vbi aqua non pertingit. Superior autem siccam habet exhalationem. Eadem dici possunt de extremis elementis. Terra enim aqua glutinatur, ignis aere. Sed quomodo ex distantia Solis, ac cæli immobilitate fiat refrigeratio vsque ad extremum ignis, vt iterum in terram conuertatur, & quomodo aer & aqua auxilium vtrique præstent, dictum est.

Quomodo autem caliditas ex motu cæli vsque ad centrum terræ perueniat, dicamus: non enim facilè est hoc videre. Nam neque motus neque radiorum reflectio peruenit ad hunc locum distantissimum. Ipsum enim lumen non pertransit terræ superficiem, motus autem nō vltra tertiam aeris regionem recipitur, quem enim in terra recipi concessimus & ob paruitatem & quia non facit partium attritionem vllam, caliditatem gignere nullo modo queat. Videmus tamen intra terram multum ignis contineri: ex multis enim locis etiam flammæ ardentes euitantur, vt in Sicilia quondam ex Ætna monte celebratissimo: nostris autem temporibus in Puteolano Italiæ aliisque locis compluribus. Indicant & thermarum fontes complurimi subesse ignes subterraneos, & metallorum fodinæ, in quibus omnibus calidus quidam halitus persentitur. An caliditas, quę supra faciē terrę creatur à Sole adueniente frigiditate propter eiusdem absentiam, truditur deorsum propter antiperistasim? vt apud nos accidit in hyeme: vigente enim externo frigore, puteorum aquæ calidæ sunt: & contrà in æstate vigente æstu, eædem frigidæ euadunt. Quò autem profundiora fuerint loca, eò magis antiperistasim pati videmus, quando excessus fit externi frigoris aut caloris, quæ enim propinqua sunt superficiei vincuntur ab excessu.

Sed alio quoque modo contingit aquarum beneficio caliditatem à Sole contractam communicari terræ visceribus. Cùm enim hæc in vniuersas terræ partes peruadat, radios autem Solares vsque in profundum maris admittat, tanta mole calefacta, quid obstat calefieri terram aqua calida permeante in omnem eius profunditatem? Quanuis enim ea quæ in terræ poros elabitur, à Solis radiis derelinquatur, apta tamen est caliditatem antè conceptam diutius conseruare ob corporis crassitiem, quanto enim aqua maris crassior est quàm aquæ dulces, & hæ quàm aer, eò diutius qualitates contractas conseruare possunt. Ob maris autem librationem atque alios motus, fit continua quædā successio aquæ subeuntis & calorem fouentis priusquā

adueg;

aduenìat refrigeratio. Facit & ipsa terra ad diuturnam calidi conseruationem, non solùm propter eius crassitiem, sed & quia ibi difficilius expirat calidum. Ob has igitur causas intestina terræ calefieri est necesse. Ab hac verò caliditate humore adiuuante paulatim disponitur terra ad exhalationes reddendas. Sicubi autem multum huius materiæ sublimatum fuerit in eam terræ regionẽ, quæ non aquam sed aerem in cauitatibus continet, modica occasione inflammari & conuerti in ignem potest, vt in nubibus contingit. Hinc igitur ignium eructatio multis in locis: hinc terrarum concussiones, & aliquando eucrsiones, vbi terræ spiracula non sufficiunt ad geniti spiritus emissionem. Hinc loca sulphurea & thermæ. Sulphur enim & Bitumen & huiusmodi corpora inflammabilia ex concreta exhalatione orta sunt: quæ sicubi ignis principium adepta fuerint, ignes subterraneos diutius fouent, calefactis autem ab illo igne circunstantibus corporibus, aquæ præterlabentes efferuescunt, ac diuersos sapores ex diuersa terrarum vstione contrahunt: vnde thermarum ortus & concretiones multorum corporum fiunt sub terra.

Præcipuam verò causam salsedinis maris hanc esse patet. Incalescentibus enim interioribus terræ, & exhalatione facta, multum huius substantiæ ab aqua vndique poros replente comprehendi ac solui, & cum ea misceri necesse est, vnde sapor salsus & amarus oritur. Indicat hoc lacus in Iudæa bituminosus: nam ob vim bituminis eo loco erumpentis redditur aqua longè crassior & amarior quam ipsius Maris, feruet enim ibi multa exhalatio, ex qua oleosa bituminis substantia emergit ad superficiem. Non patiuntur autem hoc cæteri lacus, nec flumina, nec reliquæ aquæ, quoniam cùm nouæ sint aut nuper genitæ aut ex pluuiis, aut ex fontibus ac fluminibus vbi terræ inania aëre plena sunt non aqua, nisi transeundo loca inueniant metallica, quæ sapores communicent, dulces permanent, non enim comprehendunt exhalationes ex terra, cùm eæ liberum habeant exitum per terræ spiracula. Aqua autem illa quæ peruadit vsque ad intima terræ cum continuè à Sole vnà cum terra efferuescat instar eorum quæ elixantur, tum ob receptionem exhalationis quæ nulla ex parte spiracula inuenit, tum ob resolutionem tenuiorum partium ac leuiorum à sole factam, & crassa & salsa redditur: quod mare appellatur.

Æstum autem huiusmodi & efferuescentiam manifestè aliquando in eo deprehendimus: cùm nullis spirantibus in aëre ventis ipsum tamen perturbatur, ac veluti inhorrescit spissa vndarum inæqualitate saliens. Simul autem & aërem tunc vaporibus replet, ac nubilum reddit cælum. Egreditur enim eo tempore exhalatio, quæ maris perturbationem facit, & vnà cum exhalatione vapor aqueus multus sursum ducitur aerem nubibus replens. Idcirco nubilo cælo verentur nautæ mari se exponere. Serenitate autem existente nunquam huiusmodi perturbatio & feruor in mari inest, quantuis ventorum vi commoueatur. Quasi pluuiarum materia ex mari potissimum habeatur: ventorum autem ex terra. Exhalatio enim erumpẽs è subterraneis, vaporum materiam, quæ eius motum retardare apta nata est, in terra derelinquit magis quàm in mari. Idcirco in Oceano ventos non sentiunt, vbi valdè procul à terra fuerint, cùm autem eos spirare sentiunt, coniiciunt ab ea parte vnde spirant, propinquam esse terram. Spiritus enim è terra erumpens ea vi, qua solet aliquando aqua per angustas fistulas, aut ex lignorum poris fumus ac flamma, quà flectitur aut ob loci positionem, aut propter alias causas impedientes, ne rectè sursum feratur, eo trudit & aerem, facilè enim his impulsum quemcunque sequitur. Nam quod circa terram ferantur venti non rectà sursum, impedimento est supremi aeris circulatio vt voluit Aristoteles, aut mediæ regionis frigiditas, vt aliis placet: sed cùm in media regione maxime vigeant venti, vt ex nubium motu apparet, putandum est magis prohiberi à superiori aere. quod autem in hanc potius quàm in illam partem ferantur, in causa est tum terræ positio vnde effluit exhalatio, tum astrorum præcipuè Solis ictio. Sol enim oriens in occasum trudit, occidens in ortum, quia radiorum reflectio in easdem partes fit.

Sed hæc hactenus de caliditate in visceribus terræ genita, vnde fiat eius transmutatio secundum omnes partes. Ex quibus concludimus à cæli motu atque immobilitate caliditatem & frigiditatem in omnes inferioris mundi partes communicari, vt in continua inuicem transmutatione versentur.



QVAEST. PERIPATET.

LIBER QVARTVS.

QVAESTIO I.

Humiditatem & siccitatem à caliditate & frigiditate pendere.

SI impossibile est plures esse contrarietates primas. *1. Phys. text. 56.* sunt enim alia aliis priora contraria, & fiunt alia ex aliis. *1. Phy. tex. 50.* tangibiles igitur contrarietates ad vnam primam reduci oportet. Rationabilius autẽ est passiuas qualitates ad actiuas reduci, quàm è contra, prius enim est agens patiente. Humidum igitur & siccum & reliquæ passiuę contrarietates ad calidum & frigidum tãquam ad principia reducentur. Prętcrea ex ratione sensus, si enim vnus sensus vnius est generis. *4. Metaph. tex. 2.* & *2. de an. tex. 107.* vnius autem generis vna est contrarietas. *1. Phy. tex. 50.* Tactus igitur si vnus est sensus, circa vnã erit contrarietatem, reliquæ autem ad ipsam reducentur. Patet autem calidũ & frigidũ maximè propriè ipsius tactus esse, solũ enim tãgendo cõpręhenduntur. Humidũ autem & siccũ, durũ & molle, graue & leue, asperũ & lene, rarũ & densum, & alia huiusmodi vt tactu cõpręhendãtur, non satis est ea tãgere, sed necesse est motũ quendã adhibere aut cõprimendo, aut impellendo, aut trahẽdo, aut alia ratione patiendi potentiã experiẽdo. Sic enim ꝙ propriũ terminũ nõ retinet, & quod facilè diuiditur humidũ esse cognoscimus, ꝙ autem opposito modo se habet, siccũ: & quod cedit cõprimẽti molle, quod nõ cedit durũ similiter autẽ & reliquæ tactiuę qualitates sine motu nõ percipiuntur. Idcirco & à reliquis sensibus cognosci possunt, vt visu. motus enim inter cõmunia sensibilia ponitur: nihil autẽ refert motus in organo aut in re fiat. Tactui tamen ascribuntur, tũ quia certius per illũ cognoscũtur, tũ quia affectiones eę sunt maximè corporeę, vt patebit inferius.

Solom aotem calidum & frigidum nulla eget motione, sed solum tangi satis est, idcirco nullo pacto sensibile fit commune. Tactus igitur circa hanc contrarietatem maximè propriè fuerit, & propter hanc vnus sensua vt teliqui. Et corpora ergo tangibilia maximè propter hane contrarietatem fuerint.

Amplius, si duæ esseot aut plurea contrarietates primæ, singulis mediam naturã diuersam subiici oporteret. 1. *Phy. tex.* 56. eandem enim materiam plures actus perficientes habere est impossibile. oporteret autẽ, si ambæ essent primæ: duarum enim contrarietatum primarum vna alterius materia esse nequit. Quòd si duæ essent materiæ, non essent transmutabilia omnia elementa inter se, quæ enim materiam habent diuersam noo transmutãtor inuicẽ. 1. *de gen. & cor. tex.* 54. Necesse est igitur duarũ contrarietatũ elementa constituentiũ alteram priorẽ esse, alterã posteriorẽ. Ad hęc si principiũ consideremus, vnde omnia hæc fluunt, idẽ patebit: ab vno enim principio si non possunt pluta oriri primò, nec eadem causa primò est multorum effectiua. respondere enim oportet causam primam effectui primo, 2. *Phys. tex.* 38. Vnã autem esse causam vnde omnes contrarietates in materia elementorum oriantur: vt caliditas & frigiditas, humidites & siccitas, & reliquæ affectionea, quæ has sequuntur, explicauit Aristotcles. 1. *Meteo. cap.* 3. Motus enim cæli præsentiam & absentiam, quam immobilitatem vocat, principium esse omnium illorum scribit. Alteram igitur earum priotem esse, alteram posteriorem oportet.

At verò obstare videtur quod scribit Aristoteles. 2. *de gen. & cor. tex.* 15. Quatuor enim esse primaa tangibilium differentias inquit, quarom nulla sub altera continetur. Præterea si vna tantùm esset prima tangibilium corporum contrarietaa, duo tantùm essent prima corpora tangibilia, & sic duo elementa non quatuor, qoemadmodum sequebatur apud eos, qui vnam ponentes materiam densitate & taritate tantum generabant: aut calido & frigido, vt Parmenides faciebat, ignem & terram principia ponena. 2. *de gen. & cor. tex.* 17. reliqua aotem mixturas esse extremorum oportebat, nõ prima nec simplicia. Ad hæc si vna contrarietaa alteram iosequatur, posterior non erit essentiæ pars. quicquid enim aduenit ei quod actu est, accidens est, nec vnum nisi secundum accidens, vt Socrates & Musicus. 7. *Metaph. tex.* 41. Amplius, non videtur calidũ & frigidum prius esse humido & sicco, sed potius opposito modo se habere. Corpus enim, quatenus corpus est, & quæ illi insunt secundum corporis naturam præcedunt calidum & frigidum: omne enim calidum & frigidum corpus esse necesse est: nõ è conuerso. At humidum & siecum insequi naturã corporis videtur, non caliditatem & frigiditatẽ, definiũtur enim terminis corporis. Nam quod terminum proprium non conseruat, humidum dicitur, quod alienum difficilè recipit, siccum Item quod tangere potest quodcunq; & replere spatia, humidum, quod minus, siccũ. Et quod per se continuũ fieri potest atq; agglutinari humidũ, vt aquę partes: quod verò diuisum per se agglutinari nequit siccũ, vt puluis. agglutinatio enim ac termini proprij conseruatio opponuntur, nam hoe quidem sicci est, illud verò humidi.

At termini & contactus & continuum corporis, vt corpus est, affectiones sunt. Nõ tamen in cælestibus corporibus hæc dantur, quoniam impossibile est eorum terminum destruere neq; diuisionem vllam ipsis inferre, vt inferioribus contingit: Ob eandẽ rationem rarum & dẽsum priora videntur calido & frigido: iosequuntur enim ipsam quantitatẽ. Nam rarum dicitur, quod in ampliorem molem partes habet extensas: dẽsum quod easdem in parua mole contractas habet. Magnum autem & paruum affectiones quanti esse manifestum est. Oportet autem prius quantum esse quã calidum & frigidũ. Idcirco multi naturalea philosophi hæc principia faciebãt: dẽsitate enim & raritate omnia generabant. Et Plato magnũ & paruum principia esse voluit. Videtor aotem & Aristoteles aliquando in hanc sententiam descendere, cùm ioquit: motum aptum natum esse calefacere atterẽdo & disgregãdo: disgregate enim est rarefacere: atterere autem in partes tenues diuidere: tenuitas igitur partium & raritas caliditatem præcedunt. Apertissimè autem hoc explicauit 8. *Phys. tex.* 55. vbi inquit, *Amplius autem omnium passionum principium est densitas & raritas: etenim graue & leue, & molle & durum, & calidum & frigidum densitates videntur esse & raritates quædam. Densitas autem & raritas congregatio & disgregatio, secundum quas generatio & corruptio substantiarum dicitur. Quæ autem congregantur & disgregantur necesse est secundum locum mutari.* Ex quibus concludit motuoi localem primum esse omnium motuum ac mutationum. Hoc igitur modo consideranti calidum & frigidum & humidum & siccum, noo fuerit primæ qoalitatea elementorum.

Contemplemur verò iterum quo pacto hęc ab Aristotele principia elementorum ponuntur. 2. *de gen. & cor. tex.* 8. & quo modo reliquas præcedant qualitatea, & quomodo sequantur. Sciendum igitur primò, affectionũ quæ in materia sunt quasdam propinquiorea esse ipsi materiæ, quasdam verò ipsi formæ & perfectioni. Nam cùm prima conditio materialis sit ipsa quantitas, vt alibi à oobis explicatur, quæcunque corporis vt corpus est, affectiones fuerint, propinquiores sunt ipsi materiæ, quã eæ quæ reliquas prædicationes sequuntur. Hoc autẽ modo magnũ & paruũ, rarom & densum priocipia videntur, propinquissima enim sunt ipsi materiæ: inter quas etiam ponitur crassum & tenue: ad magnitudinẽ enim & paruitatem partium pertinent, vt rarum & densum ad magnitudinem & paruitatem totius: licet opposito modo se habeant. Quod rarũ est, magnũ quidem est, sed paruarum partiũ seu tenuiũ. Densum autem contrà, paruũ enim est, sed crassarũ partium quæ ad magnitudinẽ spectant. Humidũ autem & siccũ, cùm sint affectiones quãti terminabilis, terminus autẽ ad formã pertineat: propinqoiora sunt ipsi formæ quã supra dicta, illa enim etiã in terminato considerari possunt: hæc terminos in ratione eorũ continent. Calidum aotem & frigidum graoe & leue, adhuc propinquiora sunt perfectioni. Termini enim dimensionibus accedunt, hæc autem terminatis corporibua insunt tanquã perfectiones posteriua aduenientes. Priora autem & posteriora alia aliis diuerso modo dicuntur. Secundũ substantiam enim priora sunt quæ generatione sunt posteriora: magis enim perfecta hæc sunt, & substantiæ propinquiora. Generatione autẽ priora sunt quæ materiæ magis propinqua: quodãmodo enim potẽtia actũ præcedit, scilicet in affectionibus. 9. *Meta. tex.* 15.

Illud præterea notandum, ad primorum corporum constitutionem requiri qualitates actiuas & passiuas. 2. *de Gen. & cor. tex.* 8. quoniam oportet misceri elementa & inuicem agere ac pati. Idcirco graue & leue non cõstituunt elementa, quanuis absolutorum siot magis hæ affectiones qoæ faciont ad motum localem, & proximè substantiam horum materia fit. 4. *cæ. tex.* 25. non enim faciendo aliquid aliud, neque patiendo ab alio dicuntur: sed principia sunt motus localis, nõ alterationis, in qua actio & passio propriè dicta requiritur. Ob hanc eandẽ causam, quanuis inter reliqua sensibilia visibile sit prius tactili (natura enim perspicui & luminis etiam cælestibus inest & priotibua natura corporibus) nulla tamen eorum elementa constituunt: actio enim & passio & mixtio elemeotorum taogendo fit, idcirco per virtutes tangibiles, non per ea quæ agunt per medium: eorũ autem quæ tangẽdo agunt non omnia apta nata sunt in se inuicem agere, licet in sensum agant, vt sapores. Cùm ergo tangibilium solũ calidũ & frigidum actiua sint, humidũ autem & siccũ sola passiua: durũ enim & molle & reliquæ passiuæ qualitates, species quædã sont humidi & sicci: idcirco quatuor dictæ qualitates solæ elementa cõstituunt. generatio enim omnis secundũ has solum est.

His autẽ explicatis facilè est difficultates superius adductas soluere. Nam primã ooo negamua quatuor esse primas tangibiles qualitates quanuis eoim homidum & siccum minus perfectioni accedant quàm calidum & frigidum, inter passiuas tamen primæ sunt: nec vna contrarietas de altera participat, quemadmodum accidit reliquis passiuis, quæ ideo dicuntur, quia species quædam sunt

sunt primæ contrarietatis. Similiter ad alteram dubitationem dicitur, non sequi duo tantùm esse prima corpora quamois actiuæ priores sint passiuis: non enim eo modo posteriores sunt passiuæ, vt species quædam sint actiuarum, sed quia earum materia: per complexionẽ igitur duarum contrarietatum, quarum vna sit alterius materia, quia in eadem materia tanquam dispositiones præcedentes sunt, quatuor oriuntur elementa. Ad tertiam dubitationem satisfacit quod alibi explicatum est: dispositiones, quæ in materia sunt, gratia finis substantias esse, quia diriguntur ad substantiam, sic enim & materia substantia est: cùm autem finem non habent, cuius gratia sunt, accidentia esse: nec ob id vnitas formæ tollitur, à fine enim vnitas habetur cæterorum actuum, qui ad illum ordinati sunt secundum naturam, & potentia in illo includuntur, vt partes continui in toto.

Ad instantiam igitur dicimus posteriores qualitates non aduenire dispositionibus præcedentibus tanquam actu existentibus, sed potentia: quod enim ordinatur ad alterum, antequam illud habeat potentia est non actu: actus enim in fine est. appellari tamen etiam actus possunt dispositiones præcedentes, quia non sunt in priuatione: idcirco prædicationes veras efficiunt. homo enim animal est & bipes, licet vnum sint animal bipes. Sed hæc alterius sunt speculationis. Ad vltimam dubitationem concedimus humidum & siccum eo modo priora esse calido & frigido, quatenus sunt materiæ propinquiora: quo enim modo conditiones materiales priores sint, scilicet generatione non perfectione, explicatum est. Similiter rarum & densum propinquissima esse materiæ asserimus: propter hoc enim quidam antiquorum posuerunt principia corporum, quoniam materiam putauerunt esse ipsam substantiam: ideo hæc maximè accedere ad substantiam, quia maximè accedunt ad naturam materiæ. Hoc modo concedit Aristoteles raritatem & densitatem principia esse cæterarum affectionum, quæ in materia fiunt, non vt finis, nec vt perfectio, sed tanquam primæ dispositiones in materia existentes. Optimè igitur positum est cælum motu disgregare ac rarefacere corpus subiectum: eiusdem autem quiete congregare & condensare: vnde & caliditas, & frigiditas & leuitas & grauitas & reliquę affectiones omnes oriuntur. Non repugnat autem iis, quod alibi negat Aristoteles, generationem esse segregationem, vt multi antiquorum putabant: aliud enim intellexit per segregationem quàm id quod disgregatione significatur. Segregare enim est separare: disgregare autem rarefacere. Prætetea disgregatio non perficit substantiam, sed via quædam est & dispositio materiæ ad formam perficientem ex potentia materiæ educendam.

Sed dubitatur, si rarum & densum dispositiones sunt materiæ ad formas recipiendas: erunt & ipsæ substantiæ partes, vt humidum & siccum, & calidum & frigidum, omnia enim alicuius gratia sunt secundum naturam. An ad mixtionem nihil facit rarum & densum, sicut neque graue neque leue? idcirco non sunt de elemẽtorum essentia? Elementa enim non propter seipsa sunt, sed mixtorum gratia 5. *de Par. an. cap.* 2. Conditiones igitur materiales quæ ex necessitate materiæ sunt, accidentia sunt: non enim conferunt ad finem nisi secundum accidens. Ex raro igitur & denso dum fines in materia adueniunt, ideireo duæ rationes substantiæ vtræque perficientes quarum vna est grauitas & leuitas, quæ corporibus datæ sunt propter motum & quietem corporum naturalium, vt ordo & situs partium vniuersi conseruetur. Alter finis elementa corporum miscibilium spectat, calidum scilicet & frigidum, humidum & siccum: hæc enim principia sunt miscibilium, & tandem compositorum corporum. Esse autem grauitatis & leuitatis principia rarũ & dẽsum explicauit Arist. 4. *Phy tex.* 84. vbi inquit: *Est autem ipsum densum graue, rarum autem leue.* Et paulò post, *text.* 86. *Densum enim & rarum secundum hanc contrarietatem motus factiua sunt.*

At videtur contradicere quod scribitur. 3. *cal. tex.* 57. vbi inquit: *eadem enim magnitudo non videtur per constrictionem fieri grauior* & 4. *ca. tex.* 41. *magnitudine & paruitate definire grauia & leuia figmento assimilari.* At rarum & densum ad magnitudinem & paruitatem reduci, patet. 4. *Phys. tex.* 84. mutatio enim ex raritate in densitatem est ex magnitudine in paruitatem & è conuerso. Dicimus raritatem & densitatem similiter dispositiones esse ad grauitatem & leuitatem, vt ad qualitates miscibilium: non tamen ad eorum substantiam pertinent: raro enim esse non est potentia sursum esse, sed accidit, quia ob necessitatem materiæ sequitur vt rarum sit quod leue, non tamen huius gratia rarum est: sed solum vt maiorem locum occupet: quia autem maior est locus vbi maior est circunferentia, & in extremo, minor autem iuxta medium, idcirco leuia sunt, quæ rara, grauia autem, quæ densa. Grauitas igitur & leuitas substantiæ sunt corporum mundi partes constituentium: quibus accidit calida & frigida esse, humida & sicca, rara & densa: non enim conferunt ex qualitates ad homini situm conseruandũ. Esse autem formam substantialem ipsam grauitatem & leuitatem patet. Natura enim quæ principium motus est in ipsis forma est, non materia. motus enim localis perfectorum est.

Esse autem grauitatem & leuitatem huiusmodi principium, patet. 4. *cæ. tex.* 25 cũ enim quæritur propter quid leue fertur sursum & graue deorsum, idem est propter quid sanabile, secundum quod sanabile in sanitatem venit, sed non in albedinem, & quæ sequuntur: hoc enim est eius esse nec altera est causa: ipsum igitur principiũ. Calidum autem & frigidum, humidum & siccum substantiæ sunt elementorum, per has enim qualitates & secundum has fit omnis mixtio & generatio, cuius gratia elementa sunt. Terræ igitur & aquæ, aeri & igni, reliquæ qualitates ad mixtionẽ non conferentes accidũt, vt graue & leue, & reliqua. Simul autem duas esse substantias in eadem materia perficientes actu quidem fieri nequit: vnam verò acto, alteram potestate, non est absurdũ. Dũ igitur simplicia sunt, in suis locis sunt non impedita, & finem habent secundum quod grauia & leuia sunt. Dum autem in mixtione continentur, alteram perfectionem habent propter quam elementa dicuntur, vt alibi abundè explicatum est.

Sed videamus quomodo ex rarefactione & condensatione qualitates elementorũ oriantur. Caliditas igitur raritatem sequitur, quia affines quædam naturæ sunt: idcirco vbi vna in materia oritur, & altera sequitur. Simul enim quid incalescit, rarius etiã fit, locum ampliorẽ quęrens, & econuerso quod enim vnũ efficit, alterũ quoq;. Motus igitur disgregando simul rarefacit, & caliditatem ex materia educit. Quies autẽ contraria præstat, condensationem scilicet & frigiditatẽ, quæ omnia priuationes quædã sunt. Est autẽ tum condensatio tũ rarefactio motus quidã secundũ locũ, sed hic quidẽ ad mediũ, hic verò à medio: hic ad immobilitatẽ tendit, hic ad motũ, viget enim in extremo motus: in medio immobilitas. calidi igitur & frigidi generationes vtræq; motus quidã sunt secundũ locũ, sed alterum ad mobilitatem, alterũ ad immobilitatẽ desinit: ideo vt fines diuersi sic & efficientia diuersa & cõtraria, motus scilicet & immobilitas. Siccitas autem videtur sequi extrema raritatis & densitatis: quæ enim maximè densa sunt, vt terra & glacies, sicca quoque sunt. sic & quæ maximè rara, vt ignis.

Media autẽ in raritate & dẽsitate humida sunt, vt aër & aqua: quod optima ratione accidit. Cũ enim natura humidi sit alienos terminos facilè recipere, & insequi id quod tãgit: si rarefieri & cõdensari nõ posset, ea non præstaret: ob hoc enim proiectorũ motus in aere & aqua fiũt, quia facilè rarefiũt & cõdẽsantur. 4. *Phy. tex.* 79. & 83. & *Phy. tex.* 82. q enim aeris cõdensatũ est ex proiicientis impulsu antè lapidẽ, à tergo rarefiẽs, simul lapidẽ & alterum aerem propellit: & per partẽ post partem communicatio huius affectionis fit, donec vltimo quod condẽsatum est per sui dilatationẽ alium propellere non possit. At quę in extremo raritatis sunt, vt rarefieri amplius nõ possint, & quę maximè dẽsa, vt densari amplius nequeãt, terminos proprios cõseruare necesse est, difficile autẽ alienos recipere, quę est natura sicci, nõ enim facilè figurari alicuis terminis q d pôt, nisi rarefactionẽ & con-

densationem patiatur. Si igitur densum & rarum principia fuissent elementorum, duo tantùm extrema terra & ignis prima fuissent corpora: media enim aër & aqua mixturæ essent extremorum raritatis scilicet & densitatis. Aut media veluti materia essent, extrema autem vt forma. Idcirco antiquorum plurimi media elementa pro materia assumebant, ij quidem aërem, ij verò aquam, aut aliud quoddam intermedium.

Sed circa ignis siccitatem dubitatio est. Cùm enim tenuè & crassum species quædam humidi & sicci ponantur ab Aristotele. 2. *de gen. & cor. text.* 10. quod enim tenuium est partium repletiuum esse inquit, idcirco ad humidum pertinere. Crassum autem sicci esse: si ignis tenuissimus est, maximè humidus fuerit. Respondẽdum cas esse species humidi & sicci, quæ propriè talia dicũtur: propriè autem siccum terræ est, humidum autem aquæ. 4. *Meteo. cap.* 4. Idcirco tenue & crassum in iis tantum intelliguntur, & quæ ex illis constant. Terra enim & terrea crassa sunt, aqua autem & aquea tenuia. His explicatis patet veritas sententiæ propositæ. Cùm enim qualitates actiuæ perfectiones sint, & substantiæ propinquiores passiuis contineant passiuas & reliquas dispositiones materiales. Quod igitur caliditatem & frigiditatem efficit, & illas quoque: efficit autem tum motus cęli, & motus priuatio. continet enim cælum omniũ perfectiones: tum id quod vniuocum est, calidum enim calefacere est aptum, & frigidum frigefacere: non similiter autem cæteræ contrarietates sibi similes gignere possunt, raritas enim raritatem non facit, nec leuitas leuitatem.

A calido igitur & frigido cætera oriuntur aut antecedentia vt præparationes, aut sequentia vt perfectiones: grauitas enim & leuitas perfectio quædam est insequens actiuas qualitates: humidum autem & siccum, rarum & densum, antecedunt vt præparationes. Fieri autem humidum & siccum à calido & frigido patet in coagulatione & liquefactione, & incrassatione, quæ species sunt humectationis & exsiccationis 4. *Meteo. cap.* 5. Coagulatur enim aqua à frigore excedente, non autem à siccitate aliqua: & idem glacies à caliditate sola liquatur, sine humiditatis auxilio. Colligitur hoc 4. *Meteo. cap.* 6. Cùm enim coagulentur aqua & communia aquæ & terræ: aquam coagulari solum inquit, à frigido abscedente calido. Communia autem ab vtroque, nam recedente humido constare possunt ob terram admixtam. recedit autem humidum tum calido tum frigido: aqua autem sola inter humida incrassari nequit abscedente humido: ideo coagulatur tantum abscedente calido, cuius præsentia liquescit. Non est autem necesse omnia ab vniuoco fieri, sed sufficit quædam potentia esse in materia.

Explicauit autem hoc vniuersaliter Aristoteles. 7. *Metaph. tex.* 32. dicens: proprium substantiæ esse, præexistere aliam substantiam actu existentem, quæ facit, vt puta animal, si animal fit, quale verò aut quantum non est necesse nisi potentia solùm. Cum ergo caliditas & frigiditas propinquiora sint substantiæ, efficere possunt talia qualia ipsa, reliquas autem non est necesse. Non autem tollitur etiam passiuas in se inuicem agere talia qualia ipsa Nam concedit Aristoteles *De Sensu cap.* 4. vbi loquitur: *pati enim natum est humidum quemadmodum & alia à contrario: contrarium autem siccum*, vnde saporem naturam vult fieri. Et 2. *de gen. & cor text.* 25. in elementorum transmutatione, siccum in humidum & humidum in siccum conuerti in symbolis sine aliorum mutatione. Non tamen ex eorũ actione inuicem insequuntur calefactio & frigefactio. Præterea alia ratione passiuas ab actiuis pendere manifestum est. Omnis enim terminatio in humido & sicco à calido & frigido existit. 4. *Meteo. cap.* 5. Nam constant corpora & terminantur coagulatione: omnis autẽ coagulatio à calido aut frigido aut vtroque fit: & propter hinc passiuæ dicuntur, non quia à se inuicem patiantur: sed quia eorum esse est pati ab actiuis. Cum enim humidum sit bene terminabile, siccum autem difficile: humidum quidem præstat sicco in mixtione, vt facilè terminetur, non tamen à seipso, sed à calido vel frigido.

Similiter siccum humori præstat vt terminũ difficile amittat, quẽ à calido & frigido habuit: quod hoc modo comprobatur. Si enim siccũ à calido vel frigidu nõ esset terminatum, nũ daretur in natura corpus simpliciter siccum, vt ignis & terra: omne enim corpus & continuum est: & superficie clauditur cum non sit infinitũ, at neutrũ in corpore sicco esse potest: videmus enim partes sicci, cũ omni humore priuatæ sunt, nõ hærere inuicẽ, vt accidit pulueri. 2. *de Gen. & cor. tex.* 49. inglutinabilis enim est sine humore: si igitur partes nõ hęrent inuicẽ, quomodo proprij termini conseruatio in sicco fuerit? nec enim terminus aliquis est vbi non est continuũ: nec continuũ vbi partes non copulantur. Aut igitur admittenda erũt corpuscula indiuisibilia, vt apud Democritũ: aut siccum omnino corpus nõ dabitur. Quæreret enim sęper fueritde minimo corpusculo, quomodo partes habeat cõtinuas.

Dicendum est igitur caliditatem & frigiditatem apta nata esse congregare partes inuicem & continua efficere ac terminare. Efficit autem caliditas hanc congregationem per dilatationem partium: in dilatatione enim humidum fit ex sicco, humidi autem est glutinari inuicẽ vt aquæ guttis accidit, & auri aut plumbi ramentis in igne. Ab excessu autem ignis omnia tandem liquefieri, testatur Aristoteles. 4. *Meteo. cap.* 6. nam quæ illiquabilia ponuntur ob terream naturam, excessu ignis liquantur non solum ferrum, & lapides quidam, sed & lutũ & terra: dilatatio enim cum sit termini mutatio non fit sine humectatione. Excessu autem dilatari & rarefieri quodcunque potest excepto igne, qui ad extremũ dilatationis peruenit. Qua autem desinit dilatatio, aut per frigiditatem cõstringitur, fit siccum, termini enim proprij cõseruatio est: nec est necesse vbique humiditatem relinqui, quæ partes contineat agglutinatas: hoc enim sicci est à calido vel frigido terminati. huiusmodi sunt inter fossilia multa corpora vt sales & lapides quidam, ex terra enim agglutinata omni expresso humore constant. 4. *Meteo. cap.* 10. Exprimit autem humorem tum calidum tum frigidum. Et in glacie non est necesse aliquam humiditatem actu relinqui, quæ partes siccas agglutinet: totus enim humor similiter à frigore concretus est, & in siccũ conuersus expresso calido, non humido. 4. *Meteo. cap.* 8. Quomodo igitur passiuæ qualitates ab actiuis pendeant, explicatum est.

QVÆST. II.

Omnem virtutis intentionem remißionémque ex materia quantitate prouenire.

DEMONSTRATVR hæc sententia primò quidẽ in vniuersum hoc modo. Si intensio & remissio nequaquam inest indiuisibilibus, (quod enim diuidi nequit, quomodo magis vel minus dicatur? nam in ratione minoris inest diminutio & diuisio: in ratione maioris additio) nulla igitur forma secundum se intendi aut remitti potest, esset enim secundum se diuisibilis & quanta. Quod si omnis diuisio ex materia habetur (hæc enim secondum se quanta est) ab ipsa omnem intentionem ac remissionem oriri est necesse. Præterea in ipsis elementis patet: eorum enim virtutes maiores vel minores vel æquales ponũtur ab Aristotele pro materiæ quantitate. 1. *Meteo. cap.* 3. Nam si ignis moles reliqua elementa excederet, virtus etiam eiusdem cæterorum virtutem superaret, & reliqua in seipsum conuerteret. Sic quæcunque grauitatẽ habent, quo maiora sunt eo grauiora conspiciuntur, feruntur enim velocius: & leuia similiter. In orbibus quoque cælestibus idem videre licet, pro magnitudine enim & paruitate velociorem & tardiorem motum sunt adepti.

Sed aduersus hæc dubitatur, primo circa elementorum virtutes: ponuntur enim æquales ab Aristotele, licet mole inæquales sint: terra enim minimam obtinet molem: ignis maximam: aër & aqua medio modo. Si igitur omnis intentio & remisio virtutis quantitatem insequeretur, semper maior virtus in maiori esset corpore,

pore, minor in minori, æqualis in æquali. at hoc non videtur: quasi alio modo mensurabilis sit virtus, quam pro materiæ quantitate. Secundò, circa mixtorũ vires. Cùm enim gradibos quibusdam eorum intẽsio distingoatur, mutata quantitate oportuisset quoque temperamenti gradum mutari. At id nequaqoam cõtingit, eadem enim est mixtionis ratio in toto & in qualibet mixti particula. Tertiò dubitatur, Cùm enim contingat eandem materiæ portionem modò calidiorem modò frigidiorem esse sine alterius materiæ additione aut detractione, 4. *Phy. tex.* 84. non videtur earum intensio ac remissio à materia fieri: Vltimò circa grauitatem & leuitatem non videtur intensio & remissio quantitatem iosequi: nam si hoc esset, magna aquæ moles aliqoa grauior esset quàm parua terræ particula, at id nequaquã verum: terræ enim quęconqoe pars in aqua grauis est.

Ad primam igitur dubitationem dicendum est, virtutem non quidem mensurari secondum molis amplitudinem siue extensionem, sed secundum materiæ quãtitatem: hæc enim secundùm se interminata existẽs modò arctioribus coercetur terminis, modò in molem ampliorem extenditur. Idcirco necesse fuit, si tota elementa æquales virtutes habitura erãt, vt ex æquali materiæ quantitate constarent: adeo vt si ex tota aqua aer fieret, tantus esset quantus nunc est, nec amplius nec minus: hæc autem eãdem proportionem seruare oportet, quam vnius particula ad alterius particulam se habet, cum inter se transmutantur, vt apertè explicatur. 1. *Meteo. cap.* 3. Si enim ex vno aquæ pugillo fiunt aeris decem: tãta erit virtus in vno aquæ, quanta in decem aeris, æqualis enim in vtrisque inest portio materiæ.

At dubitatur de igne: videtur enim in parua mole maiorem virtutem habere quam reliqoa elementa. Nam parua flamma aot scintilla multùm materiæ conuertit in soi natoram, debuisset autem oppositum esse, si in rarissima sobstantia minimum insit materiæ, & vbi minimum materiæ, virtutis etiam insit minimum. An corpus calidum & siccum, quod inter elementa numeratur, nõ est quod propriè ignem vocamus? hic enim feruor quidam est & semper in aliena materia *de Gen. an. cap.* 10. Nã aut aer, aut fumus, aut terra esse videtur quod ignitum est. Ob densitatem igitur in huiusmodi corpore plus inest materiæ quàm in ipso elemento perfecto: idcirco illo vrit magis flamma, & hac magis carbo, adhuc verò magis lapis aut ferrum ignitum.

Altera dubitatio circa mixtionis temperamẽtum hoc modo soluitur. Cõsurgit enim semper alius atque alius gradus ob diuersam contrariorum in mixtione proportionem: variatur aotem proportio mutata solum quantitate miscibilium. Nam qui fieri posſit vt dominetur calidum, nisi in mixtione quantitas elementi calidi superet? Manifestius autem id est in iis quæ ea elementis componuntur: cùm enim elementorum qualitates simplices sint, ac sine contrarij admixtione, intensionem ac remisſionem nullam patiuntur, nisi qoatenus in maiori aut minori materiæ quantitate fuerint, quippe quæ secundum se indiuisibiles existãt & non quantæ. tanta igitur est caliditas, quanta est materia simpliciter calida. sic & frigiditas & humiditas ac siccitas se habent: qoarom mensuræ in mixtione diuersos intensionis ac remisſionis gradus pariunt. Idem verò contingit & in iis quæ ex mixtis componuntur: differt enim solum quod in his non summæ qualitates siue simplices componuntur, sed refractæ, ideo latent magis miscibiliũ virtutes, qoia dupliciter variantur, pro quantitate scilicet eorundem, ac pro graduum diuersitate. Plus enim calefacit secundus gradus quàm primus, & maior eiusdem quantitas quàm minor: vterque tamen excessus secondum materiæ qoantitatem mensuratur. Altior enim gradus ob excessum simplicis prædominantis agit magis, mixti autem maior quantitas quamuis non vltra gradum proprium agat, tamen alterum in sui naturam trahit magis quãtum superat in quaotitate mutatur enim proportio simplicium sic compositis mixtis in alterum mixtum, & semper fit latitudinis terminus quæ ad simplicem qualitatem prædominantem vergit secundum excessus quantitatem. Quod igitur idem temperamenti gradus sit in parua quantitate mixti ac magna conceditur: eadem enim seruatur miscibiliũ proportio in qualibet mixti particula non tamen ob id sequitur eandem esse virtutem in parua & magna quantitate: non enim eadem est nisi proportione.

Ad tertiam dubitationem colligitur solutio ex 6. *Phys. tex.* 32. Cùm enim omne quod mutatur diuisibile sit, contingit partes aliqoas in altero extremorum esse, reliqoas in altero: sic enim diuisibiles fiunt qualitates, cùm per se indiuisibiles existant. 6. *Phy. tex.* 39. Patet autem magis in contradictione, cùm enim eius non sit medium, quod tamen mutatur secundùm contradictionem quodãmodo in neutro est, scilicet secundùm totũ: sed secundùm partes diuersas in vtrisque. 6. *Phys. tex.* 83. Eandem igitur materiam fieri magis & minus calidam non contingit secũdùm diuisionem caliditatis, sed materiæ: cùm enim plurimæ eios partes calidæ fuerint, calidior erit: cùm paociores, minus calida. Sunt autem modò pauciores modò plures partes calidæ admixtione contrarię frigiditatis similiter secundùm plures aut pauciores partes: vt nonquàm pars aliqua materiæ aliquo coottariorum destituatur.

Sed iis quæ dicta soot, videntur obstare verba Aristotelis. 4. *Physi. text.* 84. vbi inquit, *Vt enim ex frigido fit calidum & ex calido frigidum eadem materia, quia erat potentia: sic & ex calido magis calidum nullo facto in materia calido, quod calidum non esset, quando minus erat calidum.* Et paulò mox: *Non enim ex eo quia intermittitur, ipsum minus aut magis est: neque est accipere flammæ magnitudinem aliquam, in qua & albedo & caliditas non insit.* Significat igitur, vbi remissa est caliditas, omnes partes materiæ calidas esse, non quasdam: vt prior ratio ostendebat. Amplius, in alteratione quæ fit tota simul, quomodo pars eius quod alteratur in vno erit, & pars in altero terminorum? sopponuntur enim omnes partes simul in termino esse: nam aliàs non totom simul, sed pars prius in extremo esset. Quod si omnes partes simul alterentur, necesse est aot per se diuisibilem esse ipsam speciem, aut mutationem huiusmodi in non tempore fieri: cùm eoim oeque ea parte mobilis diuisio fiat mutationis, cùm noo prius voa quã altera mutetur: oeque ex parte speciei, quę secundum se indiuisibilis est, nullo modo prius & posterius erit in huiosmodi mutatione. At omnem mutationem & motum diuisibilẽ esse in infinitum demonstrauit Aristoteles 6. *Phy. tex.* 55. nam quod mutatum est omne, mutabatur prius, & quod mutatur, prius mutatom est, idque in infinitum. Si igitur huiusmodi diuisio non contingit secundum partes mobilis, necesse est secundum partes speciei contingere. Præterea videtur destrui mixtio: si enim contrariorum vnum quidem aliqoas partes afficiat, alterum verò reliquas: cõpositio erit ex seroatis vtrisque loco distinctis, mixtio autem nequaqoam, oportet enim mixtum similare esse, & vnamquamque eius partem eiusdem naturæ cum toto. Hæ igitur dubitationes contingunt.

In vtranque verò partem angustiæ videntur esse. Si enim admittamus in eadem parte materiæ vtraque contrarietatis extrema conuenire, in eodẽ simul erunt contraria: aot si id non repugnat in quibusdam, vt in iis quę apta nata sunt vnum fieri in medio, quia recipiunt magis & minus, diuisionem ipsius qualitatis admittemus non ratione materiæ: intensionis enim & remisſionis gradus latitudinem mediam contrarietatis diuidunt: quæ latitudo si in huiusmodi contrarietate per se fuerit, diuisibilis per se erit qualitas, quod expressè negat Aristoteles. Si ratione materiæ, vt subiecti pars in hoc sit, pars in altero, non fiet vnum similare ipsum mixtũ: neque dabitur mutatio tota simul. Dicimus igitur in omni motu ac mutatione diuidi speciẽ ad diuisionẽ mobilis: hoc enim diuisio reliqua omnia diuisionem suscipiunt, & motus, & tempus, & spacium, & tandẽ species, quanuis hæc per accidens, reliqua autem per se, vt explicauit Aristoteles. 6. *Physi. tex.* 39.

Cùm autem corpus non vnica diuisione sit diuisibile, sed tribus, (tres enim continẽt dimensiones) non est necesse in vnoque motu secundum omnes diuisionẽ fieri,

sed sufficit secundum quasdam. Verbi gratia, in illuminatione quæ fit in aëre aduentante Sole, successiua quidem fit mutatio tenebrarum, diuisione facta secundum radiorum longitudinem, qua semper alius atque alius est in aëre luminis ac tenebrarum contactus, sed secundum alias dimensiones nulla fit diuisio, cùm totus simul aër secundum huiusmodi dimensiones alteretur: non enim prius illuminatur quod propinquum est Soli, quàm quod magis distat. In sono autem è conuerso accidit: successiuè enim communicatur prius in propinquum, posterius in remotum. sed circumquaque totus simul aer percutitur secundum circulum prius minorem, postea maiorem, & sic deinceps. In coagulatione lactis videtur secundum omnem dimensionem totum simul pati: sed motus quidam est partium à circumferentia ad centrũ, in vnum coeuntibus terrenis partibus. In cæteris quoque mutationibus idem reperire licet: successio enim secundum aliquam dimensionem in omnibus reperitur, alias nulla esset per se mutatio. dico autem per se mutari, non quia aliquid aliud mutetur: quædam enim sunt & & non sunt sine mutatione, vt tactus & quæcumque insequuntur mutationis alicuius terminos.

Ad instantias igitur sic dicendum. Nam cùm aliquid fit magis calidum, nulla quidem est pars materiæ, quæ non esset priùs calida, non tamen omnes dimensiones caliditas obtinebat: neque repugnat secundum aliquas dimensiones caliditatem non inesse, quamuis omnes partes sint calidæ: non enim dimensiones partes sunt corporis: & diuisione secundum vnicam dimensionem omnes corporis partes comprehenduntur. Patet autem id in elementorum alterationibus. Nam feruente in cacabo aqua super ignem, vasis fundus tangitur sine noxa: non enim in omnem dimensionem caliditas peruasit, quandiu aqua est, sed ad superficiem superiorem vergit magis. Hoc idem in causa est, cur vas plumbeum, quandiu aquam capit, liquescit nunquam, igne quocunque stimulante: defenditur enim ab aquæ frigiditate, quæ in eius profundo est, quamuis ferueat in superficie. item si plumbum liquatum in aquam vel feruẽtissimam proiiciatur, congelascit citiùs, quàm si in aëre licet frigidissimo contineatur: est enim aeris natura calida, aquæ autem frigida: quamuis alterationes oppositas patiantur: non enim eæ secundum omnes dimensiones fiũt.

At verò instabit quis, si elementorum materiam simplices qualitates absque contrarij admixtione perficiũt, non viderentur in eadem materia intendi posse, cùm nullus sit defectus. At videmus aquam amplius frigefieri posse adeo vt congelascat. Si igitur ante coagulationem remissa erat frigiditas alicuius caliditatis admixtione, post coagulationem esset magis aqua, quia simplicior inest frigiditas: at id nequaquam verum, periit enim aquæ humiditas. Dicimus in omni aqua aliquid inesse caliditatis. Nam concedit Aristoteles eius coagulationem fieri educto vniuerso calido quod inerat: nihilo tamen minus simplex est frigiditas: hæc enim secundum habitum inest, caliditas autem secundum affectionem. Idcirco innata frigiditas non aufertur aqua permanente, affectiones autem facile mouentur. At in mixtis vtraque contraria secundum habitum insunt materia perficientia: nec tamen contraria simul eidem insunt. Innata enim frigiditas in aqua materiam perficiẽs secundum omnes dimensiones, tanquam Entelechia est, id est actus primus, non tanquam Energia. Aduentitia igitur caliditate prohibetur quidem vsque ad aliquid actus secundus frigiditatis, sed remanet potentia quæ in actu primo asseruatur. Esset autem absurdum si eodem simul inessent contraria, vt ambo actu, sed alterum actu, alterum potentia non est absurdum.

Quod autem prohibeatur humiditas per actum secundum frigiditatis, accidit propter densationem à frigiditate factam, non tamen humiditatis innatæ potentia tollitur. Illud autem recta ratione contingit. Cùm enim binæ qualitates elementa constituant, vna tamen vnius ponitur ab Aristotele. *2. de Gen. & cor. tex. 23.* Idcirco vne existente in actu secundo, desinit altera: dum enim in aqua humiditas in actu existit, deficit actu frigiditas: hac autem præsente, cessat humiditas actu: magis autem aqua per frigiditatem est quàm per humiditatem, quia facilius in actum frigiditatis tendit quàm humiditatis. Contrà aer humiditatem difficilius deperdit, quam caliditatem: & de cæteris eodem modo Hæc igitur non obstãt, quin ambæ qualitates in singulis elementis in summo sint: intelligendum est enim de actu primo, & secundum habitum, non de actu secundo & iis que secundum passionem dicuntur.

Eadem quoque ratione soluitur instantia de iis quæ tota simul mutantur: satis enim est secundum aliquam dimensionem totum simul mutari, secundum omnes autem fieri nequit, posset enim id quod iners est moueri. Nam ob eam causam ostendit Aristoteles *6. Phy. tex. 8.* pũctum moueri non posse, quia prius per minus mouetur omne quàm per maius: mobili mensurante. Idem igitur contingeret, si diuisibile quidem esset mobile, sed vt indiuisibile acciperetur, cùm totum simul in quouis terminorum esset: non enim esset prius & posterius: & tandem in non tempore esset motus. aut tempus componeretur ex indiuisibilibus.

Ad instantiam verò de mixtione dicimus, Compositionem quidem esse eorum quæ tangunt & separatim permanent: at non sic miscibilia sunt in mixto: vnũquodque enim in alterum agit, donec ex tangentibus continua fiant. continua autem esse nequeunt contrariis qualitatibus affecta. Sed hoc modo quædam partes materiæ calidæ dicuntur, & quædam frigidæ: quia (verbi gratia) caliditas, quæ in elemento calido erat, in mixtione extenditur secundum totam mixti quantitatẽ sed non tanta est vt secundum omnem dimentionem afficiat: sic enim in sui naturam totum transmutasset. Similiter autem & frigiditas alterius elementi in alterius elementi materiam extenditur, vt totum mixtum afficiat, non tamen compleat vndiquaque: sed ab vtraque qualitate tota materia secundum omnem dimentionem perficiatur coniunctim, vt ante quam miscerentur diuisim fiebat. Vbique enim qualitas tanta est quanta est materia. si superaret qualitas, daretur aliqua qualitas per se quanta, qua superaret materiæ quantitatem. Si materia superaret, aliqua eius pars daretur sine forma. Cùm ergo alterius elementi qualitas replere nequeat totam materiam, necesse est ab alterius elementi qualitate cõpleri quantum deficiebat. Quæcunque igitur contraria hoc præstare possunt, intentionem ac remissionem patiuntur & eorum sunt media: quæ verò minimè, vt par & impar, rectum & curuum, & tandem carentia medio, pati hæc nequeunt. Idcirco elementorum principia oportuit ex iis contrariis esse, quæ magis & minus suscipere possent, non enim fierent ex illis mixta. nisi huiusmodi essent. Hoc autem modo dicenti, non sequitur contraria simul esse in eodem: non enim totam materiam singula contrariorum perficiunt, sed vtraque dimidium. Interim verò quælibet materiæ pars ab vtroque perficitur, quia quælibet corporis particula tres habet dimentiones, quas omnes non implet alterum contrariorum, idcirco suppleri oportet ab altero.

Hinc etiam patet quomodo simplicia sint in mixtis: partim .n. actu sunt, quia alterata tantùm non corrupta: partim verò potentia, quia non integra, ad integritatem nihilominus reuerti apta. non sunt autem integra, quia non perficiunt totam materiam, sed secundum partem, vnde orta est refractio. Plures autem elementorum actua in vnum per mixtionem veniunt, quia eorum contrarietates aptæ natæ sunt eandem materiam secundum partem perficere, vt ex duobus dimidiis vnum fiat integrum, aut secundum aliam quampiam proportionem.

Relinquitur vltima dubitatio circa grauitatem & leuitatem, quarum intentio ac remissio non videtur vbique materiæ quantitatem insequi: quia quælibet terræ particula grauior est quam aqua cuiuscunque magnitudinis. Dicendum est elementa non differre inter se secundum magis & minus sed specie. Species autem grauitatis & leuitatis determinatur locis: comparatio autem cadit inter ea quæ eiusdem speciei sunt. Quæcunque igitur ad medium simpliciter feruntur, vt simpliciter gra-

ret graoia, alia aliis grauiora ſunt propter materię quantitatem, vt plumbum lapide, quia in plumbo ineſt plus materiæ grauis, quàm in lapide eiuſdem molis: denſius enim eſt. Aut diuerſarum etiam ſpecierum fieri poteſt comparatio, vt aquæ & terræ, ſed vbi vtraq; grauia ſunt, vt in aere: nam ſimiliter verum eſt grauius eſſe id, cui plus materiæ ineſt. Omnem igitur intenſionem ac remiſsionem ex materia ortum ducere manifeſtum eſt, ſiue in ſimplicibus ſiue in mixtis: ſed in ſimplicibus pro magnitudine & paruitate ſolùm, quam auctionem extenſiuam vocant: in mixtis autem propter admixtionem contrarij plus vel minus, quam intenſiuam appellant.

QVAEST. III.

Materiam mixtorum eſſe terram & aquam tantùm.

CVM primarum qualitatum paſsiuę materiam tribuant, actiuæ autem perfectionem: mixtorum quoque materia fuerit humidum & ſiccum agentia autem calidum & frigidum. 4. *Meteo. cap.* 10. Cùm autem mixtum homogeneum debeat eſſe, non omne humidum nec omne ſiccum aptum eſt ad mixtiones. Calida enim elementa, aer & ignis, inepta ſunt. Nam cum eorum perfectio ſit caliditas, non patiuntur niſi à frigido, à contrario enim vnumquodque mutatur. At frigidum congregat quæ diuerſorum ſunt generum non in vnam naturam 2. *de Gen. & cor. tex.* 8. Pręterea cum generatio mixti tendat ad perfectionem, contrariorum autem quod habitum repræſentat perfectius ſit quam oppoſitum, caliditas effectiua erit mixtionis: frigiditas autẽ corruptionis potius aut perfectionis ſecundum accidens. 4. *Meteo. cap.* 5. Oportet igitur materiam mixtorum frigidam eſſe, frigiditas enim priuationem ſignificat: huiuſmodi autem ſunt terra & aqua. Idcirco humidum propriè eſt aquæ, ſiccum terræ, ea quibus omnia mixta conſtare neceſſe eſt. Neque humidum aeris cum ſicco terræ, aut humidũ aquæ cum ſicco ignis materia mixtionis eſſe poteſt, quoniã naturæ ſunt nimis inter ſe diſtantes nullum habentes ſymbolum. Præterea ſeparata ſunt locis.

Quid igitur iſta coniungere in vnum poſsit? Propter eandem rationem nec ſiccum ignis cum ſicco terræ: humidum autem aeris cum humido aquæ coniungi potuit, vt ex vtraque ſiccitate & vtraque humiditate mixta fierent. Nam præterquàm quòd maximè diſtant locis, non conueniunt quoque ſiccitates inuicẽ: ſiccitas enim terræ craſsiſsima & denſiſsima eſt, ignis autem rariſsima & tenuiſsima. Nec humiditas aeris conuenit cum humiditate aquæ, quamuis propinquioris ſint naturæ: quod patet in olei & aquæ compoſitione, nunquam enim miſcentur, ſed ſemper oleum ad ſuperficiem aquæ fertur, vt etiam aer. Præterea eur plures ſiccitates & plures humiditates quæramus ad mixtionem, cum omnium humidorum eadem ſit natura & omnium ſiccorum? vna igitur humiditas & vna ſiccitas ſatis eſt ad facilem corporis terminationem & termini retentionem.

Conueniunt autem humidum aeris cum ſicco ignis propter ſymbolam qualitatem quæ caliditas eſt: & humidum aquæ cum ſicco terræ propter frigiditatẽ vtriuſque idcirco propenſionem habent ad eundem locum. Aqua enim & terra ad medium, aer & ignis ad extremũ tendunt: & coniunguntur igitur facilè aqua cum terra, & aer cum igne. Indicat hoc ſiccorum corporum veluti calcis aut lintei bibula natura, humorem enim trahunt, quia conueniunt cum eo magis quàm cum aere. Similiter ignis in aere ſolùm ardet non in aqua. Mixtio tamen ex aere & igne perfici nequit, quia frigiditas mixtionẽ non perficit: caliditas autem cum ſit illis propria agere non poteſt: oportet enim agens in vnoquoque ſeparatũ eſſe & tangere. 8. *Phy. tex.* 30.

At verò neque ob id omnia elementa venire in mixtionem oportet, vt agentia & patientia ſint ſimul. vt ſcilicet calida agant in frigida & è contra. Sic enim nõ magis caliditas perficeret, quam frigiditas: imo frigiditas magis in iis in quibus terra & aqua dominãtur, quę plurima ſunt. Præterea caliditas elementorum, vt quæ in igne reperitur non eſt generatiua. Solùm enim ea quæ à Sole habetur, aut quæcunque illi proportione reſpondet, vt quæ in animalibus & in ſemine continetur, corporea compoſita poteſt conſtituere. 2. *de Gen. an cap* 3. huiuſmodi enim calor nec ignis eſt nec ab igne ortum ducit: nam per ignem nihil videtur conſtitui neque in humidis neque in ſiccis. Non igitur ob hãc cauſam miſceri oportuit elementa calida cum frigidis, vt per eorum actionem fieret mixtorum conſtitutio. Relinquitur ergò ſolam aquam & terram materiam eſſe mixtorum, agentia autem ſolis caliditatem vt perficiẽtem, frigiditatem verò vt corrumpentem. Manifeſtè autem hæc aperuit Ariſtoteles 4. *Meteo. cap.* 8. & 10.

Sed huic ſententiæ videtur obſtare quod ſcribit. 2. *de Gen. & cor. tex.* 49. vbi probat omnia mixta, quæcunque circa medium locum ſunt, compoſita eſſe ea omnibus ſimplicibus, ea ratione, quia vbi in mixtione recipitur vnum ea contrariis neceſſe eſt & alterum recipi. generationes enim ex contrariis fiunt. terræ autem contrarius eſt ignis, & aquæ aer, vt contingit ſubſtantiã contrariam eſſe ſubſtantiæ. Cùm ergo in omni mixto terra & aqua recipiantur, neceſſe eſt & aerem & ignem recipi. Et 2. *de Part. an. cap.* 1. teſtatur humiditatem & ſiccitatẽ, & caliditatem & frigiditatem materiam eſſe corporum compoſitorum. Caliditas ergo & frigiditas non ſolùm vt agentia requiruntur, ſed etiam vt materia mixtorum. Si igitur hæc vera ſunt, & ſuperiores rationes concludunt, vtriſque ſentẽtiis ab Ariſtotele prolatis, quæ fuerit ratio ſoluendi?

Quidam putant dictum eſſe 4. *Meteo. cap.* 8. ex terra & aqua fieri omnia mixta, quia in mixtione dominantur, non quia ſola recipiantur. At falſum eſt in omni mixtione dominari grauia: ſi enim hoc eſſet, nulla mixta in aqua aſcenderent. Sit enim aliquid quod in aqua ſupernatet, non minus igitur poſſunt elemẽta leuia quàm grauia in mixtione, motus enim eſt ſecundum ſimplex prædominans. 1. *cæ. tex.* 7. At multa videmus hoc modo ſe habere, vt oleum: multum enim aeris habent non in poris vt lignum & ſpongia, ſed in mixtione: argumento quod non euaporat, quia aeris eſt. 4. *Meteo cap.* 7. & paulò infra: *Quæcunque ab igne incraſſantur non euaporantia, hæc quidem terræ, hæc vero communia aquæ & aeris: mel quidem terræ, oleum autem aeris & aquæ.* Et, *lib. de long. & bren. cap.* 5. *Pinguia non putreſcere, quia aeris ſunt: aer autem reſpectu aliorum ignis eſt, qui non putreſcit.* Ex quibus patet non in omnibus mixtis prædominari aquam & terram: multa enim ſunt in quibus aer & ignis dominatur, vt quæcunque facile in ignem tranſeunt.

Dicendum eſt igitur, optimè poſitum eſſe terram & aquam materiam eſſe mixtorum, quoniam hæc ſola recipiuntur. Idcirco animalia in terra & aqua ſolum fieri teſtatur Ariſtoteles. 4. *Meteo. cap.* 4. in aere enim & in igne nõ ſunt, quia corporum materia hæc, ſcilicet terra & aqua. Sed cùm omnis mixtio & perfectio à caliditate ſolis aut huiuſmodi fiat: neceſſe eſt ea terra quidẽ ignẽ fieri, ex aqua autem aerem, ſi frigidum quod in ipſis eſt vertatur in calidum. Vbi igitur hæc mutatio ex toto facta eſt, non mixtio eſt, ſed aeris & ignis generatio: ſi autem ſecundum partem, neceſſe eſt fieri: medium autem omne naturam extremorum retinet: vt medij colores quodammodo ex albo & nigro componuntur, quia rationes vtriuſque participant lumen ſcilicet atque opacum. Mixta igitur cùm ſint media inter calidum & frigidum humidum & ſiccum, naturam omnium elementorum participare oportet, quamuis materia ab initio ea aqua & terra ſolùm aſſumpta fuerit. Hoc autem ſignificauit ratio Ariſtotelis. 2. *de gen. & cor text.* 49.

Ideo componi ex omnibus ſimplicibus mixta, quia generatio ex contrariis eſt, ſcilicet in contraria aut media. 1. *Phy. text.* 44. media autem ex contrariis componuntur. Et quod alibi dicitur caliditatem & frigiditatem materiam eſſe mixtorum corporum, hoc ſignificat: extrema enim materia ſunt medij ſecũdum rationem, non

vt subiectum, nam vnum contrarium non est materia alterius contrarij. 1. *Phy. text.* 51. ergo nec medij, medium enim vt contrarium est alteri extremo. Nec sequitur idem esse agens & patiens: caliditas enim & frigiditas medium componens species est ab agente facta in materia, non efficiens mixtionis, sed quod efficitur. Sic autem frigiditas in mixtionem venit, quatenus caliditatis terminus quidam est secundum magis & minus: omne enim magis & minus est, quia plus aut minus contrarij inest. 5. *Phys. text.* 19. Nec tollitur definitio mixtionis tradita. 1. *de gen. & cor. tex.* 90. Vnio enim miscibilium alteratorum est in medio, etiam si calida elementa non egeant in frigida, neque frigida in calida. Terra enim & aqua sola alterata sunt actu: ignis autem & aer potestate solùm. Medium autè omnia elementa continet alterata.

Qvæstio IIII.

Mixta ex æquali omnium elementorum virtute dari.

Cvm inter duo extrema multa sint media secundum diuersam extremorum proportionem, inter mixta dari necesse est aliqua in quibus sit æqualitas vtriusque contrarietatis, scilicet calidi & frigidi, humidi & sicci. Cùm enim omnis mutatio fiat de contrario in cõtrarium, & de vno extremo ad alterum fieri non potest transitus nisi per media, vbi contraria fuot mediata. 10. *Metaph. tex.* 22. Necesse igitur est aliquando ad æqualitatem peruenire. Item ex natura proportionum: ex dimidio enim non potest fieri duplum existente motu continuo, nisi prius fiat æquale. Existentibus igitur contrariis secundum proportionem inæqualem compositis non possunt transire ad oppositam inæqualitatem, nisi prius fiant æqualia. Datur ergo mixtio æqualis. Non solùm autè in transitu dari eam necesse est, sed & secundum permanentiã. Si enim in cæteris proportionibus reperiuntur, multò magis in ea quæ principalissima est. Proportio autem æqualis prima est: præcedit enim æqualitas inæqualitatem. Indicant hoc colores: medij enim tres præcipui ex compositione luminis & opaci gignuntur à natura, qui in Arcu cælesti spectantur secundum numeros proportionatissimos compositi. 3. *Meteo. cap.* 4. Nam si medius color, qui viridis est, non haberet proportionem æqualem non impari numero medij proportionatissimi reperirētur, sed pariter enim proportiones citra æqualitatem dantur quod vltra.

Si igitur in coloribus mixtio æqualis datur, cur non & in cæteris contrarijs? Maximè autem est rationi consonum, vt perfectissimum inter cætera mixta illud sit, quod proportione æqualissima constat: vt in sonis Diapason maximè enim hoc vnisonum est ex graui & acuto extremis virisque æqualiter compositum: cætera autem omnes proportiones inæquales sunt. Testatur autem Aristoteles hominem inter cætera animalia temperatissimũ esse: nam tactum habet exquisitissimum. 2. *de An. text.* 94 Tactus autem medium quoddam est, quo iudicantur extrema tangibilium. 2. *de An. text.* 118. Propter hoc & prudentissimus animalium est: solus enim habet intellectum, qui temperamentum huiusmodi sequitur. 2. *de gen. an. cap.* 4. Rectè autem ratione fit vt solus homo præstet omnibus. Æqualis enim temperies vna est, inæquales autem multæ. Si igitur inæqualis fuisset homini temperies, non fuisset homo optimus tactilium qualitatum iudex: contingeret enim idem ac si obliquo non recto diiudicare & obliqua & recta vellemus. quemadmodum autem solùm rectum iudex est sui & obliqui, sic æquale sui & inæqualis.

Sed in oppositum afferunt Aristotelis verba, 10. *Metaph. text.* 53. & 2. *de Gen. & cor. text.* 48. vbi inquit, *Media magis & minus de extremis participare quasi æqualiter participare non possint.* Et 1 *de Gen. & cor. text.* 89. vbi inquit, *Quando autem potentiis adæquantur quodammodo, tunc transmutatur vtrunque in dominans ex sua ipsius natura.* Dominari ergo in mixtione aliquid oportet. Et 1. *ca tex.* 7. motum mixtorũ esse secundum prędominãs, quasi nullo existente dominante simplici, non fore motum vllum in mixto neque sursum neque deorsum. Si igitur omnia corpora naturalia quæ hic sunt, mouentur aut sursum aut deorsum, necesse videtur in omni mixtione prædominari aut graue aut leue. Afferunt etiam huiusmodi rationem. Cum omne agens dominari oporteat ei quod patitur, contrariorum autem vnum in alterum agat in mixtione: siquidem vtraque æqualia essent, agere non possent inuicem, neutrum enim dominaretur, nec igitur misceri. Colligunt autem hanc rationem ex 4. *Meteo. cap.* 3. vbi probatur, quæ excedunt in frigiditate aut caliditate non putrescere, quia caliditas ambientis minor est quàm vt vincat: oportet enim ipsum mouens vincere, alioqui nullam permutationem facere. Si igitur æqualis potentia vincere nequit, miscibilia æqualia mixtionem non perficient. Huiusmodi sunt rationes quę summos philosophos persuaserũt, vt mixtionè in natura dari ex æquali elementorum virtute negarent: non animaduertentes interim tolli perfectissima naturæ opera.

Non autem difficile est ex iis quæ alibi demonstrauimus rationes istas soluere. Nã quod scribitur 10. *Metaph. tex.* 53. non in eam sententiam rēdit, in quam torquentur verba eius: cùm inquit, *Vtroque enim & magis & minus erit.* Nam significauit vnumquodq; medium cõparatum cũ extremis, vtroq; magis & minus dici, quod & ex æquali temperamento verum est. hoc enim calidum quidè magis est quàm quæ accedunt ad frigidum: minus autem quàm quæ ad calidum propius accedunt. Quod patet ex iis quę paulò mox subiungit, cùm inquit, *Id enim quod vtroque minus, altero magis est, compositum ex illis quodammodo est.* significat enim vnumquodque medium calidũ dici & frigidum, sed magis aut minus quàm ipsa extrema: extrema enim maximè talia dicuntur, minimè autem de oppositis participant: igitur media vtroque magis aut minus dicentur talia: vt viride magis habet de albedine quàm nigrum, minus autem quàm album: & de nigredine minus habet quàm ipsum simpliciter nigrum, magis autem quàm ipsum simpliciter album: de cæteris quoque mediis eadem ratio. Confirmat hanc sententiã, quod scribitur 5. *Phy. text.* 19. cùm inquit, *In minus enim cum fit, in contrarium dicetur mutari: in magis autem cum ex contrario in ipsum.* A summa enim caliditate in minorem tendere, est in frigiditatem tendere, à minori autem ad maiorem est ex frigiditate ad caliditatem mutari. Patet igitur quo pacto media magis & minus dicantur, & propter quid componantur ex contrariis.

Locus autem qui citatur 2. *de Gen. & cor. tex.* 48, vbi inquit, *Quatenus vero est magis potentia calidum quàm frigidum, vel è contra: secundum hanc rationem dupliciter erit potentia calidum quàm frigidum, aut tripliciter, aut secundum alium talem modum, &c.* Quasi vnumquodque medium de vno extremo magis quàm de altero participare debeat. Non bene hoc modo latinè redditur: non enim dictio ἢ ψυχρὸν vertenda est, quàm frigidum, sed, vel frigidum. vt eius sententia in hunc modum habeat, Quatenus potentia calidum aut frigidum est magis, aut oppositum id est minus: secundum hanc rationem duplum est potentia calidum aut frigidum: aut triplum, aut secundum alium huiusmodi modum: id est, Cùm possit esse magis aut minus calidum aut frigidum, secundum proportionem aliquam vt duplam aut triplam, aut aliam huiusmodi, excessum & defectum esse oportet. Comparatio igitur est nõ inter calidum & frigidum, sed inter excessum ac defectum caliditatis aut frigiditatis. Nam alio modo verba nec inter se neque cum superioribus cohęrent.

Quod autè scribitur 1. *de Gen. & cor. tex* 89. tantùm abest vt affirmet eorum propositum, vt potius oppositum confirmet. Vult enim æquari quodammodo oportere virtutes miscibilium: ne altero superante fiat alterius generatio, vt accidit in augmentatione: adæquatis autem conuerti inquit vtrunque in dominans. Si igitur per dominans intellexisset alterum ex miscibilibus, non vtrunque, sed alterum in id conuersum esset, idcirco

cleco sibi ipsi repugnasset. Vult igitur vtrumque dominari vsque ad aliquid: nam vsque ad medium vtrumque miscibilium dominatur, cum eousque agant. Dixit autẽ quodammodo æquari oportere, non vt excluderet æqualem omnino mixtionem, sed vt ab ea ratione non excluderet eam quæ modice ab æqualitate recedit.

Ad illud verò quod scribitur *1. ræ. tex. 7.* motum mixtorum à prædominante fieri: abunde satisfacit, quod scribitur *4. ræ. tex. 29.* Non omnia vbique grauitatem habere aut leuitatem: media enim alicubi grauia sunt, alicubi leuia, vt aer & aqua. Idem patiuntur & mixta propter primorum compositionem. Lignum enim vnius talenti in aere grauius est plumbo vnius minæ: in aqua autem leuius. Ex his igitur facilè colligi potest solutio dubitationis. Si enim ponatur mixtum æquale in aere, dominabitur graue. duo enim grauia terra & aqua opponuntur vni leui, scilicet igni: aer autem in sua regione aut nullum afferet momentum grauitatis, aut leuitatis, aut non tantum quãtum pr ebet aqua extra suam regionem, deorsum igitur feretur. Quod si idem ponatur in aqua, leuitas prædominabitur: duo enim elementa leuia extra propriam regionem plus possunt, quàm duo æqualia opposita in propria regione. nam aqua in sua regione nullum afferet momentum, sed sola terra sua grauitate obsistet duobus leuibus: feretur igitur sursum vsque ad superficiem aquæ, hucusque enim propensionem habet: cum hic locus omnino sit medius inter simpliciter sursum & deorsum.

Sed dubitatur, Scribit enim Aristoteles, *4. ræ. tex. 30.* Si aliquid plus habet aeris quàm terræ & aquæ, hunc eundem locum quærere: in aqua enim leuius erit, in aëre autem grauius: ad eũdem ergo locum feretur æquale & inæquale. Respondemus eius loci differentias esse. Nam cùm omne corpus dimensionem habet secundum profundum, non potest simul in superficie aëris esse & aquæ: nullum enim ioret ea quæ tangunt, cadit corpus medium: sed necesse est corpus aut in aqua esse, aut in aëre, aut eius partem in aëre, alteram in aqua, vt aëris & aquæ contactus corpus diuidat hoc modo. in quibus igitur prædominatur leue, sed non adeò vt superemineat aeri: in aëre quiescet vbi aquam contingit. Si autem prædominetur grauitas, non tamen adeò vt aquę subterferatur. stabit in aqua vbi tangit aërem. Quod si fuerit æqualis grauitas & leuitas, pars eius erit in aqua, pars in aere magis & minus, vt ab exacta æqualitate recedit: quod enim exactè fuerit æquale, eius dimidium in aqua erit, dimidium in aere. Exemplum leuioris est oleum & follis, & suber: grauioris lignum: æqualis vas semiplenum, in quo aer tantus sit, quanta est ipsius grauitas, vt patet in nauibus semionustis: tanta enim virtus requiritur ad ipsam extollendam in aerem, quanta ad mergendam intra aquam.

Non oportet autem propter hæc dubitare de hominis temperamẽto æquali, cùm in aqua homines graues sint: non enim quælibet pars organici corporis temperamentum idem habet: os enim terræ est magis ideo graue, similiter cartilago neruus: temperiem autem hanc Aristoteles in principe animalis parte statuere videtur, cùm ibidem ponat tactus instrumentum: & intellectum affirmet cordis temperamentum insequi. Quanquam medicis in cute potius temperies æqualis inesse videatur: putantibus cutim esse tactus instrementum. Sed de his aliàs commodius agetur. Non igitur tollitur motus, qui à dominante simplici fit in mixtis posita mixtione æquali: in loco enim proprio nullum prędominatur, cùm sit exactè medius: extra illum autem modò graue modò leue est, quia simplicia hæc patiuntur.

Relinquitur vltima dubitatio, quæ cùm supponat omne agens dominari ei quod patitur, infert inter æqualia nullam dari actionem, ideo neque mixtionem. Primùm igitur non est omnino verum: omne agens dominari ei quod patitur. Cùm enim duplex sit quod patitur, & materia & oppositum: considerato quidem opposito non semper verum est agentis virtutem oppositi virtutem superare. Nam cùm omne agens participans eandem materiam in agendo repatiatur, *1. de Gen. & cor. tex. 53.* idem eodem esset maius & minus. Quatenus enim repatitur, vincitur, quatenus agit, superat & dominatur. Non igitur eo modo intelligendum est actionem esse ipsius dominantis: non enim id quod patitur reageret. Considerata autem materia quæ patitur, cùm hæc patiatur tantùm, non agat: meritò agens omne dominari materiæ dicetur, idq; aut simpliciter aut secundum partem, scilicet quatenus totam aut eius partem perficit. Idcirco in mixtione non alterum, sed vtrumque miscibilium dominari vsque ad aliquid oportet: totam enim materiam non alterum contrariorum, sed vtrumque secundũ vtriusque mensuram perficit.

Præterea cùm omnis contrarietas sit excessus quidam ac defectus, quodcunque agit excedere oportet, quod autem patitur, deficere. verbi gratia, quod simpliciter est calidum, omnia alia calefacit, excedit enim omnem caliditatem: calefit autem à nullo, quia à nullo exceditur: minor enim caliditas in maiorem agere nequit, neque æqualis in æqualem, quia non excedit. Similiter & frigiditas summa se habet ad reliquas frigiditates. Positis igitur contrariis æqualibus non ob id tollitur actio inter se: tam enim calidum caliditate superat ipsum frigidum, quàm hoc frigiditate ipsum calidum. Ex quibus manifestum est, quamuis omne agens dominetur ei quod patitur, non tamen sequi inter æqualia contraria non dari actionem: omnia enim contraria se inuicem expellere apta nata sunt: & vtraque respectu alterius, excessus cuiusdam & defectus rationem habent.

Quod autem scribitur. *4. Metto. cap. 1.* id quod feruet aut calidum est non putrescere, quia aeris caliditas minor est ea quæ in re est, ideo non superat, neque mutationem vllam facit: & in frigore minus putrescere corpora ob eandem causam, quia modica est in ambiente caliditas, adeo vt superare innatam caliditatem nequeat. Hæc omnia sententiam quam diximus astruunt. Caliditas enim minor in maiorem agere nequit. At quod ibidẽ scribitur: Quod coagulatum est non putrescere, quia magis est frigidum quàm aër calidus, & ob id non superari: videtur iis quæ dicta sunt obstare. Nisi enim oppositum superet, non videtur posse agere. Ostendimus tamen etiam id quod minoris est virtutis agere in oppositum quanquam potentius, vt in reactione est manifestum.

Sed animaduertendum est, Cùm actio inter contraria duobus modis contingat, vno modo cum alterius victoria, scilicet cùm vnum in alterum conuertitur: alio modo cùm ambo ad aliquod medium veniunt. Illo quidem modo non contingit fieri mutationem, nisi alterum superet. Hoc autem est quod dixit, id quod concretum est non putrescere: caliditas enim ambientis non est tanta quæ frigiditatem concretionis in sui naturam conuertat: permanente autem frigiditate non fit putredo, quia innata caliditas sub illa frigiditate coercetur, nec sinitur ab ambiente educi. Neque sufficit aliquam fieri ab ambiente alterationem. nisi enim succedat victoria non succedit putredo. At in mixtis non oportet contraria adeò disparia esse, vt vnum ab altero superetur ex toto: sed quodammodo æquari oportet, vt non alterum eorum fiat, sed medium aut exactum, vbi omnino æquales fuerint miscibilium virtutes, aut non multum recedens ad alterum contrariorum secundum mensuram exuperantiæ. Quoniam autem contraria alia actu sunt, alia autem potestate: etiam temperamenta ex iis ortа easdem differentias sortiuntur. Patet igitur non omnia temperamenta naturalia ad tactum iudicanda esse. Cùm enim mixtio secundum formas elementorum fiat: hæ autem potestates quædam sint non energiæ, vt ostensum est alibi, tactui minus parere possunt; cùm tactus non nisi ea quæ actu sunt sentiat.

Quemadmodum igitur in aqua feruente caliditatem extraneam tactu sentimus, frigiditatem autem innatam & per se inexistentem nequaquam, sed tamen ex aliis operationibus iudicamus, vt coagulatione plumbi, & cita refrigeratione, & aliis huiusmodi, quæ à frigiditate fieri *4. Metro* abundè explicatur. Sic temperamenta quæ ex

virtutibus elementorum constant, quandiu potestate fuerint, iudicare oportet. Huiusmodi sunt præcipuè externæ nostri corporis partes: redduntur enim actu calidæ tum à caliditate cordis, tum ab ea quæ in ambiente est. Cordis autem solius energia est, est enim primum viuens, per ipsum autem reliqua viuunt ipsi adnata, vt in libello de commoni animalium motu traditur. Quatenus autem actu est, tactu iudicari potest. Patitur tamen & ipsum alienas caliditates & frigiditates, vt in morbis contingit. Ideo tunc caliditas propria & innata potentia est, non actu, quatenus operationes ipsius aliquæ impediuntur ab extranea qoalitate. Sed hæc non sunt præsentis negotij. Quomodo igitur ęquale temperamētum detur actu & potestate, & quomodo interim ab extrinsecis qualitatibus alteratum non tollatur, explicatū est.

Qvæst. V.

Mixta vt mixta sunt non moueri nec simplici motu nec mixto.

On possunt mixta motu simplici mooeri, quia simplex motus est simplicis corporis: & simplicis corporis simplex motus. 1. *cæ. tex.* 8. Si ergo mixta, quatenus mixta sunt, motu simplici mouerentur, non esset vnus motus vnius corporis secundum natiram. Præterea si mixta deorsum moueantur sedundum naturam, terræ hic motus inerit præter naturam: aut eadem erit natura simplicis corporis & mixtorum. vnus enim motur ab vna natura prouenit. At verò neque motu mixto moueri contingit. Cùm enim mixtum similium sit partium, compositionem motus suscipere nequit: quatenus mixtum est. Nam secundum eandem lineam in oppositum idem moueri impossibile est. oporteret autem, cùm omnia mixta componantur ex graoi & leui, quotom motus est ad opposi a loca. Si autem mixti hoc quidem sursum, hoc verò deorsum ferretur, dissolutio esset mixtionis noo compositio motuum.

Omnino autem non posse componi motum sursum cum motu deorsum, vt simul in eodem corpore sint, patet. Nam omnis motus mixtus secundum diametrum fit componentium, vt in Mechanicis ostenditur. Diameter autem inter duas lineas secantes se inuicem cadit, vt si dum quippiam feratur deorsum, simul moueatur ad latus: motus enim resultat ab vtraque linea discedens; adeo vt diametrum constituat: quemadmodum videre licet in pluuię descensu impellente interim vento ad latera: & in lapidis proiectione, simul enim grauitas lapidem paulatim inclinat à linea recta secundum quam proiectus est. At contrarijs motibus super vnam lineam existentibus, diameter constitui nequit; ergo neque compositio motuum. Præterea contrarijs motibus idem simul moueri impossibile est. 8. *Physi tex.* 62. vt simul calefieri & frigefieri, esset enim simul idem calidum & non calidum secundum idem: ergo neque simul idem moueri sursum & deorsum potest. Ex quibus patet motus non contrarios componi posse, contrarios autem nequaquam.

At instabit quis: mixtionem ex contrarijs fieri. 2. *de Gen. & cor. tex.* 48. Si ergo motus miscentur, contrarios esse oportet. Amplius misceri videntur motus secondum naturam & præter naturam, vt si quis lapidem deorsum trudat, simul enim ab extrinseco impellente & à grauitate mouetur 3. *cæ tex.* 28. est autem contrarius motus naturalis violento. Respondemus, motus vere misceri non posse: non enim quodcunque simul est in eodem, mixtum propriè dicitur, vt album cum musico. Nam forma mixti vna est ratio ex contrarijs constans, illa autem vnum tantùm subiecto sunt, ratione diuersa. Fieri autem vnum ratione non possunt nisi contraria quæ magis & minus dici possunt, hæc enim sola medium habent in quo vnum fiunt extrema. At motus quatenus motus sunt, non suscipiunt magis & minus: licet enim illa in quibus motus sunt, magis & minus dicantur, vt calidum & calidius; calefactio tamen non magis & minus dicitur, sed magna & parua, vt cætera quanta. At non miscentur quantá secundum quod quanta, sed secundum contrarietatem. Ob hoc enim neque mixtio neque augmentatio secundum materiam fiunt, oporteret enim aut diuidi corpus omniquaqoe, vt vnaquæque pars esset iuxta vnamquamque miscibilium, aut in eodem plura esse corpora & quantitates: quæ impossibilia sunt.

Præterea mixti ratio terminus est motus: alterati enim oportet & inuicem agere & pati miscibilia, antequam vnum fiant. At motus non est alterius mutationis terminus: non enim mutatio mutationis est neque motus. 5. *Phy. tex.* 10. Motus ergo propriè misceri nequeunt. Comprobat hoc quod scribit Aristoteles. 1. *cæ. tex.* 7. vbi inquit, *necesse est motus esse hos quidem simplices, hos autem mixtos quodammodo:* addita enim est vocula *quodammodo*, quoniam verè misceri motus non possunt. Quoniam autem impossibile est contraria actu simul eidem inesse, ob id motus contrarij in eodem compont nequeunt. Quod autem aliquando in eodem simul sint motus violentus & naturalis, contingit, quoniam non omnis motus naturalis opponitur omni violento, vnum enim vni contrarium, vt si sursum fuerit secundum naturam, deorsum præter naturam erit contrariè oppositum. Motus autem deorsum à grauitate non opponitur eidem à proiiciente aut ab alia potentia facto. idcirco simul esse possunt: oppositum enim impulsioois est, eius remotio. hæ autem simul non sunt.

Alio quoque modo contrarij motus componi videntur: vt vnus secundum accidens sit, alter per se, vt accidit Planetis, qui simul motu proprio in ortum feruntur, motu autem continentis in occasum: per se autem vtroque motu moueri impossibile esset. Similiter quies & motus aliquando componuntur, vt si pila sursum proiecta lapidi descendenti occurrat: videtur enim quibusdam ob id quietem non intercedere inter duos motus contrarios scilicet inter pilæ ascensum & eiusdem descensum, quia lapis continuè deorsum mouetur, nequaqoam in pilæ occursu quiescens. At quies per se est pilæ quādiu lapidem tangit: per accidens autē tunc mouetur scilicet ad motum lapidis. Componi ergo contraria hoc modo possunt. per se autem eidem inesse impossibile est. Non fit autem mixtio eo modo compositis contrarijs: vtraque enim miscibilia per se insunt in mixto virtute, non alterom tantum, 1. *de gen. & cor. tex.* 84. Mixta ergo ex graui & leui quatenus mixta sunt, moueri motu mixto nequeunt.

Sed aduersus hæc facere videntor verba Aristotelis 1. *cæ. tex.* 7. cùm inquit, *motus simplices esse corporum simplicium, mixtos autem compositorum.* Si enim omnia corpora composita ex quatuor elementis constaot, quorum alia grauia, alia leuia, motus mixtus si non in his fuerit, in nullis erit: ex circulari enim corpore & recto non componuntur vlla, cùm cælum inalterabile & incorruptibile supponatur: nam hoc modo nihil obstaret cōponi motus cùm rectus non contrarius sit circulari. Apparet autem huiusmodi compositio motus in igne, simul enim sursum feruntur eius particulæ, & circulariter ad motū cæli mouentur. Præterea si graue & leue dicuntur magis & minus, mixtio erit ex vtriusque: dici autem magis & minos patet. 4 *cæ. tex* 3. Eorum enim quæ grauitatem habent dicimus aliud quidem leuius, aliud verò grauius esse, vt ligno æs. Quod si potentiæ motiuæ mixtionem patiuntur, ergo & motus earum misceri necessarium videtur.

Amplius, si omnia corpora naturalia mobilia sunt secuodum locom 1. *cæ. tex.* 5. (mixta autem, vt mixta sunt, naturalia sunt corpora) aliquem motum assignare illis oportet, quo secundum eorum oaturā moueantur. Aut ergè simplici motu moueri dicendum est, aut mixto. Rationabilius autem videtur, vt mixto moueantur si simplex motus simplicis est corporis, mixtus autem mixtorum. Animaduertendum igitur est primùm quidem, non conuenire motum mixtum secundum naturam nisi compositis, simplicia enim simplici motu mouentur secundum eo-

dum eorum naturam. Non tamen omnibus compositis datum esse motum compositum secundum naturam: sola enim organica eáque non omnia, sed animalia gradientia hunc motum habent. Plantis enim nullus alius motus datus est quàm augmentationis alterationisque, nec animalibus omnibus: mansiua enim quædam sunt more plantarum, quibus solùm est sensus tactus, ideo nulla eorum organa ad motum data sunt. Motiuum igitur secundum locum iis inest solùm, quibus cæteri sensus dati sunt, 3. *de an. tex.* 64. His autem omnibus instrumenta quoque sunt tributa ad motum perficiendum, vt pedes, alæ, aut alia huiusmodi, de quibus in libello de gressu animalium agitur. Quæcunque igitur similium sunt partium, vt mixta omnia, motu mixto moueri nequeunt secundum naturam: organa enim non habent.

Propter hoc autem maximo artificio Aristoteles 1. *cæ. tex.* 7. motum mixtum nō corporum mixtorum esse dixit, sed compositorum: propriè enim compositio dicitur eorum quæ dissimilium sunt partium 1. *de Gen. & cor. tex.* 86. Deinde illud quoque est manifestum omnia corpora tum simplicia, tum mixta, tum organica, motu simplici moueri, simplicia quidem secundum propriam eorum naturam, reliqua autem secundum naturam simplicis prædominantis. Videmus enim omnia grauitatem habere aut leuitatem, secundum quas virtutes motus fit vel à medio vel ad medium, secundum rectum. 1. *cæ. tex.* 5. Quod si quid videatur motu mixto moueri, vt auium pennæ, quæ in aere descendentes simul vertiginem quandam patiuntur: calamo semper deorsum spectante: non est putandum secundum naturam mixtionis elementorum hæc pati. quamuis enim pars eius grauior deorsum spectet, leuior sursum: non tamen motus aliquis sursum fit, sed omnes siue in toto, siue separatim deorsum feruntur dispari tamen velocitate, quæ in causa est vt pars grauior deorsum spectet: motus autem vertiginis contingit propter partium dissimilitudinem & figuram. Cùm enim aer ex earum motu non similem plagam recipiat, dissimiliter resistit, vnde motus dissimilis oritur.

Patet etiam ex verbis Aristotelis simplicem esse motum qui in mixtis est ratione prædominantis, 1. *cæ. tex.* 8. vbi inquit, *simplicem motum esse simplicis corporis, etenim si compositi sit, secundum prædominans erit.* Supponit igitur simplicem motum etiam esse compositi, at non ratione compositionis, sed ratione simplicis prædominantis: vnde infert dari corpus simplex quod circulari motu moueatur secundum suam ipsius naturam, non quemadmodum compositum secundum naturam simplicis in eo prædominantis: non valeret autem hæc illatio, nisi motus secundum prædominans simplex esset. Præterea motus mixtus qui secundum naturam inest compositis, vt animalibus, non est secundum elementum prædominans, vt patet 8 *Phy. tex* 17. motus enim animalis progressiuus secundum naturam ipsi inest: corpus autem contingit & natura & præter naturam moueri. refert enim & quali motu moueatur, & ex quali elemento constet. Si igitur motus progressiuus esset secundum elementum prædominans, non contingeret præter naturam esse. Iccirco quod scribitur 1. *cæ. tex.* 7. motus mixtos esse compositorum, moueri autem secundum prædominans: non accipiendum est in eam sententiam, vt motus mixti sint secundum prædominans sed omnia composita præter motum mixtum in quibus is datur, moueri etiam motu secundum prædominans qui simplex est. omnia enim motu simplici mouentur, non omnia mixto.

Ex quibus facilè soluere possumus ea quæ dubitata sunt. Nam ad primam dubitationem concedimus motum mixtum conuenire corporibus compositis ex quatuor elementis, non tamen fatemur propter compositionem ex graui & leui huiusmodi motum inesse: si enim mixtus ob hanc rationem esset, misceri oportuisset motum sursum cum motu deorsum, non autem rectum cum circulari, aut plures circulares. Moueri autem motu circulari partes animalis patet, omnis enim motus in ipsis est secundum membrorum articulos, quibus tanquam centris, iisque immobilibus vtitur natura: ex multis autem huiusmodi motibus in diuersis articulis non secundum integros circulos, sed circulorum partes, totius animalis motus resultat. vt in libello de communi animalium motu ostenditur. Non igitur huiusmodi motus animalibus inest, quia insit corpus simplex aptum natum circulari motu moueri: neque rectus aliquis si forte inest, quia elementum adsit graue & leue: mouentur enim non propter huiusmodi principia, sed tractu & impulsu. 3. *de an tex.* 55.

Ad alteram dubitationem, concedimus similiter grauitatem & leuitatem intendi & remitti, vt calidum & frigidum, & eodem modo ad medium aliquod venire, non tamen operationes earum mixtæ dicuntur, fiunt enim omnes à prædominante. Calefactio enim ex primo gradu caliditatis non est mixta frigefactioni. Nam in frigidum non agit quatenus aliquid in eo gradu frigiditatis continetur, sed solùm quatenus calidum. actio enim omnis est inter contraria. In ampliorem autem caliditatem non agit vt calidum, sed vt frigidum, sic enim opponitur. Eodem modo mixtum ex graui & leui, operatur alicubi quidem vt graue, alicubi verò vt leue: simul autem vt graue & leue impossibile est: non enim vbique eadem dominantur. Supponatur enim leue dominari in aqua vsque ad superficiem eius, supra hanc superficiem dominabitur graue. Et in calido & frigido supponatur gradus primus caliditatis temperamentum superare in caliditate per vnam partem, aget in ipsum vt calidum: superetur autem ab eodem in frigiditate per alteram partem, temperatum in illud aget vt frigidum, donec assimilatio fuerit facta, vltra quem terminum non aget amplius quia non superat. Ex mixtione igitur calidi & frigidi, & grauis & leuis, non mixti motus oriuntur, sed motuum termini accedentes aut recedentes ab extremis secundum potentiam prædominantis. Quoddam enim graue est vsque ad fundum aquæ nō vlterius, vt vtinatum hypostasis quoddam vsque ad aeris superficiem superiorem leue, vt exhalationes quædam. Alia vsque ad aeris & aquæ contactum, aut supra aut infra aut medio modo (vt alibi est ostensum) hic quidem grauia, ibi verò leuia existunt.

Sed amplius dubitatur, Cùm omne medium componatur ex extremis, virtutes extremorum in mixto inerunt. 1. *de Gen. & cor. tex.* 84. ergo & operationes vtriusque. vnumquodque igitur mixtum ex calido & frigido simul calefaciet & frigefaciet, & mixtum ex graui & leui mouebitur sursum & deorsum. An in mediis virtus extremorum inest, vt modo vni modo alteri comparantur? agunt enim semper ratione alterius extremi, simul autem in aliquod idem ratione vtriusque agere impossibile est, non enim medium vtrisque extremis simul opponitur, actio autem omnis est inter contraria & eo modo quo contraria sunt. At vero non videbitur esse differentia mediorum, si semper ratione vnius agunt non ratione vtriusque miscibilium. An differentia spectatur ex diuersa proportione oppositarum qualitatum intentionem ac remissionem facientium? Cùm igitur actio vbiq; dominantis sit qualitatis, opposita erit ad certum numerum actionis terminatio.

Verbi gratia, summus caliditatis gradus in summo calefacere poterit: nulla enim est admixta frigiditas quæ eius actionē terminet. Inferior gradus calefaciet minus ea quibus opponitur vt calidum, idque secundum rationem admixtæ frigiditatis: opponitur autem vt calidum omnibus iis quæ illo minus calida sunt: calidioribus autem vt frigidum, idcirco calidiora frigefaciet secundum mensuram superantis frigiditatis. Idem dicendū de graui & leui. Nam vbi dominatur graue, motus quidem fit deorsum, leuitas autem admixta grauitatem terminat ad certum locum, vltra quem agit vt leue. Quomodo igitur grauius & leuius propter mixtionem contrarij dicantur explicatū est: nam alio modo grauius & leuius dicitur pro magnitudine & paruitate, maior enim terra grauior est quàm parua, idcirco velocius deorsum tēdit: & de igne similiter & mixtis omnibus sed secundū hunc modum non variatur terminus motus, ad eundem enim locum fertur maior & minor terræ gleba, & maior

& minor ignis: & quo fertur vna gutta olei fertur omne oleum: sic plumbum & cætera mixta ad propria loca: sed tantùm velocitas & tarditas motus vatiantur, vt etiam in rempetamentis accidit.

Ad vltimam dubitationē, per quam ostendirur mixtis vt mixta sunt motum aliquem assignati oportere, cùm sint & ipsa corpota quædam naturalia: dicimus esse quidem necessatium omnibus cotpotibus naturalibus motum inesse secundū naturam, non tamen est oecesse assignati secūdum quascūq; prædicationes. Vnius enim vna est causa prima & immediata: sufficit igitui mixta moueri secundum natutam simplicis prædominantis, qui motus simplex est, non autem secundum quod lignum, aut plombum, aur lapis, aut aliud quid talc mixtum. Causa enim motos in omnibus vna est: ratio tamen mixtionis non vna. Ar verò secundum formam mixti nulla videbitur esse operatio, si neque motus localis, neque alteratio ab illa fiunt, sed à simplici dominante sempet: generatio enim & augmentatio & oppositę murariones sine alteratione non fiunt, alterationes autem omnes ad primas qualitates elcmenrotum refetuntur. Dicendū est secundum formam mixti certum habeti numetum ac meosuram tum alterationis tum motus: quæcunque autem mensuram huiusmodi & rerminum insequuntur, cum propria sint vniuscuiusque mixtionis, meritū ipsi fotmæ mixti & toti substantiæ tribuuntur.

Hinc igitut mirandi quidam rerum consensus ac dissensus ortum ducont, quorum causæ minus manifestæ sunt, quia certus vniuscuiusque mixtionis numerus ac numeri efficacia minus compertа est: vt in proposita materia mirum videatur ouum in aqua simplici fundum petere: multo autem sale in eadem iniecto ad superficiē emergere ac supernatare, grauior enim tūc ob salis mixtionem aqua facta est, ideo io ea ouum leue est. Eodem modo se habet lignum in aqua & oleu: in aqua enim leue est, in oleo autem graue, cùm in eo quidem subterferatur, in aqua autem supernatet. Mitum etiam videatur in Argenro viuo supernatare grauissima quæque, vt lapides, ferrum & teliqua metalla excepto auro, quod solùm mergitur. Superat enim argenti viui grauitas reliquorum grauitatem, quæ in eo leuia sunt: sic se habet liquati plumbi humiditas ad æris & argenti grauitatem, innataot enim hæc olei modo.

Sed circa hæc dubitabit quis, Si terra est simpliciter grauis & omnibus substar, quæ terræ magis sunt vt lapides non debuissent Argento viuo & cæteris metallis liquaris supernatare, quæ aquea magis sunt? An terrea in coagulatione includūt semper multum aeris? cùm enim à calido fiat eorum coagulatio, ad naturam exhalationis accedunt magis, quæ leuitatem præstat. Metalla autem quanquam exhalationem multam contineant, tameo quia à frigore coagulata sunt, & multum addēsata humore non aere poros replente, grauiora suot reddita: ob eandem rationem & inter metalla, quæ plus terræ adepta sunt, vt ferrum & æs, leuiora sunt quàm plumbum & aurum, in quibus plus inest humiditatis. Sed quo pacto mixtorum motus secundum prædominās simplex fiat, à forma autem mixti certus habeatur actionis & passionis terminus, dictum est. Vera igitur est proposita sententia mixtis, quatenus mixta sunt, noo datum esse motum neque simplicem oeque mixtum.

Qvæstio VI.

In generatione & Corruptione simplici non transmutari omnia quæ in materia sunt.


OLLIGITVR hæc sententia ex.1.*Phy.text.* 76. vbi inquit, *si ex equo canis fiat, per accidens animal ex animali fieri, est enim iam hoc.* Cùm ergo idem vtrique insit rei scilicet genitæ & ei ex quo generatur primò, oon oportet illud traosmutari: nam si transmutaretur, transmutatio esset per se ex ente quatenus ens est, quod est impossibile. Esse autem in omni geoeratioone aliquid idem vtrique inexistens, patet: opottet enim in omni transmutatione præexistere aliquid quod non transmutatur: nam si omnia transmutarentur, aot in infinitum procederent generationes. 7. *Metaph. text.* 26. quo modo ad finem nunquam alicuius generatio perueniret: aut tandem ex non ente simpliciter aliquid per se fieret, quod similiter fieri nequit. 1. *Physic.text.* 75. Quoniam autem hæc ratio materiam præexistere ostendit, quæ non fit: hæc autem duplex est, vna omnium communis, ex qua omnia fiunt: altera vniuscuiusque propria: (8.*Metaph. tex.*11.) Primam omnium materiam manifestum est iogenitam & incorruptibilem esse, 1.*Physi.text.*82. reliquas autem fieri quidem & corrumpi quatenus earum est materia, vt reliquorum generabilium: permanere autem quatenus & ipsæ materiæ quædam sunt. non enim simul fit statua & æs, si æs materia est statuæ: neque simul corrumpuntur: in materiam enim reuertuntur, vt lutea statua in lutum, & Callias in carnem & ossa. 7. *Metaph.text.*34. Bene igitur dictum est, si canis ex equo fiat, non generari animal, quoniam præexistit. Licet autem non detur in his transmutatio, ad rationem refert nihil, modum enim quærimus non subiectum.

Patet autem quod dicitur in generatione animalium, cùm enim vegetatiuum veluti materia sit sensitiui, sensitiuum autem per quod animal est, ipsius rationalis, & reliquarum differentiarum: oportet prius vegetatiuum fieri quàm animal, & animal prius quàm hominem aut reliqua animalia. 2. *de gene. an. cap.* 3. vbi loquit, *Sensualem etiam qua animal est, tempore procedente recipi, & rationalem qua homo, certum est: non enim simul & animal fit & homo: nec animal & equus:* &c. Cùm igitur homo per se fiat aut equus, præexistere animal oporter & non fieri. In corruptione autem corruptio priori necesse est reliqoa interire, vt corrupto vegetatiuo simul animal & equus corrumpuntur, non enim separantur à vegetatiuo vt vegetatiuum ab illis. Si quid autem per se corrumpatur, non quia aliquid aliud corrumpatur, permanere enim materiam oportet: vt corrupto vegetatioo, caro & ossa relinqui oportet, si hæc eius materia sunt.

Prætetea inductione patet in omni transmutatione permanere aliquid quod non transmutatur, quanuis & ipsum sit transmutabile. Cùm enim triplex sit compositio corporum naturalium 2. *de Part.an. cap.*1. prima elementorum quæ ex prima materia & primis contrarietatibus tangibilibus fit: secunda similarium corporum, ex elementorum mixtione: tertia dissimilarium ex similaribus certo modo dispositis: Patet dissimilaria in similaria resolui, vt pedem in carnes, neruos, ossa, & reliqua huiusmodi: hæc autē in elementa, elementa autem in materiam omnibos commuoem. Quinimò etiam in elemētorum transmurarione non semper vsqoe ad materiam primam fit resolutio: vt quando finitima elementa transmurantur, remaner enim vna communis qualitas quæ non transmutatur, vt humiditas in transmutatione aeris & aquæ io se inuicem. Et in iis quæ opponuntur secundum ambas qualitares, quāois vtræque mutentur, perspicuitas tamen quæ omnibus inest nō semper transmutatur: hæc autem omnia quamuis sępe in transmutatiooe simplici eadem permaneaot, traosmutabilia tamen sunt.

Sed & multa quoque insunt penitus intransmotabilia, vt natura corporis, & quæcunque corpori vt corpus est insunt. Corpus enim simpliciter intransmutabile esse demonstratur 3.*ca.text.*29 & 1.*de gen.& cor. tex.* 27. Si enim corpus per se fieret, oporteret ex aliquo fieri, quod non esset corpus actо, sed potentia: hoc autem modo vacuum separatum daretur. Quod si hoc intransmutabile est, etiam ipsum continuum & reliqua consequētia intransmorabilia sunt. In transmutatiooe igitur primorum corporum hæc remanent, quę minimè transmurantur. In mixtione autem ex elementis ipsa elemeota, si non omoino, saltem aliqua ex parte permaneot incorrupta, vt alibi ostensum est: & similaria

similaria in dissimilatibus, quæ neque fieri est necesse cùm illa fiunt, neque corrumpi, dum illa corrumpuntur.

Sed huic sententiæ videtur obstare quod scribit Aristoteles. 1. *de gene. & cor. text. 23.* vbi ponens differentiam inter alterationem & generationem, inquit, alterationem quidem esse, quando manente subiecto sensibili transmutatur in eius affectionibus. Quando autem totum transmutatur non manente aliquo sensibili, vt subiecto eodem, sed quasi ex semine toto sanguis, & ex aqua aer, aut ex aere toto aqua, generationem hanc esse huius, illius verò corruptionem. Significat igitur videtur in transmutatione secundum substantiam omnia transmutari, nihil autem permanere idem præter materiam primam, quæ secundum se non est sensibilis. Nam alioqui non esset differentia inter generationem & alterationem. Præterea, si generatio mutatio est de non subiecto in subiectum, corruptio autem de subiecto in non subiectum. 5. *Phy. text. 7.* nihil manere oportet in his mutationibus, quod affirmatione monstrari possit idem in vtrisque, subiectum enim dicitur quod affirmatione monstratur. Adhæc si oportet aliquid manere in omni transmutatione, illud aut substantia erit, aut accidens: Siquidem substantia: quod adueniet substantia nō erit, esset enim in subiecto. Si accidens, prior erit generatione accidens quàm substantia. At omnibus modis substantiam priorem esse ipsis accidentibus affirmat Aristoteles. 7. *Metaph. tex. 40.*

Animaduertendum igitur est, vniuscuiusque substantiam, quamuis composita sit ea actu & potestate, tamen vnam esse non secundum accidens, sed per se, 8. *Metaph. tex. 15* actus enim qui perficit, in vnoquoque vnus est, scilicet finis, cuius gratia cætera sunt. 4. *Meteo. cap. vltimo.* Accidens autem & substantia non vnum sunt nisi secundum accidens. 7. *Metaph. tex. 41.* non enim alterū alterius gratia est. Sed ipsa substantia finis est vniuscuiusque: accidentia autem substantiæ superueniunt non tanquam eius perfectiones, sed aut ex necessitate materiæ, aut propter causam efficientem. Quod si accidentium finis esset aliquis, aut ipsa finis rationem haberent, substantiæ essent, vt innuitur 8. *Metaph. text. 12.*

Quibus hoc modo constitutis facilè soluuntur dubitationes. Cùm enim vnum, quatenus vnum, indiuisibile sit, substantiæ autem ratio vna caistat, substantiæ generatio similiter & corruptio nō supponit alteram substantiam actu existentem. esset enim alteratio, nec vnū per se fieret in huiusmodi mutatione. diuideretur enim in duas rationes actu existentes: ex duobus autē in actu nequit vnum per se fieri. 7. *Metaph. text. 49.* Quod ergo dicitur. 1. *de gen. & cor. tex. 23.* Generationem mutationem esse totius in totum nullo sensibili remanente vt subiecto eodem, sic bene dicitur: cùm enim forma & ratio sit ipsum totum 2. *Physi. text. 31.* & tandem quod continet & ipsum perfectum totum sit 5. *Metaph. text. 31.* hoc corrupto non remanet aliquid quod tanquam subiectū dici possit idē existens: licet enim præparationes multæ in materia remaneant, non tamen constituunt subiectum actu, & substantiā, si finem non habeant, cuius gratia sunt, vt alibi est ostensum.

At dubitabit quis si absente fine non est substantia concedit autem remanere materia, & cùm ipsa conditiones multæ, videbitur dari materia separata à substantia. An non sequitur? Si enim vnius generatio est alterius corruptio, & è contra, 1. *de gen. & cor. tex. 20.* non potest materia vnquam fine priuari, vnius enim deptio est alterius acquisitio. In alteratione igitur permanet substantia eadem existens, vt homo cùm mutatur secundum affectiones: in generatione autem nihil est quod hoc modo permaneat: quamuis enim multa sensibilia remaneant, seu tanquam dispositiones pro forma futura, seu pro ea quæ accessit, siue vtroque modo: & accidentia multa dispositiones illas insequentia, non tamē efficiunt subiectum idem. alterum enim est subiectum quod genitum est, ab eo ex cuius corruptione factum est: quia altera substantiæ ratio. Non igitur corpus subiectum est elementorum; nec elementa mixtorum: nec similaria dissimilarium: nec tādem genus subiectum est specierum, vt animal hominis aut cauis, sed omnia hæc materia sunt: sola autem substantia, vt species vltima, & singularia cæteris subiiciuntur, hæc enim sola totius habent rationem.

Quod verò dicitur 5. *Phy. text. 7.* subiectum esse quod affirmatione monstratur, generationem autem mutationem esse de nō subiecto in subiectū, corruptionem verò è contra, quasi nihil permanere oporteat (quod enim permanet concedimus affirmatione monstratur) asserimus hoc dictum esse, quia id quod per se fit, non ex ente fit. 1. *Phy. tex. 76.* ex priuatione enim fieri oportet quę est per se non ens: idcirco subiectum ex nō subiecto fit, vt homo ex non homine: homo affirmatione monstratur, non homo autem & omnino non ens nequit affirmatione monstrari. Quod si neque verum sit simpliciter ex non homine fieri (non enim ex omni non homine fit homo, ex lapide enim non fit, qui tamen est non homo: nec tandem ex eo quod omnino non est, de quo verum est dicere non hominem. 1. *Periherm.* nam nomen infinitum similiter est in quolibet quod est & quod nō est) sed oportet aliquo modo ens esse id ex quo fit, præexistere enim semper aliquid eius quod fit, vt materiam & eius præparationes, superiùs ostensum est: non tamē ex eo per se fit quatenus est, sed quatenus non est. per accidens igitur, tum ex ente vt ens est, tū ea non ente, vt non ens est fit: id est non per se aliquid fit neque ex subiecto quod per se ens est, neq; ex priuatione quæ est per se nō ens: illud quidem quia id quod est non fit: hoc autem, quia id quod non est simpliciter, nequit fieri, cùm præexistere eius quod fit aliquid oporteat. 1. *Phy. tex. 77.*

Quatenus igitur id quod per se fit, ex nō ente fit (nam & si ex ente fiat, nō tamē quatenus ens est, sed quatenus non est) dictum est ex nō subiecto subiectum fieri, quomodo non subiectum nequit affirmatione monstrari. Quatenus verò affirmatione mōstratur id quod præexistet, non per se fit ex eo, quia non quatenus est fit. Hoc igitur modo accipiendum est ea non subiecto subiectum fieri, & è contra. Substantia enim quæ fit subiectum est, cui opposita priuatio negatio est, ideo nequit affirmatione monstrari, quòd in cæteris mutationibus non accidit: contrariorum enim priuationes affirmatione ostenduntur, vt frigidum, nigrum, nudum. 5. *Physi. text. 9.* Idcirco mutatio secundum substantiam in contradictione posita est: motus autem in cōtrariis. dicitur enim omnia contraria de subiecto: substantia autem de nullo.

Ad vltimam dubitationem, cùm quæritur vtrum substantia sit an accidens id quod permanet, concedimus dispositiones materiæ cum ipsa materia substantias esse potentia ante quam finem adepta sint. Quoniam verò interim sub altera forma sunt, siquidē illius quoque partes fuerint, substātiæ actu erunt, vt humiditas tum aquæ tum aeris pars est: calliditas autem in aqua quidem accidens, in acre autē (qoi ex ea gigoitur) substantia. Neque sequitur substantiam in subiecto esse. Forma enim quæ per generationē aduenit, non subiecto aduenit, sed materiæ, id est non quatenus actu est, sed potentia: sic enim vnum per se fiunt. Neque accidentia priora sunt substātia, insunt enim alteri substantiæ actu existenti, ex cuius transmutatione generatur altera.

Ex dictis etiam soluitur illa difficultas, cùm dubitatur vtrū accidentia migrent de vno subiecto in alterum subiectum: videntur enim multa quæ in viuente animali erant, in cadauere inesse, vt figura, cicatrix, & alia huiusmodi. Et motus vnus veluti descensus videtur inesse duobus subiectis mobilibus, si animal ex præcipitio cadente, in itinere moriatur, non enim videtur idem subiectum corrupto animali. motus tamen vnus est, quia continuus, non interpollatus quiete dum moritur. ostenditur tamen 5. *Physi. text. 35.* vnum motum vnius esse mobilis. Quidam negauerunt eandem esse figuram mortui & viuentis, similiter neque cicatricem neque alia vlla eorum quę eadem apparent: necesse enim est hoc modo dicere iis qui in transmutatione substantiæ omnia transmutati putant.

At repognat non soulm sensui, sed & verbis Aristotelis 4. *Meteo.cap.vltimo*, cùm inquit, *Quare quando existunt & quando non, non facile est perspicere, nisi valde deperditum fuerit, & figuræ solæ fueriat reliquæ veluti inueteratorum mortuorum corpora, quæ subito cinis fiunt in sepulchris*, &c. Vult igitur relinqui multa eadem in mortuis, quæ sunt in causa vt non videantur corropta esse, nisi valde fuerint deperdita, vt solæ figuræ telinquaotur. Dicimus igitur ea solum mutati quæ insequuntur formam: vt corrupto leui definit moueti sursum: corrupto oculo, definit videte: qoæ aotem insequuntur materiam, oon est necesse cotrumpi, remanet enim eadem materia, quæ non corrumpitot, vt corropto animali temanet grauitas prædominans in mixtiooe, secundum quam fit motus deorsum. Si igitur animal secundum quod animal deorsum monetetur, eo corrupto non ampliustali motu mouete tut: continuus autem & vnus motus est, quia id quod per se mouetur vnum est, scilicet terreum corpus quod permanet in transmutatione: animal autem & cadauer pet accident mouentur motu grauium: eodem modo & de cæteris est dicendum quæ maietiam insequuntur.

Neque ob id fit migraiio accidentium de subiecto in sobiectum, idem enim est subiectum eotum quæ remanent, quanuis non simpliciter idem sit: cùm ttansmutaiio secundum substantiam fiat, in qua generatut aliquod subiectum non simpliciter sobiectum, neque ex non subiecto simpliciter, sed ex eote, quatenus tamen non est ens.

Sed amplius dubitabit quis, si hæc admittantot, subiectū accidentium non erit acto substantia, sed potentia: materia enim quæ temanet in generatione oon est hoc aliquid secundum se. 1. *Phy.tex*.69. At accidentia omnia iu subiecto sunt quod actu est hoc aliquid. Cæteta nanque de substantia prædicantut, hæc verò de materia. 7. *Metaph.tex*.8. Dicimus accidentia quæcunqne materiam insequuntut, insequi illam nou quatenus potentia est, sed quatenus actu: omnis enim materia vsque ad primam quæ omnino informis est, actum quendam habet priotem potentia, cuius esse alterum est ab eo quod potentia est: vt Æris esse alterum est à potentia quam habet ad statoam: esse autem alterum ipsum subiectum ab eiusdem potentia ostendit Atistotcles 3. *Phy.tex*.10. posse enim valete & posse ægrotare alietum est: nam si idem esset, idem quoque esset valete & ægrotate. Subiectum autem & id quod valet & ægroiat, idem est & vnum.

Quod igitur alibi dicitur, eandem esse potentiam contrariorum, significat subiectum idem esse tanquam genus, cuius esse alterum est à contrarietate: vnum enim uumero est materia cum priuatione. 1. *Phy.tex*.66. Sed altetum est esse Materia igitur quatenus potentia est substautia, subiicitur formæ: quatenus autem subiectum quoddam est actu subiicitur accidentibus. Cùm ergo dicitur accidentia quædam insequi materiam, non accipiendum est, quatenus materia est, sed quatenus subiectum: huiusmodi autem subiectum non ttansmutatut in generatione & corruptione, sed petmanet cum iis quæ illi accidunt.

QVÆST. VII.

Materiam primam corpus esse quatenus corpus.



VÆRI soler de materia prima, vtrum actum aliquem habeat in trāsmutabilem. Cùm enim potestate sit substantia & ens, 1. *Phy. tex*. 69. nullum actum videtur ex se habere. Videntes autem quidem tres dimensiones, quæ iu omnibus sunt corporibus, neque fieri neque corrumpi, quantumcunque ttansmutentut inter se corpora: putauerunt hanc in materia prima formam esse coæternam, pet quam ipsa corpus esset. Alij autem animaduertentes tres dimensiones quantitates esse, corpus autem ipsum substantiam, veriti sunt illas formam corporis constituere: idcirco aliam formam quam corporeitatis vocant, excogitarunt, quæ esset in genere substantiæ: dimensiones autem illi superuenire. Quoniam autem per hæc videbatur prima materia actu substantia esse & quanta: cùm oppositum dicat Aristoteles 7. *Metaph.tex*.8. vbi inquit, *Materiam esse, quæ per se ipsam non est neque quid, neque quantum, neque aliquid aliud quibus ens determinatur*: putauerunt hanc difficultatem declinare, si ponerent corpus & dimensiooes quæ in materia sunt, terminis carere, sic enim fieri, vt eius esse sit tantùm potentia: ioterminatum enim & informe secondum se terminos quoscuoque & formas suscipere est aptum.

Alij aotem in prima materia compositionem aliqoam exeogitari posse negaoerunt, cùm vltimū sit iu quod entia resoluuntur. 1. *Phy. tex*. 82. idcirco neque formam aliquam neque affectionem illi ioesse, cùm per se informis sit & inaffecta. Nullum igitur alium actum materiæ primæ esse putauerunt quàm ipsam potentiam. Potentiam autem hanc tecipiendi formas indeterminatè esse ipsam materiam: determinatam enim potentiam ad hanc vel illam formam corrunpi præsente forma, indeterminationem autem ipsius nequaquam.

Sed & hæc sententia paritur difficultates: omnis enim potentia, siue indeterminatio, siue habilitas, de aliquo subiecto dicuntur, relationem enim habent ad actum, siue terminationem, siue formas: omnis autem relatio subiectū tequirit. magis igitur materia erit ipsum subiectum. Præterea materia pars est compositi, vt æs æneæ statuæ: 3. *Phy.tex*.66. at potentia iu actum transiens non componitur cum actu, vt visus in speciem quæ videtur, & intellectus in id qood intelligitur. nō ergo duæ essent naturæ in compositis, materia scilicet & forma, sed forma tantùm, vt iis cotingit qoæ sine materia sunt.

Quòd si dicatur materiam esse subiectum aliquod, cuius esse sit posse tantùm, idem contingit: ipsum enim posse transit in esse, vt potentia in actum. Materia igitur transiret io formam, non componeretur cum forma: oporter ergo alterum esse ipsum subiectum poteus, & eiusdem potentiam. Quod si alterum, sequestretur ipsa potētia, non enim inest in ratione subiecti. quid subiectum fuerit? aut enim ens aut non ens. Si concedatur non ens, generatio erit ex oihilo, quod impossibile est: & non ens permaneret cum ente, materia enim permanet. Si verò admittatur ens esse, iterum aot actu aut potentia: si potentia, eadem reuertitur quæstio, vtrum scilicet potentiæ subiiciatur aliquid aliud an non. Aut igitur ratio procedet in infioitum, aut primum subiectom actu est si enim potentia, non esset compositio ex materia & forma, sed materia transiret in formam, vt potentia in actum.

In eundem scopulum iocidunt qoi formam corporeitatis ponunt, fatentur enim similiter eam formam indeterminationem quandam esse & flexibilitaté, vt vocant, ad omnes formas: sed amplius in eo peccant, quod huic formæ alterum subiectum seu materiam subiicere est necesse, nou enim forma est abstracta. ante materiam igitur primam altera materia est, de qua eadem quæri possunt, & eadem impossibilia admittunt.

Nos igitur dicimus primam materiam vltimum esse subiectum in quod resoluuntur ttansmutabilia quatenus transmutabilia sunt: neque componi amplius ex actu & potentia, esset enim generabilis. Esse autem partim actu partim potentia: actu quidem quatenus subiectum quoddam est, potentia autem quatenus respicit perfectiones ad quas ordinatum est: earum enim gratia est non per se ipsum. Cùm igitur consideratur potentia, iosotmis & inaffecta est: ideirco neque quid, nec quanta, nec aliquod cæterorum entium, imo neque eorum negationes, vt vult Aristoteles 7. *Metaph.tex*.8. nam & negationes pet accidens sunt. Cùm autem consideratur eius actus, absolutum quiddam est & substantia sui generis, ideo subiectum potius quàm materia. Consideratio enim materiæ potentiam includit non actum: subiecti autem actum non potentiam. Est aotem huiusmodi actus quidam perfectior, quidam imperfectior, vt propinquior aut temotior est à fine. Corpus enim organicū propinqoius est perfectioni quàm similare, & similare quàm Elementa: & hæc quàm vltimum subiectum.

Quod autem ipsius materiæ aliqois actos debeat esse

prior

prior potentia patet *9. Metaph. tex. 14.* vbi ostenditur actũ potentia priorẽ esse generatione & tempore: quia eius quod fit aliquid factũ est, & eius quod aliquo modo mouetur, aliquid motum est: & qui discit, aliquid scientiæ habet. Similiter ergò & quod ad substantiam tendit aliquid substãtiæ habeat necesse est: huiusmodi autem est ipsa materia, non quatenus potentia est, sed quatenus actu. Esse autem primam materiam hoc aliquid & substantiam patet *9. Metaph tex. 12.* vbi prædicationem materiæ in composito obliquam & denominatiuã esse scribit, extra compositum autem primitiuam & rectam vt cæterarum substantiarum: vt arca lignea non lignum, lignum autem terreum non terram. Quod si aliquid est primum quod non secundum aliquid dicitur illius modi, hoc prima materia: vt puta si terra aerea, aer verò non ignis sed igneus, ignis prima materia est tanquam hoc aliquid & substantia. Quemadmodum igitur prædicatio primitiua & recta prior est obliqua & denominatiua, sic actus primæ materiæ prior est eiusdẽ potẽtia. Et paulò mox, prędicationem obliquã indeterminationem significare testatur, idcirco materiæ conuenire & affectionibus quatenus de substãtia prædicantur. ambo etenim indeterminata sunt. Ipsum autem subiectum seu quatenus subiicitur affectionibus, seu speciei & formæ, determinatum quippiam esse oportet: indeterminatio enim accidẽtium ad subiecti terminationem reducitur, quæ substantia est: Materiæ autem ad subiectum formarum, quæ substantia materialis est.

Ex his igitur colligimus, quamcunque materiam seu primam seu postremam indeterminationem habere & potentiam ad substantiam aut reliqua prædicamenta: quædam enim potentia est solum ad vbi, vt cælum: quædam simpliciter ad substantiam, & quę ad illam substantiam sequuntur, vt generabilia & corruptibilia. Sed ante illam indeterminationem actum quendam habere, secundum quem prædicatio recta de ipsa fiat: ideo substantiam esse & hoc aliquid. Non esse autem idem huiusmodi actum & eius potentiam seu indeterminationem: non enim est quemadmodum actus primus, qui idẽ quodammodo est potentia ad actum secundum. Nam hoc modo nũ esset compositio ex materia & forma, sed transitio materiæ in formam: actus enim secundus non componitur neq; cum potentia neque cum actu primo, sed statua ex figura & ære componitur, sic autem & cęteræ substantiæ generabiles & corruptibiles, non enim idem est æris esse & potentia mobile. *3. Phy. tex. 9.* nec idẽ caro & potentia manus: nec aqua & potentia pupillæ, & de reliquis eodem modo.

Sed in posterioribus generatione facile est videre quis actus est materiæ: notum enim est quid caro, quid os, quid neruus: similiter & horũ materia, vt quid aqua, quid terra. Sed quid horum materia, quæ prima est, difficile est videre, indeterminationem enim habet ad omnia opera naturæ: cæteræ autem materię indeterminationem tantùm habent ad quædã. Quis igitur actus & quę perfectio primę materię statuenda sit, hinc consideretur. Cùm autẽ sit manifestum permanere materiam in vnaquaq; trãsmutatione, si quid simpliciter permaneat in omni transmutatione, quod prædicationem habeat rectam non obliquam, dicendum est id esse primam materiam seu primum subiectum & substantiam materialem. Demonstratum autem est ab Aristotele *3. cæ text. 19.* id esse corpus vniuersum: hoc enim ex potentia corpore, actu autem nullam habente magnitudinem fieri nequit: nam vacuum separatum daretur. Significat autem per vniuersum ipsum simpliciter corpus, id est quatenus corpus est: fieri enim potest quoddam corpus ex quodam corpore, vt aer ex aqua, & magnum ex paruo: simpliciter autem corpus impossibile est nisi secundum accidẽs vt ex animali animal: oporteret enim ex nõ corpore fieri.

Præterea ea resolutione compositarum substantiarum patet corpus vltimum esse. *3. Metaph. tex. 17.* vbi inquit, *cætera omnia affectiones esse non substantias: corpus vero solum quod hæc patitur permanet tanquã aliquod ens & aliqua existens substantia.* Quando autem paulò inferius dubitat, corpus nõ videri substãtiam, quia dimensiones, quibus corpus determinatur, vt longitudo, latitudo & profunditas, non videntur esse substantiæ: fugiet (inquit) profectò nos quidnã sit ens, quæve entis substantia est. quasi hæc vltima sint, in quæ fiat resolutio ex parte materiæ. Idẽ significauit. *7. Metaph. text 8.* vbi inquit, *Enimuero ablata longitudine, latitudine, & profunditate, nihil videmus reliquum, nisi si quid est, quod ab eis determinetur, id est corpus.* Amplius, ex natura continui idem colligitur. Si enim forma omnis secundum se indiuisibilis est, ratione autẽ materiæ diuiditur vnumquodque, oportet materiam secundum se diuisibilem esse. At diuisio affectio est magnitudinis & multitudinis *3. Phy. text. 35.* continui autem est diuidi in semper diuisibilia. *6. Physi. text. 7.* necesse est igitur materiam continuum quid esse & magnitudinem: omnia enim physica corpora magnitudinem habent. Et *3. Phy. tex. 65.* inquit, *infinitum esse perfectionis magnitudinis materiam, totum enim non secundum se diuisibile est, sed secundum ipsum quantum cuius affectio per se est infinitu.* Et *1. de Gen. & cor tex. 29.* Neque punctos neque lineas ponendum corporis materiam: illud autem cuius hæc vltima, materia erat, quam neque sine affectione, neque sine forma possibile est esse.

Item, ostensum est alibi corpus supremum quoddam genus esse ipsius substantiæ: suprema autem genera non componuntur ex aliis: neque enim sensibilem neque intelligibilem materiam habent. *8. Metaph. text. 16.* sed aut formæ sunt incompositæ aut materia. Corpus autem formam esse impossibile est, hæc enim indiuisibilis per se est, corporis autem natura per se diuisibilis est: Materia igitur erit. Significauit autem Aristoteles. *1. cæ. text. 95.* ipsum corpus materiam esse, cùm inquit, *Totum cælum, id est ipsum vniuersum, vnum tantùm esse non plura, quia vniuersam materiam comprehendit: esse autem hoc corpus naturale & sensibile.* Et *1. cæ. text. 1.* inquit, *scientiam de natura ferè plurimam versari circa corpora & magnitudines, & horum affectiones & motus, & principia.* per principia enim videtur significare formas ipsas, per corpora autem & magnitudines, materiam siue subiectũ: hoc enim est primum omnium subiectum.

Ex quibus illud etiam patet, eundem esse actum materię tum cæli tum generabilium & corruptibilium: vna enim est ratio corporis. *1. cæ. text. 2.* & similiter ingenitum & incorruptibile est corpus vniuersum. Potentia autem, quæ est ratio materiæ non eandem esse: cæli enim materia potentia est ad vbi tantùm: *8. Metaph. text. 12.* non quidem hoc modo vt potentia sit ad motum, nã & hic similiter æternus est, potentia autem omnis simul contradictionis est. idcirco posset aliquando non moueri cælũ: sed eo modo tantùm potentia, id est vnde & quo, hæc enim mutantur. *9. Metaph. text. 17.*

Verùm, aduersus ea quæ dicta sunt, dubitatur. Primùm enim nõ videtur corpus incompositum quid esse. Nam tres dimensiones, quibus cõstat corpus, subiectum aliquod requirunt: longitudo enim, latitudo & profunditas, & tandem ipsum continuum non simpliciter dicuntur, sed de altero. Si igitur hæc corporis substantiam constituunt, alterum erit corpus & corporis materia. Præterea, si omnis actus & omne esse ab eo pendet quod simpliciter est, & simpliciter actus, qualis est primus. *1. cæ text. 100.* corporis igitur actus ab eodem fluet: non enim corpus prima est substantia neque primum quid. Componi ergo oportet corporis naturam ex actu & potestate, ex actu scilicet, quatenus cum recipit ab altero actu, à quo pendet: ex potestate autem quatenus recipiens omne priuatum est: altera igitur erit corporis materia. Amplius, in ratione corporis est superficie terminari. *3. Physi. tex. 40.* ob id enim probatur infinitum corpus non dari. Si igitur materia corpus esset, non posset alios terminos accipere, nisi destitueretur proprij: at supposuimus materiam principium esse permanens. Vltimò dubitare licet, vt dubitat Aristoteles *3. Metaph tex. 17.* si enim corpus definitur longitudine, latitudine & profunditate, hæc autem non sunt substantiæ, sed quantitates, vt etiam cõfirmatur *7. Metaph. tex. 8.* corpus igitur non erit substantia, ergo neque materia, hæc enim supponitur substantia esse.

Ad primam dubitationem dicimus, nõ esse necessarium tres dimensiones alteri materiæ aduenire: nihil enim aliud est trina dimensio quàm natura corporea: hæc autem est primum subiectum omnium corporum naturalium. Quod autem dimensiones & continuum omne de altero dicuntur, verum est, subiecta enim substantia est sensibilis, vt terra, ignis, cælum: non tamen aliquam materiã perficiunt, sed perficiuntur tantùm: sunt enim primi actus qui corporibus naturalibus insunt, & imperfectissimi. Propter hoc, abstractione separando à corporibus naturalibus, non sunt substantię, vt Mathematici cõsiderant: dispositiones enim materiæ propter finem & substantiã suni, separata autem à substantia non ampliùs habent rationem substantiæ. Non igitur est mirum, fugere ipsam substantiam, cùm resoluimus in vltimas conditiones materiæ, vt notauit Aristoteles, in quem errorem incidebant antiqui, putantes ipsum ens & substantiam esse materiam: ideóque corporum principia putauerunt esse omnium principia. At magis substantia est ipsa forma, huius enim gratia materia est.

Quod autem corpus dicatur componi ex trina dimensione, non ob id compositum quid est ex materia & forma: tres enim dimensiones partes sunt rationis quæ licet inter se ordinẽ habeant vt materia ad formam, (simplicissima enim est longitudo, quæ secũdum vnum diuisibilis est: magis composita quodammodo latitudo diuisibilis existens secundum duo, adhuc magis profunditas diuisibilis secundum tria, quæ est natura corporis) non tamen linea materia est superficiei, neq; superficies corporis: componeretur enim continuum ex indiuisibilibus, nã comparatæ inter se magnitudines termini sunt. Quamuis igitur dimensiones de altero dicantur, non tamen alterum est corpus & corporis materia, nisi materiam appellemus substantiam compositam, in qua sunt conditiones materiales.

Ad alteram dubitationẽ dicimus, dependentiam entium à primo ente non supponere ex necessitate pręexistentem potentiam: sic enim processus esset in infinitum. nam ante illam potentiam alter actus requireretur, in quo fundaretur potentia, si omnis potentia alicuius est: huiusmodi autem actus aut erit independens, quod in natura non cõceditur, multitudo enim principatuum non est bona. 12. *Metaph. text. vltimo.* Aut si & ipse dependeat non supponit alteram præexistentem potentiam, nisi detur processus in infinitum. Primã ergo materiam ab illo actu pendere concedimus qui primus est, ab indiuisibili scilicet diuisibile, & ab vno multitudo: materię nanque diuisio multitudinis est causa: non tamen sequitur materiam componi ex actu & potestate. Idem dicendum de materia cœli, quæ subiicitur motui: licet enim actu sit, non tamen est composita ex actu & potentia aliqua: & tandem nullum sempiternum ex potestate constat: potestas enim omnis cum eadem sit contradictionis, corruptionis est causa. 9. *Metaph. text.* 17.

Ad tertiam dubitationem, quæ supponit in ratione corporis esse terminatum superficie, concedimus verum esse de corpore actu existente separato, vt etiam infert Aristoteles de numero: nullus enim est numerus infinitus actu separatus nec in re nec in intellectu: sic neque corpus infinitum actu. Non tamen in ratione corporis simpliciter inest esse terminatum. Nam 1. *cæ. tex.* 2. dimensiones definiuntur non terminis sed diuisione, aut secundum vnum, aut secundum duo, aut omniquaque. Vt igitur materia non datur separata, sic neque corpus interminatum reperitur separatum. Inesse tamen concedit Aristoteles ipsum infinitum tanquam materiam perfectionis magnitudinis 3. *Phy. text.* 65. Quod enim secundum se non est terminatum, terminatur à specie. Dicimus igitur corpus vt corpus esse substantiam materialem & actu existentem & sensui notam, magnitudo enim est inter sensibilia communia: imo omnium notissimam: simplissima enim est natura de qua Mathematicæ scientiæ omnium euidentissimæ existunt.

Quamuis autem omne corpus terminatum sit, in eius tamen ratione non inesse terminos, ob id enim terminari ab omnibus est aptum: neque tamen concedimus interminationem in ratione illius esse: nã quatenus actu est, nõ est priuatio de illius essentia, neque negatio: sed accidit illi interminatio & non ens, quatenus potentia est non ad terminatum atque interminatum, sed ad hũc & illum terminum: ideirco semper terminatum est, non enim habet potentiam ad interminationem aut infinitum. Ratione igitur interminationis & potentiæ, secundum quam materia dicitur, ignota est, quemadmodum ipsum infinitum, quia non ens non est scibile: ratione autem actus, qui interminationẽ præcedit, notissima est ipsa materia, etiã sine terminis considerata: non enim ob id consideratur interminatio, cum ex ratione auferuntur termini: quemadmodum Mathematici (quanuis sine motu considerant) non tamen immobilitatem contemplantur, essent enim mendaces, cùm nullum sit corpus immobile.

Vltima dubitatio soluitur per ea quæ alibi de substantiarum differentiis statuimus ex Aristotele 8. *Metaph. tex.* 5. Sumuntur enim ex omnibus generibus prædicamentorum. Quantitas igitur cõceditur accidens esse alicui, albedo enim & omnis forma per accidẽs quãta est. Corpus autem est per se quantum & substantia: non tamen vt separata quædam natura, sed in ipsis corporibus naturalibus. At iterum dubitabit quis, si materia est secundum se quanta, non erit priuata specie quantitatis: ponitur tamen materia secundum se neque quid, neque quanta, & reliqua. Respondemus intelligi hoc de quanto, quatenus terminos habet, vt tricubito, quadricubito, & similibus. hæc enim sunt species quanti, ad quas materia in potentia est. Quod autem omne ens negetur ab illa, cùm tamen sit corpus, intelligendum est quatenus fiunt omnia quæ fiunt per se, non ex ente, sed ex non ente. Et si enim ex ente fiant, id est subiecto quodã actu existente, non tamen ex eo vt ens est, sed vt non ens, fiunt: hoc autem est esse materiæ potentia scilicet non actu ens.

QVÆST. VIII.

Generationem omnem esse in tempore.



QVANVIS apertissima sit demõstratio Aristotelis 6. *Phy. tex.* 55. probans omnem mutationem in tempore esse & priuatim *text.* 59. quæ demonstrata suni accommodantur generationi & corruptioni: tamen oppositum opinãtur multi eximij philosophi, asserentes non solùm generationem simplicem, sed etiam alterationes quasdam, vt illuminationem, coagulationem, & alia huiusmodi in instanti fieri. Mouentur autem propter dictum Aristotelis 1. *Physi. text.* 23. vbi transmutationes vocat momentaneas, quasi in momento fiant & in tempore. Videamus igitur prius quo pacto demonstretur ab Aristotele omnem mutationem in tempore esse. Accipit autem, si mutetur aliquid ex A. in B. vt ex non ente in ens: aut ex non homine in hominem: quando mutatum est, non esse amplius in A. sed in B. est enim homo & ens id quod mutatum est. Si igitur in instanti hæc mutatio est, vt nullum cadat tempus medium, aut simul erit in A. & in B. id est in eodẽ instãti erit & non erit: aut cõtigua erunt instantia, quod vniuersaliter de omnibus indiuisibilibus impossibile esse ostensum est. 6. *Phy. tex.* 2. Ex quibus infert, omne quod mutatũ est, mutari prius. & quod mutatur, eius aliquid prius mutatum esse, nec dari primum. diuiditur enim mutatio ad diuisionem temporis in semper diuisibilia, vt in quolibet instanti intermedio sit aliquid mutatum esse, qui finis sit mutationis præcedentis. Hoc autem inducit non solùm in mutatione quæ fit super magnitudinem continuam: sed etiam & in non continuis, vt in contrariis & contradictione: vt in generatione & corruptione. Quod enim factum est, fiebat prius, & quod fit factũ aliqua ex parte est, & ipso corrũpi est corruptũ esse prius, & ipso corrupto prius est ipsum corrumpi, quia omnis magnitudo & omne tempus semper diuisibilia sunt: in tempore autem omnis mutatio fit, & non mutatur nisi magnitudo. 6. *Phy. tex.* 32.

Sed

Sed aduersus hæc magnæ sunt dubitationes. Nam primò conceduntur ab Aristotele, multa fieri tota simul 8.*Phy.tex.*23. vt lapidum scissio, quæ aliquando fit, vbi plantarum quarundam radices creuerint, non enim scissionis partes successiuè fiunt, secundum incrementum innascentium, sed aliquando totum simul distumpitur. Similiter habet lapidis excauatio, quæ à pluuiarum guttis cadentibus tandem oritur, non enim singulis guttis pars excauationis tribuitur, sed aliquando totum simul abscedit. Et in alteratione, inquit. non enim si partibile est in infinitum id quod alteratur, ob id & alteratio, sed simul vniuersa fit sæpe, sicut congelatio. Generationem autem simplicem hoc modo se habere testatus est 1.*Physi.tex.*23. vbi in generatione simplici & alteratione momentanea non esse principium rei testatur, totum enim simul fit. Præterea si contradictionis non est medium: generatio autem mutatio est secundum contradictionem, 5. *Phy. tex.*7. non erit in aliquo tempore generatio, esset enim medium inter esse & non esse. Accipiantur enim termini mutationis ens & non ens, si cadit tempus medium, in eo neque erit neque non erit. Nam si in toto medio tempore verum sit alterum dicere, vt non ens, nulla erit mutatio secundum substantiam, quod enim similiter se habet in aliquo tempore non mutatur, sed quiescit, 6.*Physi.tex.*87. aut igitur aliud tempus succedere oportet in quo fiat eius mutatio, de quo eadem reuertetur quæstio, vtrum scilicet eo tempore sit aut non sit: & sic nunquam ad finem venietur, nisi in tempore intermedio neutra pars contradictionis vera sit: aut si hoc impossibile est, in non tempore erit mutatio. Amplius, cùm formæ sint indiuisibiles tanquam termini, non contingit partim esse in termino à quo & partim in termino ad quem, haberent enim partes. In tempore igitur medio si sunt in eo ex quo, mutatio nulla fit, si in eo ad quod, facta erit mutatio antequam fiat. Non contingit igitur in tempore mutari substantiam, & tandem nullum indiuisibile. In instanti ergo erit horum mutatio.

Quidam putantes has rationes concludere, nituntur Aristotelis demõstrationem aufugere, dicentes omnem generationem fieri secundum præcedentem alterationem, tempus igitur intercedere non ratione mutationis secundùm substantiam, sed secundùm præuiam alterationem, cuius finis introductio est formæ in instanti. Sed tamen eodem modo licet quærere de forma, vtrum in eodem instanti introducatur & introducta sit, an alio. si enim in eodem, simul erit in contradictione, dum enim fit aliquid, non est: est autem cùm factum est. si in alio, aut intercedit tempus, aut instantia se tangẽt. Præterea finis alterationis est affectio manente eadem substantia. 1.*de gen.& cor.tex.*23. non potest ergo simul in fine alterationis esse & generationis: cùm enim alterata est aqua, nondum aer est: oportet igitur generationem succedere, quam in tempore esse demonstratum est.

Respondendum est igitur ad dubitationes: quarum prima non concludit, si aliquid totum simul fiat, in instanti fieri. Manifestant autem hoc verba Aristotelis 1. *Phy.tex* 23, vbi Melissi rationem redarguens, inquit, *Inconueniens est, omnis esse principium rei & non temporis, & generationis non simplicis solum, sed & alterationis, tanquam non momentanea facta mutatione.* Vult enim in generatione simplici & in alteratione momentanea, id est quæ tota simul fit (hoc enim significat verbum ἀθρόας) principium quidem rei non esse, omnes enim partes simul mutantur, scilicet in eodem tempore, non vna prius altera: sed principium esse temporis, omnis enim mutatio in tempore fit. Ideo generationis & alterationis est principiũ, licet plerunque rei non sit principium. Malè igitur Melissus supponebat omne quod factum est habere principium magnitudinis: vnde inferebat, quod non factum est, infinitum esse quia rei non haberet principium. Benè autem supposuisset de principio temporis: omne enim quod factum est, habet principium temporis: & generationis. non tamen ex hoc inferre potuisset, quod non factum est, infinitum esse, sed temporis principium non habere, id est æternum esse. Putabat igitur principium dici tantùm de magnitudine, cùm dicatur etiam de tempore, & generatione simplici & alteratione, & tandem de omni motu & mutatione. Sed hæc nõ sunt præsentis speculationis.

Adhuc verò instabit quis. Si tempus diuiditur ad diuisionem motus, motus autem ad diuisionem magnitudinis quæ mouetur (propter hanc enim omnia alia diuisibilia sunt, & motus, & tempus, & species in qua est motus, 6.*Physi.tex.*39.) magnitudine igitur tota simul alterata, aut alio motu transmutata, indiuisibilia omnia erunt: totum enim simul mutari significat non prius vnam partem quàm alteram: si autem prius & posterius non insunt in magnitudine, nec in motu, nec in tempore inerunt, 4.*Phy.tex.*104. Idcirco probatum est 6.*Phy.tex.*87. id quod impers est mutari non posse: dum enim mutatur, aut erit in termino, à quo, aut in termino ad quem: aut aliquid ipsius in hoc, aliquid in illo. Esse igitur in termino à quo per aliquod tempus, est non mutari: esse autem in termino ad quem, est mutatum esse: partim autem esse in hoc partim in illo, est diuisibile esse. Eadem demonstratio accommodari potest ei quod totum simul mutatur: si enim dum mutatur est in termino à quo & secundum totum & secundum partes, non mutatur. 6.*Phy.tex.*32. Si in termino ad quem, mutatum est. Si aliquid illius in hoc, aliquid autem in illo, non ergo totum simul est in termino ad quẽ, sed prius aliquæ partes. Aut igitur non contingit mutari aliquid totũ simul, aut id erit in non tempore. Non enim erit vnde sumatur prius & posterius in tẽpore, si magnitudinis aliquid non prius in termino fuerit quàm totum.

Responderet quispiam diuisionem motus & temporis in illis esse ratione diuisionis speciei in quam fit motus: vt si calidum magis & minus dicitur, quod mouetur ad hanc speciem, prius inferiorem caliditatis gradum attingit quam superiorem, vt magnitudine prius per dimidium quàm per totum fit transitus: similiter forte dicendum de coagulatione: quamuis enim omnes partes simul coagulentur, non tamen simul perfecta & imperfecta coagulatio facta est. Sed hæc responsio forte satisfaciet in iis quæ dicuntur magis & minus, quorum sunt media. At in contradictione & in iis quorum non sunt media, minimè. vt in scissione lapidis: non enim inter diuisionem & vnitatem, seu vnum & multa cadit medium. Si igitur scissio tota simul fit, non diuidi potest hæc mutatio in partes, neque ratione magnitudinis, vtpote cuius non prius vna pars quàm altera scindatur, neque speciei, quia non patitur intentionem ac remissionem. Præterea si qualitatis diuisio & cuiuscunque speciei per accidens est, scilicet secundum diuisionem magnitudinis. 6.*Physi.tex.* 37. vt alibi explicatum est à nobis de intentione & remissione: ablata igitur diuisione magnitudinis, reliqua omnia indiuisibilia erunt.

Dicendum est igitur, quemadmodum alibi explicauimus, non posse omni ex parte aliquid totum simul mutari: nam sequerentur impossibilia quæ dicta sunt. Cùm enim omnis motus & mutatio successionem quandam habeat necesse est illam secundum partes mobilis fieri siue in iis quæ per se diuisibilia sunt, vt magnitudo, siue in iis quæ secundum accidens: vt qualitates & formæ. Cùm autem non vnica tantùm sit corporis dimensio, sed plures: contingit aliquid secundum quasdam dimensiones totum simul mutari, secundum omnes autem impossibile est: nulla enim esset successio partium: quo autem modo id contingat, abundè explicauimus alio loco. Circa scissionem verò lapidis, quæ omnino sine vlla partium successione videtur tota simul fieri notandum est. Cùm superficiei duæ sint dimẽsiones, longitudo scilicet & latitudo, secundum quas fit scissio, secundum vnam quidem dimensionem contingere totam simul fieri, vt secundum longitudinem, secundum alteram autem nequaquam, sed successiuè. Nam si secundum ambas tota simul fiat, sequetur aut dari vacuum, aut motum quendam esse secundum locum in non tempore. Cùm enim scissionis locus repleri aliquo corpore debeat, simul autem circa medium

& circa extrema ingredi aer ambiens nequeat, cũ aliunde non pateat ingressus quàm ab extremis scissionis, interim circa medium scissionis locum admittetur vacuum : aut aer externus simul erit in extremo scissionis & medio. Si igitur vtrunque impossibile est, impossibile est quoque scissionem simul fieri circa extrema & circa medium Sed prius oportet ab ea parte scindi, vnde ingredi aer potest, vt circa partes exteriores, deinde successionem fieri ad reliquas. At propter velocitatem huius motus, tempus insensibile est. Dicitur autem fieri tota simul, tum scissio, tum lapidis excauatio, tum alteratio : aut quia non diuiditur, secundum quascunq; mobilis partes, aut non secundum mouentis partitionem.

Erat altera dubitatio circa mutationem in contradictione : si enim & ipsa in tempore fiat, videtur admitti medium inter ens & non ens. Dicimus igitur omnem mutationem in contradictione, aliquo modo esse mutationem in contrariis. Patet autem hoc in omni generatione. Nam ex non albo album fieri, est ex nigro aut mediis album fieri : & in generatione simplici inducit Aristoteles. 1. *Phy. tex. 63.* vbi loquit, Fieri quæcunque fiũt simpliciter alia quidem transfiguratione, alia verò appositione: alia subtractione, alia compositione, alia tandem alteratione : quæ omnia circa subiectam aliquam materiam aut motus quidam sunt, aut non sine motu fiunt. hæc enim alteratio est, reliqua autẽ aut per alterationẽ, aut per motũ localẽ consistũt: sunt enim fines, aut vnà cum finibus fiunt: omnis autem motus est inter cõtraria. Colligitur etiam ex 7. *Phy. tex. 15.* vbi figuras, formas, & habitus, & eorum acceptiones remotionesque testatur, non quidem alterationes esse, sed fieri cum quædam alterantur.

At dubitatio illa remanet. Si generationis terminus est substantia, alterationis autem & motus localis, aut augmentationis diminutionisque affectio, vel vbi, vel quantitas certa manente eodem subiecto: finis motus non erit adeptio substantiæ : succedere igitur oportet generationem, quæ non amplius alteratione fiet aut alio motu. An nullum est tempus in quo generatio fit sine motu? Subiectum enim vtriusque numero vnum est ratione duo. Quatenus enim materia est & potentia substantia & non ens actu, subiicitur generationi : quatenus verò actu subiectum est quoddam (ostensum enim est potentiæ vbique actum subiici) subiicitur alterationi & motui. Si igitur fit vt cum fine alterationis simul finis sit generationis, neque tamen generatio alteratio est · generatur enim homo : alteratur sperma seu potius materia spermatis quatenus actu aliquid est, veluti humor aut sanguis: & fit domus, componuntur autem lapides : simul autem perfecta est compositio parietum & tecti, ac domus facta est: & in cęteris eodem modo. Non autem dicitur alterari domus cùm clauditur parietibus, aut tectum imponitur, nec homo alterari cùm accipit finem. 7. *Metaph. tex. 16.*

Fit enim homo ex non homine, alterata substantia quadam materiali, non ipso homine neque non homine : & quod accidit huic materiæ, vt compositio lapidibus domui est substantia, inest enim in eius ratione: & caliditas materiæ quidem sanguinis accidit, sanguini autem nequaquam, nam pars est substantiæ sanguinis. 2. *de par. ani. cap. 3.* Si igitur alteratio materiæ est generatio substantiæ, finis alterationis erit & generationis finis, idem numero existens, sed ratione diuersus. Subiectum enim & materia idem numerò sunt : & alteratio ac generatio : substantia & accidens : & tandem demonstratio & definitio, vt exactius alibi est à nobis explicatum.

Sed antequam ad vlteriora tendamus, soluenda est difficultas circa materiam primam. Si enim subiectum alterationis ponatur : aut & ipsa genita erit, aut generatio non præcedit alterationem. Esse autem ingenitum ipsum primum omnium subiectum ostensum est. 1. *Phys. tex. 82.* Generationem autem alterationem præcedere testatur Aristoteles. 8. *Phy. tex. 57.* Si ergo materia prima esset alterabilis, genita prius esset. Similis est argumentario. 1. *cæ. tex. 21.* Quæ enim alterantur omnia habere videmus augmentationem & diminutionem, hæc autem non sine generatione & corruptione fiunt : ex quibus probat cælum inalterabile esse, quia ingenitum.

Oppositum tamen colligimus. 8. *Phys. tex. 55.* vbi raritatem & densitatem inquit esse principia omnium passionum, vt grauis & leuis, calidi & frigidi, & cæterarum, secundùm quas contrarietates elementorum generationem & corruptionem posuimus. Amplius, raritatem & densitatem congregationem esse ac disgregationem, secundùm quas generatio est & corruptio. Quæ autem congregantur & disgregantur, mutari secundum locũ necesse est. Ex quibus patet non solùm alterationem priorem esse generatione, rarefactio enim & condensatio alterationes sunt, sed etiam motum localem omnium primum esse. Materia igitur prima non solùm generationis erit subiectum, sed & alterationis ac motus localis. Colligitur etiam ex 1. *Meteo. cap. 3.* vbi inquit, *Corpus quod sub circulatione superna continetur, veluti materia quædam existens potentia calida frigida, humida & sicca, fit talis & est à motu & immobilitate.* Si enim corpus huiusmodi prima materia est, congregari & disgregari potest à motu cæli, & calefieri & frigefieri, & cæteras affectiones pati, secundum quas alteratio quidem est materiæ, generatio autem compositarum substantiarum.

Quod igitur dictũ est. 8. *Phy. tex. 57.* & 1. *cæ. tex. 21.* Generationem priorem esse alteratione & augmentatione, hoc modo intelligendum est. Cùm enim duplex sit alterationis subiectum, scilicet materia & composita substantia, vt quando ex aqua aer fit, calefieri dicitur tum aqua, tum aëris materia. Cùm prætcrea non detur materia separata, alteratio quæcunque tribuitur compositæ substantiæ. Cùm ergo omnis substantia composita genita sit, præcedit generatio alterationem in eodem. Propterea igitur cælum inalterabile est, quia ingenitum: accipitur enim alteratio vt competit compositæ substantiæ. At non hoc modo accipitur alteratio quæ perficit substantiam, quæque eadem subiecto est cum generatione : permanet enim eadem substantia in alteratione, nam aqua calefacta, aqua adhuc est : in generatione autem mutatur substantia. Accepta autem alteratione vt competit materiæ id est subiecto quatenus actu substantia quædam est eadem in aqua & aëre, simul alteratio est materiæ permanentis, & generatio substantiæ compositæ. Hoc autem modo alteratio & motus secundum rationem præcedunt generationem substantiæ: quia actus potentiam præcedit. Cùm igitur generationis subiectũ potentia solum sit : alterationis autem & motus actu: hi generationem quodammodo pręcedunt.

Quomodo igitur generatio alteratione fiat, & quomodo eadem subiecto sit alteratio & generatio, ratione autem diuersa, explicatum est. Ex quibus illud inferre licet, mutationem in contradictione esse mutationem quandam in contrariis, alteratio enim omnis & motus inter contraria est. Ideo & principia quodammodo sunt contraria, quodammodo non contraria : propter subiectam enim materiam hęc contingunt. 1. *Phy. tex. 53.* Accepta enim materia tanquam potentia, priuatio negationem significat, quo modo mutatio fit in contradictione, & substantię est generatio : non enim substantia contraria est substantiæ. Si autem accipiatur vt subiectũ quoddam & substantia, subiicitur contrariis, secundum quę alteratio est. Si igitur motus omnis in tempore est, ergo & generatio omnis in tempore : vt enim partibilis est alteratio, sic & generatio : idcirco eius quod fit, aliquid factum est, & quod factum est fiebat prius : & quemadmodum tota alteratio toti generationi respondet, sic generationis partes partibus alterationis.

Quanuis autem inter contraria dentur media, non tamen cogimur inter ens & non ens medium aliquod dare. Patet id in mutatione eorum quorum sunt media, vt si ex nigro fiat album, similiter enim ex non albo album fiet, quæ generatio quædam est, & mutatio secundũ contradictionem. Simile igitur est ac si dicamus finem motus ex motu fieri, aut domum ex ædificatione, & punctum ex linea: quid enim medium est inter finem & id

cuius

cuius est finis? medium enim semper cadit inter duos fines, non inter finem & continuum. Forma ergo & substantia siue ens, finis est generationis, in toto autem tempore ante finem est non ens: neque datur vltimum quoddam instans in quo sit non ens, tempus enim semper cadit inter duo instantia, in quo neque esset neque non esset, quod fieri nequit: aut si nullum fuerit tẽpus, in eodem simul erit & non erit: aut tandem instantia se tangent: quæ omnia impossibilia esse ostenduntur. 8. *Phys. text. 69.*

Quod autem dicebatur, si in toto tempore est non ens, non fieri mutationem: verum quidem esset, si in fine similiter esset non ens. licet autem ante ipsum semper sit non ens, mutatur tamen, & in omnibus signis aliquid est factum vt ostensum est superius. Simpliciter igitur non mutatum est ante vltimam perfectionem sed secundum aliquid est mutatum.

Sed dubitatur, si vltimum generationis est ens cùm prius non esset, & motus omnis desinit in quietem, & quies in motum, & mutatio in permanentiam & è conuerso: finis vniuscuiusque principium erit alterius. sic autem continuum quid erit motus cum quiete, & non ens cum ente, copulantur enim ad vnum terminum communem, qui vnius finis est & alterius principium. At contrariorum quomodo extrema erunt vnum? fieri enim nequit. 8. *Phy. tex. 72.* An tempus quidem continuum est, illa autem quæ à tempore continentur, consequenter sunt? Accidit enim quemadmodum si in aliquo continuo corpore superficiei dimidium album sit, alterum nigrum. Quamuis enim corporis superficies continua sit, non tamen continuum est album cum nigro: est enim terminus, qui colores actu diuidit vnus subiecto existens duo ratione: corpus autem non est diuisum actu. Sic temporis ipsum nunc copulat quidem temporis partes, vt continuum sit totum: res autem quæ non eiusdem speciei diuidit.

Sed in eo differt à diuisione continui cuius partes permanent, vt lineæ & superficiei. Nam in his diuisionis terminus vtriusque finis dicitur & vtriusque principium. In iis autem quorum partes non permanent, finis est tantùm præteriti & principium solùm futuri, non è conuerso. Ideo temporis instans, quamuis ratione duo sit, tribuitur tamen rei posteriori, vt in eo primum verum sit dicere esse album: non autem non album, quamuis non albi sit vltimum. 8. *Phys. text. 69.* finis enim motus non est aliquid ipsius motus: & finis quietis non est aliquid ipsius quietis: & finis non entis non est aliquid ipsius non entis, sed aliquid rei posterioris.

Ratio autem diuersitatis est, quoniam diuisio eorum quæ in tempore sunt, est in ea quæ non permanent, ideo semper posterioris est: quia ad posteriora fit mutatio non ad præterita. Nam & in iis quorum partes permanent, dicitur (verbi gratia) album non ad album desinere, sed ad nigrum: & nigrum non ad nigrum, sed ad album terminari. In iis autem quæ non permanent, priora definunt ad posteriora: & posteriora etiam terminari ad priora dicerentur, si ad priora esset mutatio. Neque sequitur continuam esse quietem cùm motu aut ens cum non ente: termino enim vtimur pro duobus in actu. Non enim idem est esse fini vtriusque, neque vtriusque principio, licet idem finis vnius sit, atque alterius principium.

Ad vltimam dubitationem, concedimus indiuisibilia, vt formas non esse partim in termino à quo & partim in termino ad quem. quod enim per se mutatur, diuisibile esse oportet: idcirco compositum tantùm est quod fit. 7. *Metaph. tex. 27.* Species autem & forma neque fit neque corrumpitur: sed huiusmodi omnia sunt & non sunt sine mutatione aliqua, veluti tactus. Quomodo enim termini mutationis sint in termino à quo aut ad quem? Solum enim id quod diuisibile est, hæc patitur.

Sed suboritur dubitatio, videntur enim quidam motus in motum tanquam in finem desinere: vt visus motus quidam est, alteratio enim. 7. *Phys. text. 12.* sic & illuminatio. Esse autem huiusmodi fines, pater, tactus enim quidam sunt. Explicauit autem hoc Aristoteles. 9. *Metaph. tex. 11.* qui locus Græcè tantùm legitur præteritus ab interprete. Inquit enim quasdam actiones fines esse: quæ à cæteris motionibus in eo differunt, quòd in illis verum est dicere, hoc modo: videt & vidit, intelligit & intellexit: perfecta enim est operatio finem habens in seipsa non in altero. In motionibus autem non idem est dicere, iter facit, & iter peregit: ædificat & ædificauit: nõ enim perfectio est in operatione, sed in opere. At non simul opus est & operatio, ædificatio & domus: cùm enim ædificatur non est adhuc domus. In illis autem simul videt & vidit. Motus igitur erit aliquis terminorum istque non in tempore, temporis enim non est præteritum & præsens. Idem apparet circa intellectum: intelligit enim quæ indiuisibilia sunt specie in indiuisibili tempore. 3. *de an. tex. 24.*

Dicendum est huiusmodi operationes, quæ fines sunt, non differre à reliquis terminis, sunt enim & non sunt sine mutatione. Quatenus autem aliquid est quod hæc patitur, alterationes esse, & in tempore fieri, vt cæteros motus. Ex potentia enim non sit transitus ad actum sine tempore. Idcirco illuminationem hoc modo in tẽpore fieri est necesse, & visionem atque intellectionem, & tactum. Quod autem in his dicitur verum esse simul videre & vidisse, non significat simul esse præteritum & præsens & in non tempore esse: sed perfectam operationem esse in principio in medio & fine, ipsa enim finis est. Non contingit autem aliquid in non tempore esse: non enim in eodem instanti in quo est, corruptum est: si ergo in tempore corrumpitur, aut fit: in tempore quoque est. 8. *Phys. text. 65.* Nec igitur tangere, nec videre, nec intelligere, nec vllum aliorum agere aut esse contingit in non tempore. Tempus enim est non solum dum ex præcedenti potentia in actum transeunt, sed etiam dum facta permanent. videre autem, intelligere, & alia huiusmodi, cùm fines quidam sint alterius motus, assimulantur permanentiæ non motioni: idcirco in ipsis verum est dicere videt & vidit: permanentia enim ipsius esse similis existit in toto tempore: esse autem in motu est semper dissimile esse.

Quod autem de intellectu dicitur, in indiuisibili tempore intelligere: non significat aliquod tempus indiuisibile esse, ipsum enim instans, id est temporis diuisio, tẽpus non est, vt neque punctus linea. Sed significat totum simul intelligere ea quæ specie indiuisibilia sunt: id est in quo tempore vna pars, in eodem reliquæ partes intelliguntur, vt de illuminatione dicitur. non enim vna pars perspicui prius illuminatur quàm altera: sed in eodem tempore omnes partes illuminantur, hoc autem est in tempore indiuiduo. Quomodo igitur omnis motus & generatio simplex & corruptio, & tandem omnis mutatio seu in contradictione seu in contrariis, etiam ea quæ tota simul fit, & momentanea appellatur, in tempore sint, manifestum est.

QVAEST. PERIPATET.

LIBER QVINTVS.

QVAESTIO I.

Quæcunque ex semine fiunt, eadem fieri posse sine semine.

ANTEQVAM huius sententiæ rationem explicem, illud præfari liber. Cùm in hac disputatione ostensurus sim ex principiis Aristotelis omnia animalia etiam hominem, oriri posse ex putri materia: hoc modo accipi velim. Nam de homine, qui anima rationali immortalique præditus est, fatuum esset credere, eiusmodi animam ex putredine ortam esse: imo neque reliquorum animas ab huiusmodi principio ortum ducere putamus. Potredo enim in caliditate quadam consistit, quæ materiam concoquit ac disponit, vt partes quælibet ex sicco & humido certa quadam mensura temperentur: virtus autem organica & substantiæ ratio aliunde principium ducit, ab eo scilicet, quod actu obtinet talem formam & substantiam *2.de gen.an cap.1.*

Ex putredine igitur oriri posse censemus talem caliditatem, qualis est in semine, quæ coctione partes ipsas ex homido & sicco constituat. Præterea, cùm alia sit prima omnium animalium & cæterorum entium creatio, quæ à primo ente in principio effluxit, alia eorundem successio: dicimus ortum ex putredine similem esse ei qui fit ex semine, ad successionem scilicet institutum, nō ad primam specierum dependentiam atque productionem. Nisi enim hæc præcessisset, ne quicqoam neque ex semine neque ex putredine ortum esset. Quod si aliquando meminerim primam perfectorum animalium generationem ex verme fieri, sic intelligimus primam, quia in tempore infinito quod supponitur à Peripateticis, deficientibus in aliquo tempore omnibus singularibus alicuius speciei, priorum aliquod ex putredine oriri potest, ex cuius semine propagetur species, vt quibusdam contingit ex putredine tantum propagari. Quibos ita constitutis, iam disputationem aggrediamur.

Receptum est vulgò ad generationem animalium, quibus data est virtus generandi sibi simile, vt homini & quæcunque perfecta sunt, duo agētia esse necessaria: vnum scilicet quod eiusdem speciei sit, alterum autem ipsum Solem nisi autē duo ista concurrant, non fieri eorum generatiooem. Collegerunt autem hanc sententiā ex 2 *Phys.tex.26.* vbi inquit: *homo enim hominem generat & Sol.* Sed quàm longè recedat à sententia Aristotelis & veritate, hinc fiet manifestum. Nam primùm eius loci expositio legitur. *2.de gen.ani.cap.3.* vbi inquit, *In semine omnium calorem inesse, qui facit vt fœcunda sint semina: hunc autem non ignem esse neque ex igne, sed proportione respondere elemento stellarum igni enim nullum animal generat, sed Solis calor, & animalium non modò qui in semine continetur, sed etiam si quid excrementi sit, principium habet vitale. &c.*

Si igitor animalium calor ideo fœcundus est, quia respondet ei qui à Sole fit, oportet vtrunque separatim fœcundum esse. non enim teneret argumentatio de igne, quem negat animalibus inesse, quia ignis nollum animal gignit. Similiter igitur de Sole possemus inferre, eius caliditatem non esse autorem illios quæ in seminibus est aut animalibus, nisi ipse per se fœcundus esset, quemadmodum ipsa semina. Præterea dicto inferiori, frustra additor id quod superius est, vt dicto homine frustra apponitur aoìmal, continetur enim io illo. Sic cum dicitur, homo hominem gignit, frustra appooitur Sol: si hominis calor includit Solis calorem. Separatim igitur hęc intelligenda sunt, vt hominem homo gignat, & Sol sine hominis auxilio.

Et *3.de gen.ani.cap.* 10. concedit possibilem esse spontaneam hominum & cæterorum animalium generationem ex verme: hoc enim modo fieri, non ex ouo, si quando primùm terrigenæ oriebantur, vt aliqui dicunt. Et *7. Metaph. tex.22.& 31.* testatur in natura eadem quæ ex semine fiunt, casu fieri posse, vt in artibus. At verò & ratione idem est maoifestum. Cùm enim materia, quæ infra cælum continetur, potentia existens calida, frigida, & cætera quæ has qualitates sequuntur, actu fiat & fit, propter cæli motum. *1.Meteo cap.3* à motu igitur cæli omnis perfectio ortum ducit. Si igitur cælum aliquando inciperet moueri, omnes perfectiones in materia gigneret solo motu, nulla enim præexisteret in ea actu substantia, à qua fieret generatio. Quod si per motum cæli aliquæ species non producerentur in actum: ipsum cælum non cootineret omnes perfectiones generabilium.

Præterea quod ingenitum est & incorruptibile, non potest pendere ab eo quod modo est, modo non est. At species æternæ sunt, generantur autem & corrumpuntur ipsa singularia. Non ergo à singularibus pendere potest specierum æternitas. Contingere enim possit omnes canes qui nunc sunt corrumpi, aut morbo aut hominum præcepto in omnibus regionibus: corrupta igitur erit species, si alius modus generandi non fuerit quàm ex semine parentum: in tempore enim infinito seqoenti oon erit, quod semper esse poterat, quod impossibile est. *1.cæ.tex.* 134.

Amplius, in plantis videmus ex putredine multas oriri, quæ semen fœcundum ferāt, vt patet in terris noper effossis, vbi nullum semeo conditum extiterit. Quod enim semen in profundis terræ per multa secula reconditis conseruari possit? Præcipoè autem in sterquiliniis per potredinem conuersis in terram, vbi ad lucem venerint, breuissimo tempore blitom oriri videmus & vrticam, & alias multas plantas, quarum semina non minus fœcunda sont quàm cæterarum. In animalibus quoque si quis non abhorreat materiæ immonditiem, idem facilè inueoerit. Vnusquisque enim lecti cimices ex putredine oriri scit, easdem autem & coire depræhēdet, & oua parere ex quibus aliæ oriantur: idem in pediculorum ortu reperiet.

Quanquam id negare Aristoteles videatur. *5. de Hist. anim. cap.* 1. Nam lendes pediculorum & vermiculos muscarum ex coitu natos nullum animal procreare, sed sordes tantùm persistere asserit: hoe enim verum esse vnusquisque deprӕhendet, si ea maneant derelicta extra locum generationi commodum. Quædam enim egent calore quodam fouente, quædam & alimento familiari. Lendes igitur humano calore fœcundi sunt: & vermiculi muscarom iuxta carnes morticinas optimè prouenitunt, & ad perfectam magnitudinem crescunt si suppetat alimentum. Pisces quoque fluminum & lacuū ali-

aliquando sponte ortus esse necesse est, cum huiusmodi aquarum congregationes non semper extiterint: eorum autem oua multa fertilitate crescunt. Afferunt & mures in nauibus eodem modo oriri, quorum tamen fœtus numerosissimi spectantur. Si igitur in quibusdam natura hoc facit, ergo in omnibus. Physicum enim est similiter se habere in omnibus. *8.Phy.tex.63.*

Sed aduersatur iis quæ dicta sunt, quod scribitur. *1.de gen ani.cap.1.* vult enim ea quæ oriuntur ex putri materia, non generare sibi similia, sed alterum genus, vt nonnulla in genere insectorum faciunt. Probat autem ea ratione. Nam si orta ex putri animalia gignerent sibi similia, ortus quoque parentum similis esset, non ex putri: sic enim in cæteris videmus. Si dissimilia, necesse est huiusmodi generationem desinere, nam aliàs multiplicarentur species in infinitum. Quod enim genitum est, alterius speciei semper est. Idcirco huiusmodi vltra tertiam prolem, non generant amplius. *3.de gen.ani.cap.8.* Ex his igitur nulla eorum quæ ex semine oriuntur, oriri posse sine semine videntur.

Num igitur putandum est Aristotelem negasse ea quę manifestissima sunt? Quamuis enim de omnibus non est manifestum: de quibusdam tamen clarissimum est sponte oriri posse, quæ ex coitu parentum oriri solent. Si quis autem ea neget eiusdem speciei esse, admittet infinitatem specierum, cùm non desinat eorum generatio Vel etiam si eadem nihil generent, non tollitur difficultas. Quæ enim ponuntur ab Aristotele generari ex putri, differunt ab iis quæ ex coitu oriuntur & nomine & figuris & tandem natura: vt vermis à cæteris omnibus, quod si quid ab eo gignatur, vermis non est, sed musca aut papilio, aut huiusmodi animal pennatum. *3.de gen.anim.cap.8.* hęc autem ex coitu aut nihil generant, aut vermé, in quo definit eorum triplex generatio. At si verum est mures ex putri materia oriri, aut cimices, aut vrticā & Blitum, etiam si sterilia admittantur, differre hæc oporteret à reliquis, vt cætera animalia & plantæ differunt, vel quia habeant aliquid vel non habeant, vel figuris, vel cæteris huiusmodi: nec paruam esse differentiam oporteret, cùm enim modus generandi diuersissimus fit, si hoc diuersitatem naturarum facit, reliqua etiā multa dissimilia præstaret. At in iis quæ dicta sunt nullam videmus esse differentiam. Vrtica enim ex semine orta nihil videtur differre ab ea quæ sponte, nec blitum, nec mercurialis, nec mures, nec cimices, nec cæterorum vllum.

Sed concedit Aristoteles. *3.de gen.ani.cap.10.* In genere eorum quæ testa integuntur, quædam propagari instar sobolis exeunte excremento quodam muceoso ab eo quod primum sponte ortum est: vt Mituli, Buccina, & Purpuræ. Larga enim eorum copia nascitur, cùm primū aliquod constiterit, euenit autem vt vel sponte hæc omnia oriantur. Quamuis igitur excrementum illud semen non sit, sed veluti soboles quæ cæpis adnascitur, gignit tamen simile ei à quo exiuit. Potest ergo id quod sponte ortum est, gignere sibi simile. Intelligenda est igitur demonstratio Aristotelis superius posita non vniuersaliter, sed in iis tantùm de quibus agit. agit autem de insectis, quorum inquit aliqua ex coitu cognatorum animalium gignuntur, quorum exempla ponuntur. *1.de gen.an.cap.16.* vt Locustæ, Cicadæ, Phalangia, Vespæ, Formicæ. Alia verò coeunt, & generant dissimile, id est vermem: ipsa autem gignuntur non ex animalibus, sed ex putredine, vt Pulices, Muscæ, Cantharides. Alia neque ex animalibus fiunt, neque coeunt, vt Culices, Vermes.

De duobus igitur huius diuisionis membris affertur demonstratio, vtraque enim ex putredine oriuntur solùm. Quamuis autem insectis accommodetur demonstratio, in vniuersum tamen affertur de omnibus iis, quæ alium modum generandi nō habent quam per putredinem. Sunt enim & in genere testaceorum Ostreæ, quæ ex putredine solùm oriri compertæ sunt: vt experimento patuit apud Rhodum insulam, quæ antea quidé nullas ferebat Ostreas, postea verò quam Classis applicuisset, & fictilia in mari essent proiecta, tempore cœno obducto in ipsis ostreæ sunt inuētæ. Nauigiis quoque ex putrescente spuma sæpe adnascuntur. Nihil autem partis genitalis ab iis emitti, quondam ij experti sunt, qui cùm ex Pyrrha Lesbi insulæ Ostreas viuas portassent, & in loca quædam reciproci maris dimisissent, plurimum quidem incremento corporis profecerunt, non tamen plures fuere temporis spacio, vt tradit Aristoteles *3.de gen Anim.cap.10.* Sunt & in genere sanguineo Anguillæ, & Mugilum quoddam genus & aliorum fluuiatiliū, quorum ortus ex verme est: nullam autem prolem ex se procreare possunt, & omnino neque mares neque fœminæ sunt. *4.de Hist.cap.11.*

De his igitur omnibus & huiusmodi intelligenda est demonstratio Aristotelis. Nā si hæc gignūt sibi similia, & ipsa gigni potuissēt à sibi similibus, vt in cæteris videm⁹: at supposuimus per putredinem solùm generari. Si verò dissimilia, desinere aliquando generationem oportet, ne species in infinitū crescant. Non tollit igitur hæc demōstratio esse quędam quę vtroque modo generari possint: non enim obid diuersæ speciei fuerint quæ diuerso modo generātur vt in plantis. Quædā enim sunt, quæ & semine proueniunt, & auulsione vt vitis. Quædam sobole & semine, vt Cæpa. Quædam omnibus modis, vt gramen: Quid igitur prohibet eadem quoque ex putredine fieri? Patet autē in generatione ignis. Fieri enim potest & à motu & ab alio igne, non tamen diuersus est specie. Nam qui à motu factus est, alium generare potest, & ille alium, & in infinitum. Similiter igitur calor animalis qui in vniuerso est ex cæli motu per quem consistunt ea quæ ex putri materia fiunt, *3.de gen..An.cap.10.* postquā comprehensus in materia est, cur nō alium gignere sibi similem possit, & ille alium, & sic deinceps: iure autem optimo fit, vt ea quę ex putredine tantum fiunt, differant specie ab iis quæ sibi similia gignere possunt.

Differunt enim animæ inter se nobilitate & ignobilitate eius corporis, in quo caliditas illa comprehenditur. *2. de gen..An. cap.3.* Quod autem sibi simile gignere nequit, imperfectius esse quam illud quod potest, existimandum est. Quanto enim maior est virtus, tanto amplius diffunditur: imbecilior autem citius deficit. Idcirco huiusmodi inter imperfectissima animalia reponuntur, quæ nullam prolem gignere possunt. Paulò autem perfectiora, quæ gignunt quidem, sed nō simile sibi: vt Muscæ, quæ vermem gignunt, qui postea nihil generat. Et meritò hæc propter imperfectionem principium habent imperfectissimum: omnia enim ex verme fiunt. *3.de gen..An.cap.8.*

Est autem vermis veluti ouum imperfectum. primo enim mollis est dum incrementum suscipit, tandem autem indurescit eorum putamen ad similitudinem oui & immobile redditur cum prius moueretur ad alimentum, quo disrupto egreditur animal in suo genere perfectum tertia generatione. Quod autem vermis prius moueatur & alimentum sumat, quàm ouum fiat, eius causa est, quod natura præ sua imperfectione quasi maturat antequam tempestiuum sit. Non tamen omnis vermis aliunde sumit alimentum, vt Erucæ: sed quidam in seipsis habent nutrimentum, vt ij ex quibus apes generantur. Differt præterea vermis ab ouo: nam ouum dicitur, ex cuius parte fit conceptus, vermis autem ex quo totū fit animal. Ex quibus illud etiam patet, primam perfectorum animalium generationem aut ex verme fieri aut ex ouo: eum in seipsis habere oporteat vnde incrementum fiat, aliunde enim affluere nequit, vt fœtui accidit ex parente. Rationi autē consentaneum est magis vt ex verme quàm ex ouo: nullum enim sponte ortū videmus ex ouo fieri, sed ex verme: ouum enim non nisi ab animali fit. Præterea ab eo quod imperfectius est incipere oportet antequam perfectius aliquid fiat, huiusmódi autem est natura vermis.

Sed dubitatur, Si perfecta animalia ex putredine fierent, aliquando visa esset huiusmodi generatio: nemo autem id testatur, præterquam de quibusdam imperfectionibus. Præterea frustra videtur alius modus generādi, cum suppetat facilior via ex semine parentum: supponitur enim species æterna, & mundus æternus. Amplius, impossibilis videtur generatio substantiarum

ea putredine: proprium enim substantiæ est, quod necesse est præexistere semper aliam substantiam actu existentem, quæ facit, vt puta animal, si animal fit quale verò & quantum non est necesse nisi potentia solum. *7. Metaph. tex. 32.* Si igitur necesse est substantiam ab vniuoco fieri, nulla substantia fiet ex putredine.

Ad primum dicimus: verum quidem esse in regionibus, quas habitamus, nunquam visam esse perfectorum animalium, vt hominis & quadrupedum generationē spontaneam. Cùm enim hæc plurimū adepta sint caloris innati, & corporis molem amplissimam, non breui tēpore perficitur eorum generatio: nam quædam non nisi biennio perficiuntur in vtero parentis, vt Elephas: quędam annum expostulant, vt Equus, & Bos. Quædam mēses decem aut nouem vt homo, *4. de gen. anim. cap.* 10. Ideirco si hæc calore vteri tanto tempore foueri est necesse, non possunt extra Tropicos calore Solis perfici, recedente enim Sole ad alterum Tropicum fit hyems & frigiditas, quæ inchoatos conceptus deuastare nata est. Quinimo putandum est neque ad inchoationem vermis sufficere: verisimile enim est longius esse tempus generationis ex putredine, quam ex semine: semen enim res inchoata est: ibi autem adhuc fieri oportet quod vicē gerat seminis. Perfici ergo nequeunt spontaneæ eorum generationes, nisi in ea regione in qua continuus est tepor, nec multa caloris & frigoris differentia: qualem dari intra Tropicos ostensum est à nobis aliàs, vbi etiam amœnissima esse totius terrę loca comprobauimus.

Qualis igitur apparet apud nos ranarum & quorundam similium generatio (aduentante enim vere ex tepore Solis colligitur in aquis mucosa quędam substantia, in qua tanquam in vtero fit animalis conceptus) Sic putādum est perfectiora animalia sub zona torrida perpetuè fieri, alia quidem in aquis, alia autem in siccis: alia in humilioribus & calidioribus locis, alia in editioribus frigidioribúsque pro diuersa singulorum natura. Quod igitur nunquam visa sit perfectorum animalium generatio ex putri materia, in causa est, quia loca in quibus generari possunt, non sunt cæteris hominibus manifesta propter causas alibi explicatas.

Ad alteram dubitationem dicimus modum hunc generandi non superfluum esse, imo necessarium: hoc enim modo æternitas speciei seruatur magis quā ex prole parentum: contingit enim in aliquo tempore omnia singularia corrumpi: pater autem omnium Sol incorruptibilis est. Neque etiam superflua est prolis generatio ex coitu: habitatio enim omnium terrarum non fieret, nisi quæ primò genita sunt à Sole suos fœtus gestarent quocunque feruntur. Præterea, cùm paucis in locis materia reperiatur disposita ad perfectorum spontaneam generationem, & ob id rarius eo modo generentur, defecisset natura, nisi vim prolificam illis tribuisset.

Optimè autem videtur compensasse: quæ enim facilè vbique oriri sponte possunt, minus generant sibi simile. cùm enim paucis egeant, facilè creantur: cùm autem minimum caloris vitalis adepta sint, ob eiusdē imperfectionem non gignunt sibi simile: sed aut mouliuntur tantùm, vermem gignentes, vt Muscæ, in quo desinit generatio: aut nihil omnino ex se generant, vt Ostreæ. Quæ autem maiorem operam ad eorum constitutionem requirunt, difficilius quidem creantur spōtè, sed virtutem generandi ex semine efficaciorem possident, vt accidit etiam Plantis. Quæ enim ex auulsione facilè proueniunt, vt plurimùm difficilem habent propagationem ex semine, vt Ficus. contrà quæ semen valdè fœcundum habent, difficile aut nullo pacto ex auulsione proueniunt, vt Pinus.

Porrò, illud quoque consentaneum videtur: hominū proles & reliquorum animalium, quę ab vno aliquo primo ortum duxerint, aliquando defecturas, & earum iuuentutes quasdam esse ac senectutes, vt reliquorum omnium quæ à tempore mensurantur. Indicant autem hoc imperfectorum generationes. Cùm enim ex putri materia orta fuerint. quædam nihil amplius generant, vt vermes quidam: alia generant quidem, sed genita ad perfectionem non perueniunt, vt Muscarum vermiculi, non enim ex his aliæ muscæ fiunt: sed prius moriuntur quàm ad perfectionem veniant. Alia suos fœtus perficiunt, vt tandem parenti similes reddantur, vt apum & vesparum vermiculi: hi enim perficiuntur. Sic papiliones, qui ex erucis exeunt, suos fœtus sub brassicarū & aliarum plantarum foliis condunt, qui in alias erucas transeunt, ex quibus alij papiliones perficiuntur, sed non sæpius hæc iterantur propter imperfectionem.

Simile quid accidit iis, quæ non semel sed pluries pariunt, vt apibus. Ex iis enim quos Reges vocant, primo apes numerosi fiunt, postea Reges pauci, qui & corpore maiores sunt. Ex apibus autem Fuci nascuntur Regibus similes, sed steriles & imperfecti, carent enim aculeo. *3. de gen. ani. cap. 9.* Quemadmodum igitur in huiusmodi videmus aliquando naturam sterilescere: putandum est idem accidere perfectioribus, sed in multo longiori tempore. Eadem enim est ratio in omnibus. Patet autem hoc vel in ipsis hominibus: multæ enim hominum progenies defecerunt, quæ auctorum testimonio quondam aderant, vt Gigantium. Attestantur hoc & alterationes generis humani: imbecilliorem enim hominum naturā nostris temporibus esse quàm antea non solùm circa corporis robur, sed & circa vitæ spacia animaduertimus.

Credendum enim est calorem cælestem in materia conclusum circa initia longè magis vegetum esse quàm procedente tempore, ob mixtionem enim materiæ debilitari oportet, quanto magis distat à principio. Quemadmodum autem quædam deficiunt, sic alias suscitari diuersis temporibus oportet: patet autem id in Aphrica. regio enim hæc torridam zonam continet: vnde cessit id prouerbium, Semper noui aliquid affert Aphrica. quanquam id multi tribuerint diuersorum animalium frequentiæ iuxta aquas, vnde ex diuersorum coitu diuersa oriantur, vt mulus ex equo & asino: vt tradit Aristoteles *2. de gen. ani. cap. 5.*

Sed vltima dubitatio difficultatem facit nō huic sententiæ solùm, quod omnia quæ ex coitu oriuntur oriri possint ex putredine, sed etiam ostendit nullam substantiam oriri posse ex putredine. Num igitur animalia sponte orta, negentur substantiæ esse? Nam si substantiæ sunt, non erit proprium substantiarum præexistere aliam substantiam actu & vniuocam, quæ facit. Sol enim non est vniuocum cum iis quæ ab eo fiunt. Neque hoc omnis substantiæ conuenit: scilicet generare sibi simile: lapis enim non lapidem gignit, neque terra terram, nec aqua aquam, nec aer aerem, sed solus ignis videtur ignem facere, & id quod habet caliditatem animalem, idque si perfectum sit, imperfecta enim animalia diximus non gignere sibi similia. Neque soli substantiæ inest, nam omnia contraria apta nata sunt se inuicem expellere, & à se inuicem pati. Aptum enim natum est non solùm calidum calefacere, sed & frigidum frigefacere, & humidum humectare, & siccum siccare, & de cæteris eodem modo.

Patet etiam *7. Metaph. tex.* 32. commune esse in omnibus præexistere speciem quæ non fit: siue in substantia, siue in quanto, siue in cæteris prædicamentis: non enim fit rotunditas sed æs rotundum. Quòd si dicamus actu præexistere speciem in accidentibus quidem non esse necessarium, sed potentia tantùm (In substantia autem actu præexistere oportere) incidemus in Idæas: species enim eorum quæ ex putredine fiunt, cùm non præexistāt in singularibus, separatæ erunt, si præexistere actu oporteat. Propriúmue igitur substantiæ illud fuerit, nō quia omni conueniat, sed quia soli, quemadmodum dicimus proprium hominis esse musicum, quia soli non tamen omni insit. Quasi sufficiat quasdam esse substantias in quibus illud sit necessarium, vt scilicet homo hominē gignat, & equus equum, & alia huiusmodi quibus data est hæc facultas generandi sibi simile: in reliquis autem non sit necessarium efficiens præexistere eiusdem speciei, sed satis sit potentia solùm in materia contineri.

At si hoc modo dicamus, præterquàm quòd repugnat iis quæ superius demonstrata sunt, scilicet omnia quæ ex semine fiunt, fieri posse sponte: repugnat quoque

verbia

verbis Aristotelis loco citato. Nam simpliciter de substantia inquit necessarium esse semper præexistere aliam substantiam actu existentem & vniuocam: non igitur possunt hæc accommodari quibusdam solùm. Præterea fieri nequit vt materia & quodcunque potentia constat, ad actum tendat, nisi præcedat aliquis actus qui faciat. 9. *Metaph. tex.* 13. aliquid ergo huiusmodi etiam in iis substantiis præcedere oportet, quæ fiunt sponte.

Non sequitur autem ob id, in accidentibus quoque præexistere actu oportere aliquid simile: insequuntur enim ipsam substantiam. idcirco sufficit eius præsentia, quod actu facit substantiã, q enim illã tribuit ea quoq; tribuit quæ illã consequuntur. In generatione autẽ substantiæ hoc non contingit. Quod enim simpliciter fit, non insequitur alterius substantiæ generationem, esset enim accidens, & non simpliciter fieret. Oportet ergo in omni substantia, cum fit, præexistere alteram substantiam actu quæ facit ex eo quod potentia est actu substãtiam. At verò insuper oportet eiusdem speciei esse actum qui facit: quomodo enim musicus domum faciat, aut ædificator sanitatem? Quod igitur ex potentia animali actu animal facit, animal esse oportet: & quod hoc animal vt hominem, hominem esse necesse est qui facit: sic enim fiunt, quæcunque natura fiunt. 7. *Metaph. text.* 22.

Ex dictis igitur patet, omni & soli substantiæ conuenire, vt necesse sit actu præexistere alteram substantiam eiusdẽ speciei quæ ex eo quod est potentia actu faciat. Quomodo igitur aufugiemus incommoda, vt non admittamus species eorum quæ fiunt sponte separatas esse à sensibilibus? neque negemus huiusmodi substantias esse? Dicendum est igitur in his quoque vt in cæteris, quæ alicuius gratia fiunt, principium esse ipsam speciem & ipsum quid est. Hoc autem non esse separatum à sensibilibus vt apud eos qui Ideas ponunt. Non enim prodesset ad generationem singularium. 7. *Metaph. tex* 28. Nõ tamen in omnibus similiter manifestum est idem specie esse id quod facit.

Accidit autem hoc propter duas causas. Primùm quidem, quia id quod facit, aliquid aliud est præter id quod fit: non tamen faceret, nisi in eo includeretur aut tota ratio eius quod fit, aut talis pars, ad quam tota ratio insequi posset. vt Polycletus non efficeret statuam, nisi in eo includeretur statuæ ratio Eam igitur efficit non quatenus Polycletus est, aut homo, sed quatenus artẽ habet cõdẽdi statuas, hæc autẽ ratio est eius quod fit. Et lapis attritu ignem facit, non tamen ignis est nec ipse nec attritio: continetur tamen in attritione caliditas, quæ aut est tota ratio ignis, aut pars talis, ad quam insequi ignis ratio potest. Exemplum tradit Aristoteles de sanitate, quæ cum sit humorum æquatio in calido & frigido, à caliditate fit, quia pars aliqua eius est: ipsa autem caliditas ab ea fit caliditate quæ est in motu. 7. *Metaph. tex.* 23. & 30.

Alterum autem quod in causa est vt non semper vniuocum videatur ipsum efficiens, est: quod natura constantia sunt, quæcunque ab aliquo principio, quod in se ipsis est, continuè mota perueniunt ad aliquem finẽ. 2. *Phy. tex.* 84. Cùm igitur in materia fuerit aliqua pars rei, quæ talis fuerit, vt à seipsa moueatur (quemadmodum accidit seminibus, quæ accepto motu ab eo vnde orta sunt, eo abiuncto adhuc mouentur sponte donec ad finem generationis perueniant) ob id non videtur vniuocum esse efficiens cum eo quod efficitur, semen námque non est homo vt animal Sed in eo aliqua pars est eius quod fit. Moueri autem multa posse ex parte facta explicatum est. 7. *Metaph. tex.* 29. & 2. *de gen. anim. cap.* 1. vbi semen assimilat Machinis quibusdam sponte motis. Partium enim cum prima ab aliquo extrinseco principium motus acceperit, altera actu efficitur, etiam abiuncto eo quod primò mouit.

Ex his igitur manifestum est, non esse necessarium in agente omnia inesse quæ in materia fiunt, sed satis est quædam, quæ postquam in materia facta fuerint, apta nata sunt reliqua quodammodo efficere. Hoc enim in causa est, vt quædam arte fiant & casu: atque in natura quædam ex semine parentem & sponte. 7. *Metaph. tex.* 31. Vniuocum igitur aliquo pacto agens esse necesse est, nec oportet vbique sic esse, vt cùm homo hominem gignit.

Ex quibus patet solutio eorum quæ dubitabantur. Quando enim ex putri materia animalia fiunt aut plantæ, præexistere semper oportet actu caliditatem quandam non igneam, sed cælestem in putri materia comprehensam, non quatenus putredo fit, sed concoctio quædam, aut illi proportione respondentem, qualis in seminibus est: neque adhuc satis est quancunque caliditatem animalem præexistere, sed oportet vniuscuiusq; speciei esse propriam. Omnia autem hæc in ipso cæli motu præcipuè Solis & Lunæ sunt, primò, secundariò autem in iis quæ genita ab illo fuerint. Cæli enim motus cæteros omnes præcedit. 8. *Phy. tex.* 97. & propter ipsum reliqua sunt omnia. 1. *Meteo. cap.* 3. Idcirco non est timendum ne aliqua species vnquam deficiat, quamuis omnia singularia contingat aliquando corrupta esse. remanet enim in agente æterno virtus æterna omnium specierum.

Sed amplius dubitare contingit: non enim sufficit caliditas ad constitutionem animalium: nam ratio qua caro est aut os: aut manus & reliquæ partes, non à caliditate & frigiditate efficitur, sed à motu proficiscente ab eo quod actu est tale quale potentia est id quod gignitur. 2. *de gen anim cap.* 1 oportet igitur præcedere animam actu: eius enim officium est generare tale quale ipsum est. 2. *de anim. tex.* 49. At in iis quæ sponte oriuntur, quomodo singulorum animæ præcedent actu? aut enim in ambiente erunt animæ: aut dabuntur animæ sine corpore & species sine materia. Esse autem in ambiente animam refellit Aristoteles. 1. *de anim. tex.* 87. & 3. *de anim. tex.* 66. An duo sunt agentia omnium generationes? vnum quidem mouens motum, alterum autem immobile? 2. *de gen. & cor. tex.* 60.

Primum igitur mouens immobile omnium perfectiones tribuit: caliditas autem ex motu cæli facta instrumẽtum est. Spiritu enim tanquam instrumento communi vtitur natura, 5. *de gen. an. cap.* 9. & 2. *eiusdem cap.* 4. distinguuntur animalium partes spiritu, caliditate autem operantur concoctionem. 2. *de anim. text.* 50. Esse autem spiritum corpus calidum & humidum ostenditur 3. *de gen. anim. cap.* 10. fit enim incalescentibus humoribus corporeis veluti bulla spumosa, hunc autem spiritum habere ipsum calorem cælestem, & differre nobilitate & ignobilitate, vt etiam animæ differunt, declaratum est 2. *de gen. anim. cap.* 3. Quemadmodum igitur in motu Solis continentur omnes differentiæ huius caliditatis & spiritus: sic in primo mouente sunt quodammodo omnium formæ. Sed quomodo id contingat absque Idæis explicatum est alibi à nobis.

Concludimus igitur ab his principiis, ab intelligentia quidem tanquam primo mouente, à cælo autem tanquam instrumento: omnia quæ hic sunt oriri primò, secundariò autem à seinuicem in iis quę perfectiorem naturam adepta sunt. Propter quid autem Aristoteles testetur solum de quibusdam fieri eadem ex semine & sine semine. 7. *Metap. tex.* 23. non ausus sit autem de omnibus id asserere, sed innuere tantùm. 3. *de gen. anim. cap.* 0. non est nostrum diuinare.

QVAEST. II.

Fœminam non solum materiam tribuere conceptui, sed & formam: Marem autem formam solùm.

CVm sit eiusdem speciei mas & fœmina, vterque autem excrementum quoddam vltimi alimenti gignat: videretur vterque ex se generare posse sine vtriusque coitu. animam enim vterque obtinet eadem specie, & excrementum illud quod est generationis principium. Huius igitur gratia concedit Aristoteles 3. *de gen. anim. cap.* 4. fœminas quasdam ex se generare posse sine maris admixtione, vt videtur in iis, quos Rubelliones vocant in genere piscium: mas enim nullus in eo genere visus est, sed o-

mnes fœminæ fœtu plenæ reperiuntur. In iis autem in quibus mas distinctus est à fœmina, & si non perfectè fœmina ex se generet, mas enim frustra esset, aliquem tamen conceptum sine maris coitu parere est manifestum. Patet id in auibus, quæ oua subuentanea pariunt: non enim putandum est ea omnino anima carere, cùm augeantur vt reliqua animata. Idcirco animam vegetatiuam solum ipsis inesse concedit: Sensualem autem qua animal est nequaquam, sed hanc ex maris genitura accedere. Maris enim & fœminæ distinctio est animalium tantùm, non plantarum. Vegetatiuum autem solum organa sensuum gignere nequit.

Sed propter quid sensualem animam & reliquas perfectiones fœmina non tribuit, cùm & ipsa habeat actu easdem animæ perfectiones, quas habet mas? Vult igitur Aristoteles 2. *de gen. anim. cap.* 1. in quibus fieri potuit distinctum esse vtrunque sexum, vt id quod præstantius est separaretur à deteriori, præstantius autem est agens patiente, & forma quàm materia, secundum quæ mas dicitur & fœmina: quod in animalibus progressiuis omnibus factum esse testatur, 1. *de gen. an. cap. vltimo*, quia præter officium generandi, adepta sunt alterum nobilius, vim scilicet cognoscendi. Ob id in plantia naturam minimè seiunxisse marem à fœmina, quia præter seminis generationem aliud non præstant: oportuit igitur in illis perpetuo coniunctas esse vtrasque naturas, vt in animalibus tunc solùm, cùm officio generationis incumbunt. Idcirco plantas non genituram effundere sed conceptum inchoatum: ac veluti ouum perfectum.

Quæ cùm ita habeant, fœminæ officium est materiam præstare, maris autem vim agendi solum eatenus, quatenus fœmina deficit in hac facultate: ostensum enim est aliquam perfectionem tribui à fœmina: non posse autem ex se omnino perficere vbi distinctus est mas. Ratio autem exigit maris genituram nullam partem materiæ tribuere conceptui: esset enim iam conceptus quidam, cùm facultatem animalem habeat & materiam: vt in fœminis est ouum sine maris coito. Quod si hoc esset, non particulatim emitteretur, sed totum simul: diuisio enim conceptum destrueret. Præterea cur misceri duas materias oporteat, maris scilicet & fœminæ? si enim virtus vtriusque in alteram agat, in materiam maris perfectiorem aget imperfectior virtus fœminæ: hoc autem modo non ad perfectionem tendet generatio sed ad imperfectionem. Si autem singulæ virtutes in suam materiam agant, non vnum fiet animal sed duo, vnum scilicet ex semine maris, alterum ex materia fœminæ. Sufficit igitur vna materia fœminæ & vnum agens quod est in semine maris, vt vnum ab illis fiat.

Manifestum autem præbet indicium, quod notauit Aristoteles in ouis subuentaneis: si enim certo quodam tempore superueniat semen maris, redduntur fœcunda: & in piscibus postquam fœmina oua eiecerit, mas semen aspergit: sic enim fœcunda fieri. *1. de gen. an. cap.* 19. Quod si mas præberet materiam, oporteret aduenire ante ouorum conceptum, non postea. Amplius, ex natura seminis: si enim ex eius materia constituerentur aliquæ partes, coagulari oporteret: non enim sine coagulatione similaria oriuntur, vt os, neruus, cartilago, vena. At seminis natura neque à calido neque à frigido coagulatur: à frigore enim humescit & aqueum fit: à calido autem aqua non coagulatur: oportuisset autem à calido coagulari, vt oui substantiam videmus facere. Relinquitur igitur eius substantiam plenam spiritus esse in quo calidum vitale continetur, aqueam verò ipsius substantiam spiritus gratia coniunctam: efficitur enim humore incalescente veluti bulla. Argumento quoque est insectorum coitus: ex mare enim solus vapor & substantia calidi innati sine humore aliquo videtur in fœminam recipi, cùm mas non aliquod membrũ inferat in fœminam: sed contra fœmina vuluã inferat in meatum maris: qui coitus non breui tempore vt cæteris semen emittentibus accidit, sed per multum diei spacium peragitur: alteri enim conceptus suos incoatos tactu maris oportet.

De materia autẽ fœminæ ex qua primus fit conceptus dubitatio est. Cùm enim quędã vt mulieres semen emittant in coitu perinde ad mares (testes enim insunt & seminis vasa vt viris, licet omnia intro condita) si nihil frustra à natura fit, in generatione præstabit hæc substãtia, aut materiam, aut vim agẽtem: vult autem Aristoteles neutrum efficere. *1 de Gen. An. cap.* 18. concipiunt enim mulieres etiam sine illa seminis profusione. Præterea frustra fieret huiusmodi emissio extra, cum retineri materiã oporteat: ideo retrahi intus iterum debeat. *4. de gen. Ani. cap.* 4. Præstare tamen vtilitatem quandam ad seminia maris directionem & voluptatem. Sed amplius cum hęc materia ex locis seminalibus eiaculetur quemadmodum viris, eius naturam oportet esse genituræ similem, & spiritum continere, vt illa: non enim eiaculatio fit sine spiritu. Materia igitur conceptus esse nequit, non enim coagulatur: sed potius vim agendi vt semẽ maris videatur possidere. At propter imperfectionem sexus inualidũ esse necesse est, vt etiam quod à pueris emittitur. Non autem ob id frustra concessum est, trahit enim natura ad alios vsus: vt etiam mamillæ in viris videntur esse: non enim lactis gratia, vt mulieribus datæ sunt.

Alterum igitur excrementum fœminis inesse oportet, quæ materia sit conceptus: huiusmodi autẽ esse quod in perfectioribus animalibus veluti mulieribus menstruũ vocatur. Substantia enim hæc coagulabilis est, vt sanguinis & lactis. Ex purissima autem huius secretionis parte formari animal agente seminis virtute, vt solet coagulũ in lacte ex reliquo autem postea augeri paulatim adueniente. Quæ distinctio in ouis est manifesta: ex alba enim parte, quæ tenax est, formatur primò animal, ex lutea autem augetur deinceps. Sed in iis quæ pariunt oua, oportuit totam materiam secerni priùs quàm animal fieret: in viuiparis autem nõ fuit hoc necessariũ: cùm enim in vtero matris perficiatur fœtus, materia ab eodem paulatim dispensari potest. Signũ autem est menstruorum materiam esse fœtus materiam, quòd quęcũq; eo excremento carent, non concipiunt: & cùm conceperint, cessant purgationes menstruæ, tendit excremẽtum id in incrementum fœtus: idémque post partum rẽdit ad vbera pro lactis generatione: ideo & tunc quoque purgationes menstruæ non adsunt quandiu lactant.

Sed medici hæc incessunt, asserentes primam animalis constitutionem ex semine maris fieri. Semẽ verò mulieris nutrimentum primum alteri esse: ex vtrisque autẽ fieri partes albas, quas seminales vocant. Ideo copulari in coitu vtrumque semen fœmineo circum amplectente maris genituram. Ex sanguine deinde menstruo partes carneas oriri, eodémque nutriri fœtũ. Venerũt autem in hanc sentẽtiam, qui maris geniturã ab vtero auidè trahi & retineri vident, non expelli neque euanescere cõuersum in flatum, vt voluit Aristoteles *2. de gen. An. cap.* 3. Notauit enim Hippocrates ancillam quandam saltatricem, cùm concepisse se animaduertisset, dimotione corporis & saltu vehementiori post sex dies effecisse, vt genitura quam vterus retinuerat, excideret: erat autẽ perinde ac si quis crudi oui exterius putamen detraheret, vt per interiorem membranulam interior humiditas perluceret. Si igitur semen in tam breui tempore membrana clauditur, eius humiditatem in fœtus constitutionem venire necesse est. Præterea sanguinẽ menstruũ materiã ineptã esse ostendunt ad primam partium constitutionẽ, cùm nec intendi & duci queat ob crassitiem, neque retinere formas & meatus à spiritu factos, ob tenuem humiditatem minimè tenacem: omnia autem commoda in genituræ humiditate inesse, lentorem enim habere & naturam maximè sequacem & albam.

Amplius, circa occursum genituræ ad sanguinem mẽstruũ dubitãt. Si enim collecto in vteri ventre menstruo occurrat genitura, generationẽ ex cõcreto sanguine fieri concederetur, concrescit enim in grumos omnis sanguis vbi extra venas exiuerit. Si autem in vasorum orificijs existenti occurrerit, nec membrana claudi materia fœtus poterit, neque vnum corpus effici. Hæc sunt præcipua quibus Aristotelis sententiam labefactant.

Sed &

Sed & amplius aduersus eundem dubitatur. Videtur enim semen maris ex necessitate partem esse eius quod generatur, nec extrinsecum quid. Nam si extrinsecum quid esset, actu iam haberet formam quemadmodum omne efficiens: at potentia esse conceditur, *2. de gen. Anim. cap. 1.* vbi inquit, *Sed habeatne semen animam necne, ratio eadem ac de partibus est, nec enim anima vlla esse potest in alio nisi in eo cuius est: neque pars vlla esse potest quod particeps animæ non est, nisi æquiuocè, vt mortui oculus.* Semen igitur & habere animam & esse potentia palam est. Si ergo potentia animatum est ipsum semen, nõ actu, perfici ipsum oportet non perficere: materia igitur erit & pars eius quod efficitur, non efficiens.

Similis est argumentatio Aristotelis. *2. de gen. anim. cap. 1.* de partibus quæ non simul generantur, non enim prima posteriorem facit, vt Cor reliquas: oporteret enim in corde esse reliquarum partium formas, quoniã tum in artibus tum in natura efficitur id quod potentia est ab eo quod actu est. Idem igitur de semine dicendum, cùm potentia sit non actu, effici animatum corpus non efficere. Præterea si omne quod mouetur motum aliquid est, & omne quod generatur, aliquid genitum est, *6. Phys. tex. 54.* in semine quoque aliquid huiusmodi esse oportet: motus enim qui inest, efficit quodã modo, vt ædificatio ædes. *2. de gen. an. cap. 1.* si igitur motus est in semine, quem scilicet accepit à generante, huiusmodi autem generatio est, quæ est in re genita. *9. Metaph. tex. 16.* ædificatio enim est in eo quod ædificatur, & simul est & fit cum domo: semen aliquid esse rei genitæ oportet.

Videtur autem & ipse Aristoteles concedere primam constitutionem partium ex semine fieri. Nam *2. de gen. anim. cap. 4.* dubitans vnde primum alimentum sobierit, ex quo fiat cor, quam partem primò oriri vult, inquit, *non omne alimentum extrinsecus aduenire, sed protinus, vt in plantarum seminibus inest aliquid tale primum, quod lacteum vocatur: sic in animalium materia excrementum esse constitutionis alimentum.* Et inferiùs de ossium constitutione loquens, inquit, *ossa igitur in prima partium constitutione gignuntur ex seminali excremento. Cum verò animal augetur, incrementum ex alimento capiunt naturali quo partes principales augentur: eius tamen alimẽti sunt reliquiæ & excrementa.* Item paulò mox, *Nerui etiam eodẽ modo quo ossa instituuntur, & ex eodem videlicet ex seminali excremento ac nutrimento. Sed vngues, pili, cornua, & alia huiusmodi ex cibo gignuntur aduentitio & ascititio, quem tum a fœmina tum deforis sibi acquirunt.* Idem colligere licet *3. eiusdem cap. 7.* vbi inquit, *semen piscium absumi à natura potius ad augenda oua, quàm ad primam constitutionem. Si igitur quod auget nutrimentum est, & semen nutrimentum fuerit. Non solum ergo agentis vicem oratiõis sed etiam materiæ.*

Sed pro solutione eorum quæ dicta sunt, animaduertendum est subtilissimum naturæ artificium in animalibus gignendis ab Aristotele inuentum ex multorum animalium, non solius hominis dissectione, vt ferè medici faciunt, huiusmodi esse. Cùm omnis animæ virtus corpus aliud participet, idque diuinius quàm quatuor elementa, quem spiritum vocauit calidum & humidum à calore cælesti genitum non ab igne, continuo nutrimento affluente opus fuit. Quoniam autem idem numero animal calorem hunc conseruare nequit, sed necesse est aliquando marcescere, generatione alterius quod idem specie esset, æternitatem sibi parauit.

Sed videamus propter quid in eodem animali calor nutriri continuè nequeat, hoc enim faciet ad eorum quæ dicenda sunt intelligentiam. Nam dubitare licet, si vitæ principium ignis quidam est, ignis autem suppetente materia nunquam deficit: propter quid non æterno tempore viuit animal? Sunt enim quidam ignes perennes, vt in Vesuuio, & in Circulo lacteo, vt vult Aristoteles. An quia in omni igne fiunt excrementa? Si igitur hæc expelli semper contingeret etiam daretur sempiterna nutritio: ab illis autem suffocatio quædam fit caloris & imbecillitas, vt trahere amplius alimentum nequeat. Flammæ igitur externæ expellere possunt excrementa, vt cineres ac fuligines, quia in aperto sunt, at animalium ignis instrumentis conclusus, non semper potest, nec omnia, præcipuè autem ea quæ crassa sunt, cineri respondentia. Quamobrem, per ætates redditur siccius animalis corpus, quamuis continuè humido affluente nutriatur, quoniam fluere id totum quod aduenit impossibile est, sed solùm pars tenuior & exhalabilis abscedit, relinquitur autem id quod crassius est, vnde siccitas corporis & senectus comparatur. Quædam igitur animalia hanc siccitatem ac senectam exuunt statis temporibus, veluti mutato indumento, vt erucarum genus & serpentes. Similis ratio est in Plantis, cum sobole erumpente reiuuenescunt: virtus enim animæ derelicto veteri caudice, viget in nouello.

Sed quoniam id minus est perpetuum, nec vbique eo modo licet siccitatem commutare, alium modum perpetuitatis natura molita est. Nam quò ignis æternè vigeret, ac nunquam à siccitate corporis atque excrementis extingueretur, ex humidiori alimento, quod in fonte caloris vim hanc igneam conceperit, separauit semen, quod proiectum in locum, vnde alimentum commodum suscipere posset, tanquam noua facula alterius ignis esset principium. Factum est autem vt in quibusdam vnà cum igne materia etiam subesset commoda ad instrumenta animæ paranda: in his igitur, conceptus quidam in parente oritur, qualia sunt plantarum semina, & quorundam animalium oua. In aliis autem in quibus mas distinctus est à fœmina, quæque naturam magis articulatam possident: fœmina materiam, Mas spiritum in quo vitalis calor continetur ad fœtum efformandum impartiuntur. Idcirco nunquam in vasis repertum est maris semen in conceptum aliquem cogi, licet in quibusdam eodem modo formata sint maris & fœminæ vasa, vt in piscibus. Fœminarum enim materia in oua distribuitur sine maris auxilio. Maris autem semen continuum permanet semper lactis modo modicè inspissati: & fœtus multitudo pro ouorum multitudine oritur non genituræ.

Ratio autem est, quia vbi multum spiritus gigni oportuit, non potuit natura simul materiam admiscere, sed quantum potuit eam separauit, ne vnum alteri fuisset impedimento: quemadmodum etiam accidit in cæteris partibus. ouorum enim quædam distinctum habent luteum ab albo, vt in auibus, quò alimentum primæ constitutionis distingueretur ab auctiuo in piscibus autem & lacertis hæc non distinxit, quia frigidiora sunt & imperfectiora. Similiter & cæteræ partes in his minus articulatæ visuntur, quia in principiis minor est distinctio. Cùm autem spiritus corpore egeat in quo contineatur, quæ est seminis corpulentia humida, non potuit hæc eadem materia esse partium animalis. Cùm enim concludi hunc instrumentis oporteret, necesse fuit intrinsecus non extrinsecus agendo artificis more membra efformare. Quòd si spiritus intra seminis corpulentia carnales sibi pararet ac vẽtres, more figuli, qui flatu suo vitrum igne emollitum inflat & ducit vt libet, cauitates tantùm internas effecisset, extrinsecus autem indiuisa & indistincta essent omnia instar spongiæ cuiusdam, aut ligni variè à teredinibus perforati.

At non sic videmus viscera condita esse, & venas, & neruos & intestina, & ventres reliquos: non solũ enim intra, cauitates certas habent, sed & extrinsecus terminis certis ac figuris clauduntur. Vnicus ergo modus fuit reliquus, vt scilicet spiritus qui in semine est, eius corpulentia vteretur, tanquam receptaculo prius quidem ipsius spiritus, deinde autem ipsius primi alimenti propter caliditatem eodem confluentis. Primò enim veluti lineas quasdam in seminis corpulentia ducit, vt pictores facere solent, qui prius designãt quàm colores addant, quo exemplo vsus est Aristoteles *2. de gen. Anim. cap. 4.* Deinde verò in loca designata alimentum vi caloris attractum similiter configurat intrinsecus quidem seipso, extrinsecus autem figura iam in semine designata.

Cùm primùm autem alimentum hoc concreuit, seminis corpulentia peracto munere, cuius gratia data erat, ab eodem calore dissoluitur & insensibiliter euanescit: eius enim natura humida existẽs à calore paulatim in

vapores extenuatur, atque inter cæteræ excrementa expellitur à natura. Quemadmodum apud fusores metalli fieri solet. Formas enim quasdam ex luto prius confingunt, in quas postquam metalli liquor permeauerit atque concreuerit, lutum omne & alienam substantiam auferunt.

Sic natura vtitur humore contento in semine, substantia enim est dilatabilis ac permeabilis, & talem habet consistentiã, vt primum alimẽtum continere queat donec coaguletur, ipsum autem nequaquam indurescat sic enim impedimento fuisset, cum nequiuisset dissolui. Propterea semen instrumentum generationis appellatur, *1. de gen. anim. cap. vlt.* Instrumenta enim non ingrediuntur opus: sed media sunt, per quæ ab agente communicetur actus in materia. In quibus igitur seminis corpulentia maximè separari potuit, perfectiora orta sunt animalia, distinctionem organorum optimam habentia: in quibus autem ea continetur, minus distincta apparent, vt plantarum corpora, & animalium sanguine carentium. Simile autem quid videtur esse in Mola appellatæ in perfectioribus animalibus, indistincta enim est carnis substantia.

His hoc modo constitutis facilè soluentur dubitationes. Quod enim medici notarunt semen maris, non expelli, sed primis diebus membrana claudi, verum est: non tamen ex hoc inferre possunt id quod intra membranam comprehensum est omne transire in substantiam animalis: per hanc enim membranam materia fœtus ea vasis vteri ad ipsam desinentibus dispensatur intrò, vt in adultis patet: atque intra eandem asseruantur excrementa, donec fœtus in lucem eaeat. Nam cũ tres sint membranæ fetum inuoluentes, extrema veluti ex venis & arteriis est contexta, quæ sunt veluti radices, quibus fœtus ex vtero haurit alimentum. Si igitur radices prius oriri oportet, vt apparet in Plantis: hanc membranam prius fieri est necesse, vnde subeat alimentum. Ex quibus patet non esse primum alimentum ipsam genituram neque semen fœminæ, quod in coitu emitti solet: oporteret enim alias esse radices, quæ in huiusmodi substantias essent implantatæ, at nullæ aliæ apparent, quam quæ in membrana disseminatæ sunt ad vteri oscula desinentes: per vmbilicum enim transeunt in ventrem fœtus.

At dubitabit quis circa harum radicum ortum, vtrum principiũ ducãt ab vteri osculis an à semine. Dicimus nõ posse ab osculis incipere, fiũt enim per attractionem alimenti, non per expulsionem: principium autem attractionis in semine est, vbi calor inest vitalis. Quemadmodum igitur coagulum lacti inspersum in vnum quid confluens, reliquas lactis partes crassiores secum ducit, & ab humore separat, vnde oritur coagulatio: sic calor qui in semine continetur & spiritus in vnum concurrens principium est attractionis materiæ quæ in venis vteri continetur, qua concreta reliquus humor corpulentus excernitur. Circunducuntur autem membranæ partim ex necessitate resiccata parte terrena quæ extima fuerit, vt in pulte refrigerata contingit, partim alicuius gratia, vt à superflua menstruorum humiditate quæ in coagulatione separatur, fœtum abiungerent: oportet enim animal in sicco esse non in humido. *2. de gen. ani. cap. 4.*

Patet igitur ex qua materia oriantur membranæ fœtum inuoluentes, quomodo autem eæ tres fiant, hinc consideretur. Facto igitur concursu spiritus in vnum principium, vbi cor constituendus est aut id quod cordis proportionem gerat, vndiquaque tanquam ad centrum confluere materiam oportet primam ex menstruorum sincerissima substantia, ex qua viscera & venæ constituantur. Ingrediente autem hac materia per canales in semine à spiritu factos venæ constituuntur, quæ veluti radices sunt fœtus, quà autem in vnum concurrunt constituitur cor primò, deinde reliqua viscera. Quanuis autem absoluto animali venæ, quæ vmbilicales appellantur, non desinant in cor: sed vena quidem in venam cauam iuxta hepar: duæ autem arteriæ in aortæ sectionem ad crura tendentem, non officit iis quæ diximus, quoniam crescente corde & reliquis ex corde ductibus paulatim insertio prima radicum abiungitur à corde. Quod & in seminibus plantarum spectare licet: postquam enim radices egerint in terram, ipsa seminæ vnà cum corde attolluntur sæpè supra terram vnde germinant.

Accidit præterea concursum illum radicum multarum, qui ab initio in cor fiebat, crescente fœtu iuxta vmbilicum fieri, tanquam manu quadam apprehendente. Idcirco membrana horum vasorum plexum continens extima facta est, quam Græci Corion vocant: reliquæ autem duæ ex finibus ipsius fœtus ortum ducunt non ex principio. Quæ enim corio subiecta est, quam Græci Allantoidem, id est intestinalem vocant, in vmbilico continua est cum peritonæo appellato quasi illius propago quædam. Intima autem omnium dutissima, quæ Ammios Græcè dicitur, totum fœtum circumplectens in eodem vmbilico continua est cum ipsius fœtus cute extima.

Pulcherrimo autem artificio hæc facta sunt: vt enim inter Peritonęum & cutem tota animalis corpulentia continetur, sic inter Ammion & Intestinalem continetur humiditas superflua, quæ in coagulatione partium separatur à fœtu ad similitudinem sudoris. In membranis igitur sunt omnia quodammodo quæ in fœtu continentur, sed inuerso modo. Vt enim extima respondet intimis visceribus: sic intima cuti extimæ Media autem partim extima partim intima. Nam peritonæum & quę peritonæo respondet in Thorace & capite, extima pars est viscerum, intima autem ad cutem. Quę autem illi respondet intestinalis interior est ad corion, exterior autem ad Ammion. Sed hęc vberius dictæ sunt, quàm esset pręsentis propositi.

Patet igitur ex dictis, quanuis genitura intra membranam claudatur, materiam tamen fœtus non intra esse, in iis quę pariunt animal, sed extrinsecus paulatim dispensari per venas, quę in extima membrana sunt dispositę. Corpulentiam autem seminis, postquam prima fœtus materia coagulationem adepta est, si quę in flatum non fuerit extenuata, excerni vnà cum humiditate menstrui in eam capacitatem quę relinquitur inter intestinalem & Ammion. At in iis quę pariunt ouum, quoniam reposita continetur in ouo duplex materia, duplex etiam vmbilicus spectatur, vnus qui ad externam membranam tendit, alter ad internam quę luteum ambit: proportione autem respondent hic quidem venæ quæ alimentum fert auctiuum, alter verò arteriæ quæ primũ ac nutritiuum fert alimentum: quorum vnus ad sinistrũ cordis ventriculum tendit, alter verò ad dextrum. Hæc igitur in viuiparis vnico vmbilico seruutur, quoniam ex eodem loco scilicet ex vtero vtraque materia dispensatur. In quadrupedibus autem ouiparis & piscibus, vnicus est vmbilicus, quoniam oui substantiæ vnicolor est mixtam habens vtranque naturam alimenti: ideo in illis non reperitur duplex venarũ genus vt cæteris sanguineis, sed vnicum ex vtraque natura constans.

Ad alteram dubitationem, quæ ostendit sanguinem menstruum materiam ineptam esse ad primam partium constitutionem, quia & crassior sit, & minimè tenax, nec alba: concedimus totum illum sanguinem, qualis excerni solet per purgationes menstruas, non esse primam materiam animalium, sed eius partem, quam seligit natura trahens per arterias ex vteri arteriis. in his enim continetur concoctum syncerissimum primúmque alimentum, ex quo nobilissima quæque partium constituatur, ex cuius excremento ossa & neruos fieri testatus est Aristoteles. *2. de gen. anim. cap. 4.* Quod autem putent partes albas ex alba substantia fieri ex necessitate, rubeas ex rubea, nulla ratio est: cum enim transmutatio fiat alimenti secundum substantiam, quid prohibet etiam fieri secundum accidentia? Ad partes rubeas non ex rubeo fieri patet in ouorum conceptu, in ortu enim pulli oritur sanguis ea non sanguine tum ex albo tum ex luteo. Præterea quid impedit, quominus ex materia menstrui excremementi quamuis rubea seligatur pars alba? inesse enim albedinem sub rubedine omni

ni sanguini patet per eius ablutionem, præcipuè si ex muliere mittator sanguis in aquam calidam, nam non multo post, rubedine abluta, coit substaotia alba ac pituitosa.

Esse autem primam materiam animalium, pituitam in menstruo excremento contentam, aperuit Aristoteles. 1. *de gen. anim. cap.* 18. pituita enim alimenti vtilis excrementum est, ideo alere potest. Non ergo ex sanguine creatur animal, sed ex sanguinis excremento, quod enim in corde matris persici nequiuit, perficitor in eorde fœtus. Quod autem circa occursum genitoræ ad excrementum menstruum arguunt, patet solutio ex dictis: non enim occurrit menstruo in cauitate vteri existenti, sed ei quod in vteri venis continetur: membrana aotem clauditur non materia fœtus in viuiparis, sed genitura. quo autem pacto intro primum alimentum attrahatur, explicatum est superiùs. Dubitationes aotem quæ ex dictis Aristotelis colligebantur, ex sequentibus patebunt.

Ad primam igitur concedimus semen non habere actu formam, & potentia esse, & persici oportere: calor enim & spiritus qui in semine est, potentia animatus est, fit autem actu adueniente alimento. Non enim adhuc nutritur antequàm excremento menstruorum occurrerit. Non tamen hinc sequitur materiã esse animalis: non enim sua corpulentia potentia est: impossibile enim est ex ea materia gigni animal, quod potestate cõtinet semen: sed sua facultate & virtote quæ in calore consistit. Significauit hoc Aristoteles 2. *de gen. ani. cap.* 19 vbi inquit, *Itaque semen manus aut faciei, aut totius animalis, est manus indefinita; aut facies, aut totum animal indefinitum: & quale quodcunque illorum est actu, tale semen potentia est, aut corpulentia sua, aut facultate, siue virtute, quam in sesipsa contineat: id enim nondum ex iis quæ exposuimus patet, &c.*

Cùm ergo ostenderit inferiùs materiam à fœmina haberi, animam autem & formam à mare, potentia seminis actiua est non passiua: agit enim in menstruum. At passiua quoque dici potest, quatenus motum hunc à generante accepit: neque adhuc similis est generanti, apta tamen est illi similis fieri, etiam si amplius generans non tangat. Idcirco non ab hac parte fiunt reliqua, cùm non sit actu, sed ab eodem generante omnia fiunt vnum post alterum, vt in machinis sponte motis apparet. Nã à caliditate cordis caliditas fit in semine, non tamen statim actu animata, sed quæ nutriri similiter possit: menstroo autem adueniente actu animatum fit, primò cor postea reliquæ partes. Quodammodo igitur materia ad actum ducit, vt etiam illud quod remouet impedimenta: idem in seminibus plantarum spectatur, nam priusquam humor ex terra adueniat, non germinant.

Ad alteram dubitationem, quæ ostendit semen aliquid esse rei quæ generatur, qoia motus & generatio in re genita est, concedimus verum esse, caliditas enim eius, quæ est pars præcipua animalis, & anima quam habet potentia, remanet: oon tamen sequitur eius corpulentiam remanere. Diceret verò quispiam aliquod corpus necessario remanere. Spiritus enim corpus est. 2. *de gen. anim. cap.* 3. caliditas autem animalis oon sine spiritu est. Respondemos spiritum in continua esse generatione, vt ignem: fit enim ex humore incalescente. ex menstruo igitur alter illi similis generatur, vnde cõtinuatur eadẽ caliditas in alia atq; alia materia, quẽadmodũ flumẽ, idẽ .n. nomero est, licet aliæ atq; aliæ sint fluminis aquæ. Nõ tamẽ idem nomero est animal cum generante, quoniam seiunctum est ab illo, neque continuum: quemadmodum neque vnos est numero motus qui per quietem intermissus est. 5. *Phys. text.* 38. Caliditas igitur quæ in semina vnà cum virtutibus animæ remanet eadem numero in eo quod generatur, & aliqoa pars est rei genitæ.

Quod aotem dicitor primum alimentum extrinsecus non venire, sed esse aliquid primum, vt in plantarum seminibus, intelligitur de eo quod iam in vtero præsto est, ex quo & genitura fit id quod propriè semen appellatur 1. *de gen. an. cap.* 18. vt sunt semina plantarum. Eodem modo diceodum est de materia ossium & neruorum & reliquarum huiusmodi partium, quæ ex semine dicuntur fieri: non enim ex genitura vlla fiunt, sed ex primo alimeoto nutritiuo. Quod aotem oua piscium à semine maris augeantur, nullum est absurdum: ouom enim perfectum ex vtroque corpore constare oportet. Nihil autem refert siue primom colligatur materia fœminæ deiode superueniat materia maris, vt illis contingit qoæ oua pariunt: siue primus conceptus ex genitura fiat, cui adueniat materia fœminæ, vt accidit iis quæ pariunt aoimal. Non tamen ob id sequitur animal ex genituræ corpore fieri aut augeri. Manifesta igitur est senteotia proposita: marem formam solum tribuere, fœminam autem vniuersam materiam, formam verò vsque ad aliquid.

QVAEST. III.

Cor non solùm arteriarum, sed & venarum ac neruorum esse principium.

SI vna est numero animalis vnius anima atque impartibilis, vt ostenditur 1. *de an. tex.* 90. aut vnum esse oportet totum animalis corpus: aut eius aliquam partem principem vnam, vnde cæteris vita communicetur. Esse autem vnam numero animam vniuscoiusque atque impartibilem ex eo colligit Aristoteles. Nam si plures essent eius partes loco distinctæ, aliquid aliud esse oporteret, quod vnam ipsam animam faceret: si enim non vna esset anima, neque vnum esset ipsum animal. Illud autem quod vnitatem præstat in vnoquoque forma est, non materia: hæc igitur anima erit non partes loco separabiles Præterea eo signo manifestum est, non esse loco separabiles animæ partes. Plantæ enim diuisæ viuont & animalia quædam in genere insectorum, in eadem igitur parte insunt facultates omnes, vt vegetatiuum, sensitiuum, motiuum & cætera huiusmodi mouetur enim & sentit vtraque pars: vtraque igitur & appetit & tristatur, aut gaodet, & imaginatur. 2. *de anim. tex.* 20.

Vt igitur in iis quorum sectiones separatæ viuunt, non diuiditur anima secundum partes, vt vna seotiat, altera appetat, aot moueatur, sed vtriusqoe particulæ anima eiusdem speciei est cum totius anima. 1. *de anim. tex.* 94. Sic quorum partes diuisæ pereunt, vt eorum quæ sanguine prædita sunt, anima & actu & potentia vna est. 3. *de par. anim. cap.* 5. Aut enim vtræque partes simul moriontur diuisæ, aut altera tantùm perit, vt ea quæ disiungitur à parte principe.

Maoifestum etiam est ex natura partium animæ Cùm enim vegetatiuum separetur à sensu & reliquis, vt patet in plantis, reliquæ autem à vegetatiuo nequaquam: si hæ separatæ essent loco, sensus esset aliquando sine vegetatiuo. Ablato enim principio animæ vegetatiuæ, vt hepate in qua parte Plato sedem huios animæ ponebat, non continoo moritur animal: at impossibile est sensum esse sine aoima vegetatiua, quodcunque enim viuit hãc habet à principio vsque ad finem. 3. *de anim text.* 59. Attestatur id quod nullum videmus sensu præditum quod non indigeat alimento: vt enim reperiuntur plantæ quæ notriuntur & non sentiunt, sic aliqua essent in natura, quæ sentirent & non nutrirentur. Idem dicendum est de cæteris animæ partibus: superiores enim ac perfectiores inseparabiles sunt ab inferioribus imperfectioribúsque, quoniam ex veluti materia earum sunt io iis quæ generabilia sunt.

Si igitur animæ partes hoc modo se habent inter se: vnum esse oportet omnium principium non plura: idqoe aut totum corpus indistinctè, vt videtur in iis quæ modicam habent organorum distinctionem, vt plantæ, & insecta quæcunque diuisa viuunt: aut corporis aliquam particolam vt iis accidit, quæ perfectiora sunt. Esse autem huiusmodi Cor in iis quæ sanguine prædita sunt, patet. Nam hoc primum oritur: cernitur enim palpitare statim in prima fœtus generatione

3. de part. ani. cap 4. Vltimum autem interit, quasi eo non existente reliquæ partes non sint, nisi vt manus mortua, aut oculus mortuus: viuunt enim omnes quatenus adnatæ sunt Cordi. Præterea solum aut quàm maximè nullum vitium patitur: hepatis enim & cerebri vulnera non semper lethalia sunt. Cordis autem solius vel minima scissio lethalis est. Indicat & animi deliquium & syncope cor principium esse omnium totius corporis operationum: in eo enim affectu, omnes simul operationes collabuntur, cùm propria sit cordis affectio. Id non contingit neque in conuulsione neque in Paralysi, neque Epilepsia, nec tandem in ipsa Apoplexia, in qua totius corporis sensus & motus aufertur. Non enim ex iis cordis pulsatio aufertur ex necessitate. Quod autem propriam cordis operationem aufert, omnes aufert.

Argumentum etiam sumit Aristoteles ex situ: nam in medio est, qui locus est commodissimus vt omnibus partibus vitam impartiatur. Amplius, ex vi caloris, vbi enim est principium caloris, necesse est reliquarum virtutum esse principium, omnis enim animæ virtus in calore consistit. Si igitur ex corde reliquæ partes hunc consequuntur, operationes igitur omnes ab eodem possidene. Nullum autem esse in animalium partibus alium calorem actu secundum naturam, quàm eum qui influit à corde, alio loco ostendimus. Si autem ignis operatio propria est nutritio, tandiu enim viget, quandiu alimentum trahit: Cor erit prima pars quæ nutritur, est enim caliditatis fons. Ob id concluditur *in libello de Respiratione, cap.* 4 in quo loco primo corporis & in qua loci parte principium caloris est, ibi necessariò primam nutritiuam animam esse. Ideo in conceptu hæc prima pars cernitur sanguinolenta. 2. *de gen. Anim. cap.* 4. Sanguis enim est vltimum alimentum, quod in corde primum apparet, & quo cæteræ partes nutriuntur augentúrque.

Si igitur nutritio & alimenti concoctio partis vegetatiuæ est, in corde erit primo hæc pars animæ: cæteræ autem partes calore à corde mutuato hæ quidem alimẽta præparabunt, vt ventriculus venæ, hepar: aliæ autem sanguinem ipsum probè confectum in propriam naturã conuertunt, vt caro, os, neruus, & reliqua. Significant & passiones quæ contingunt circa metum, fugit enim sanguis ad cor tãquam ad suum principium, non ad hepar aut cerebrum. Quod si cor principium est sanguinis, venarum quoque & arteriarum principium esse necesse est: vasa enim hæc sanguini sunt destinata. Vt igitur riuuli ex fonte aquam hauriunt, sic venę & arteriæ ex corde.

Oportet præterea omnes venas continuas esse cum corde vt sanguis contentus in ipsis eius calore conseruetur, frigore enim congelatur, quod patitur vbicunque fuerit extra venas. 2. *de par. anim. cap.* 9 Patet autem ex dissectione omnes venas soli cordi continuas esse. Nam quæ in pulmones transeunt ex corde, nulli alij visceri sunt continuæ: hæ enim desinunt in Cordis ventriculos, nec vlterius transmeant. Vena caua & Arteria Aorta reliqua viscera excepto Corde, postquam adierint, transmeant vlterius, aut si quæ desinunt in capillamenta resoluuntur, non in ventrem aliquem transfundunt sanguinem: nullibi enim continetur sanguis in ventre extra venas præter quàm in corde. 3. *de Hist. anim. cap.* 3. & 3. *de par. anim. cap.* 4. Indicant & membranæ veluti fores quædam ostiis venarum appositæ in corde quæ ingressui aut egressui patent: ibi esse omnium venarum principium: sunt enim hæc quasi venarum capita, fines autem earundem in capillamenta tenuissimè scissa desinunt. Esse igitur Cor principium omnium venarum (arteriæ enim sub nomine venarum intelliguntur Aristoteli) ex dictis patet.

Sed & neruorum quoque ortum ab eodem duci, hinc manifestum fiet. Nam primò vis motiua, quæ neruis perficit suos motus, in corde est: ibidem enim & appetitus inest, vnde est principium motus. 3. *de anim. text.* 48. Patet autem in corde esse appetentiam, nam lætitia & tristitia & spes cordis motiones quædam sunt, in quibus consistit appetentia persequendi aut declinandi quippiam. Ex quibus etiam est manifestum primum sensorium Cor esse, coniuncta enim est cum omni sensu lætitia aut tristitia, quæ in corde primum esse animaduertuntur. Sensus enim incipiunt ab exterioribus organis & desinunt in cor, lætitia autem & tristitia in corde incipiunt, & desinunt in mẽbra exteriora, motu ipsis communicato. Significauit hoc Aristoteles 3. *de Part. Anim. cap.* 4. cùm inquit, *Motus etiam lætitiæ & tristitiæ, denique omnium sensuum, hinc oriri, eodémque desinere videntur.* Si igitur vbi est facultas ibi quoque instrumentum est, nerui autem instrumenta sunt motus, in corde principium neruorum esse oportet, vbi est principium facultatis.

Præterea experimento manifestum est. Cum enim vehementiorem aliquem motum perficere volumus, spiritum quem inspiratione accepimus, retinemus, sine cuius retentione vires neruis immittere non possumus, eo autem retento vires augentur. 2. *de Gen. An. cap.* 4. & *De Somno, cap.* 2. At verò quid faceret huiusmodi nixus circa cor, nisi continuus esset meatus à corde ad instrumenta motus, per quem spiritus multus intromitteretur? Moueri autem neruos à spiritu existente in corde ostendit Aristoteles *in libello de communi animalium motu* Manifestum id etiam est in insectis, quæ dum mouentur sonum edũt, vt Culices, & aliquando Muscæ: murmur enim qui in earum motu sentitur, à spiritu fit iuxta septum transuersum eleuata & depressa membrana, vt testatur Aristoteles *in libello de Respiratione cap.* 4. Patet igitur motum incipere à corde in iis quæ habent Cor, vel à proportionali aliqua cordi particula, in quibus cor deest. Innixus enim quidam iuxta eum locum requiritur semper à spiritu factus.

Sensu quoque patet, copiam neruorum in corde esse. Solum enim inter viscera carnem neruosam & maximè robustã adeptum est, quod recta ratione factum esse scribit Aristoteles 3. *de Part. an. cap.* 4. Cùm enim hinc motus oriantur, qui intendendo ac remittẽdo fiunt, ministerio tali & robore opus erat. Neruulos enim multos suo ampliore ventriculo continet, & vena Aorta appellata neruosa est, adeo vt eius postrema neruo omnino constent. Tenduntur enim modo neruorum, & nullo intus cauo distinguuntur, 3. *de Hist. anim. cap.* 5. Ex dictis igitur apertum est, Cor principium esse non solum venarum omnium, sed etiam neruorum.

At hæc sententia maxime omnium à Galeno est afflictata, non rationibus solùm sed & conuiciis stimulante. Putauit enim Platonem insequutus triplicem esse animæ principatum non solùm facultatibus sed & locis distinctum. Altricẽ igitur facultatem alimentum toti corpori ministrantem in hepate collocauit: idcirco hoc viscus principium esse tum sanguinis tum venarum. Sensitiuam autem cum reliquis potentiis ad cognitionem & motum spectantibus in cerebro sitam esse voluit, quam animalem facultatem vocauit: idcirco cerebrum principium esse neruorum asseruit, quia sensus & motus per neruos perficiuntur. Quoniam autem nulla pars animæ relinquebatur quæ ab illis non esset cõprehensa, vt cordi aliquem principatum assignaret, vitalem facultatem excogitauit, cuius opus esset cordis pulsationem & arteriarum efficere: quasi vita non sit ipsa animę præcipuè altricis operatio. Probat autem hepar esse venarum principium, non cor, ex iis quæ apparent in dissectione. Nam primò eius substantia simillima est sanguini, idcirco sanguinem gignere putandũ est. Quod si sanguinis est principium, etiam venarum esse dicendum est.

Venas autem omnes oriri ex hepate sic ostendit. Nam ex eo egrediũtur duæ venæ, quarũ vna non est alteri cõtinua: ea scilicet quæ porta iecoris appellatur, vnde fertur ex ventriculo & intestinis alimentum in Iecur: altera Caua appellatur, quæ ex ienicore sanguinem concoctũ haurit, ac cæteris corporis partibus distribuit. Cùm igitur in hepate non coniungantur vtriusque venæ orificia, dicendũ est in ipso esse omnium venarũ radicationem. Præterea cùm ex ventriculo & intestinis non feratur alimẽtũ in venã Cauã, nisi prius transierit per Iecur, necesse est in eo aut præparationẽ aliquã fieri, vt postea

perficia-

perficiatur ab aliu vt Corde, aut inibi perfici: sed ipsum nun præparare Cordi materiam est manifestum : non enim tutam materiã præparatam illi tribuit, sed partem. Vena enim caua ex hepate egrediens, ramum vnum deorsum distribuit ad partium subiectarum nutritionem, quasi alimentum perfectè fuerit in eo coctum: alterum sursum qui priusquam in Cor ingrediatur, alios ramulos circunstantibus particulis impertitur, vt septo transuersu, & pericardio: quod non fieret, nisi sanguis in hepate præparatus vim alẽdi posideret. Hepar igitur vim altricem primò possidet.

Insuper, si in corde perficeretur sanguis, altera esset vena, quæ coctum sanguinem reciperet, nõ per eandẽ regredi oporteret. At verò nec regredi ex Corde in venã signum est: quia ostio venæ cauæ tres membranulæ coaptatæ sunt ita, vt concedatur ingressus sanguini in cor, egressus autem nequaquam. Amplius ex magnitudine venæ cauæ: cum enim circa fines venæ in ramulos tenuissimos findantur, iuxta principia crassissimas esse putandum est. At iuxta hepat crassissima est vena caua, ac infra ipsum maior quam supra spectatur vbi Cor adit, non igitur cor, sed hepar principiũ est venarum. Adde quod videtur vena caua vna ex hepate sursum tendens ad iugulum, cordi applicata, non quemadmodum arteria è corde egrediens in duos ramos statim diuisa. Testatur præterea multa animalia dextro cordis ventriculo carere, non tamen hepate nec vena, quæ deberet in Cordis partem dextram ingredi: huiusmodi autem esse quæ pulmone carent: non enim carere ob id corde, hepate, vena, & arteria. Hæc igitur & huiusmodi sunt, quibus Aristotelis placita impugnat circa venarum & sanguinis principium.

Circa neruorum autem originem insultat vehementiùs. Nam ex dissectione certissimè ostenditur neruos omnes partim ex cerebro partim ex spinali medulla descendere. Spinalem autem medullam veluti cerebri germen cum eo continuam esse. Constare autem eos ex cerebri substantia patet: quantò enim illi propinquiores fuerint, eò molliores visuntur, & medullæ magis similes: quantò autem à principio discesserint, eo fi .nt duriores. Constant præterea ex triplici substantia quam à cerebro acceperunt, inest enim omnibus neruis internum corpus medullæ respondens, & duæ membranæ ambientes, vna crassior altera tenuior, à duplici membrana cerebri ortum ducentea: quæ omnia insunt omnibus neruis, tum iis quæ à cerebro, tum iis quæ a spinali medulla fluunt. Eorum autem qui à cerebro descendunt, ramulus quidam tenuissimus ex sexta coniugatione ortus Cordi extrinsecus inseritur vt cæteris visceribus.

Esse autem huiusmodi ramulum cæterorum neruorũ principium, stultum est asserere. Præterea experimento certissimo patet virtutem neruis triburam ex cerebro descendere non ex aliis partibus quas adeunt: quicunque enim neruus abscindatur, aut vinculo deligetur ne virtus vlterius transeat, statim perit sensus & motus in subiectis partibus in quibus neruus ille inseritur, in superioribus autem minimè. Idem accidit & spinali medullæ: si enim contingat ex luxatione vertebræ intercidi virtutem ex cerebro descendentem, omnia subiecta corporis post eum locum neruos recipientia, motu & sensu destituuntur. Quæ autem ex superioribus spinæ partibus neruos assumunt, nihil patiuntur. Ex cerebro igitur fluunt nerui omnes, & cum neruis sentiendi ac mouendi virtus. Quoniam autem omnium animæ facultatum eæ quæ ad sensum & cognitionem spectant, principes existunt, idcirco inquit, vbi neruorum origo est ibi esse animæ principatum: huiusmodi autem in cerebro esse ex iis quæ dicta sunt patet. Hęc sunt præcipua, quæ Aristotelis sententiam videntur funditus euert . re.

Sed tamen si rem diligentius perpendamus, admirabimur secretissima naturę opera, simul & acutissimum Aristotelis ingenium, qui ea viderit, & scriptis mandauerit, quæ tãtorum virorum oculi nequiuerunt animaduertere. Perinde enim est ac si quis artificiosam aliquã texturam contemplans quærat filorum ductus & replicationes, cæterásque compages, quæ vix eidem artifici qui construxit innotescant, idem nobis contingit circa animalium compositionem omnium quæ hìc sunt artificiosissimè constructam à natura. Videamus igitur prius duplicem venarum naturam, Cauę scilicet atque Aortę, deinde neruorum artificium explicabimus.

Scribit Aristoteles. *2. de gen. an. cap.* 4. duplicem esse rationem alimenti, vnam nutriendi, alteram augendi. Nutriens est, quod esse præbet toti & partibus: augens quod accessionem ad magnitudinem facit. Natura autem vtrunque alimentum & vtriusque alimentum excrementa dispensat, perinde atque paterfamilias prudẽs, qui in cura rei familiaris optimum cibum dat liberis, deteriorem seruis, vilissimũ sociis animalibus. Cùm igitur duo sint genera alimenti, duo etiam genera venarum in iis quę perfectiora sunt constituit, statim in prima generatione vtrunque alimentum secernens vt in illis ouis pater, in quibus alba & lutea substantia seiunctæ sunt, & duo vasa ad vtranque substantiam desinentia. Edito autem in lucem fœtu, neque suppetente amplius vtroque alimenti genere præparato: ex eadẽ materia in ventrem ingesta, vtrunque sibi præparat. Nam calore cordis ventri cõmunicato per venas & arterias, primã coctionem molitur: deinde venis quæ per lactes eodem deriuantur quasi radicibus vtens, & ad fontem caloris paulatim perducens, in itinere alteram coctionẽ præstat, qua sanguis fit, non ille syncerissimus, sed qui alimentum auctiuum exhibere posit, nutritiuum autem nequaquam.

Quod autem in venis huiusmodi fiat coctio, aperuit Aristoteles *de Somno cap. 3.* vbi inquit, *Deforis quidem alimenti ingredientis in susceptiua loca fit euaporatio ad venas, ibi verò permutatum in sanguinem vertitur, & vadit ad principiu.* In corde autem vltimam fieri coctionem alimenti nutritiui patet ex iis quæ in *1. de gen. Anim. cap.* 18. habentur. Semen enim vltimi alimenti est excrementum: vtilissimum autem quod vltimum est, ex quo vnumquodque gignitur membrum. Si igitur vltima coctio in fonte caloris perficitur: alimentum quod dat esse vnicuique, in corde solùm fit. Huic autem alterum genus venarum tributum est magnitudine quidem exilius, sed præstantia longe maius, non ex vnica membrana constans, vt altera vena, sed duplici eaque maximè neruosa. Vtraque autem ex eodem principio fluunt, scilicet corde, quia principiũ vnum esse melius est quàm plura, & propter alias causas superius dictas: ex dextro quidem eius ventriculo amplissimo & calidissimo vena caua, sanguinem enim continet crassiorem, in quo calor intensus est magis. Ex altero autem ventriculo qui medius est, ac minor, sanguinem temperatissimum ac syncerissimum habente egreditur Aorta ex latere sinistro.

Tertium ventriculum omnium minimum testatur se vidisse Aristoteles in maioribus animalibus, nam in minoribus ob exiguitatem non est conspicuus: hunc autẽ in sinistra parte esse, ideo minimè omnium de caliditate participare. Medium igitur tanquam impar principiũ esse. Videre autem facilè est hos tres ventriculos non solùm in grãdioribus animalibus, sed & in auibus ipsis, si secundum cordis transuersum sectionem moliamur incipientes à vasi. Nam cordis particulas hoc modo amputantes, medium ventriculum inspicimus rectà à basi ad mucronem vsque tendentem per mediam cordis regionem. A latere autem propè marginem alterum semicirculi modo circundãtem, qui propè basim quidem septo conspicuo dispartitur in duos quorum dexter maximus est, sinister minimus, propè mucronem verò ambo in vnum coeunt. Sed quoniam hæc quoque à medicis impugnantur, alio loco commodius examinabimus.

Soluamus igitur obiecta de Vena Caua. Erat autem argumentum primum desumptum ex similitudine substantiæ. Est enim hepatis substantia veluti sanguis concretus. respondemus hoc signum non magis significare iecur sanguinem gignere, quàm ex sanguine fieri vt reliqua viscera: posita sunt enim omnia ad ostia venarum, idcirco sanguinolentam substãtiam adepta sunt omnia.

At quo pacto oriri substantia venæ ex eo possit, explicare nequit, non enim ex membranosa substantia constat, nisi quatenus venæ in eo sunt dispersæ, & quatenus à peritonæo tegitur. At cordis substantia lõgè magis est similis tum sanguini tum venis: nã & neruosa est valdè & maximè sanguinolenta.

Alterum autem argumentum ex duarum venarum in hepate concursu, quorum orificia non committãtur inuicem, assumit pro verò id quod apparet. Respondet enim huic Aristoteles. *3. de Hist. Anim. cap. 2.* vbi inquit, *Causam ignorationis circa principia venarum, esse occultationem earum partium & per difficilem inspectionem. Nam in animalibus mortuis natura venarum principaliorum obolitur, propterea quod effluente sanguine languescant & collabantur, in viuis autem fieri non potest vt cernantur, cum intus occultentur. Itaque alij cum in cadaueribus dissectis inspicerent, summa principia cernere nequiuerunt.* hactenus Aristoteles.

In hunc igitur errorem incidit Galenus. Cùm enim intuitu persequi nequiret tenuissimarum venularum in hepate ductum, pronunciauit non esse id quod ipse videre nõ potuit. Cùm enim vidisset ramos venæ portæ in concaua hepatis parte rectà tendẽtes vsque ad extrema, & alios similiter per gibbam eius partem ex vena caua discurrentes, inibique non esse continuos vnius ramos cum ramis alterius, iudicauit nullibi cõtinuos esse: quasi in ea parte desinerent, neque per mediam hepatis substantiam vario modo reciprocarentur. Patet autem id si hepatis particulam diutius lauemus, vt sanguis concretus contabescat: relinquitur enim veluti retis cuiusdam tenuissimæ contextus.

Præterea qui fieri potest, vt sanguis extra vasa propria non concrescat? aut quomodo iterum in vasa assumetur? Alimentum enim ab initio ad finem semper in ventre quodam continetur: egressum autem aut putrescit, aut particulæ agglutinatur. Impossibile igitur est in hepate ex venis egredi sanguinem, vt iterum in venas reassumatur: cùm præsertim hepatis corpulentia tenuissima membrana vestiatur: quomodo enim hæc continere humorem sanguineum possit in tanto viscere inspersum? Venam igitur continuam esse oportet vsque ad cordis ventriculos, vt inde omnis virtus descendat: nec vllibi cõtingit disiunctam esse, sanguis enim calore cordis destitutus concrescit, & tandem putrescit.

Tertium argumentum ex officio hepatis sumptum est. Cùm enim in venam cauam non possit transsumi sanguis, nisi prius per hepar transierit: putat in hepate perfici oportere. Concedit Aristoteles. *3. de Part. Anim cap. 7.* præter communem omnium viscerum vsum, quæ exhibent venis in diuersas corporis partes diductis, vt quasi anchoris firmentur: priuatim hepar & lienem data esse propter coctionem alimenti: sanguinea enim eorum natura calorifica est. Putandum est igitur non solùm iuuare eam coctionem quæ in ventriculo fit, fouet enim ventriculum iecur circumamplectẽdo in dextris, lien verò in sinistris: sed etiam alteram, quàm in venis ex sententia Aristotelis fieri diximus. Datum autem tantum viscus ad separationem excrementi fellei, vt quidam putant, non est rationi consonum. Omnibus enim sanguineis hepar inest, maximè necessarium: non in omnibus fel reperitur, eo enim carent Delfinus & Ceruus, vt testatur Aristoteles *4. de Part. Anim. cap. 2.* In plurimis tamen reperitur, quia excrementum est eius visceris. Vt igitur lien fæculentum sanguinem trahit, sic hepar biliosum. Idcirco in hepate separatur huiusmodi excrementum aliquando in vesicam illi subiectam, vbi multùm inest fellis, aliquando in venulas quasdam, vbi parum eius inest, vt Camelo.

Quod autem arguit præparationem ab hepate factam perficere ipsum sanguinem, vt nutrire possit: concedimus illud genus nutrimenti factum esse, quod auctiuũ appellari diximus ab Aristotele, non autem illud quod nutritiuum dicitur & dat esse: eam tamen præparationem non solum in hepate fieri, sed in venis omnibus superius ex Aristotele ostendimus. Adiuuat igitur coctionem hepar sua corpulentia venas circumplectendo, sic enim conseruat diutius calorem à corde fluentem, cuius beneficio omnis coctio perficitur.

Ad quartum argumentum concedimus alteram venam à natura factam esse, quæ coctum sanguinem nutritiuũ recipiat: hæc enim Arteria est Aorta. nõ est autem necesse vt regrediatur ex corde in venam cauam, illa enim auctiuum alimentum continet, quod in ipsamet propter cordis continuationem perficitur.

Ad quintum argumentum desumptum ex crassitudine venæ, dicimus non esse necessarium crassissimam esse in principio: nam & in plantis, vnde sumit argumentum, aliquando aliter accidit: vt vel radices crassiores sint, vt in rapo: vel caulis crassior sit post eius principium, vt in brassica. Præterea ea ratione dicere possumus in capite esse principium venarum: sinus enim ibi efficiuntur non minores quàm qui iuxta hepar & Cor spectantur. Adhæc cum sæpe anatomicis administrationibus interfuissemus, non vidimus venæ partem iuxta Cor magnitudine superari ab ea quæ iuxta hepar est, imo etiam superare à multis est animaduersum. Quod autẽ addit videri vnã venam ab hepate ad iugulũ transeuntem iuxta Cor, nõ ex Corde exire: dicimus hoc longè magis circa hepar videri, vna enim apparet à iugulo ad inguina transmeans recta ipsum hepar, ramulis in ipsum dissimilis. In corde autem vena ipsa circa medium ventriculum denegaret in substantiam Cordis. *3. de Hist. Anim. cap. 3.*

Ad vltimam dubitationem de animalibus quæ carẽt dextro ventriculo cordis, respondet Aristoteles ea carere potius sinistro, nã hic minor est, ideo sæpè delitescit. Quomodocunque autem sit, quibuscunque duplex genus venarum datum est vtriusque ingressum in Cor esse deprehenditur, non alterius tantùm.

Relinquitur vt artificiosam neruorum originem aperiamus. Mirum profectò esset Aristotelem latuisse crassissimos neruos ex spina descendentes, nam qui ex capite prodeunt ob tenuitatẽ non adeo venire in conspectum solent, sed ij qui ad brachia & crura tendunt neminem latere possunt. Putandúmne igitur est acerrimũ Aristotelis ingenium in re tam clara & omnibus manifesta cæcutisse? Putamus autem ipsum consultò quædam prætermisisse, quia ex dissectione non erant satis explorata, rem tamen ipsam innuisse tantùm. Neruos igitur ex corde oriri constanter affirmauit, quia eius demonstrationem habuit: modum autem innuit solùm, quia difficillima eius ostensio est ex dissectione.

Scribit igitur *2. de Part. An. cap 10. ideo sensus quosdam positos esse iuxta cerebrum, non quia cerebrum sentiat, aut sit primum instrumentum sensus, sed quia exquisitiores sensus fiunt per partes, quæ sanguinem habent synceriorem. Sanguinis enim calidioris agitatio officium sentiendi intercipit atque restringit. Cerebrum autem sua frigiditate temperiem illam sanguini præstare.* Hoc autem est, quod superiùs *cap. 7.* dicebat, *naturam cerebrum molitam esse aduersus sedem & calorem cordis, vt mediocritas quædã fieret.* Idcirco ab oculis meatus quidam ad venas circa cerebrum sparsas tendunt: & instrumenta auditus in occiput penetrant, vt inde refrigeratum sanguinem & à crassa corpulentia secretum hauriant, sic enim temperato ac syncero sanguine nutriri contingit. Propter hoc autem circa cerebrum non paucæ ac magnæ, sed tenues ac frequentes venæ ex caua & Aorta sparguntur: neque sanguis copiosus & crassus, sed tenuis syncerúsque tendit eodem.

Ex dictis igitur idem videtur præstare cerebri corpulentia sanguini è corde prodeunti, quod hepar efficit priusquã sanguis in cor subeat. Quemadmodũ enim hepar venulas in ipso disseminatas suo tempore fouẽs sanguinem in illis contentum concoquit: sic cerebrum sua frigiditate sanguinem calidissimum è corde ascendentem temperat: vtrobique autem tenuibus ac frequentibus venulis inclusus est sanguis, vt alterari ab ambiẽte corpulentia facilius possit. Simile igitur est cerebrum instrumentis Chimistarum: hi enim cum ex vino aquam ardentem sublimare volunt, fistulam tenuem & in spiræ modum recuruam ascendentes vapores calidos recipientem vasi coaptant, in quo aqua frigida continetur: fit enim vt huius refrigerationis beneficio

temperati

temperati spiritus minimè euanescant. Sic quoque enim ex sanguine in corde feruente tenuissima pars sublimetur, nisi fuisset locus refrigerationis, optima pars sanguinis in auram euanuisset, nec ad miranda naturæ opera perfecisset. Optima igitur ratione cerebri substantia frigida & humida in superiori loco à natura condita est, quia caloris natura est sursum ascendere: & quæ plurimum habent caloris ac sanguinis, iis plurimum quoque cerebri datum est, vt homini.

Venulæ autem in cerebrum dispersæ, si inibi desinerent, nec ad organa sensuum ferrentur, inutiles fuissent, quomodo enim hæc sanguinem syncerum ac temperatum haurirent? Nam si alia vasa condita sint, quæ dispersum hunc sanguinem colligant, idem incommodum oritur: quod in hepate contingebat. postquam enim sanguis è venis egressus est, putrescit. Præterea spirituosus iste sanguis qui in venis cerebri colligitur, postquam semel egressum habuerit ex tunicis continentibus, reassumi nullo pacto potest, et aliis vasis iterum claudatur: natura enim spiritus est dilatari ac diffundi. Necesse igitur est continuas esse venulas è cerebro iterum egredientes ad sensuum instrumenta. At nullum aliud corpus è cerebro egredi videmus præter neruos: nerui igitur venulæ illæ fuerint multæ in vnum coeuntes non communem canalem, sed corpus ex pluribus canalibus ac tenuissimis compositum: idcirco fissilis est neruus secundum longitudinem: nam venulæ in fibras rectas desinunt neruos constituentes.

Significauit autem apertissimè id Aristoteles 3. *de Hist. anim. cap. 5.* vbi de venis loquens inquit, *Aorta arctior est & vehementer neruosa, deductáque longius, hoc est ad caput, ad imas partes, in angustum admodum coarctatur, ac neruinaturam ex toto accipit.* Hæc Aristoteles. Quid potest hoc dicto clarius esse? nihil enim aliud est neruus quàm extrema Aorta alia quidem in capite, id est in cerebro naturam nerui accipientia: alia autem circa imas partes, id est circa crura & articulos totius corporis. Vult enim tendines appellatos & articulorum ligamenta & membranas ossium ex eadem Aorta nasci eodē libro cap. 5. vbi inquit, *Vena Aorta appellata neruosa est, & quidem postremo eius neruo omnino constant, quippe quæ nulla intus caua distinguuntur, tenduntúrque modo neruorum, quæ desinunt applicata ad nodos ossium lubricos.*

Sententia igitur est Aristotelis ex Aorta ad caput tendente oriri neruos cerebri, ex reliquis autem eiusdem extremitatibus tendines & ligamenta, quæ etiam nerui nomine significantur: Meatus igitur quos scribit Aristoteles ad oculos peruenire ex venulis quæ sunt circa cerebrum, quid aliud sunt quàm nerui appellati visorij? Stoltum autem est credere non inesse meatus, si quis amplum quendam canalem in ipsis non percipiat. Vt enim capillum perforatum esse scimus, non tamen visui ob paruitatem meatus apparet. Sic neruos ex aliis signis fistulosos esse cognoscimus, visui tamen non sunt manifesti meatus. Colligamus igitur neruorum ductum. Ex corde egrediuntur venæ & arteriæ, quarum illæ quæ ad caput feruntur caluariam ingressæ partim in ventriculis cerebri plexus retis modo efficiunt: partim vero in membrana duriore sinus quosdam cōmunes ex vtraque vena constituunt, è quibus vasa sanguinis in tenuē membranam spargunt. Cerebrum autem extrinsecus quidem ab hac membrana, intrinsecus autem à plexu existente in ventriculis tanquam ab altera membrana tenuissimas recipit venulas capillamenti modo, quæ cerebri substantiam ingressæ non amplius conspicuæ sunt, scisso tamen cerebro sanguinis substantia ex venulis minutissimis exudare cernitur.

Ex contactu igitur medullæ cerebri temperatur optimè sanguis ille tenuissimus, simul & veluti tomento quodam vascula fulciuntur. Hæc autem iterum ex caluaria multa simul per foramina quædam egressa, ad instrumenta sensuum feruntur, spiritum ac veluti florem sanguinis potius quàm sanguinem ferentia: eodem modo alij ex spinali medulla ad artus & crura & costas feruntur. Quomodo autem sensum efficiant, cum neque sanguis neque nerui neque cerebrum sentiant, sed mēbra sanguinem talem recipientia: & quomodo ad motus faciant tum ij qui ex cerebro ac medulla spinali prodeunt, tum ij qui statim ex alteris intendines musculorū transeunt, nō est præsentis instituti. Non cogimur autem miraculo quodam propter præsentiam spiritus in cerebro rāquam lumine ficti sensum & motum in toto corpore, vt Galenus putat. Sed neruos intendi immisso spiritu corporeo implente, remitti autem eo euacuato, consentit pulcherrimè huic fabricæ, vt in cæteris multis quæ vel ab arte sunt apparent. Sensum autem fieri alterata particula à spiritu per neruos transmisso ex loco refrigerationis asserimus: prærite autem oportere hanc alterationem, vt intromitti ex arteriis in tendinū principia spiritus multus possit: vt commodius alibi ostendemus.

Soluamus igitur obiecta in oppositum adducta. Quod primò dicitur neruos omnes ex cerebro & spinali medulla descendere, falsum est, tendines enim & ligamenta nerui quidam sunt, non tamen inde ortum ducunt. Qui autem à cerebro & spinali medulla veniunt, non inibi oriuntur, vt patuit: sed viteriùs scilicet in Corde eorum est principium vt reliquorum. Quemadmodum enim in hepate, licet sensui immanifestum sit ne xus venæ caue cum vena portæ, vna tamen continua vena est: sic in cerebro continuos esse canales venarum cum neruis ostensum est, quanquam ob vasorum exiguitatem in dissectione ostendi satis nequeat.

Quod autem arguitur ex substantiæ mollitie neruorum propè cerebrum existentium, quasi ex cerebri medulla constent, non sufficiens est argumentum. Humor enim viscosus nerui fibras glutinans, propè cerebrum molliorem reddit neruū. Cerebri enim substantia similis est. Hunc autem mucorem album & glutinosum circa neruos esse, vnde alitur & fit, scribit Aristoteles 3. *de Hist. Anim. cap. 5.* Oculi quoque propè cerebrum positi sunt, quia aquea est illorum substantia 2. *de Part. Anim. cap. 10.* Ob hanc igitur causam nerui propè cerebrum humidiores sunt ac molliores. De ramulo autem, qui ex sexta coniugatione in Cor desinit, nemo somniauerit principium esse neruorum, sed illi inseritur extrinsecus in mēbranam, vt etiam venas & arterias natura eodem transmisit, quia ex interno sanguine nutriti ea pars non poterat. Neque hanc partem cordis principem esse statuit Aristoteles, sed internam, quæ spectat ventriculos.

Experimenta verò à Galeno animaduersa neruos abscindendo aut laqueo intercipiendo, nemo negauerit, non tamen iis quæ diximus obstant. Idem autem eueniret si venæ omnes ad cerebrum tendentes in collo intercipierentur, non enim amplius ex corde virtus influeret in neruos. Notauit hoc Aristoteles *in libro de somno cap. 2.* inquit enim, *Quibus in collo venæ apprehenduntur, insensibiles fiunt.* Non sufficit autem arterias solùm, vt Galenus aliquando expertus est, sine noxa in collo constringere, nam ex venis in eadem loca transfertur virtus à corde, cum osculorum fit communio non solùm in corde, sed etiam per totum venarum atque arteriarum ductum. Similiter & concedimus ibi esse animæ principatum, vbi origo est neruorum, sed hoc cerebrum esse, non dicet. nisi is qui crassè hæc contemplatur. De principatu igitur animæ & membrorum corporis hæc dicta sint.

Qvæst. IIII.

Respiratione non intromitti aliquem spiritum externum in Cor.

Pvtavit Galenus respirationem propter duas causas datam esse animalibus: vnam vt calidi innati in corde fieret conseruatio, quæ per respirationem duobus præstatur, modica scilicet refrigeratione, quæ inspiratione aëris frigidi habetur, & difflatione fuliginosi excrementi, quæ expiratione fit. Alteram, vt spiritus animalis externo aëre nutriretur, quod inspiratione tātùm fiat, ingrediente aëre per meatus asperæ arteriæ in arteriam venalem ex sinistro cordis ventriculo in pulmones discurrētem: orificia

enim vnius committi cum alterius orificiis, vt transitus aeris esterni esset in Cor.

Refellit autem hanc sententiam Aristoteles *in libro de Respiratione cap. 2.* vbi inquit, *Sed tamen neque alimenti gratia existimandum est fieri respirationem, tanquam spiritu alatur ignis quintus est.* Nam similiter fieri oporteret in cæteris animalibus. At pisces non aerem sed aquam trahunt. Præterea ex spiritu fieri nequit calidum, contra enim potius oritur spiritus incalescentibus humoribus, vt ostensum est. 3. *de gen. Anim. cap.* 10. Calidum igitur & spiritus animalis non ex aere sed ex alimento per venas affluēte ex vētriculo fit: vt ignis ex rebus cōbustibilibus. Amplius, si daretur aeris ingressus in cordis ventriculos, esset etiā eius egressus: at hoc existente quomodo non efflaret animal cum aere spiritum & animam? facilius enim est spiritum ex loco angusto in apertum egredi, quàm ex aperto in angustum & plenum compingi.

Nec obstarent membranæ ostio appositæ, quæ opponuntur egressui: nam cōcedit idem Galenus egredi vnà cum aere expirato excrementa quædam fuliginosa ob feruorem cordis orta: propterea duas tantùm membranulas huic ostio datas non adamussim claudentes, cùm cæteris tres sint appositæ At quæ separatio spirituum, & quæ commistio remanentis in corde aeris excogitari potest? Præter quàm quod absurdum est excrementa vtilissimi alimenti à natura despici & capelli, cùm eadem vtatur quoque vilioribus. Accedit motuum repugnantia. Cùm enim spiritus intromissio fiat per inspirationē dilatato pulmone ac thorace: egressus autem fuliginosi excrementi per espirationem eodem contracto: vult intromissionem fieri dilatato corde, expulsionem autem eodem constricto. Nam mēbranæ ostio sic appositæ sunt vt corde dilatato aperiantur, cōtracto autem claudatur.

Oportet igitur aut simul dilatari pulmonem & cor, simúlque constringi: aut intromissionem fieri spiritus dum expiramus. si enim contingat dilatari cor quando pulmo constringitur, & constringi dum dilatatur: expirantibus ingredietur aer in cor, & inspirantibus egredietur: quæ fieri nequeunt, contrarij enim sunt motus. Dicere autem simul dilatari cor & pulmonem, ac simul contrahi vtraque, repugnat iis quæ apparent: in nobis enim est modulari respirationem, cordis autem pulsatio non est in nostra potestate. Præterea etiam instinctu naturæ respirantibus, rarior vt plurimum apparet respiratio quàm pulsus.

Alterum incommodum oritur circa pulsum arteriarum. Cùm enim vasorum in cor desinentium quædā intromittant contentam in ipsis substantiā, vt vena Caua in dextro ventriculo, & Arteria venalis in sinistro: quædam educant, vt Arteria Aorta in sinistro ventriculo, & vena arterialis pulmonem nutriens in dextro: omnibus autem membranulæ sint appositæ ei officio delegatæ, vt oscula intromittentia non educant, & educentia non intromittant: contingit corde contrahente se arterias dilatari, & dilatante constringi, non simul vt apparet. Dum enim dilatatur cor, claudi vult orificia educentium: vt ex corde non influat tunc substantia in arterias: contrahente autem se influi dehiscentibus membranis. Si igitur simul dilatentur & contrahantur cum corde arteriæ, continget dilatari cum negabitur materia replens ea corde: & contrahi cùm affluet ea eodem substantia: sed hæc impossibilia esse manifestum est.

Dicere autem diuerso tempore pulsare cor & arterias, est negare sensum & quærere rationem. Testatur autem simul pulsare etiam Aristoteles *in libello de vita & morte cap. 2.* Circa arteriam quoque venalem ea pulmone spiritum introducentem contingit absurditas. Cùm enim illam pulsare dicat, 7. de Anatomicis administrationibus, quia ex sinistro ventriculo oriatur, & spiritum contineat: ideoque arteriam vocari, cùm tamen corpus non sit arteriæ sed venæ: continget dupliciter pulsare, scilicet ad motum cordis vt cæteræ arteriæ, & ad motum pulmonis, quia suscipit ex aspera arteria spiritum: dilatabitur igitur in inspiratione, & in expiratione constringetur: simul autem ex pulsu cordis non eodem tempore nec eadem velocitate pulsantis, sæpe contrarios motus patietur.

Oriūtur autem omnes istæ absurditates, quia putauit dilatationem fieri à facultate, vt traheret à vena quidem caua sanguinem, ab arteria autem venali spiritum: contractionem autem, vt expelleret excremēta quidem fuliginosa in pulmonem, spiritum autem in magnā arteriam. Ob id enim cogitur in cordis dilatatione arteriæ ostium claudere, ne inde transumat: in contractione autem idem aperire, vt in ipsum capellat. Sed tamen dissonat ratio in Arteria venali, quamuis enim in contractione cordis eius membranæ constringantur, in ipsum tamen capelli vult fuliginosa excrementa.

Sed hæc sententia inter cætera absurda, illud quoque habet. Cùm enim arteriæ ab eadem facultate transmissa à corde per tunicas, vt ipse inquit, contrahantur & distendantur: similem vsum vult præbere arteriarū pulsum in toto corpore, quem respiratio circa cor, vt scilicet in dilatatione aer externus ex finibus arteriarum assumatur, in contractione autem excrementa fuliginosa per eadem loca excernantur, ideo enim dilatari vult arterias vt impleantur, vndiquaque autem dilatatis necesse est vndique vbi oscula fuerint substantiam haurire, Continget igitur arterias ipsas omnium consensu ex corde ortum ducentes, vt inde vitalem spiritum in totum corpus distribuant, minimum quid ab eo recipere: longè enim plura sunt reliqua arteriarum oscula quamuis parua, per quæ impleri ipsas vult. Quod si plus sit id quod ex corde assumitur, non erit data dilatatio propter caloris refrigerationem vt ipse testatur, quod enim ex corde assumitur calidum esse necesse est: maior igitur erit calefactio & calidi attractio per dilatationem arteriarum, quàm refrigeratio ex aeris externi assumptione.

Amplius, cuius gratia erit cordis pulsatio? non enim propter conseruationem calidi, nam hoc habetur ea respiratione, vt idem fatetur: pulsationem autem eundem vsum præbere superfluum videtur. Amplius, si necesse est humorem calefactum & conuersum in spiritum, ampliorem locum occupare: in corde quoque ob sanguinis feruorem distensionem fieri est necesse: frustra ergo quæritur alia facultas distendens: nam aut hæc facultas distendet dum spiritus ex calore amplificatur, aut residente amplificatione. Si primum, non ergo cordis dilatatio data est ad attractionem materiæ, amplificatio enim spiritus locum implet. Si secundum, continget constringi cor cùm amplificatur spiritus: si enim dilatatur cor à facultate, cùm resider amplificatio spiritus, præcedens ergo constrictio erat dum amplificabatur.

Cùm igitur hæc omnia absurda sint, dicendum est Aristotelis sententiam veriorem esse: nulla enim sequuntur absurda, & differentiæ pulsuum ac reliqua circa ipsum accidentia melius afferri possunt. Cùm enim pulsatio cordis & arteriarum sit accidens quoddam, quod ex necessitate insequitur humoris in corde efferuescentiam, qua sanguinis generatio perficitur, vt in cæteris quæ igne elixantur accidit: *lib. de vita & mor. cap. 2.* intumescente corde necesse est simul omnes arterias dilatari, in quas deriuatur feruor, non enim repleri vna pars potest, quin totum fiat maius: vbi non omni ex parte vasa quæ continua sunt, fuerint exinanita. Nam nullo intus existente corpore non contingit simul repleri principium & extrema, cùm motus non fiat in instanti: existente autem per totos canales aliquo spiritu, simul ac in principio alius fuerit genitus, necesse est totum simul dilatari, vnum enim fit spiritus accedens cum toto.

Cùm ergo totum reddatur maius simul ac accesserit pars, non potest vna pars dilatari quin eodem tempore dilatetur totum. Est autem veluti totum quoddā arteriæ omnes cum corde, continuum enim est vas sanguinis perfecti. Spiritu autem efflante in habitū corporis, & distributo sanguine particulis, necesse est tumorem vasorum desidere, quæ est pulsus cōtractio. Continuè autē hoc fit, quia continua est partium nutritio, & continua sanguinis generatio in corde. Eleuatio igitur spiritus

à calore

à calore fit, non tamen temerè, sed alicuius gratia. Nam sine huiusmodi amplificatione non fieret distributio alimenti in omnes partes. Significauit hoc Aristoteles 2. *de Gen. Anim. cap. 4.* vbi reprobat eorum opinionem, qui partium cōstitutionem fieri volebant, quia suapte natura simile ferretur ad simile: sequeretur enim omnes carnes in vnum confluxisse, & ossa similiter in vnum. Idcirco spiritu distingui partes ostendit in generatione: eodē autem modo in augmentatione fieri.

Motus igitur continuus à corde in omnes corporis partes agitur, quia continua est spiritus generatio, qui sua amplificatione diffundi celerrimè in omnes partes aptus est, simul autem alimentum nutritiuum fert, & auctiuum ex venis elicit per osculorum communionem, quam Græci Anastomosim vocant: tandem verò spiritu in aerem ambientem difflante alimenti corpulentia remanet partim frigore partim calore coagulata. Ad difflationem autem spiritus & sanguinis distributionem in partes, vasa residere oportet, donec nouus spiritus iterum repleat ac distendat. Apparet autem magis hæc pulsatio in arteriis quàm venis, quia spiritus per has fertur. Fatetur enim Aristoteles omnes venas pulsare *in lib. de vita & morte cap. 2.* Hoc autem modo dicentibus non cogimur membranas vasorum educentium claudere in cordis dilatatione, non enim dilatatur vt attrahat: nec vllum imminet periculum ne transumptio fiat ex arteriis in cor. Motus enim fit ex venis in cor calliditate alimentum trahente, simul autem ex corde in arterias, quia hac solùm patet iter propter membranarum positionem: idē enim motus vtraque oscula aperit venæ scilicet in cor, cordis autem in arterias. Positæ autem sunt hoc modo membranæ, ne vnquam contingeret contrarium motum fieri, quod accidere posset in vehementibus animi perturbationibus, aut aliis causis, à quibus sanguinis retractio fit ad cor: obsistunt enim huic motui membranę. Nam si hæ hoc modo conditæ non essent, ignis cordis vel leni causa extingueretur. Si enim motus fieret contrarius, simile esset ac si flamma compingeretur deorsum ad alimentum, quod cùm minimè sit præparatum, aut copiosius quàm oportet, ignem suffocat. oportet enim alimentum paulatim præparari, & paulatim dispēsari ad locum flammæ. Huiusmodi locus cor est, in quo secundum naturam alimentum præparatum ardere potest & fieri spiritus. Venæ alimentum suppeditant. Arteriæ flammæ spiritum recipiunt. Iure igitur arteriæ magnæ ostium aduersus motum spiritus in cor clauditur, ne eius copia suffocetur calor. Venæ autem ostium aduersus motum ex corde obsistit, ne cordis flamma copia alimenti extinguatur.

At dubitabit quis, si continua est alimenti suppeditatio, & flamma continua, continuus quoque erit effluxus spiritus per arterias: hoc autem existente nunquam fiet cordis aut arteriarum contractio, nunquam enim deficit spiritus distendens, cùm eius sit continua generatio. Huius fortè occasione putaret quis contractionem à facultate fieri expellendi gratia id quod replet. Sed si hoc esset, deficiente virtute, vt in moribundis, non augeretur contractio: deficit autē paulatim pulsus diminuta dilatatione, & aucta cōtractione, nisi quid impediat, vt arteriæ durities: nā mors efflando contingit. Vt igitur in respiratione vltima est expiratio. (*De Resp. cap. 2.*) sic in pulsu vltima est contractio, tanquam derelinquente spiritu, non expulso: quæ enim virtus eo tempore expellat?

Dicendum est igitur contractionem fieri, quia non est continua generatio eorum quæ tota simul fiunt, quēadmodum neque augmentatio, neque lapidis excauatio. *8. Phys. text. 23.* Huius verò causa est, quia in vnoquoque oportet aliquid esse primum, quod ideo generetur non quia aliqua pars generetur, nam aliàs nihil contingeret generari, cùm magnitudinis nulla sit prima pars. oportet igitur aliquam magnitudinem totam simul mutari: hoc autem modo nequit continua esse mutatio, sed vicibus interpolata vna post alteram. Idem ergo accidere necesse est generationi spiritus in corde, & omni flammę: continua tamen dicitur hęc generatio quia antequā vna sit perfecta, altera incipit, aliquādo sensibili tēpore intercedente inter vnius atque alterius perfectionem, vt in pulsu, aliquando nullo sensibili interposito tempore, vt in flammis externis. Vna enim videtur flamma semper: deprehenditur tamen & hic aliquo pacto interpolatio ex tremula ipsarum natura.

Hinc autem oriuntur differentiæ quæ apparent circa pulsum, vt aliquando celerior & amplior sit contractio quàm dilatatio, vt accidit dormiētibus, præcipuè ingesto multo cibo: aliquando contra tardior & minor fiat contractio quàm dilatatio, vt accidit senibus: vnde colligit Galenus constrictionem actionem esse arterię, non spontaneum redditum in statum naturalem, quoniam aliquando citra terminos proprios, aliquando vltra constringatur. Non est autem necesse intentionem ac remissionem contractionis actioni arteriæ tribuere: nam vt dilatatio maior & minor ad repletionem maiorem vel minorem sequi potest, sic constrictio ad maiorem vel minorem euacuationem: similiter autem de celeritate ac tarditate. Nam pro diuersitate materiæ, quæ in corde amplificatur in naturam spiritus, & pro diuersitate caloris agentis omnia hæc contingere possunt, quanquam aliquando & locus ipsius eam fluxus aliquid præstet.

Vbi igitur euaporatio multa fit, vt in somno ob copiā alimenti & caloris, celerior fiet reciprocatio, tardior tamē erit motus dilatationis, quia materia ob multitudinem minus præparata est: non igitur ad integram amplitudinem distenditur, idque tardius ob eandem causam. Similis enim est vstioni lignorum viridium, quorum breuior est flamma, & diuturnior generatio: aut ebullienti pulticulæ, cuius feruor non multū attollitur ob crassitiem. Vbi verò paucum sit quod euaporet & imbecillis caliditas, vt in senibus, tardius reuertetur altera dilatatio, tum quia non suppetit materia, tum ob caloris imbecillitatem: citò autem absoluetur, quia modica flamma & in sicca materia citò erumpit. Non fieri autem integram constrictionem contingit, aut propter arteriæ & reliquarū partium siccitatem, aut extremorū osculorum astrictionem, vtruoque enim aptū natum est prohibere spiritus effluxū. Cùm igitur paulatim effluat spiritus ob dictas causas, tarda est pulsus contractio, & aliquando non integra. Sed hæc non sunt præsentis contemplationis.

Reuertamur igitur ad respirationem, quā dicebamus ex sententia Aristotelis non nutritionem aliquam igni præstare, neque etiam effluxum excrementorum, vt Galeno placuit: sed refrigerationem tantùm. Vt autem res clarior fiat, oportunum fuerit dubitandi modo agere. Dubitabit igitur quis, Si respiratio data est propter cōseruationem calidi in corde, defendendo ipsum ab ea corruptione, quæ per suffocationem fieri solet, *in lib. de Resp. cap. 4.* videtur necessarium ingredi aerem externum in Cor atque egredi. Nam ignis conclusus aliquo loco vt aerem non recipiat, suffocatur, vt patet exemplo posito ab Aristotele *in lib. de Iu. & Sen. cap. 3.* Si enim carbones circunquaque & continuè obstructi fuerint vocato suffocatorio, extinguuntur citò, si autem vicissim quis frequenter operculum auferat, & apponat, manēt igniti multo tempore. Similiter & occultatio sub cinere ignē conseruat, non enim prohibet respirare propter cineris raritatem, & simul reluctatur copia sui caloris, ne ab externo frigore extinguatur. Idem igitur in respiratione animalium videretur accidere.

Præterea non videtur aer sua frigiditate ignem conseruare, sed sua substantia. Quodcunque enim aliud corpus ignem tangat, extinguit, vt aqua aut terra: in solo autem aere videtur viuere, siue calidus siue frigidus fuerit: nō enim minus ardet ignis & perdurat sub æstatis feruore, quàm sub hyemis gelu eadem existente materia. Indicant hoc perflati carbones, magis enim tunc exardescunt: nihil autem refert siue calidus siue frigidus fuerit aer qui insufflatur: nam artifices metallorum in fundendo nullam differentiam in eo inueniunt, cùm tamen in cæteris conditionibus multum interesse deprehendant. Quid igitur facit aeris insufflatio? nō enim sua frigiditate antiperistasim calidi efficit: nam eò magis

a qua id præstaret: at feruor ingens non per aquæ inspersionem fit, sed solùm afflatu aeris cuiuscunque. Requiritur igitur aeris substantia ad ignis tum conseruationem, tum augmentum.

Amplius, concedere videtur Aristoteles spiritus ingressum in Cor. Nam 1. *de Hist. An. cap.* 16. inquit, *In grandioribus animalibus spiritum Cor ipsum subire manifestum est, licet in nonnullis minutis minus constet.* In oppositum verò faciunt, primò, quod pisces videmus nō in aëre nec per aërem suam conseruare caliditatem, aquā enim trahunt, cùm pulmone careant. Deinde, cùm respiratio sit insufflationi similis, deberet caliditatem cordis augere, non sua frigiditate temperare, ignis enim perflatus magis ardet. Respondet Galenus pisces quanuis in aqua degant, ex aqua tamen per branchias trahere aërem in ea contentum, quantus sufficiat ad spiritus nutritionem: quam sententiam multis rationibus explodit Aristoteles *in lib. de Resp. cap.* 1. aduersus Anaxagoram & Diogenem.

Dicimus igitur ideo aerem necessarium esse ad externum ignem conseruandum, non quia refrigeret, nec quia sit ignis nutrimentum, sed ob aliam causam. Cùm enim ignis sit continua permutatio humidi in siccum. 2. *Meteo cap.* 2. perseuerat enim semper fiens & fluens sicut fluuius, quanuis propter velocitatem minimè appareat: *de Iuuent. & Senect. cap.* 3. impedito fluxu impeditur generatio, hæc autem est eius extinctio per marcorem facta, quę suffocatio dicitur. Impeditur autem huiusmodi fluxus circumposito corpore crasso, vt aqua aut etiam aere crassiori humidiorique, vt aliquando in subterraneis foueis accidit, in quibus lucernæ flamma contineri nequit: celerior enim est ignis trāsmutatio quàm effluxus, propter ambientis crassitiem.

Contra autem vento perflante extinguitur flamma, quia citius effluit quàm nouus ignis generetur, diuellitur enim continuitas effluxus ex celeri motu ambientis in flamma, non autem in carbone: accenditur enim magis carbo ex afflatu, quia ob corporis soliditatem non permittitur ab eo motu diuelli: sed potius ablatis excrementis stipantibus vt cinere, adiuuatur effluxus. Exemplum sumi licet ex clibanis, nā paruo relicto ostiolo magnus ignis ardere nequit, non enim sufficit ad effluxum ignis magni: quanto autem patentior est locus, eò liberius exardet. Simile quid carbonibus accidit. cùm enim crassa in eu igne gignantur excrementa, prohibetur ab illis effluxus, nisi afflatu continuò detrahantur. Hæc igitur est necessitas, propter quam nullus ignis ardere potest nisi in aere.

At animalibus non propter hanc necessitatem data est respiratio. Oportuit enim ignem animalium effluere per arterias, vt opera naturæ expleret, scilicet nutritionem vniuersi corporis, augmentationem, sensum & motum, quæ minime effecisset, si eius ignis effluxus pateret per locum respirationis. Conclusit igitur optimè natura æthercam faculam in cordis ventriculis, denso circumposito corpore, cui ad effluxum parauit canales duplici tunica optimè munitos, ne prius efflaret, quàm naturæ opera, quorum gratia data est, perfecisset. Quoniam autem animalium robur in mediocri quadam partium tēsione consistit, si quidem extrema vasorum oscula ampliora fuissent, liberius quidem ignis efflueret, sed vasa laxa nimis forent, vt contingit iis qui in balneo calido diutius morantes resoluuntur: Si verò angustiora essent, tensio quidem vasorum fieret, sed suffocationis periculum immineret, cum non sufficerent meatus ad ignis effluxum: Vt sufficiens maneret vasorum tensio, ignis autem interni non suffocaretur, remedium molita est natura, modica feruentis sanguinis refrigeratione iuxta principium: quemadmodum ij faciunt, qui ollæ feruentis tumorem cohibent insufflando, modica enim hac refrigeratione non impeditur coctio, sed solùm intumescentis humoris nimius fastus.

Hoc igitur efficiunt animalia pulmonem habentia aeris frigidi inspiratione: calidi autem expiratione. Pisces autem branchias habentes per aquæ frigidę attractionem, & eiusdem calefactę redditionem. Sic enim ignis multus conseruatur ad corporis tensionem & robur, neque ob osculorum exiguitatem suffocatur, quia ob huiusmodi sanguinis refrigerationem circa principium non permittitur feruere plus quàm oportet. Indicant autem id quæ apparent in suffocatis: tenduntur enim maximè eorum venæ, & intumescit facies, & oculi prominent vehementer, quasi feruore aucto ob impeditam principij refrigerationem oscula non sufficiāt ad effluxum, vnde tensio oritur & suffocatio, & marcor vi factus. Idem aliquando in febribus contingit: cùm enim non sufficiat respiratio ad ignis geniti quantitatem: quanuis frequens fiat & magna, in iis qui sanguine abundant tensio fit totius corporis & plenitudo: missio igitur sanguinis in illis à suffocatione simul & tēsione liberat.

Quod autem non refrigeretur ignis cordi ex respiratione, sed solùm sanguis feruens, patet: non enim cordis pulsatio variatur ex impedita respiratione. deberet autem augeri si respiratio ipsum cor refrigeraret minui autem cùm frigidioris aëris fit inspiratio. at neutrum videtur. Præterea experimento illo patet, cor non egere refrigeratione. Nam si sesso pericardio cor nudaueris cæteris partibus illæsis, in aëre frigido aut frigida aspersa, citissimè interit, calido autem loco diutius conseruatur. Quod optima ratione euenit: nam cor quasi ignitus esse vult, vt coctionem sanguinis & spiritus generationem continuam efficiat: ideo refrigerantia lædunt. conseruatur enim vnumquodque à simili & corrumpitur à contrario. Maximo igitur ingenio natura fabricata est pulmones in pedestribus, & branchias in aquatilibus, vt sanguinis feruorem moderaretur illæso corde. Nam cordi ad tutelam pericardium membranam circunduxit tanquam eius capsulam: feruentem autem in eo sanguinem ad pulmones aut branchias deriuans iterúmque cordi restituens, interim in transitu ea aëris frigidi aut aquæ contactu refrigerationem molita est.

Ideirco Pulmo per venam arteriis similem ex dextro cordis ventriculo feruidum hauriens sanguinem, eúmq; per anastomosim arteriæ venali reddens, quæ in sinistrū cordis ventriculum tendit, transmisso interim aere frigido per asperæ arteriæ canales, qui iuxta arteriam venalem protenduntur, non tamen osculis communicantes, vt putauit Galenus, solo tactu temperat. Huic sanguinis circulationi ex dextro cordis ventriculo per pulmones in sinistrum eiusdem ventriculum optimè respondēt ea quæ ex dissectione apparent. Nam duo sunt vasa in dextrum ventriculum desinētia, duo etiam in sinistrum. Duorum autem vnum intromittit tantùm, alterum educit, membranis eo ingenio constitutis. Vas igitur intromittens vena est magna quidem in dextro, quæ Caua appellatur: parua autem in sinistro ex pulmone introducens, cuius vnica est tunica vt cæterarum venarum. Vas autem educens arteria est magna quidem in sinistro, quæ Aorta appellatur, parua autem in dextro, ad pulmones deriuans, cuius similiter duæ sunt tunicæ vt in cæteris arteriis.

Putauerunt autem medici vsum hunc non videntes, commutata fuisse vasa in pulmone, vt arteria quidem similis esset venæ, vena autem similis arteriæ: appellantes venas vasa omnia quæ in dextrum ventriculum desinūt, arterias autē quæ in sinistrum: figmenta multa & absurditates excogitantes vt vsum inuenirēt. Pulsat igitur in pulmone vas dextri vētriculi, hoc enim è corde recipit vt Arteria magna, & similiter fabricatū est eius corpus. Vas autem sinistri ventriculi non pulsat, quia introducit tantùm, & eius corpus simile est reliquis venis. Factum est autem vt huius ostij membranæ duæ tantùm essent, non tres, quia ex motu contrario non adeo imminebat periculum imo iuuari aliquando poterat, motu facto ad locum refrigerationis. Et merito huic vasi protenduntur asperæ arteriæ canales non alteri educenti: nam hoc simplicius existens ex vnica eáque tenui tunica constitutum refrigerari facilius poterat: prætetea pulsationi alterius vasis impedimento fuisset asperæ arteriæ dilatatio & constrictio, si iuxta essent posita.

Pulchrè igitur condita sunt omnia. Cùm. n. feruere oporteret in corde sanguinē, vt fieret alimēti perfectior: primò

primò quidem in dextro ventriculo, in qoo crassior adhuc continetur sanguis, deinde autem in sinistro, vbi sincerior iam sanguis est: partim per medium seprum, partim per medios pulmones refrigerationis gratia ex dextro io sinistrum transmittitur. Interim autem pulmo abunde nutriri potest. totum autem eum sanguinem absumere, qoem recipit, egreditor fines rationis. non enim rara esset eius substantia & leuis, vt videtur, si tantam alimenti vim in sui naturam conuerteret. Indicauit autẽ Aristoteles sanguinem pulmonis cæteris partibus distribui. 2. *de Part. ani cap.* 7. vbi inquit, *hominis plurimum cerebri datum esse, quia locum cordis & pulmonis habet calidissimum & sanguine refertissimam.* Ostendimus enim cerebrum refrigerationis gratia datum esse, non vt illas partes refrigeraret, sed sangoinem ex illis egredientẽ temperaret, vt sensibus inseruire posset. Ob hanc verò causam fit aeris inspiratio per nares iuxta cerebrum desinentes, non solũ olfactus gratia, sed etiam vt venæ per collum ascendentes ad cerebrum vsque, refrigerentur, protenduntur enim iuxta asperam arteriam venæ cerebrum petentes.

Ad dubitationes autem facilis est responsio. Ignis enim externus cùm sit excessus calidi, velocissimam etiã habet generationem, idcirco & effluxum velocissimum: ob id non nisi in aperto aëre ardere potest, omnia enim alia corpora propter crassitiem fluxom impediunt, & suffocant. At ignis animalis cum sit mitior, & in humidiori materia, in humoribus ipsis viuere potest, tardior enim est eius generatio quàm flammæ ideo sensibile est tempus inter vnius & alterius generationem, in quo pulsus contractio est manifesta: non impeditur igitur eius effluxus, quamuis aëri non sit expositus. In respiratione igitur non ingredi substantiam aëris in cor ex dictis est manifestum.

Ad locum Aristoteles 1. *de Hist. cap.* 16. dicimus aliquem ingressum dari in Cor per tenuissima asperæ arteriæ oscula cum osculis venæ sinistri Cordis ventriculi communicantia, vt notauit Galenus: vt in conatu magno retentio spiritus vires adderet tensis hoc modo vasis, aliàs non opus esse eius compressionis, sine qua non datur spiritui ingressus in Cor. Moueri autem pulmonem à calore cordis dilatante & venas tendente, vnde sequitur aeris inspiratio, & desidere refrigeratis iisdem in expiratione: non autem principium motus esse à Thorace motu voluntario dilatante se & constringente, vt placuit Galeno, signum est: nam Thorace aperto viuentis animalis vt aer in cauitatem thoracis ingrediatur, non debere pulmo attollere se: vult enim ratione vacui id fieri: mouetur tamen pulmo inspirationẽ & expirationẽ faciens. Principiō igitur non est à Thorace, sed à cordis caliditate: quanquã hunc motũ iuuare nobis liceat motu volũtario, & pro arbitrio modulari. Sed de his hęc satis.

QVÆST. V.

Sensum nulli parti inesse quæ sanguine careat in animalibus sanguineis.

ESTATVR id Aristoteles. 2. *de Part. Anim. cap.* 10. vbi inquit, *Vis sentiendi nec vlli exangui data est parti, neque sanguinis proprio est, sed cuidam ex iis quæ sanguine proueniunt delegata est. Quocirca pars nulla exanguis earum quæ sanguinem habent, sentire potest: neque ipse sanguis*, &c. Ratio autem eius est, quia anima sentiens vna est actu & vnius partis primò. 3. *de Part. Anim. cap.* 5. Nam quomodo iudicaremus differentiam inter plures sensus? oportet enim vnum esse quod iudicat 3. *de An. tex.* 146. & *de Sensu cap vltima.* Si igitur hæc pars initium quoque sanguinis est, inseparabile enim est sensitiuũ a vegetatiuo, vt alibi est ostensum: sensus primò inerit ei quod primò particeps est sanguinis, quale cor esse probatum est. & reliquæ igitur partes sine sanguine minimè sentiẽt.

Sed quoniam hęc sententia multas pariter difficultates, præcipuè apud medicos asserentes vim sentiendi sitam esse io neruis & cerebro, quæ Aristoteles carere sensu omnino testatur, quia sunt exanguia, noo ab re fuerit oppositas rationes pensitare. Quod igitur nerui sentiãt, indicant vulnera neruis ac neruosis partibus inflicta. maiores enim cruciatus exhibent, quàm in alia quacunque parte. Idem probant distentiones neruorum, quas maximus comitatur dolor. Præterea deligato neruo aliquo aut abscisso, statim aufertur sensus eius partis in quam ille inseritur. Si igitur vbi plures sunt nerui, sensus fit exquisitior, & iis ablatis aut interceptis, aufertur sensus, vim sentiendi sitam in iis esse dicendum est.

Quod autem in cerebro sit princeps sentiendi facultas, colligitur ex cerebri læsionibus. Eius enim vulnera magna sensum & motum auferunt vniuersi corporis. Deliria quoque & cæteræ animę sentientis atque Phantasiæ deprauationes affecto cerebro contingunt. Indicant idem sanationes: nam remediis capiti adhibitis sanantur, quorom nulla essent, nisi in cerebro esset prima sentiendi facultas inde cæteris partibus per neruos communicata. Præterea videtur Aristoteles ignorasse primum instrumentum sentiendi, cum de gustu & tactu scribat *in libro de Sensu cap.* 2. eorum sensorium esse iuxta cor, in loco scilicet calidissimo opposito ipsi cerebro, iuxta quod cæteri sensus ponuntur. & 2. *de Part. An. cap.* 10. vbi inquit, *Tangendi & gustandi sensus ex corde aperte dependet: vnus ex reliquis medium tenet, id est olfactus: reliqui duo id est auditus & visus maxime in capite positi sunt, propter sensoriorum naturam: & visus omnibus in capite est, auditus vero & olfactus piscium non videtur in capite esse, quia non apparent meatus aliqui, cùm tamen audiant & olfaciant.*

Ex his igitur videtur Aristoteles minimè nouisse neruos ex cerebro descendentes, & ad linguam perreptantes, & tandem ad totius corporis partes sensu præditas, quibus interceptis sensus intercipiatur: non deberet enim id contingere in gustu & tactu, cùm eorum sensoria ex corde pendere dicat. Amplius, si sanguinis calidioris agitatu officium sentiendi intercipit, vt idem restatur 2. *de part. anim. cap.* 10. male tactus & gustus iuxta locum calidissimum ponuntur, præcipuè in homine, cui dati sunt isti duo sensus exquisitissimi 2. *de An. tex.* 94. & *in lib. de sensu cap* 4. Tantò autem minus cor potest esse primum instrumentum sensus in homine præsertim qui locũ cordis habet calidissimum, 2. *de Part. An. cap.* 7. Comprobat idem, qood 7. *Physi tex.* 2. testatur: ideo pueros non posse quid addicere & iudicare sensibus, perinde ac seniores, quia multa perturbatio circa ipsos fit & motus. Melius igitur videtur vim sentiendi, & reliquas iudicatorias facultates in loco temperatiori ponere: cuiusmodi cerebrum videtur esse.

Ad hæc ratio probans in corde sensum esse, quia idẽ debeat esse principium sanguinis & sensus, non videtur necessaria. Si enim diuersarum potẽtiarum diuersa sunt instrumenta, vt oculus ipsius visus, & ambulationis pedes: impossibile est vnicum esse omnium potentiarum instrumentum. Quamuis ergo concedatur cor principiũ esse omnium potentiarum, non tamen ipsum erit omniũ instrumentum: non enim se ipso agere omnia potest. hoc autem existente poterit instrumentum sensus tum commune proprium vniuscuiusq; alterum à corde esse. Quod præterea infertur partes exangues non sentire, quia primum sensitiuum sanguinis est principium, similiter non videtur necessarium: nam idem oporteret sequi circa potentiam nutritiuam. Si enim quod primum nutritur sanguineum est, deberent quoque reliquæ partes omnes, quæ nutriuntur, sanguineæ esse: multæ sunt tamen exangues, quæ nutriuntur vt ossa, nerui. Sic igitur circa sensum nihil obstabit quin exangues etiam sentiant, cùm nutriantur.

Hæ igitur sunt dubitationes præcipuæ, quæ circa hãc sententiam contingunt. Animaduertere autem oportet sensum duplici genere partium egere. 2. *de part. anim. cap. primo.* Cùm enim sensus fiat patiente particula ab exteriori sensibili, necesse fuit pro receptione singulorum generum sensibilium corpus aliquod simplex esse, quod eiusdem generis esset cum sensibilibus. hæc enim solùm patiuntur inuicem, cùm alterum potentia alterum actu fuerit. Oportuit igitur perspicuum aliquod corpus esse, quod afficeretur à coloribus, & potentia calidum

frigidum, humidum, & siccum & reliqua huiusmodi, quod tactiles qualitates reciperet, & de reliquis eodem modo. Ob hanc verò causam sensus vnusquisque contingit per partes similares, affectiones enim sensibiles omnes similarium sunt corporum.

Alterum verò genus partium datum est sensibus, vt species sensibilium sine materia reciperentur: hæc enim est propria sensus operatio. 2. *de An. text.* 121. Nam inanimata omnia quæ eiusdem generis fuerint, patiuntur à sensibilibus, quia eorum corpus materia fit earum affectionum: nec minus pupilla oculi perspicua existens fit materia luminis & colorum quàm aqua externa, aut aliud quodcũque perspicuum. Species autem colorum non colores, & species reliquarum qualitatum sensibilium non ipsas qualitates, nõ videtur posse recipere nisi virtus organica, quæ anima est. Actiones igitur sensuũ, id est perceptiones sensibilium sine materia, per partes instrumentales perficiuntur. Quæ cum hoc modo habeant, videndum est quo pacto Cor constituatur ab Aristotele primam vim sentiendi habere, vtrum tanquam similare quoddam, an tanquam organicum. Videtur autem loco citato cor vtroque modo ponere, quia inquit, eius substantiam simplicem esse, vt omnia genera sensibilium possit recipere: ratione autem suæ figuræ organicum esse, vt mouere & agere possit.

At quomodo perspicuam dicemus substantiam cordis, vt patiatur à coloribus? aut aeream vt à sono? Præterea frustra videretur natura instrumẽta particularia pro singulis sensibus recipiendis condidisse, si omnia hæc existerent in vno corde. Eadem difficultas cõtingit circa sensoria particularia, cùm enim ea velit Aristoteles esse sanguinea, quia cor huiusmodi est: si quidẽ partes similares intellexit, humor chrystallinus oculi sanguineus erit, & aer in aure implãtatus: at nõ videtur. Nã eadẽ ratione & ossa, & cartilagines, & nerui, & medullę, & alia huiusmodi sanguinea dici possent, cùm nutriantur omnia sanguine. At hæc nõ appellat Aristoteles sanguinolenta, sed ea tãtùm quæ sanguini similem naturam adepta sunt, vt viscera & caro. 2. *de Part. Anim. cap.* 1 Præterea nulla necessitas est partes similares, in quibus fit receptio sensibilium cum materia, sanguineas esse: nam & inanimata idem patiuntur. Relinquitur igitur partes instrumentales sensuum sanguineas esse oportere, vt recipere possint species sine materia.

Eadem autem ratio erit & de corde: vt scilicet sit primum instrumentum sensus quatenus dissimilare est, non quatenus similare. Quomodo igitur voluit Aristoteles ipsum similare esse oportere, vt sit capax omnium sensibilium? Verum hoc dictum est propter tactũ & gustum? Horum enim instrumenta prima non sunt, neque caro neque lingua, vt est pupilla ipsius visus, sed aliquid interius. 2. *de Anim. tex.* 107. Caro autẽ & lingua vice medij sunt, vt si oculo totus aer esset circumpositus ex quo constaret oculi natura. 2. *de Part. Anim. cap.* 8. *&* 2. *de Anim. text.* 116. primum autem horum sensuum instrumentum esse cor, cui circumposita caro est vice medij, significauit Aristoteles. 2. *de Part. Anim. cap.* 10. cum inquit: Tangendi & gustandi sensum ex corde manifeste dependere: & *de Sensu cap.* 2. vbi inquit, iuxta cor esse sensorium gustus & tactus, per sensorium intelligens non primum, sed primo cõiunctum, id est medium: oportet enim medium esse iuxta primum organum cuius est medium, vt diaphanum iuxta oculum.

Præterea & ratione: Cùm enim sapor nutritiui affectio quædam sit quatenus nutritiuum est: *de Sensu cap.* 4. Si cor est id quod primò nutritur, ipsum quoque alimenti affectiones primum percipere dicendum est: ob id fortè in pluribus animalibus cor ad læuam partem inclinat, qua meatus cibi ex ore in ventriculum tendit vt melius ciborum qualitates perciperet: & in Piscibus statim iuxta linguam situm est ob eãdem causam. De tactu autem eadem ratio: nutritur enim humido & sicco & calido & frigido. 2. *de An. tex.* 28. ideo & tactus appellatur alimenti sensus: sapor autem vt alimenti oblectamentum. Quasi sensus calidi frigidi, humidi & sicci simpliciter quidem tactus sit: quatenus autẽ nutritiua sunt, gustus, qualis omnibus animalibus inest gratia alimenti. Omnia enim animalia tam sanguinea quàm exanguia habent eam partem quæ sapores sentire potest, 2. *de Part. Anim. cap.* 17. Quatenus autem sapor oblectamentum est eorum quæ nutriunt, non est necessarius sed ad bene esse, vt cæteri sensus. 3. *de Anim. text.* 68. ideo hic progressiuis tantùm inest.

Si igitur Cor instrumentum primum fuerit tactus & gustus, vt oculus ipsius visus: fortè eorum gratia similare fuerit, vt pati possit à tangibilibus qualitatibus. At Aristoteles ipsum primum sensitiuum ideo simplex esse oportere inquit, vt sit capax omnium sensibilium: non solùm igitur receptiuum est tãgibilium qualitatum, sed & reliquarum omnium. Præterea fieri nequit, vt simul alteretur cum materia caro circumposita & cor: non enim simul calefit, id quod propinquum est calefacienti, & id quod est procul, sed solùm id verum est in illuminatione: *de Sensu, cap.* 6. At sensus tactus fit simul ac res tangũtur: 2. *de An. tex.* 109. dum ergo caro externa recipit cum materia, organum internum recipit sine materia, quod & in cæteris sensibus contingit: quamuis enim sonus priùs perueniat ad medium quàm ad extremum, tamen simul ac peruenerit ad instrumentum, quod speciem sine materia suscipere possit, sensum facit, & de cæteris eodem modo. Quæcunque enim sine materia sunt, sunt & non sunt sine generatione & corruptione & sine tẽpore. Non igitur est necesse organum internum recipere species cum materia, cum externum id præstet.

Tandem non videtur cor esse vltimum sensorium tactus: quodcunque enim sensibile positum supra organum, non facit sensum 2. *de Anim. tex.* 116. quo argumento probatur caro non esse sensorium sed medium, quia sensibile positum super carnem sensum facit: si igitur cor sentit ea quæ ipsum tangunt, vt patet in vulneribus, & aliis affectionibus, à quibus dolor cordis oritur, non fuerit illud instrumentum tactus. Præterea cordis substantia similaris caro est, hæc autem medium est tactiui non vltimum instrumentum. At verò neque reliquorum sensibilium erit receptiua, oporteret enim ea tangendo sentire. 2. *de Anim. text.* 145.

Quomodo igitur soluemus has difficultates? An receptio sensibilium sine materia, non minus quàm ea quæ fit cum materia eget aliquo corpore simplici, in quo non qualitas materialis sed illius species recipiatur, vt anuli signum in cera? Quod autem fuerit illud corpus aptum natum pati ab omnibus sensibilibus sine materia? Profectò simplicissimum hoc esse oportet, vt quàm maximè abiunctũ sit ab omnibus qualitatibus sensibilibus, sic enim potentia existens omnia fuerit omnium receptiuum: huiusmodi autem est natura spiritus animalis, corpus enim est maximè incorporeum, *in lib. de communi animalium motu:* & proximum animæ instrumentum communissimúmque. 5. *de Gen. Anim. cap. vltimo.* Idcirco optimè natura qualitates primò sensibiles in corporeis instrumentis recipiens, vt carne, pupilla, aere insito in aure, deinde earum species in spiritu: vltimo harum specierum species in intellectu ab omni organo seiuncto reponit. 3. *de Anim. text.* 38. Pars autem illa corporis, in qua spiritus iste primò continetur, meritò primum fuerit animæ domicilium: & instrumentum primũ tum vegetatiuæ facultatis, tum sensitiuæ ac motiuæ: cuiusmodi cor esse alibi ostensum est. Eius igitur caro non minus medium est tactiui instrumẽti quàm reliquæ carnes, cuius gratia similaris est, non enim recipere alias qualitates præter tangibiles potest. Quoniam verò idem autor est sanguinis, in sanguine autem spiritus continetur propter hoc receptiuum est omnium sensibilium.

Quod autem instrumẽtum tactus & gustus sit huiusmodi, significauit Aristoteles. 2. *de Gen. Anim. cap.* 4. vbi inquit, *Sed cùm sensorium tangendi gustandique primus sit aut corpus aut aliquid proprium corporis animalium,* &c. Corpora enim animalium vt animalia sunt, carnem esse dixit, 2. *de Part. Anim. cap.* 8. carnem ergo cordis intellexit, hæc enim primus est, cùm primò cor oriatur. Propriũ autem corporis animalium spiritus est animalis, per quem

animal

animal est: sensus enim in eo fit per mediam carnem. Sed hoc modo dicenti sensus fieri videbitur per partes similares tantùm, non autē per dissimilares. An hoc non repugnaret sententiæ Aristotelis? quod enim dicebat *2. de Part. Anim. cap. 1.* actiones per dissimilaria fieri, fortè non significauit sensus, sed motus: quod potest colligi ex iis verbis, quæ statim subiunxit, cum inquit, *Sed cum vis sentiendi, vis mouendi, vis nutriendi eodem in membro contineantur, quod alio loco explicatum à nobis est, fit necessario, vt membrum quod primum principia eiusmodi teneat, id & simplex esse debeat esse, quà omnium capax sensibilium est, & dissimilare, qua mouens & agens est*: hæc enim verba ad motiuam facultatem referuntur & nutritiuam.

Sed tamen nisi oculus talem haberet figuram & partium compositionem, non posset species colorum recipere: similiter auris & reliqua sensoria, quanuis secundum partem similarem sensibilia recipiant, sine dissimilaribus tamen fungi suo munere nequeunt. Et sensuum igitur actiones per dissimilaria administrantur. Quoniam verò cæteri sensus inseparabiles sunt à tactu, hic solus dissimilarem partem propriam non habet, vt toto corpore sentiret qualitates tangibiles: idcirco huius instrumentum proprium est ipsum commune omnium instrumentum. Ratione autem primi instrumenti quodammodo & oculus medium est intrinsecum ad visum faciendum, & nares ad olfactum, atque aures ad auditum, quemadmodum caro ad tactum, & lingua ad gustum. Sed magis caro medium dicitur, quia formam dissimilarem sensui accommodatam non habet: oculus habet & cætera sensoria. Præterea cor sua carne sentit tangibiles qualitates: visibiles nequaquam sine oculo neque sonos sine aure. Ob hæc igitur solum instrumentum tactus internum est reconditum, cæterorum sensuum sensoria exteriora sunt, & quodammodo media: vnum enim est primum omnium sensoriorum.

Sanguineam quoque esse oportet eorum naturam, nō enim receptio sine materia fit sine spiritu qui in sanguine est. Idcirco humor chrystallinus oculi cùm sit exanguis, non est aptus natus speciem coloris recipere, sed colorem tantum, visus ergo non in eo fit, sed in spiritu visiuo, qui ex cerebri venulis per proprios meatus in internā oculi partem trāsmittitur: quibus meatibus abscissis, vt aliquando in bello contigisse scribit Aristoteles, *de Sensu cap. 2.* tenebræ statim oboriuntur. Quanuis enim in corpore oculi perspicuo recipiatur lumē, eo tamen abscisso seu auulso ab ea parte quæ speciem luminis suscipere nata est, non fit eius visio. idem in cæteris sensoriis contingit: nam sine eo sanguine qui syncerus & probè temperatus fuerit, in quo spiritus huiusmodi continetur, nullibi fit sensus.

His autem hoc modo constitutis facilè soluūtur obiecta. Quod igitur medici obiciūt scilicet neruos sentire, quia maximi dolores ex eorum vulneribus & conuulsionibus contingunt, & quod deligatis aut abscissis aufertur sensus subiectarum partium: primum quidem simile est ac si quis dentes sentire putet, cùm tactu rei algentis dolor in ipsis excitatur: aut si quis tenui tunica indutus ambientem frigiditatem aut quid aliud tangendo sentiat, putétque in tunica vim sentiendi inesse, vt notat Aristoteles. *2. de Anim. tex. 109.* Nullum igitur est mirum tacto neruo sensum fieri: compatitur enim corpus circunstans, vt caro in qua aut per quam fit tactus. Quod si abscisso magno neruo, aut circunquaque nudato à partibus sanguineis, acu pungatur eius medulla, vt noxa non perueniat ad partes vicinas, nullus fiet sensus, quemadmodum tacto cerebro aut osse.

Maiores autem dolores concitantur iis vulneratis, quia sensus iuxta neruos exquisitior est: ferunt enim spiritum ex corde, quo sensus omnis perficitur. ideoque iis deligatis aut alio modo interceptis tollitur sensus subiectis partibus ac circunstantibus. Quanuis igitur sine neruo sensus non fiat, non tamen neruus sentit, neque sanguis, sed id quod sanguine tali constat: non enim vnumquodque medium esse potest tāgibilium qualitatum, sed caro sanguine huiusmodi prædita.

Instabit autem quis, Si spiritus per neruos deferuntur ad sensus perficiendos, non erit necesse sanguineum esse id quod sentit: nerui enim sanguinem non ferunt. Dicimus alio modo neruos ad tactum & gustum facere quā ad visum, auditum, & olfactum. Nam ii sensus, cum propinquiores sint cerebro, per neruos proprios ex venalis cerebri sanguinem cum spiritu potiuntur, vt patet in interna oculi tunica, quæ ex visorij nerui medulla ortū ducit. apparet enim in ea venularum textura. Similiter olfaciendi & audiendi meatus pleni spiritus natiui ex corde ad venulas quæ in cerebro sunt tendentes ad aerē externum desinunt. *2. de Gen. Anim. cap. 4.* Qui autem ad sensum tactus & gustus nerui è cerebro descendunt, sine aliarum venarum & arteriarum societate sensum nō prǫstant: oportebat enim corpulentum magis esse horum sensorium & calidius. Quocirca sedes horum magis propè cor spectatur. Patet autem tactum egere caliditate cordis fouente magis quàm reliquos sensus: refrigerata enim valdè pars nihil sentit.

Præterea, cùm nerui quanto magis protrahuntur, eò frigidiores sint, quia distantiores à corde fiunt, propter hoc quoque necesse fuit iungi eum arteriis & venis, vt earum calore fouerentur: sic enim communicatione facta temperies in carne fit sensui commoda. Hanc autem communionem significauit Aristoteles 3 *de Hist. Anim. cap. 6.* vbi fibras quasdam testatur à neruis ad venas tendere, & inde ad neruos: ideo eas mediam naturam habere inter neruos & venas. Putandū enim est hic similē communionem esse vasorum, quam in cerebro alibi diximus esse cum de ortu neruorum loqueremur, extremis venarum in neruos desinentibus.

Idcirco animalia, in quibus principia minus distincta sunt, vt cor & cerebrū, communionem hanc vasorū arctiorē habēt, vt quasi vnū fiat corpus ex neruo & vena. vnde fit vt diuisa viuere aliquādiu possint, principia enim nō habēt distincta, sed veluti disseminata in ductibus: vt quasi vbiq; cor sit, quia vbiq; vena cū arteria cōiuncta est: & vbique cerebrum, neruis vbique coniunctis cum venis. Ideo vbique potentia principium continetur. Plantæ coniunctionem hanc in geniculis præcipuè habent, vnde germinant. In animalibus verò perfectioribus coniunctio vasorum longè maior est in principiis quàm in ductibus. Cor enim coniunctio est venarum & arteriarum maximis osculis, ideo principiū est: in ductibus autem paruorum osculorum etiam communicatio apparet sed imbecillis. Et cerebrum venarum & neruorum est cōiunctio prima, modica autem in ductibus videtur: ideo diuisa viuere nequeunt cum pars à suo principio abiuncta fuerit.

Ex dictis autem patet, propter qui neruo abscisso aut deligato in iis animalibus, quæ principia distincta sortita sunt, sensus aufertur subiectæ particulæ, caro enim sine eo spiritu natiuo qui per neruos à corde fertur non sentit: non tamen ob id sensum in nerui substantia esse dicendum est, frigidior enim est & siccior quàm oportet, & sanguine caret: quanuis autem non sentiat, datus tamen est propter sensum, vt etiam ipsum cerebrū. Cùm enim propriū animalis corpus, quatenus animal est, caro ipsa sit, quia hæc est instrumentum tactus aut primū aut coniunctum, reliquæ partes eius gratia datę sunt, vt nerui, ossa, venæ: *2. de Part. Anim. cap. 8.*

Quod verò ex læsionibus cerebri sensus & motus totius corporis lædantur, & deliria contingant, atque aliæ huiusmodi principū facultatum imbecillitates ac deprauationes, causam affert Aristoteles *2. de Part. Anim. cap. 7.* Calor enim cordis atque principium consentientissimum est, ob id cum sanguis cerebri aliquo pacto mutatur atque afficitur, consensum celerrimè facit. Quod igitur [illegible] suum læsiones contingant, quid mirū? si cerebri officium est feruorem cordis temperare propter sensum. Nam parte anteriori capitis ob id continetur, quia id quo sentiunt animalia, scilicet Cor, in parte anteriori situm est, *2. de Part. Anim. capite decimo.* Cùm autem per hanc partem ex corde spiritus animales

sensibus ministrentur, non mirum si illa parte læsa lædātur etiam reliquæ facultates ex sensu ortum ducentes, vt imaginatio, memoria, ratiocinium: vt enim intellectus dum intelligit phantasmata speculatur, sic Phantasia dū imaginatur sensibus innitur: & propter hanc causam videntur hæ operationes in cerebro esse, quia organa sensuum particularia aut iuxta cerebrum sunt, aut maximum cum cerebro consortium habent.

Non est autem iis assentiendū qui putant sensum quidem in anteriori parte cerebri fieri, memoriam verò in posteriori, in medio autem imaginationem, quia cerebri læsiones his diuersis locis facultates eas lædant: quasi nō eadem sit species imaginata cum ea quæ per sensum habetur aut per memoriam renouatur: aut contingat quēadmodum in depictis historiis, in quibus eædem personæ diuersis locis collocantur, vt diuersa gesta significēt. Sed vt anterior pars cerebri, in qua sensus sunt, cordis mucroni respondet, in quam enim partem cor vergit, in eandem & sensus spectant, & motus peragitur, vt patet in piscibus, quibus cor ad os vergit: sic posterior cerebri pars sedi cordis respondet: vnde consensus apparent.

Circa motum autem cùm duplex sit genus neruorum, vnum ex cerebro ac spinali medulla proueniēs propter sensuum instrumenta: alterum iuxta articulos ad musculorum fines ac principia, quibus motus peragitur, non deberet cerebri noxa, motum impedire: tendines enim & ligamenta ex finibus arteriarum in eas partes desinentium oriuntur, vt voluit Aristoteles 3. *de Hist. anim. cap.* 5. An motus non fit, nisi præeunte alteratione facta à sensu? Declarauit id Aristoteles *in libro de Communi animalium motu*, vbi inquit, *Partes instrumentarias ad motum disponi optimè per affectiones, affectiones autem fieri ex appetitu, hunc tandem ex phantasia aut sensu aut intellectu, motum autem perfici amplificato instrumento per spiritum ex corde, atque eodem diminuto: spiritus enim natura hæc est.*

Naturæ igitur ingenium in motu animalium simile est artificio organorum, quæ in templis flatu per folles immisso tactis modo his modo illis pro artificis arbitrio diuersos edunt sonos. Sic in animalibus alterario per sensus est veluti tactus, disponens instrumentum ad flatum recipiendum: aperit enim meatus per quos flatus ex corde præcipuè retento spiritu ac thorace compresso tanquam folle in tendines musculorum impingatur. Huius autem gratia cordis corpus robustum esse oportuit, & neruosum, vt motus hos præstare posset. Deficiente igitur sensu deficit motus, quia meatus tēdinum flatus non recipiunt, quantumcúmque cor nitatur: meatus autem dicti & consortium neruorum cerebri cum illis carne musculorum circunquaque stipante occultantur: non enim licet nisi fibras quasdam tenuissimas inspicere.

Quod autem nerui cerebri ad sensum tantum faciant primò, secundariè autem ad motum, patet. Qui enim ad viscera desinunt, sensus tantùm faciunt non motum: idcirco contingit auferri motum non læso sensu, altero scilicet genere neruorum læso. ablato autem sensu impossibile est motum fieri, quia vtrumque genus neruorum requiritur ad motum: ad sensum autem vnum tantum. Qui autem Aristotelem insimulant inscitiæ, tanquam non viderit neruos ex cerebro ad linguam & ad omnes partes tangendi vi præditas ferri, quia scribat horum sensoria iuxta cor esse, si ii diligentius Aristotelis dicta animaduertissent, naturæ secreta inuenire ipsi quoque potuissent, & tantum philosophum non calumniati sed potius admirari fuissent. Nam sine neruo sensum minimè fieri apertè significauit 3. *de Hist. ani. cap.* 5 vbi inquit, *Pars nulla corporis stupore tentatur, quæ neruo caret.* quid enim aliud vult, quàm illud? nullam scilicet partem sensu præditam esse, quæ neruo caret? stupor enim est sensus priuatio. ideo non contingit nisi in ea parte quæ sentire potest. Quid autem sit sensorium tactus & gustus, & quomodo caro & lingua non sint vltima sensoria sed media & propter quid hæc sedem habeant propè cor, explicatum est superius.

Ad dubitationem autem, quod non videatur in corde sensus fieri, neque in loco propinquo cordi, quia sanguinis calidioris agitatio officium sentiendi intercipit: dicimus, res naturales in mensura quadam consistere, à qua si recesserint, vel secundū excessum, vel secundū defectū, actiones earū deprauentur. Similiter igitur & sensus caliditatē sibi propriam requirit, & membrū suo modo temperatum, vt optimè perficiatur. Non similem autem temperaturam requirunt sensus qui iuxta cerebrum positi sunt, & qui iuxta Cor. Tactus enim & gustus calidiorem naturam requirunt. Commodissimus autem est calor qui in corde est, præcipuè qui in homine. Temperatissimum enim esse hominem alibi ostendimus, qua temperie tactiles qualitates optimè percipiuntur.

Quoniam autem in corde tres ventriculi sunt, quorum dexter sanguinem calidissimum continet, sinister frigidissimum, medius mediocrem, sed puriorem, in hoc principium esse voluit Aristoteles 3. *de part. anim. cap.* 4. Principium enim quàm maxime quiescere debet: tale autem erit, si sanguis purus, & mediocris tum copia tum calore sit. In homine autem hunc purissimum esse scribit 2. *de gen. An. cap.* 4. eo argumento, quia prudentissimus animalium est: intellectus enim illud temperamentum significat. Et 2. *de part. Anim. cap.* 2. inquit, *Est certè roboris efficacior sanguis qui crassior & calidior est. Vim autem sentiendi intelligendique obtinet pleniorem, qui tenuior atque frigidior est. Sed optimè constant, quæ calidum tenuem, & syncerum habent, quippe quæ vità & viribus corporis, & animæ ingenio plurimum valeant.*

Hinc autem soluitur contradictio quæ videtur in verbis Aristotelis, cum scribit 2. *de Part. An. cap.* 7. hominem inter cætera animalia cor habere calidissimum & sanguine refertissimum: cuius gratia illi datum esse plurimum cerebri idque humidissimum. Copia enim caliditatis & eiusdem puritate vincit omnia animalia, intensione autem caloris nequaquam: multorum enim animalium sanguis calidior est, sed crassior ac siccior & turbulentior. At verò si cordis calor hæc potest, cuius gratia nerui sunt necessarij ad sensum in toto corpore? An vt spiritus animalis haberetur maxime defæcatus à sanguinis crassitie? Et si enim cor sit primum sentiens, sine ope tamen cerebri nequaquam sentit. Nam species sine materia per spiritum in cerebro præparatum & neruis delatum, communicantur cordi tanquam regi.

Ex his autem patet quænam pars totius corporis temperatissima statuenda sit, propter quam homo tactum habet exquisitissimum. Non enim cutis, vt medici putāt, temperatior enim est caro subiecta, nam in ea magis est sensus: signum autem est, quod longè exquisitius qualitates tactiles sentimus lingua quàm manu: vt gemmarij faciunt. hoc enim experimento veras gemmas à factitija discernunt: nam tactu linguæ longè frigidiores sentiuntur legitimæ, quam differentiam nunquā digitis discernas. Carne autem & lingua longè temperatior est cordis caro, hic enim primò situm est instrumentū tactus. Si igitur liceret corde tangere, vt lingua, lōgè exquisitius vel minimas differentias sentiremus. Sed quoniam læditur facillimè à quocunque excessu, idcirco recondidit ipsum natura, & circumposuit corpus animalis ossa & carnes, vt non seipso sed per medium qualitates perciperet. Fons igitur caloris medium æquale est inter duos excessus caloris & frigoris humidi & sicci: reliquæ autem partes quantò magis participant de illius natura, vt caro & quæcunque sanguineæ sunt, eò temperātiores existunt, & ad sensum aptiores.

Quoniam verò duplex est singularum partium temperamentum: vnum quidem potentia alterum verò actu, vt alibi exposuimus, calor cordis qui omnium operationum est autor, & cuius participatione cætera cordi adnata viuunt, actu est, quem temperatissimum in homine diximus esse. Qui autem potentia est ex diuersa elementorum mixtione ortus, varius est pro diuersarum partium compositione. Ossa enim & nerui frigida & sicca sunt, cerebrum frigidum & humidum, quia hoc quidē ex aquea constat substantia, illa verò ex terrea magis. Pinguedo autem ex aërea & ignea, nam facilè comburitur. Caro media videtur esse: nam huius mollities medium significat inter humidum & siccum. propterea

qui

qui carnem duriorem habent, sensu obtusiores sunt: molles autem carne, & quibus Cor molle est, aptiores sunt ad sensum. *3. de Part. Anim. cap.* 4. Substantia autem eius non in totum inflammabilis vt pinguedo, nec omnino incombustibilis vt medulla cerebri, mediam naturam habere significat inter calidum & frigidum potētia. Vtraque igitur ratione caro, præcipue Cordis, temperatissima fuerit.

Relinquûtur dubitationes, quæ aduersus Aristotelis demonstrationem afferebantur. Quod igitur obiiciebatur non esse idem instrumentum diuersarum potentiarum: dicimus, quemadmodum potētiæ eædem subiecto sunt, vt vegetatiua & sensitiua, sic etiam instrumenta eadem subiecto esse melius erat, si fieri poterat: hoc enim modo procedit ratio Aristotelis de principatu cordis. *3. de Part. Anim. cap.* 4. Fieri autem posse vt idem sit instrumentum plurium, ostensum est: calore enim & spiritu cordis omnia perfici possunt aut statim aut per media. Receptaculo igitur ventris & intestinorum vtitur, & venis ad alimenti præparationem, sed suomet calore: ipse autem se ipso perficit. Similiter ad visibiles qualitates recipiendas pupilla oculi vtitur, & ad sonos aere insito in aure & ad tactiles qualitates carne: ipse autem seipso omnia iudicat. Si enim vnum est quod differentiam eorum percipiat, vnum esse oportet, quod omnia sentiat: nō potest autem oculus sonos iudicare, nec lingua colores. Primum igitur organum omnium commune interius est. Idcirco ipsum comparauit Aristoteles Regi, totum autem animalis corpus reipublicæ. Cùm enim ordo institutus fuerit, non est necesse regem omnibus interesse, agunt enim magistratus secundum præceptum regis.

Ad alteram instantiam, quod non sit necesse omnes partes sentientes sanguineas esse, licet primum sentiens auctor sit sanguinis, quia non omnis pars quæ nutritur sanguinea est, licet primū sit sanguineum: dicimus nutritionem fieri non à temperamento proprio singularū partium, vt medici putant, sed à caliditate per arterias & venas influente à corde, vt alibi explicatum est. Non enim caro carnem gignit, nec neruus neruum: sed calor qui est in corde in diuersas corporis partes delatus, sanguinis materiam aptam quidem coagulari à frigido in carnes dispensat: magis autem terrenam in ossa & neruos, & de reliquis eodem modo idcirco omnia quidem nutriuntur sanguine, at non omnia sunt sanguinea. Nam ex materia sincerissima caro fit, & reliquorum sensoriorum corpora, ex recrementis autem ossa, nerui, pili, vngues, & cætera huiusmodi. *2. de Gen. Anim. cap.* 4. Solum igitur cor suo calore trahit alimentum & sanguinem creat, quo & ipsum & reliquæ partes nutriuntur. Quod si eodem modo cætera suo calore alimentū conficerent, naturam cordis imitari potuissent, & sanguinea essent omnia, qui primum sanguineum est.

At sensuum instrumenta similem naturam habere oportuit cum primo sensorio, mouentur enim omnia ab exterioribus sensibilibus, & prius organa exteriora quā cor, licet in vtrisque simul fiat sensus: vt enim receptio fit in spiritu existente in instrumentis externis, sic in spiritu cordis, sed simul, quia alteratio est insequens præsentiam sensibilis in organo, vt superius ostensum est. Commeat igitur ratio in sensu. Si cor sanguineum est, necesse est omnes partes sentientes sanguineas esse, vt pati à sensibilibus possint: non commeat in nutritione, quia motus à corde est in ipsas, non ab ipsis in cor. Patet igitur ratio, cur partes exangues eorum animalium quæ sanguine sunt prædita, non sentiant. Idem verò dicendum de iis quæ sanguine carent: humorem enim habent proportione respondērem sanguini & particulam respondentem Cordi.

QVÆSTIO VI.

Animam non in singulis corporis partibus esse: neque totam in toto, sed totam in corde.

VVLGATA est sententia animam esse totam in toto corpore, & totā in qualibet eius parte: quoniam scripsit Aristoteles *1. de Anim. tex.* 94. *Siquidem animalia diuidantur, in vtraque partium inexistere omnes animæ partes, ut pote quæ eiusdem speciei sint inter se & cum toto: viuunt enim vtraque insectorum quorundam segmenta, & sensum & motu habentia aliquo tēporis spatio. Plantæ quoque diuisæ germinant idem vegetandi principiu habentes, quod nō esset, nisi tota anima similiter esset in singulis partibus, ut in toto.*

Oppositum tamen scribit Aristoteles *in lib. de Communi animalium motu,* vbi inquit, *non oportere in singulis partibus animam esse, sed ea existente in quodam corporis principio, reliqua viuere, quia illi coadnata sunt.* Præterea & ratione manifestum est. Cùm enim partium quædam sint similares, quædam dissimilares, anima autem actus sit corporis organici, quod dissimilare est, si in singulis partibus animam poneremus, dissimilaris quælibet pars retineret naturam totius: aut non dissimilare esset animalis corpus sed similare, proprium enim similaris est, vt ad diuisionem corporis diuidatur forma, non in diuersa specie sed numero: nam in qualibet parte carnis, integra forma carnis est, & quælibet pars aquæ frigiditatem coniunctam habet cum humiditate. Totam igitur speciem in toto corpore esse & totam in singulis partibus contingit in omnibus formis similarium corporum: in dissimilaribus autem est impossibile, pars enim oculi non est oculus, nec faciei facies.

Amplius, cùm plures sint animæ potentiæ, si tota anima in singulis partibus esset, singulæ partes haberent omnes animæ potentias: posset igitur oculus audire, & pes videre, & de cæteris eodem modo: aut in eodē erit simul eiusdem potentia & impotentia, vt idem sit possibile & impossibile. Quatenus enim anima inest in singulis partibus, in iisdem potentiæ omnes insunt: quatenus autem instrumenta eadē non sunt apta ad omnes potentiarum functiones peragendas, in oculo inerit impotentia gustandi, & in pede impotētia videndi. At natura frustra potentiam tribueret, nisi etiam instrumentū illi adiungeret: & perinde esset ac si fabrilis ars in fistulas ingrederetur. *1 de Anim. tex.* 53. Ob hæc igitur non est tota anima in singulis partibus corporis.

At verò neque singulæ animæ partes in singulas corporis distributæ sunt: vt sensitiua quidem sit in cerebro, vegetatiua autem in hepate, & sensitiui hoc quidem in oculo, hoc autem in aure, illud verò in carne. Nam demonstrat Aristoteles id impossibile esse *1. de Anim. tex.* 90. vsque in finem: primò quidem ex parte vnitatis, non enim erit vnum ipsa anima partes habens loco distinctas, nisi aliquid aliud sit, quod eas contineat & vnum faciat, de quo iterum quærendum erit, vtrum partes habeat, an impers sit. Aut igitur in infinitum procedet ratio, aut tandem veniendum est ad impartibile, quod vnitatis causa sit, & contineat. hoc autem anima ipsa est. Deinde ratione partium: si enim tota anima totū corpus continet, conuenit & partium vnamquanque continere aliquid corporis. at impossibile est. nō enim est aliqua pars corporis, cui ascribi possit intellectus.

Vltimò probat eo experimento, scilicet diuisis animalibus quibusdam & plantis, quorum partes abscissæ viuunt eâdem specie animam habentes. Idem ostendit. *2. de Anim. tex.* 20. Ad diuisionem enim corporis non diuiditur anima in partes, vt hæc quidem sentiat, illa verò moueatur, & de cæteris eodem modo. Non igitur distribuendæ sunt singulis corporis partibus singulæ animæ partes. Relinquitur animam indiuisibilem esse, eamque aut in toto corpore esse, aut in aliqua eius particula. At verò in toto corpore esse impossibile est in quibus multorum organorum est distinctio: oporteret enim toto corpore singulas animæ functiones perficere: non igitur oculis videremus, nec pedibus ambularemus, sed eodem corpore toto: at hoc falsum esse indicant membrorum auulsiones, erutis enim oculis viuit quidem animal, sed non videt, & abscissis alis non volat. Si igitur diuersis particulis diuersæ actiones perficiuntur, cùm tamen anima in singulas partes non sit distributa: necesse est ipsam in quadā corporis particula esse, quæ cæteris apta

sit virtutem impartiri. Hoc autem cor esse, & quia in medio est, & propter alias rationes, alibi ostensum est satis.

Bene igitur Aristoteles comparauit animal reipublicæ, animam autem regi, & cor regiæ. Quemadmodum enim in republica administrationes omnes ex regis decreto peraguntur, quanuis rex singulis operibus nõ intersit: sic viuunt cætera mẽbra ex virtute cordis influente in ipsa. Sicubi autem propter imperfectionem, cordis natura, aut quod illius vicem gerit, minus articularum fuerit, vt in insectis apparet & Plantis, non mirum si abscissa viuant: principium enim habent non bene distinctum, sed veluti per corpus disseminatum. Vnde accedunt magis ad naturam similarium corporum, maximè autem plantæ: nam insecta tanquam magis organica breuiori tempore viuunt abscissa, quia egent maiori organorum apparatu ad vitam conseruandam quàm plantæ.

Sed dubitatur, Si anima est actus primus corporis organici, qui possit in actus secundos exire: oculus autem corpus quoddam sit organicum, cuius actus primus est ipsa videndi potentia, secundus autem ipsa visio: erit anima etiam in oculo, visio enim in eo fit. quod si visio, etiam potentia in eo fuerit, quam actum primum & animam ipsam esse manifestum est. Eodem modo argumentari licet de cæteris partibus, quibus aliquod est officiũ delegatum. An si oculus esset separatus vt animal, argumentatio verè concluderet, actus enim primus esset in ipso anima. Sed quoniam separatus non est amplius oculus nisi æquiuocè perinde ac lapideus, idcirco eius actus primus sine illa particula esse nequit, cui adnascitur. Anima igitur est actus totius corporis & singularũ partium, quia est actus eius particulæ cui reliquæ partes tanquam lineæ ex centro sunt adnexæ.

Quemadmodum enim centrum indiuisibile quoddam est & vnum in multitudinem linearum quodammodo distributum, sic anima indiuisibilis existens in plures tamẽ potentias quodammodo diuiditur & multiplici organorum specie pro natura diuersarum potentiarũ vtitur. In eodem igitur est vegetatiuum, sensitiuum, motiuum, & sensitiui id quod singula iudicare potest, ac reliquæ animæ potentiæ inseparabiles à se inuicem: principium enim vnum & idem est omnium. Quoniam verò organa diuersa esse oportuit diuersis potẽtiis accommodata: plura autem corpora in eodẽ esse impossibile est. idcirco eo artificio natura animal condidit, vt organorũ multitudo ex vnico principio penderet: sic enim quodammodo vnum sunt omnia, quatenus vnum est omnium principium: quodammodo verò plura, quatenus ab eodem principio in diuersa desinunt.

Sed circa sensus dubitatur. Num enim videntur sensus externi vnum subiecto esse excepto tactu, nam cæteri sensus inseparabiles sunt à tactu, hic autem solus separatur. At visus, & auditus, & reliqui, non solùm ratione sed & subiecto distinguũtur: organa enim distincta sunt, solùm autem in sensu communi coniungi videntur qui internus est. sed hic siquidem est alius à singulis, non enim idem videtur sensus internus & externi, non fient vnum subiecto sensus externi. Coniunctio enim in sensu communi efficit vnum sensum communem alium à singulis, non vnum omnium externorum sensum. An non est aliquis alius sensus præter quinque qui exteriores appellantur? vt colligitur ex demonstratione Aristotelis *2. de An. tex. 128.* Sensus autem communem non esse alium à singulis patet. *2. de An. text. 136.*

Cũ enim sentiamus nos videre & audire & cæterorũ sensuũ functiones, quæritur vtrũ eodẽ sensu an alio: probatur autẽ eodẽ sensu vt visu nos videre & auditu audire, nã si alio, duo essent sensus eiusdẽ, vt colorũ visus & ille qui visum sentiret. Deinde processus esset in infinitum, alter enim sensus cũ sentiatur, ab altero sensu sentiretur, & ille ab alio, aut tandem aliquis erit sensus sui ipsius: melius igitur est statim in primo id facere, vt scilicet sensus idẽ qui est coloris, sit sensus sui ipsius: idem enim est actus ipsius visus & coloris quatenus visibilis. Idcirco sensus in actu & ipsum visibile actu visum: quod in omnibus quæ sine materia sunt cõtingit, vt in intellectu. idẽ enim est scientia & scibile. *3. de Anim. tex. 15.* Visus ergo seipsum videt & auditus auditum, & de cæteris eodem modo.

At verò sensum hoc modo acceptũ cõmunem vocat Aristoteles *in libro de Somno cap. 2.* Testatur enim communem esse potẽtiam omnium sensuum, qua sentimus nos sentire secundum vnumquemque sensum. Quo in loco videtur contradictio quædam esse, vbi inquit, *non enim visu quidem videt se videre, nec iudicat ac distinguit aliud esse dulce ab albo neque gustu neque visu neq; vtrisque, sed quadã cõmuni particula omnium sensoriorum.* Soluitur autem. Nam intelligit hîc per sensus ipsa sensoria non potentiam: non enim oculo videmus nos videre, nec aure audimus audire, sed communi quadam particula omnium sensuum, id est corde. Cùm autẽ in eo omnes sensus conueniant, non efficiunt alium sensum præter quinque: extrema enim linearum in centro non constituunt alium punctum præter singularum extremum, cum tamen diuersa quadam ratione idem diuisionis pũctus bis numeratus vnus sit & multi. Sic in sensu quatenus vnus est, communis dicitur, quatenus multi, sensus singuli.

Altera suboritur dubitatio circa sensibiliũ receptionem. Cum enim sentiatur ipsum singulare, hoc autem determinatæ sit quantitatis: *de Sensu cap. vltimo.* (nõ enim color simpliciter recipitur in oculo, sed tantus color, similiter autem in cæteris sensibus) non videtur fieri posse vt vnicus sit sensus omnium receptiuus: nam quantitas in indiuisibili recipi nequit. Quòd si diuisibile fuerit id quod omnia genera sensibilium suscipit, non erit vnum id quod iudicat differre album à dulci, & dulce ab amaro: in eadem enim parte plures quantitates recipi nequeunt, neque contraria in eodem subiecto esse possunt. Responderet quispiam instrumentum commune omnium sensuum partim esse diuisibile, quatenus scilicet diuersa vel contraria suscipit secundum diuersas sui partes: partim autem indiuisibile, quatenus vnum numero est: sic autem vnum esse quod iudicat diuersa esse sensibilia.

Refellit hanc responsionem Aristoteles. *2. de Anim. tex. 148.* Non enim est possibile actu idem diuisibile & indiuisibile esse, neque contraria simul pati: sed potentiá solùm contingit. At cum sensus iudicat diuersa vel contraria, actu patitur & multitudinem recipit. Quomodo igitur vnus erit tunc actu sensus? Quod si nõ fuerit vnus, quomodo iudicare diuersitatem poterit? Necesse igitur est indiuisibile esse id quod iudicat, multa autem iudicare, non quia diuidatur id quod indiuisibile est, sed quia idem sæpius numeretur, vt accidit puncto lineam aliquam diuidenti, bis enim vtitur eodem signo simul.

At verò si indiuisibilis est sensus, quomodo diuisibilia sentit? Quantitas enim omnis diuisibilis est, sine qua nõ contingit sensibile vllum esse. Dicendum est igitur species sine materia indiuisibiles esse: cum enim propter materiam diuidatur vnumquodque, ipsa quidem quantitas extra animam diuisibilis est, in anima autem species eiusdem est indiuisibilis. Vt igitur punctus additus puncto & infinita puncta simul non efficiunt vllam magnitudinem, sic sensibilium multitudo in anima nullam molem parit. Quod si absque mole aliqua insint sensibilia in sensu, non continget contraria in eodem simul esse, cum albi & nigri, aut calidi & frigidi simul fiant sensus. cùm enim non existat aliquod subiectum, quod recipiat sensibilia secundum eius diuisionem & extensionem (id enim esset cum materia recipere) non sequitur in eodem simul esse contraria: & propter hoc eadem est scientia contrariorum, & sensus idem luminis & tenebrarum.

Sed dubitatur, Si sensitiuum non est sine corpore, organa enim singulis sensibus tributa sunt: diuisibiles erũt species ad corporis diuisionem, vt etiam extra animam contingit. Non igitur effugiemus absurda quæ dicta sunt. Esse autem corpoream passionem quæ à sensibilibus fit non solùm in singulis sensibus, sed etiam in sensu interno & Phantasia, explicauit Aristoteles *in libr. de Memoria cap. vltimo.* Fit enim per sensum in anima

& in

& in parte corporiahabente ipsam, veluti pictura quædam tanquam anuli sigillo: cuius habitus memoria dicitur: *de Memo.cap.1.* Soluit Aristoteles 3. *de anim.tex.* 122. vbi inquit, *Magnitudo enim quædam erit id quod sentit, non tamen est sensitiuo esse, neque sensus magnitudo est, sed ratio quædam & potentia illius.*

Differt igitor sensibilium, receptio in organo & tandem in corpore ab eorundem receptione in anima. Nā in organo & corpore recipitor species cum quantitate & diuisibilia, idcirco non contingit eodem tempore contraria sentire vt lumen & tenebras, calidum & frigidum secondum eandem partem corporis: secuodum autem diuersas partes nihil prohibet. vt si eodem tempote altera quidem maou aquam frigidam tangamus, altera verò calidam: vt quoqoe legentibus contingit, simul enim albedinem cartarum & scripturæ arramentū inuenetur, secundum tamen diuersas oculi partes, sicut etiam sunt extra oculum. In ipsa autem anima species sine materia recipiuntur, idcireo non quantitares nec colores, nec calidum nec frigidum, sed indiuisibilia eorum simulachra concipinntur, rea tamen diuisibiles & qoantas repræsentantia.

Quoniam verò hæc eadem simulachra egent aliquo subiecto, non enim sunt substanriæ quæ per se maneant separatæ: idcirco sunt quidem in aliqua magnitudine, sed non tanquam in magnitudine, eorum enim esse nō est magnitudo aliqoa. Propterea duplici genere corporis opus fuit ad sensus perficiendos, vnum quidem quod reciperet species quantas & pateretur cum materia, vt perspiouum oculi corpus, aer io aere existena, caro totius corporia: Altero autem in quo receptio fieret specierum sine materia, quod est propioquissimum animæ instrumeotum, quem spiritum vocant.

Sed vt res manifestior euadat, in oculo diligentius id contemplemur. Cùm fiat receptio visibilis secundum pyramidem cuius basis est superficies rei qoæ videtur extra ocolum existena, cuspia autem in oculo, vt pater per ea quæ in scientia perspectiua traduntur: ex angoli autem in quem pyramis desinit, magnitudine & paruitate res maiores vel minorea appateant: in anguli quidem extremo speciem indiuisibilem esse necesse est (cōcorsus eoim liocarum in puncto fit) sed ante concorsum magnitudinem habere basi proportionalem, per quam rei visibilis iudicatur qoantitas. Cùm enim duo sint triāgula, vnum paruum, cuius basis iotra oculum est, alterū magnom, cuius basis est extra in superficie visibilis, vtriosque autem anguli sint æquales (vous enim communis est, scilicet is qui est in cuspide pyramidis, reliqui duo ad vtranque basim æquidistantem) necesse est latera lateribus proportionalia esse & basim basi. Ex laterū præterea quantitate, habetur distantia corporis visibilis, ex basi autem quantitaa eiusdem. Vbi igitur nota fuerit distantia, ex quantitate basis in oculo existentia nota fiet quantitas basis externæ, proportionem enim habēt eaodem, quam latus maioris triāguli habet ad latus minoria: vbi verò distantia incerta est, contingit decipi visum, vt circa magnitodinem solis.

Sufficit ergo io oculo quantitatem aliquam recipi qoantumcunque paruam pro oculi magnitudine, sed proportionalem externæ. Nam alias ea quæ maiora essent oculo videri non potuissent neque iudicari. Corpus autem in quo fit basis proportionalis externæ, est humor chrystallinus appellatus, perspicuus & rotūdus: nam in eo perinde ac in pila vitrea aut in speculo imprimitur species à rebus externis. Vbi autem desinit pyramidis angulus, imago in speciem indiuisibilem transit, quæ in spiritu potestate sentiendi prædito recipitur. Simile autem quid in cæteris sensibus fieri putandum est: vbique enim affectionem aliquam proportionalem externæ recipi par est, vnde iodicatur quantitas rei sensibilis, interiua autem eandem sine materia & indiuisibilem fieri. Nullom autem ineonueniens est indiuisibile aliquid, signum esse rei diuisibilis, & tanqoam diuisibile sentiri, sensus enim est rei sensibilis externæ: quod si sui ipsius sit, ea ratione semper accipitur quatenua sensibilis cuiusdam determinati & quanti: nam aliàs quod iodiuisibile est insensibile quoque est. Cùm enim æquiuocè dicantur res in anima & extra aoimam, vt homo pictus & homo verus: etiam quantum in anima alio modo dicetur, quam verum qoantum. Dicetur igitur sensus ipse quantus, quia est ipsius quanti veri, ipse autem secūdum se non quantus. Sed hæc forte fusius quàm oportet hoc loco dicta suot.

Pater igitur ex dictia multitudinem eorum qoæ sentiuntur, & qoantitatem sensibilium, non impedire quin vnicus sit omnium sensus, & vnicum eiua instrumentū proximum: imo ex iis quæ circa sensus apparent, necesse est vnum esse, quia differentiam omnium sensibilium iudicat. Quod si vnitas hæc in iostrumentis externis fieri oequit, oportet aliquod esse internū omnibus cōmune, in eo igitur anima sentiens fuerit cum cæteris potētiis.

Qvæst. VII.

Medium illuminatum non facere ad colorum visionem, sed potius impedire.

Scripsit profectò Aristoteles 2. *de an.tex.* 67. colorem idcirco non videri sine lumine, qoia natura coloris est mouere posse id quod actu perspicuum est: actu autem perspicuum est ipsum medium illuminatum. Ideo in tenebris nōn videri proprios corporum colores: aliqua tamen in teoebris solùm videri, vt quæ noctu lucentia sunt ignis modo, quemadmodum quædam capita piscium & quorundam animalium oculi noctu tantùm radientes. Alia autem & in lumine & in tenebris videri, vt ignis & qoæcunque valde luminosa sunt, quoniam perspicuum ab ipsis actu fit. Quæ sententia si simpliciter intelligatur, vt videtur efferri, manifestè falsa deprehenditur.

Nam primùm experimento patet medij illuminationem ob præsentiam luminosi corporis factam oihil præstare ad colorom visionem: nihilo enim minus videmus coloreа quoscunque actu existentes, siue per medias tenebras siue per illumioantium mediom: quod noctu experiri vnusquisque potest. Nam ex loco tenebroso non solùm ignem procul existētē videmos, sed etiam corpora igne illustrata, cùm tamen aer intermedius non sit illustratus. accidet autem hoc si ignis quidem nō veniat in conspectum, sed solum corpus igni obiectum: quæcunque enim in aere intermedio fuerint, non conspiciūtur, quanquam videnti sint propinquiora: color autem partetis igne illustrari videtur non minus quàm si apud nos alius ignia fuerit medium illuminans.

Idem & interdiu notare licet. Si enim ex obscuriori loco veluti antro quodā inspiciamus corpora à Sole illustrata, non minus per medium illud vmbrosum cernemus, quàm si ex lumine intueremur. At verò ex medij illuminatione impediri visionem manifestum est: quæcunque enim sunt in obscuriori loco nequaquam cernere possumus ex lumine ideo interdiu nigra apparent quæ intra ædium parietes sunt, si ex loco illustrato inspiciamus. Omnino autem melius ex obscoriori loco cernimos quàm ex luminoso, dummodo corpus visibile illustratum fuerit. Propter hanc causam natura oculum sic efformauit, vt illud perspicuum corpus, in quo colores externi recipiūtur, quàm maximè obscuro loco clauderetur, paruo relicto io eius tunica foramine, vt sufficeret ad species intromittendas, minimè autem à splendore offenderetur: & qui acutiùs intueri volunt, modicè oculom clauduot, adeo vt liceat aliquando interdiu stellas videre, si per longam fistulam oculo admotam inspiciamus.

Præterea ratione manifestum fiet, lumen in medio impedire colorū susceptionem. Si enim est coloris susceptiuum, quod sine colore est, & soni, quod sine sono, & in cæteris similiter: sine colore autem est ipsum perspicuum quando in potentia est non actu, idest dum inuisibile & tenebrosum fuerit (lumen enim est veluti color perspicui. 2. *de an.tex.* 69) cùm igitur illuminatum fuerit, non erit susceptiuum coloris. Ratio est Aristotelis

2. de an tex. 71. Quod vt manifestius fiat, sic consideretur.

Præsente maiori lumine in perspicuo obscurius reddi solet id quod minus est, aut omnino delet: vt patet in luna: non enim vmbras corporum sibi oppositorum gignit præsente Sole, noctu autem eodem absente gignit: magis ergo actum suum noctu communicat quàm interdiu, aliquem tamen actum communicare interdiu dicendum est, quoniam tunc videmus eius corpus. Astra autem non solùm non illuminant aërem diurnum, sed neque visui se offerunt nisi noctu, minus enim est eorum lumen quam lunæ: idcirco vmbras nullas patiunt exceptis quibusdam splendidissimis. Venus enim absente lumine lunæ vmbras facit licet obscuras. Idem intueri licet in corporibus à Sole illustratis: hæc enim obiecta loco vmbroso, speciem suam communicant, idque non solùm adiacentia corpora illustrando, sed & aliquando proprio colore aërem circunstantem inficiendo, vt puniceo aut flauo, aut viridi, aut aliis huiusmodi. Loca autem hæc illustrata alia similiter illustrare possunt, & hæc alia, donec tandem vltima ob luminis paucitatem alia non illustrent, sed sufficiant solùm ad sui visionem faciendam: nequaquam autem vt videantur adiacentia corpora.

Communicatio igitur luminis & coloris ab eo fit quod actu est in id quod potentia, non è conuerso: hoc autem modo se habent maius lumen ad minus. Ob hãc autem rationem color illustratus non colorat aërem æquè illuminatum, tantò minus illustriorem, sed eum solùm qui sit obscurior. Quod si instrumentum visus susceptiuum sit omnium colorum, perspicuum esse oportet non actu illuminatum, sed aptum à singulis illuminari. Non igitur mirum si in lumine maiori non videamus ea quæ in obscuriori sunt posita: ex obscuro autem optimè videamus ea quæ sunt in lumine. Propterea solemus manum lucernæ aut Soli obiicere, cum intueri melios volumus, vt tradit Aristoteles *31. Proble. 29.* Manu enim arcemus ab oculis lumen maius, quod impediebat reliquorum susceptionem. Et postquam aliquid maximè fulgens inspexerimus, vt solem, non possumus alia videre, donec splendor in oculis genitos non recesserit. Propter quid igitur lumen in medio receptionem colorum impediat, explicatum est. Actus enim inexistens cæteros obscurat & arcet.

Sed huic sententiæ non solùm videntur obstare verba Aristotelis *5. de an. tex. 67.* scilicet colorem motiuum esse perspicui in actu existentis: actus enim perspicui quatenus perspicuum lumen est (*2. de anim. tex. 69.*) quasi medium illuminatum esse oportet, vt à coloribus patiatur. Sed etiam ratio huiusmodi oppositum ostendit. Si enim perspicuum in actu non est sine lumine, neque colorẽ perspicere licebit sine lumine: corpus enim quodcunque non perspicuũ in medio existẽs visum impedit. Amplius, si lumẽ frustra est in medio, cur nõ videmus in tenebris? Si enim colores mouere possent perspicuum in potentia, communicatio eorum fieri deberet in medio & tandem in oculo absente lumine, quod tamen minimè contingit. Præterea medium illuminatum pati ab omnibus coloribus patet, quanuis maius sit lumen in medio quàm in eo quod videtur. Existente enim lumine solis in medio, videmus tamen corpora posita in vmbra. Si igitur color prius agit in medium quàm in oculum *3. de anim. text. 71.* necesse est medium quanuis maximè illustratum recipere tamen ea quæ obscuriora sunt, & oculis transmittere. Quod si oculi in obscuriori loco manentes faciliùs inspiciant, potest ob aliam causam accidere, vt propter virtutis congregationem, non propter priuationem luminis: si enim luminis præsentia per se colorum receptionem impediret, debuisset & in medio impedire. Hęc sunt præcipua, quibus aliquis persuaderi possit medij illuminationem ad colorum susceptionem facere.

Sed supposita definitione coloris, facilè hæc soluentur. Scribit igitur Aristoteles *in libro de Sensu, cap. 3.* colorem esse extremum perspicui, quod perinde est ac si diceremus esse extremum luminis: idem enim actus perspicui quatenus est interminatum, lumen est, in termino autem color. Idcirco lumen quidem color est interminati corporis, color autem lumen terminati. Patet autem id sensu: corpus enim quàm maximè perspicuum, vt glacies, si contingat videri secundum superficiem propriam, non secundum superficiem continentis corporis (accidet autem hoc, vbi contractus fuerit in partes paruas) non amplius colore adiacentium corporum spectabitur, sed proprio qui albus est. quod igitur in interminato est lumen, in termino est albedo. Dicitur autem interminatum, cum visus non in eius superficie terminatur, sed vlterius ad superficiem circunstantis corporis protenditur: quod in contracto fieri nequit, non solùm propter diuisionem quę terminus quidam est, sed & propter paruitatem: eadem enim pars propè quidem inspicienti visum transmittet, vt reliqua perspicua, procul autem non transmittet, sed visus in eius superficie desinet, vnde proprio colore videbitur colorata.

Hoc idem accidit in niue, paruæ enim guttulæ concretæ & maximè perspicuæ albedinem multam repræsentant. Sic vitrum & chrystallus integra quidem visum transmittunt, si qua autem aut lima aut scalpello fingantur attritione facta, visum terminant & alba se ostendunt. Quantò autem corpora magis perspicua fuerint, eò magis alba sunt, vt spuma & nix, aqua enim & aër maximè receptiua sunt luminis.

Contra verò quæcunque lumen suscipere nequeunt, nigra spectantur: quemadmodum enim in interminato sunt tenebræ, sic & in termino est nigrum. Signũ autem huius est, quod nulla corpora nigra perspicua reperiuntur, cùm cæteri omnes colores perspicui esse possint, vt in gemmis perspicuis est manifestum: nam & candidæ, & rubentes, & virides, & cæruleæ, & alio modo coloratæ visuntur excepto nigro. Subiectum enim nigredinis non est susceptiuum luminis: idcirco nigredo similiter priuatio est, vt tenebræ, medij autem colores vt magis vel minus de lumine participant, sic accedunt aut recedunt magis & minus ab albo. Eorum enim subiectum magis vel minus est perspicuum. Dixit autem hoc manifeste Aristoteles *in libro de Sensu, cap. 3.* vbi inquit, *Perspicuũ ergo secundum quod inest corporibus, inest autem plus aut minus, in omnibus causa est mutationis colorum.*

Quæ cùm hoc modo habeant, illud alterum est subiungendum: Si enim actu perspicuum non est nisi præsente lumine vt Solis aut ignis, colores etiam actu non erunt sine lumine, excepto nigro, est enim luminis priuatio. Differunt autem corpora nigra, quæ in lumine videntur, à cæteris quæ in tenebris sunt posita: hæc enim ideo nigra videntur, quia actu lumen non recipiunt, cũ tamen recipiendi habeant potentiam: idcirco in tenebris omnia nigra apparent. Quæ autem in lumine nigra sunt, impotentiam habent recipiendi lumen: non enim perspicuum est eorum subiectum. Quomodo autem priuatio mouere possit medium & visum, alia ratio est, habitu enim priuationem cognoscimus.

Colligimus igitur ex dictis eandem esse naturam luminis & albedinis, actum scilicet & perfectionem perspicui, illud quidem quatenus interminatum est, hoc autem quatenus luminis est terminus quidam. Similiter autem se habere tenebras & nigrũ, ambo enim priuationes sunt, tenebræ quidem interminati corporis, nigrum autem terminati. Cæteros autem colores medios esse inter album & nigrum, vt perspicuum medium est inter luminosum & tenebrosum. Hanc autem similitudinem rationis explicauit Aristoteles iis verbis: *Est ergo inesse in perspicuo hoc, quod quidem & in aëre facit lumen, est autem non, sed priuatum esse. Quemadmodum igitur ibi hoc quidem lumen, hoc vero tenebræ, ita & in corporibus innascitur album & nigrum.*

Quibus suppositis obiecta soluere non fuerit difficile. Quod igitur scribitur colorem motiuum esse perspicui in actu hoc modo intelligendum est. Cùm enim visibile duplex sit, scilicet color, & id quod vno nomine nõ licet appellari, vt ignis, Sol, stellæ, fungi quidam, & oculi noctu per se radiante, & alia multa huiusmodi lucida corpora: Color quidem ab altero genere differt, quod visibilis non est sine lumine, reliqua autem per se visibilia sunt, quia in seipsis causam habent vt sint visibilia, idcirco

circo etiam in tenebris posita videri possunt. Hoc autem significauit Aristoteles 2. *de anim. tex.* 66. vbi colorem dicebat esse visibilem, quia est in eo quod secundum se visibile est, id est in lumine: esse autem hoc secundum se visibile non ratione, id est definitione, quasi dicat, non inest lumini ratio visibilis, sed è conuerso visibili inest ratio luminis: visibile enim vnumquodque est propter lumen. Cùm autem colori insit ratio luminis per præsentiam luminosi corporis (est enim extremum perspicui illuminati) corpori autem luminoso non per aliud, sed per seipsum (est enim ipsummet autor luminis) necesse est hoc non solùm per seipsum esse, sed & per seipsum visibile: Colorem autem tum esse colorem actu, tum etiam videri per eius præsentiam.

Idcirco optimè comparauit Aristoteles intellectum agentem lumini: vt enim ex diuersa luminis participatione in perspicuo diuersi oriuntur colores, qui etiã ratione eiusdem luminis visibiles sunt, sic ex diuersa diuini intellectus participatione cæteris omnibus datum est esse his quidem clarius, his verò obscurius: quæ non per seipsa intelligibilia sunt, sed solùm intellectione optimi intelliguntur. cuius solius est per se intellectio, cæterorum autem non per se sed per illud. Similiter & visu eius est quod maximè visibile est, per ipsum autem cætera videntur, quæ eius participatione oriuntur. Propter hoc igitur dictum est colorem motiuum esse perspicui in actu, quia color in actu non est nisi in lumine, positus enim in tenebris non est actu color sed potentia solùm, ideo inuisibilis, cum de lumine minimè participet.

Non sequitur autem ex hoc, vt totum perspicuum, quod inter corpus coloratum & oculum intercedit, illuminatum esse oporteat: satis enim est lumen esse in ea parte quæ corpus contangit. Idcirco cum exactè volumus intueri, corpus admouemus aut ad solem aut prope ignis lumen, oculos autem quàm maximè ab illis arcemus. Hoc minimè contingit in altero genere visibilium, cùm enim per se non per alterius participationem existant, non egent altero lumine, quo videantur: sed potius in altero lumine obscuriora redduntur, adeo vt quædam omnino visum effugiant, vt astra, & quorundam oculorum splendor præsente lumine diei: quædam videantur quidem, sed remissius, vt ignis. Hæc igitur non ea necessitate motiua sunt perspicui in actu: perspicuum enim actu est per eorum præsentiam. Cum autem actus perspicui insequatur quidem solis aut ignis præsentiam, antecedat autem colores: si hi visum alterant, necesse est prius agere in medium, quod est actu perspicuum. Corpora autem per se visibilia non est necesse mouere actu perspicuum, quia hoc insequitur non antecedit. Non est autem accipiendum hoc esse in ratione coloris, scilicet motiuum esse perspicui in actu, insequitur enim naturam coloris. Quid autem sit color, & quo existente motiuus sit, explicatum est in libro de Sensu, & nos superius declarauimus.

Ad primam autem rationem dicimus colorem in lumine positum esse tanquam aliquod per se visibile, veluti ignem aut Solem: idcirco efficere actu perspicuum ipsum medium per quod videtur. Signum autem euidẽtissimum est, quod corpus à Sole illustratũ alia illustrat, vt alia quoque reddat visibilia, & hæc alia, donec vltima illustrentur tantùm & non illustrent. Oculus igitur in tenebris positus & aer intermedius eatenus afficitur à corpore aliquo illustrato, non vt è tenebricosis luminosa fiant, sed vt speciem tantùm illustrati corporis recipiant: idcirco interiectum corpus opacum communicationem hanc impedit. solum enim perspicuum à coloribus & à lumine afficitur.

Ad alteram dubitationem patet solutio ex dictis. Si enim color esset actu color in tenebris, videretur similiter in tenebris, vt ignis. Quoniam autem in eius definitione includitur lumen (est enim luminis extremum) impossibile est actu colorem esse in tenebris positum. Quidam inter Peripateticorum principes putantes esse actu colores etiam in tenebris, non videri autem, quia medium non sit dispositum ad patiendum, disjuncti autem à lumine: coacti sunt aliam colorum generationẽ comminisci, quàm quæ ab Aristotele tradita est. Cùm enim lumen externum secundum eorum sententiam non constituat colores, aliud in ipsis corporibus innatum fingunt ex ignis cuiusdam mixtione. Videntes enim ignem inter cætera elementa lucidum, terram autem opacam, media verò elementa aerem & aquam perspicua: putauerunt ad colorum generationem requiri quatuor elementa: media quidem pro materia perspicui, ignem autem pro lumine in perspicuo: terram pro eo quod lumini opponitur ad remittendam ignis luciditatem.

Sed hæc quantùm recedant à veritate & ab Aristotelis doctrina, quis non videt? Nam primùm coguntur fateri colores esse proprias affectiones mixtorum: cum tamen reclamet Aristoteles 2. *de gen. & cor. tex.* 7. vbi subiectum visus prius esse vult quàm subiectum tactus: & alibi scribit omnia corpora visibilia esse, cùm tamen nõ omnia sint tangibilia. Amplius, testatur autor de Coloribus, qui inter Aristotelis libros recensetur, omnia elementa alba esse. Quod si terra secundum se opaca esset, & nigredinis causa, nulla essent corpora in quibus terra dominatur, alba & perspicua. Sunt tamen multa inter lapides, vt Marmora, gemmæ, terrarum & salium genera, quorum alia exactum habent candorem, alia perspicua sunt maximè. Decepti sunt autem circa hanc de terra opinionem, quoniam ob sui diuisionem visum terminat, nec apparet eius perspicuitas vt in aqua & aere: non enim contigit illis videre terræ corpus continuum, sed spumæ modo in tenuissima corpuscula diuisum: interminatio enim luminis perspicuitatis est causa, terminus autem coloris. Quod si albedinem perfectam non habeat omnis terra, in causa est humoris admixti alteratio & adustio, vt ex eodem libello patet.

Sed quod de igne tradunt, nimis egreditur rationis terminos: non enim lucet ignis elementum, sed similiter perspicuum est corpus vt aer. Nam alias impediret cæli aspectum. Qui autem lucet, cum sit feruor quidam, quomodo in mixtionem veniat? ex igne enim nihil fit, vt neque ex glacie. 2. *de gen. & cor. tex.* 21. Aut quomodo in rebus frigidissimis vt niue summa albedo esset? Præterea si in coloribus contineretur huiusmodi luminis natura ob ignis aut alterius luminosi corporis mixtionẽ, præsente maiori lumine obscurior redderetur, vt de ipso igne apparet. Carbones enim ardentes in vmbra quidem proprio fulgore visuntur, qui color puniceo est similis: in sole autem nigri videntur vt extincti: occultato enim ignis lumine ob solis præsentiam, color eorũ proprius venit in conspectum, qui niger est. Idem & in cæteris in se lucem habentibus experiri licet. Si igitur fuerit in omnibus corporibus huiusmodi lux autor coloris, in tenebris videretur, est enim lux per se visibilis nec altera eget externa: maiori autem lumine eadem hebesceret, non fulgeret magis.

Venerunt autem in hanc opinionem absurdam, quia putauerunt à lumine externo minimè colores fieri, sed reddi solùm visibiles, ducti verbis Aristotelis. 2. *de anim. tex.* 67. vbi de colore loquens inquit, *Vnde non est visibile sine lumine, sed omnis cuiusque color in lumine visibile: quasi color sit, etiam cum inuisibile fuerit.* At si hoc modo intelligendus esset locus Aristotelis, repugnaret ei quod paulò inferius *tex.* 71. inquit, *Coloris susceptiuum esse, quod sine colore est: sine colore autem esse diaphanum & inuisibile & quod vix videtur, quale est tenebrosum.* Dicendum est igitur, colorem in tenebris positum non actu colorem esse sed potentia tãtùm vt ipsum perspicuum, actu autem fieri per luminis præsentiam: quodam enim modo lumen facit potentia existentes colores actu colores. 3. *de an. tex.* 18. Ideo colorem esse in lumine visibilem.

Circa tertiam rationem, quæ probabat lumen maius in medio existens non impedire colorum susceptionem, quia positos in vmbram perspicimus, quamuis medium fuerit maximè illustratum: vnde colligebatur aduersus nostram sententiam lumẽ maius pati à minori, quia medium pati oportet à coloribus, si affectio peruenit ad oculos: pro maiori intelligentia non ab re fuerit aliquã-

tum immotari. Affectio igitur quæ in medio ~~fit à colori~~bus, aut ab altero genere visibiliũ, minimè visibilis est: videtur enim vnumquodque secundum superficiem, sed secundum medium nequaquam, propter eius interminationem. Idcirco aëris quanquam terminus proprius nõ veniat in conspectum, videtur tamen secundum apparẽtem superficiem qui color est cæruleus. Similiter & maris profunditas, qua definit visus eandem præ se fert coloris speciem: interminatum autem quatenus interminatum, omnino visum fugit. Ideo perspicuum ipsum siue illuminatum siue non minimè videtur, nisi secundum accidens, quatenus eius termini in conspectum veniũt.

Ex quibus etiam illud patet, colores minimè esse in medio nisi potentia: cùm enim vbique diuisio fieri possit, in diuisione autem & superficie color adsit, antequã diuidatur, color non erit, aptus tamen esse. Transmissio igitur colorum ad oculos per medium, non gignit aliquos colores in medio, neque aliam huiusmodi affectionem. Nam si aliqua fieret in medio à coloribus affectio, in eadem parte essent simul affectiones contrariæ: contingit enim idem medium simul plures colores atque contrarios transmittere. Præterea si colores in medio reciperentur, non possent synceri ad oculos ferri, sed mixti, vt accidit sono. cùm enim duo simul fiãt, auditus mixtionem vtriusque percipit, quæ harmonia dicitur. Similiter & odori, non enim contingit simul per idem mediũ duos odores synceros percipere, sed mixtionem vtriusque si simul agant: contraria nãmque non possunt integra esse in eodem subiecto simul, sed aut ad mixtionem venire, necesse est, si apta nata sint hoc pati, aut altero agente alterum omnino destrui.

Sed hoc in colorib. minimè apparet, synceri enim per idem mediũ feruntur ad oculos: non ergo in medio dicendi sunt esse. In eo igitur differt visus à cæteris sensibus: hic enim non ex medio colores assumit, sed per medium: reliqui autem ex medio. Oportet enim in illis affici medium, in visu autem nequaquam: & hoc est in causa, quod in illis affectio priùs est in medio quàm in instrumento. prius enim afficitur quod propinquius est sensibili quã quod magis distat: visibile autem non prius est in medio quam in extremo, sed simul. Dico autem in medio esse colorem aut visibile eo modo quo contingit in eo esse, scilicet potestate non actu. Hinc autem patet lumen in medio existẽs non impedire colorum susceptionem, non enim visibile est medij lumen, sed eius extremum solum: extremum autem luminis maioris nequaquam pati potest à minori. Colores enim in vmbra positi non colorant ea quæ in sole sunt, sed è conuerso.

Clarioris autem intelligẽtiæ gratia, ponamus in templo non multũ luminoso solis lumen per angustam fenestram introlabi: pars aëris à sole illustrata nõ discernitur à reliquo, nisi per corpuscula in illo volitantia, quæ cùm in lumine sint posita, mouent visum. Vbicunq; autẽ aër à puluere aut fumo aut aliis corpusculis purgatissimus fuerit, omnino aëris pars illuminata visum effugiet: corpora autem posita in vmbra per medium hunc aërem non minus videbuntur quam per reliquum, siquidem oculus in vmbra similiter fuerit. Quod si in aëre illustrato ponatur, minus videbit, quia à maiori lumine impeditur minoris susceptio.

Quod autem id contingat propter maioris luminis præsentiam, non autẽ propter virtutis disgregationem, vt multi putant, illud argumento est. Nam idẽ contingit rebus inanimatis, vt videre licet in speculo, & christallis quibusdam angulosis. Lumen enim receptũ reflectũt & colores aliquando iridi similes in obiectũ parietem vmbrosum: in locum autem illustratum nequaquam. Nã præsente maiori lumine vbique obscuratur id quod minus est. Meritò igitur instrumentum visum priuatum esse oportet omni lumine, vt suscipere omnes colores possit: actu enim in eo fit colorum susceptio, non quemadmodum in medio & in interminato potentia solum.

Sed dubitabit quis, Si lumen præsens in oculo impedit cæterorum receptionem: propter quid ignis quidam apparet in oculis? noctu enim nullo alio lumine præsente, & oculis clausis celeriter moto oculo, splendorem videmus: & Felium ac Noctuarũ oculi splendorem extra vibrant. An splendor in tunica est interna, qui mouet quidem oculi perspicuum intus foras in Fele & Noctua? Foris autem intro in hominibus, cum ex sua sede celeriter dimouetur oculus, vt pars splendida fiat exterior. Cùm igitur in interna oculi parte anima sentiens non in externa sedeat: *de Sensu.cap.2.* sentimus solùm eum motum qui à rebus externis intro fit: idcirco nostrum lumen minimè videmus, nisi cum dimouetur oculus. Idẽ putandum & felibus accidere, splendorem enim proprium non vident, qui tamen extrinsecus inspicientibus est manifestus. Impediret igitur cæterorum visum, si exterius intrò moueret vt externa visibilia: per eandem enim lineam plures colores videre impossibile est.

Nunc autem accidit, quemadmodum in speculo: in eodem enim sed per diuersas lineas diuersos colores inspicimus. Non est autem putandum in speculo esse actu colores, qui in eo refranguntur. Cùm enim in eodem & secundum eandem partem simul plures atq; cõtrarij colores refrangantur (nam quo tempore quis in speculo album quid intuetur, potest alter secundum eãdem speculi partem nigrum quippiam perspicere) si in eo colores essent, qui videntur, contraria simul essent. Eodem igitur modo colores sunt in speculo, vt in perspicuo interminato. Quanuis enim speculum terminus quidam sit, non tamen eo vtimur vt termino: nam res in quam terminatur visus, extra speculum est.

Quemadmodum igitur per lineam rectam perspiciẽtes, non dicimus in medio colorem esse, sed in extremo: sic per lineam reflexam videtur quidem color esse in loco reflexionis, non tamen adest. Et quemadmodum per eandem lineam rectam impossibile est plures colores perspicere (in eisdem enim extremis contrarij essent colores) sic per eandem reflexam non possumus nisi vnum videre. A diuersis enim visibilibus vt diuersæ protenduntur ad eundem oculum lineæ rectæ, sic diuersæ reflexæ in diuersa desinunt, quanuis in eodem puncto refrangantur. Nam & in visione recta contingit lineam, qua quispiam album videt, alteram intersecare, qua alter nigrum: in intersectione igitur viderentur esse contrarij colores, non sunt tamen propter perspicui interminationem. Sic in speculo interminatio quædam est linearum, quæ in eo refranguntur.

Colores autem proprij corporum non hoc modo termini sunt luminis: nam vndecunque spectentur, eandem speciem præ se ferunt: quoniam lumen receptum tanquã proprium non tanquam alienum regerunt. Est autẽ proprium, quia insequitur naturam perspicui, ex cuius diuersitate variè afficitur præsente lumine. Refractio autem insequitur læuitatem superficiei, idcirco non ostendit proprium speculi colorem, sed alienum. Qui putant visionem fieri per emissionem radiorum ad rem visam, nullas huiusmodi difficultates patiuntur: nec enim in speculo, nec in medio, nec tandem in oculo recipi colores vllo modo fatentur. Quorum sententiæ illud quoque videtur fauere, quod de refractione scribit Aristoteles *3. Meteo.cap.4.* scilicet variari propter visus imbecillitatem: contigisse enim cuidam speciem sui ipsius semper cum ipso ambulantem in aëre videre, quia propinquus aër sibi pro speculo esset, quod cæteris acutè videntibus non contingit.

Idem notare licet in aquam modicè obscuram intuẽtibus: quibusdam enim ea ipsa speculum fiet, aliis autẽ nequaquam: quasi reflectio non ipsarum specierum fiat, sed visus. Nam si species reflecterentur in speculo non debuissent pro natura videntis reflecti, sed omnibus similiter. At hæc sententia, cùm multas alias longè grauiores difficultates patiatur, quas hoc loco ponere minimè oportunum videtur: non recipitur à Philosopho. Dicimus igitur eam esse naturam luminosi corporis, ipsum perspicuum actu facere, & speciem similem in eo multiplicare, in interminato quidem in potentia, in termino autem actu. Patet autem hoc in iis quæ lumen solis receptum reflectunt aut in parietem aut in aliud corpus. Tanta enim est aliquando vis luminis

nis reflexi, vt combuiat corpura, quud speculi cuncauitas solet efficere Et ex multiplici repercussu luminis ob superficierum positionem iactantor aliquando colores iidem qui io iride spectantur, quod christalli quidã angulosi faciunt. Cùm igitur hæc repercussui visus tribui neqoeant, necesse est ob repercussum luminis fieri.

Quod autem non omnibus appareat omnis repercossio, in causa est instrumeutum visus melios aut deterius affectum: quod enim percipit ea quæ distantiora sunt, nõ percipiet refractionem qoæ fit à propinquo aëre aut aqua, nam eo vt medio vtetur non vt extremo. Si autem propter visus imbecilliratem aëre propinquo vtatur tãquam extremo, refractionem in eo percipiet. Videbatur autem huiusmodi refractio visus esse non rei, propter Interminationem specierum in medio: terminatur enim hic speculum pro natura videntis. Sed hæc fortè prolixiùs quàm oporteret persecuti fuimus. Quomodo igitur medium illuminatum faciat ad colorum visionem, & quo pacto impedimeuto fit aliquando, aliquando autem non, explicatum est.

Qvaest. VII.

Imaginationem à rebus externis moueri posse non moto sensu.

Nemini profectò negatur imaginationem motom esse à sensu in actu factum, vt definiuit Aristoteles, *2. de an. tex. 161.* Ea enim quorũ non est sensus, aut quorum sensu à natiuitate destitutos quis fuerit, concipi imaginatione vllo pacto nequeunt. Nam si cæcus imaginari colores posset, aut surdus sonos, iodicare qooque aliquid de ipsis atq; cõtemplari valeret: quod impossibile esse ostenditur, *3. de an. tex. 39.* Asserimus tamen circa ea quorum sensum habemus, multa imaginari posse, quæ nunquam sensimus. Non solùm enim ex nobismet ipsis cum volumus simulachra veluti ante oculos pooimus etiam eorum quæ nõ existunt, vt Centauri, aut Chimeræ, quemadmodum pictores aut Poetæ faciunt, sed etiam sponte fiunt in anima motus quidam simulachrorum, quorum sensum nõ habuimus, vt in somois & quandoque in vigilia. Nam alioqui si omnem imaginationem præcessiste oporteret sensum in actu, vt eiusdem cuius habemus imaginem sensum prius habuissemus, omnis imaginatio memoria esset. Est enim memoria in parte animæ quæ imaginatiua dicitur, motus quidam eorum quæ sensimus prius: *De Mem. cap. 1.*

At imagiuatio non sulùm est ipsius præteriti, sed & præsentis & futuri, & non solùm eorum quæ sunt, aut fuerunt, aut futura sunt, sed & oppositarum negatiouum. Non euim est necesse omnem imaginem esse alicuius imaginem. Differt igitur imaginatio à memoria, quoniã hæc præteritorum tantùm est nota: & à sensu, nam hic præsentiom est solùm, & à spe, hæc enim futurorum est imago. Prætcrea ab his omnibus compatimur & mouemur: ab imaginatione autem nequaquam, si tanquam imagioem non tanquam rem cuius imago est, comprehendamus. *2. de an. tex. 154.* Imaginationes enim sunt veluti picturæ, sensos autem, & memoriæ, & spes, tanquam ea quæ picturis repræsentantur. Non enim hostis imago, sed hostis ipse timorem incutit, neque rerum iocundarum formas, sed ipsas res concupiscimus.

Cùm igitur ea quæ ab imaginatiua facultate comprehenduntur non omnia in sensu prius fuerint, sed quædã futurorum sint imagines: quædam imagines tantùm, sed nullarum rerum oeque præsentium ucque futurarum, neqoe præteritarum imagines, videndum est vnde hæ ortum dueant, & cuius gratia animalibus insint. Videntur autem imaginationes omnes quanquam non ex sensu oriãtur, sine sensu tamẽ minimè fieri. Nõ. n. potest qui colores nunquam viderit, colores imaginari: est enim imaginatio assimilatio quædam eorum quæ sensimus. Nã qoid prohibet, si album quid viderimus, simile quid alterum imaginari, siue sit siue nun sit? Et si auea volantes cernimus, cur non & equos alas similiter habere & volare imaginemur? Quod ergo dicitur imaginationẽ motum esse à sensu in actu factum, eo modo intelligendum est, vt facto sensu contingat fieri motũ in imaginatione, vt scilicet vel illud idẽ imaginemur quod sensimus, vel aliquid aliud illi simile. Velox enim est animi motus, adeo vt aliquando oobis non animaduertentibus post alicoios rei sensum aut memoriam, multæ suboriantur imaginationes, quę si lateant aut propter somnũ, aut propter motus velocitatẽ, ab eo quod sensimus digressa esse, vt melancholicis & delirantibus contingit, vera esse putantur, quæ in imaginatione sunt.

Quibus hoc modo constitutis illud asserimus, imaginationẽ à rebus externis sine medio sensu moueri posse: quod vt cõmodius demõstretur, hinc exordiamur. Cùm innumeræ penè lateant in anima eorũ quæ sensimus aut intelleximus imagines, simul autem omnes mooere impossibile sit, meritò quæri potest, vnde in anima sit principium motus, vt modo hæc modo illa mooeat: non eoim semper in nobis est meminisse, sed sæpè nobis minimè quæreotibus & aliod agentibus occurrunt vel remotissimatum rerum memoriæ atque imaginationes, quas referre ad ea circa quæ tunc versamur non semper licet. Non enim absurdum est aliquando ob modicam similitudinem eorum, quę præ manibus habemus, suggeri nobis etiam non animaduertentibus nec volentibus rerum distantissimarum imagines.

At cum pręter expectationem amicus quispiam factà eius mentione superuenit: vt in prouerbio dicitur, Lupos in fabula aut vbi per somnum quædam apparuerint quæ euenerint à nostris tamen sensibus & cogitatione remotissima (vt tradit Aristoteles in libro de Diuinatione per insomnia, vbi inquit, *Supra nostram prudentiam esse eorum originem inuenire, quæ quis præuiderit circa ea, quæ apud Columnas Herculeas & quæ apud Borysthenem geruntur, loca scilicet distantissima, ad quæ peruenire nullo modo queat nostra prudẽtia: quomodo principium motus harum imaginum in nobis fuerit?* quãquam locus ille perperàm ab interprete in aliam sententiam fuerit conoersus.) Aot dicẽdum est temere in anima huiusmodi motus fieri, vt scilicet modo hæ modo illæ imagines casu moueantur, aut si non est fortuita eorũ diuinatio, ratio aliqua erit, quæ imagines illas statisquibusdam temporibus moueat.

Quod si eorum imaginatio quæ eueniunt, & quorom principium in nobis minimè est, omnis casu contingeret, quemadmodom si me ambulante corruscauerit, rarò hæc non sæpe euenirent. *2. Phy. tex. 48.* At multis hominibus hæc contigisse historiæ habentur certissimæ. Quin raræ extiterunt regnorum aut vrbium, aut familiarum mutationes, quæ prædictiones suas non habuerint. Pauci etiam sunt homines qui circa se aut suos quædam effatu digna spõranea imaginatione nõ præsenserint. Quod si hæ cum cæteris imaginationibus comparatæ raræ videantur esse, non destruit id quod dicimus: nam & Lunę aot Solis coniunctiones oppositionésq;, in quibus ipsa lumine deficiant, raræ sunt, cũ tamen casu minimè fiant, sed certas habeant causas, quibus existentibus necesse est luminis defectum fieri. Eodem modo quanuis imaginationes plurimæ principium motus habeaot ex nobis, verbi gratia ex sensu aut alicuius memoria, si quæ tamẽ sunt, quæ à rebus ipsis externis ortum ducant, earum erunt indicia: idcirco aut semper aut vt plurimum veritatem cootinebunt.

Quod autem à rebus externis motus quidam fiat in imagioatione, non intercedente sensu aut intellectione, fatetur Aristoteles *in lib. de Diuinatione*, vbi de iis somniis quibus aliqui præuident ea qui à nostra cogitatione & sensu remotissima sunt, inquit, si non temere fiant (multa enim fortuitò eueniunt) propter eam causam contingere, non quam Democritus asserebat, qui à rebus ipsis simulachra quædam fluere putabat: sed quoniam motus quidam & sensus ab ipsismet rebus pertingit ad animas somniantes: hunc autem motum imagines facere, ex quibus futura de ipsis præuident. Quod autem velit huiusmodi motus à rebus externis non in ipso medio aëre fieri, sed in anima tantùm, significant verba quæ subiungit,

Idem.n.in somno motus ij percipiuntur, quia ét paruos motus qui intrinsecus sūt, sentiunt dormientes magis quàm vigilantes. Si ergo motus extrinseci essent, in vigilia & instrumentis sensuū perciperentur, nō in somno.

Quod aūt inquit, noctu magis quā interdiu sentiri, quia aer noctis minus est agitatus, diurna aūt perturbatione motus huiusmodi dissolui: significat aeris ambientis perturbationē corpora nostra perturbare, & impedire ne huiusmodi motus intrinsecos percipiamus infestātibus extrinsecis. Nā & qui ecstasim patiūtur, eos motus maximè percipiunt, quia minimè ab iis infestantur quæ sensus mouent. Et melācholici quoniā celerē habēt imaginatiuā virtutē, motúmq; eius vehementē nō facilè ab aliis motib. dissolui. Quę igitur imaginationi offerūtur citissimè ab illis arripiuntur, miniméq; disturbātur. Præterea si motū aliquē in ambiēte cōcederet Arist. ab ipsis reb. ortū, incidisset in eandē sententiā Democriti. quod enim aliud huiusmodi motus esset quā simulachrorū defluxus? Aut quomodo mediū pati motus illos possit? Sonū.n ex certa rerū distantia audimus, & odores olfacimus, & visibilia cōspicimus: si aūt amplius fuerit interuallū, nō perueniunt ad nostros sensus eorū species. At quę imaginationē mouēt, nullā determinatā requirūt distantiā, neq; intermedij corporis differentiā. Vndecunq; .n. & quocūq; intermedio corpore imaginatione res attingimus. Si igitur mediū affici oporteret, determinata esset eius quātitas & qualitas, vt in cęteris sensibilib. videtur. Minimè aūt mirū videri debet, motū in anima fieri nō moto medio: nā simile quid colorib. cōtingere ostēsum est. Idē accidit & lapidi herculeo: hic .n. siue in nostro orbe sit, siue apud Indos trāsferatur, vbicunq; tandē fuerit, ad easdē cęli partes vertitur. Ferreā quoque acum suo motu circunducit, quodcunq; corpus inter medium extiterit, seu motū seu quiescēs: nō .n. est necesse vllā affectionē in medio recipi nā id q agit, nō in vnúquódq; aptū natū est agere, neq; per se tangere oportet id q mouetur, satis .n. est medio aliquo tangere. Idē contēplari licet in Torpedine, quę manū piscatoris obstupefacit tactu retis. Sed dubitabit iterū quis, Quo pacto à reb. futuris gigni motus præsens possit in anima? Cū .n. futurorū fiat præsensio, oportet in imaginatione prius motū esse quā in re, q videtur impossibile esse, si imaginatio à reb. moueatur. An nō est absurdū, quēadmodū res quæ abierunt, vestigia quędā sui relinquunt, sic antequam accedant, significationes quasdā pręmittere, vt circa tēpestates cōtingit? Nō igitur à reb futuris quæ adhuc nō sunt, motus aliquis fieri pō, sed ab iis quæ rerū futurarū sunt initia, & actu iā existūt, fieri motus illos in imaginatione putandū est. Idcirco quanuis vera sint somnia, nō tamē est necesse ea euenire quę in somniis apparuerint. nā quemadmodū nō semper post nubiū generationē fit pluuia, neq; post rectā consultationē res perpetuò ex cōsilio succedūt, sed aliquando quarundā rerū initia ab aliis nobiliorib. inclinationib. deuastantur: sic neq; signa quę in imaginatione ex veris initiis orta sunt, perpetuò euenire est necesse Hoc modo statuit Arist. *in libro de Diuinatione*, vbi inquit, *Omnino .n. non omne fit, quod futurū erat, neq; idē est, quod erit, & quod futurū est. &c.* Amplius dubitare licet, si oīa quę fiunt, apta nata sunt imaginationē mouere cur nō oīa quæ fiunt, imaginatione sentimus? sed ea solū aut maximè, quæ ad res nostras aut ad propīquos, aut ad amicos, aut tandē ad notos pertinent? Nā quemadmodū quælibet obiecta sensibilia in debita distantia sensus ppríos minimè latent, sic imaginabilia oīa debuissent suas imagines in anima repręsentare. Præterea si res intercedēte sensu imaginationi innotescant, duæ erunt virtutes eiusdē apprehensiuæ vt coloris tū visus, tū imaginatio: at absurdū est duas esse eiusdē potentias. *2. de an tex. 136.* Quod si nō idē sit color qui imaginationē mouet, & qui visum: cū visus sit ipsius coloris externi, imaginatio eius nō erit, sed eius qui in sensu: æquiuocè .n. dicuntur oīa q̄ in anima sunt, cū iis quæ extra animā. Imaginatio ergo nō mouebitur ab externis reb. nisi quatenus mouetur à sensu qui externorū est. Ad primam igitur dubitationem dicimus. Si ea quę imaginationi offeruntur, nullo modo sensu egerent, virtus imaginatiua omnia externa similiter apprehēderet, vt visus omnes colores, & auditus omnes sonos. Sed quoniā præparatio quædā imaginabiliū requiritur, quæ per sensum habetur, hinc fit vt nō oīa ęquè imaginationē cuiusq; moueāt, sed præcipuè notorū noti. Eorū .n. quæ neq; vidimus vnquā, neq; ab aliis visa audiuimus, motus nequaquā pertingere possunt nostrā imaginationē. Eorū aūt quib. maxima diligentia & cura animū appulimus, vt quæ charissima nobis sūt, imagines facilè agnoscimus, apprehēdimúsq; nō solū per insōnia, sed & aliquādo vigilantes: imminente .n. re quadā noua veluti percuti animū sentimus causam nō vidētes, adeo vt motus ét corpori cōmunicetur, veluti sibilus quidā in auribus, aut caliditas vel frigiditas mēbra permeans. Nō igitur mirū, si nō oia ęquè imaginationē moueant, nō .n. similiter præparationē in anima reperiūt. Ad alterā dubitationē patet solutio ex dictis. Cōcedimus .n. eiusdē rei imaginationē esse & sensum: nā vtrūq; nota quædā est rerū externarū & singulariū. Nec absurdū est eiusdē duas esse virtutes apprehensiuas hoc modo, vt vna alterius pparatione egeat. Apprehensio igitur p sensum præparatio est eius quæ p imaginationē fit quēadmodum vtraq; pręparatio est ad intellectionē. Instabit aūt quis iterū, Si imaginatio præparationē in sensu requirat, nō mouebitur à rebus, nisi prius ab iisdem moueatur sensus. Quod si quid in imaginatione prius fuerit quā in sensu, nō erit sensus imaginationis præparatio. Dicimus, si imaginatio alterā cognitionē non adderet ad eā quę sensu percepta est, nō esset sensus aliqua eius præparatio, sed perfectio cognitionis tota in sensu esset à sēsu aūt ad imaginationē trāsitus ad imperfectius quid esset mutatio. q minimè fieri à natura cernimus. quæ .n. generationis sūt posteriora, finis rationē & melioris habent. Optimè igitur in his quoq; instituit natura, vt quibusdā per seosum cōprehensis, reliqua imaginatione apprehēderētur. Est aūt pfectior hæc virtus, nō quia certior sit sensu, sed quia ampliorē addat cognitionē, ad multa .n. puenit imaginatio, ad quę sensus nequit. Sēsui .n. nōnisi præsentia sūt nota, certa existēte medij natura & distātia sensibiliū. Imaginationi aūt nō minus præterita & futura nota sunt quā præsentia, & distātissima nō minus quā propinqua, idq; medio quocunq; intercedēte. Postquā igitur sensu (verbi gratia) Socratē nouerimus, imaginatione modo in cōuiuio sedentē, modo in schola docentē, aut aliudquid agentē intuemur: idq; aut ex nobismet ipsis imaginantes, quę imaginatio vt plurimū falsa est, cū rei nō correspōdeat: principiū .n. eius nō in re est, sed in nobis. Aut spōte rūc aūt vt plurimū vera est, ex ipsa .n. re ortū ducit. Perinde aūt est, ac si ex vmbræ motu corpus id quod vmbrā ex se iacit, moueri imaginemur. Quod .n. per mediū sensum in imaginatione remāsit, veluti vmbra quædā est rei exterioris. Cōtingit igitur hāc moueri vel moria nobis vel re. Si igitur motis nobis id cōtingat, videbitur quidē motus esse in re, nō tamē erit. Si aūt res ipsa moueatur, etiā eiusdē species in anima simili motu mouebitur: qui motus si animaduertantur, imaginatio fiet vera. Raró aūt animaduertūtur huiusmodi motus, qui à cęteris validioribus dissoluūtur: idcirco in somno magis quā in vigilia, & in iis quorū mēs cogitationib. quasi deserta & vacua est percipiūtur. Qui verò percipiūtur, rari sinceras reddūt imagines, facilè .n. ob propriū imaginationis motū peruertūtur, & immutātur: aut cū aliis imaginib. miscētur. Hinc fit, vt rara sint sōnia recta, sed pleraq; sub aliis formis appareāt: vt si hostis inuasurus sit, videbitur Taurus aut aliud huiusmodi animal aggredi. Ideirco qui nouit similitudines distinguere, prōptus est sōniorū interptes. Quoniā aūt motus dū incipiūt, facilius disturbātur, quā vbi diutius perseuerauerint: hinc fit vt posteriores imagines sinceriores ac veriores esse soleāt: præcipuè vbi sedatus fuerit sanguinis motus, qui ex coctione alimēti fieri solet. Matutina igitur somnia ob hāc causam veriora: & sæpius repetita fidē firmiorē faciunt: significant enim in re motum magis perseuerantē. Quomodo igitur imaginatio à rebus externis moueatur nō intercedente sensu, & quo pacto ad id pręstandū præparatio per sensum requiratur, explicatum est. Quod autē aliquando ex motu qui in imaginatione fit, cōiunicetur motus rebus externis, diuiniorem causam expostulat. Non enim id cōtingit nisi hominibus, & diuiniorem naturam adeptis.

BERNAR-



BERNARDINI THELESII
Consentini,
DE RERVM NATVRA iuxta propria principia, Liber primus.

MVNDI CONSTRVCTIONEM, CORPORVMQVE IN EO CONTENTORVM MAGNITVDINEM, NATVRAMque non ratione, quod antiquioribus factum est, inquirendam, sed sensu percipiendam, & ab ipsis habendam esse rebus.

PROOEMIVM.



QVI ante nos Mundi huius constructionem, rerumq; in eo contentarum naturã perscrutati sunt, diuturnis quidem vigiliis, magnisq; illam indagasse laboribus, at nequaquã inspexisse videntur. quid enim iis illa innatuisse videri queat, quorũ sermones omnes, & rebus, & sibi etiã ipsis dissentiant, aduersiq; sint? Id verò propterea iis euenisse existimare licet, quòd nimis fortè sibiipsis confisi, nequaquã (quod oportebat) res ipsas, earũq; vires intuiti, eã rebus magnitudinem, ingeniũq;, & facultates, quibus donata videntur, indidere. Sed veluti cũ Deo de sapientia contendentes, decertantésque Mundi ipsius principia, & causas ratione inquirere ausi, & quæ non inuenerant inuenta ea sibi esse existimantes, volentésque veluti suo arbitratu Mundũ effinxere. Itaque corporibus, è quibus constare is videtur, nec magnitudinẽ positionémque, quam sortita apparent, nec dignitatem virésque, quibus prædita videntur, sed quibus donari oportere propria ratio dictauit, largiti sunt. non scilicet eò vsque sibi homines placere, & eò vsque animo efferri oportebat, vt veluti natura præeuntes, & Dei ipsius non sapientiam modò, sed potentiam etiam affectantes, ea ipsi rebus darent, quæ rebus inesse intuitis non forent, & quæ ab ipsis omnino habenda erant rebus. Nos non adeo nobis confisi, & tardiore ingenio, & animo donati remissiore, & humanæ omnino sapientiæ amatores, cultorésque (quæ quidem vel ad summum peruenisse videri debet, si quæ sensus patefecerit, & quæ è rerum sensu perceptarum similitudine haberi possunt, inspexerit) Mundum ipsum, & singulas eius partes, & partium rerúmque in eo contentarum passiones, actiones, operationes, & species, intueri proposuimus. Illa enim rectè perspecta, propriam singulæ magnitudinem; hæ verò ingenium, virésque & naturam manifestabunt. Vt si nihil diuinum, nihil admiratione dignum, nihil etiam valdè acutum nostris inesse visum fuerit; at nihil ea tamen vel rebus, vel sibiipsis repugnent vnquam; sensum videlicet nos, & naturam, aliud præterea nihil sequuti sumus, quæ perpetuò sibipsi concors, idem semper & eodem agit modo, atque idem semper operatur. Nec tamen (si quid eorum, quæ nobis posita sunt, sacris literis, Catholicæve Ecclesiæ decretis non cohæreat) tenendum id, quin penitus reiiciendum asseueramus, contendimúsque. Neque enim humana modò ratio quæuis, sed ipse etiam sensus illis posthabendus, & si illis non congruat, abnegandus omnino & ipse etiam est sensus.





CAPVT I.

SOLEM A CALORE, TERRAM A FRIGORE, CONSTITVTAM ESSE, ET QVAE AGENDI *operandique facultates, speciésque, & dispositio soli indita sunt, à calore, quæ verò terræ, à frigore inditas esse omnes: & entia omnia à cælo terram oppugnante inuertentéque constituta esse.*



QVONIAM, vel adeo à Terra amotus Sol, summum in eam assiduè effundit calorem & per Cælum conspectus nullis obsitum vaporibus, per quale ipsius species spectanda omnino est, longè conspicitur candidissimus, longeque rapidissimo, & nunquam cessante circumuoluitur motu, &, vt existimare licet, bene etiam tenuis est, siquidem ens nullum prorsus, cui quantulauis insit crassities, sese in sublimi sustinendi, motúmve vllum ædendi potens est, sed, vel flammæ ipsæ dum non in summam, proindeque & inuisilem in eam omnino actæ sunt tenuitatem, quæ cælo inest vniuerso, nunquam quod summè appetunt, sursum efferuntur, nullóque commouentur motu, & candor nullus prorsus crassitiei coire apparet vsquam, sed vel qui ipso emanat à Sole bene etiam tenues permeans vapores, impurari ab iis, ad nigrúmque agi, & à paulò crassioribus penitus etiam obscurari videtur: Terra contra, vbi à Sole non reiicitur ipsius vis, magnum effundit frigus (neque enim non Terræ, sed aquæ frigus sit, quod aquas omnes gelat, compingitque, à propria nimirum dimouet, & ad Terræ agit dispositionem, & quod, si vehementius fiat, diuturniúsque ipsam in terram illas agat omnes) & longè est crassissima, nullóque vnquam commouetur motu, & vt existimandum est, longè obscurissima, longéque tenebrosissima, ea scilicet specie donata est, quæ solis candori penitus contraria, & si non æquè, paulò certè minus agens, minúsque robusta sit. Nam quæ reliquis nostris in entibus & in suprema etiam terra penitus iam à robustiore Sole deuicta, & aliud acta in ens, spectatur nigredo, huiusmodi & entis, quod natura, dispositionéque, & operandi facultate penitus soli contrarium sit, videri non potest, & alterius eam esse naturæ sequens manifestabit sermo. Quoniam omnino calidus, tenuis, candidus, mobilisque est Sol: Terra contra, frigida, crassa, immobilis, tenebricosaque (liceat, quoniam eius species nobis ignota est, itaque nomine adhuc caret, tenebram eam appellare, cuius nimirum speciem solis candori contrariam, & sese effundendi potentem esse, imaginandum est) & sol non alias sui ipsius conditiones, sed vnum modo effundit calorem, nam candor qui cum calore ab illo aduenit, profundiores Terræ partes, quas nihilo segnius quàm superiores immutat sol, subire nequit prorsus, & nequaquam res à calore seiuncta, & alius à calore, sed si non calor ipse, ipsius certè species, & veluti facies est. Id verò, & in commentario de coloribus satis est, vt videtur, declaratum: & qui nigris, obscurisque rebus summo à calore correptis, penitúsque exuperatis, puras scilicet in flammas actis, inditur candor, manifestè declarat, qui nimirum necessariò calori attribuendus est.

Quoniam igitur vnum calorem in Terram sol emittens, non frigus modò, sed crassitiam itidem, tenebrásque, & immobilitatem ex ea deturbat, & non propriam modò naturam, sed tenuitatem, candorémque, & mobilitatem ei indit: itaque quas eius portiones penitus exuperat, in calidissimos, tenuissimos benéque mobiles vapores, & ipsum etiam in ignem, ipsum scilicet in Cælũ, solemque agit in ipsum, eadem enim, qua Cælum natura dispositioneque, & specie, præterea & operandi facultate vapores donati cum sint, sibi ipsis si vniantur, itaque continuum cocant in ens, quin Cœlo id quàm simillimum, & idem prorsus Cœlo fiat, ambigere non licet. Et ignis qui præsertim in pura accensus est tenuitate, si non æque soli, at bene calidus, tenuis, candidúsque & mobilis, immutata scilicet quidem, at eadem certè qua sol natura, dispositione, speciéque & operandi facultate donatus cum sit, non cognatus modo, longeque soli simillimus, sed si non idem prorsus, eò certè tantùm ab eo differens videri potest, quòd solis moles tenuior est, & copiosior inditus est ei calor. Propterea enim flammæ è rebus, quibus adhærent, non euolant, & quod summopere appetunt, & tenuia calidáque entia propriissimè operantur omnia, sursum seipsas non efferunt, & nullis omnino commouentur motibus, quod visiles lucidæque dũ sunt, crassiores sunt, quàm vt in existens calor euehere eas queat, idque inde intelligitur, quod tenuiores proindeque & inuisiles factæ, tenuium entium omnium ritu, sursum & ipsæ efferuntur. Quoniam enim flammas, quæ nutrimento absumpto perierunt, in non ens abiisse existimare nõ contingit, in summam, proindeq; & inuisilem tenuitatẽ actas, & ab insidente calore sursum elatas esse, necessario existimandum est. Cur enim adeo tenues factę, & exili quidem, at igneo certè donotæ calore, non & ipsę, (quod vapores fumúsque omnis, & vt dictum est, tenuia calidáque entia propriissimè operantur omnia) sursum non efferantur? Et propterea non æquè soli candidæ sunt flammæ, quòd longè illi copiosior quàm his inditus est calor. Non alio scilicet à Sole, sed ipso à Deo factus Sol, è magna purissimáque tenuitate constitui, & copiosissimus indi ei potuit calor. Nam bene magnæ tenuitati bene copiosum indi posse calorem, in luce intueri licet, conspicuas transuecta res, quæ scilicet bene tenui insidens aeri, nihil sole ipso minus splẽdet, nullóque igne exutir minus, vt inde patet copiosiorem minúsque copiosum calorem, materiei eadem semper donatæ dispositione indi posse, neque densitatẽ ad plus concipiendum caloris necessario requiri.

Quamobrem vnum Sol in Terram emittens calorem, eius naturam, facultatésque, & conditiones ex ea deturbat omnes, suásque ei indit, & eodem fermè modo quo sol terram, etiam calor quiuis, vel qui è commotis contritisque enascitur rebus, quæ corripit exuperátque immutare videtur: frigus scilicet ex iis, eiusque facultates conditionesque omnes, crassitiem, obscuritatem, immobilitatem deturbare, & se ipsum iis, propriásque facultates cõditionesque omnes, tenuitatem, albedinẽ, & mobilitatẽ indere, & in ignem omnino agere videtur. Terra cõtrà, vnũ effundẽs frigus, non quidẽ quæ solis calor agere videtur, quæ corripit viribus conditionibúsq; quas calor indiderat, spoliat omnib. & propriasiodit, nõ scilicet è calidis, tenuib. albis, mobilibúsq; frigida, crassa, tenebricosa & immobilia facit: siquidẽ, vt dictũ est, suóque amplius declarabitur loco, à longè amplioribus solis viribus Terræ oppugnata, & bene iã exuperata suprema portione, quod per eam aduenit frigus, non integrum id robustúmque, nec diuturnum, sed imminutum languidúmque, & breui à redeunte sole reiectum at vel huiusmodi, vapores paulò præsertim crassiores in a-

quas

quas cogit, & in niues etiam gelat, & aquas omnes vel marinas ipsas in glaciem compingit, & entia quæuis rigidiura facit durioráque, ad Terræ nimirum agit dispositionem, & mobilia quæ sunt, si non penitus immobilia, at torpidiora certè facit, & calorem, si non penitus ex omnibus eiicit, penitúsque ea ipsum occupat, at, vno igne excepto, reliquis sese indit omnibus, & propriora omnia afficit natura. Itaque quæ contingunt entia, vel quæ robustissimo constituta sunt à calore, & ipse etiam aer, vel bene à terra dimotus, vbi abest sol, frigoris sensum nobis præbet: est, & vbi ipsas etiam extinguit flammas, vt ambigere non liceat, quin, si integrum, robustúmque, & diuturnum adsit frigus, quæ corripit, caloris viribus conditionibúsque spoliaturum omnibus, & ipsam in terram ea acturum sit omnia.

Quod igitur dictum est, solem à calore, terram à frigore constitutam esse, & quæ agendi, operandique facultates, speciesque & dispositio Soli indita sunt, à calore, quæ verò Terræ, à frigore inditas esse omnes, & vtrunque alterum, eiúsque facultates, conditionesque propriis è sedibus eiiciendi, & seipsum iis, propriásque facultates, & conditiones indendi facultate donatum esse, liquidò patet.

Capvt II.

Calorem sui natura mobilem frigus contra immobile esse, & propterea molem illi, quam subit tenuem, leuémque, huic contra densam, grauémque faciendi facultatem tributam esse, & albedinem omnem caloris speciem, & veluti faciem esse.

Liqvido itidem patet, calorem sui natura mobilem esse, itaque motum propriam esse ipsius operationem, qua & conseruatur, & summopere oblectatur. Neq; enim quod ipse constituit ens, & cui seipsum, vt propriæ indidit sedi (quod igitur quas agendi operandique sortitum est facultates à calore ei inditas esse existimandum est) Sol inquam nunquam cessante, longéque rapidissimo circumuoluatur motu, nisi salutaris is ipsi sit, longéque iucundissimus. Patet itidem propterea, quod assiduè agit, molem, quam subit laxandi, summam in tenuitatem agendi facultate calorem donatum esse, quòd iuxta propriam naturam operari, moueri nimirum, vt queat, longè tenuissimæ & veluti incorporeæ, proindeque & longè leuissimæ sese moli indat, necesse est. Nam crassitiei quantulæuis imparem esse calorem qui flammis inest, apertissimè declarat, qui, vt dictum est, dum non in summam atque inuisilem eas egerit tenuitatem, secum eas, quod summopere appetit, & quod (si liceat) promptissimè operetur, efferre minimè potest. Planum est quoque, frigus immobile sui natura esse, proptereáque, quod perpetuò agere videtur, molem quam subit constringere, densare, & grauitatem ei indere, talem denique facere, qualem aliena vis nulla dimoueat, & qualem in sublimi ipsum immobilem retinere & veluti coercere queat. Neque ambigendum, quin propterea contra corpulentorum entium omnium, & molis etiam ipsius morem ingeniumque in sublimi terra permaneat, nullamque vnquam inclinetur in partem, quòd frigus, à quo constituta est, & quod seipsum ei vt propriæ indidit sedi, cuius vi operetur oportet, motus exhortet omnes. Nam sit, vt suo clarius factum est loco, agentes operantesque naturæ calor nimirum frigusque, moli cui sese indunt vnum prorsus fiunt, itaque nullam entia vllius partem inuenias, quæ vel moles sola, vel sola agens natura sit, sed quantulauis entis cuiusuis particula, quin punctum quoduis ex vtraque penitus alteri commista altera, & vnum vtraque alteri facta constat: non propterea entis vllius actio operatióve vlla vtriq;, sed vni prorsus agenti operantique naturæ primò tribuendæ sunt omnes.

Quapropter veluti Sol, cælumque vniuersum (nam cælum etiam vniuersum caloris & ipsum opus esse sequens manifestabit sermo) propterea perpetuò circumuoluitur, quòd ipsius opifex calor circulari assiduè commotus motu, molem eius penitus insidens est, & à qua separari nec vult nec potest, secum agit. Sic itidem & Terra immobilis in sublimi permanet, & nullam vnquam vergit in partem, quòd frigus, à quo constituta est, & quod ipsius moli penitus infixum est, quin cui vnum prorsus factum est, & cui reniti ea repugnareque nec vult nullo moueri sustinet motu. Vt nisi propterea molem constringendi, densandique, & grauitatem ei indendi facultatem frigori tributam esse existimandum sit, quòd terram, in sublimi sustinendi potens vt esset, non integrum modò robustissimumque, sed copiosissimum illud esse oportuit, existimare vtique liceat propterea illa donatum esse, quod molis densitas grauitásque ad eam in sublimi sustinendam, frigori incommoda non sit. Patet itidem albedinem, nec eam modò quæ, quòd sese amplificandi, & quaqueuersus effundendi potens est, & quæ, quòd sese assiduè amplificat, & quaqueuersus effundit, itaque animalium oculos subit, iisque inexistenti spiritui seipsam, suásque affectiones manifestat omnes, per se visibilis est, & lux dicitur: sed quæ veluti torpet, & si quidem sese & ipsa effundit, quoniam statim prius omnino quam ad oculos perueniat ab obuiis speciebus reiicitur, obscuratúrque, inuisilis per se est, & non lux, sed albedo dicitur, quoniam entia quæuis è terra quidem, at propriis viribus conditionibúsque exuta omnibus, & iis quæ solis sunt donata, constituta sunt, ambigere non licet, à solis calore in quibus spectatur rebus omnibus inditam, illiúsque speciem, ac veluti faciem esse.

Capvt III.

Reliquas itidem stellas, cælúmque vniuersum à calore constitutum esse: & calorem frigúsque, agentia rerum omnium principia esse.

Nec verò Sol modò, sed & stellæ reliquæ omnes, & cælum itidem vniuersum, vniuersum quippe est, quod terram, maréque, & stellas quodque ipsas intercest stellas (quoniam nullo id à seipso distinctum discrimine, sed vnum idémque apparet vniuersum, &, vt sequens manifestabit sermo, vnum idemque est vniuersum, vno vniuersum, & antiquiorum sacrorúmque scriptorum more, cæli nomine appellandum videtur) ab eadem, qua Sol natura, & à calore omnino constitutum videtur. Æquè enim soli candidæ stellæ cùm sint, perpetuóque cum sole omnes, & quæ proximiores sunt iisdem circumuoluantur motibus, & calorem quendam, vbi præsertim plures sibiipsis coire apparent, cùm emittant, quin ab eadem, qua sol natura constitutæ sint, cogitandum non est. Minus etiam, quin & suprema cæli portio, cui stellæ inhærent, & quæ cum iis perpetuò circumuoluitur, & cælum omnino vniuersum, quod scilicet vniuersum reliquis conditionibus omnibus, dispositione, specie, operandique facultate, quibus insunt, calor indere visus est omnibus, donatum est. Nam summa vniuersum tenuitate, summáque donatum esse albedine, lux, quæ à sole ad nos reliquisque aduenit à stellis, manifestè declarat. Quippe quæ nisi longè tenuissimum, longéque, quam vapores, tenuius sit corpus illud, non splendida ad nos vigensque, sed cuiusmodi fit cælo vaporibus obsito, obscura, languidáque adueniat. Minus etiam alba, nisi album sit cælum, sed colore, & qui cælo insit, colorata.

Et supremã cęli portionẽ cum stellis circũuolui, lactea manifestat via: quæ sc. quin cęli portio sit, paululò quid quã reliquũ sit magis cõspissata, & propterea splẽdidior facta, nulli dubium esse potest, & cum stellis iis, quæ

in ipsa locatæ sunt, assiduè circumuolui apparet. Et infimam hanc terræ contiguam, longè quidem languidissimo, & qui sensum ferè omnem lateat, at assiduò tamen & ipsam commoueri motu, & antiquioribus visum est positúmque, & sonus declarat, qui manu cornúve amplius auribus apposito exauditur. Nam sonum non aliud esse, nisi motum aeri datum, & per aures spiritui communicatum, antiquioribus itidem placet omnibus: & suo nos aperiemus loco. Et ne eadem moueatur cum suprema velocitate, montes fortè, intra quorum vertices continetur, obstant, in quos scilicet, si velocius feratur quàm vt quæ præcedit ipsius portio, veluti in latera diffusa subsequenti locum præbeat, maximè in angustum cogatur, atque adeo vehementer comprimatur. Id verò tenuibus entibus molestissimum, summéque dolorificum & læthale prorsus esse omnibus, & quod nullo ea sustineant pacto, alibi satis declarabitur. Fortassis, & celerius moueri non potest, quòd à præpotente terræ natura, frigore, quod perpetuo ferè ei insidet, debilitatæ retusæque sunt ipsius vires. Ad hæc mobilem sui natura, & motum ipsius itidem propriam esse operationem, qua, & seruetur & oblectetur, inde liquidò intelligetur, quòd quæuis ipsius portio angustiore inclusa in loco, & in quo non lo commoueri queat motu, corrumpitur.

Nullum portò, nec infima, nec suprema cæli portio ad nos calorem, nullámque emittere videtur lucem: quòd in longè vtraque tenuissima perexilis inest calor, & qui nec proprias vires, nec propriam speciem valenter manifestare queat. At ab ipsis lucem quandam emanare, & quæ, si non nobis, quibusdam certè animalium generibus percipiatur, quæ longissima noctu conficiunt itinera declarant. Quin non sensus modò, ratio, omnium ferè veterum physicorum consensus, sed diuinæ etiam literæ cælum calidum restatur, quæ scilicet Dei optim. maxim. ministros igneos, & supremum cælum empyteum, id est igneum appellant. Quin Deus ipse ex ignea columna Mosen alloquutus, è cælo, inquit, loquutus sum. Quoniam igitur cælum, terráque, longè nimirum maxima Mundi corpora, & quæ prima à Deo constituta esse sacræ diuinæ testantur literæ, à calore illud hoc à frigore constitutum est, & manifestè reliqua entia è terra à Solis calore immutata fiunt omnia: patet calorem frigúsque agentia rerum omnium principia esse. Namsi, vna terra excepta, reliquorum entium nullum prorsus à frigore, sed vt dictum est, atque dicetur, à calore constituta sunt omnia, quoniam, vt qualia effecta sunt, fierent, frigoris etiam opera opus fuit, quod caloris actionem veluti interciperet moderaretúrque, & alterum primorum corporum, frigoris (vt dictum est) est opus, ipsum itidem alterum agens principium ponendum videtur.

CAPVT IIII.

Calorem frigúsque incorporeum esse: & vtrunque, vt subsistat, corporea opus habere mole, & ex ea, omnino entia omnia constare: itaque rerum omnia principia tria esse, agentes naturas duas incorporeas, &, quæ illas suscipit, corpoream vnam: & omnis ipsam actionis, omnísque expertem esse operationis, & inuisibilem sui natura, nigrámque esse.

QVONIAM verò & calor & frigus incorporeum est (siquidem qui à sole, nostróque etiam ab igne calor, & quod è terra emanat frigus, nulla vnquã corporea cum re emanare videtur, & vtrunque vel longè densissimas, longóque profundissimas res penitus subit vniuersas, & cuiuis ipsorum parti, & puncto cuiuis æquè sese indit vtrunque) nullum prorsus ipsarum remanet punctum, quod à subeunte calore, frigoréque non penitus, & æquè occupetur vniuersum: nullum prorsus, quod vel sola moles, vel calor, frigúsve solum, aut non vtrunque sit, quod vtique, si corporea sint, euenire minimè queat: & terra non vno è frigore, nec Sol, stellæque reliquæ, nec vlla cæli portio, nec ens vllum prorsus, quod à calore constitutum sit, vno à calore, sed omnia è corporea itidem mole constare videntur. Entium etiam quæ à Sole fiunt, nullum prorsus nulla è corporea re, & è non ente. sed manifestè è terra, aliisue ex entibus fiunt omnia, reliquis quidem ipsorum conditionibus, frigore, crassitie, nigredine atque immobilitate penitus interemptis, & in non ens actis, at nequaquam & corporea itidem mole, sed remanente ea: & quòd nulla vsquam caloris frigorisque sentitur actio, quæ nudo à calore, nudóve à frigore, & nulli prorsus corporeæ moli inhærente edita videri queat: vtique ad entium natura constanteum (quorum nos principia, & constituentes inquitimus naturas) constitutionem, corporea itidem moles afferenda necessariò est, & tria omnino illorum principia ponenda sunt, agentes naturæ duæ, calor, frigúsque, & corporea moles vna, & æquè ea illorum vtrique propria, congruénsque, æquè nimirum expandi, amplificarique & densari, constringique, æquè nimirum vna calor, & qua frigus gaudet dispositione, donati apta. Neque enim (nisi vna vtrumque suscipiat, & entia omnia ex vna, eadémque constituantur mole: quod si non statim, & prima, at moltis certè intercedentibus immutationibus fieri passim intueri licet) ens quoduis in aliud quoduis, & terra ipsa in Cælum etiam tandem, Solémque agatur, sed ea modò mutuò in seipsa inuertantur entia, quæ ex eadem fiunt mole.

Propterea porrò à Deo optim. maxim. moles creata, vt agentes operantésque naturæ eam subirent in eáque subsisterent, & propria illarum vtraque specie eáque donaret dispositione, quæ ipsius ingenio operationíque apta foret. Cælum ex ea, terrámque & entia reliqua constituerent omnia, non aliud ipsa, & molem modò corpúsque præstante, nullis ipsa, quæ agentibus operantibúsque naturis tributa sunt, seseamplificandi effundendique, nec sese commouendi contínendiue viribus, nec specie itidem, quæ illarum alterius speciem reiiceret, agente nimirum, vigentéque & visili donanda fuit, nec donata appatet, sed penitus iners, ignauáque, & veluti demortua facta est, & obscura inuisilisque. Itaque nusquam sese amplificare, & veluti nouam facere apparet, sed quæ ipsius portio expandi videtur, manifestè à subeunte calore expanditur, amplificatúrque, veluti & quæ in angustius cogitur, manifestè frigus eam densat constringitque. Et vel quæ summo à calore correpta, & vel ipsas acta est in flammas, at non satis dum explicata, non scilicet adeo tenuis leuisque facta, vt inexistentis caloris copiæ, roborique nihil reniti, nihilque retardare, grauaréque eum queat, quæ omnino, tanta dum fit, vt calorem exuperet, opprimatque, ne iuxta proprium operetur ingenium, nequaquam (quæ à calore frigoróque exuperata operari videtur) sursum effertur, vel immobilis in sublimi permanet, sed decidit, delabitúrque.

Quoniam verò paulò crassiora quæ sunt entia, quauis donata sint natura, & ipsæ (vt dictum est) flammæ, quæ non benè dum tenues factæ sunt, deorsum decidere apparent, itaque communis ipsorum omnium delapsus necessariò naturæ assignandus est, cuius illa participia sint omnia, & inexistenti calori assignari non potest, qui scilicet sursum vbi exuperat efferri assiduè videtur, minus etiam frigori, quod nimirum nostrorum entium nulli fortè, flammis certè, quacunque ex donatæ sint crassitie, inesse non potest, & quod non decidendi, sed sese continendi facultate donatum est, quod omnino motus exhorret omnes, & entia, quæ decidunt, corpulentiora sunt omnia, eóque singula prò-ptius, vehementiúsq; decidunt, quò copiosiore constant mole: vtique moli assignandus est. Et nequaquam motus is, aut operatio, sed operationis ois priuatio impotẽtiáq;

po-

ponendus est. Manifestè enim quæ decidunt flamæ, propterea decidunt, quòd inexistens calor, nec (quod renuioribus iis factis operatur) superiùs eas eochere, nec in sublimi sostinere potest. Iners porrò & veluti demortua sese scilicet amplificandi effundendíque prorsus impotens moles cum sit, vtique & inuisibilis sit oportet. Siquidem, vt suo amplius declarabitur loco, ex modò visiles sunt naturæ, quæ (quod calor agere videtur, & frigus, si integrum ad nos perueniat, factorum esse existimare licet) propriis è sedibus sese effundunt, & in oculos illapsæ, iis inexistentem spiritum propria afficiont specie: at, quòd cuiusmodi ipsa est, inerte quidem nihilque agente, at necessariò specie quapiam, & ipsa donanda est, ea vtique (vt dictum est) nigredine donata videri potest, quæ suprema in terra, & in nostrorum entiũ nonnullis spectatur, quæ scilicet nihil sese effundit.

Itaque inuisilis per se est, nihilque visum exagitat, nihil scilicet, quod albedo quæuis, quæuis nimirum caloris species agit, visum diffundit, nihilque, quod frigoris speciem acturam esse existimandum est, visum constringit, nullam prorsus agendi vim obtinet, sed, qualis materia visa est, iners, & ipsa, & veluti demortua appaxet. Et quæ insuper, vt alibi declatabitur, iis perpetuò inest entibus, in quibus inexistens calor, à materiæ copia densitatéque penitus obtegitur penitúsque occultatur, & in iis perpetuò fit, è quibus, si non inexistens calor omnia, tanta certè ipsius portio elabitur, vt, qui reliquus remânet, in materiæ copia penitus lateat, prætetea, & quæ perpetuò materiæ inesse, & inexistentis caloxis albedini coire apparet. Quoniam enim materia æquè ad calorem, ac ad frigus suscipiendum apta facta est, quandio vis ab illorum altero detinetur, nihilo propterea ad alterum suscipiendum minus apta fieri videtur, & vtrunque, vt propriam perfectionem, suscepit, itaque nullam prorsus materiæ conditionem inesse, quæ caloris frigorísve conditionum vlli contraria sit, & coi coire non sustineat, proindéque & quæ calori frigorive amolienda sit, vnam omnino materię positionem sitúmque vnum passim ab vtroque immutari, minimè verò, vel naturam, vel propriarum conditionum quampiam ab illorum altero aboleri, in eiúsque locum aliam ingenerari, quæ abolitæ contraria dissimilísve, & naturæ, quæ egit, propria sit, maximè est rationi congruum: vtique, si nigra sui natura materia est, quouis à calore occupetur, & quauis ab eo albedine donetur, propria tamen ei nigredo perpetuò insit oportet. Et albissimis omnino inesse eam entibus, in ipso Solis candore intueri licet, qui nimirum paulò profundiores nubes aquásque permeans, & relucens etiam ab vtrisque, non reliquis modo coloribus, qui album nigrúmque intermedij sunt omnibus, sed ipso etiam nigro intingitur.

Quando autem (vt res, in quas nubes concrescunt, innuunt, & vbi opus erit amplius declarabimus) albissimus est nubium omnium color: vtique ipsarum materię nigredo insit necesse est, qua Solis candor, illam permeans nigrescit. Nec circunfusæ albedinis copia, in qua materiæ nigredo penitus latet, quin Solis ea candorem propria specie afficiat, obstare potest, quòd languidissima albedo, ne ab immixta nigredine fœdetur obscuretúrque & nigra fiat, summopere eam magnitudine excedat necesse est, & incorporeo Solis candori nõ maior albedinis quàm nigredinis copia indi potest. Et nigredo omnino, quæ suprema in terra multísque in nostrorum entium spectatur, cuipiam & ipsa naturæ assignanda cùm sit, & calori, quòd albus sui natura visus sit, assignari nequeat, minus etiam frigori, quòd iis plerunque inest entibus quæ bene calida sunt, superest, vt materiæ assignanda sit. Quamobrem, quod dictum est, materiam corpoream vnámque & actionis omnis omnísque operationis expertem & inuisibilem nigrámque esse, liquidò patet.

Capvt V.

Materia molem, neque minui, neque augeri vnquam, & cur non vniuersa illa caloríque frigoríque simul, sed distincta illius portio, horum vtrique assignata est.

Nvlla porrò agendi seséque generandi facultate materia donata cùm sit, & assiduè à calore summam in tenuitatem penè & in nõ ens agatur, & à frigore in angustius cogatur maximéque densetur, nihil tamen eius moles, itaque nec mundi magnitudo imminui augerive apparet vnquam. Quod si calori frigoríque illam, vt libet, effingendi disponendique, non & efficiendi & veluti nouam creandi, neque imminuendi & in non ens agendi, donata est vis: non scilicet, si agentes itidem naturas, veluti diuinas substantias, rerum omnium conditor incorporeas creauit, illis itidem veluti & his per se subsistendi & per se iuxta proprium ingenium operandi vires attribuit, sed vt subsistant viuántque, & operentur corporea opus habere voluit mole. Itaque, & eam creauit, & facultatem illarum vtrique indidit, ipsam subeundi, effingendi, disponendi, vt commodè in ea iuxta proprium operari queat ingenium. Et moles ipsa non vllam, vt actionem, vllámve propriam vt ederet operationem, nec vt ens omnino per se subsistẽs esset, à Deo creata est, sed vt agentes operantésque naturas susciperet, & ab inexistentibus iis in entia ageretur quæ ex ipsa facta apparent. Quam ergo molis portionem sortitus est calor, penitus illam is subiit vniuersam, & labore nullo assiduè secum eam vt vehere, assiduè nimirum cum ea vt moueri posset, nihilque ab eius nigredine ipsius color fœdetur, summa vniuersam puráque donauit tenuitate.

Itaque è summo integróque calore, & è materia maximè explicata penè & incorporea facta, ita sibiipsis commixtis vnitísque, nulla vt alterius portio quin pũctum nullum per se solum & ab altero seorsum sit vsquam, Cælum (ens nimirum) constitutum est, calidissimum, tenuissimum, candidissimum, maximéque mobile, integris quidem caloris viribus, & summa qua calor gaudet dispositione, & integra puráque caloris specie, integráque propriam caloris operationem operandi donatum facultate. Frigus contrà, quòd natura immobile est, ac summopere motum exhorret, quam sortitum est molem penitus subiicit vniuersam, maximéque in angustum eam coegit, summámque sese continendi ei indidit vim. Et proinde è frigore materiaque maximè in seipsam densata penitus sibiipsis immixtis, & vnum omnino factis, terra (ens nimirum) constitutum est, frigidissimum, crassissimum, tenebricosissimum, penitúsque immobile, summa scilicet sese continendi facultate donatum. At verò cùm calor frigúsque assiduè sese è propriis sedibus in proximis effundant, & in quibus simul fiunt mutuò sese ex iis deturbent, haudquaquam diuersæ quidem, at quæ sibiipsis appositæ immixtæque sint materiæ portiones assignandæ vtrique fuere. Nam in singulis iis secum ipsis si decertent, periculum vtique immineat, ne vel mutuò sese penitus intertmant, vel altero exuperante penitus pereat alterum, itaque vnum fiant omnia, sed (quod factum videtur) propriæ vtrique assignandæ fuere sedes, & è quibus ab altero deturbari nequeat alterum, sed quarum extremis modò in partibus sese mutuò oppugnent: quarum igitur portio nulla fortè ab integro soluoe altero, & nihil ab altero oppugnato, sed vniuersæ plerumque ab vtrisque mutuò à seipsis imminutis, mutuoque assiduè sese oppugnantibus, detineantur, & quæ igitur in longè diuersissima acta sint, assiduéque agantur entia, at quæ omnia Solis terræque media videri possint, & sint omnino media, vt suo ampliùs explicatum est loco.

Capvt VI.

Caloris frigoríque sese assiduè generandi multiplicandi-

que, & quaqueuersus effundendi, & molem vniuersam occupandi, sesque mutuò oppugnandi, & propriis è sedibus deturbandi, & sese in iis constituendi, præterea & alterius actiones, & proprias percipiẽdi, sentiendique passiones communem vtrique tributam esse facultatem.

AT contrariæ agendi operandique vires calori frigorique tributæ cùm sint: sese tamen assiduè generandi, multiplieandique & amplificandi, & quaqueuersus effundendi, molémsiue omnem occupandi, proptereáque & sese muruò oppugnandi, & è ptopriis sedibus expellendi, seséque in iis cunstituẽdi, præterea & alterius actiooes & proprias passiooes sentiendi, communis vtrique faculias tributa est appetitúsque. Et iure quidem vtraq; tribuenda vtrique fuit. Quoniam enim, vt dictum est, ad entium constitutionem conseruationémq; vtriusque opera opus est: itaque vtrunque assiduè propria è sede emittendum, nisi sese assiduè generandi vtrique indita vis foret, agentes oaturas, proindéque & entium generationem deficere tandem uportebat. Et quoniam insuper maximè contrariis & quibus moruò sese oppugnent perdántque vtrunque donatum est viribus: vtique si vtruoque seruandum fuit, vtrique & sui ipsius passiones, & alterius actiones viréśque percipiendi, & propriarum similiúmque à quibus fouetur seruatúrque perblandus, contrariarum vetò dissimiliúmq; à quibus obląditor perditúrque maximè molestus indendus vtrique fuit sensus: & manifestè inditus est. Siquidem vtrunque, vbi robustius aduenit alterum, sese intrò recipere & colligete, & vires propterea sumere, Aristoteli imprimis, & reliquis videtut omnibus: quod nimirum alterius actionem, & propriam vtrunque percipit passionem.

Neque enim, nisi vtrunque vtranque sentiat, vel calot sese vspiam, vel frigus colligat vniatque, quę summè in subiecta omnia diffundi & sese amplificare contendunt maximè. At neque alterius aduentu vires alterum somat, nisi colligat sese, atque vniat. Et manifestè eotia quædain mutuò sese auersari aufugeréque, libenter alia sibi ipsis eoire, & si non mutuò ad sese vtraque, at eorum certè altetum, & debilius omnino qood est, ad robustius alterum ferri apparet. Itaque & magnes ad fetrum, vbi magnitudine id exuperat, eiúsque natura & vis nihil à superfusa rubigine retieitur, fertur: at non amplius, si allio ferrum illinatur, quin auersatur id declinátque. Et entia prorsus omnia mutoum contactum sentire & summopere eo oblectari, & seorsum à seipsis fieri à nullóque contingi sustinere non posse apparent. Siquidem eorum quoduis, vbi contiguum quod est recedit, neque aliud ens vllum in recedentis succedit locum, hoc illud veluti sectatur, quòd nimirum huius contactu priuari & à oullo contingi non sustinet. Nam, vt vniuersalis quædã natura, & quæ Mundom sibiipsi cõtinuum esse velit, quæ scilicet inane vacuúmque pati nequeat, & ne vsquam id fiat, prouideat, itaque ad recedentium entium locũ, quæ ptoxima sunt, perpetuò impellat, intelligere non licet. Neque enim aliam à propria, & à qua entia constituta sunt, iis inesse aut ab alia vlla huic muneri dicata natura gubernari existimandum est, & quæ à ptopria singulorum natura operari posse videntur, alteri ea, & quę sensu nullo, nulla etiam comprehendatur ratione, attribuenda prorsus non sunt. Nee qualia aoimalibus tributa sunt, reliquis itidem entibus, vt sentiant, sensotia tribuenda fuere.

Quoniam verò, vt suo eumolatiùs explicabitur loco, noo aliud videri possunt, nec sunt aliud sensotia, nisi corporis partes, vel aliis graciliores laxioréśque, vel etiam perforatæ patefactæque: haudquáquam propterea tales factas esse existimerur, vt (quod organa præstare videotur) sentienti animæ seoriendi facultatem quampiam, aut quampiam præbeaot facilitatem, sed, quod manifestè agunt, vt externarum rerum viribus, & ipsis etiam rebus facilem patentémque præbeant ingressum. Non organa omnino, sed veluti vias atque aditus esse, quibus externarum rerum vires, & res etiam ipsæ ad inexistentẽ sentiẽtem ferantor substantiam, liquidò patet. Qooniam autem animal non voum idémque est vniuersum, sed è corpore spiritúqoe compositum, & vt suo ampliùs explicabitur loco, qui in animali fit sensus, vnius spiritus est omnis, ísque neruoso in genere continetur, non omnes quæ superpositam attingunt caroem, sed eas mudò externarum rerum percipit vires, quæ ad ipsum vsque perueniunt, ipsúmque immotant spiritum, & quæ ipsum non attingunt, nihil magis ipse eas percipit, quàm vestium nos incisiones, quæ nihil valdè nos offendunt: vtique quibus in corporis partibus laoguidiores rerum vires percipiendæ fuere, qualis extrema digitorum pellis, & lingua extrema præsertim facta est, graciliores, laxioréśque faciendæ, & in quibus languidissimæ & quę ab interposita re quauis reiiciantur obscureotúrque, ita eæ patefaciendæ aperiendæve, vt (quod in naribus oculisque factum videtur) non rerum modò viribus, sed ipsis etiam rebus patens pateat aditus.

Entia reliqua, quandoquidem non è diuersis composita sunt partibus, & quarum altera ab altera contegatur, sed vnum idémque suot vniuersa, & eadem vniuersorum est passio sensúsque est idem, nullis prorsus donãda fuere sensoriis: quid enim integumenti, quo nullo donata sunt, pars vlla gracilior facienda sit, patefaciendave? Nec verò nisi caloris, frigorisque, aut alterius saltem, itaque & Cœli Terræque aut alterius proptius sit sensus, animalibus quæ ab ipsis constituta sunt, insit is vllus, quin enim quæ nec Cælo inest oec Terræ, iis quæ à Cælo Terráque fiunt, indi queat facultas? Esto enim, mutuò sese Cælum Terráque inalterent immuténtque, non certè, qua facultate donatum ipsum oon est, eam alteri indat vnquam alterom. Vt, quod dictum est, nisi calori frigorique sentiendi insit vis, ea si non & reliquis iis certè abneganda necessario sit animalibus, quæ è Terra à Solis calore immutata fiunt. Nec Peripateticis id quàm nobis minus placeat oportet, vt enim caloris expers & caloris incapax sit Cælum, nun alia certe res ab illo vlla, sed vnus in Terras aduenit calot, & nequaquam is à propria Cæli substantia qualis alterius fortè rationis, & elementari præstantior diuiniórque videri posset, sed in aere sublunari à Cæli motu agitato contritóque in elementis videlicet & veluti ex accidente factus, elementari ignobilior, non certè ab eo diuersus, videri potest. Quamobrem quod dictum est, necessario agenti oaturæ vtrique, & vtrique primo corpori, vel alteri saltem quæ ab ipsis constituta habeot tribuenda sunt omnia.

At age, quoniam quæ subit ealor, non laxiora tenuioráque omnia, sed longè plurima densiora facit crassioráque, & res quæ frigidissimæ videotot, aqua, grando, nix, albissimæ spectantur, & combusta omnia, & entia, omninu multa, quæ bene calida sunt, nigerrima apparẽt, & motus non minus à calote fieri quàm calorem ipse facere videtur, itaque non modò tenuitatem, sed crassitiem itidem caloris opus, & non vnam modò albedinem, sed nigredinem etiam caloris faciem esse, & non magis motum à calore, quàm calorem à motu fieri, proindéq; eiusdẽ ordinis, conditionísque calorem motúmque esse, suspicari queat qois: num illorum singula, qualia nobis posita sunt, talia sint, amplius iotueri, ne grauemur, vel si nihil amplius ea intuitis, talia esse existimandum sit. Siquidem in rebos, io quibos caloris actio speciésque spectanda est, & in quibus decipi oon possumus, tenuitatis opificem, & album intuitis calorem, contrariæ dispositionis opificem & contraria donatum esse specie, cogitare non licet. Sed, quod manifestè fit crassitiem quæ à calore fieri videtur, non ipsius actione sed ex accidente quopiam fieri & nigredinem, quæ calidis spectatur in rebus, non caloris sed alterius naturæ speciem esse, & calorem motúmque non ex æquo motuò à se ipsis fieri, sed calorem motui tempore naturáque & dignitate præire, quin calorem nouum, nullum prorsus à motu fieri vsquam, sed qui fieri videtur, præinexisteotem esse, ab illo veluti ex-

citom viuificarúmque: manifestè id enim, qoi calotem motus,& quæ à motu incalescunt,declarant res:proptetea, quod ille è calidis perpetuò fit eotibus, & harum quæuis à calore constituta est, & propria ipsius natura calor est. At quod dictum est, amplius singulu inspiciamus.

Capvt VII.

Calorem vnius modo tenuitatis opificem, & albedinem omnẽ caloris & nigredinem, quæ nostris in entibus spectatur, materiæ speciem esse.



Alorum tenuitatis opificem esse, & crassitiem, quæ ab eo fieri videtur, nõ ipsius actione, sed ex accidente quopiam fieri, si retum quæ à calore deosantur crassescúntque dispositionem modúmqoe, quo è laxis densæ fiunt, paulò diligentius iotueamur, liquidò pateat. Quoniam coim non similaria qoæ suot, & quæ vna eadémque dispositione donata sunt vniuersa, densat ealor, sed assiduè laxiota ea facit tenuioráque, & in fumum tandem vaporésque, in summam nimitum explicat tenuitatem, sed quæ veluti è tenuitate, crassitiéque penitus sibi ipsis immixtis coostituta sunt, quæ videlicet non mollia fluidáue, qualia appatent, sunt vniuersa, sed quæ (cuiusmodi lutum existit) è longè tenuioribus longéque crassioribus, quàm vniuersa ipsa apparent, partibus constant. Et manifestè proprerea ca densat calor, quòd inexistentem tenuitatem summam facit, egressúmque quo elabatur ei aperit, & priua id quàm circumfusam crassitiem emolliat. Itaque per se hæc facta, & vniuersa dom elabentẽ effugientémque illam veluti sectatur, in se ipsam coacta, densius durиúsque conetèscit in ena, qualis oimitum sui natura est, talis apparet, oon scilicet præinexistentem mollitiem floorémque compingit, & in crassitiẽ agit calor, quio tenoiorem illum facit & io fumum agit vaporésq;, sed præinexistentem crassitiem veluti detegit & in vnũ agit, mollitie, fluotibúsq;, quibus commista latebat, spoliaos omnibus: at quam tamẽ & ipsam vehemẽtior diuturniorue si fiat, ita tenuem proindéque & leuem faciat, nihil vt ipsum grauet nihilque ipsius tetardet motũ. Vt quin voius tenuitatis opifex sit calor, & quio quæ exuperat tenuia faciat omnia ambigere non liceat, vel ibi tenuitatem facieos, vbi crassitiem facere videtur, & crassitiem explicans omnem, & eousque eam attenuãs, quoad ita tenuem leuémque faciat, vt nullo eam euehat labore. Nam vbi factum id est, nihil amplius attenuare corat at neque vult calor, neque enim libena à se ipso distrahitur separatúrqoe, sed & ipse, vbi licet, libẽs sibi ipsi coit vnitúrque, ita magis se ipsum seruans & mutuò fouens, vt noo alia vlla subiecti dispositiooe æqoè gaudere videti possit calor, quàm quæ Soli tributa est: pura nimirum sinceráque tenuitate, at in se ipsam eousque conglobata, dom nihil calorem suffocet, vel lucem fœdet, nam si qoid magis conspissetur, si calor nõ suffocetur, lux certè obscuretut quid, si magis explicetur, & ealot laogueat & lux.

At beoe certè tenoem, longéque purissimam, & nostris flammis tenuiorem, longéque puriorem solis molẽ copiosissimúmque, & quantos indi ei potuit inditum esse calorem, longè albissimus longèqoe splendidissimus eius color, & qualis in flammarũ nullius spectatur, & harum graoitas manifestat. Nam vt nec dum lucent, nec sursum efferri, nec sese in sublimi sustinere queant, noo adeò caloris inopia ac molis copia atque impuritas præstat. Vt summopere Timæum contettaneum nostrum, eum eo & Platouem incusare liceat, qui cùm nihil in Sole, qood densom eum reoitentémque magis quàm flammas quasuis declaret, intuerentur, veluti contrectato eo, & duto renitentéq; percepto, non densitatẽ modò ei renitcotiámque tribuere, sed Terram insuper indidere, à qua scilicet illas haberet, propriorum & ipsi decretorum parum, vt videtor, memores: siquidem & illis motus igni, Terræ immobilitas tributa est, vt non oisi magoo vtriúsque, vel alterius saltem malo iungantur, ignia quidẽ, cui perpetuò Terra vectãda esset, Terræ verò, cui perpetuò aliena opetandu esset operatio.

At, vt vnde digressi sumus redeamus, Albedinem etiam omnem, vel quæ aquæ, glaciei, niuique (rebus scilicet) inest, quæ albissimæ sunt & frigidissimæ videntur, caloris speciem & veluti faciem esse. Frigus nimirum quod aquæ, glaciei, niuíque inest, non ipsarum id propriũ, sed qoale entibus quæ apud nos sunt, vno excepto igne, reliquis inest omnibus, extraneom esse & calidas sui natura illas esse omnes, in quibusuis ipsarũ cooditionibus, suo satis declarabitur loco. at in ipsarũ modo generatione, propriáque actione, in sapore nimirũ: is enim (vt alibi itidem declarabitur) propriæ rerũ naturæ actio est, intueri liceat. Quoniã aqua (vt in proprio expositum est cõmentario) è vaporibus fit in se ipsos conspissatis, & bene interdum calido in aere (liceat enim extremã hãc Cæli portionem vsitato nomine aerem interdum appellare) itaque vapores multi in vnum coacti aqua videri potest, & vapores vel omoium coosensu, vel sensu ipsius testimonio, qui quod ignia modò igneæque res facere videntur, sursum illos efferri intuetur, calidi sunt, quòd omnino calida è re & ab agente non frigido aqua fit, & quòd dulcis vel dulci proximus ipsius est sapot, qoi Galeno ipsi caloris opus est, calidam eam esse existimandum necessariò est. Et quòd quæ in glaciem acta est (quod calidissimi patiuntur fluores) à robustiore quidem frigore correpta, eiúsque fluor veluti ligatus, at oequaquam proptia natura propriísque spoliata videtur vitibus, idem enim remanet sapor, & à languidissimo calore, & à quali, si quod glaciei inest frigus, proprium sit, deturbari id oouámque illi naturam indi, exist mare noo liceat, vtique & glaciei eandem quæ & aquæ naturam inesse, & calidam sui natura eam esse existimandum itidem est. Et quod nix è vaporibus, & ipsa à frigore correptis quidem concretísque & grauioribus factis, at nõ certè proptia natura propriísque vitibus exutis, sed in ea veluti, & iis qui in aquam coacti sunt seruatis, vt idẽ aquarum niuiúmque omnium manifestat sapor, at eius certè amplius, quæ nuper oobilissimo omniique virtutum genere ornatissimo viro nostrorum hominom multis è vaporibus è mari elatis, & in altissimum Apennini iugum sublatis, statimque ibi concretis fieri conspectu est, quem scilicet non vt niuium aliarum insipidum, sed bene sapidum, & paulò quàm qui marinæ est aquæ, minùs salsum gustarunt omnes.

Animalia insuper, quæ passim in niuibus gignontor, & fertilitas quæ manifestè à superpositis niuibus nihilò fortè minùs quàm à fimo agris inditur, niuem calidam esse apertissimè declarat. Neque enim quio illa & hæc à calore perpetuò & calidis fiãt è rebus dubium esse potest. Vtiqoe, qood dictum est, niuem vaporea esse, quos frigus eorripuerit quidem compegeritque, at nequaquam propria natura, inexistente scilicet spoliarit calore, propriúmqoe suum fecerit subiectum, itaque calidã eam esse, liquidò patet. Nigredinem porrò, quæ combustis in rebus omnibus aliísque spectatur io entibus, non inexistentis natoræ, caloris, sed materiæ speciem esse, & materiam omnino oigram sui natura, & talem perpetuò spectari, vbi adeò copiosa adeóque in se ipsam conspissata est, vt inexistentem calorem penitus obtegat, itaque vna ipsa spectetur, nihil est quod amplius declaretur. si oon superius, satis (vt existimamus) io proprio de coloribus declaratum est commeotario.

Capvt VIII.

Calorem motu tempore, naturáque & dignitate parte: & motum caloris operationem esse: nullumque nouum calorem a motu rebus indi, sed præinexistentem excitari.

CALOREM motui, & tempore, & natura, & dignitate præire, vtriusque & exortus & natura declarat. Quoniam nulla prorsus motus opera calor visus vnquam rebus quas attingit sese indit omnibus & calidas eas facit, nihil mobiles prius factas, at nun & motus itidem, nam quæ ab aliena vi agitata commotáque, per se tandem mobilia fiunt, cuiusmodi sunt quæ diu vehementérque commota ignis tandem naturam assumunt, viréſque, calore prius, tum & sese mouendi donantur facultate: calor omnino motum, vel vbi simul fieri apparent, præcedat necesse est. Insuper quia proprius rerum calor, ipsarum opifex visus est esse omnium, calida nimirùm quæ sunt entia à calore effecta esse omnia, & quæ ipsis conditiones facultatésque insunt, à calore inditas esse omnes, tandiúque omnia seruari quandiu idem inexistit calor, at eo imminuto vel etiam aucto corrumpi omnia, inque aliud agi videntur ens: motus verò, quòd nec à quibus æditur, ea ipse constituere, neque vnus idémque perpetuò ab vllis ædi, neque vnus idemque seruari in vllis, sed alius assiduè atque alius ab omnibus ædi videtur, & vel qui æternus perennisque apparet, cælestis nimirum, vel dum fit perire, & qui pereat prorsus nisi alius assiduè atque alius per eum rem excipiat, vtique rerum substantiam calor ponendus est. Siquidem non molem modò, è qua entia constant, sed naturas etiam à quibus illa constituta sunt seruantúrque, & à quibus proprias cōditiones propriásque habent facultates, illarum substantias esse statuere licet: & calorē frigúsque substantias esse, suo apertissimè declarabitur loco.

Minimè verò & motus substantia est, sed operatio omnino, & maximè caloris propria: perpetuò enim calorem sectari, ibique esse tantùm vbi & calor, & à calore, & solo eo ædi videtur. Itaque, quod dictum est, nō tempore tātùm, sed natura etiam dignitatéque, iis nimirum omnibus quibus operationem substantia præcedit, calorem motui præire statuendum est. Propria porrò caloris operatio motus cùm sit, quin is illū foueat viuificetque, & proprias ipsius vires augeat, quin scilicet in quibus is fit, præinexistens calor in iis intendatur accendatúrque, ambigere non licet. Vel omnium enim consensu, quæ naturæ cuiuis agendi operandique tributæ sunt facultates, in sui ipsius imprimis bonum cōmodúmque, & propterea omnino tributæ sunt, vt iuxta eas agentes operantésque conseruent sese oblecténtque. Et quod dictum est, à motu calorem excitari accendique, qui cōmouetur agitatúrque ignis manifeste declarat, propterea enim viuificatur & in flammas agitur, quod inexistēti calori robur à motu additur. Itaque cùm nostrorū entium nullum prorsus à frigore, sed eorum quoduis à calore constitutum sit, & propria cuiuſuis natura calor sit, nec qua ratione motus, res nimirum, quæ nusquam à se ipsa fit, nullámque prorsus sese generandi amplificādiq; aut conseruādi vim obtinet, sed quæ vbicunque fit à calore fit, & quæ calore quauis cessante occasione, cessat & ipsa, calorem facere queat conijcere non licet. Vtiq; quod dictum est, calorem, qui commotis in rebus fieri videtur, haudquaquam nihil ipsum præinexistentem à motu iis indi, sed præinexistentē, at a frigore, à quo, vno igne excepto, reliqua nostra entia omnia perpetuò detineri videntur, & ab immobilitate, à contraria nimirum natura, contrariáque operatione reiectum, retusum, & veluti in veternum deiectum à motu veluti excitari, & robur sumere.

Quamobrem frigus proprio è subiecto deturbandi, propriáque in eo vires manifestandi, potentem fieri existimandum est. Id verò & inde planè intelligitur, quòd quæ velocissimo per aerem commouentur motu, at duro renitentique nulli obuia facta, nihil conteruntur, non summopere incalescunt, quæ verò nullum ipsa ædunt motum, at ab alio valenter conteruntur, summo ea donantur calore, & in ignem flammásque aguntur. Nec verò, quòd contritio ipsa calorē faciendi potens sit, sed propterea omnino quòd quæ conteruntur res, laxantur aperiantúrque, ea nimirùm donantur dispositione, qua statim subeat penitúsque occupet, in eamque agat præinexistens calor tenuitatem, quæ nihil ipsum sese amplificantem effundentémque reijciat retardétque multò copiosior factus, nullaque à densitate reiectus multò robustior factus videtur: quia ne id quidem contritio agere interdum, sed inexistenti tantùm calori exitum quo exiliat patefacere videtur. Quoniam enim nec supremæ lapidis portioni, è qua à ferro icta ignis exilit, tantùm vnico ab ictu calorem indi, à quo nullo temporis momento in ignem agatur, minus etiam intermedium aerem à motu contritionéue accendi, imaginari licet: neque enim si fiat (quod passim intuemur) extinctus in cinerem agatur, & nec agens aliud à quo, nec res è qua fieri queat alia adest vlla, vtique vel ignem ipsum, vel ens bene ipsi proximum, & quod id tenuius calidiúsue, aut vtrumque factum, quod huiusmodi ictus agere potest, ignis fiat, lapidi præinexistere existimandum est.

CAPVT IX.

Non modū, quo qualis est, constructus sit mundus, sed cur ita construendus fuerit, & cur quibus Cælum mouetur motibus iis moueri oportuerit, inquirendum esse.

QVONIAM naturarum, à quibus & molis è qua Mundus constructus est, conditiones omnes satis sunt, vt arbitramur, explicatæ: age causam modo, cur, quomodo Mundus constructus est construendus fuerit, & quibus Cælum moueri apparet motibus iis moueri oportuerit, quantum homini licet intueamur. Nihil modò laborandum, qui vna eademque è materia, & vno eodemque à calore nō vnum prorsus neque vniforme factum sit Cælum, sed in multos distinctum orbes, & quorū quidam, vt Mathematicis placet, sibi ipsis penitus vniformes, eadem vniuersi dispositione, eadem caloris copia, eadem specie, alij quapiam sui ipsorum parte minore tenuitate, itaque copiosiore, & propterea robustiore donari calore specieque, in stellas scilicet acti sunt, & nequaquàm omnes numero magnitudineque æquales, sed & hac & illo amplius immensum quid à se ipsis differētes. Non sanè caloris per se & temere, nullâque agētis ratione, sed à Deo à longè nimirum potentissimo, longéque sapientissimo opifice, & à quo ipse factus est calor, directi, & Dei arbitrio imperióque agētis Cælum opus esse, & sacræ nos diuinæ literæ, & humana etiam edocet ratio, quæ scilicet nec calori, nec enti alij prorsus vlli, sed vni Deo opus attribui finit, quod arte tanta, tantáque sapientia & potentia constructum sit tanta.

Dei porrò opus Cælum cùm sit, vtique siquis modum quo constructum sit, humanis inquirere audeat rationibus, non arrogans modo is impiúsque, sed prorsus etiam amens, nihilque minus damnandus videri potest, quàm si & Dei potentiam inquirat, qua Mundum vniuersum è nihilo creauit. Nihil etiam Cæli constructionem, motúsque indagantes, sed & illam, & hos huiusmodi esse supponentes, cuiusmodi Mathematicis exponuntur, vel si errantes quæ dicuntur stellæ non propterea fortè in contrariam stellato orbi partē ferri videntur, & nō æquè perpetuò ab æquinoctialis polo distant, nec vt reliquæ Terris iisdem eodem in situ perpetuò imminent, sed assiduè æquinoctialis polo modò proximiores, remotiores modò, Terrisque, iisdem assiduè magis directæ, magisúe obliquæ fiunt, quod vt illis placet, ipsarum orbes super diuersis polis, & proprio quidem motu, longéq; eo tardiore, non vt supremus ab Oriente ad Occidentem, sed ab Occidente ad Orientem feruntur, & à supremo rapti, in eandem, in quam ipse fertur, referuntur partem. Nam quomodo inferiores orbes à supremo distincti, & proprium sortiti motum cùm sint, ab illo rapiantur, & qui duplici motu, & alteri contrario altero simul moueantur, nos cogitatione quidem assequi non possumus. Sed propterea fortè

erran-

errantes iis, quæ fixæ dicuntur, veluti obuiam fieri, illatúmque æquinoctialis ad polum distantia, & ad suppositas Terras situs assiduè immutatur, quòd eandem quidem in partem in quam & supremus, & ab oriente omnino ad occidentem ipsarum etiam orbes mouentur, at non eadem qua illæ velocitate, non scilicet viginti quatuor horarum spatio, sed longiore tempore proprios conficiunt gyros.

Itaque non eadem cum stellati parte, qua cùm commotæ sunt, perpetuò feruntur, sed assiduè illi veloti à tergo, & oboiæ tandem fiunt. Eodem videlicet cum ferantur itinere, contrario ferri apparent. Et super æquinoctialis quidem mouētur polis: atque iis subiacet, & quæ poli vicem ipsorum subit pars, haud quaquam immobilis perpetuò torpet, sed assiduè ad æquinoctialem declinat, & ad quendam vsque delata terminum, rursus veluti retrofertur, rursúsque polus fit. Quare, & stellæ quæ in medio orbium locatæ sunt, æquinoctialis polo modò proximiores, modo verò remotiores, & his modò Terris, illis modò directæ fiunt. Nec quin, dum ab Oriente ad occidentem feruntur orbes, veluti in obliquum declinare, & duplici, at nequaquam alteri alteru contrario moueri queant motu, nobis obstare quid videtur: quin nullam ipsorum partem perpetuò immobilem fieri, summe nostris congruit positionibus. At, vt diximus, quod manifeste fit, duplici motu, & ab Oriente ad Occidentem altero, altero verò ab Aquilone ad Austrum errantes moueri sopponentes, nihílque amplius modum, quo vtróque simul moueantur inquirentes, nostrum persequamor munus.

Capvt X.

Cur mundus quomodo constructus est, construendus fuerit, iique Cælestibus orbibus dati sint motus, quibus moueri apparent.

CÆLVM Terrámque, vel si ipsorum conditor Deus contrariis & quæ sese mutuo, oppugnēt corrumpántque donauit viribus: tale tamen tantúmque vtrumque faciendum ipsi placuisse, quali quantúque facto, extrema tantùm vtriúsque portio (siquidem & extremi huiu: cæli pars vlla in aliud vnquam agitur ens) in entia, in quæ assiduè agi videtur, immutari possit: reliqua vtriusque moles in propria seruari queat natura, minimè declarandum videtur. Nam si artifices quiuis, vel qui summè praui maleficique sui natura sunt, quæ ipsi construunt opera quàm maximè diuturna esse maximè appetunt, & omnibus procurant modis: quis longè optimum cæli terręque conditorem, quæ ipse creauit entia non æterna ea esse posse, & æterno tempore pruprus sese viribus conseruandi potentia esse. sed vel à seipsis mutuò vtraque, vel ab altero alterum corrumpi posse, voluisse suspicari queat? Minus etiam non ea omnia, quæ è terra cælum constituit fieri voluisse, sed quædam veluti ex accidēte fieri. Quis enim longè sapientissimum longéque potentissimum rerum omnium conditorem, & qui cælum terrámque è nihilo creauit, non eas iis vires easque naturas indidisse existimet, quibus quæ fieri vellet fierent, alia nulla?

Nec verò propterea sacris diuinis literis repugnare videar, quæ cælum terrámque peritura, aut alias, quam quibus donata modò sunt, naturas assumptura enunciāt. neque enim vel penitus cælum terrámque abolendi, & in non ens redigendi, vel vtriúsque vires, actionésque reprimendi extinguendíque & immutandi, aliísque ea donandi, quæ omnino placita ipsi fuerint, efficiendi omnia impotētem Deum asserimus, nec asseremus id vnquam. At id modò, Deo cælum terrámque constituenti, vel si contrariis & quæ sese mutuò oppugnent interimántque donarit naturis, talia ea tantáque facienda placuisse: vt nec mutuò vtraque, nec ab altero corrumperetur alterum, sed vtrunque in propria seruari posset natura: & quæ è terra à Sole assiduè fieri videntur entia assiduè fieri possent. Id verò vt asseram, non summa modò Dei bonitas, quæ eius nullum, bonum præsertim quod sit, cuiusmodi ipsius opera sint omnia necesse est, perdi velit: sed vtriusque positio, figura, & quantitas, cælestiúmque orbium constructio, motúsq; manifestat. Propterea scilicet non in altera Mundi parte cælum, terra in altera, sed cæli in medio terra locata est quod si extra cælum sit terra, (quod cōtrariis naturis donata quæ sunt entia facere vidētur) mutuò sese auersentur aufugiántque, & proinde quæ è terra à sole fiunt, vel non ex vniuersa fiant, neque vnus existat Mundus, & temere fortè moueatur cælum, nullo ab interno stabilique retentum ente.

Et cælum, terráque sphærica facta est: illud quidem quod multos in orbes distinguendum cùm fuerit, & in multos distinctum, quin veluti è multis compositū cùm sit, & quos si non contrariis, diuersis certè moueri oportuerit motibus, vtique, nisi sphærica donati ij sint figura, mutuò sese discerpant dilacerentque, nec, quo maximè oblectantur, vniformi moueri queant motu: hæc verò, quòd vt in entia, in quæ à Sole agi videtur, agatur, & in quæ acta est ab ipsiusmet viribus non destruantur, quāta maxima sui portione licet, à Sole fouenda est. At verò quauis alia donata si sit forma, nequaquam (quod sphærica facta sit) dimidia sui portione perpetuò, sed minore illustretur. Et propterea etiam ad cælum collata nullam sortita appareat magnitudiné, quin & Sole & stellis multis longè minor facta est. Nam non tantula facta, & centri vicem non obtinens, siquidem eius dimidium perpetuò aspiciat Sol, extremis certè partibus ab ita obliquo eo aspiciatur, ab ita exili languentíque luce attingatur vt ipsius vires multò præsertim ampliores factæ nullo eum reneiant negotio: & siquidem quibus directus, vel directo proximus sit, exuperet terras Sol, non certè, & quibus diu latet, maximéque obliquus sit: itaq; nec reliqua, quæ ex illa assiduè a Sole fieri videntur, fiāt, conseruentúrque: nec infima cæli portio seruari, reficive queat.

Quamobrem cæli in medio, & à robustioribus ipsis partibus, Sole stellisque reliquis, æquè distans locata est, quia si altera ipsius portione proximior iis sit, magisque ab iis absit altera, vtraque fortè plus iusto calefiat, à proximiore nimirum altera, altera verò à nimis diuturno illustrata Sole. Et maximè illis contrariis longéque minoribus donata cùm sit viribus, quam maximè licuit ab illis, sed æquè vniuersa amouenda fuit. Et propterea cælum non vniforme, nec valde vniuersum robustum, sed longè maxima ipsius portio tenuitate summa maximéque exilibus donata est viribus, & quas terræ natura reiiciat exuperetque. Quæ autem ipsius partes minus tenues factæ sunt, iis copiosissimus inditus est calor, inque stellas actæ sunt: earúmque cum aliæ multæ, tum Sol ipse multò terra maior factus est, longéque quàm terra amplioribus, & quantis facile terram exuperet donatus est viribus. Verùm, quàm longissimè & ipse & stellæ reliquæ, magnæ præsertim, à terra amotæ sunt.

Non vnum autem factum est cælum, sed in plurimos diuisum distinctúmque est orbes, iisque & sol, & reliquæ errantes stellæ, terræ proximiores quæ sunt, affixæ sunt omnes: & duplex iis omnibus, bénéque ab altero alter cum velocitate, tum veluti & itinere differens, vt videtur, assignatus est motus, longè nimirum alter velocissimus & veluti in directum, pigrior alter tardiórq;, & veluti in obliquum, quo veluti per vices huc, illuc actus Sol, terris nullis nimis diu directus immineret, sed æquè omnes illustraret, omnésque animalibus, si non omnibus, at plerisque hominibus certè commodas faceret sedes: tantisper in singulis immoratus directúsque, vel directo proximus factus, dum exuperet quidē illas, at non penitus perdat tamen: eòque, diuturniore proximioréque fouere luce singulas, quò minus iis directus sit. Etenim si iisdem vniuersum præditum sit viribus cælum, vel nihil prorsus terram immutet, vel penitus perdat eam tandem, si scilicet languidiores cæli vniuersi quàm terræ sint vires, nihil hanc illud inalteret vnquam sint robustiores, penitus tandem proprietiam ex hac deturbet, & suam huic indat naturam, & in cælum agat tandem, nulli quod quale est facere videtur, huius portioni

sese reficiendi spatium præbens vllum, sed vndique vniuersam assiduè oppugnans exuperansque. Et sibi ipsi copulatum coniunctúmque, & vnum omninò si sit cælum, & stellas secum omnes simul, ipsumque deferat Solem, vel si proprij huius illorúmque orbes proprio tantùm motu, & vel itinere eodem, vel eadem supremo cælo ferantur velocitate, eadémque perpetuò ratione modóque eodem terris omnibus perpetuò immineat, & iisdē in omnes viribus perpetuò agat sol, vtique medias, quibus directus imminet, iisque proximas penitus exurat, perdátque tandem, extremas, quas nihil, aut valde obliquus aspicit, nihil foueat, nihilque collustret vnquam. Vt qui Mundum non à Deo ipso constructum existimet, non impius modò & ferus, sed stupidus etiam optimo iure videri possit.

At in iis nos Dei Mundum construentis consilium sapientiámque intueri contenti, iisque eam amplius inquirendi hominibúsque manifestandi studiū reli..quentes. qui acutiore quàm nos donati sunt ingenio, vel quibus ipse eam manifestauit Deus, ad propositum redeamus opus. Et quoniam cælum terrámque in principio à Deo creata, itaque & prima esse Mundi corpora, & entia reliqua omnia ab iis constituta esse, non solùm diuinarum testimonio litterarum, in quo pio homini acquiescendum omnino est, sed humanis etiam rationibus manifestatum est, deinceps cur vno à calore, tot adeóq; inter se diuersa constituantur entia, & nequaquam singula eò amplioribus caloris donata conditionibus, quò & robustiore calore, non scilicet eò tenuiora, albiora, magisque ad motum apta, quò & calidiora, sed entia lōgè plurima magno à calore constituta, at non tenuia albáque, nec mobilia, sed bene crassa nigraque & immobilia, multa contrà mobilia fluidaque, at vel nigro vel mediis donata coloribus, num, quæ dicta sunt, entia nimirum omnia, & aquæ etiam ipiæ, ipsumque mare è terra à Sole factum sit, & assiduè fiat, & qui vno tantùm eodémque à calore tot adeóque diuersa constituantur entia, & cur non omnia consistentiam, dispositionem speciémque, quę propriæ naturæ, & quæ sibi ipsis congruat, sortita sunt, vel si horum quæpiam satis declarata videri possunt, diligentiùs omnia intueri ne grauemur.

Capvt XI.

Cælum, Terrámque prima esse mundi corpora, & entia reliqua omnia e Terra à Sole immutata effecta esse.

Cælvm Terrámque prima esse Mundi corpora, & entia reliqua quæuis ab illis effecta esse, vniuerso nimirum à cælo, & à longè præsertim robustissimo Sole è Terra constitura esse, sacræ (vt dictum est) literæ testantur, quæ scilicet vnum cælum terrámque vnam in principio à Deo constituta esse enunciant, & sensus vtrumque & humana declarat ratio. Quoniam Sol modò terráque (liceat enim vno in Sole, & stellas reliquas & vniuersum intueri cælum, quando eadem illius stellarúmque & cęli vniuersi natura conditionésque reliquæ omnes, aut huius vires conditionésque reliquæ multò robustiores nobisque manifestiores sunt) nec fieri vnquam nec vnquam immutari, entia verò reliqua assiduè fieri assiduéque immutari corrumpique videntur, & quæ fiunt non alia è re, sed vna è terra, è qua scilicet enascuntur omnia, fiunt, & nequaquam à seipsa propriisque à viribus in illa immutata, proindéque & à propria natura corrupta, sed à Solis calore immutata apparent. Itaque non quibusuis in terris & quouis sub Sole omnia, sed pleráque certis modo in terris certóque fiunt sub sole, vt nulli dubium esse possit, quin è terra singula certis à solis viribus concinnata immutatáque fiant. Præterea, & quòd entia quæuis iisdem propriis, quibus Sol viribus speciéque, at non integris illis, nec pura hac, sed bene illis imminutis debilitatisque, & bene hac impurata, iis omnino vtrisque donata sunt, quæ à Sole terræ inditæ videri queant, at non penitus exoperante, nihilque & ipso passo, sed à repugnante & contra agente terra retecto imminutóque, & qui propriam quidem illius naturam ex ipsa deturbarit, suámque illi indiderit, at nequaquam & crassitiem in eam egerit tenuitatem, in qua pura ipsius species spectari & moueri ipse queat: patet vtique cælum, terrámque prima esse Mundi corpora, & entia reliqua omnia, quæ prorsus naturaliter fiunt, à Sole terram oppugnante inuertentéque effecta esse.

At verò, quoniam si reliqua, quæ nullam sortita sunt magnitudinem, & quæ passim e terra à Sole fieri, passimque ab eorum altero immutari corrumpique ipsis intuemur oculis, Solis terræque opera esse nulli dubium esse potest, aquarum etiam effluxus tot tantósque & maris molem, bene vasta nimirum entia, & quorum exortus penitus nos latet, & quæ & ipsa nihil immutari apparent, è terra à Sole educi, proindéque & ipsa à propria natura, & veluti à principio effecta esse suspicari licet. Age, aquas etiam omnes, & ipsum etiam mare entium reliquorum ritu è terra à Sole fieri, & propriis, si liceat, rationibus intueri ne grauemur. At illud præfari, quod scilicet, si sacræ literæ aquas itidem à principio à Deo creatas esse ponunt, haud quaquam id negem vnquā, quin maximè, & ipse asseram. Neque enim qui cælum terrámque è nihilo creauit, non & aquas eum omnes creare potuisse, & creasse negem vnquam. Id modò contendam, aquarum scilicet naturam aquas aliis ex entibus efficiendi prorsus impotentem, & aquas nullas aliis ab aquis fieri vnquam, & eas omnes à Sole è terra fieri posse, & fieri omnino assiduè, satis, vt existimo, sequens manifestabit sermo.

Capvt XII.

Aquas etiam maréq; ipsum à sole è terra educi, & solum Cælum terrámque solam prima entia, reliqua secunda esse omnia.

Aqvas nullas nec ipsum etiā mare propria à natura & veluti à principio constituta esse, sed & illas & hoc è terra à Sole effectum, & vel si reliquis longè maius sit mare, primum corpus non esse, sed aquas omnes & ipsum mare, veluti entia reliqua quæuis, Solis terræque opera, & secunda esse entia, satis ipsorum virium imbecillitas, & fluores, qui nostro ab igne, & cùm sal, tum & entia alia multa, quæ manifestè è terra à Sole fiunt, declarant. Quoniam aqua nulla sui ipsius setax efficiénsque est, nulla scilicet quod Sol, vt dictum est, ignisque agit, & terra nihil à Sole passa actura esset, aliis ex entibus præinexistentes deturbat naturas, propriásque iis vires & proprias indit conditiones, & in aquas ea agit, vtique propriis à naturis effecta videri non potest. Noster etiam ignis non reliqua modò entia crassitie quauis & quauis donata densitate, sed ipsam etiam terram in omnigenos fundit fluores. Et multis in terris, benèque iis editis, & quàm lōgissimè à mari amotis, sal enasci apparet. quod vtique salsis è fluoribus, & qui è terra à Sole facti sint, fieri necessariò existimandum est, neque enim res alia vlla, è qua, nec agens aliud vllum, à quo fieri queant, intueri licet vllum. Et fontes insuper ab aliis, fluoríque emanant æque mari salsi & qui ab igne tenuioribus sui partibus spoliati, æque ac marina aqua in sal concrescant, eósque è terra à Sole factos, apertum etiam est. Cúmque non in alia modò entia longè à terra, quàm aqua est, amplius dimota, & longè Soli proximiora, sed in longè tenuissimos longéque calidissimos vapores, & ipsum etiam in ignem, ipsum scilicet in cęlū, Solemque in ipsum terram Sol agat, vtique quin in aquas quasuis agere queat & agat omnino, itaque aqua quæuis terra à Sole

à Sole fusa sit, ambigi non potest. Qoin, vel si modum, quo terram Sol in aquas fundat intueri non liceat, à Sole tamen eas è terra fieri asseuerandum est, siquidem nec molem aliam, è qua, nec aliud agens, à quo fieri queant, nec vnde emanent comperire licet. An è stagnis effluāt terræ inclusis? Verùm, vel si quanta vis terræ indita illa fuerint, defecerint tandem omnia: nec ex iis, si effundantor, plura (quod passim euenire videmus) copiosioresque ex editioribus quàm ex humilioribus effluāt terris.

Mare certè superiorum corporum actione nisi assiduè enascatur, minus assiduè crassum, minúsque fiet salsum. Quoniam enim vel Aristotelis, vel sensus etiam ipsius testimonio, aquarum reliquarum more, in vapores agitur mare, iique in aquam rursus, at dulcem tenuemque coacti, Mari rursus restituuntur, tum & quòd immensa quæpiam tenuium dulciúmque aquarum moles assiduè in mare illabitur, denique modis multis maris crassities salsedóque nunquam non imminuitur, nisi ab assiduè enascente bene crasso beneque salso in propriam restituatur naturam, tenue tandem dubio procul dulceque fiat. Nec verò ne moles tanta è terra educi queat, verendū est quicquam, siquidem, vt alibi amplius declarabitur, maris magnitudo terræ vastitati nec conferenda quidem est nihilò enim terra amplius, breuissimum certè est vniuersum: & si vniuersa ipsius profunditas simul sumatur, dimidij fortè stadij longitudine non exuperat, vt & qui assiduè illam metiuntur, referunt, & cæruleus in vniuersum eius color declarat. Nam, vt in libello de mari pluribus agemus, vbi paulo profundius est, non cæruleum ibi amplius, sed nigrum spectatur atrúmque. Siculi certè freti, quod longe omnium profundissimum longéque apparet nigerrimum, profunditas nostris hominibus, qui plurimis eam in locis quàm diligentissimè mensi sunt, nusquam octoginta duos passus excedere comperta est. At terræ semidiameter, quibus breuissima videtur, duodetriginta millia stadia, aliis etiam longè plura excedit. Multo præterea mari crassior terra cùm sit, & quæ si in marinam soluatur aquam, multò ampliorem expandatur in molem, vel ex ea terræ portione mare eductum videri potest, qua terræ dempta, nihil eius imminuta apparet moles. Quoniam igitur non reliqua modò entia quæuis, sed & aquæ reliquæ omnes, & maris etiam ipsius moles assiduè è terra a Sole educi, & reliqua omnia passim enasci immutarique & occidere, at cælum terráque nihil vnquam immutari, sed eadem vtriúsque magnitudo & species naturáque perpetuò seruari, entiúmque exortus immutatióque & interitus cæli terræque apparet opus, vtique cælum terrámque, quod sacræ litteræ testantur, prima esse mundi corpora, & à quibus entia reliqua fient omnia, necessariò decernendum est.

Capvt XIII.

Quomodo vno à Solis calore tot, adeóque diuersa, & bene omnia propemodum dissimilia constituantur entia.

A Sola porrò terram oppugnante eiúsque naturam & conditiones reliquas deturbante, suásque indente, tot interea adeóque diuersa constituuntur entia: quòd solis terræque vires longè amplissimæ sunt, & quæ non quiduis oblæsæ statim penitúsque cōcidant pereántque vniuersæ, sed quæ paulatim imminuendæ sint, & bene iam imminutæ viuant tamen vigeántque. Et dum alteræ alteras oppugnāt & ad internecionem agunt, nequaquam stertunt, nihilque contra agunt alteræ, sed strenuè repugnant, & dum non penitus pereunt, contrarias & ipsæ oppugnant obtundúntque & imminuunt. Itaque qui à sole aduenit terrámque subit calor, prius quam inexistentem naturam penitus ex ea deturbet, & integrum sese ei indat, diuersis assiduè donatur viribus, diuersus nimirum fit, & longè omnino plurimi calores fiunt & quorum singuli non proprias modò edant actiones, propriáque constituant entia, sed qui reliquos oppugnēt omnes, omniáque quæ ab iis constituta sunt corrumpant destruántque entia. Siquidem quibusquantisue donetur viribus calor, nunquam sese effundendi & è mole quauis præinexistentes naturas quasuis deturbandi, illamque ipse occupandi facultate spoliatur, aut appetitum deponit. Et quòd, vel iisdem præditus viribus calor, materiam subiens diuersa donatam dispositione, densiorem nimirum laxioremue, proindeque & in qua copiosior fiat exiliórve, nihil fortè minus à se ipso diuersus, & sibi ipsi contrarius fit, quàm ab integro, robustóque imminutus languidúsque.

Præterea, & quod non perpetuò agit sol, sed agere interdum cessat, & dum agit non iisdem perpetuò, sed aliis atque aliis agit viribus: & quòd non quotidiano tantùm, eo nimirum agit calore, quem assiduè effundit, sed eo insuper & amplius fortè quem iam diu terris indidit atque indit sol, qui longè diuersissimis terris, diuersissimæque singularum inditus profunditati, longè & robore & copia diuersissimus fit: & diuersis iis à solis viribus assiduè fotus, diuersus fiat necesse est: & nequaquam (quod fieri existimet quis) à robustioribus illis robustior copiosiórve, & à languidioribus languidior exiliórve, sed secus prorsus robustior à languidiore copiosiórque, à robustiore verò languidior exiliorque. Siquidem robustior factus solis calor, strenuè supremam terræ portionem emollit laxátque, & strenuè præinexistentem ei calorem fouet, itaque & viribus is auctus & materiam nactus longè minùs repugnantē, & quæ tenuitate cuiuis parētem præbet egressum, molliores illius partes, in quibus præcipuè insidet calor, in eam agit tenuitatem, quam euehere, & in qua elabi queat, & elabatur. Præinexistente igitur calore magna ex parte elapso, cóque quem semper effundit sol, à frigore e terra erumpente exuperato, eò frigidior suprema hæc terræ portio fit, quò magis directus ei imminet sol. Obliquo contra eo tacto, quoniam languidissimæ eius vires nihil terram subeunt, nihílque assiduè adueniens frigus reiiciunt, & præinexistens calor longè abest, vt propriis modo viribus terram, cui insidet, densiorem præsertim ab exuperante frigore factam, in tenuitatem vaporésque agat, & longius etiam vt, si quampiam illius portionem in eos egit, efferre eos vt queat, nihil inde elabitur, quin frigoris sese effundentis vires exhorrescens, magis assiduè sese colligit, & robustior fit ampliórque. Itaque languidiore sub sole, hyeme scilicet calidior, sub robustiore verò, æstate scilicet frigidior fit, quę superficiei subiacet terræ portio.

Sed, vt vnde digressi sumus, redeamus, propterea itidem vno à solis cælique calore terrā in solem, cælumque incurrente, tot adeóque diuersa interea constituuntur entia, quòd terræ dispositio speciesque nequaquam veluti puncto abest, quo emenso in has illæ agantur, sed quàm longissimo à se ipsis absunt spatio. idque non veloti saltu, sed veluti fluxu per continuum conficiendum est vniuersum. Huiusmodi enim agentium naturarum progessus est omnis. Et puncto quouis propemodum emenso, aliæ illæ fiunt atque aliæ. Adhuc, & quod suprema terræ superficies, vel quæ bene plana beneque æquabilis & eodem soli exposita, apparet modò maximè inæquabilis, & minimis quidem penè, & seorsum fugientibus, at continuis distincta est tumoribus, qui & ipsi veluti & magni mōtes aliis sui partibus diuturniorem magisque directā, breuiorem aliis magisque obliquam excipiunt lucem. Propterea dum terram in se ipsum immutat sol, adeo in multa interea adeóque diuersa eam agit entia quod maximè ipse diuerso maximeque difformi agit calore, & in terram agit longè diuersissimam. Quæ porrò dicta sunt, caloris frigorisque vires, dum sese mutuò oppugnant, innumeris propemodum imminui modis, diuersisque vtrumque donatum viribus, diuersum & contrarium etiam sibi ipsi fieri, & calores, qui virium robore fortè & amplius qui copia differunt, sese mutuò auersari oppugnarique, dispositiones quæ cæli terræque dispositionum mediæ sunt, innumeras propemodum esse, & priusquam illarum harúmque altera in alteram agatur, in medias omnes agendā esse,

& eodem à calore at è mole quiduis diuersa, & eadem è mole, at à caloribus, qui quiduis à seipsis differant, diuersa constitui entia, & solem diuersis assiduè agere viribus, eóque recedente, calorem terris inditum non recedere, sed in iis immorari, si declaremus, superflui fortè videri possimus, & simus omnino superflui.

Quis enim calidorum entium longè diuersissimas esse vires, & calida quæ sunt, sese mutuò auersari aufugeréque & mutuò sese oppugnare interimeréq; calores scilicet diuersis donatos viribus, sese mutuò oppugnare corrumperéque non percipit? Quis cæli inter terræque dispositiones, & caloris materiæque species, summam nimirum tenuitatem summámque inter crassitiem & albedinem summam, summámque inter nigredinem, inon meras dispositiones speciésque esse, & per eas omnes ad has illas agi, non intuetur? Quis itidem & diuerso à calore, & ab eodem etiam, at diuersa è materia diuersa constitui entia, & omnia quiduis proprio ipsorum calore aucto imminutóue, quauis id fiat ratione, ea dispositione quiduis immutata, longè à seipsis diuersa, & alia omnino atque alia fieri non percipit. Cui alium assiduè atque alium à sole ad nos calorem accedere, abditóque iam sole supremam profundiorémque etiam terram ab eius viribus adhuc retineri, ignotum est ocultúmque? At non fortè, si reliqua attentiùs inspiciamus, incusandi simus, vel si & ipsa bene sensui manifesta sunt, & satis declarata videri possunt omnia, quæ nimirum & obscuriora fortè sunt, quàm vt veluti obiter aspicięda sint, & digna certè quæ intentissimè inspiciantur. Nam & si eodē à calore, at qui non perpetuò agat, sed agere interdū cesset, eóque amplius, si frigus, & robustum id illius actionem interceperit, materiam eandem in aliud atque aliud agi ens, quàm vna eadémque illius actione acta foret, & calorem eundem tenuiori crassiorique inditum rei diuersis donari viribus, diuersásque edere actiones passim intueri licet: at modus tamen fortè, quo & hoc & illud fiat, latere nos queat, isque amplius quo quæ magno à calore constituta sunt, & quibus magnus inest calor, non & consistentia dispositioneque & specie donata sunt, quæ à calore fieri & caloris esse visa sunt, mollia nimirum tenuiáque & alba sunt, sed longè plurima illis omnibus vel quibusdam quæ à frigore facta.

Capvt XIIII.

Quomodo qui diuersis assiduè agit viribus calor, isque amplius, cuius actionem frigus intercipit, alia constituat entia, quàm si idem perpetuò agat. Et calor idem crassiori inditus rei ampliores sumit vires. Et entia multa dispositione speciéque donantur, quæ nec sibi ipsis nec inexistenti congruant naturæ.

Divrsa quidem sunt entia, quod diuerso calore, diuersa dispositione, diuersa donata sunt specie. Et qui calor, quæque dispositio, & quæ inditur species ab externo calore à quo efficiuntur, inditur omnis: isque talem iis, in quæ agit exuperátque, perpetuò sese indit qualis ipse est, talique dispositione & specie ea donat, quali donari se ea sinunt iuxta proprias videlicet ipsius vires, & rerum quas subit dispositionis renitentiam perpetuò eas disponit, & inata inditam dispositionem, suique ipsius copiam speciem indit. Fortè enim nunquam prorsus non perpetuò certè tantus calor materiam subit quantum capere ea potest, sed minor plerumque, in quam præsertim non integer diuturnúsque agit. Quaproptet diuersus assiduè qui fit calor, diuersa ab iis, quæ vnus idemque perpetuo si fit iisdemque assiduè agat viribus constitueret, constituat entia oportet. Nec propterea modò, quod non idem ipse perpetuò agit, sed nihilò fortè minus quòd non in idem perpetuò agit ens, quod nimirum iuxta diuersas inexistentis subeuntisque naturæ vires actionésque diuersum assiduè & ipsum fit, diuersáque natura & diuersa donatur dispositione. eóque amplius, si è diuersis constet partibus, & quæ non eadem omnes simul donari queant dispositione, sed quarum aliæ dum emolliuntur in fluores, aliæ in summam agantur hæ tenuitatem & quæ statim elabatur omnis.

Etenim, si vbi caloris actio remittitur, nequaquam qui factus est fluor in vapores agitur, sed factæ crassitiei immiscetur vniturque, minus vtique rediens calor eum attenuet, educátque oportet: eóque amplius, si caloris actionem robustum interceperit frigus, quod tametsi inditum calorem non deturbat, (quod vbi fit nullum nouum constituitur ens) imminuit fortè tamen quid, factam certè mollitiem indurat & compingit. Itaque qui veluti per vices redit calor, nusquam quem sibi fecerat aditum neque eandem nactus dispositionem, sed aliam atque aliam, longéque ab ea quam fecerat diuersam, & quam non idem ipse sed alius subeat, multò diuersius constituat ens oportet, eò nempe diuersius, quò diuersiore modo agere cessarit calor, diuersiúsque interea coorta egerit frigus. Idem porrò robore calor, se ipso robustior languidiórque à seipso scilicet diuersus fieri, differentésque edere actiones potest, & robustior languidiórque fit, & diuersas differentésque edit actiones: siquidem & materia maximè expandi amplificaríque & maximè in seipsam densari inque angustum cogi, eadem videlicet materia angustiorem ampliorémque occupare potest locum. Et calor illam, non vt vas aut locum quempiam subit, vt tantus ibi fiat quantus quem occupat est locus, sed penitus materiæ infigitur vnúmque ei fit. Itaque, vt materia, vel in seipsam densata, & multa copiosáque est, vel expansa explicatáque, & modica est: ita & qui in ea fit calor, vel in seipsum collectus, & copiosus est, vel veluti explicatur in amplúmque expanditur & exilis fit.

Quamobrem, vel idē robore qui est calor, si materiæ indatur quæ diuersam sortita sit dispositionem, à seipso differens fiat differentésque edat actiones oportet. Nam si calorum, qui æque quidem tenuibus at non æque magnis insunt flāmis, qui igitur nec robore, nec copia, sed sola à seipsis differunt quantitate, diuersi à seipsis videri possunt, & sunt sanè diuersi, qui nimirum vel easdem res diuerso immutant modo, & in diuersa agunt entia, vtiq; & multò mehercule amplius is à seipso diuersus fiat, differentésque edat actiones qui materiis inditur, quarum moles quidē & ambitus idem, at non & dispositio eadē sit, sed quarum altera bene in se ipsam densata, bene altera à seipsa explicata sit. Etenim qui illi inest non modo veluti ampliores quæ sunt flāmæ pluribus agit viribus, sed bene iis sibi ipsis vnitis & quæ sese mutuo fouēt augentque, & mutuò robur sibi ipsis indunt. Vni prorsus iidemque vt sint calores, eandemq; vt edant actionem, conditione nulla prorsus à seipsis differant, sed & robore & copia vni iidemque sint necesse est. Quin & lāguidior qui est calor, si multus in seipsum colligatur robusto, sed per tenuitatem diffuso, si non vehementius, copiosius certè calefacit. Integer nimirum calor, quòd magnis agit viribus, penitus in quæ agit, nullóque subit tēporis momento: at exilis qui est, exiliter calefacit, imminutus contrà, sed multus in vnum coactus, non adeo strenuè subit: at multus, quod est copiosúsq;, quod multis scilicet agit viribus, copiosius calefacit: eóque vt videtur à flammis prunarum differt calor, ab illo enim vehementius subiri nos molestiáque affici, at exilius certè calefieri, ab hoc contra minus nos subiri, at copiosius calefieri, itaque nihil oblædi, sed foueri nos sentimus.

Capvt XV.

Cur entia multa consistentia, dispositione, specie donata sunt, quæ nec ipsis, nec inexistenti congruunt naturæ. Cur longè plurima non vnam eandémque vniuersa sortita sunt dispositionem. Et quomodo quæ vnam eam & quæ diuersam sortita sunt dignosci queant.

Entivm porrò multorum consistentia, dispositio speciesque, nec sibi ipsi nec inexistenti calori, à quo constituta sunt, congruunt, nō æque scilicet mollia, tenuia, alba sunt omnia, nec ho-

nec horum singula iuxta inexistentis caloris robur, sed dura sunt quædam renitentiaque, & alba tenuiaque & transpicua, glacies, crystallus, oculi humor, qui (quòd cryst. illi speciem refert) crystallinus dicitur, & adamas. quædam nec tenuia quidem, sed bene opaca beneque corpulenta, animalium ossa, argentum, & marmor. Non alba itidem quædam at tenuia transpicuaque gemmæ lapidésque multi. Mollia contra quædam fluidáve etiam, nec transpicua sunt, nec alba, cera, pix, sanguis, fluores multi. Et nequaquam quæ caloris iis insunt conditiones, iuxta inexistentis caloris robur robustæ insunt singulis languidæve, sed iis interdum robustiores, quibus languidior inest calor, & perpauca quædam verè sibi ipsis similia sunt vniuersa: reliqua vero omnia, vel quæ vna prorsus eadémque apparent, diuersam omnia nacta sunt dispositionem, & aliis sui partibus laxiora, densiora sunt aliis, iisque ita minus itaque sibi ipsis immixtis, vt quod ex omnibus compositum est ens nusquam à seipso diuersum, sed vnum protsus idemque appareat vniuersum.

Hoc inde euenit, quod perpauca quædam similati è terra & vno eodémque à calore vniuersa effecta sunt, è quali constituta quæ sint, dubio procul conditiones omnes & sibi ipsis & inexistenti naturæ maximè congruentes sortita esse oporteat: sed è Terra pleraque, quæ aliis sui partibus & non magnis iis tenuior laxiórque, aliis verò crassior est densiórque: quin cuius quodlibet ferè punctum veluti è tenuitate crassitieque, & ea bene diuersa compositū est, cuius itaque portio nulla, nullo pro pemodum à calore vniuersa simul vna eadémque donari queat dispositione. Et nequaquam primo è Tetra exortu, sed, vt sequens amplius manifestabit sermo, è fluoribus omnia propemodum fiunt, qui & ipsi ita diuersam sortiti sunt dispositionem, veluti & Terra è qua effecti sunt, & vel à frigore gelatis, quo modo glacies crystallúsque, vel à calore tenuissimis sui partibus spoliatis, itaque concretis, quomodo animalium plantarúmque partes quæuis, & quod è marina aqua conficitur sal effectu n videtur. Manifestè enim hæc omnia è fluoribus, si quidem amplius à frigore duratis at tenuioribus certè partibus elapsis, itaque reliquis concretis, constituta sunt. Quorum igitur albi vniuersi qui sunt trāspicuique, quibus scilicet qui inexistit calor, & si non robustus, at tantus tamen vniuersis inest, in quanto inexistentis materiæ nigredo penitus lateat, quorum omnino portione in quauis sola puráque inexistentis caloris species spectatur, & qui ea donati sunt tenuitate, quæ aduenienti luci peruia sit vniuersa, vt ouis iis concrescant modo, in album transpicuúmque concrescunt ens, vt glacies, crystallus, & oculis inexistens declarat humor.

At qui albi quidem vniuersi, at non & transpicui itidem sunt, quibus scilicet qui inest calor adeo materiam excedit, vt nihil ipsius species ab huius nigredine obtegatur fœdetúrve vsquam, sed & in ipsis vniuersis penitus hæc in illa lateat, at crassiores sunt quàm vt externæ luci peruia fint, in albam & ii at non transpicuam, sed upacam corpulentámque cuiusmodi animalium ossa sunt, rē transmutantur. Qui contra bene quidem tenues transpicuique vniuersi sunt, at quapiam in ipsorū parte, quātula vis ea sit, inexistens calor à materiæ copia exuperetur, itaque ab huius nigredine illius albedo impuretur, tenue ii quidem transpicuúmque, at non album concrescunt in ens: sed illud ita magis minúsque ad nigrum vergit, vt magis minúsve impurata sit caloris albedo: atque ex huiusmodi gemmæ lapidésque nonnulli effecti videntur. Quorum verò vel moles vniuersa, vel portio quæpiā, non ea caloris copia, eaque donata sit tenuitate, in qua pura illius species spectetur, & quam externa lux permeet, sed vel in vniuersa illa, vel quapiam in portione inexistentis caloris albedo à materiæ nigredine intiogatur obscuretúrve lucique impetuia fit, ii vel albi fortè & transpicui si fint, tenuitate qua inexistente immixtâ que crassitiem exuperante huiusmodi etiam ei ipsa, non album transpicuúmque, sed ita magis minúsve ad nigrum vergens, prout inexistentis caloris species magis minúsve à materiæ specie fœdatur, ad nigrúmque agi-

tor, & opacum omnino concrescunt in ens. Et fluores nullo à frigore correpti, sed interno calore, tenuitatéque, cui is inhærebat externo à calore educta, vel sponte elapsa, in stabilia concrescunt entia, quod non eadem vniuersi donati dispositione, & fluidi erant vniuersi, sed & ipsi veluti è fluoribus crassitiéque compositi, at longè ea minutissima & quæ penitus illis immixta & ab illis veluti vectata fluere & ipsa videretur. fluoribus porrò in summam actis tenuitatem, itaque elapsis per se illa facta & in se ipsam coacta, in ens concrescit bene corpulentum fluendique impotens.

Quò fit, vt iure sit asserēdum, nostrorum entium perpauca quædam sibi ipsis similia esse vniuersa, & vna vniuersa eadémque dispositione, itaque & vna eadémque natura iisdémque tota donata esse viribus. Reliqua verò omnia sibi ipsis dissimilia, & diuersam dispositionem, proindéque, & diuersas sortita sunt vires, quod fluores qui in ea concreuere vel tenuioribus sui partibus spoliati non propterea sibi ipsis similes facti sunt, sed adhuc quo modo & terra, è qua effecti sunt, veluti è tenuitate crassitiéque compositi, & non vna eadémque, sed bene vtraque multiplici & penitus alteri immixta altera. Et nostrorum entium longè plurima ex ita diuersis constare partibus inde clarè intelligitur, quòd ipsorum perpaucis ea eueniunt, quæ si verè sibi ipsis similia fint vniuersa euenirant omnibus, & quæ passim iis euenire videntur quæ vbi ipsis similia sunt, vel quin fiat parum abest, dulcibus nempe putisque aquis, bene depurato vino, oleo, ceræ, sebo, pinguedini, aceto. Non scilicet eodem à calore eodémque propemodum temporis spatio idem vniuersa patiuntur, eóque assidue tenuiora fiunt, quò robustius diutiúsque in ipsa agat calor, vt marina aqua fluoréique alij multi, lutum, animalium carnes, sanguis, semen, lac & qua manifestant. Proptei ea sanè, vt dictum est, quendam vsque ad terminum, & eò vsque dum & crassiores ipsorum partes à calore exuperentur, corpulentiora assiduè fiunt duriorâque, quòd non eadem vniuersa donata sunt dispositione, sed veluti è tenuitate crassitiéque sibi ipsis immixtis composita sunt, & priusquam in mollitiem hæc agatur maximè illa tenuis facta est elapsáque omnis. Itaque illius hæc & sui etiam ipsius fecsata cōtactum & in seipsam coacta, crassior facta esse apparet ac durior. Age verò vniuersalem canonem, quo non exquisitè quidem distinctéque, sed vniuersali & cōmuni quodam modo, quæ ab vno vniformique calore, & quæ à frigore itidem vel caloris actionem excipiente, vel veluti per vices agente, & similari dissimilaríve, & molliore durioréve, è Terra constituta sint, dignosci queant, inquiramus: aliàs, si cœptis fauerit Deus, diligentius inquisituri.

Capvt XVI.

Canon, quo quæ vno vniformique à calore & quæ à frigore itidem, & quæ similari dissimilaríue, & molliore duriorève, è Terra constituta sunt, dignosci queant.

Canon inquiritur, quo singulorum entium exortus constitutióque dignosci queat, quæ nō ab integro penitúsque exuperante calore, sed ab imminuto, & vel à frigore, vel à materiæ crassitie tetecto interdum, constituta sunt. Itaque vel nō iis conditionibus quæ à calore afferuntor omnibus, sed partim his, illis partim quæ à frigore fieri visæ sunt, vel quæ calori attribui nequeunt prorsus, donata apparent, vel siquidem iis omnibus quæ caloris sunt, ac bene obscutis, & quæ latere nos queant, entibus præsertim iodita sunt ab ambientis frigore detentis, vel nullis prorsus, sed consistentia dispositionéque, quæ propriæ frigoris visæ sunt, & specie, quam caloti attribuere non liceat. Propterea, quæ caloris, quæ frigoris consistentia, dispositio, opus, & quæ illius, quæ etiam materiæ species est (nam nostrorum entium nullum prorsus à frigore, sed eorum quoduis à calore constitutum est, & vel suprema terræ portio in calidum acta est ens, frigoris

species nusqu.m nobis conspicua est, itaque nec inquirēda est)tum & quæ in entibus à calore exuperatis iuxta illas immutationes fiunt, vel si satis superius ostensæ videri possunt, quoniam veluti ante oculos positę magnū ad propositæ rei inspectionem adiumentum afferant, hìc etiam iisque in entibus intueri ne grauemur, quorum constitutio manifesta esse potest. Siquidem quæ eadem iis consistentia, dispositione, & specie donata, & a calore exuperata, modo eodem immutari cōspecta sint, quin eodem à calore, rebúsque ex iisdem, & eodem iis modo constituta sint, dubitandum non est. Iamque entia, quæ subit, penitusque vniuersa exuperat calor, laxa ea, fluida, tenuia, alba facit, & dum nihil is propriis in operibus languet, nihil scilicet ex iis elabitur, nihilque externo à frigore reiicitur retunditúrve, qua ab ipso ea consistentia, dispositione, speciéque donata sunt, in ea perpetuò permanent. Frigus contra quæ corripit, quantumuis mollia fluidáque, durat omnia, compingitque, & ad crassitiem agit. Et materia nigra cōspecta est, & vbi non ea caloris copia ipsam subit, in cuius albedine ipsius nigredo lateat, non alba amplius, sed coloribus, qui album inter nigrúmque medii sunt, & nigro etiam affecta colore fiunt entia, si materia vel copia exuperat, vel adeo in se ipsam densata sit, vt inexistentis caloris speciem penitus obtegat.

Præterea, nec materiam eandem diuersis viribus præditus calor, nec idem hic diuersam illam eadem donat dispositione, sed robustior quàm languidior calor, & molliorem vterque, minus itaque repugnantem magis laxat magisque attenuat, itaque, quæ vniuersa sibi ipsis verè similia sunt, è materia ea, quæ eadem omnia donata sit dispositione, vel si quid à se ipsa differat, à calore certè, qui æquè vniuersam exuperarit, effecta sint oportet. Minimè vero, quorum non vna eadémque est dispositio, sed dissimilari omnia è materia, & à calore non æquè vniuersam immutante, constituta esse existimandum est. Ad hæc, quæ à frigore gelantur, quòd nullam id ex illis tenuitatem exprimit, sed ligat eam modò, & pro fluxili stabilem facit, in fluores à calore soluta haudquaquam rursus concrescunt, sed fluida perpetuò permanent, vt glacies è quouis fluore facta, declarat. Quæ verò à calore compinguntur, quòd inexistentem is fluorem, quo immixto vniuersa fluebant, magnā in tenuitatem actum, eduxit omnem, ac propterea concreuere, quòd, quæ ipsorum remansit portio, sui natura fluida non est: soluta haud ita multò post, eáque omnino elapsa tenuitate, quam, qui ea soluit, fecit calor, & nulla fortè tenuitate, aut non ea certè qua inexistente fluere possent, sed calore, à quo fusa sunt elapso, rursus concrescunt. Nam materiam, quæ adeo sibi ipsi inhæret, adeóque sibi ipsi affixa vnitaque est vniuersa, nihil, vt à se ipsa separari dissoluíq;, itaq; nec fluere queat, si robustior eā subeat calor, statim & prius omnino quàm pręinexistentē naturā dispositionémq; deturbet, propriamq; eā faciat sedē, veluti dissoluit eam, & pro dura stabilique mollem facit fluidámque. At quòd nihil eam, vel non id certè laxiorem ampliorémque fecerat, quod vt ipso abeūnte fluida remaneret, facienda erat, quòd omnino fluere vt posset, nō facta dispositio, sed, qui subierat præstabat calor, eo elapso, non fluit amplius, sed rursus in se ipsam coit, colligitúrque vniuersa, & dura fit & stabilis.

Hæc inquam omnia ita cum sese habeant atque eueniant, non supremum modò cælum, sed, quæ semper elabitur, tenuitatem, & aquas etiam dulces quæ sunt, & quas in summam vniuersas calor agit tenuitatem, & si quæ alia huiusmodi sunt, tenuia nimirum fluidáue, & similaria albáque entia, quæ consistentia, dispositione, specie, quæ caloris propriæ sunt, & quæ nihil à frigore oblæsæ immutatæve videri possunt, donata sunt, vno ea à calore, & similari benéque molli, & laxa è materia, vel siquidem dissimilari, durioréve & densiore, at penitus & æquè deuicta vniuersa constituta esse existimamus. Quæ verò nec mollia, nec fluida, quin bene dura beneque stabilia & bene tamen transpicua sunt albaque, cuiusmodi glacies crystallúsque, & dictus oculi humor, & adamas est, & si quæ alia huiusmodi sunt, non quidem primo ortu è terra ipsa, nec è terræ similis, è crassa scilicet densáque re, sed è fluoribus omnia, neque enim crassities vlla transpicuitate tanta, tantaque, & eadem vniuersa donari queat albedine, non magnam in tenuitatem, & in fluores, aut in fluoribus bene proximam acta rem. Et quòd glacies, oculique humor apertè è fluoribus, vel à frigore ligatis, vel inexistentis caloris tenuitatisque portione quapiam spoliatis, itaque concretis effecti sunt, vtique & reliqua illa æquè his transpicua, albáque è fluoribus, & ipsa effecta esse maximè est rationi congruum. Et crystallum glaciei ritu è fluore verè similari, & à frigore gelante effectum esse, inde intelligere licet, quòd ægrius quidem, at & ipsum vehementi vniformique, & diuturno à calore liquatur, & in quem liquatur, fluor per se nunquam concrescit, minimè verò, & oculi humori adamantique hoc accidit.

Etenim qui in illum concreuit fluor, in animalium concreuit corporibus, ac tenuissimarum ipsius partium abscessu concreuerit necesse est: & adamas, quòd non à robustissimo sed à certo tantùm determinatoque calore liquatur, vel summè & æquè, vt videtur, albus transpicuúsque prorsus tamen similaris videri non potest, propterea enim robustissimus calor illum non fundit, quod tenuissimas is illius partes in summam prius agit tenuitatē, quàm quæ minus tenues sunt fluidas faciat: quo fit, vt illis abeuntibus adeo hæ in se ipsas cogantur densentúrque, nullus vt eas subire queat calor, à moderato autem in fluorem soluitur vniuersus, quòd dum tenuiores ia partes in fluorem soluit, minus tenues ita emollit laxatque, vt qui factus est fluor has subire & his immisceri queat, proindeque sibi ipsis vtræque immixtæ, & veluti vnum factæ, in vnum tandem, eundemque liquantur omnes fluorem. Itaque fluores, qui in hos concreuere, è materia facti videri possunt, bene quidem molli benéque laxa, at non penitus similari, & æquè vniuersa à calore exuperata, è quali qui in glaciem crystallúmque acti sunt, factos esse consentaneum prorsus est. Entis reliqua alba quidem quæ sunt, at non bene modò stabilia benéque dura, sed opaca insuper, cuiusmodi animalium ossa, dentes, vngues, & ouorum cortex albúmque nostro ab igne amplius concoctum, & plantarum fœtus nonnulli, & ligna, & cùm sal tum lapides multi, argentúmque & metalla alia quædam, è fluoribus & ipsa, vel è se fluoribus bene proxima, constituta esse existimare oportet.

Idque inde intelligitur, quòd vel si multus materiæ indatur calor, minimè tamen eius species conspicua in illa fiat, nisi bene ea expandatur, & in fluores aut in fluoribus similem explicetur rem, & eorum magnam materiæ molem, è quanta illorum multa constat, æquè vniuersam simul immutari, & eadem vniuersam dispositione eadémque donari specie existimare non licet. Et certè si non eundem perpetuò at assiduè calorem in terram effundit Sol, itaque non ab eo quem semel & veluti temporis momento illi indidit, sed ꝫ nouo insuper quem effundit, illam immutari oportet, icciteo extrema illius portio magis immutetur necesse est. Quodque illorum pleraque manifestè è fluoribus fiāt ea videlicet quæ in animalibus plantísque alba duráque sunt omnia, patet. Neque enim ambigi potest, quin animalia vniuersa è semine menstruóque sanguine, è bene nimirùm fluidia rebus, nec quin albæ quæ iis insunt res è semine effectæ sint. Et plantas vniuersas, è bene & ipsas fluxili aut fluoribus proxima re constitui, ipsis intueri licet oculis, & suo amplius declarabitur loco. Et cùm quæ in animalium fiunt corporibus, tum lapides alij multi manifestè è fluoribus fiunt, tenuioribus ipsorum partibus, vel externo à calore eductis, vel sponte cum proprio elapsis. Itaque, & argentum, & reliqua alba quæ sunt, vel si dura densáque apparent, è fluoribus omnino & modo qui dictus est concretis fiunt.

Ipsi porrò fluores, quando in dissimilaria nihilque transpicua concrescunt entia, proindéque nec similares nec tenues videri possunt, vtique è terra nec similari,

nec molli, & à calore facti sint oportet, siquidem vniformi at non certè æquè illam exuperante vniuersam. Nam vel æquè alba dictorum entium quæ apparent dissimilaria omnino esse, inde liquidò patet quòd quæ ipsorum funduntur nequaquàm (quæ similaribus eueniunt) in vnum vniuersa eundémque liquantur fluorem, iisque vniuersus tandem in summam agitur tenuitatem, nulla sui portione durior interea factus crassiórque. Huc adde quòd quæ nullum interea in fluoré agi visa in flammas fumúmque solui appareat, manifestè veluti è tenuitate crassitiéque, & bene vtraque multiplici, benéque alteri immixta altera, composita sunt. Et manifestè non in diuersas modò tenuitates, sed in crassities etiam soluuntur diuersas. Crassities enim cinis est fuligóque, quæ à calore exuperari non potuit.

Quæ verò transpicua quidem, at non alba, cuiusmodi gemmæ multæ multique lapides, è fluoribus & ipsa, & bene quidem liquidis tenuibusque (neque enim transpicua sint nisi è fluoribus facta sint) at non puris, sed quibus crassities quæpiã, quæpiam scilicet materię immixta est portio, cui (quòd non ea caloris quantitas indita est, in cuius albedine materiæ nigredo lateat) non pura illa, sed huic commixta spectatur, itaque nigra apparet: quos igitur siquidem vniformi, nõ certè æquè exuperante à calore, & molli quidem, at dissimilari certè è terra factos esse existimandum est, & cuius dum partes aliæ in fluor, & bene eum tenuem albúmque aliæ siquidem in fluorem, at non album certè actæ sint. Nam à quantulauis immixta materiæ nigredine, albedinem quantuis impurari, & ad nigrius agi, non solis modo declarat candor, qui vel liquidissimas aquas & longè tenuissimos permeans vapores, & resiliens etiam ab illis, puniceus, flauus, viridis, cæruleus, purpureúsque, & niger etiam fit, sed liquores quiuis, & quantumuis albi, qui nimirùm omnes quãtulouis indito crassiore nigróque succo, vel ipsius vel nigriorẽ assumunt colorem. Et vina albis ex vuis expressa, & alba existentia, taliaque, re nulla admixta, furura, diutius cum propriis corticibus concocta, punicea fiunt, nigredine nimirùm quapiã ab illorum materia assumpta. Et arte quæ fiunt gemmę manifestè hoc modo conficiuntur, siquidem duplici fiũt è fluore, bene liquido, benéque albo altero, & è lepidibus facto, qui quin transpicui sint parum absunt, altero verò eo è metallo expresso, cuius color gemmis indendus est, è bene nimirum alba re, at cui alius immixtus sit color.

Quæ verò nec alba nec transpuicua sunt, cuiusmodi animalium pili & plantarum fœtus, cortéxque & ligna, & lapides metalláque multa, è fluoribus & ipsa etiam omnia, & si quidem à frigore itidem duratis, at à calore certè tenuitatem educente, & tenuioribus sui partibus spoliatis effecta esse, iudicandum est. Nam animalium pili, & plantarum fœtus, cortexque & ligna manifestè ita fieri videntur. Et lapidum metallorumque constitutionem diuersam esse, & illorum alia è terra ipsa nihil dum in fluores acta, alia verò è fluoribus constitui, rationi consentaneum non videtur. Ipsos porrò fluores, quòd non modò in opaca corpulentaque, sed in nõ alba insuper contrescunt entia, vel magis dissimilares, vel crassiores, itaque & huiusmodi è terra, & à calore vel non æquè vniuersam eã, vel minus exuperante effectos esse existimare licet. Eóque & horum & aliorum singulos corpulentiores, huiusmodique è terra & à calore minus exuperata, quò & in quæ concreuere entia nigriora crassioráque & frangi ineptiora appareãt, ægriúsque à calore exuperentur. At è fluoribus tenuiorũ sui partiũ effluxu compactis entium, quæ diximus pleráque cum constituantur, eorum tamen nonnulla, eaque omnino quæ bene dura benéque rigida sunt, & non alieno benéque eo vehementi à calore inexistente tenuitate spoliata videri possunt, à frigore itidem, & veluti per vices relictã tenuitatem assiduè gelante, compacta, ampliúsque durata efficiuntur. Nam & manifestè ita cum alia multa, tum plantæ eorúmque fœtus cõstituuntur, & ita omnino constitui, quæ à calore in iis immutationes fiunt declarant, quæ scilicet bene corpulenta, benéque dura cum sint, breui languidóque à calore lenta fiunt molliáque. Neque enim, si tenuitate omni elapsa, tãtam ea acta sint in duritiem, huiusmodi à calore in tantam agantur mollitiem. Et lapides qui in fodinis findi nihil repugnant, extremo à frigore, minimeque eo diuturno durari, longè inciduntur ægerrimè. Quæ verò bene transpicua benéque sunt dura vnius ea tenuitatis effluxu, in tantam acta esse duritiem, itaque liquidissimum fluoré per se, nullaque frigoris ope duratum esse, existimare non licet.

Capvt XVII.

Qui quantusue calor quæ constituat entia, inquiri non debere: distincte enim caloris differentias percipi non posse. Materiæ itidem dispositionis diuersitatem distincte non percipi, at melius tamen quam caloris vires distingui determinarique posse.



Vi porrò calor, vel quãtus, quod nimirùm caloris robur, & quæ eius copia, quam tertam, & quæ entia in qualia induerat, minimè inquirendum videtur, vt quod homini nulla, vt nobis videtur, innotescere queat ratione. Qui enim vel caloris vires, & calorẽ ipsum veluti in gradus partiti, vel materiæ cui inditus est copiam quantitatemque distinctè percipere, & certis determinatisque caloris viribus, copiæque in certam materiæ quãtitatem dispositionemque, certas actiones & certæ materiæ quantitati certã determinatámque caloris copiam assignare liceat? Vtinam id alij, & perspicaciore præditi ingenio, & quibus in summa trãquillitate rerum naturam perscrutari licuerit, assequantur, vt homines non omnium modò scientes, sed omnium ferè potẽtes fiant. Nobis, vt ingenuè fateamur, crassiore igenio donatis, & quibus nõ nisi extremũ vitę spatium philosophari licuit, minimèque id molestiis curisque vacuis, sed inaudito eorũ scelere atque immanitate, à quibus maximè amari nos colique & foueri oportebat maximè, in summas difficultates summasque coniectis in molestias, satis sit, si qui quatúsque calor, quam molem, qua donet dispositione intueri liceat. Et non exquisitè id quidem, distinctéque, sed rudiore & confuso quodam modo, nec singulas caloris differentias, quæ innumeræ & roboris & copiæ sunt, nec materiæ conspissationis diuersitatem percipere potentibus, sed perpaucas vtriúsque, & confusè illas indistinctéque.

Vel gustus enim, qui (vt alibi declarabitur) inexistentis naturæ ingenium viresque exquisitissimè percipere videtur, perpaucas illarum differẽtias & confusè eas percipit. Neque enim qualis quantáue caloris dulcedo aut amarities actio sit dignoscit, & dulcedinem omnem omnemque amaritiem bene amplam vtramque & bene à se ipsa differentem, vt vnam eandémque ponit, & vt vnius caloris actionem, quæ diuersi omnino est, & si qua illarum excedere videtur, inexistentis ne naturæ robore an copia exuperet, diiudicare minimè potest. Quin neque materiæ dispositionum, eius nimirùm expansionum conspissationúmque differentiæ omnes à reliquis seorsum singulę innotescere possunt, innumeris insensibilibusque à seipsis distãtes spatiis, at quę tamen quoniam magis, quàm quæ caloris sunt obuiæ, percipiendas contrectandásque & dignoscendas se nobis præbent. Vtique si non omnes, & per se seorsum singulæ, at in paucas quasdam collectæ omnes dignosci nobis diuidique, & certis propriisque limitibus singulæ, quæ è multis factæ sunt, concludi possunt. Vniuersus nimirùm conspissationis ad expansionem progressus, vel nullo in spatio sibi ipsi similis, quodam in spatio, quæ in eo continentur dispositiones, vt vna poni possunt, & quali ea è materia, qualique præcipuè à calore fiat, inquirere statueréque licet, nec verò distinctè determinatéque, sed confusè (vt dictum est) indeterminatéque, non scilicet certis determinatisque caloris viribus certas determinatásque materiæ dispositiones, sed vehementiori modo languidiorive illi has assignare.

CAPVT XVIII.

Materiæ dispositiones, earúmque diuersitas vt innotescat: num iuxta illius expansionem constrictionémque tantùm, an iuxta mollitiem itidem duritiémque differant, inquirendum esse.

MATERIÆ dispositiones contemplaturis, vnánc expansionis conspissationisque, an & mollitiei itidem ac duritiei diuersitate differant, num scilicet diuersa ab expansione mollities, & à conspissatione durities fit, itaque non eas modò materias, quæ diuersa expansæ constrictæue sunt mésura, sed eas insuper quæ iuxta mollitiem duritiémque à se ipsis differunt, diuersas sortitas esse dispositiones statuere oporteat, inquirendum est. Nam & si quæ adeo in seipsam densata est moles, vt nihil in angustius cogi queat, comprimenti renititur duráque est, que contra bene expansa explicatáque est, quod negotio nullo in seipsam residere, & contingenti loco cedere potest, mollis est nihilque comprimenti renititur, itaque mollities cessióque mollis expansionem, durities contra renitentiáque mollis conspissationem sectari videtur: quoniam tamen quædam valde quidem transpicua (mole bene expansa benéque explicata) satis dura sunt satisque renitentia, quædam verò bene opaca & bene compacta, beneque in se ipsa densata, bene tamen mollia sunt, promptissiméque contingenti cedunt, succurret fortasse credere, quoniam mollities, cessio, durities, renitentia ab expansione conspissationèque diuersæ sunt, vtrarúmque diuersitates seorsum ab alteris esse inspiciendas. Quapropter duplex ne mollities, cessio, durities, renitentiásit, & non veluti aqua glaciésque inter se differunt, quæ ex æquè expansa constant mole, at iuxta mollitiem duritiémque differunt, diuersa donata dispositione videri debeant, itaque duritiei vtriusque suam in mollitiem progressus inspiciendus sit, inuestigemus. Quod in caloris frigorísque actionibus, à quibus illæ fiunt omnes, dilucescet. Ad has igitur vel sæpius conspectas regrediamur.

CAPVS XIX.

Materiæ dispositiones, earúmque diuersitatem, non etia iuxta illius mollities & durities, sed tantum iuxta expansionis constrictionisq. diuersitatē expendendas esse.

CALOR quòd mobilis sui natura est, & motu seruatur summoperéque oblectatur, quam subit molem, rigida ea si sit flectique repugnet, veluti exoluit primùm, lentam, flexibilémque, talem tandem facit in quali quempiam edere queat motum. Id vero alia multa, & vitrum metalláque declarāt, quæ exuperante à calore correpta, nihil, quod videre liceat, in amplius explicata, mollia fiunt fluidáque. Comprimenti nimirum, vt cedant flectantúrque & fluant, non materiæ expansio, quæ nulla ibi facta est, sed inexistens præstat calor qui, si non propria vi, at comprimentis ope vsus, illam commouet, itaque eo, si quapiam, non ea certè cum tenuitate elapso, qua dempta è mollibus fluidísque duræ fiant stabiliáque, in æquè magnam & æquè renitentem cōcrescunt molem. Nihil igitur in amplius molem explicans calor exoluit eam primùm, tum leuem & qualē nullo euehat labore vt faciat, in amplius eam expandit, & veluti explicat, nec explicandi finem facit vllum, donec tenuissimam proindéque & leuissimá faciat. Dúmque in amplius expāditur moles, facultas ei, vt in angustius cogatur, locus videlicet, in quem cōpressa, sese retrahat, præbetur: atque quò in amplius expanditur, eò comprimenti promptius cedit molliórque fit. Nam quæ adeo in se ipsam densata est moles, vt à cōprimentis viribus magis dēsari nō possit, renitatur ea illi oporret. Qui .n. vlla illius portio propriòe loco decedat, vel à reliquis separetur, distrahatúrque, cui in quem sese retrahat locus adest nullus, & quę reliquis omnibus ita infixa est agglutinatáque, vt ab illis seiungi nullis, vel non à præsentibus agentibúsque queat viribus?

Frigus contra immobile sui natura, motum quemuis, vt sui ipsius exhorret exitium, quámque corripit molem, eam veluti ligat, nihil vt flecti comprimíve nullóque dimoueri queat motu. Id verò & fluores declarant, qui à frigore correpti, nihilque quod videre liceat in angustius coacti, in glaciem, renitens durúmque concrescunt iu ens, tum in angustius assiduè illam cogit: & si robustius id adsit diuturniúsque, cogere nunquam cesset, dum adeo illam denset, vt nulla à vi flectatur comprimatúrve, nullóque dimoueatur motu. Sed quia suprema in terra frigus, nec summum, nec valdè robustum fit vnquam, quos occupat fluores gelare tantùm & veluti ligare, & in angustius interdum quid cogere, at non adeo densare, vt opaci fiant, videtur. Huiusmodi in materia à calore frigoréque immutationes cúm fiant, patet mollitiem duritiémque duplicem esse, & illius alteram materiæ expansionis, caloris alteram exuperantiæ, huius vero materiæ alteram densitari, alteram verò caloris defectui tribuendam. Ergo materia quæuis à calore correpta, nihilque ab eo in amplius acta, mollis fit fluidáque, & indito calore elapso, rursus, nihilóque minorem minúsque duram concrescit in molem. Inde patet vnius caloris accessu è concreta duráque fluxilem mollémque, & vnus caloris abscessu, è fluxili mollique stabilem fieri durámque. Quoniam sui natura motus omnis penitus expers materia est, & cessio quæuis motus quidam est, quæ quiduis in se ipsam spissata materia est, nisi certus ei insit calor, qui quampiam ei ad motum aptitudinem indat, consistat, sibique ipsi cohæreat vniuersa, vt non quæuis eam compressio, neque impulsus quiuis in angustius ampliúsve agat, à seipsa scilicet eam seiungat dimoueátque, sed is modo qui eius renitentiam exuperet.

Quocirca, cùm mollities non perpetuò materiæ expansionem, nec durities eius conspissationem sectetur, sed hæc bene expansæ, & molli illa interdum insit bene in se ipsam conspissatæ, vtique si iuxta mollitiem itidem duritiémque, materiam diuersæ disponi statuamus, non vno expansionis constrictionísque, sed mollitiei itidem ac duritiei discrimine materiam diuersis donati dispositionibus, & has ab illis seorsum tractandas coniiceretur. At certè non accedentes recedentésque, & quæ iuxta alienatum naturarum accessum recessúmque fiunt sed permanentes, & quæ à materia ipsa rebus induuntur dispositiones, modò intueri propositum est. Et ampliùs etiam, quòd materia à frigore correpta è molli fluxilique dura fit stabilisque, vel à subeunte calore è dura stabilíque mollis fit fluidáque, & nihil ibi in angustius cogitur, neque hic in amplius expanditur, eius dispositionem interea immutari existimare non conuenit (neque enim eius intereà situs positióque immutatur quicquam, sed sedendi modò retinendiue facultas tribuitur demitúrve) materiæ dispositionum diuersitatem iuxta maiorem modò minoremve ipsius expansionem constrictionemque intueamur, & summam illam crassitiem, hanc verò tenuitatem appellemus. Manifestè enim, quæ adeo in amplum expansa est moles, vt in amplius expandi non possit: & quæ veluti in corporea facta nihil prorsus contingenti renitatur, nulloque sui sensu facto cedat, & luci, quantulacúnque ea sit, transitū præbeat, nihil eam imminuēs fecánsve, tenuissima facta est. Crassissima contrà maximéque corpulenta, quæ adeo in seipsam densata est, adeoque in angustum coacta, magis vt dēsari inque angustius cogi non possit, & quæ igitur quamuis compressa vi nihil cedat, nihilque disrumpatur & lucem quamuis penitus reiiciat.

CAPVT XX.

Insignes crassitiei ad tenuitatē progredientis immutationes lentorem, mollitiem, viscositatē, fluorem vaporem esse.

QVONIAM id proprium crassitiei est, vt nihil in angustius cogi possit, nihilq; cōprimenti cedat, tenuitatis verò vt nihil in amplius expādi queat, & promptissimè contingenti loco cedat,

cedat, ibi primùm crassitiem in tenuitatem agi, & tenuitatis ingenium assumere statoëdom, vbi in se ipsam cogi quid magisque cõspissari potest. id verò ibi manifestè fieri videtur, vbi extendi dilatarive, & vbi flecti quid potest. Siquidem externa rei, quæ inflectitur, superficies (si æquè vniuersa inflectatur) æquè vniuersa in amplius agatur expendatorque, interna verò in angustius contrahatur necesse est, & nisi id fiat nulla vsquã fiat inflexio: & expandi illã: hãc verò in angustius cogi & veluti corrugari, siquid flectas, in quo quę in ipso expãsio cõtractióque fit, manifesta fiat, ipsis intueare oculis. Quæ verò extẽduntur nõ valde quidẽ, at quid certe in seipsa cogi existimãdũ est. Quãdoquidẽ verò ea modò extẽduntur quæ comprimuntur, vtique si valde in seipsa contrahi densarique queant, nõ in longum latúmque, sed in profundũ, quò detruduntur, ferantur. Minus etiam vllam in partẽ dilatentor, nisi quid comprimenti cedant, & in seipsa quid contrahantur, sed quod à principio occuparũt spatium perpetuo in eo contineantur, propterea scilicet quaque versus extẽduntur, quòd non adeo in seipsa densari constringique apta, vt in seipsis, quem comprimenti cesserunt, inueniant locũ. alibi eum quærunt, ex alto itaque depulsa & deorsum ferri impotentia, in longum latumque dilatantur, siquidem sui natura adeo constringi apta, vt magis cõpressa alieno loco minimè opus habeant, at non certè nostra id opera.

Neque enim conspissare, minus etiã expandere quid nobis licet, sed vtrumque agentium naturarum est opus, quæ ignoto inconcessoque nobis modo, & propriis viribus penitus materiam subeunt, eamque expandunt, amplificant, conspissant, constringunt: nos in amplius nihil prorsus fortè neque in angustius agere quid possumus, sed quæ constringi à nobis videntur, vel inexistentis tenuitatis expressione eiectionéque coguntur, vel etiam quòd non verè prius continua, continua fiunt & iunguntur quæ verè iuncta non erant, bene certè similaria, vereque continua quæ sunt, vel bene ampla, & quæ facillimè in seipsa cogi possint, vel nihil, vel insensile quid in augustius à nobis cogi videntur. Itaque nec aer vllus, nec aqua, fluoresvè alij, bene nimirum continuæ, similarésque res quauis compressæ, vi crassius in ens cogi aut imminui videntur quid, sed euaporationes modò quædam, quæ scilicet è crassissimis tenuissimisque constant vaporibus, in angustum actæ compressęque, itaque his, vt existimare licet, expressis in aquam, illi, à qua perexiguum quid aberant, coguntur. Quæ igitur flecti, extendive possunt, magis ea in se ipsa cogi & loco cedere videntur: ibíque primùm crassitiem in tenuitatem agi & tenuitatis ingenium assumere statuere licet, vbi flexibilis lentáque & magis conspissari apta facta est. Ac limitum terminorúmque, quibus crassities ad tenuitatem proficiscens diuidi potest, is primus poni potest, quo lentor flexibilitásque cõtineri videtur, bene ampla quidem & ipsa, & quæ & ipsa terminis multis diuidi possit.

At, vt dictum est, gradus, quibus à crassitie ad tenuitatem itur, innumeros, & longè illos minutissimos intueri explicaréque impotentibus, lentor omnia omnisque flexibilitas, vel valde à se ipsa differens vna poni potest. Ea flexibilia lentáque omnia sint, quæ ægrè quidem at flecti tamen & in se ipsa cogi & comprimenti cedere apparent: nam quod nulla aut perexigua adhibita vi ad patitur, non flexibile id lentúmque, sed molle. Iure igitur à lentore diuersa mollities, & quæ in secundo spatio poni possit, in tertio viscositas, gliserotésque, quæ nimirum vel nulla ab externa vi, sed à se ipsa tantùm, & à proprio pressa onere diffunditur, ac diffluit. Viscositati fluor succedit, qui cum multò quàm viscositas contingenti promptiùs cedat, lucique sit peruius, à viscositate seiungendus, & in alio ordine ponendus, & in quarto limite constituendus est. Quintum spatium vapores occupant, qui è fluoribus fiunt amplius attenuatis, & qui in se ipsos conspissati in fluores cogũtur, nihilque prorsus quod sentiri possit cõprimenti renitantur & lucem multò quàm fluores admittũt prõptius, multóque minus fœdant. Sextum verò atque extremum tenuitas, quæ scilicet non tactũ modò, sed quãtumuis in se ipsam coacta, visum etiam, (quod vapores nõ faciunt) penitus lateat, & quarauis facta, lucem nihil imminuit fœdátve vsquã, vt à vaporibus seiungenda ideo sit, & Cælo ea vniuerso inesse videtur.

Capvt XXI.

Lentorem molltiémque & viscositatem puras sincerásq; à calore quouis, vniformis modò is sit, at commodius à languidiore & è similari re fieri posse: impuras itidem à vehementiore & à languidiore, at contrario ordine & è dissimilari omnino re fieri.

Lentoris, mollitiei, & viscositatis, quando eadem è materia eodem à calore fieri, modisque iisdem à se ipsis differre videntur, constitutio simul inquiri potest. At quoniam similares dissimilarésque fieri possunt, seorsum vtrarumque exquirendæ sunt causæ, similares quidem puræque, è materia, vel prorsus similari, vel siquidem, & è dissimilari, at quæ non è pluribus diuersisque dispositionibus, sed veluti è duabus composita sit, & quarum altera dum in tenuitatem agitur, quæ elabi queat, dumque elabitur omnino, altera interea in dictarum dispositionũ quampiam agatur vniuersa, & quouis, vt videtur, à calore, vniformis modò is sit: nam quę difformis immutat, quòd (vt dictum est) veluti in alia assiduè atque alia is agit, longè ægerrimè eadem vniuersa donet dispositione. At à robusto etiam calore fieri aptæ omnes, cõmodius certè à languidiore fiunt, nam paulò vehementior si in paulò crassiorem agat res, seu similares eæ sint seu dissimilares, nõ æquè internas externásque earum laxat partes, sed similarium externas magis, proximiores nimirum & minus occultatas, minúsque defensas, dissimilarium verò minus, quin densat eas magis, inexistentem tenuitatem educens ex iis omnem. Languidior calor priusquam superficiem, quæ præsertim bene crassa densaque sit, & laxari renititur, laxet, emolliatque, & inexistẽtem tenuitatem ex ea educat, ima iam subit, nec subire cessat, nihil enim (quod vehemens facit) superficiem densans, occludénsque vnquam, nunquam ad ima aditum sibi occludit, idem itaque in internis externisque factus, & iisdem vtrásque immutans viribus, vnam vtrisque eãdémque impartitur dispositionem: & puro omnino lentore, mollitiéve, aut viscositate donata quæ sunt, quæ scilicet modo eodem vniuersa lenta sunt, vel mollia, vel viscosa, cuiusmodi aurum videtur, languente ac vniformi à calore facta videntur.

In profundiore terra genitum aurum, non à Sole ipso & quotidiano eius calore effectum videri potest, neque enim adeo breui immoratus, adeo densam, adeoque occultatem terram, in adeo remotam agat rem, sed à calore, quem iam diu terria indidit, assiduéque indit Sol, languente illo quidem lentóque, at satis vniformi. Nam lentum, viscosum, æquè molle vniuersum esse aurum, inde liquidò patet, quod ab igne liquefactum, nihil aut insensibile quid imminui videtur: propterea non imminuitur, quòd nulla eius pars aliis prius attenuatur, aut magis, sed simul & æquè omnes, & si quæpiã aliis prius aut magis elabentem eam effugiẽtémque retinent aliæ & veluti coercent, viscosæ quòd sunt & gliscræ. Dispositiones igitur omnes similares quæ sunt puræque, similari è materia, vel quæ similari proxima sit, & à calore quouis vniformis modò is sit, sed commodius à languidiore fiunt, dissimilares impuræque, dissimilari è materia & difformi à calore, vel horum alterutro, & quouis à calore, sed contrario certè ordine: languidior enim crassitiei proximiores in tenuiores, vehemens contrà tenuitati proximiores in crassiores agit. Parum videlicet inexistentem tenuitatem languidior agens calor, prius quàm ad elabendum aptam eam faciat, egressumque elabenti aperiat, crassiora laxat quid emollitq; interea, iis itaque illa immixta, exigua si

fit, lentorem, si copiosior, tenuiorque mollitiem, postea & viscositatem facit. Vehemens priusquàm crassiora, ita laxet, vt qui fit fluor immisceri iis queat, tenuiora in summam agit tenuitatem, egressúmque ei quo elabatur patefacit, vt quod à vehementiore calore dissimilare immutatur ens crassius assiduè fiat duriúsque, tenuitate, cuius commixtione mollius erat, assiduè à calore spoliatum. Non igitur, quod languidior agit, lentorem in mollitiem, & mollitiem in viscositatem, & viscositatem in fluorem, sed fluorem in viscositatem, & viscositatem in mollitiem, & mollitiem in lentorem, & lentorem in crassitiem, & magnam eam si diu agat, vehemens agit calor.

Huiusmodi actiones à languidiore vehementioréque calore in dissimilaria edi, in talésque ab vtroque hæc agi dispositiones, vel oua quæ elixantur, vel quæ assantur carnes declarant, hæ enim à lento moderatóque calore æquè vniuersæ immutari apparent, & perexiguum quid extrema superficie magis passæ in vnam omnes, eandémque & benè vniformem molémque aguntur rē, à vehementiore verò vix concalefactis internis externæ tenuitate mollitiéque omni spoliatæ summè densantur, summéque durescunt, & in crustam aguntur tandem. Et oua in feruentem immissa aquam, modicum quid internis immutatis, summè externis crassescunt durescúntque, quæ si in frigidam iniiciantur & cum ea simul paulatim calefiant, æquè vniuersa eodemque propemodū immutantur modo, & è viscosis liquida primùm fiunt fluidaque, propterea quòd languens, qui adhuc egit calor tenuioribus illorum partibus in nullam dum, aut non in eam actis tenuitatem, quæ elabi queat, crassiores in fluores egit, mox verò qualia prius erant viscosa, glisctaque, & lenta tandem, duráque: assiduè enim copiosiur in iis, & robustior factus calor tenuiores eorum partes omnes in summam egit tenuitatem, eámque eduxit omnem.

Capvt XXII.

Fluores tenuiores qui fiunt, laxiore è materia, & vehementiore à calore, crassiores contra densiore e materia, & languidiore fieri à calore.

Flvores itidem calore à quouis & qualiuis è materia fieri, inde manifestè intelliges, quòd in terris fiunt quæ summopere inter se dispositione differunt, & à diuersissimo occupatæ sunt calore: at diuersa è materia, diuersóque facti à calore, dispositione itidem inter se & viribus summopere differunt. Tenuiores quidem oriuntur similari è materia quæ fundi parū repugnet, & robustiore à calore, & qui promptissimè fundat, vel dissimilari quidē è materia, at cuius crassiores partes ita densæ sint, vt ingeniti fluores nonnisi bene tenues facti elabi ex iis queant, & moderato à calore, & qui egressum elabētib. iis vix tandē aperiat, crassiores verò similarib. & crassiorib. è rebus, quę scilicet fundi repugnent, & non alia sui parte magis, minus alia, sed vniuersæ propemodum simul fundantur, itaque qui ex iis fiunt fluores, quin statim emanent & prius quàm tenuiores fiant à nullo retineantur, & languido quidem at copioso certè à calore, nam & multum eiusmodi res capiunt, & multo, vt fundantur opus est. Et (quod dictum est) laxioribus è rebus, & robustiore à calore tenuiores, è densioribus verò, & languidiore à calore crassiores fieri fluores, dulces salsæque declarant aquæ: illæ enim è superiore terra, quæ minus Soli occultata, mollior facta est, & robustiore occupata est à calore, hæ verò è profundiore, quæ magis defossa, minus est à Sole immutata, proindéque & minus dissimilaris, & copiosiore quidem, at languidiore occupata est à calore.

Capvt XXIII.

Quis calor, quibus è rebus, quam educat tenuitatem.

Vapor etiam tenuitásque (liceat quando eodem vtrumque calore eadémque fit è materia, ab horúmq; diuersitate eadem vtrique eueniunt discrimina, horum itidem vtriusque cō stitutionem simul iodagere) quouis quidem à calore & qualiuis è materia efficiuntur. Id vero & vapores & ipse etiam declarat aer, qui assiduè è terris quibusuis & quouis educitur à Sole, & quæ insuper è bene dēsis rebus elabitur tenuitas. Propterea quæ à calore constituta sunt intereunt tandem omnia, quod eorum substantia calor ex omnibus elabitur tandem in subiecto longè tenuissimo, quod ipse sibi fecit atque concinnauit. Verùm à calore quouis & qualiuis è materia fieri apta tenuitas, diuersa diuerso à calore, diuersáque fit è materia, magis minúsque tenuis, & magis minúsque pura. Et laxioribus quidem ac liquidioribus è rebus è quibus amplior exitus patet, quouis fiat à calore crassiuscula elabitur: siquidem maximè mobilis, maximè motu gaudens calor simul ac domiciliū sibi comparauit quod euehere queat, nullo id tenuius leuiúsque faciendi detentus desiderio, egressus modò pateat, statim euolat vndique.

At, vt diximus, quouis à calore laxis è rebus crassiuscula elabens tenuitas, quæ non è laxissimis liquidissimisque educitur, & à quibus quæuis & quantauis facta nullo retineri queat temporis momento, sed statim euolet, crassior omnino à medio educitur, nam robustissimus quiduis immorantem amplius attenuat, & magis etiam à languidissimo, siquidem neque is egressum quo elabitur aperit, neque ipsa eum sibi moliri potest tenuitas modica & languidissimo donata calore, itaque diu retenta longiorem moratur actionem. Et vel iisdem è rebus ab ita diuerso calore ita diuersam educi tenuitatem, quę ex humidissimis lignis, & quæ è laxis palustribúsque terris emanat tenuitas, clarè admonet: námque è lignis perexiguus & tenuissimus primum fumus, qui visum lateat, à languidissimo calore, & qui illorum naturam exiguum quid adhuc exuperarit, educitur, mox longè crassior, medio à calore, qui iam illorum vires exuperet, multámque faciat tenuitatem, patentémque ei patefaciat egressum, elucent flammæ tandem, magna tenuitas, & quæ paulò tenuior facta, inuisilis fit, à robustissimo scilicet facta calore, qui quidē tenuitatem quam attingit omnem statim absoluit summáq; facit. Et mollissimis è terris crassissimi vapores, & qui parum ab aquæ natura dimoti, modicum quid in seipsos coacti in aquas vel etiam grādines redeunt, & crassius perpetuò educitur aer, at multò certè ampliùm medio vtrumque sub Sole. Neque enim propterea eò insalubrior, pestilentiórve palustris fit aer, quò Sol propior fit robustiórq;, quod crassior educatur, sed quod copiosior, & qui in se ipsum magis colligatur, crassiorque fiat, fortè & amplius quia impurior, vt dicemus.

E densis contra viscosisve, e quibus ægrè elabitur tenuitas, ac proinde à diuturniore conficitur calore, qui vapor, & quæ elabitur tenuitas quouis fiat à calore bene tenuis elabitur, at eò certè tenuior, quo à languidiore & qui nullum elabenti exitum aperiat. Itaque crassissimis è terris vapores longè tenuissimi, & qui promtissimè quidem in ventos diffundantur, in aquas longè ægerrimè concrescant, & tenuissimus educitur aer, & languidiore amplius sub Sole. E dissimilaribus rebus non fortè languidissimo à calore, qui nimirùm quam facit tenuitatem, longissimum eam conficiendi nactus tempus, adeo tenuem facit, vt è crassitie quauis, nihil ea dirupta, nec vllum eius secum efferens frustulum, elabatur, at à medio certè à robustóque amplius, & à quo dum tenuiores illarum partes bene tenues aptæque ad elabendum fiunt, nihil interea crassiores laxentur aperientúrve, quin illis spoliatæ omnibus magis in seipsas densentur magísque constringantur, vt nullus ex iis elabendi aditus ingenitæ tenuitati pateat, non pura, sed fuliginibus immixta tenuitas effertur. Etenim tenuiores dissimilarium rerum partes à crassioribus disiunctæ non sunt, sed ita mutuo complexu cōnectuntur omnes, vt ipsæ propemodum naturæ agentes propriæ materiæ magis vnitæ non sint. Nulla sensibilis

fibilis alterarum portio ab alteris seiuncta est, proindéque quæ in iis ingeneratur tenuitas, nequaquàm vniuersa simul vna in quapiam, alteráve relictæ crassitiei cauitate, è quibus quiduis adapertis scissisue elabi queat, sed in singulis ingeneratur eius punctis, iisque nihil adapertis, nullus elabenti illi exitus patet, & in iis illa comprimi non sustinet, sed ex omnibus summa vndique erumpit vi. Quo fit, vt per puncta singula in minutissima frustula, & quæ ab euolante tenuitate efferri queant efferantúrque disrumpatur, & dissimilaribus è rebus impura quidem ac fuliginibus immixta robustiore à calore tenuitas, è similaribus verò à languidiore præsertim & qui paulatim leniterque agat, pura omnino attollatur: non enim valde in iis crassiores à tenuioribus dissident partes, & dum hæ in summam aguntur tenuitatem, ita laxantur illæ aperiunturque, vt nihil ingenitæ tenuitati ex ipsis, vt euolet, disrumpendæ sint, itaque sola ipsa nullisque relictæ crassitiei frustulis admixta ex iis euolat.

Quas ob res laxis è rebus calore à quouis at à robustiore certè amplius crassiuscula educitur tenuitas, è densis calore itidem à quouis, at à languidiore amplius bene tenuis. E dissimilaribus, si quidem non quouis à calore, à medio certè & à robusto etiam amplius impura & fuliginibus immixta, è similaribus, quouis forte à calore, at à languidiore amplius pura. Ita porrò in singulis tenuitati ac crassitiei vel puritas annectitur, vel impuritas prout materiæ, è qua, & calori à quo singulæ sunt dispositiones, viréSque insunt, à quibus illarum harumque altera fit. Laxis nimirùm dissimilaribusque è rebus languidissimo à calore, & tenuis & pura, à medio robustóque, nec tenuis nec pura elabitur tenuitas, è densis contra similaribúsque, languidiore præsertim à calore, tenuis puráque, è laxis itidem similaribúsque, languido à calore tenuis puráque, à medio robustoque pura quidem at non tenuis, è densis dissimilaribusque, languidissimo à calore tenuis puráque, à medio robustóque non pura omnino & magis minúsve tenuis, prout magis minúsve laxet eas calor, prout scilicet citius seriúsque elabatur tenuitas. Ex quo quidem à calore qualive è materia, quæ si non verè similaria sunt, at simili certè dispositione donata apparent, entia constituantur, hoc modo explicasse satis in præsentia sit, aliàs (si licuerit) singulorum generationem diligentius exquisitiusque inspecturis.

CAPVT XXIIII.

A quo calore, & quali è materia animalia & plantæ constituantur.



QVæ verò manifestè è diuersis partibus composita sunt, cuiusmodi animalia & plantæ, è materia valde dissimilari, siue semen, seu quiduis aliud sit, & à calore fiunt perblando, qui quam tenuitatem, & quem ingenerat spiritum, vel è non dura re minimè illum educit: nam robustus dissimilarem etiam materiam in vnum idémque, aut bene simile agit ens, & quam ei tenuitatem, & quem indit spiritum, educit etiam omnem, bene eum tenuem, & bene illam laxam faciens, ab hoc igitur calore nec planta vlla nec vllum constituitur animal. Nam vt suo amplius explicabitur loco, animal & planta spiritus est corpori, vt proprio tegumento proprióque inclusus organo. Neque verò hoc de omni animali prolatum accipiat quis, quandoquidem, vt fusius alibi tractatur, in homine aliud est animæ genus diuinum illud, & immortale, spiritus, & reliqui corporis forma vniuersi. Horum porrò constitutio, actiones, passiones, operationes multò quidem diligentius inspiciendæ explicandæque, at in alium reiiciendæ sunt tractatum. Nunc, quoniam naturalia corpora omnia loco in quo ponantur opus habent, & in loco omnia posita sunt, & motus omnis omnísque immutatio in tempore fit, quid locus, quid tempus sit, inquiramus.

CAPVT XXV.

Locum spatium esse à contentorum corporum mole diuersum: & inane dari posse.

LOCI naturam & quis locus sit inquirentibus, primùm quæ communis hominum consensus & sensus ipse loco attribuit, ponenda sunt. Tum, an quod antiquioribus multis positum est, inane vacuúmque, spatium scilicet penitus incorporeum, & quod aliud nihil prorsus, sed aptitudo modò quædam sit ad corpora suscipienda dari possit, num scilicet ens quippiam, vel quampiam eius partem è loco in quo locata est ita amouere liceat, vt nec ens aliud vllũ, nec ipse etiam aer in illum illabi queat. Nam si huiusmodi spatium fieri vsquam appareat, & quæ loco inesse visa sunt illi insint omnia, ambigere nõ liceat quin Mũdi vniuersi & entium singulorum locus huiusmodi spatium sit in quali, quod abstractum est ens, locatum erat.

Loco id primum inesse videtur, vt id (cuius est locus) in ipso sit, & vt quæ ipsum subeũt suscipere queat & suscipiat omnino omnia. Itaque locus entium quorumuis receptor fieri queat, & inexistentibus entibus recedentibus expulsisve nihil ipse recedat expellatúrve, sed idẽ perpetuò remaneat, & succedentia entia promptissimè suscipiat omnia, tantúsque assiduè ipse sit, quanta quæ in ipso locantur sunt entia, perpetuò nimirùm iis, quæ in eo locata sunt, æqualis, at eorum nulli idem sit nec fiat vnquàm, sed penitus ab omnibus diuersus sit.

Spatium porrò, quòd corpore nullo prorsus repletũ, ac propterea inane vacuúmque sit, dari posse, vel ipsis in clepsydris videre licet, quæ (quòd, si earum orificium ita occludatur, vt aer nullus in eas subire queat, itaque si ex infernis foraminibus inexistens aqua delabatur, superioris aquæ locus vacuus fiat, haudquaquam delabitur, sed vel quæ foraminibus ipsis superstat, sustinet sese) vacuum dari posse Peripateticis declarant. In vasis præterea omnibus, quæ ita eáque è re cõstructa & vndique occlusa sunt, vt nullus in ea ingressus aeri detur, hoc spectatur. Verùm, si vnum tantùm clepsydrarum foramen paulò amplius effereris, & infernam horum partem quiduis aperias, & ex illo & ex hac inexistentẽ liquorem statim decidere videas. E clepsydarũ prętęrea foraminibus, è quibus aqua non defluit, mel fluoresque alij quiuis paulò grauiores, & puluis amplius, vel minutissimos, at densus grauísque decidit. Insuper seream in molẽ ferreũ stylum si immittas, eámque & prius & postea ita cõprimas, vt si aer inerat vllus, exprimatur omnis nullúsq; eam subeũdi relictus sit aditus, ægrius fortè, at abstrahas illum tamen. Quin si ens quippiam crassioribus vaporibus crassioréve fumo aut aqua repleas, ac vndiq; occludas, vt aer nullus prorsus subire id queat, tum vehemẽs id exponas frigori, manifestè spacium vacuũ in eo fieri intuebere, nam aquã in glaciem, & minorẽ contractam in molẽ, vapores, fumúmq; in aquã conspissarũ experieris. Ad hæc, si vasis, quod è pelle, aliáve, at laxa cedentéq; re confectũ sit, orificium ori indas, & ore inexistentẽ aerem in pulmones attrahas, nõ aerem modò vasi inexistentem, sed ipsum vas in os conuolare senties, at non certè, si vas è densa renitentéque & inflexili confectum sit re. Follem itidem si comprimas, & occludas, vt nullus illabenti aeri aditus pateat, tũ eleues expandasq; si pellis laxa gracilisque sit, dirumpi eam videas, minimè verò si pellis crassa, densa & frangi inepta sit.

Igitur & in vase, & in folle spatiũ vacuũ fieri fatendũ est. Quódque nosquã vacuũ fieri apparet, nõ vniuersalis quædã natura, vt Peripateticis placet, præstat, quæ inane exhorrescens, ne vsquã fiat, prouideat, aerẽ aliáque cõtigua entia eò immittẽs, vnde quid recedit abstrahitúrue, & si inde ens quippiam recedere tentet abstrahaturue, quò ens aliud nullum immittere queat, nec recedere id, nec vlla externa à vi abstrahi sinẽs, & aquã sursum euehens, & in sublimi sustinens. Nam nusquam locorũ illa adest, nec qui, quæ, ne spatium vllum vacuũ fiat, molienda forent, moliri queat, intueri licet.

Sed illud profectò est mea sententia, quòd singulares entium naturæ, & ipsa omnino entia mutuò contactu gaudent, & à seipsis separari, seiungique non sustinent, proindéque singula, ne à contiguis seorsum fiant, si quippiam illorum recedat, vel quæ bene corpulenta sunt, & nullo, vel non quo id sectandum est moueri possunt motu, summa id sectantur velocitate, quòd ab illo seorsum fieri exhorrescentia, ita proprias intendunt vires, vt materiæ (cui inexistunt) molem pōdúsque, à quo ne mouerentur seseque sustinerent prohibebantur deorsumque detrahebantur, exuperent, & sursum, si opus est, efferant, atque adeo in sublimi sustineant. At vbi nimia illa est, & quam viribus nullis euehere, sustineréve queant, inuitæ quidem cedunt tamen, nihilque recedens sectantur, & contiguum ipsæ deserunt eius; & vbi itidem abstrahentis viribus teneri non possunt, à contiguis rebus remouentur, vnde intermedium spatium vacuum fit.

Dum scilicet angusta sunt clepsydrarum foramina, quòd modica aquæ portio, proindéque & leue ipsius naturæ sustinendum est onus, sustinet hoc illa, at non vbi, foramine amplificato, maior aquæ portio, grauiúsque sustinendum est onus: minus etiam, si angusta quidem foramina, vel vnum modò subsit, at moles magis in seipsam densata, vel multa sustinenda sit. Ferreus quoque stylus inuitus quidem à contigua cera abstrahitur, at abstrahentis viribus impar si sit, abstrahi ab his se finit. Vaporum itidem, fumique, & aquarum naturæ inuitæ à contiguis rebus recedunt, & inuitæ etiam in angustius se cogi sinunt, at quod exuperantibus externi frigoris viribus obsistere non possunt, simul & in angustius se cogi, & à contiguis remoueri patiuntur. Et propriæ vasorum, è quibus aer educendus est, folliúmque pellium naturæ, illorum, horúmque materiam flectere, disrumperéque si queant, ne recedentis aeris contactu priuentur, flectant eam, disrumpántve, minimè verò, si flecti ea, disrumpíve repugnet: quocirca, & vasorum, & ad apertorum follium spatium vacuum fiat oportet.

Itaque manifestè spatium ab entium mole diuersum dari potest, & datur omnino, & entia omnia in eo locata esse, & ex iis, quæ dicta sunt, & inde præterea intelligere licet, quòd quæ loco inesse oportere visa sunt, spatio insunt omnia: ens scilicet quoduis in ea spatij portione est in qua locatū est, & qua ipsius est locus, & penitus, vt dictū est, incorporeū, & actionis omnis omnisque expers cùm sit operationis: aptitudo scilicet quędam modò ad corpora suscipienda, aliud nihil prorsus, proindéque entium nulli prorsus simile dissimiléve aut contrarium, sed penitus ab omnibus diuersum cùm sit, nihilque à seipso differat vsquam, sed vnum idemque sit vniuersum, quauis in sui portione promptissimè ens suscipit quoduis, & inexistentibus commotis, recedētibúsque aut expulsis, nihil ipsum commouetur, nulláque ipsius portio recedens sectatur ens, sed vniuersum perpetuò immobile permanet, & succedentia suscipit entia, in tantáque ipsius parte singula locantur, quanta ipsa sunt entia, & quandiúvis ens quiduis quauis in parte immoretur, nunquam tamen hæc illi, nec illud huic simile fit.

Itaque quoniam spatium, quod à corporum mole diuersum sit, dari posse, & esse omnino, & in eo entia quędam locata esse, ipso comprehensum est sensu, & quæ loco inesse oportet manifestè ipsi insunt omnia, proindéque entium omnium locum ipsum esse, ipse itidem declarat sensus, vtique Aristotelis rationes, quibus huiusmodi spatium dari non posse, & corporum omnium locum, superficiem ea continentis esse asseruit, quoniam rem non esse ponunt quam esse sensu comprehendimus, ne inspiciendæ quidem essent, at, veritas vt amplius eluceat, exponantur tamen & examinentur.

Capvt XXVI.

Corporum omnium locum, continentis ea superficiem esse, Aristoteli placet.

Qvid locus sit, inquit Aristoteles, perspicuū fieri hoc modo potest. Sumamus de ipso quæ verè per se ei inesse videntur. Primùm igitur locum id, cuius est locus, continere, nihilq; eius esse arbitramur, Præterea locum primum, nec minorem esse, nec maiorem, nec à quâque res destitui, & separabilem esse. Deinde locum omnem superum & inferum habere, & vnumquódque corpus ad propria loca naturaliter ferri, & in iis conquiescere, idque aut in supero aut in infero loco efficere. Et alibi, His (inquit) suppositis, reliqua contemplari debemus. Enitendum autem est ita considerare, vt huiusmodi definitio reddatur, ex qua, & ea de quibus dubitatur dissoluantur, & quæ loco inesse videntur ei conueniant. Præterea difficultates & quæ de eo erunt dubietates cum ea innotescant, ita enim pulcherrimè vnumquodque fuerit demonstratum. Primùm quidem illud intelligentia est apprehendendum, nullam de loco futuram fuisse perscrutationem, nisi aliquis esset motus, qui ad locū pertineret, nam & cælum in loco esse ob id maximè arbitramur, quòd semper motu cietur. Horum autem alius est latio, alius accretio, & imminutio, in accretione enim, & imminutione, quod prius hic erat, locum minorem aut maiorem occupauit. Aliud verò per se actu mouetur, aliud quod ex accidenti, & huius aliud per se moueri potest, vt corporis partes & nauigij clauus, aliud non potest, sed semper ex accidenti, vt albor & scientia, hæc enim propterea locum mutant, quòd id, in quo sunt, mutent. Quoniam autem propterea in cælo esse dicimus, quod in aère, qui est in cælo, & in illo quidem non omni, sed ob extremum eius, quod continet (nam si vniuersus aer sit locus, æqualia profectò non erunt vniuscuiusque locus, & vnumquódque, videtur autem æqualis esse, talisque est primus in quo est) cùm id quod continet diuersum non fuerit, sed continuum in illo, non vt in loco esse dicitur, sed vt pars in toto: cùm autem seiunctum fuerit, & tetigerit in primo est extremo eius quod continet, quòd neque rei, quæ in ipso est, pars est, nec interuallo maius, sed æquale, quòd eorum, quæ se contingunt, extrema simul sunt. Et continuum quidem cùm sit, non in illo, sed cum illo mouetur, cum autem disiunctum est, in illo, seu id quod continet moueatur, seu non moueatur. Præterea cum diuisum non fuerit, vt pars in toto esse dicitur, ceu aspectus in oculo, aut manus in corpore: sin diuisum sit, vt aqua in vase, aut in dolio vinum: manus enim vnà cum corpore mouetur, aqua autem in vase. Quid igitur sit locus ex his iam constat. Quatuor enim ferè sunt, quorum vnum locum esse necesse est: aut enim forma, aut materia, aut interuallum aliquod extremis interiectum, aut ipsa extrema, si interuallum nullum sit, præter corporis, quod inest, magnitudinem: perspicuum autē est tria ex his esse non posse. Tum, vel si satis superius nec formam, nec materiam locum esse declaratum videri possit, hic itidem vtramque, & interuallum amplius, rationibus multis (quæ suo exponentur, examinabunturque loco) declarans, si, inquit, horum trium nullum est locus, nec materia, nec forma, nec interuallum, quod semper sit, ab interuallo huius rei, quæ trāsfertur, diuersum, necesse est quatuor illorum reliquum esse, nempe extremum, quod continet, atque id corpus dici contineri, quod latione potest moueri. Itaque corporibus singulis concauam superiorum corporum superficiem, à qua scilicet continentur, vt proprium assignat locum, igni videlicet cæli, aeri ignis, aquæ aeris, terræ aquæ concauum.

4.phy. tex 30 · tex.31 · tex.39

Capvt XXVII.

Quæ loco inesse Aristoteli posita sunt, non rectè omnia posita, nec continentium corporum superficiem locum esse decretum est.

NON rectè, vt videtur, loco inesse Aristoteli positum est, vt id, cuius est locus, contineat, & nũquam ab entibus omnibus destitui possit: quod enim declaratum nondum est, & declarandum omnino est, continentium corporum superficiem locum esse, & spatium, quod ab entium mole diuersum fit, dari non posse, sumit. Nam si id detur, quàuis vacuum nunquam fieret, quòd non spatij id locique natura, sed entium ingenium appetitúsque præstat, quæ seorsum ab aliis fieri & à nullo contingi æquè ac corrũpi exhorrent, proindeque aliquo recedente, quod contiguum est, sectatur id, spatiúmque ab eo derelictum replet, occasione tamen quapiam ab omnibus destitui posset, & ne destitui possit, non loci id (vt dictum est) sed entium naturæ tribuendum est. Non rectè itidem docet, naturalia corpora omnia ad propria loca naturaliter ferri, vt in iis conquiescant: etenim ignis & tenuitas quæuis non propterea sursum effertur vt in proprio fiat loco, à quo (vt alibi Aristoteles statuit) foueatur, seruetur, perficiatur, & in quo conquiescat, sed vt nostri Cæli crassitiem, à qua comprimi ac corrumpi se sentit, vitet. Terra verò & aqua, & paulò corpulentiora quæ sunt entia omnia, & ipsæ etiam flammæ quæ in crassiusculis accensæ sunt rebus, propterea deorsum delabuntur, quia inexistens calor, materiæ copiæ ponderique impar, deorsum ab ea detrahitur.

Nec intueri prorsus licet, cur ignis cælum, & aer ignem, & aqua aerem, & aquam terra contingendi appetitu teneatur, nihil à cæli natura ignis foueri, seruarique Aristoteli cùm possit, & nunquam cessante longéque rapidissimo ab eo circumuoluatur motu, & reliqua corpora, aer, aqua, & terra ab iis, à quibus continentur, non modò nihil foueantur, aut seruentur, sed assiduè oppugnentur, atque adeo corrumpantur. Tum vbivis locorum, & vel in profundioribus terræ partibus, integer modò in iis calor fiat, qualis in earum multis fieri videtur perfectissimus ignis fieri potest: nec quia qui in iis fieri videtur, & qui apud nos fit, lucet, propterea verus non censeatur: nam, vbi in summam actus tenuitatẽ inuisibilis factus est, sursúmque effertur, quin æquè igni à cælo contento perfectus fit, & si perfectus non fit, quã ipsi ad cælum elato, cæli contactus perfectionem adiicere queat, aut qui reliqua corpora, à corporibus, quæ ipsa continent, perfici Aristoteli possint, intelligentia assequi non possumus.

Et rectè quidem à motu ad loci inquisitionem inductos homines existimat. At, si quòd corpora, quæ mouẽtur nunquam non in loco fieri, sed è loco in locum migrare necesse est, & nunquam inane vacuúmque per spatium, sed perpetuò per quippiam feruntur corpus, propterea quampiam horum partem, eámque omnino quam attingunt, & à qua primò continentur, hanc entium locum ponendum esse Aristoteli visum est, non rectè visum est: fieri enim potest, vt aliud à corporum spatio spatium eum sit, & per id motus fiat, quæ mouẽtur tamen per alia corpora moueri appareant, quòd nũquam vacuum id, vacuum, sed semper corpore quopiam repletum sit, quod iis, quæ mouentur, amouendum findendúmque est. Quod igitur dictum est prius, & diligẽtius, quàm factum videtur, num spatium id dari possit intuendum, & firmioribus proximioribúsque, & ipsis prorsus à rebus, ipsoque sumptis à sensu, proindeque & manifestis apertísque rationibus dari non posse declarandum fuit: nam quibus id declarat, Peripateticis etiam omnibus longè obscurissimæ, & eorum optimis infirmissimæ & inanes insuper videntur. Verumtamen & eas, & quibus qui illas damnant id docere nituntur, indagemus.

CAPVT XXVIII.

Aristotelis Peripateticorúmque rationes, quibus spatium à corporum mole diuersum dari non posse astruunt, exponuntur & examinantur.

SI spatiũ aliquod sit (inquit Aristoteles) quod per sese esse, & in eodem loco manere natura sua aptum sit, infinita profectò erunt loca: aqua enim & aere locum mutantibus, quod vniuersa aqua in vase facit, idem partes omnes in toto facient. Quòd nimirum si aere è vase exeunte aqua id subeat, per spatium aquæ vasis spatium meabit, & quæ totius aquæ spatij ad totum vasis spatium ratio est, eadem partium ad partes erit, vt quemadmodum totum per totum meat, & totum in toto est, vt in loco ita partes per partes meabunt, & quælibet aquæ pars in aliqua spatij parte erit, vt in loco. Cùm verò aqua continuum quoddam sit, quod infinitè potest diuidi, per ipsius spatium vasis spatio meante, & omni ex parte diuidente, infinitè erit diuisa, ob eámque causam infinita erunt loca. Tum, & locus (inquit) loco mutabitur, multáque loca simul erunt. Nam si aqua in vase sit, & vasis ipsius spatium aquæ sit locus, & vas è loco in locum transferatur, ita vt vas in alio atque alio fiat spatio, efficietur profectò vt aquæ locus spatium, quod vasis extremis interiacet, locum mutet, aliúmque locum, aliud videlicet occupet spatium, itaque locus in loco fiet, & loca multa simul erunt. Tribus igitur incommodis eos premi Aristoteles decernit, qui spatium à corporũ mole diuersum entium ipsum locum esse ponunt: primo quidem, quòd infinita erunt loca, secundo, quòd locus in loco erit, tertio, quòd multa loca simul erunt. 4. Phys. tex. 37.

Et verè primo premuntur, & infinita erunt loca, si spatium & quod in eo ens locatur mutuò sese diuidant, in infinitas enim diuidantur partes, proindéque quòd partes singulæ proprio in loco ponendæ sunt, infinitis opus erit locis: & secundo itidem, tertioque, locus scilicet in loco erit, & multa loca simul erunt, si locus simul cum ente, quod ea eo transfertur, transferatur, si scilicet mobile sit, & singulas eius partes cum ente, & quamuis ipsius partem cum ente, quod ex ipsa migrat, migrare & ipsam. Quoniam verò spatium, quòd antiquioribus nobísque positum est, penitus incorporeum est, proindéque vt entia quæ ipsum subeunt in seipso suscipere queat, nec ipsum ab illis nec illa ab ipso diuidenda sunt dissecandaque, & penitus etiam immobile est, incommodorum quæ exposita sunt nullum nos excipit, & quin spatium locum ponere liceat, vel Peripateticorum, & quidem optimorum testimonio, nulla Aristotelis ratio obstat.

At illi iidem, quòd, si non rationes etiam omnes, at omnes certè huius positiones tuendas susceperant, si (inquiunt) spatium locus sit, in quo corpora suscipiuntur, quoniam corpora trinam sortita sunt dimensionem, & quanta sunt, vtique & spatium, quod illa suscipit, trinam & ipsum dimensionem habeat oportet, quare & quantum corpus sit oportet, nam aliarum quantitatũ nulli, sed corpori tantum illa attribui potest. Corpus si sit, vel mathematicum, vel naturale erit, at mathematicum si sit, cùm non secundum rem, sed secundum nostrã imaginationem modo subsistat, naturalium corporum locus esse, eáque in seipso suscipere non potest, minus etiam, si naturale, nam tale si sit, mobile, & in loco etiam sit, quorum vtrunque spatio abnegant qui id ponunt. Mirari sanè licet etiam, spatium (quod penitus Aristoteli ignotum fuit, quin quod dari non posse acerrimè is contendat, & quod, si detur, necessariò quale nobis positum est, ipsis etiam incorporeum immobileque ponẽdum sit) num dari possit inquirentibus, propterea dari non posse visum esse, quòd corporum magnitudinúmque quæ Aristoteli notæ fuerunt nulli congruat, & quòd, si sit, iuxta Aristotelis decreta, mobile, & in loco esse oporteat: quorum neutrum spatio tribui potest.

Si dari id non posse declarare propositum erat, nõ inde declaratum erat, quòd à corporibus magnitudinibúsque, quæ Aristoteli notæ fuerunt, seclusum sit, sed nusquam id dari posse demonstrandum, nullis scilicet artibus ens vllum eiúsve partem è loco, in quo positum est, educi, aut minorem in eo cogi posse in molem quam ens aliud vllum nec ipse etiam aer subire queat, siquidem quæ sensu percipi possunt, & quæ num sint, sensus

diiudicare potest, rationibus nullis prorsus, at iis certè minus quæ non ipsis à rebus ipsoque depromptæ sunt à sensu, sed ex hominũ manant decretis & logicæ omnino sunt, egent. Minus etiam spatium si sit, naturale nũ sit inquirendum, cùm per se & natura subsistat, & naturalia entia locati vt possint, necessarium cùm sit. Tum si spatium (inquiunt) quale ponitur sit, nulla agente operantéque natura donatum sit; & nihil prorsus agat operetúrve, nequaquam (quæ loco conueniunt, & quæ agere operaríque videtur locus) ipsi insint, nec ea ipsum agere operarique queat. Non corpora, quæ in ipso posita sunt, generandi, alliciendi, conseruandi, perficiendique vim obtineat, nec locus locato similis sit: nec loca à seipsis differant. Iure quidem ea omnia loco inesse, & omnia à nobis, qui spatium locum esse ponimus, efflagitent, & quòd eorum nullum spatium præstare potest, locum spatium poni non posse decernant, si quæ propria loca Aristoteles corporibus attribuit, iis illa præstent omnia.

At quoniam, vt superius dictum est, corpora singula à corporibus, à quibus continentur, à propriis locis Aristoteli suisque assiduè oppugnentur & corrumpuntur, contraria planè sunt, non propterea quòd spatium nihil quæ in ipso locata sunt fuueat, nullámque ad ea similitudinem sortitum sit, entium locus poni non potest, quin magis, quàm continentis superficies, ponendum est, nam si nihil ea fouet nihilque eis simile est, at nihil certè oblædit nihilque contrarium eis est. Quantitati præterea, inquiunt, per se locus debetur, itaque & spatio, quantum & ipsum cùm sit, locus triboendus etit. Mirari sanè licet incorporeo spatio, & quod si sit, vel ipsis entium omnium, & Mundi vniuersi locum esse necessario statoendum sit, locum tribuendum esse, videri posse. Tum si vas, inquiunt, aquæ plenum ex alio in alium transferatur locum, quoniam spatium in quo locatum est (vt id ponentibus placet) non transfertur, sed aqua spatium variat, non vas tantum, sed aqua etiam, quæ vasi inest, per se mouebitur, quod est absurdum. Si quæ aliis quidem inexistentia, & cum iis commota, at per proprium perpetuò delata locum, perpetuóque in proprio fiunt loco, per se moueri Peripateticis, vt videtur, placet, aqua etiam vasi indita, & cum eo commota, veluti & vas per se mouebitur, & aquam vasi inditam, & cum vase commotam (si quæ ab aliis gestantur moueri ea dicere licet) veluti & vas per se moueri si ponamus, quid absurdum positum sit, vel iuxta Aristotelis positiones, intueri non licet. At, vt dictum est, non quæ iuxta illius decreta, sed quæ iuxta rerum naturam euenire non possunt, si ponantur, absurda sunt.

Præterea, inquiunt, si spatium (nam, vt veritas amplius eluceat, vel quæ exposita examinataque sunt iterum exponere iterumque reiicere non grauabimur) vnum eiusdémque naturæ sit vniuersum, differentium corporum locus esse non poterit, locus enim locato similis sit oportet. Rectè quidem, si aer, à cuius superficie amplior terræ portio continetur, & Cælum igni simile Peripateticis positum sit aut poni possit. Adhuc quantitatem, dicunt, spatium sortitum cùm sit, nequaquam, quod iis qui illud ponunt fieri placet, per omnes corporum, quæ in eo ponuntur, partes dimentionesque penetrare permeareque poterit: tum si penetret, simul & spatium, & corpus in eo locatum erit. Equidem spatium, quod ponimus, penitus incorporeum & veluti non ens, & vt probauimus) aptitudo modò quædam ad corpora suscipienda, aliud nihil prorsus cùm sit, proindéque corporibus quæ ipsum subeunt nihil reniti repugnareque cùm possit, in ipso illa vt locentur, nihil sibi ipsis immisceri & mutuò sese diuidere dissecaréque opus esse existimo. Cur enim nihil ea ab ipso cum penetrentur, non in ipso locari queant? At si à spatio ea penetrari velint, incorporeum cùm sit, quin qualiacunque sint corpora penetrare queat omnia, haud est dubitandum. Et vt spatium, quódque in eo suscipitur corpus simul fiant, quoniam incorporeum est spatium, nullum consequitur incommodum.

Postremò locus, addunt, locato nobilior & prior etiam est, at spatium quantitatis & substantiæ omnis expers, & accidens cùm sit, corpibus quæ in ipso locata sunt, nec nobilius nec prius videri potest. Non perperàm forte, si Peripateticis & qui Aristotelis decreta omnia, veluti ipso à Deo prolata venerantur, spatium locum poni non posse persuadendum foret, at quoniam cum iis modò contendendum est, qui hanc saltem illius positionem demoliri student, & inane spatium entium locum ponendum esse contendunt, non quæ iuxta Aristotelis decreta, sed quæ iuxta rerum naturam incommoda eos excipiunt, exponenda Peripateticis erant. Etenim locum quidem iis, quæ in ipso locantur priorem oportere esse omnes reor admittunt, at cur nobilior etiam ponendus sit, non omnibus intelligere licet. Supremum certè Cælum, quod velint nolint, in loco ponant necesse est, in loco qui ipso nobilior sit locari non potest: nam per se corporum nulli spatium cùm inhæreat, sed per se existat, perpetuóque idem cùm permaneat, & quod si existit in eo Mundus locatus necessariò sit, cur accidens ponendum sit mente non concipitur.

Quod dictum est, non alia ratione vlla spatium dari non posse Peripateticis contendendum, sed nusquam fieri id posse declarandum, nam si sit, quòd non reliquorum modò entium, sed cæli etiam ipsius locus sit, si non prius, cum ipso certè Mundo factum fuerit, necesse est. Itaque nisi Aristotelis ratio, qua, si vacuum detur, motum fieri non posse astruit, quòd si per vacuum fiat, in instanti fiat, obstet, spatium, quod ponimus, corporum omnium & Mundi etiam ipsius locum esse statuere liceat: at nihil prorsus ea obstat, nam vel si spatium quale positum est verè existit, nusquam tamen cum sit, quòd (vt dictum est) corpora quæ in eo locantur separari seiungique à seipsis non sustinent, sed sibiipsis perpetuò adhærent, nulla spatij portio vacua remanet vsquam: sed vniuersum corpore quopiam repletum est. Quocirca quę mouentur corpora, nusquam per vacuum, sed per alia perpetuò feruntur corpora. Tum si detur vacuum, nequaquam tamen (vt Aristoteli placet) nullo in tempore motus fiat, qui enim, vel si à nullo, quæ per intermedium spatium feruntur, retardentur, è cælo in terram nullo lapis descendat temporis momento, atque simul & in cælo, & in terra sit?

Quas ob causas quoniam vt visum est sensus ipse entia in spatio contineri ab ipsorum mole diuerso nobis manifestat, & nulla Aristotelis suorúmve ratio id fieri prohibet, & satis continentium corporum superficiem corporum locum poni non posse est demonstratum, reliquæ difficultates, & bene eæ magnæ, à quibus Aristotelis sententiam vrgeri vel suorum complures declarant, nequaquam exponendæ videntur. Sed quid sit tempus, & in ipsius Aristotelis dictis speculemur: rectè enim è quibus illius natura intelligenda est, nos edocet, proindéque in iis simul, & quid Aristoteli visum fuerit, & quid sit tempus innotescet.

Capvt XXIX.

Quid sit tempus.

QVid sit tempus inquirens Aristoteles, reiectis antiquorum opinionibus, quibus aliud, atque aliud visum id esset, postremò, & motum non esse declarans, inquit. At neque sine mutatione est, cùm enim ipsi cogitatione nihil mutamur, aut si mutamur minimè animaduertimus, nullũ tempus præteriisse nobis videtur, quemadmodum nec hisce, quos fabulæ tradunt in Sardo apud Heroas dormire, cum à somno fuerint excitati. Prius enim momentum cum posteriori coniungunt, vnúmque efficiunt, & id quod intercedit eximunt, propterea quòd sensu id non apprehendunt. Vt igitur si aliud, & aliud temporis momentum non esset, sed vnum & idem, tempus nõ esset, ita cùm aliud atque aliud esse nos latet, medium tempus nullum videtur esse. Quamobrem si, cùm

4.phy. tex.97

cùm nullam distinxerimus mutationem, euenit, vt temporis nulla nobis sit cogitatio, sed in vno & indiuiduo manere anima videatur, cùm autem sensu apprehendimus, & disiungimus, tum tempus præteriisse dicimus, perspicuum est sine motu & mutatione tempus non esse, ita illud constat tempus nec motum esse, nec absque motu. Sumendum verò est (quandoquidem quid est tempus quærimus) quid sit ipsius motus, hinc exordiũ ducendo, simul námque & temporis, & motus sensum habemus. Nam in tenebris, quanquam corpus nostrũ nihil patiatur, si tamen animo agitemur, statim tempus aliquod simul videtur fuisse: sed & cùm tempus aliquod videtur præteriisse, simul & motus quidam apparet fuisse, quare aut motio aut motionis aliquid est tempus, cũ igitur motus non sit, aliquid eius sit necesse est. Cùm autem id quod mouetur ex aliquo ad aliquod moueatur, magnitudóque omnis continua sit, magnitudinem motus consequitur. Quòd enim magnitudo continua sit, motus quoque est continuus, quòd autem motus & tempus, nam quantus motus est tantùm & tempus videtur semper fuisse. At verò prius, & posterius in loco primum sunt, quandoquidem situ in eo insunt. Cùm autem in magnitudine prius & posterius insint, necesse est & in motu prius & posterius inesse iis quæ illic sunt, proportione respondentia. Atqui etiam in tempore illa insunt, quòd horum alterum semper sequatur. Prius autem & posterius in motu, re quidem ipsa & subiecto idem sunt, quod motus, ratione verò diuersa sunt, & motus non sunt. Atqui & tempus cognoscimus cùm motum distinguimus, priori & posteriori distinctis, túmque fuisse tempus dicimus cùm prioris, & posterioris in motu sensum habuerimus: distinguimus autem, quòd aliud & aliud ea esse, & aliquid aliud intercedere existimamus. Cùm enim extrema à medio diuersa esse animo concipimus, temporísque momenta duo esse anima affirmat, aliud quidem prius, aliud posterius, tum hoc ipsum tempus esse dicimus. Nam quod momentis terminatur, tempus videtur esse, idque positum sit. Cùm igitur temporis momentum vt vnum sensu apprehẽdimus, non autem vt prius & posterius in motu, vel vt idẽ quidem, non tamen prioris aut posterioris alicuius, quod scilicet prioris alicuius sis finis & posterioris alicuius principium, nullum tempus videtur fuisse, quandoquidem nec motus. Cùm autem prius & posterius, tum tẽpus dicimus. Hoc enim est tempus, numerus motus ratione prioris & posterioris. Non ergo tempus est motus, nisi vt numerum motus habet. Argumentum autem est, quòd plus & minus ex numero diiudicamus, maiorem verò & minorem motum ex tempore. Tempus ergo numerus quidam est.

Rectè quidem Aristoteles ex entium motu immutatione que in temporis cognitionem nos inductos esse, & nullum prorsus temporis sensum fieri nobis posse, sine motus cuiuspiam sensu, docet, quin scilicet motum quempiam intueamur recordemúrue: at non rectè, vt videtur, ex iis tempus sine motu & mutatione non esse colligit. Cur enim, cùm tempus vt sit, entis nullius motus immutatióue præstet, sed per se existat, ab entium motu pendeat, & si nullus motus nulláque fiat immutatio, tempus itidem esse fluere que cesset? Non rectè itidẽ, propterea quod nec tempus seorsum à motu, nec motũ seorsum à tempore vnquam, sed perpetuò cum altero & alterum apprehendimus, tempus conditionem affectionemue quampiam & motus quid esse decernit. Nam vel si nullam prorsus affinitatem cognationémue motus cum tempore habeat nihilque prorsus illius tempus sit, sed penitus ab altero alterum diuersum sit, quoniam motus immutatióque omnis in tempore fit, eiusque & breuitatem & diuturnitatem tempus nobis manifestat, & tempus nullum nobis præterit, in quo motum quempiã non intueamur recolamúsue, necessariò vbi motus cuiuspiam nobis sensus fit, quòd eius itidem durationis sensus fit, temporis itidem, in quo ille factus est, sensus fit: & vbi temporis, motus itidem qui in eo factus est. Itaque non, quòd nunquam alterius tantum, sed perpetuò vtriusque simul sensus fit, propterea alterum alterius quid esse statuendum est, sed id tantùm quod euenire videtur, motum scilicet omnem suo in tempore fieri, & motum prorsus nullum sine tempore fieri posse, ea videlicet tantùm alteri ad alteram cognatio affinitasq́; tribuenda est quæ tributa videtur. Minus etiam continuitas, & prius posteriúsque tempori iodendum fuit, quòd quantitati proiodéque & motui, qui super ea fit, insunt, nihil enim à motu cùm pendeat tempus, sed per se (vt dictum est) existat, quas habeat condisiones, à seipso habet omnes, à motu nullam prorsus.

Mirandum præterea est, motui prius posteriúsque propterea inesse visum Aristoteli fuisse, quod & magnitudini, super qua fit, insit. Etenim cæli, cuius motus præcipuè tempus, numerum, mensurámque esse Aristoteli placet, pars nulla alia prior posteriórque est. At vt dentur hæc omnia Aristoteli, nõ certè, vt tempus motus, numerus, mensuráve aut passio, affectióve quæpiam sit, dari potest: qui enim res, quæ principio finéque Aristoteli caret, & quæ nusquam sibi ipsi difformia nulláque ab intermedia re distincta est vsquam, rei, quæ passim terminatur immutatúrque, cui omnino terminum quempiam & quampiam assignare liceat distinctionem, numerus mensuráue sit: aut qui res vlla rei passio affectióve sit, cui nihil inhæret vnquam nihilq́; commune habet, & à quo penitus diuersa est? Itaque, si quam coniunctionem, cõnexionémque & affinitatem tempus motúsque inter se sortita sunt, ea modò tribuenda iis est. Tempus mora sit, duratióque, & spatium, at non super quo, aut per quod, sed in quo motus immutatióque fit omnis. Et motus tẽporis sit mensura, at non omnis, sed cæli modò, qui nimirum vnus continuus est & vniformis.

De principiis primísque corporibus, quot & qualia sint, insuper de ortu & interitu in vniuerso hucúsque actum. Nunc quid antiquiores Philosophi, Aristoteles potissimum eiusque asseclæ, qui sine dubio in hoc genere cæteris omnibus longè antecellunt, hisce de rebus senserint accuratè est excutiendum, vt nostra simul sententia clarius explicetur atque adeo probetur.



BERNARDINI THELESII Consentini,

DE RERUM NATURA iuxta propria principia, Liber secundus.

CAPUT I.

Nihil inferre Peripateticorum rationem, qua, quæ communem materiam sortita sunt entia, vel à nullo passa contrario, corrumpi astruunt.



OMNIUM, quæ materiam sortita sunt entia, vel si nullo à contrario agente oppugnentur, corrumpi tamen omnia Aristoteli suisque placet omnibus, quòd formas illa naturásque omnes suscipere apta cum sit, nequaquam ab vna perpetuò detineri aut queat, aut velit, sed alias omnes quas suscipere potest appetat, & suscipiat tandem omnes oportet: neque enim illas suscipiendi appetitus facultásque frustra insit. Itaque vel nulla externa in inexistentem contraria agente forma, sola materiæ appetentia potentiaque illam eiicere satis Aristoteli est. Et propterea sublunarem ignem, vel si à nullo is contrario ipsi etiam oppugnari videtur, assiduè tamen corrumpi decernit. Et vera si sit ratio, non terra modò, sed ipsum etiam cælum, secus ac nobis visum est, corrumpætur. Quamobrem explicanda amplius, excutiendaque est illorum sententia.

Principiò formæ omnes omnésque qualitates materiæ vniuersæ, & cuiuis eius portioni simul inexistere Peripateticis videntur, at non semper actu omnes, sed vnica tantùm, reliquæ verò potentia, non agentes, sed veluti stertentes: quæ nisi actu interdum, & æterno tempore veluti per vices fiant, frustra ibi inditæ sint. Id verò, quòd veluti inertiæ imperitiæque naturam incuset, pacto nullo admittendum existimantes Peripatetici, materiæ, inertissimæ rei, & quæ actionis omnis per se penitus expers, quin veluti non ens, & id modò Aristoteli sit, quod ab agentibus fit naturis, harum quas vult, vel à quibus detinetur, & quæ in ea vigent, veluti in soporem deiiciendi, alias contra, quæ stertunt, & veluti demortuæ in eius latebris latent, veluti excitandi & in lucem actúmque agendi facultatem attribuunt, propriis placitis rerúmque naturæ repugnantes, & aliis, vt videtur, multis peccantes modis. Nam rem ponunt quam nulla concipere queas imaginatione, agentes naturas agendi vi exutas stertentésque, & longè plurimas summéque inter se contrarias, sibiipsis connexas vnitásque, penè & vnum factas, in materiæ parte quauis, & veluti puncto in eodem simul existentes, cùm quæuis materiæ portio & punctum quoduis in quoduis transmutari possit ens. Tum, si formæ omnes materiæ perpetuò insint, nequaquam forma vlla vel vnquam corrumpatur vel generetur vnquam, sed quæ interimi videntur corrumpique, veluti in soporem deiiciatur, expergefiat quæ generari videtur, perpetuò existens eadem, at modò actu, potentia modò, modò vigens, agensque, stertés modò agendi vi exuta. Formarum itaque eductio omnis non ipsarum productio, sed expergefactio sit aut reuocatio, quæ in materia eadem perpetuò remanent eædem, eò duntaxat a seipsis differentes, quòd non perpetuò vigilant atque operantur, sed stertunt interdum & desides fiunt.

Mirum præterea, si quæ actu existentem agentémque & repugnantem deturbauit interemítque, demortuam iam, aut in altissimum soporem deiectam, omníque agendi vi exutam, non penitus eiiciat penitúsque interimat contrariam & ipsius interitum assiduè expetenté, molientémque, & quæ exitium allatura sit tandem, nisi quid materiæ natura existat, sed formę tantùm in potentia: nullus itaque materiæ sit vsus, sed solæ formæ sufficiant, quod Aristoteli placere haud potest, materiam subiectúmque ad rerum generationem maximè necessarium, longéque illius naturam à priuatione & à formis in potentia diuersam iudicandi: quæ igitur forma contrariam actu existentem vigentémque, & repugnantem deturbauit, nequaquam vel potentia vel alio pacto vllo ibi esse sinet. Calor nimirum, qui terræ frigus vigens in illa actuque existens deturbauit agendique vi exuit, nequaquam in materia quam penitus occupauit, & in aqua iam diu viget ipse regnátque, vel potentia, vel alio ibi modo esse volet vllo, vel vllo degere pacto: nam nec repugnare, nec sese occultare, nullas subire latebras potest, in quibus à calore penitus omnia permeante & occupante non deprehendatur & deprehensum non exitio detur. At, vt hoc non possit forma exuperans, nunquam certè ipsa à profligata iam omnique agendi vi exuta patietur, minus etiam à materiæ potentia, & à materiæ alias ad formas suscipiendas aptitudine vel appetitu superetur agendíque vi exuatur, aut in materiæ gratiam libens ipsa latebras subeat, pene & esse cesset, quæ seruari & in subiecta diffundi omnia, & iuxta propriam naturam perpetuò operari summè appetit quæritque, & summis incessanter cōtēdit viribus.

Non igitur, vt Peripateticis placet, quæ generari videntur formæ materiæ præinexistunt omnes, idque modò ab externis agentibus formis habent, quòd materiā ex illis concinnant aptámque faciunt, & hoc facto, per se illæ è materiæ sinu, in quo delitescebant ac stertebant, emergunt & in opus exeunt, sed nihil prorsus præexistētes verè ab illis fiunt, veréque eum entibus generantur, seipsas amplificandi, multiplicandi, & è propriis sedibus nihil in his imminutæ effundendi, & alienas subeūdi, præinexistentibúsque naturis inde eiectis, sese in iis constituendi facultate præditæ naturæ agentes, quorum entium naturas exuperant, non sui similes, potentia in iis existentes in actum agunt, sed ea ipsæ occupant, & seipsas in iis indunt constituuntque, & huiusmodi facultatem ipsi in primis formis attribuant Peripatetici oportet. Neque enim externam materiam concinnent, nisi proprias vires, seipsas in eam effundant, & luci eam facultatem cùm attribuant, calori itidem,

eidem, cui manifestè inhæret lux, attribuant, necesse est. Quapropter, vel si non calor ipse rerum sit forma, sed eius organum (quoniam organi casum forma insequi, & formæ ductu magisterióque organum agere Peripateticis videtur) forma etiam proprias vires & seipsam cum calore emittar necesse est. Cui porrò ipsa insidet sedi, alij vt eam concedat, in eiúsque gratiam ipsa, vt inde recedat & pereat, quantumuis illa similis sit cognatáque, nunquam Peripatetici persuadeant.

Minus etiam fundamentum, cui ipsorum ratio innititur, firmum monstrent vnquam. Ea enim quidem, quæ entium singulorum propria est potentia, & qua iuxra propriam naturam operari possunt, non ad actum modò ducatur, sed actui inhæreat semper sempérque actui infixa, & vnum prorsus actui sit oportet, quæ nimirum singulis inexistens, & singulorum propria, externo nullo ad proprium indiget opus. At certè qua ab aliis pati possunt entia, nequaquam, vel eorum quæ agunt, vel eorum quæ patiuntur corrumpuntúrque est propria, & nequaquam libera absolutaque, sed vtrorúmque illorum communia & veluti sub conditione, si scilicet agenti coeat patiens, debilius robustiori, neque enim coite hoc illi & hoc agere, pari illud, necessitas cogit vlla. In quæ igitur quauis occasione contrarium robustiúsque agere nõ potest, æterna appareant illa, & nunquam corrumpãtur.

CAPVT II.

Rationes, quibus Aristoteles cælum igneum non esse, & Peripatetici nonnulli calorem frigúsque substantias non esse astruant, exponendas examinandásque esse.

CÆLVM vniuersum, ipsum etiam Solem caloris prorsus expertem, & calorem qui assiduè à Sole emanat, non ab eius natura & substantia emanare, sed ab eius fieri motu, à quo sublunaris aër commoueatur, conteratur, diuellatur etiam, segregetur, & ad terram vsque deuoluatur, summè Aristoteles contendit. Et, vt suorum multis placet, calorem frigúsque nequaquam substantias & naturas esse statuit, quæ informem, inertémque materiæ molem subeuntes, in terram, aquam, aërem, ignem, & in reliqua eam agant entia, non ex rerum stor formæ, quarum præsentia atque opera, quod sunt, quod agunt, quod operantur, sint, agant, operentur entia, sed cùm terræ, aquæ, aëri, igni, tum verò & reliquis entibus, plantis præsertim & belluis alias à calore frigoréque inesse naturas, & longè eas calore & frigore præstantiores nobilioresque & diuiniores, quarum calor & frigus organa sint, quæque vera rerum sint principia, formæ & substantiæ.

Nos rationes, quibus vtrunque astruitur, diligentissimè ponderabimus, cùm de rebus agatur, quibus ignotis nihil fortassis in naturam notum esse queat. Atque si firmæ eæ sint, veræ, & necessariæ etiam (huiusmodi enim sint oportet, quæ res adeo sensui repugnantes contrariásque suadere conantur) non amandus modò amplexandusque, sed summopere etiam admirandus, quin numinis instar venerandus sit Aristoteles, qui excellenti ingenij acumine & magnitudine solis naturam non igneam, qualis sensu percipitur, sed ab igne diuersam esse intellexerit, modúmque insuper indagauerit, quo non calidus sol calorem assiduè in terram demittat, illámque in tot agat entia, & qui insuper cum nulla ab igne edatur actio quæ caloris non sit, aliam tamen igni, vt primus fortasse omnium illi tribuit Auerroes, inesse inspexerit substantiam, cuius organum sit calor. Sin contra nullum habeant robur, non is sectandus qui solem iis viribus eaque spoliet natura, qua donatum esse eius species & actio manifestat & operatio, qui igni reliquísque entibus naturam impartiatur, cuius nec species, nec actio, nec operatio spectatur vlla, qui denique nequaquam, quod docere professus fuerat, rerum nos naturam, sed suas doceat opiniones.

CAPVT III.

Rationes signáque, quibus Aristoteles non igneum esse cælum declarat, & diuersa à sublunaribus substantia ipsum donat.

OMNIA, inquit Aristoteles, naturalia corpora & magnitudines secundum seipsa mobilia dicimus esse, naturam enim principium motus ipsis esse dicimus, omnis autem motus secundum locum, quem vocamus lationem, aut rectus aut circularis aut ex his mixtus est, simplices autem hi duo soli, causa autem, quia & magnitudines simplices, quæ recta, & quæ circularis est, tantùm sunt. Circularis igitur est qui circa medium, rectus autem qui sursum & deorsum, dico autem sursum, qui à medio, deorsum autem, qui ad medium, quare necesse est omnem simplicem lationem, hanc quidem à medio, hanc autem ad medium, hanc verò circa medium esse. Quoniam autem corporum hæc quidem simplicia, hæc autem composita ex iis sunt, dico autem simplicia quæcunque motus principium habent secundum naturam, vtputa ignem, & terram, & horum species, & cognata his, necesse est & motus hos quidem simplices, hos autẽ quodammodo mixtos esse, simpliciúmque simplices, mixtos autem compositorum, moueri autem secundũ prædominans. Siquidem igitur est simplex motus, & simplex motus corporis simplicis est, etenim si compositũ fuerit, secundum simplex prædominans erit, erit igitur necessarium esse aliquod corpus simplex, quod natum est ferri circulari motu secundum sui ipsius naturam. Nam si qui vnius est vi alterius fieri contingit, at natura impossibile est, si quidem singulorum simplicium corporum vnus est secundum naturam motus. Præterea, si motus præter naturam motui secundum naturam, & vnum vni contrarium est, necessariò, quoniam circularis motus simplex est, si corporis, quod circumfertur, proprius naturalísque is non est, præter naturam ipsius is sit: si igitur ignis id aut aliud huiusmodi naturalis ipsius motus circulari contrarius erit: at vnum vni cõtrarium, & motus qui sursum deorsumque motuò sibipsis contrarij sunt, quòd si aliud ab iis, quod circumfertur, corpus sit, erit vtique alius naturalis ipsius motus, at hoc prorsus impossibile, nam si sursum ignis sit, aut aër, si verò deorsum aqua, aut terra. Tum ignem sursum modò, non & circulo etiam natura moueri, sed, quod alibi declarauit à cæli conuersione trahi supponens, Ex iis, inquit, manifestum est, quia nata est esse quædam alia corporis substantia, præter has, quæ hîc sunt consistentes, dignior & prior is. Corporis nimirum, quod circumuoluitur, naturam, substantiámque sublunarium nulli similem, contrariámve, sed diuersam esse, itaque sublunarium conditionibus nullis prorsus donatum esse cælum. 1 de cæl. cap 2.

Vniuersa Aristotelis ratiocinatio huiusmodi videtur. Quoniam natura motus principium est, quæ natura cõstant corpora mobilia secundum locum sint omnia, proprium omnia naturalémque habeant motum, & vnum modò simplicémque, quæ vna à natura constituta ac simplicia sunt, & contra, quæ simplici mouentur motu simplicia sint oportet. Nam si & quæ pluribus à naturis constituta, & veluti è multis corporibus composita sunt, vno & ipsa & simplici moueri videntur motu, propterea ita mouentur quòd naturarum, à quibus constituta sunt, vna reliquis veluti prædominatur, cuius mouentur motu. Simplex verò motus rectus tantùm est & circularis, siquidem & magnitudinum linearúmque, super quibus motus fiunt omnes, & quarum formam motus sequantur oportet, recta tantùm circularísque sibiipsi perpetuò similis & vniformis, itaq; simplex est. Rectus is dicitur qui à Mundi medio sursum, & qui huic contrarius ad mundi medium & deorsum fertur, circularis autem qui circa Mundi medium circumuoluitur.

At verò, cum corporum singulorum motus à singulorum natura emanent, quam motus ad seipsos cognationem similitudinémque aut contrarietatem sortiri sunt, eam etiã & naturę, a quibus corpora constituta sunt, ad seipsas sortitæ sint oportet, similes cognatæque sint quę similes & contrariæ quę contrarios, & diuersæ quę diuersos motus edunt, oportet. Ergo cùm terra & aqua ad medium, aer & ignis à medio, Cęlum circa medium natura moueatur, & motus à medio motui ad medium, vnúmque non pluribus, sed vni modò contrarium sit, terra profectò aquę & aer igni similis, horúmque vterque illarum vtrique contrarius, cęlo autem neque illarum neque horum vllus aut similis aut contrarius, sed omnes à natura constituti sint oportet, quę à cęli natura prorsus diuersa sit. Nam circularem motum cęlo secundum naturam esse vel inde patet, quòd ne effingi quidem potest, quod contra naturam circulari motu moueri queat. Quoniam autem simplex is est, itaque quod eo mouetur vel secundum naturam vel contra naturam mouetur, & quod contra naturam simplici quopiam motu mouetur naturalis eius motus illi contrarius & simplex omnino sit oportet, si corpus aliquod circulari motu contra naturam mouetur, naturalis eius motus rectus, & aut sursum aut deorsum sit, necesse est, at horum alter alteri contrarius, & vnum vni contrarium cùm sit, alij contrarius esse non potest: vtique corpus, quòd circulari motu contra naturam moueatur, prorsus dari non potest.

Mirum prętерea somméque rationi aduersum, corpus quod motu circulari moueri videtur, contra naturam, eo moueri, continuus ęternúsque vnus is cùm appareat & corpus, quod eo mouetur, nihil vnquam immutetur, siquidem motus operationésque quęuis quæ contra naturam eduntur, & ipsę & quę eas edunt natura breui deficiunt omnes. Quapropter, quoniam simplicium corporum cælum circulo, ignis & aër sursum, terra & aqua deorsum natura mouentur (nam ignis non iuxta sui ipsius naturam, sed à cæli conuersione tractus, cum eo circumuoluitur) terra & aqua, igni aëríque contraria, cælum eorum nulli nec contrarium nec simile, sed diuersa ab omnibus natura nullísque prorsus eorum cõditionibus donatum esse statuendum est.

1. Met. cap. 3. Et alibi eos incusans, qui corpus quod in supero est loco ignem statuunt, Quicunque, inquit, id quod ambit, & non solùm ea quæ feruntur corpora ignem purum aiunt esse, quod autem inter terram & astra interiectum est spatium aërem, si ea quæ nũc in Mathematicis monstrantur satis essent contemplati, fortasse ab hac tam puerili opinione sese abduxissent illud enim nimis simpliciter existimarunt, singula quæ feruntur magnitudine parua esse, quod huiusmodi nobis appareant ea hinc spectantibus. Dictum est quidem, & antea in his quæ de supero loco contemplati sumus, sed sermonem eundem nunc quoq; repetamus. Si enim interualla igne essent referta, & corpora ex igne constarent, quoduis reliquorũ elementorum iampridem interijsset. Si cælum & stellæ igneæ sint, ac ignis elementum tanta mole reliqua excedat, reliqua omnia corrupisset. Nam ne huiusmodi quippiam eueniat, ne elementorum aliquod reliqua in propriam agat naturam, æqualem omnia materiæ quantitatem, proptereáq; & æqualem propriæ naturæ copiã sortita oportere esse decernit Arist. Idcirco quæ superstant, quod tenuiora, laxioraq; existunt, & è materia constant magis expansa, magisq; explicata, iis, quibus superposita sunt, quæ densiora, & è materiã magis in seipsam conspissata constant, maiora quidem sunt, at eò tamen modò singula, quò quæ suppositi densiorisque portio in superpositum laxiúsque soluta est, in maiorẽ acta est molẽ. Qua aer aquam, è qua factus est, excedit ratione, ea vniuersitates, quæ superstant, subsidentes excedunt.

Ibidẽ. Terræ, inquit, molem, in qua omnis etiam aquarum multitudo comprehenditur, nulla (vt ita dicam) pars est ad eam quæ continet magnitudinẽ comparata: nec verò moles tanta se excedere magnitudine intuemur, cum ex aqua secreta aer oritur, aut ignis ex aere. At necesse est vniuersam aquam ad totum aerem eandem habere proportionem, quam aquæ tantulum, pársq; exigua ad eum habet aerem, qui ex ea gignitur. Quin & stellarum, quæ currere videntur, velocitas, & solis candor, non igneum esse solem, Aristoteli indicant. Superum, inquit, locum calidum non esse, neque ignitum etiam, stellarum transcursus satis declarant, hi enim eo in loco non fiunt: sed in infero, cum tamen ea, quæ incitatius mouentur, tum celerius, tum plenius ignescant. Si tandem igneum esset cælum, aut igniri accendique aptum, vtrque à rapidissimo illo motu accenderetur, & in ipso fierent quæ currere videntur stellæ: in cælo autem, supremo præsertim, ipsas non fieri earum, inquit, velocitas indicat, quæ rerũ à nobis proiectarum velocitatis similis est: quæ, quoniã nobis propinquæ sunt, stellas, lunam, & solem celeritate multùm superare videntur. Sol præterea, inquit, qui maximè calidus videtur, candidus, non igneus apparet. His rationibus, hisque indiciis persuasus Aristoteles, cælum caloris expers & incapax constituit, nihil ipsum veritus sensum, qui igneum solem, nihilque ab igne sentit differentem. Verùm, vt propositum est, accuratè rationes examinentur & indicia. 1. Mete. cap. 4. Ibidem

Capvt IIII.

Recte rerum naturam, earúmque similitudinem dissimilitudinémque ab earum operatione colligendam Aristoteli visum, & si quæ assumit vera sint, rectè diuersa à sublunaribus natura Cælum illi positum esse.

Egregie ignotam cæli substãtiam à motu nempe ab eius operatione venatur, & cæli ad sublunaria differentiam ab horum ad illius operationem discrimine colligit. Quare, si quæ ei assumuntur, rectè assumpta sint omnia, vnius motus, non & immobilitatis item principiũ natura si sit, & quæ natura constant entia, iuxta suam naturam mobilia sint omnia, & proprium omnia naturalémque & vnum modò singula habeant motum, neque à seipsis diffideat naturæ quòd alia motu, immobilitate alia gaudeat, & motum alia edat, immobilis alia torpeat, sed quęuis motum edendi facultate prædita sit, at non quemlibet quæuis, sed vnum modò singulæ, & prout similes sunt dissimilésve, ita & motum similem edant dissimilémve, atque à motuum similitudine dissimilitudinéque entium similitudo dissimilitudóque habenda sit, & ita à seipsis diffideant motus, veluti & naturæ ipsæ, nec tamen eorum quiuis cuilibet contrarius sit, sed vnus vni tantum, itaque qui à medio fit motus, ei qui ad medium, circulari verò eorum neuter contrarius sit similisve, sed vterque ab illo diuersus, & ignis circularem ad motum ineptus sui natura, & à Cæli conuersione illo ferri conspectus sit, haud perperam fortè cælum diuersæ à sublunaribus naturæ positum Arist. sit. Proprerea num fundamenta hæc bene iacta sint intueamur.

Capvt V.

Naturam non motus tantùm, vt Aristoteli positum est, sed immobilitatis etiam principium esse.

Natvram non motus tantùm sed immobilitatis principium esse, non scilicet naturam quamuis mobilem esse & motu oblectari, & entia quæ constituit quibúsque inest mobilia facere, sed aliam talem, aliam immobilem esse & immobilitate gaudere, morúmq; auersari, & quæ constituit entia, quibúsque ipsa inest, immobilia facere torpidáque adeo liquet, vt quid id declarari velit, Solem illi mobilem esse declarandum sit. Ecquis Terram nullo vnquam, cælum perenni & nunquam cessante cieri motu non intuetur? & propterea perpetuò immobilem illam manere, hoc verò propterea agitari non intelligit, quòd à natura illa constituta est penitus immobili, & quæ à motu malo, molestiáque afficiatur, hoc à natura summè mobili, & quæ motu oblectetur, & fruatur? Quæ quidem optime Aristoteles nouit, ac memoriæ tradidit. Nam naturæ ingeniũ explicãs, Quæcunq;, inquit, natura sunt, 2. Phys. cap. 1.

sunt, videntur habere in seipsis principium motus & quietis, immobilitatis nimirum (semper enim Arist. & Peripateticorum omnium testimonio, quietem motui contrariam, & immobilitatis loco quietem ponit) alia quidem secundum locum, alia secundum augmentū & decrementum, alia autem secundum alterationem. Natura igitur principium est quoddam atque caussa mouendi & quiescendi eius in quo est primò, per se, & non secundum accidens. Rectè sanè, & rerum ingenio, iisque quæ sensu percipiuntur, concors.

2.Me. cap.4. ibidē. cap.2. Et alibi, Quod, inquit, corpus sub conuersione supera est, cum veluti materia quædam sit potestate calida, frigida, humida, & sicca, & cæteris quæ hæc consequuntur affecta, talis redditur. atque est partim à motu, partim ab immobilitate, cuius rei caussam atque originem antea docuimus, nempe vbi sublunarem hunc Mundum superis motionibus propterea continuatum esse, vt omnis ipsius virtus inde gubernetur, edocuit. Itaq; quod grauissimum est, & frigidissimum, terra & aqua in medio, & circa medium secretum, circa hæc autem ea, quæ his hærent, aër, & ignis. Vt non modò immobilitatis principium, veluti & motus, naturam esse, sed entia ab illa, quæ frigida sunt immobiliaque, terram & aquam. constitutas esse visum Aristot. sit positúmque. Et alibi, 2.de cæl. tex 17 & 18. Non quodlibet, inquit, Mundi corpus quale diuinum est, circulariter mobile, & vno & simplici motum motu, quia necesse est in medio corporis circulo lati aliquid manere, & terram id esse, hæc enim in medio quiescit, atque nunc quidem supponatur hoc, posterius autem demonstrabitur de ipso, At si terram esse necesse est, Ignem etiā esse necesse est, contrariorum enim si alterū est natura, & alterum natura esse necesse est, nam si fit contrarium etiam naturam quandam ipsius esse necesse est, quæ quidem est materia contrariorum. Præterea affirmatio priuatione prior est, ceu calidum frigido, sed quies, atque graue per priuationem motus atque leuitatis nuncupantur.

Haud multò post, terram (quod pollicitus fuerat natura in medio immobilem manere, & nullo ibi indéq; motu natura moueri posse multis declarat. Quo fit vt nunquam satis mirari Aristot. liceat, qui cùm naturam non minus immobilitatis quàm motus principium esse, & qui materiā, quæ potestate calida est frigidaque, actu calidam à motu & frigidam ab immobilitate fieri statuat, entia, quæ calida sunt à motu, frigida verò ab immobilitate fieri, & qui demum Terram in medio immobilem positam ponendamque fuisse decernat, & qui Terram perpetuò immobilem intuitus eum sit, naturam ipso postea priorum, vt videtur, decretorum & sensus etiam ipsius oblitus, motus solius principium esse ponat. Quapropter natura quæ constant omnia, mobilia iuxta propriam naturam esse, immobilitatémque nullius propriam esse docet, atque naturalibus omnino corporibus omnibus, & Terræ etiam ipsi proprium naturalēque motum assignat. Non scilicet, quòd Terræ partes à proprio loco, & à propria abstractæ vniuersitate, proprium ad locum propriamque ad vniuersitatem sponte sua delabi visæ sint, nec quòd rationes aliæ quædam Terræ etiam proprium naturalémque motum assignandum esse suadere Aristot. poterant, assentiendum iis erat, & naturalis propterea motus Terræ attribuendus, veluti cælo, quam vniuersam proprio in loco, vbi eius ingenium inspiciendum prorsus erat, perpetuo immobilem torpere intuebatur. Etenim si adeo eahorret corpori vni duos largiri motus, quorum, vt alius alij contrarius videri Aristot. potuerit, non æquè certè atque immobilitati eorum quiuis oppositus videri potuit. Itaq; diligentius dictæ rationes perpendendę illi erant, quod si fecisset proculdubio earum fallaciam minimè hominem latuisset. Referamus igitur illas atque examinemus.

Capvt VI.

Rationes, quibus Aristoteles probat Terræ partium descensum, proprium naturalémque esse Terræ motum.



Von, Inquit, necessarium sit motum aliquē simplicibus corporibus omnibus natura inesse, ex his manifestum est. Quoniam enim moueri videntur, si proprium non habent motum, vi moueri necesse est, violentia autem, & præter naturam, idem. At verò si præter naturam est aliquis motus, necesse est esse & secundū naturā, præter quē ille est, & si multi præter naturam, vnū quidem secundum naturam: siquidem secundum naturā simpliciter, præter naturam verò multos habet vnūquodque. Amplius autē, & ex quiete manifestū est, etenim quiescere necessarium est, aut vi, aut secundum naturam, vi autē ibi manet, quò & vi fertur, & secundū naturā, quò secundum naturam. Quoniam igitur videtur aliquid manere in medio, siquidem secundum naturā manifestū est quòd & latio, quæ huc fit, secūdū naturā ipsi inest. Et alibi, Terram, inquit, non ab alio deorsum, neq; ignem sursum, neque vi, quemadmodū quidam volunt, per extensionem moueri, inde intelligere licet, quòd tardiùs moueretur maior ignis sursum, & maior terra deorsum. Nunc autē contra semper maior ignis velociùs fertur, & maior terra in suum locum. Neque velociùs vtique prope finem ferrentur, si vi, & extensione mouerentur: omnia enim ab eo, quod vim attulit, longiùs existentia, tardiùs ferētur, & vnde vi, illuc redeunt non vi. 3.de cęl.te. 21. & 29. 1.de cęl. tex 89

Capvt VII.

Rationem, quæ è terræ partium descensu terram natura moueri Arist. suadet infirmam esse. Et terram sui natura immobilem.



Atio, quæ proprium naturalémque motū terræ attribuit, propterea quòd moueri apparet (nam si non iuxta sui naturam, sed vi & præter naturam mouetur, vtique & secūdum naturam moueri ipsam oporteat, & eo insuper motu, qui motui, quo præter naturā mouetur, cōtrarius sit) immobilitatē, vt videtur, naturalis corporis nullius propriā esse, præterea, quod alibi Aristoteli positū est, immobile sui natura, si quippiam sit, nullis id à viribus moueri posse, supponit. Nā si quippiā immobile Aristoteli sit, quantumuis id præter naturam moueri appareat, nunquam proprium ei naturalémque Aristoteles largietur motū. Minus etiam, si quod sui natura immobile est, externa id à vi dimoueri Aristoteli queat, quodcunque moueri interdum videtur, sui natura mobile id esse statuat. Itaq; quoniam natura non motus magis quàm immobilitatis principium, & Terra immobilis visa est, & quasuis propemodū eius partes in sublime ab aliena efferri vi passim conspicimus, quoniā tandē non vera ratio assumit, ipsa itidem haud vera sit oportet. Atque ipsius falsitas manifestior vt fiat, suppositum vtrunque examinemus.

Si sublunariū corporum nullum sit natura immobile est, & id modò tale Aristot. visum est, quod Cælu subesse, & cui Cælum innixū circumuolui Arist. placet, itaq; immobiliū vires conditionésq; nullo innotescere possunt sensu, at è mobiliū certè viribus conditionibúsque, quibus illas prorsus contrarias esse oportet, indagari poterant: & si quidē sui natura mobilia quæ sunt, ab immoto nullo prorsus, ne moueātur, prohiberi posse visa sint, vtique quod immobile sui natura est nullis id à mobiliū rerum viribus cōmoueri posse suspicari poterat. At mobiliū quotunnis, vbi in immotum quippiā (quod ipsorum vires exuperat) molémq; incidunt, motū sisti vtiq; & immobilia quæ sunt à mobilibus cōmoueri posse existimādum erat, proindéq; è Terræ partiū in sublime proiectarū motu, nullus Terræ proprius naturalísq; indendus erat motus, minus etiam è spontaneo illarum descensu.

Id verò manifestissimum vt fiat, natura, cui huiusmodi motum assignat Aristot. & quā igitur Terræ & aquæ cōmunem attribuat oportet, inspicienda est. Quoniā motum quemuis certæ cuiuspiam naturæ proprium esse, & à certa quapiam natura edi summè Aristoteli placet quæ entia vnum eundémque edunt motum, communi quadam natura donata sint, à qua motus, quo communi mouentur, edatur necesse est. Et si ea modò, quæ ab

huiusmodi natura constituta sunt, deorsum ferri appareant, vel si Terræ & aquæ vniuersitates haudquaquam vlterius deorsum ferri, sed immobilitate gaudere appareant. Aristoteli assentiamur, fortè enim si descensus proprius iis sit naturalisque, tamen quia ad medium delata, quò vlterius descendant non habeot, vlterius non descendant: sin verò alia multa, & quæ natura, quę Terræ & aquę communis Aristot. posita sit, donata videri non possit, æquè ac Terra & aqua promptè ad medium descendere appareant, nequaquam communi Terræ, & aquæ naturæ descensus assignandus, sed natura inquirenda est, quæ non Terræ modò & aquæ, sed iis iisdem entibus, quæ eodem feruntur motu, communis sit omnibus,

Quoniam igitur non aliam quàm frigus Terræ & aquæ communem indit Aristot. naturam, & siccitas humiditásque frigori commixtæ deorsum, calori verò copulatæ sursum illi feruntur, liquidò patet calori ascensum, frigori descensum ab Aristot. tributum, & necessario fuisse tribuendum. Nam si leuitati illum, hunc verò grauitati assignat, quoniam è motus diuersitate, cum reliquas sublunarium conditiones, tum vel in primis calorem frigúsque Cælo demit, & diuersæ ab illis omnibus substantiæ Cęlum constituit, itaque corporum motum non cuius eorum conditioni, sed et singulorum attribuit naturæ, à qua singula constituta sunt, & à qua quæ singulis insunt conditiones inditæ sunt omnes, quæ omnino corporum substantia & forma Aristot. dicitur, isque Terræ, aquæ, aëris, & ignis huiusmodi inquireos, naturas, leuitatem grauitatemque reiiciendas prorsus decernit, vt quæ, quòd nulla mutuò in seipsas agendi, mutuóque à seipsis patiendi facultate donatæ sunt, constituentes naturæ videri non possint.

Quę igitur si Terræ & aquę insunt, non vt proprię principesque eorum naturę, & quę seipsas iis propriisque viribus indiderint, sed ab illis & ipsæ inditę sunt naturis, à quibus corpora ipsa proprięque ipsorum conditiones facultatesque constitutæ sunt omnes, à calore omnino frigoreque, quorum illum leuitas, hoc verò grauitas consequitur. Nam calidior facta aqua leuior, frigidior verò grauior fit. Quocirca vel si quę ascendunt leuia, quę verò descendunt, grauia sunt, non ideo leuitati ascensus, nec descensus grauitati, vt propriis principibúsque causis assignari Aristoteli potest, sed (quod dictum est) ascensum calori, cuius, quę leuia sunt, aër, & ignis, & leuitas ipsa est opus, descensum verò frigori Aristoteles attribuat, necesse est, quod corpora, quę grauia sunt, & quę descensu gaudent, Terram & aquam constituit, & cùm reliquas, quæ iis insunt, conditiones, facultatésque omnes, tum & grauitatem ipsam iis indit, & quod, vt diximus, perpetuò grauitas consequi, ipsum verò à grauitate fieri videtur nunquam. Descensum verò frigoris proprium & frigori assignandum non esse, cùm alia multa rum verò flammæ in nondum bene attenuatis accensæ rebus nos admonent, quibus frigus vllum inesse suspicari non licet, & quæ perfectus purúsque ignis vt sint, non alia quapiam conditione donandę sunt, sed paululo modo amplius attenuandæ, & crassiusculæ dum sunt, promptissimè delabuntur omnes, tenuiores factæ, aliud nullum adeptæ, sursum ascendunt.

Itaque terræ & aquæ partium descensus non terræ & aquæ naturæ, frigori, sed ipsarum adscribatur corpulentiæ & materiæ, quæ semper, vbi multa in seipsam coacta est, quin vbi non exilissima & veluti incorporea facta est, quauis à natura detineatur, decidit, delabitúrque. Nullam, vt sæpius diximus, operandi facultatem materia obtinens, vbi adeò copiosa facta est, vt ab inexistentibus naturis nec euehi nec in sublimi sustineri continerive queat, quod reliquum est decidit delabitúrque, eóque celerius quò magis in seipsam densata, quò copiosior sit. Quamobrem, vel si delapsus operatio quæpiam videri queat, non terræ is aquæve naturæ, sed earũ corpulentiæ tribuendus foret: at non operationem sed operandi impotentiam illum esse existimandum prorsus est. Cùm enim nec calori nec frigori assignari possit, itaque necessario materiæ assignandus est, haudquaquã, si huius ille operatio esset, longè maxima ipsius portio, quin vniuersa ipsius moles, vel perpetuò & nunquam cessante circummoueretur motu, vel perpetuò immobilis in sublimi contineretur, nihil scilicet iuxta propriũ vnquã, at iuxta alienum operetur ingenium. Itaque & terræ, & aquæ partium descensu nullum illis proprium naturalémque motum assignare licet.

Tum rectè quidem Aristoteles eandem terræ vniuersæ naturam & operandi facultatem, quæ illius glebulis inesse videtur, indendam esse decernit, at perperàm in suprema illas intuetur terræ portione, quæ quàm longissimè abest, vt viribus conditionibúsque, quas ipse terræ indit Aristoteles, donata & terra videatur, magno à calore detenta, & mollis, laxa, & quæ assiduè cũ alia in entia, tum in calidissimos tenuissimósque agatur vapores. Sui ipsius propriarúmque positionum non oblito Aristoteli, nequaquam, quòd supremæ terræ partes in sublime proiectæ, nullo ibi immorantur temporis momento, sed statim decidunt, propterea descensus terræ naturæ tribuendus erat, sed quoniam ipsa vniuersa perpetuo sese in sublimi continet, illæ autem statim inde delabuntur, terræ naturam penitus ex illis deturbatã, & in aliud ens actas esse intelligendum erat. Ipse enim immobilitatem terræ attribuit, & immobilem oportere esse multis declarat rationibus, & quod sui natura immobile est, nulla id à vi moueri posse supponit, & cõtendit. Ad hæc, nisi terra à propria natura detineatur, quid ipsam in sublimi contineat, non est conspicuum. Non siquidem propterea immobilem ibi permanere putemus, quòd locus in quo posita est proprius ipsi est naturalisque, & à quo veluti foueatur ac libens ibi permaneat.

Quoniam verò, vt dictum est, locus non aliud videri potest, neque est aliud nisi spatium quoddam, nullis propriis affectum qualitatibus, cur alia ipsius pars magis quàm alia terræ, reliquorúmque entium naturæ magis congruat, intelligere non licet. Minus etiam ideo nihil dimoueri dixerint Peripatetici, quòd locus in quẽ descendat non adest: id enim descensum ei proprium non esse declarat. nam si terræ is naturæ assignatus foret, vtique & locus, in quem perpetuò descendat, in quo iuxta propriam operetur naturam, assignatus itidem foret. Et si bonum ei est immobilem permanere, si scilicet immobilitas tributa ei est, non ex accidente quodam, & veluti à loci angustia, sed à propria natura, propriisque retineri eam oportuit viribus. Calori certè, cui mobilitas tributa est, & qui motu gaudere semper vbique apparet, molem quam subit ita essingendi parandique, vt secum eam nullo commoueat labore, & secum eam commouendi facultas manifestè tributa cùm sit, quin eadem & frigus donatum sit, quin scilicet & ipsum, quia immobilitate gaudet, & à motu quouis è quouis deturbatur ente, propriam molem ita parandi facultatem sortitum sit, vt vbiuis positum sit, secum eam retinere possit & retineat, nullóque commoueri sinat motu, quin veluti Cælũ propria à natura Aristoteli etiam commouetur, ita & terra propria & ipsa à natura in sublimi immobilis perpetuò retineatur, non est quod ambigatur.

Capvt VIII.

Itidem, & quæ è terræ vniuersæ quiete.

Pesvs etiam maximéque sibiipsi contrarius inde terram ad medium deferri astruit Aristoteles, quia natura ibi quiescit, nullo scilicet moueto motu, sed immobilis perpetuò permanet. Quod enim & rerum naturę, & propriis ipsius positionibus maximè aduersum est contrariúmque, naturæ vni mobilitatem atque immobilitatem, penitus scilicet contrarias operandi operationes attribuit facultatem. Non siquidem, nisi entium naturas & entia ipsa diuersis in locis, diuersis contrariísque donari velit operandi facultatibus, negare audeat Aristoteles, quin quod quouis in loco natura immobile permanet, sui natura immobile sit, minus etiam ne quod quopiam in loco natura mouetur, sui natura mobile id sit. Itaque, quod dictum

ctum est, terram natura in medio immobilem permanere, & alibi positam natura ad medium deferri statuens Aristoteles, duplicem terræ naturæ, & alteri contrariã alteram attribuit facultatem, quin manifestè duplicem terræ iudit naturam, entium enim facultatea operationésque à propriis singulis insunt eduntúrque naturis.

Illud verò nulli quidem, at Aristoteli certè omniom minimè placere potest, qui nimirum ne plures quidẽ motus simplicium corporum vlli attribui velit, propterea quòd omnino eorum cuiuia vna modò insit natura, & naturæ vni vnus modò motus, & vna tantum conueniat operatio. Et vt motus Aristoteli non vna eadémque omnes videri potuerint operatio, non certè, vt dictum est, æquè atque mobilitas immobilitásque à seipsis differentes, sibique ipsis contrarij videri potuere, & qui (vt dictum est) terram igni contrariam non iuxta contrarios motus, sed iuxta mobilitatem immobilitatémque esse statuit. Ens omnino, quod sui natura mobile est, vbicunque ponatur, motus ibi edat, & quod immobile est, nullo vsquam commoueatur motu, sed immobile vbique permaneat, vtrumque scilicet vbivis fiat, iuxta propriam operetur naturam necesse est, & ita quoduis operari videtur. Itaque cælum, cælóque cognata entia, vbiuis ea fiant, moueri: terra autem perpetuo immobilem permanere, & nullum prorsus simplex quod sit eus immobile modò esse modù moueri apparet.

Nam animalia (vt suo amplius declarabitur loco) nõ vnum idémque vniuersa sunt, sed duplici ex ente, è corporea scilicet mole, & è spiritu neruoso generi inexistẽte composita sunt. Et illa, quia corpulentior est, quàm vt à propria ipsius natura euehi queat, nullos ipsa edit motus, sed quibus moueri apparet, ab inexistente spiritu commouetur illis omnibus. Is porrò bene quidem sui natura mobilis, & qui nisi corporea ei moles vectãda foret, nunquam à motu cessaret, & alieno à pondere oppressus defatigatúsque, & è calefacto corpore elapsus itaque & imminutus, diu illud vectare non potest, sed tantisper dum reficiatur veluti onus deponit, nullóque id commouet motu, itaque animal vniuersum veluti per vices modò mobile modò immobile fieri videtur, at spiritum, qui natura mobilis est, nunquam penitus immobilem fieri thoracis arteriarúmque declarat motus. Et ferrum aliáque huiusmodi, quæ sui natura immobilia apparent, mouentur interdum, quòd non sui natura sed veluti ex accidente quodam immobilia sunt, à natura scilicet, cui mobilitas tributa est, à calore scilicet constituta sunt.

Is verò, quòd non ita dum tenoia illa leuiáque fecit, vniuersa vt sustinere euehere´que possit, nullo vniuersa commouet motu, quam tamen ipsorum portionem in eã egit tenoitatem, in qua elabi & quam euehere queat, assiduè eam effert secúmque commouet. Et vel molem vniuersam attollit ioterdum, quòd ab entis natura coo tactus, à qua vel voluptate summa, vel summa afficitur molestia, à qua foueri omnino se, seruatique vel offendi corrumpique sentiat, proximus illam contingendi, vel longius ab illa abeundi appetitu accenditur & veloti excitur, itaque (vt existimare licet) colligit sese, & robustior propterea factus, molem, cuius oneri impar erat, subleuandi secúmque quolibet vehendi potens fit, id quod nobis etiam passim vsu euenit: passim enim ad quas edendas operationes nostræ vires sufficere nonvidentur eas aggredimur, si bonum eæ quippiam qood vehementissimè appetamus polliceantur, vel ingens quippiam malum & quod maximè exhorreamus amoliturae appareant, ad eas operandas promptissimè accingimur, sufficimúsq;, spiritu scilicet ab appetitu vtroque inflammato, & propterea robustiore facto. Quoniam igitur naturæ vni mobilitas atque immobilitas tribui non potest, non rectè Aristoteles terram natura ad medium deferri declarat, quòd ibi oatura immobilis permanet.

Capvt IX.

Præterea & quæ e descendentis terræ magnitudine, & è descensus concitatione.

Perpraam etiam, propterea terræ naturæ descensum tribuendum esse Aristoteles decernit, quòd quò maior ea est eò descendit velocius, & quòd eius pars quæois descensum assiduè concitat. Siquidem noo terræ modò partes, sed entia quæ descendunt omoia, vel quæ longè diuersissima & cõtraria prorsus terræ natura donata sunt, eodem vtrumque operantur modò, quò scilicet maiora sunt eò descendunt velocius, assiduéque descensum concitant. Tum perperàm prorsus inde terram deorsum ferri astruit, quòd secus ac eorum quę vi mouentur, quorum omnium motus assiduè languescit, terræ descensua assiduè concitatur. Cùm enim (vt alibi amplius expositum est, & cæli nos motus terræque stabilitas docet) propria entium operatio nihil ipsorum vires immoret, sed maximè eas in proprio robore conseruet, non quæ difformi, vel si velociore assiduè, sed quæ perpetuò vno eodémque mouentur motu, natura moueri statuendum est. At age, assiduæ terræ descensus coocitatiooia causas nos edocentes Peripateticos audiamus, fortè enim eaa explicantes terræ eum naturæ attribuendum esse declarent.

Capvt X.

Causæ quibus terræ descensus concitationem Peripatetici attribuunt, & earum nulli attribui posse.

Propterea (Peripateticorum nonnulli inquiunt) qui è sublimi decidit lapis, assiduè descensum coocitat, quòd quò proximior terræ fit eò ipsius grauitas, quæ contrariis ab aëris viribus reiecta imminutáque fuerat, à similibus cognatísq; proprium assumit robur. Absorda sanè ratio, & quam homioum nulli ac Peripateticis omnium minimè afferre liceat. Siquidem imaginari nulli prorsus licet lapidem in sublime proiectum, & nullo ibi immoratũ temporis momento, à languidissimis aëris viribus propria natura propriáque exui grauitate, itaque leoiorem fieri, tum oullo itidem temporis momento à cogoata terra grauitatem illi iudi, at Peripateticis omniom minimè, vt dictum est, leuitatem grauitatémque nulla agẽdi vi, & seipsas propriis è sedibos effuodẽdi, & in alienis constituendi facultate donatas, sed illam quidem calotis hãc verò frigoris opus esse ab Aristotele edoctis. Et non propterea omnino descendentis lapidis motum assiduè concitari, quòd, quæ procul à terra elato vires demptæ fuerant, proximiori terræ facto restituuntur, inde liquidò paret, quòd si id fiat, vbi exiguum quid attollitur lapis, nihil itaque leuior fit, spatium quo à terra abest, nihilo pigrius, quin velocius Peripateticis conficiat, quàm si è sublimiore decidat loco; secus prorsus atque euenire videtor, qoò enim minore à terra sublatus est spatio, eò languidiore delabitur motu, & eò itidem vehementiore, quò ex editiore descendat loco, vt manifestè descendendi vires non à terræ vicinitate, nec à re alia vlla, sed à descensus diuturoitate augeri videantur.

Eodem etiam modo ratio damnari potest, qoæ ob id lapidem terræ propiorem factum velocius delabi ponit, quia minor subest, findendúsque est aer. Quandoquidem idem subest, idémque findeodus est ex humiliore cadenti loco, & ex editiore, múltóque huic, vt videtur, findi ineptior. Etenim cum lapidis magni præsertim delapsus aeris cessionem, & quasi fugam præueniat atque aoteuertat, in angustius agatur suppositus aer, atque in seipsum conspissetur oportet, qui diuidi magis repugnet, motúmque descendentis lapis impediat quid & retardet: at verò ex editiore is delabens, extremum & terræ contiguum spatium longè celerrimo, ex homili autem longè languidissimo istud idem conficere videtur motu. Absurda itidem ratio, quæ lapidis delapsom continenter magis concitari probat, quòd continenter à maiore aeris copia propellitur, atque deiicitur. Rem ita

explicant. Quæ ab aliena mouentur vi ab aëre ea Aristoteli moueri videntor, qui inane exhorrens eò vnde lapis proiectus est statim eòque conuolat imperu, vt illum non sustineat modò, sed longiùs eriam propellat proiiciàtque: cúmque exiguus primum propellat aer, languido primum eietur motu, at verò quòd assiduè copiosior illum abigit aer, assiduè illius concitatur motus: nam aër, per quem fertur, vniuersus inane & ipse reformidans, eò vndique coouolat vnde lapis proiectus est, nec qui semel conuolauit, dum propellendi locus adest, propellere eum cessat vnquam: quò igitur longius iter conficit, eò velociore deferatur motu oportet, à maiore assiduè propulsus aëris copia.

Verùm, hæc ratio infirmo satis innititur fundamento, etenim quæ vi proiiciuntur, nequaquam ab impellente aëre, vt Aristoteli placet, sed ad impressa feruntur vi. Idque grauium ascensus & motus præterea qui à repercussu fit dilucidè indicat, nam, si à propellente aere ille fiat nunquam languescat aut cesset vnqoam, sed veluti & descensus semper magis concitetur, à copiosiore semper propulsus aëre, & eò vsque duret, quo ad aer aut alia quæ propellat res, adsit. Si siquidem perexiguus adhuc aer sursum agere satis Aristoteli est, copiosior iam factus multò id ipsum agat vehementius. Si verò, vt rationabile est, ab impressa vi & ab iodito feratur motu, eò assiduè languidius feretur, quò à propellente magis remouebitur, eò enim magis vis motúsque inditus languescit. Tum res nulla prorsus quauis celeritate & impetu quouis, si renitens immotúmqoe in quoduis agatur, resiliat ab eo quicquam, sed statim decidat, neque enim huius illiúsque in medio qui propellat aër adsit vllus. Resiliunt verò omnes, quòd impressus motus robustior adhuc est quàm vt sisti queat. Itaque quoniam progrediendi nullus datur locus, veluti retro agatur opus est. Quas ob res, quando terræ descensum terræ naturæ acceptum referentes Peripatetici, cur assiduè is acceleretur, oullam (vt arbitramur) cui acquiescamus causam inuenisse visi sunt, nos materiæ copiæ, & ipsi io vniuersum materiæ illum tribuentes, quãtum in nobis erit propositum perscrutemur. Digna quippe res est, quæ diligentia quauis & quouis ioquiratur labore.

Capvt XI.

Entium descensum ab ipsorum materia concitari.

Tenvtvm entium nullum, at paolò corpulentiora quæ sunt, vel si natura donata sint quæ quàm longissimè à terræ natura dissideat & contraria etiam ei sit promptissimè decidunt & delabuotur omnia, eòque velociùs quò copiosiore magísve in seipsam compacta constent è materia: & quæ descendunt, descensum assiduè concitant. Hæc autem descensus acceleratio non quidem materiæ naturæ (nam quę natura mouentur eadem perpetuò mouentur velocitate) at rei certè tribuendus est, quæ vel perpetuò materiæ insit, vel quam descensus quiuis ei rodat, & appetitui omnino cuipiam. Nam quæ alia materiæ res vel natura inesse vel indi à descensu queat, à qua is assiduè concitetur, non assequimur. Et entium vires summopere ab appetitu augentur, & intẽduntur, qui in eæ ipsorum multis induntur, quæ, siquidem insunt, quod nihil ab appetitu excitæ veluti stertunt, inesse haud videntur. Itaque penitus immobilia quę apparent, boni cuiuspiam contingendi malive declinaodi appetitu incensa velocissimo ad illud feruntur, & ab hnc aufugiunt motu. Quod porrò bonum appetens sectánsque, & quod malum odio habens declinánsque, descensum materia concitat, vt innotescat, ipsius ingenium, & vsus omnino in quem à Deo creata est, munúsque, quod ei demandatum est, intuendum est: neq; enim frustra, nullúmque in Mundi bonum creatã eam fuisse, proindéque & nullum demaodatum ei fuisse munus existimandum. Minus etiam vsum, in quem creata est, non præstans, munúsque, quod ei demandatum est, non obiens, oblectetur perficiatúrque, & bonum, quod ei conuenit, consequatur. Siquidem quæ entibus eorúmque natoris, à quibus constituta sunt, agendi operandique facultates attributæ sunt, propterea attributæ sunt omnes, vt iuxta eas agentia operantiáque conseruent sese oblectẽntque & perficiantur etiam, in propriom tandem singulis attributæ sunt bonum, & in aliorom etiam quibusdam. Quare si quem in vsum materia creata sit, & quod ei demandatum sit munus, notum fiet, qood bonum consequendum malúmve declioandum appetens descensum concitet, fortasse intelligemus.

Capvt XII.

Entium descensum à materia delapsum pertæsa concitari.

Qvoniam nulla prorsus materię portio spectatur vsquam, cui alteram ageotium naturam indere non liceat, quin cui earum altera oecessariò indenda oon sit, nec vsquam alterius actio sentitur vllam quam earum alteri nulli iohærenti materiæ attribuere liceat, nec materiæ portio vlla cui nulla insit natura agens, nec vlla agens natura quæ per se existat nullique inhæreat materiæ spectatur vsquam, sed entia prorsus omnia, & quæuis ipsorum partes, & puncta etiam qoæuis è materia, corporea scilicet è mole & à natura agente penitus sibi ipsis commixtis & veluti vnum factis composita sunt, & ens nullum actionem operationémue edere apparet vllam, quæ alterius agentium naturarum propria non sit, patet materiam nulla prorsus agendi operandiue facultate donatam, nec propterea à Deo creatam fuisse vt ageret operaretúrue ipsa quid, sed vt ageotes operantésque naturas in se ipsas susciperet, & veluti vnum iis facta ab ipsis ad proprias ipsorum actiooes operatioonésque ageretur.

Itaque earum nullæ vnius naturæ agentis, nec eam contineotis materiæ, sed omnes vtriúsque veluti communes sint. Huiusmodi in vsom materia producta cùm sit, huiusmodiq; demandatũ ei munus cùm sit, &, vt dictum est, quæ agendi operandique facultates entibus eorúmque naturis inditæ & munera demandata sunt, propterea illæ inditæ & demandata hæc sunt, vt iuxta illas agentes operantésque & hæc obeuntes, seipsas & quæ ab ipsis constituta sunt eotia conseruent oblecténtque, & quam perfectionem quódque bonum consequi possunt, consequantur, liquidò vtique patet, materiam agentes operantésque naturas suscipientem, & cum iis earum operationes operantem oblectari perficique. vt si quampiam seorsum ab iis operari ipsa cogatur, molestam eam ipsi esse odiosámque & qua se vt exoluar, operationem, qua finis ei imponi posse appareat, vel si ipsius oaturæ propria noo sit, operari nihil pigrescat. Vt si descensus huiusmodi sit, inuentus vtique appetitus sit qui materiam ad descensum concitandum impellat. Neque enim aliud operans, sed illum modò concitans, citò finem illi imponere queat, nec alium omnino operari materia potest. Tum, vt alibi amplius expositum est, quæ molestæ sunt operationes, & obeundæ sunt (quod homines faciunt) entia itidem reliqua accelerare eas coniiciendum est.

Materiæ cum natoræ suscipiendæ sint, qoarum altera immobilis prorsus sit, altera mobilis quidem, & quæ reliquis motibus omnibus, at non certè & descensu itidem oblectetur, quin quæ ibi tantum descendat, vbi copiosæ & in seipsam densatæ inest materiæ, & cuius oneri impar sit, tandiúque modò, quoad adeo tenuem leuemque facit, vt euehere eam queat, & tali facta statim ascendat. Huiusmodi inquam suscipiendæ, huiusmodique cum naturis operandũ etiam materiæ cùm sit, nequaquam operandi facultas indenda ei fuit quæ inexistentium naturam operationes impediat retardétve, nec indita quidem est. Nunquam enim sponte sua

nullaque

nulláque coacta necessitate, sed tunc modò descendit vbi nulli firmę stabilique rei inhærere potest, & patitur potius quàm operatur. Itaque descensus, quòd nec à materię nec ab inexistentis naturæ editur viribus molestus materiæ odiosusque est: & nequaquam operatio motúsque, sed operandi impotentia & casus, delapsusque & passio, vt dictum est, quàm meritò acceleret, videri potest.

At vnde digressi sumus redeamus, & num reliqua quoque Aristoteli assumpta sunt rectè assumpta sint consideremus, num scilicet motus nô (cuiusmodi nobis visi sunt) vna eadémque & naturę vnius operatio, proindéque & sibi ipsis quàsimillimi, quin vni iidémque sint omnes, an, cuiusmodi Aristoteli positi sunt, à propiis singuli, & quæ à se ipsis diuersę & contrariæ etiam sibi ipsis sint edantur naturis, itaque ipsi etiam motus à seipsis diuersi, & sibi ipsis contrarij etiam sint, insuper an quod mobile est eos nequaquam pluribus, sed vno tantùm secundum naturam moueri queat motu, ac propterea is tantùm igni attribuendus sit, quo sursum ad proprium locum ad propriamque Aristoteli fertur vniuersitatem, is verò, quo cum cęlo circumuolui Aristoteli videtur, non ipsius naturæ, sed cęli opus sit secum illum trahentis.

Capvt XIII.

Motus à seipsis diuersos, & sibi ipsis contrarios male Arist. visos esse. Et ab vna omnes eadémque edi natura, & vnam omnes eandémque esse operationem.

MOTVM qui sursum ei qui deorsum opponi, & vtrumque à circulari diuersum, & à contrariis illos, hunc verò à diuersa edi natura supponens Aristoteles, rem supponit quæ nô supponenda sed apertissimè declaranda erat. Vnum enim modò calorem motus & æquè eum cum faciant omnes, & (vt alibi expositum est) nihil à seipsis loca cùm differant, quę inter motus diuersitas contrarietásve sit non video. Tum duplicem naturam esse decernens, & mobilem alteram, alteram immobilem, ac ab altera molem quam subit mobilem fieri, ab altera verò moli cui sese indit immobilitatem indi, & mobilia quę sunt corpora, aerem atque ignem ex illa, ex hac contra immobilia, terram atque aquam constitui, manifestè motus omnes vni eidémque attribuit naturæ, proindéque sibi ipsis similes cognatósque, quin vnos sibi ipsis eosdemque esse ponit omnes. Aerem pręterea atque ignem, cęlúmque ipsum, & quę alia iis similia cognatáque sunt, calida tandem tenuiáque entia quæuis, & ipsum inprimis spiritum animalium corporibus inexistentem assiduè agitari intuenti Aristoteli, entiũ verò reliquorum nullum prorsus motum edere vllum vnquã, sed perpetuò immobilia torpere omnia, calori non quidem moli cuiuis, sed ei tantùm indito quæ in summam acta sit tenuitatem, & quam secum euehere queat, motus attribuendi omnes, & (vt dictum est) sibi ipsis vni iidemque ponendi erant omnes.

Capvt XIIII.

Perperàm Arist. ignis terraque naturas in illius illam ad propriam vniuersitatem ascensu, hanc in huius ad suam descensu inquisitas.

INCVSANDVS videtur Aristot. qui ignis terræque naturas non in perpetuis & nunquam cessantibus ignis vniuersi vniuersæque terræ operationibus, in ignis cælo suppositi circumuolutione, & in terræ vniuersæ in sublimi suspensione, sed in momentaneo illam inspiciat ignis particulę alieno in loco, intérque cõtraria genitę entia, proprium ad locum propriámque ad vniuersitatem ascensu, & hãc in momentaneo terræ partium à propria vniuersitate abstractarum, & in sublime proiectarum ad eã descensu. Ignis etenim ascẽsus non magis in ipsius naturam quàm appetitum quo cognata entia contingendi sesèque iis immiscendi, & propriam perfectionem consequendi tenetur, referendus est. Siquidem vt perficiatur, suum ad locum Arist. efferatur oportet. Terræ verò partium descensus iure non terræ naturæ, sed ipsius grauitati, materiæ scilicet (è qua constat) copiæ attribuitus est. Nam paulò grauiora quæ sunt entia, vel quæ natura donata sunt, quę terrę naturę penitus contraria sit, delabuntur omnia. At circularis ignis cęlo suppositi motus, quia eo vniuersus ipse suo in loco, & inter cognata entia nihil appetens, nihil declinans, perpetuò incessantérque mouetur, proprius, naturalísque sit necesse est. Perpetua itidem terræ in sublimi mansio necessariò ab ipsius natura dependet, nisi enim ab ea, ab inexistente omnino frigore motus omnes exhorrescente retineatur & veluti coerceatur, qui sese in sublimi sustineat, nullámque vnquam inclinet in partem intelligi non potest.

Nec verò ignis naturam non in ignis circumuolutione inspiciendam fuisse Peripatetici asserant, quòd non à propria is natura & à seipso, sed à superposito circumuoluitur cælo. Id enim ponentem Aristotelis difficultates excipiunt quas nunquam exuperet. Ignis scilicet elementum, quod mobili à natura constitutum, & quod necessariò constituendum fuisse ipse decernit (quia terra constituta frigida immobilique, ignis itidem calidum mobileque, constituendum fuit ens) veluti sui ipsius oblitus, immobile id proprio in loco, in quo pręcipuè propria operatio operanda ei erat, facit, & alienum attribuit, à qua breui Arist. corrumpatur. Si, inquit, quę circulariter circulari latione feruntur pręter naturam ferantur, mirabile & omnino irrationabile cõtinuum hunc solum esse motum præter naturam cùm sit: videntur enim in aliis citissime corrumpi quæ præter naturam sunt. Nec verò motũ hunc, propterea quòd à longè mobiliore longéque diuiniore ente communicatur, igni non præter naturam, sed veluti supra naturam esse contendant, itaque nec cessare ab illo vnquam, nec vnquam ab illo ignem corrumpi dixerint Peripatetici. Manifestè enim circularem motum igni, vel si cælum ex eo constet, pręter naturam esse asserit. Arist. Si quod circumfertur, vt aliqui dicunt, ipse inquit, nõ minus ipsi motus hic præter naturam erit quàm qui deorsum, ignis enim motum eum videmus esse qui à medio secundum rectum. Et quantumuis à diuiniore ente, & ipso à cælo ignis circulari moueatur motu, si præter naturam eo cieatur, corrũpetur Aristoteli tamen: non enim ignem secum trahens cælum, bonum quippiã ei indit, quod quidem malum ab aliena ei indituo operatione amoliatur.

« 1. de cæl. tex 15.

« Ibidẽ.

Modum præterea, quo ignis à cælo trahatur, nunquã, reor, Arist. finget, nedum explicabit, explicãdum omnino. Nam præterquam quòd (vt Peripateticorum optimis videtur) nullis cælum tactilibus præditum Aristoteli qualitatibus, neque ab igne contingi, neque ipsum ignem contingere, proindéque nec moueri queat, quantumuis etiam contingat (quoniã verè circulares & summè æquabiles, quæ sibi ipsis contiguę sunt cæli ignisque superficies sunt, & circulo fertur cælum, quod dum circumuoluitur nulla sui parte igni immersum, nihil eum secum trahat, nihilque vsquam deprimens, nihil impellet vsquam) modum, quo illum non sponte præsertim sequentem, sed immobilitate Aristoteli gaudẽtem, itaque repugnantem quid, secum rapiat, non sensu modò non percipimus, sed ne cogitatione quidem assequimur vlla. Itaque ignis conuersio ipsius naturæ necessariò attribuenda est. Et vnus igni, si duodus est motus, circularis est dũdos, quo vniuersus ipse proprio in loco cognatáque inter entia, nihil sectans nihilque declinans, perenni vniformique mouetur. Non talis est ei rectus, quo eę eius partes, quę sensum latent, alieno genitæ in loco, nec propriam dum Aristoteli nactę formam perfectionemque, ad proprium locum, propriam vniuersitatem, ad proprias tandem Aristoteli efferuntur formas & perfectionem.

Capvt XV.

Si ignis terræque natura, in quibus earum operationibus inspiciendæ erant, inspectæ Arist. fuissent, terra penitus cæli contraria ignis quàm simillimus visus esset

Cæli ignísque cælo suppositi & terræ operationibus, cæli ignísque & terræ naturæ colligendæ erant, non in terræ glebulis à proprio loco propriáque abstractis vniuersitate, & alienum ad locum alienáque proiectis ad entia, neque in ignis particulis alieno in loco contrariáque geniris inter entia. Sed quod in cælo factum est propriæ terræ ignísque operationes in terra vniuersa vniuersóque in igne in propriόque existentibus loco spectandæ erant. Nam, etsi eadem & terræ glebulæ & ignis quantuliuis, quæ terræ vniuersæ vniuersíque ignis vis est atque operatio, non idem tamen vel glebæ eiusdem eiusdemque ignis proprio in loco & inter cognata entia, ac alieno in loco interque aliena entia existentium appetitus necessitásue est, iuxta quæ perspicuè vel contra propriam naturam operantur interdum entia. In iis certè sublunarium entium operationibus, in quibus ipsorum naturæ inspiciendæ Aristoteli erant, inspectæ si forent, eorum nullum natura à cæli natura diuersa donatum conclusisset. Sed terram contrariam nullo vnquam commotã motu statuisset. Ignis verò quàm simillimus, & idẽ prorsus motu perpetuò cum cælo circumuolui conspectus, & aer, atque aquæ omnes cælo similes cognatæque visæ essent. Perblando ille enim, at assiduo agitatur Aristoteli motu, & corrumpitur inclusus motúque prohibitus. Et hæ iisdem motu seruantur, corrumpuntur immobiles factæ. Itaque ratio è cæli circumuolutionis ad sublunarium corporum motus collatione sumpta, infirma prorsus, & quæ Aristotelem nimis sibi ipsi placentem nimísque etiam proprio ingenio confidentem ostendit. Neque enim nisi rationibus nullo è sensu, sed ex ipsius ingenio depromptis, magis quàm proprio sensui homines fidem habituros cõfidat, terræ motum attribuat vllum, minus etiam cum reliquis diuinis corporibus, tum Soli ipsi calorem lucémque abneget. Ferenda tamen est, quę scilicet nihil Deum Mundum construentem incusat. At non certè, quæ è cæli magnitudinis excessu, quo sublunaria corpora exuperat, sumpta est, quæ nimirũ (quod alibi dictum est) Aristotelem veluti Dei sapientiæ æmulatorem & Mundum suo arbitratu componentem declaret. Id enim agit, non qua donata sunt, sed qua donanda esse propria ei ratio dictauit, corporibus magnitudinem attribuens.

Capvt XVI.

Perperam Aristoteles è cæli excessu, quo reliqua corpora exuperat, non igneum id stellásque astruit.

1 Mete. cap. 3.

» Si, inquit, igneum sit cælum, cùm tanta mole reliqua exuperet, corrumpat vtiq; & in ignẽ reliqua agat omnia. Id verò ne eueniat, non alia vlla sed ea ratione sese corpora excedant necesse est, qua in sese mutuò inuerti videntur, qua ratione, quæ è terra quapiam fit aqua, terram, è qua facta est, excedit, ea ab aqua vniuersa vniuersam excedi terram. Ita enim æqualem materiam, proindéque & æquales sortita sint vires, calorem frigus non exuperet nec contra. Concinna sanè ratio, at quæ nequaquam, quod maximè oportebat, à rebus ipsis ab earúmque sensu sed à propriis pendeat Aristotelis principiis: quæ non falsa sit modò, sed nimis etiam sibi ipsi confidentem illum patefaciat. Non quantum propriæ positiones mare (id enim, vt fusius alibi egimus, aquæ elementum Arist. ponitur) suadent, sed quantum sensus esse ostendit, ponendum erat, non multò terra maius, sed immẽso quodã ea minus. Nã nullam propemodum magnitudinem terræ vastitati comparatum habere eius vniuersi breuitas omnibus quidem ostendit, at Arist. propriæ etiã positiones declarare poterant. Quoniam enim idem terræ & aquæ centrum esse statuit, miniméque terram vniuersam ambit mare, necessariò terra minus sit oportet. Ad hæc calidum id percipiens, minimeque propterea immutatam quid Terram intuitus, si Mundi cõstructionem corporumque in eo cõtentorum naturam magnitudinémque perspicere non illum suo arbitratu effingere propositum hominis fuisset, manifestissimè videre poterat, non ea illum constructum esse ratione qua construi oportere propria ipsi ratio dictarat. Sanè si calori frigorique ea assignanda sit magnitudo, quam nostra nobis ratio assignandam statuit, longè certè calori quàm frigori assignanda sit maior. Præstantior enim diuiniórque quæ est natura eam longè maiorem esse, maioráque quę ab ea constituuntur entia, ignobiliorem contra naturam longè minorem esse, longéque ab ea minora constitui oportet entia, & tanta fortè modò, quãta ad præstantiorum satis sunt conseruationem.

Nec verendum est quicquam, ne tanta mole exuperans calor frigus è materia omni deturbet, eámque omnem ipse occupet. Potuit enim (quæ facta esse videntur & indicat sensus) maxima illius portio summæ indi tenuitati, & summè exilis ac summè fieri languida: quæ terræ frigus vel mole summopere excedens, at valde id in seipsum collectum vnitumque, propterreáque robustissimum factum, nihil viribus exuperet, quin ab eo exuperetur. Portio reliqua, à qua terræ frigus exuperãdum, & terra ipsa in entia, quæ ex ea fiunt, inuertenda erat, tenui quoque, sed compactiori potuit impartiri subiecto, in quo tamen plurima illa & copiosa, vt dictũ est, vigeret, at nequaquam vni continuóque, & quod terram vndiq; sphæræ Zonęue ritu ambiret. Nam si vniuersa assiduè immutaretur, corrumperetur tãdem vniuersa. Sed vnum quidem præcipuè hoc summo ac copioso repleri calore, quod terram magnitudine ac viribus quàm longissimè excederet exuperaretque, quódq; longissimè ab ea amotum, assiduóque & longè rapidissimo benéque vario delatum motu, vniuersam tandem eius superficiem calefaceret, nullamque eius partem penitus destrueret vnquam, atque singulis sese reficiendi tempus pręberet. Tum aliis innumerabilibus propemodum, at longè illo minoribus longiúsque eo à terra vel propius positis plurimum etiam indi calidum: quæ recedente illo, terræ vires, si non prorsus reiicerent, at imminuerent certè, & ne ab iis quæ ab illo constituta sunt destruerentur, obstarent. Quas ob res vel longissimè magnitudine ac robore à cæli calore exuperatum terræ frigus, semperque ab illo oppugnatum, nusquam tamen ex ea deturbatur interimiturue, sed perpetuò seruatur. Nulla igitur Aristotelis ratio orbes stellásque ab igne diuersas esse probat.

Capvt XVII.

Signa, quæ orbes solémque igneum non esse persuaserunt, orbes ab Solémque igneum esse manifestant.

Minvs etiam signorum vllum id ostẽdit, quin Solem orbésque & stellas igneas esse illorum vtrúmque manifestat, & Aristoteli in primis manifestare potuit. Quoniam autem paulò crassiores qui sunt vapores superiorem ad aerem sublati, ab eiusque vel calore vel motu accensi stellarum Aristoteli speciem prębent, igneæ vtique ponendæ erant stellę, pręterea & quod cælo subiacet corpus cęlo simile cognatúmque esse. Nam etsi (quod longè maximę supremi cæli portioni euenisse etiam appatet) nusquam id sibi ipsi collectum, & in se ipsum conglobatum, nusquam propriam speciem valentem manifestat, itaque nihil lucet vsquam nullęque in eo permanentes spectantur stellę, quoniam tamen qui ad ipsum efferuntur vapores, non vt ad dissimile contrariúmve, sed vt ad simile cognatúmq; efferuntur eos, & exiguum quid calidiores tenuioresq; facti, in ipsum Aristoteli etiã agũtur, & huius-

& huiusmodi dum fiunt, stellarum speciem assumunt, ac facti nihil amplius lucent, quin penitus, cuiusmodi ens, in quod acti sunt, & reliquum est cælum, inutiles fiunt, propterea quòd æquè illorum vtrique tenues facti sunt, dubitare non licet quin quod cælo suppositum est ens, si vsquam in se ipsum conglobetur, cæli ritu luceat ibi stellæque speciem referat.

Nullæ porrò cælo in ipso, & supra Lunam huiusmodi fiunt stellæ, nequaquam ideo id euenire existimandum est, quòd nullus ibi sit calor, à quo vapores accendi queant, sed quod crassities nulla, quæ accensa lucere queat, eoúsque efferatur. Nam si ad Cælum ascendat vlla, si non ab eius calore, à motu certè accendatur. Alterum adhuc signum à Solis colore sumptum, omnibus quidem sed Aristoteli certè in primis igneum esse solem manifestare potuit, cui nimirum non perpetuò candidus Sol, ignis verò puniceus flauúsve, diuersus scilicet solis ignis que videtur color, sed vel iisdem in commentariis Iridis colores nos edocenti idem protsus visus est color vtriúsque. Nempe ignis, sicuti & sol, propria natura albus, at puniceus vterque & flauus fit, per vapores hic, per fumum ille, vel in fumo conspectus. Quapropter præsentes tantùm positiones vbique respicit Aristoteles, easque modò ne dimittat, nihil alibi positas amoliri, sensum etiam ipsum dimittere nihil veretur.

CAPVT XVIII.

Cælum igneum esse non sensu modo, sed propria etiam positiones Aristotelis demonstrare poterant.



VONIAM igitur rationes quæ quin Cælum vniuersum igneum poni possit obstare poterant, vanæ omnes atque inanes monstratæ sont, & Solis, cæli nimirum portionis in se ipsam collectæ, natura species, atque operatio, calor, lux, & motus, æquè ignis ac solis sunt, necessariò igneum ponendum est cælum. Rationes enim, quæ igneum id declarant, nihil minus quis inquiret, quàm si quos sensu ignes esse percipimus, ignes eos esse ratione assequi velit. At eas tamen, quæ Aristoteli in primis manifestare id poterant, intueri ne grauemur, vt cælo calorem abnegans, non sensus modò, sed propriarum etiam positionum oblitus appareat.

Iam non alia modò entia quæuis commota, agitatáque calorem assumere igniriquc, sed primorum corporum calida quæ sunt, à motu, frigida verò ab immobilitate facta esse Aristoteli visum est: ideo longè velocissimo & nunquam cessante delatom motu cælum calorem assumere & calidum fieri, quin iam diu factum esse existimandum fuit, eóque etiam promptius, quòd circulari, continuo nimirum nihilque remisso vnquam, quo quæ commouentur promptissimè omnia calefiunt & accenduntur, mouetur. Quin magis propria natura summè calidum esse colligendum erat: siquidem frigori grauitatem ac immobilitatem, calori leuitatem attribuit & mobilitatem, & nihil magis calor à motu quàm motus à calore fieri videtur. Ad hæc magis id asserendum erat, siquidem quæ aliena à vi commota, per se mobilia fiunt tandem, non prius talia fiunt quàm calore sumo summáque ab eo donentur tenuitate. At quæ summus corripit penitúsque exuperat calor in flammásque agit, vel si nullo interea agitentur motu, mobilia tamen fiunt omnia. Est itaque motus propria caloris operatio, quæ non alia à natura, sed vno à calore editur, & quæ non aliud quod Aristoteli facere videtur, nouum entibus, quę eam eduut, indit calorem, qui enim operatio, & res omnino quæ per se non exiftit ac ne exiftit quidem, sed dum fit perit, substantiam, à qua editur, generet? Verùm præinexistentem fouet, & veluti excitat, accenditque. Quare quæ paulò vehementius commouentur, magis assiduè incalescunt & accenduntur tandem.

Est igitur quod valde miremur, cælum perenni celerrimáque conuersione conuersum calidum Aristoteli visum non fuisse. Præterea ipsemet Aristoteles asserit, in omni serie ad primum vnum deuenire oportere, quod cùm tale sit natura sit, cur cætera quæ in eadem serie continentur, talia euadant, causa fit. Idcirco in calidorum serie ad vnum primum est deueniendum, quod sui natura calidū sit, cur cætera calida sint calefaciendique obtineant facultatem, causa fit. Id verò, quandoquidem neque ignis neque aër Aristoteli poni potest, cui eorum neuter summè propria natura calidus, sed vterque à cæli solisque motu circumactus contritúsque accenditur & ignitur, Cælum necessariò ponendum est. Neque enim corporum vlli calorem attribuat Aristoteles, sed vni luci ex accidente fieri illum dixerit. Quid enim absurdius, quàm rem omnium nobilissimam, & quæ cetibus inexistit omnibus, quia à qua cuncta constituuntur omnia, quæque si non natura ipsa, omniū certè natalissima est, corporum nulli inhærere, & corporis nullius propriam esse, sed ea accidente fieri arbitrari? Quin veluti & circulatio cælo assignata Aristoteli est, quia nobilissimus motus nobilissimo corpori conuenit, sic etidem & calor cælo assignandus, quòd nobilissimo corpori nobilissima assignanda est qualitas. Eoque etiam magis, quòd non qualitates modò, sed quæ caloris maximè propriæ sunt, & quæ manifestè à calore exuperante fiunt, eúmque perpetuò sectantur, tenuitas, albedo, & lux, cælo inesse spectantur. 1. de cælo, tex. 12. & 15.

Postremò, nisi præsentium positionū nimius amator fit, cælum solémque igneum, cuiusmodi sensus declarat, esse inde apte concluder, quòd quæ calorem cælo abnegat ratio, non sensui modò, sed propriis etiam (vt visum est) ipsius repugnat positionibus: & modus, quo à non calido Sole calorem fieri decernit, non longè amodò absurdissimus est, & qui nulla concipi quæat imaginatione: quin quem ne ipsi quidem Aristoteli satis placuisse coniectandū fit, sed quem ipsi etiam interdum, vbi tea proximius intuetur, damnet. Manifestè enim eum respuit, dū à Solis luce, à Solis substantia, & ipso à Sole (quid enim aliud quàm propriam substantiam & seipsum effundat Sol) fieri illum ponit. At id suo copiosiùs discutietur loco. In præsentia enim, quę Peripateticorum nonnulli, ne cælum propterea moueri quòd calidum sit, ponere liceat, nobis obiiciunt, tum & quibus calorem frigúsque non agentes rerum naturas substantiásque, quales nobis positæ sunt, sed aliarum naturarum organa qualitatésve esse, quæ positionibus nostris obstant, exponenda sunt & examinanda.

CAPVT XIX.

Rationes, quibus Peripateticorum nonnulli cælum non propterea moueri, quòd calidum sit, astruunt, reiiciuntur.

SI, inquiunt, motus propria caloris operatio est, & cælum ideò mouetur quòd calidum est, vtique calidissimas ipsius partes, Solē stellásque multò quàm reliquas velocius, & has, æquè calidę cùm sint omnes, æquè velociter moueri oporteat omnes, non, quod fit, medias longè rapidissimo, extremas longè tardissimo, Polos nullo prorsus circumuolui motu. Motum teor taliúmque haud permagnum fit rationem reddere. At minimè tamen singulorum cęli motuum eiúsque constructionis causas rationémque nobis omnino notam esse profiteamur vnquam. Quis enim Dei sapientiam, qua supremum construxit opus, & qua modum ipsi facultatémque non seipsum modo conseruandi, sed reliqua etiam omnia constituendi impartitus est, exactè assequetur vnquam? Cæli nos naturam substantiámque in Sole inspexisse contenti, quæ sese ipsa nobis manifestauit scotiendamque præbuit apertissimè, & eius operationem, & ipsam sensu perceptam, & propriæ conformem naturæ, & pauca quędam talia, cætera, quæ longè plurima supersunt scitúque longè dignissima, ne inquirenda quidem existimamus, quippe quæ homini innotescere nulla queant ratione. Quamobrem ad institutū redeamus, & horū cuiuslibet causā reddamus,

2. Meta. phis. tex. 4.

Quæ esl idinra funt, velociore ea motu opus habere, quandoquidem motu fetoatur ealor, rationi sanè eongruum est. At tametsi languidissimus ab orbibus, à Sole autem vehemens ad nos adoenit ealor, minimè tamen ab illu hic diuersos, sed vnos idémque vrerque est. Non virium robore hic illum, sed copia tantùm exuperat. Nihil itaque oatura diuersi, mòtu eodem contenti esse possont. Quòd si copiosior in Sole factus, robustior etiam factus est, & propterea velociore indiget moto, iam multò, quàm orbis, velocius moueri videtur Sol: qui nimirum & cum illo circumfertur, & ab illo seorsum & per se longè rapidissimu circumuoluitur mutu, vt non in exoriente eo tãtùm oceldenteque liquidò intueri licet, sed vel in meridiano, vbi aer crassiusculus fit, vbi scilicet non valenrer visum ferit Sol, proindeque se inspiei fioit: & in aqua, multóque magis io speculis aquæ suppositis: manifestissimè enim in iis admirabili illum celeritate circumuolui intuebere: vt ambigere nihil possis verum esse Solis morum, quo, & oriens circũuolui videtur, & oceidens, non oculis falsò visum oimio eius fulgore obstrictis.

Non circumuoloitur autem Luna, inque iode patet, quòd eompactiores eius partes, quæ virginis faciem effingere videntur, nusquam situm immutare appatent. Neque enim adeò in se Ipsam eompacta est Luna, vt calorem in ea multò quàm in reliquis orbis partibus copiosiorem, & qui velocius moueri opus habeat, collectum esse existimemus. Illa enim minimè propria vi propriáq; lucet natura, sed (quod nubes, in qua περίλιος eoostituitur, præstat) Solis modò lucem remittit, eiúsq; aspectum, quod tenuissimi faciunt vapores, demit, Stellę reliquæ, si oon & ipsæ Solis lucent luee, & propriis orbibus calidiores veloeius moueri appetunt, Solis ritu in propriis & ipsæ eireumuoluuntur orbibus. Polis proximæ partes, & poli etiam ipsi non vsquequaque immobiles, quæ scilicet tardo quidem at assiduo circumuoluuntur motu: sed, vt dictum est, ipsis cum propriis Polis assiduè modò ad æquinoctialem eireulũ, ad ipsius modò feruntur Polum. Quin neque hic penitus immobilis, sed huc illuc agitur.

Is verò qui nuper in stellatu orbe deprehẽsus est motus, trepidationis ab eius inuentoribus dictus, quia oon circulo tantùm ferri, sed trepidantium more in hanc modò, modò io illam agi videtur partem, manifestissimè declarat. Non enim, nisi ipsius Poli huc illuc agantur, huiusmodi moueatur motu. Sphęricum eertè cum sit Cælum, & circulari circumuoluatur motu (quale esse & quo moueri oportuit modo) nec omnes ipsius partes eadem moueri celeritate possunt, nec fortè necesse est. Nam quæ tardius mouentur, à proximarum moru caloreque satis foueri possunt. Is certè, quo opus habeat singulis datus est motus. Verùm quo id factum sit modo, noo nimis anxiè homini inqnirendum videtur, cùm nulla fortasse exquisitè innotescere queat ratione. Neque hoe nobis magis quàm Peripatieis dicendum, qui quidem fateantur opus est, propterea moueri Cęlum, quod proprius sit naturalísque ei motus, eoque proprium cõsequatur bonum, eo deoique seruetur. Similiare igitur cum sit stellis carens Cælum, eiusdemque vniuersum naturæ, eadem vniuersum velocitate, iisdemque moueri oportuit motibus, stellas verò, in quibus copiosior cęlestis natura, quæcumque ea sit, collecta est, lõgè velocius, vel si libet, pigrius, ooo æque Cęlo Peripateticis puras syncerásqoe.

At, quod reliquum est, Peripateticorum nõnullorum rationes exponamus excutiamusque, quibus ealorem frigúsque, non qualia oobis posita sunt, agentes rerum naturas & substantias, sed aliarum substantiarum organa qualitatésve esse contendunt, vel si nihil ex reiiciendæ essent. Quoniã enim propriis Sol viribus propriáq; calefacere videtur natura, & nihil ab eo aliud, sed calorẽ modò ad nos accedere ipsi etiã affirmant, vtique eũ quæ ab eo fiunt eotia, non ab alia natura, sed à calore constitui omnia, tum Soli ipsi aliam naturam nullam, sed vnũ modo inesse calorem, qui, ac etiam frigus substãtiæ sint, fatebuntur. At perpendantur tamen. Et quò commodius agatur, quibos naturis substantiæ nomẽ eongruat, & quæ formæ Peripateticis dicantur, quanquam satis vtrumque perspectum arbitrur, paucis perstringamus.

CAPVT XX.

Quæ natura substantia formaque Peripateticis dicuntur ac nonnullorum rationes, quibus calorem & frigus substantias esse negant.

SVASTANTIA, si, quod vel ipsum nomen innuit, natura est quæ per se subsistit, dubio procol materiæ, corporeæ nimirum moli, in primis congruit. Nam si naturis agentibus penitus exuta & sola per se esse & per se subsistere materia visa est nunquam, at eorporea certè cùm sit, quin per se subsistere queat, & quin quòd entia ex ipsa agentéque natura composita subsistaot, vel sola ipsa in primis præstet, dubitare nihil contingit. Quoniam verò per se suíqoe natura penitus insormis & penitus iners demortuáque, pene & non ens materia existit, eæ itidem naturę, quibus materiæ inditis, quas entia dispositiones, & quas agendi operandíque habent faculrates illi induntur omnes, quibus scilicet materiæ adiectis, & entia reliqua quęuis, & ipsę etiam plaotę ipsáque construũtur animalia, substantię Peripateticis dicuotur. Nec perperam, vt videtur, nam si non vt subsistant, at certè, vt quod sunt, quod agunt, & quod operantur, sint, agãt, & operentur entia, præstant. Eædem quoque, & formæ Peripateticis appellantur. Itaque calor frigúsque substantię oe sint inquirentibus, num entia ab iis constituantur, & quas species quásque agendi operandíque facultates sortita sunt, iis ab accedentibus illis donata sint omnibus, & omnibus itidem spolientur recedcotibus pereuotibúsque illis, inspiciendum.

Aonon id quidem ita habet, cùm ipso passim percipiamus sensu? Quæ enim generantur, immutantur, corrumpuntur entia, à calore & frigore generari, immutari, corrumpi liquidò apparent. Atqoe entium quorumuis species, agendíque & operandi facultates immutantur, prout singulorum ealor frigúsque immutatur. Peripateticorom tamen quorundam rationes inspiciendæ, quibus dictas oaturas substantias non esse astruunt, & quæ ipsa constituere pręstareque videntur, noo ab ipsis, vt primis prineipibúsque causis constitoi pręstarique, sed ab aliis longéque præstantioribus naturis, & quæ verè substantiæ fiot, caloris frigorísque, vt propriorum organorum ope atque opera vsis: quibus tandem rationibus calorem frigúsque nequaquam constituentes esse entium naturas substantiásque, sed earum organa statuunt. Quooiam, inquiunt, accidentium ritu (quarumdam videlicer entiom conditionum, qoæ nihil ad ipsorũ constitutionem immutationéque cõferunt, sed enti cuiuis, nihil eo immutato passóve, indidemique possuot) calor è multis, quę subit & quę eorripit, oihil earum specie substantiáque & facultatibus immutatis, recedit, aceidensiomulis fit oporter. Neque enim substantia perpetuò si sit, quę subit occupátq;, non (quod substantiarum proprium est) inexistentes naturas, earumque species & facultates ex illis deturbet omnes, propriámque sui ipsius speciem & proprias non indat facultates, in alia nimirum non immutet entia. Absit verò, vt vspiam accidens conspectus si sit calor, non vbique accidens, sed substantia vsquam appareat.

Actiones præterea operationésqoe, quas cùm aliis in entibus, tum verò in animalium corporibus edit calor, eæ nequaquam à calore suo ipsius agente arbitrio edi existimare licet: neque enim stupidus, sensusque omnis & omnis mensuræ rationísque penitus expers calor, quæ in animalium corporibus passim efficit, partiom quarunuis passiones indigentiamque percipiat omnem, ad eásque, quæ ipsius ope opus habent, à quibus videlicet vel malum quodpiam amoliendum, vel

ad quas

ad quas bonum quodpiam adducendum est, statim aduolet vniuersus, eaque sem per sui copia, ac viribus, quas præsens vsus vel præsens exposcit appetitus, itaque agendi operandique modum immutet, rationémque & perpetuò præsenti eam vsui accommodet, actiones denique operationésque producat, quæ sentienti tantùm cognoscentique substantiæ attribui queant. Conditionum insuper, quæ caloris frigorisque propriæ sunt, nulla substantiis formísque congruit, non contrariæ quidem sibi ipsis sunt formæ. Quænam in equi atque hominis forma contrarietas spectari potest? Et rerum veluti termini quidam formæ cùm sint, vel rebus eos indant, intendi remittique, & magis minúsque suscipere non possunt. Et solo intellectu non sensu vllo percipi possunt. Propterea igitur calor frigúsque substãtiæ & formæ illis non videntur, quòd accidentium more è rebus quas subeunt nihil iis interdum immutatis recedunt, & quòd actiones operationésque, quas entia multa & animalia præcipuè edunt, præstantiores sunt quàm vt calori frigoríque attribui queant. Et quòd calor & frigus contraria sunt simul. Et quòd intenduntur & remittuntur, magis suscipiunt & minus. Et quòd sensu percipiuntur, quorum omnium (vt dictum est) nullum substantiis formísque euenire sibi persuaserunt. At entiom substantiæ cùm non sint, entibus tamen (inquiunt, & inquiant oportet, si eorum quæ fiunt rationem reddere velint) insunt omnibus, & quas entia singula actiones qualque edunt operationes, calor frigúsque eas edũt omnes, & eorum insuper opera & formæ ipsæ & cõditiones quæ entibus insunt omnes, & ipsa etiam cõstituuntur entia: quòd inertes per se ignauęque sunt formæ, & vt proprias edãt operationes, propriis singulæ organis, & propria etiam etiam opus habent sede, proprio nimirum calore frigoréque singulæ certáque materiæ dispositione. Nõ enim organum aliud forma vlla, sed omnes calorem frigúsve sortitæ sunt, & à calore modò frigoreue quæ materiæ insunt dispositiones induuntur omnes. At lõgè plurimæ, & longè singulæ diuersissimo ingenio præditæ, & actionum operationúmque longè diuersissimarum potentes cùm sint formæ, diuersissimis itidem vtantur organis, & diuersissima gaudeant dispositione oportet. Itaque in materiæ sinu omnes simul cùm insint, vna tantùm perpetuò quæuis in eius portione conspicua fit, & vnius tantùm actiones operationesque in ea spectantur, eius cuius qui materiam subit calor, & quam is materiæ dispositio indidit, propria est aptaque. Reliquæ latent torpentque, quòd organis, sine quibus nec agere nec operari possunt, carent, alienaque sunt in sede. At quarum quæuis, si proprium vnquam calorem propriumque nacta sit domicilium, statim eluceat atq; in opus exeat. Quas ob res caloris frigorisque casum insequi videntur formæ. Earum quæuis cum proprio exoritur calore, eoque aucto inualescit & ipsa, & imminuto debilitatur & interit etiam eo interempto. Singulas deinceps excutiamus rationes.

Capvt XXI.

Non idcirco calorem substantiam non esse, sed accidens quia accidentium more ad quædam accedit, & ab iis nihil immutatis recedit.

Siqvidem calor è multis quæ subit, nihil eorum natura oblæsa nec dispositione immutata, recedere apparet, quòd quæ subit entia nõ omnia immutat, inque alia agit entia, propterea substantia non videtur, vtique nec substãtiarum organum & cuius casum eæ sequantur, erit. Huiusmodi enim si fit, cur non statim atque ens quodpiam subit, forma cuius ipse est organum perpetuò emergit, ac præinexistente in veterium deiecta aliud constituitur ens? At, inquiunt, propterea non semper id fieri, quòd non semper accedens calor inexistentem robore exuperat, vel non tam diu agit, quamdiu, vt illum deturbet, agendum esset. Itaque reiicitur, & nihil interdum inexistẽte passo, eo verò incolumi manẽte, forma item, cuius ipse est organum, & quæ ipsius casum insequitur, incolumis remanet & ipsa. Sed si substantia etiam sit calor, quin idem euenire possit nihil obstat. Neque enim substantia quæuis quoduis subeat ens, inexistentem inde substantiam, & nullo deturbet temporis momento, sed robustior modò quæ est, tandiuque agit quamdiu vt inexistentem naturam exuperet & dispositionem immutet agendum est, quæ languidior existit, vel breuius agit, ea, inexistente nihil dum passa, recedat oportet. Proinde calor non propterea accidens ponendus est, quòd è multis recedit, nihil iis immutatis, inque aliud actis ens; quod nimirum, ibi euenit vbi exuperatur accedens calor. Quoniam autem exuperans, in quali eius natura inspicienda est, aliam enti naturam aliamque tribuit dispositionem, inque aliud mutat ens, & in eius simile è quo egit, si penitus exuperet, nihilque interea ipse à contra agente passus sit debilitatúsque (id quod igneus passim & viscerum nõnullorum agit calor) operationesque interdum operatur, quæ substantiarum propriæ sunt, quin perpetuò substantia sit, non est in controuersia ponẽdũ.

Capvt XXII.

Quæ calorem frigúsque non rerum substantias, sed harum organa, hi ponentes Peripatetici parum inspexisse videntur. Et calorem ente in quouis iuxta proprium perpetuò agere operarique ingenium, itaque naturæ nullius organum poni posse.

Calorem frigúsque non rerum substantias sed harum organa ponentes Peripatetici, & simplicia corpora & entia reliqua, quę ex illis sibi ipsis commixtis constituuntur Aristoteli, non à calore frigoréque sponte sua propriísque viribus, sed aliarum naturarum ductu atque ope agentibus operantibúsque constituta esse statuentes, aliásque entibus indentes naturas, quæ calore frigoréque, vt propriis vtentes organis, se ipsas in materia veluti stertentes, & potentia tantùm existentes, veluti excitent & actu faciãt entiáque constituant, parum caloris frigorísque ingenium, & parum entium generationem, eorúmque conditiones actionésque & operationes, parum etiam Aristotelis positiones decretaque intuiti videntur. Siquidẽ calor nunquam substantiæ alterius, sed iuxta proprium ingenium in omnibus perpetuò agit. Et manifestè vno à calore suo ingenio ac viribus, non alterius substantiæ ope agente, entia prorsus naturalia cõstituuntur, & eorum nullum conditionem vllam sortitum, nec actionem edere operationemve operari apparet vllam, quę calori frigorive attribui non possit & attribuenda non sit, Aristoteles ipse entium nulli aliam substantiam vllam, sed eam modò, à qua singula constituta sunt, inesse decernit. & substantias temere multiplicare, substantias nimirum entibus indere, quarum actio opúsve nullum nec vlla spectetur operatio, summoperè & iure quidem prohibet. Frustra enim insit nihil agens, operans nihil. Tum non prima modò corpora, sed entia reliqua, & ipsas etiam animalium animas, vbi intimius ipsarum generationem perscrutatur, non ab aliis naturis, sed à calore, frigoréve gigni testatur.

Verùm quę dicta sunt in proprij rerum caloris actionibus, & singulorum in entium generatione, tum & in ipsorum conditionibus actionibusque & operationibus, expendamus. Si hisce entibus alia à calore insit substantia, ciúsque ductu & ope agat operetúrque, eius scilicet organum si sit calor, certè (quod organorum proprium est, & quod agere Peripateticis videtur) ibi modò tantúmque agat, vbi quantúmque agere collibitum ac bonum illi salutaréque sit, actionem operationémve, quæ mala illi perniciosáque sit, nullam vsquam edat vnquã. Ita verò si agat calor, haud quaquam (quod perpetuò molitur perpetuóque ente in quouis agit) quam licet singulorum portionem in summam assiduè agat tenuitatem, assidueque in ea ipse euolet calor, itaque ipsemet

qui ea constituit destruat tandem omnia, proindéque & quæ iis Peripateticis inexistunt substantiæ corrumpat omnes, sed iners deséśque in omnibus stertat torpeátque, nihil illorum dispositionem immutans, nihilque ex iis ipse eunlans calor. Ita enim entia quæ nullis ab externis viribus oppugnantur, eorúmque formę perpetuò seruentur. Quapropter, quoniam quæ nondum adeo tenuia leuiáque fecerat calor, vt eueheret ea, propriam scilicet in iis operari queat operationem, assiduè tenuiora facit omnia, assiduéque ea in illorum portione, quam in summam agit tenuitatem, elabitur, immutat nimirum illa omnia. & in alia atque aliâ agit entia, idq; omnino perperuò agit, quod bonum ipsi salutaréque sit, at non certè & substantiæ, quam illis Peripatetici adiiciuunt, liquidò vtique patet, proprium entium quorumuis & ipsorum etiam brutorum calorem non substantiæ alterius iis inexistentis, sed suo ipsius agere iure, & aliâ substantiam nullam prorsus, sed vnum illis omnibus inesse calorem.

Capvt XXIII.

Simplicia corpora omnia non aliis à naturis, quarum calor frigúsve organa sint, sed vno à calore vnoue à frigore constituta esse: & eorum conditiones facultatésque omnes vnius caloris vniúsque frigoris esse.

PRima corpora à calore frigoréue Dei quidem Optimi Maximi, at non certe alterius substantiæ arbitrio aut ope agentibus constituta esse, si non Terræ, cuius portio nulla fieri apparet vsquam, at ignis certè, qui in commotis contritísque rebus & in fumo fit rebus sulfure illitis admoto, & aëris quem assiduè è Terra educit Sol, & fontanæ pluuialísque aquæ generatio apertissimè declarat. Iam nec motui contritioníque, nec rebus quæ accenduntur, minus etiam fumo sulfuríque ignis actu inest vllos, nec ipsius forma actu, euiusmodi eam esse oportet, quæ è materiæ potentia ignis formam Peripateticis educit ipsúmque constituit ignem, inest vlla. Et aër, qui præsertim densis è Terris, quæ non nisi tenuissimis vaporibus nihil prorsus ab aëris natura differentibus egressum præbeat, vno à Solis calore, & nullius aëris, cum ibi nullus insit, formæ ductu aut ope, sed sponte sua propriísque agente viribus efficitur. Aqua etiam, & quæ è terra emanat, & quæ in aëre fit, nullius aquæ formæ, quin nec frigoris opus videri potest. Siquidem, vt superiùs expositum est, è Terra illa à solis calore fusa, & hæc è vaporibus fit nihil minus è Terra quã ea aqua à Sole eductis, & in quibus nulla prorsus aquæ natura reliqua facta sit, & bene calido interdum in ambiente, nullo à frigore, sed à loci angustia in seipsos conspissatis, at si vel frigoris opera, non sanè vllius aquæ formę ope agentis. Quibus fit, vt, nisi ab aliis naturis, ignis, aëris, aquæ vniuersitates, quàm à quibus ipsorum portiones constitui & ipsæ refici videntur vniuersitates, constitutas esse Peripatetici velint, illorũ omnium ortus manifestè indicet, solo à calore constitutas esse omnia, & non aliam illorum vlli substantiam, sed diuersis quidem præditum viribus vnum modò calorem inesse omnibus.

Idem nihilo obscurius illorum singulorum & Terræ etiam affectiones actionésque ob oculos ponunt. Propterea quòd non alia in vllo conditio nisi tenuitas albedóque est. Ignia quæ exuperat, in fumum vaporésque, in summam omnia agere tenuitatem, & vnam modò tenuitatem, opus aliud nullum efficere, & statim ac factus est moueri, à motúque cessare nunquam, operationem aliam nullam prorsus operari videtur vnquam. Aër, vbi exilissimæ ipsius vires nihil à præpotente Terræ frigore reiiciuntur, mollire quædam, & Aristoteli ipsi languidissimo quidẽ, at assiduo moueri motu, aliud operari nihil apparet vnquã. Aqua, si non perpetuò, perpetuò ferè à robustiore Terræ frigore detenta, crassior certè quàm vt ab inexistente calore euchi queat, at & ipsa nullo à frigore correpta, quædam quæ nihil subit, emollit quid, motu gaudet & seruatur, eoque prohibita corrumpitur aliud propriis viribus agit operatúrque nihil. Suprema Terræ portio à longè amplioribus solis viribus sua natura suáque specie penitus exuta & laxata quid emollitáque, valde tamen crassa est, & è profunda, non aliud quicquam quàm vnum continenter emanat frigus, & sui sese viribus in sublimi continet: dispositionem tandem & facultates, quæ frigoris cuiusuis propriæ sunt, sortita est. Quamobrem, nisi desidem primis corporibus substantiam Peripatetici inesse velint, non aliam illorum vlli naturam, sed vnum modò calorem frigúsque vnum inesse decernant oportet. Nam tenuitatem albedinémque, & attenuandi motúsque edendi facultates non ignis formę alterius quã caloris cuiusuis esse omnes, si nõ satis superius est patefactũ, quæ coeте è quouis & ipsa etiã è terra elabitur tenuitas apertissimè docet, quę à calore quouis fit, & alba est mobilísq;.

Et, vt melius res percipiatur, Aristotelem prima corpora construentem audiamus. Etenim, si ipse ad eorum constitutionem naturam aliam nullam, sed calorem modò, frigúsque attulerit, eò certè amplius Peripatetici incusandi sint, non temere modò, & Aristotelis decretis alibi prolatis, sed ipsius etiam sententiæ prima corpora constituentis aduersi, cùm, præter illa, alias iis impertiant substantias multóque illis præstantiores.

Capvt XXIIII.

Ad primorum corporum constitutionem Substantiam aliam nullam, sed calorem modò frigúsque Aristoteli allatum esse.

PRimorvm corporum principia, quæ materiæ & quæ formæ sunt, explicans Aristoteles, Principium, inquit primúmque materia est, inseparabilis quidem, sed contrariis subiecta, nec enim calor frigori, nec illi hoc, sed quod vtrique subiicitur, materia est. Quare, primò quod potentia sensibile corpus est, principium est, tum contrarietates ipsæ, seu calor & frigus, postremò ignis & aqua, & quæ eiusmodi sunt. Tum quæ formæ tantùm sunt, vt ipse apertissimè docet, & suorum negat nullus, Calidum, inquit, & frigidum, & humidum & siccum principia apparent, quæ nimirum & agere videntur & pati, & prima esse, qualia primorum corporum, & quæ in sese mutuò transmutantur principia esse oportet. Sola igitur materia, & contrarietas sola ad primorum corporum constitutionem satis Aristoteli est. Substantiæ alterius neque hic neque alibi vspiam meminit; quæ si alia primis insit corporibus, princeps præsertim, & quæ, vt Peripateticis placet, calori frigoríque imperet, eorũque vtatur ministerio, si manifestari sensuíque exponi non poterat, at admonendi saltem eramus, aliam illis inesse substantiam, quæ nullo sensu percipi apta ac penitus incognita, per proprias qualitates propriáque assequenda esset organa. Hoc, inquam, simplicium principia inquirenti, & simplicia componenti faciendum Arist. erat.

a 1 de generat. et corr. c. 4. & 5. & sequent.

At is nihil tale innuens vsquam, tangibiles oportere esse ait tangibilium corporum differentias. Quoniam, inquit, corporis sensibilis, hoc est tangibilis, principia quærimus, constat non omnes corporis contrarietates, species, & principia facere, sed eas solas quæ sub tactum cadunt, Rectè sanè: neque enim ens habeat quicquam, quod à natura, à qua constitutum est, non habeat. Et calor, inquit, prædicamentũ quoddã, & species est, frigiditas priuatio, His aũtẽ differentiis ignis & terra differunt, substantialibus ipsi asserunt Peripatetici: namque si substantiales non sint, nõ ad generationem corruptionémque, de quibus ibi est sermo, sed ad alterationẽ pertineant. Et alibi, similares, ait, partes ex elementis cõstituuntur, igne, aëre, aqua, & terra, tum quasi sermonem corrigens, verius, inquit, ex viribus elementorũ, non tamẽ omnibus, sed ex calido, frigido, humido & sicco: quę nimirum elementorum formæ sine dubio sunt, aliud enim, quod forma præsertim haberi queat, inesse nullum prorsus conspectum est vnquam, &, quod caput est, nulla est operatio, quæ aliam inesse formam admoneat.

a 2. de part. animal. ca. 1.

Nec verò nus magis in hac sumus sententia, quàm Peripateticorum longè optimi longéque præstantissimi, Calor, inquit Aphrodisiæus, substantia est, quoniam ignis forma est, idem & Græci reliqui penè omnes. At Ammonius alter Peripateticorum princeps non illum modò sed febrilem etiam calorem substantiam esse ait, qui corpus humanum in aliud immutet ens quæ enim quid constituit natura, necessariò & substantia & entis quod constitutum est effectúmque forma existit. Parmenidem certè, qui calorem frigúsque rerum principia posuit, nusquam incusat Aristoteles, quòd accidentia quæ sunt substantiarum posuerit principia, sed interdũ quòd non vniuersalissimam adduxerit oppositionem, interdũ quòd non aliam venatus sit efficientem causam, quæ pati ipsa impotens, & veluti arte & ratione vtens illorum moderetur & quasi cohibeat vim. Quoniam igitur ignis, aerísque, & aquæ generatio, eorúmque omnium: & terræ etiam conditiones, quæ non penitus à Solis calore, in suprema ipsius superficie, quæ nobis conspicua est, corruptæ sunt, præterea, & actiones, operationésque vno illa omnia à calore, & vno terram à frigore constitutam, & non aliam illorum vlli substantiam, sed vnum illis omnibus calorem, & vnum terræ frigus inesse declarant, nihilque in illorum vllo spectatur, quod alij naturæ meritò attribuatur, & quod calori frigoríve attribui non possit, ad illorúmque constitutionem naturam aliam nullam, sed vnum modò calorem vnúmque Aristoteles affert frigus, vtique, nisi positionis tenaces esse velint, calorem frigúsque non amplius ignis reliquarúmque simplicium formarum organa, sed terræ quidem & aquæ frigus, aeris verò & ignis calorem formam ponant.

12. Meth. phy com. 12 & de sens. & sens. com. 30.
In Præd. cap. de Accid.
1. Phys te. 48 & 49.
2. de gen. tex. 14 15.

Quam rem bene apertè scribit Galenus, dum elementa non aliud quàm materiam primam & solas qualitates docet, ex quibus habent quod elementa sint. Alexander, præter adducta superius loca, clarissime libro 2. de anima, qualitates formas substantiales elementorum, at etiam libro primo nat. quæst. appellat. Philoponus itidem huic assentitur sententiæ 2. de ortu, & interitu. Inquit enim ex qualitatibus, & prima materia simplicia constare corpora, qualitatésque principium esse formale. Hoc idem habet Olympiodorus 4. Mete. Sed quid multa? Diuinus Medicinæ parens Hippocrates in libro de carnibus, quæ mirabilia de calido narrat? Libet eius verba, quia admiratione digna continent, græcè referre. Νῦν δὲ ἀποφαίνομαι αὐτὸς ἐμεωυτοῦ γνώμας. δοκέει δέ μοι ὃ καλέομεν θερμὸν, ἀθάνατόν τε εἶναι, καὶ νοεῖν πάντα, καὶ ὁρῆν καὶ ἀκούειν, καὶ εἰδέναι πάντα καὶ τὰ ὄντα, καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι. Nunquid Hippocrati calidum est accidens? Hæc omnia, si attentè animaduertent, non elementorum tantùm, sed reliquorum itidem entium, quæ à frigore constituta apparent, frigus, quæ verò à calore, calorem formam afferent. Nam entia reliqua omnia, & ipsæ etiam plantæ, & animalia non aliis è rebus neque aliis à naturis, sed è simplicioribus ab eorúmque formis sibi ipsis commixtis complicatísque, & mutua actione refractis, Aristoteli efficiuntur: & substantiam aliam nullam ad eorũ constitutionem is affert vsquam, nec si afferre velit, vnde illam eruat habet.

2. de ele. cap. 9.
Cap 31.
Cap. 6.
Com. 6. & 7.
In principio.

E cælo enim, é quo solo defluere illa queat, calor tantùm Aristoteli defluit, minimeque is à cæli substantia emanans, qui elementari fortè præstantior, vel ab eo diuersus videri queat, sed ipso in igne à Solis motu commoto, contritóque, aliud nihil passo, factus, & ab ipso hoc delatus igne, qui igitur nequaquam igneo præstantior, vel alterius ab illo rationis, non natura videlicet agendíque & operandi facultatibus, sed robore tantùm differens est. Quamobrem calorem frigúsque simplicium formas esse, si (quod faciant oportet) Peripatetici assensiant, reliquorum itidem entium quorumuis, vel calor vel frigus, vel huic commixtus ille forma necessariò ponendus est, nihilque nobis repugnandum, calorem frigúsque substantias, & rerum omnium principia ponentibus. Verùm longius progrediamur, atque in reliquorum entium, & in ipsorum etiam animalium constitutione conditionibúsque & actionibus operationibúsque, num alia iis à calore insit substantia, & cuius calor organum sit, contemplemur.

Capvt XXV.

Itidem & reliquorum entium omnium.

Si entia reliqua & ipsa etiam animalia è simplicibus corporibus sibi ipsis immixtis, & ab ipsorum naturis mutuo à seipsis passis imminutísque, vt Aristoteli placet, constituuntur, cùm (vt probatum est) illorum nulli alia à calore frigoréve substantia insit, vtique & entibus reliquis vnum modò calorem frigúsque vnum, substantiam aliam nullam indere Peripateticis conuenit. Etenim quàm è cælo interdum ad eorum constitutionem deducunt, à calore alia ipsis, vt diximus, ponenda non est. Cæli námque motus in ignis elemento calorem facit, ignísque partes deorsum ad terras detrudit, at ab ipsius substantia res nulla prorsus Aristoteli aduenit. Minus etiam delabatur, si, quod nobis positum est, & ipse amplius monstrat sensus, entia reliqua, & multa etiam animalium genera è terra à solis calore emollita fusáque fiunt. Quin, & quæ è semine enascuntur animalia, si eorum constitutionem propius Peripatetici intueantur, vno & ipsa à calore & formę nullius tecto habenis sed iuxta proprium agente ingenium effecta esse decernant oportet. Nam cum è masculino fæmininóque semine, & menstruo sanguinę, è rebus solo à calore constitutis, ab vtetique calore fusis immutatísque, è rebus inquam & ab agente fiant quorum nulli animalis animam actu existentem indere Peripatetici possunt, vtique animalium constitutionem calori nullius animalis formæ opera, sed iuxta propriam agenti naturam attribuant necesse est.

1 Mete. cap. 4.

Nec tamen substentiam hominibus inesse, quæ non caloris vllius, sed Dei ipsius sit opus, negemus vnquam, quin manifestè id asseueremus. Non enim à diuinis modò literis, sed (vt suo amplius explicabitur loco) ab humanis etiam admoniti sumus rationibus, aliam ab anima è semine educta, & à spiritu neruoso generi inexistente hominibus inesse substantiam, & Dei hanc opus, & cum corporis vniuersi, tum verò & spiritus ipsius formam esse, & spiritus ipsam actiones operationésque dirigere perficeréque omnes. Reliquorum præterea entium & ipsorum etiam animalium nulli conditio inest vlla, nec ab illorum vllo actio operatióve edi videtur vlla, quæ vna à calore proficisci non possit & omnino non proficiscatur, Nam calor, qui in laborantibus, iis scilicet in animalium partibus quæ eo opus habent, fit, & (vbi eo opus non est) cessare apparet, haudquaquam est ab anima ad illas missus, sed spiritus, sanguinisque aduentus fit. Et modus, quo arteriarum venarúmque fibris inexistens spiritus, perque eas meaus, eas intendens, ac assiduè arteriarum venarúmque partes, è quibus abscedit, constringens, sanguinem secum, quocumque fertur, apportet, alibi traditus est. Aristoteli porrò non simplicium modò corporum, sed mixtorum etiam omnium, & animalium animatum insuper substantiam, calorem, & spiritum visum esse, non ex ipsius dictis colligere, sed ipsum apertissimè id enuntiantem audire licet.

Elementa, inquit, omnia contrarietatem habent, quoniam ipsorum differentiæ contrariæ sunt. Differentiis « porrò à quibus constituuntur immutatis, & ipsa itidem « immutantur. Frigore igitur in calorem immutato, aqua « in aerem transit, & aer fit. At si neutra, ait, differẽtia neu- « trum vicerit: mutuò autem in seipsas agentes, & mutuò « à seipsis patientes, mutuò sese imminuerint ac debilita- « uerint, & vtriusq; vis retusa appareat refractáque, vtrũq; « immutatur: & nec aqua amplius remanet, nec aer, neque « aer constituitur, nec aqua, sed tertium quoddam veluti « ex vtroque compositũ. Quoniam verò vitium inæqualitas nõ in indiuisibili, non vnũ modò cõstituitur, sed infinita propemodũ, carnes, inquit, & ossa. Tũ propius eorũ generationẽ edocẽs, Simplex, ait, & naturalis generatio

2 de gener. te. 22, & sequent.

[4. Met. cap. 1.] transmutatio est, facta ab actiuis qualitatibus, à calore videlicet & frigore, è subiecta materia. Praeterea animalium sponte nascentium exortum explicans, [Lib. 1. de gen. ani. c. 11.] Generantur, inquit, in Terra humoréque animalia, quoniam humor in Terra, spiritus in humore, calor animalis in vniuerso inest, vt omnia quodammodo animæ plena sint. Quemobrem consistunt celeriter, cum calor ille comprehensus siue exceptus est, comprehenditur autem & humoribus incalescentibus efficitur veluti spumosa bulla. [4. Met. cap. 2.] Et alibi, Putrefactis, dicit, facillimè ingenerantur animalia, quòd excreta caliditas constituit & componit corpora, ipsa nimirum anima: siquidem anima corpora Aristoteli constituit. [2. de gene. animal. c. 3.] Tum perfectorum generationem tradens, Inest, inquit, in omnium semine quod calor vocatur: id autem non ignis, non talis aliqua facultas, sed spiritus, qui in semine spumosoque corpore continetur, & natura, quæ in eo est, proportione respondens elemento stellarum. Quamobrem ignis nullum animal generat: at solis, & animalium calor generatiuus, neque is modò, qui in semine continetur, verum etiam si quid excrementi sit, quamuis à natura diuersum.

Clarum est, animalium animę generationem cominus intuito Aristoteli, nō igneus quidem, at calor certè ea esse visa est. Sui tamen obliuiscitur, dum calorem, qui à sole ad nos aduenit, ab igneo diuersum statuit. Cùm etenim non à solis substantia, sed motu, quo suppositum ignem accendit, & ad nos vsque detrudit, fiat igneum, & à motu paulò vehementiorem factum illum asserit. Quapropter non quia ab illo passim, ab igneo verò perraró animal generatur, ob id nimirum actionis discrimen, quod in virium diuersitatem referri poterat, diuersæ esse naturæ decernendum, sed diligentius discriminis caussa erat inuestiganda, & paulò attentius eam rimanti conspecta planè foret. Ob id nanque ignis animalium generatiuus non est, quòd ad animalium constitutionem blandiore languidioreque quàm quo ignis viget, opus est calore. Eadem ratione solis calor vehemens vbi est, animal nullum gignit, ignisque vbi moderatus est, multa. Verùm in alium hæc reiiciantur locum. Reliquæ enim rationes, quibus calorem frigúsque substantias esse pernegant, dissoluendæ sunt. Et si supersedere hoc labore licet, non enim reliquorū modò entium, sed animalium etiam animæ substantia Aristoteli ipsi visus est calor. Cui igitur verisimile fiet accidens esse, quod (vna terra ac homine exceptis) corporum omnium forma est?

Caput XXVI.

Calorem & frigus non propterea substantias non esse quod mutuò sibi ipsis opponuntur.

Suorum etiam decretorum obliti sunt Peripatetici, dum ideo calorem frigúsque substantias esse negant, quòd mutuò sibi ipsis opponuntur, mutuòque sese subiecto deturbant, interimunt, contraria omninò sunt. Quoniam maximè contraria ponunt quæ in eodem quidem apta sunt esse subiecto, at simul esse non possunt, substantias præcipuè, & solas esse contrarias inter se ponant oportet. Propterea enim mutua entium omnium immutatio ac inuersio est, quia inexistentes substantiæ idem omnes subiectum appetunt, at contrariis gaudentes operationibus diuersas illius moliuntur dispositiones, in eodem itaque simul esse impotentes & nolentes mutuò sese deturbant. Et vel si aliæ à qualitatibus existant formæ, illisque (vt propriis agant organis) contrariæ tamen inter se oppositæque ponendæ sunt. Neque enim iners artifex natura, quæ non apta sibi & morigera paratit organa, sed subiecto ipsa insideat quòd organum sponte sua pararit, itaque & ad organi operetur ingenium. Præterea, quoniam quæ generantur, à simili quidem, at è contrariis generari omnia, & quæ corrumpuntur à contrariis corrumpi ponunt, nisi substantias inter se contrarias reputent, ipsarum generatio corruptióque non ab ipsis fiat, sed ab ipsarum qualitatibus, quod maximè omnium Peripateticorum placitis aduersatur. Natura enim agens nulla aliud à se ipsa quicquam, at multò certè minus nobilius quod sit præstantiúsque agere cōstituerèque illis potest.

Absit, inquiunt, vt agens vllum extra proprium gradum propriámque agat dignitatem, & quod constituitur non à simili constituatur. At quæ tamen, aiunt, in hominis atque equi forma contrarietas spectatur? Summa mehercule Aristoteli Pythagoricos magnopere incusanti, animam quamuis cuiuis temerè indentes corpori. Si etenim non è materia quauis quæuis educi potest forma, sed ea tantùm cui materia apta facta sit propriaque, cò nobilissimæ amplius, animalium nimirum animæ, ex eo tantùm corpore educantur, quod ipsis maximè aptum factum sit propriúmque. [10. Meta. te. 12. 13 & 14.] Hominis ergo atque equi forma ex adeo dissimilibus Aristoteli effectæ rebus, adeóque dissimilia ponentes opera, dissimiles contrariæque Aristoteli sint oportet, cui scilicet formalis repugnantia omnis oppositio est.

Sed quorsum ego Peripateticorum dogmata, quibus, dum substantias contrarias inter se negant, Aristoteli aduersantur, affero? Ipsemet sexcentis in locis contrarias inter se substantias enunciat. Nam principia, quæ rerum formas & rerum substantias esse, & à quibus res constitui nemo neget, inquirens Aristoteles, contraria illa ponit. [1. Phys. tex. 43.] Quoniam, inquit, nō quodlibet agit in quodlibet, nec quodlibet à quolibet patitur, sed contrarium modo in contrarium agit, & contrarium à contrario patitur, quæ agunt principia, formæ, substantiæque, (iis enim Aristoteli potissimum actio omnis attribuitur) contraria erunt. [Tex. 42.] Ad hæc, docet non ab alio oriri principia, nec à se ipsis mutuò, & ab ipsis constitui omnia. Atque ob hanc caussam contraria illa esse oportet, & prima insuper contraria, integra nimirum nihilque imminuta aut sibi ipsis commixta, iis enim dūtaxat, quæ principiis inesse debent, insunt omnia. [1. Phys. tex. 48.] Adeóque inquit, manifestum est, agentia formaliáque principia contraria oportere poni, vt antiquiores veluti ab ipsa coacti veritate in hoc conuenirent ad vnum omnes, omnes enim contraria posuere. Efficientia etiam, quæ in naturalibus eadem formalibus Aristoteli imprimis sunt, contraria illi statuuntur. [2. de gen. tex. 56.] Quoniam, ait, contrarius est generationi interitus, cōtrariorum autem contrarias esse oportet causas agentes, quæ agunt efficiuntque principia, contraria sint necesse est. Insuper prima construens corpora, Nos autem, inquit, sensibilium corporum materiam quandam esse dicimus, eam autem separari non posse, sed semper cum contrarietate esse, nunquam scilicet ab altero contrario seiunctam, sed ab altero perpetuò detentam. Quod repetens, Materiam, inquit, ponimus inseparabilem quidem, sed contrariis subiectam, [Tex. 12.] formis nimirum substantiisque. Neque enim primorum corporum constitutionem inquirens, non illorum formas substantiásque, sed accidentia inquirat. Deinde corporibus constitutis, aer, addit, maximè terræ oppositus est, & aquæ ignis, vt pote quòd huius formæ substantiæque illius forma ac substātiæ opposita est, & contraria. Nam si qualitas contraria sit, non aquæ ignis sit contrarius, sed huius qualitas illius qualitati. Et propterea incorruptibile concludit cælum, quòd eius substantiæ substantia nulla contraria est.

Quæ, arbitror, intuentes Aristotelicorū nonnulli dicunt, nequaquā substantiæ cuilibet substantiam quamlibet opponi negat Aristoteles, nō enim simplici simplicem, quas apertè sibi ipsis opponi enunciat, sed cōpositæ compositam, simplicia videlicet corpora contraria Aristoteli sunt, sed non mixtis mixta. Haud tamen rectè sentiunt: quandoquidem si simplicia componentiaque contraria inter se sint oppositáque quę itidem ex ipsis constituta sunt opposita inter se esse oportet contrariaque. Quocirca melius alij, qui vbi Aristoteles, inquiunt, substantiam substantiæ contrariam esse negat, non formæ formam contrariam negat, sed materiæ materiam ac subiecto subiectum, communes tamen intelligendum

gendum ac remotum, quod vnum est idémque omnibus: nam proximum à formis singulis diuerso, ac contrario afficitur disponitúrque modo. Relinquitur igitur, non ideo calorem frigúsque substantias non esse, quòd mutuo sibi ipsis opponuntur.

Capvt XXVII.

Neque verò, quod intendantur, & remittantur, magísque suscipiant, & minus.

Contrariæ cum inter se sint formæ, mutuóque in se ipsas agant & mutuò à se ipsis patiantur, intendantur oportet remittantúrque, & magis suscipiant & minus. Et omnium minimè Aristoteles id negat, qui (vt alibi dicimus) agentia rerum principia, rerum nimirum formas rerúmque substantias inquirens, duo tantùm illa esse maximè contendit multísque declarat rationibus. Quæ quidem cum plurima ac diuersissima efficiant entia, plurimæ & ipsæ ac diuersissimæ, & tot omnino ac à se ipsis diuersæ fient, totque iisque modis intendentur & remittentur, quot entium genera constituent, & quibus à se ipsis ea different, propterea quòd quæ vires conditionésque entibus insunt, à natura eæ inditę sunt omnes à qua constituta sunt. Ipse insuper mixta omnia è quatuor simplicibus corporibus penitus sibi ipsis immixtis, & singulorum substãtia nequaquam abolita, sed remissa refractáque componi decernit. Præterea, quoniam quæ sub eodem genere Aristotelicis locantur entia, quęque ab vna eadémque iis constituta sunt natura agendi ea viribus summopere à se ipsis differunt, vtique & naturam, à qua constituta sunt, viribus à se ipsa differre oportet, nam actiones formarum esse omnes nemo non Peripateticorum asserit. Quin si non propriis sed qualitatum viribus agunt formæ, & à qualitatibus, quemadmodum putant, constituuntur, quoniam qualitatum casum sequuntur, tumque ipsis eæ oriuntur atque occidunt, cum ipsis intendantur necesse est, ac remittantur.

Nam si, vt Peripateticorum optimi opinantur, cum propria qualitate imminuta forma integra stare queat, & cum nulla illa stare queat (quandoquidem qualitatis gradus eiusdem omnes sunt conditionis, & quod vni competit, omnibus etiam competit, vt si absque vno qualitatis gradu ignis forma seruari possit, & sine cæteris etiam seruetur) absurdum sanè, imminuta qualitate integram formam permanere, formámque eandem ad proprium opus robusta, languidáque vti qualitate. At fortè non propterea substantias intendi remittiue posse negent, quòd earum vires neque augeri neque imminui queant, quod nimirum fieri, negari non potest: sed quod id vbi fit non amplius eædem remaneant substantiæ, sed verè pereunt inque alias aguntur. Propterea sanè si intensionem iis remissionemque abnegent, haud perperam fortè abnegent, quid enim vel eandem enti substantiam inesse, cuius actio vel propria quæpiam imminuta fit conditio? vel quid naturam, quæ periit, iam viribus auctam imminutámve dicas? Verùm nequaquam propterea calorem frigúsque substantias esse negent, quin maximè affirment maximéque statuant. Siquidem, vt dictum est, quiduis auctus imminutúsve calor, alius ipse & aliud, cui inexistit fit ens, entiúmque quorumuis immutatio inexistentis caloris immutationem insequitur.

Capvt XXVIII.

Nec quod sensu percipiantur.

Minvs etiam materiæ immersæ, & naturales priorius quæ sunt formæ, sub sensum eas cadere & sensu percipi Peripatetici negent vnquam, si Aristotelis decretorum memores esse velint. Is enim simplicium corporum principia, substantias nimirum, à quibus constituuntur, inquit eos, nequaquam contrarietates omnes illorum species facere affirmat, sed eas tantùm quæ sub tactum cadunt. Quoniam, α 2 de ge net. 4.
inquit, tangibilia sunt tangibili inter se differentia dissetant oportet. Et passim entium actiones non aliis eorum qualitatibus conditionibúsque, sed eorum attribuit formis. Itaque leuitatem grauitatémque simpliciũ corporum formas ponendas nõ esse decernit: quoniam, quod illę faciunt, mutuò in se ipsas non agunt, ad calorem frigúsque, quòd sese mutuò assiduè oppugnant. Vt liquidò pateat, formas sensu percipi, ipsi in primis Aristoteli visum esse, positúmque, quin solas eas, solis iis actionem attribuenti. Vna enim quæ agit natura, alia entium conditio nulla fortè sensu percipitur. Cuius porrò actio sentitur, ipsam, quæ illam edit, sentiri naturam actionis ratio declarat. Quoniam quidem nõ aliud videri potest actio, neq; est omnino aliud, nisi eius, quod patitur in agentis naturam inalteratio immutatióque, & propriæ naturæ recessus ac corruptio, & alienæ accessus & generatio: vtique qui actionem quampiam sentit naturam is, à qua illa emanat, sentiat oportet. Cùm enim solæ, vt dictum est, rerum actiones sentiantur, formæ itidem, à quibus solis illæ eduntur, solæ sentiuntur. Quas ob res quoniam Peripateticorũ ratio nulla impedimento nobis esse videtur, quin calorem frigúsque agentes rerum omnium omnino naturalium naturas ac substantias statuamus, & quæ rebus insunt vires, facultates, dispositiones, species, conditiones denique omnes à calore frigoréque iis indi, & iuxta inexistentis caloris immutationem immutari ipsis intuemur oculis, nostræ ad extremum positiones nulla à re labefactantur, & ab ipso comprobantur sensu: vtique firmas eas stabilésque esse existimare licet.



BERNARDINI TELESII

Consentini,

DE RERVM NATVRA
iuxta propria principia,
Liber tertius.

CAPVT I.

REPETVNTVR COMPLVRA, QVAE SVPERIORIBVS TRAdita sunt commentariis. Ponitur summa positionum Aristotelis, quæ infra sunt expendendæ.

MATERIA non vna, & duplex natura agens, & vnus calor, frigúsque vnum, Mũdi huius vniuersi principia, nec quod Terram maréque, & stellas inter, quodque ipsas inter stellas locatum est ens, vnum idémque, & ab vna eadémque vniuersum constitutum natura, nec duo tantùm prima esse corpora, nec entia reliqua à cæli, solísque natura è Terra effecta, quemadmodum nobis, Aristoteli videntur. Ille enim sublunaria omnia vna eadémque è materia quæ supra lunam sunt entia, cælum, stellásque omnes ex alia constare, & quæ nihil illi congruat, naturarúmque, quas illa suscipit, prorsus incapax sit, & quod inter lunæ orbẽ terrámque & Mare est ens, in duo, in ignem, aërémque (ignem enim supremam eius portionem, quæ lunæ orbi subiacet, aërem verò infimam hanc, quæ terram ambit appellat) diuisum esse affirmat, & præter cælum, quatuor esse prima corpora, terram, aquam, aërem, ignem decernit: miniméque ad horum constitutionem calorem modò frigúsque, sed humiditatem etiam & siccitatem, vt agentes naturas, & ad illorum singulorum constitutionem nequaquam earum vnam, sed oppositionis vtriúsq; alteram afferr, & duplicem omnino singulis agentem assignat naturam, dictísque è quatuor corporibus, at veluti mutuis vulneribus confectis afflictísque, & pugnam pertæsis tandem, & sibi ipsis commixtis, penè & vnum factis omnibus, entia reliqua constituit omnia: & cælum stellásque omnes propria natura, & quæ à calore frigoréque, & ab humiditate siccitatéque prorsus diuersa sit, donat: itaque calor, qui à sole fit, non ab eius natura, nec à propriis eius viribus, sed ab eius fit motu, à quo scilicet cælo suppositus ignis & bona aëris pars agitetur, conteratur, accendatur, accensúsque ad terram vsque detrudatur, & nequaquam à propria cælum natura propriáque substantia, sed ab immotis moueri motorib. statuit: longè tandem mutuò in omnibus ferè dissentimus.

Quas ob res Aristoteli explicanda excutiendáque est de singulis sententia, nec verò & aliorum etiam opiniones satis ab ipso, vt videtur, reiectæ, & quæ nulli admissæ, ab vllius remouendæ sunt animo. Vtinam cum Peripateticis liceret idem, magno aliena exponendi reiiciendique labore vacuis, nostra tantùm explicanda esset sententia. At quoniam non admiscerunt modò illorum placita & decreta, sed ea acceperunt fide & religione, ac si ex ipsius naturæ ore prolata essent, itaque rei nullius amplius natura inspicienda indagandáque cuipiam videtur, sed tantùm quid de quaque Aristoteles senserit speculandum: vtique quouis labore nostro aliorum etiam fastidio quouis, singulæ illius positiones quàm diligentissimè & sæpiùs eædem interdum exponendæ examinandæque sunt. Nihil, si in iis tractandis plus iusto interdum immoremur, mortales nobis, vt ignoscant, sed quod à summo naturæ interprete dissentire audeamus & non numinis instar illum veneremur, rogandos esse existimamus: qui si illius dictum audiant, aut factum imitentur, nihil nobis veritatis studio illi aduersantibus succenseant, quin gratias potius habeant idemque ipsi faciant omnes. Ipse enim liber in philosophando Aristoteles veritatem amicis omnibus præhonorandam admonet, & veritatis gratia præceptorem etiam amicúmque incusare nihil veretur. Huius certè solius nos amore illecti, & hanc venerantes solam, in iis quæ ab antiquioribus tradita erant, acquiescere impotentes, diu rerum naturam inspeximus, & conspectam (ni fallimur) tandem mortalibus aperire voluimus, nec liberi nec probi hominis officio fungi indicantes, si generi illam humano inuidentes aut inuidiam ab hominibus veriti ipsi illam occultaremus. Ergo, vt clarius illa eluceat, agentia rerum principia inquirentem, & prima constituentem corpora, tum reliqua ex iis componentem, postremò, & cęli solísque motu calorem generantem, & motores immotos, à quibus cælum moueatur, indagantem, ea denique, in quibus omnibus summè à nobis dissentit, explicantem Aristotelem audiamus, & singula eius dicta rationésque examinemus.

CAPVT II.

Rerum principia tria Aristoteli etiam visa esse, contraria agentia duo, & materiam vnam.

RERVM principia, è quibus res constant, cum antiquioribus ferè omnibus, tum Aristoteli tria visa sunt, agentia contraria duo, & materia vna. Quoniam corpora, è quibus noster hic mundus compositus videri potest, & quæ in eo continentur entia quæuis, mutuò sese oppugnare immutaréque, & ex aliis alia fieri apparent, à contrariis naturis, & quæ sese mutuò oppugnent deturbéntque & interimat, & mutuò aliæ aliarum sedes occupent, constituta esse existimandum fuit. Ad hoc, quia quæ corrumpuntur, non à quibusuis, neque in quæuis, sed singula à certis quibusdam, & in certa quædam corrumpi, calida scilicet non aliis à rebus vllis, sed à frigidis modò, & in frigida: & alba à nigris modò, & in nigra, & dulcia ab amaris modò, & in amara, & cõtrà, quæ tandem immutãtur omnia à cõtrariis modò, & in contraria immutari visa sunt: vtique duabus tantùm à naturis entia omnia effecta videri potuere. Nam si calida non à frigidis modò, sed à tepidis, & alba non à nigris modò, sed à purpureis flauísq; & puniceis, & dulcia nõ ab amaris modò, sed ab austeris acidísq; immutari apparent, quoniã tepor quæuis à calore frigoréque, & colores alii quiuis ex albo nigróq;, & quiuis alij sapores è dulci amaróq;, naturę omnino omnes, quæ intermediæ videri possunt, ex extremis sibi ipsis commixtis constituit, & ex vtráque inexistente

con-

constare Aristoteli videntur: magis quidem minúsque alteri aliæ, sed omnes vtrique contrariæ, & naturæ omnino vni vna tantùm cõtraria videatur oportet. Quoniam verò cõtrariæ quę sunt naturæ, & quæ sese assiduè oppugnant oblędúntque, & quarum altera exuperante, statim altera deturbari perítéque videtur, eę, vt sibi ipsis cocant & veluti per vices mutuò sese suscipiant, intelligere non licet, & quòd quæ corrumpuntur entia non penitus perire & in non ens abire, sed eorum natura modò dispositióque & species immutati, at moles corpusque remanere atque ex alio aliud fieri videtur: vtique tertiam quandam naturam, quæ contrariis subijciatur, & quæ contraria per vices suscipiat, & è qua entia fiant, ad entium constitutionem afferre necessarium fuit.

1. Phys. tex. 41. & seq. Ob hanc caussam agentia rerum principia inquirens Aristoteles, Omnes, inquit, principia contraria faciunt, idque optima ratione. Nanque principia, neque ex sese vicissim esse, neque ex aliis, & ex his omnia oportet, contrariis autem primis hæc insunt omnia: quòd enim prima sunt, ea aliis non sunt, quòd verò contraria, non vicissim ea sese. Atqui & ratione quomodo hoc accidat, considerandum. Sumendum itaque primum est, Omnium quæ sunt, nihil in quoduis agere, aut à quouis pati, neque è quouis quoduis fieri, nisi ea acciderit quis sumpserit: quo namque pacto album ex musico possit fieri, nisi albo, aut nigro, musico esse acciderit, sed album quidem fit ex non albo, atque eo non quouis, verùm ex nigro, aut intermediis, & musicum è non musico, sed non è quolibet, verum ex eo in quo musicæ est priuatio, aut è medio, si aliquod sit inter ipsa: & album non in musicum interit, nisi interdum ea accidenti, sed in non album, non tamen in non album quoduis, sed in nigrum, aut intermedium, similiter & musicum non in quoduis, sed in id, quod musica priuatum est, aut si aliquid inter hæc locatum est. Quod si ita res habet, quicquid fit, ex contrariis profectò gignitur, & quicquid interit, in contraria interit, atque in ea quæ inter hæc locata sunt: è contrariis autem ea fiunt, quæ in illorum medio locata sunt, vt colores ex albo & nigro. Quęcunque igitur natura fiunt aut contraria sunt, aut è contrariis, & aliorum quidem plurimi huc vsque fere profecti sunt, omnes enim elementa, & quæ ab ipsis principia nuncupantur, quanquam sine ratione ponunt, contraria tamen faciunt. Et sermonem tandem absoluens, Principia igitur, inquit, contraria oportere esse, manifestum est.

1. Phys. tex. 50. & seq. Tum eorum numerum, prætereà & subiectum inquirens, inquit, Quoniam principia contraria visa sunt, vnum esse non possunt, sed nec infinita, quoniam id quod est sub scientiam non caderet, & quòd in omni genere vna est semper contrarietas, substantia autẽ vnũ genus est quoddam. At ne sola contraria duo principia ponamus, ratio quædam suadet: dubitauerit enim profectò aliquis, quomodo frigus calorem, & hic illud, & humiditas siccitatem, & hæc illam facere apta sit. Quoniam scilicet calida quæ sunt, frigida, & è contrà, & humida quæ sunt, sicca fieri apparent, & è contrà, nisi calori frigoríque natura quædam tertia subijciatur, quæ veluti per vices calorem modò modò frigus suscipiat, itaque modò calida modò frigida fiat, vtique vt dictum est, calor frigus, & hoc illum faciat, quin calor ipse frigus, & frigus calor fiat. Preterea, quoniam contraria nullius rei essentiam, id est substantiam, subiectúmque videmus esse, & subiectum dubio procul principium est, & iis quæ de eo dicuntur, & quæ ei inhærent prius, si sola contraria principia sint, vtique principij principium sit, & è non substantiis insuper substantiæ fiant, & nõ substantiæ substantias præcedãt, siquidem substantiam substantiæ contrariam esse non dicimus, & quæ à contrariis fiunt entia, substantiæ omnino sunt. Quocirca, inquit, si quis & priorem & hanc orationem veram esse existimarit, cum necesse est (si vtranque tueri voluerit) contrariis tertium aliquod subijcere, id quod antiquioribus positum est omnibus, & si non idem omnibus, sed aliis aliud, omnes certè quod posuere contrariis figurant, vt densitate & raritate, intensione & remissione, quas exuperantiam & defectionem esse constat. Et quidem videtur opinio hæc vetus esse, vnum, & exuperantiam defectionémque, materiam nimirum, & duo contraria, eorum quæ sunt principia esse, quanquam non eodem modo, quòd veteres duo agere, & vnum pati dicerent, posteriorum autem nonnulli contrarium potius inquiunt, vnum videlicet agere, & duo pati. Iis igitur, qui partim hæc, partim alia eiusmodi considerant, tria esse elementa astimare cum ratione quadam coniunctum, vt ante diximus, videtur, sed tribus plura minimè, vnum enim ad patiendem est satis, & vel Peripateticorum omnium consensu duo ad agendum. Tum, si quatuor posiris, duæ erunt contrarietates, vtriúsque separatim contrarietatis naturam quandam mediam esse oportebit, si verò ex se vicissim possunt generare, si scilicet contrarietas altera ad omnium satis sit generationem, altera profectò superuacanea erit contrarietas, sed nec plures possunt esse contrarietates primæ, quandoquidem substantia vnũ genus est eius quod est. Principia igitur eo solù, quòd aliud alio prius, non genere differe[n]t: in vno enim genere vna est prima contrarietas, omnésque in vnam videntur contrarietatem reduci.

Quæ verò contrarietas substantiam, in qua generationes fiunt & corruptiones, quæ manifestè si non sola at princeps certè hic inquiritur, quæ scilicet naturæ agentes materiam, è qua quæ generantur corrumpunturque entia constituuntur, occupent informentque & in entia agant (neque enim dubium esse potest quin si non solæ ea, at principes certè, vt dictum est, inquirantur) principiorum naturam numerúmque nos edocens, parum explicat Aristoteles. At multis postea interiectis, & non amplius fortè agentia rerum omnium principia, sed singularum immutationem inquirens, formæ attulit & priuationis oppositionem. Itaque Peripateticis omnibus contrarietatem à qua substantia, idest materia (vt dictum est) è qua quæ generantur corrumpunturque entia fiunt, occupetur informetúrque, formæ priuationisque oppositionem Aristoteli positam esse placet. Et alibi omnino vtrum rerum omnium eadem principia sint inquirens, eadem quodammodo esse & quodammodo non esse enunciat, eadem quidem, quòd omnium forma, priuatio & materia sint, non eadem verò, quòd horum vnumquodque circa vnumquodque genus diuersum est. Cur id factum sit, & quid forma, quid priuatio Aristoteli significet, intueri ne grauemur: nisi enim rectè perspectum id sit, qui agentium principiorum numerus ei positus sit, ambigi fortè queat.

Capvt III.

Formam contrariis nobilioris loco, priuationem verò ignobilioris Aristoteli positam esse.

Contrariorvm oppositiones & contrarietates ipsæ nequaquam protsus à se ipsis diuersæ, & quæ nihil sibi ipsis conueniant, sed aliæ veluti ab aliis enasci, ab aliis scilicet aliæ contineri antiquioribus & ipsi etiam Aristoteli visæ sunt: quinetiam ipsarum series eo ab illis descripta est ordine, vt quæ subsequitur à præcedente assiduè, & ab vna omnes contineri appareant. 1. Phys. tex. 48. & 49. Antiquiores, inquit Aristoteles, omnes principia contraria posuere, sed differunt inter se, quòd alij priora, alij posteriora, & nonnulli ratione, alij sensu notoria accipiunt. Quidam enim calidum & frigidum, alij humidum & siccum, alij par & impar, nonnulli concordiam atque discordiam generationis caussas ponunt: quæ quidem inter se eo modo, qui dictus est, differunt, alia scilicet priora sunt, & ratione notora, alia posteriora & sensui magis exposita, vt eadem quodammodo & diuersa

dicant, diuersa quidem, vt plurimis videtur, eadem verò proportione, cum ex eadem serie accipiát. Quod explicans, ait, Siquidem contrariorum alia continent, alia continentur. Sic igitur eodem & diuerso modo, meliusque & deterius, eodem quidẽ modo, quòd omnes duo contraria & ex eadem serie, diuersu verò, quòd non eadem & melius, quòd quæ continent, deterius verò, quòd quæ continentur principia posuere.

Propterea verò id, vt existimandum est, quòd nõ entium modò quæ è substantia, è tangibilium nimirum, vt inquir, corporum materia, & à contrarietate constituũtur, quæ eam occupat informátq; & dicta agit in entia, sed reliquarum itidem rerum omnium, quæ reliquis è generibus reliquisque è materiis, & à reliquis fieri contrarietatibus Aristoteli videntur, principia quæruntur. Neque enim, vt nobis, ita & ipsi rerũ facultates omnes speciesque & conditiones proprias rerum naturas sectantur, ac ab illis inexistentibus oriuntur, eidémque, cui eæ, inhærent materiæ, sed illarum pleræque ab aliis Aristoteli naturis aliisque constituuntur è materiis. Non scilicet colores saporésque, euiusmodi nobis, inexistentis illi caloris species, hi verò actiones, nec vni eidemque inesse materiæ, sed aliis à naturis aliisque è materiis fieri Aristoteli videntur. Itaque vtrorumque principia, contrarietates scilicet à quibus, & materias è quibus fiunt, summa inquirit diligentia. Non omnium rerum eadem principia, sed singularũ propria, præterea & quæ in rebus fiunt immutationes, non omnes iuxta contrarias naturas, sed quædam, cuiusmodi quæ iuxta virturẽ vitiúmque & iuxta scientiam inscitiamque fiunt, iuxta formam habitumque & priuationem fieri Aristoteli cũ viderentur, harumque & illarum omnium causas ponendas existimaret, si (quod faciendum fuit) naturalium rerum non innumera propemodum principia, sed quam paucissima ponenda, vtique vniuersalissima contraria, & quæ contraria reliqua contineant omnia, ponenda fuere, forma scilicet priuatióque: nam forma contrarietatis cuiusuis nobilius præstãtiúsque contrariũ, priuatio ignobilius deteriúsque Aristoteli significat. Itaque passim calorem, albedinem, dulcedinem, leuitatem, motũque, & præstantius contrarium quoduis formam, frigus, nigredinem, amaritiem, grauitatem, immobilitatem, & deterius contrarium priuationem appellat. Et quæ horum cuiusuis in oppositum fit immutatio, quod è priuatione in formam habitumque fit, vera simplexque generatio Aristoteli, at non quæ è præstantiore in deterius fit immutatio, vt vbi ex igne Terra fit, quòd nimirũm in illa, si non ex nõ ente, at ex eo certè quod minus est ens, verum ens, in hac autem è vero absolutóque ente, imperfectum constituitur ens.

1. de gener. 18. Cuius, inquit, differentiæ hoc aliquid, formam scilicet habitúmque significant, id magis substantia est, cuius contra differentiæ priuationem magis, id magis non ens est: his autem differentiis ignis & Terra differunt. Et formæ priuationisque reliquarum omnium oppositionem primam esse, & omnes continere contrarietates, alibi satis longo sermone declarat, & satis tandẽ declaratum supponẽs, Prima (inquit) contrarietas habitus est & priuatio. Quod non ita multò post explicans, Si generationes (inquit) è cõtrariis in natura fiunt, è forma autem, & formæ habitu, aut ex aliqua formæ priuatione fiunt, patet omnem quidem cõtrarietatem priuationem quandam esse: priuationem autem non omnem fortasse contrarietatẽ esse. Patet etiam per inductionem, omnis enim contrarietas contrariorum habet priuationẽ. Tum quasi sermonem absoluens, Quare (inquit) per priuationem semper contrarium alterum dici patet. — 2. Meta. te 15. & 16.

Quæ exponens Aphrodisius, licet, inquit, in libro de generatione satis sit demonstratum, generationem omnem vel ex forma & habitu, vel ex priuatione fieri, tamen hic quoque repetendum est. Nam cùm ex musico & albo immusicum fit aut nigrum, ex forma & habitu efficitur generatio: vt enim in libro, quem modò citaui, docetur, formarum præstantiores habitus sunt & magis formæ, deteriores verò priuationes: cùm igitur ex immusico aut nigro musicum efficitur aut album, ea generatio ex priuatione fit. Quòd si nigrum & album contraria sunt, & nigrum est albi priuatio, & immusicum musici, dubitari non debet quin omnis contrarietas priuatio sit atque habitus, at non omnis priuatio contrarietas est, quoniam priuatio multifariam dicitur. Inductione etiam palam esse ait omnem contrarietatem priuatiunẽ esse, nam frigiditas caloris habet priuationem, albedinis nigredo. Ex hoc autem priuationem non aliud esse colligimus quàm alterum contrariorum, hoc est, alteram partem contrarietatis, nigrum enim vna pars contrarietatis est, quæ integra ex albo nigroque constat. Contrarietas igitur omnis, priuationem, inquit, habet, & priuatio est alterum contrarium.

E quibus formam (quod dictum est) nobilioris, priuationem verò ignobilioris contrarij loco, itaque vt existentem naturam & nobiliori cõtrariæ contraagentem, Aristoteli rerum omnium principia inquirenti priuationem positam esse ita declaratum existimo, vt non amplius declarandum videri possit. At quando Peripateticorum nonnullis, propterea quòd paulò post manifestè ea, vt non ente, ad singularum rerum generationem vti videtur Aristoteles, perpetuò, vt non ens, ei positam esse contendunt, idque nisi rectè innotuerit, qui principiorum numerus Aristoteli positus sit, innotescere minimè queat, rem diligentius rimari, singula scilicet Aristotelis principiorum naturam numerúmque inquirentis dicta verbáque amplius attentiúsque inquirere ne grauemur: & si (quod nobis & Peripateticorum pręstantissimis videtur) priuatio modò, vt ignobile quidem contrarium, at ens certè agensque, modò verò vt non ens posita sit, quòd credibile non sit, temere id Aristoteli factum fuisse, ratio indaganda, qua licuisse id videri queat.

Caput IIII.

Aristoteli rerum omnium principia inuestiganti priuationem vt ignobile contrarium, at vt ens omnino agensque positam esse, vel si ea ad singularum rerum immutationem vt non ente vti videtur.

Principiorum naturam inuestigans Aristoteles, optima (inquit) ratione principia omnibus contraria posita sunt. Nanque principia neque ex sese, neque ex aliis, & ex his omnia esse oportet: contrariis autem primis hæc insunt. — 1 Phys. tex. 42.

Rectè sanè, quoniam ens nullum videre est, cuius naturæ conditionibúsque, & cui ipsi natura alia aliæque cõditiones & ens omnino aliud contrarium non sit, vtique entia omnia è contrariis principiis necessariò constant. Ea igitur contraria principia ponenti Aristoteli, è quibus res sint constẽntque omnes, & duo tantùm illa esse statuenti, nequaquam illorum alterum vt non ens & nõ agens poni potuit. Neque enim ex huiusmodi ens quodpiam esse constaréque, & quæ sunt, nequaquam vno è contrario, & è natura formáque vna esse omnia arbitrari decet, è quibus scilicet naturis entia esse, & quæ in constitutis permanere videri non possunt, quantumuis ad rerum generationem pertinere eę nobis appareant, principia, quæ manifestè hic posuit Aristoteles, ea scilicet, è quibus sunt, & è quibus res constant omnes, positas ei esse suspicari non licet: nam talia omnino principia inquiri hic, nulli dubium esse potest. Manifestè enim propterea contraria prima principia ponenda esse decernit, quòd ex his omnia sint, & constent: præterea, & quòd ea ipse non principia, sed elementa appellanda existimat, & passim elementa appellat.

Tex. 56. Omnes (inquit) elementa, & quæ principia ab ipsis nuncupantur contraria ponunt. Et paulò post, Iis (inquit) qui partim hæc, partim alia huiusmodi considerant, tria esse elementa, cum ratione coniunctum. Elementa vero ea dubio procul Aristo-

teli

teli dicuntur, è quibus constant, & in quæ resoluuntur entia. Et magnopere certè incusandus sit Aristoteles, si rerum omnium principia inquirens, non
Tex.41 ea inquisierit principia, è quibus res constant omnes. Quin è contrariis primis omnia esse, ac rerum omnium principia contraria esse amplius explicans Aristoteles. Atqui, inquit, & ratione quomodo hoc accidat, considerandum est. Sumendum itaque primum est, non quoduis in quoduis agere, nec quoduis à quouis pati, neque è quouis quiduis fieri, nec quoduis in quiduis corrumpi, nisi fortè ex accidenti, sed per se naturam quamuis in contrariam modò agere, aut intermedias, & à contraria modò pati, aut ab intermediis, & quæ fiunt è contrariis modò fieri, aut ex intermediis, & quæ corrumpuntur in contraria modò corrumpi, aut intermedia, album in nigrum modò aut intermedios colores agere, & à nigro modò pati, aut ab intermediis, qui ex albo nigróque sibiipsis commixtis Aristoteli cófecti, & ex vtroque constantes, vtique, vt dictum est, contrarij sunt.

Optimè è rerum actionibus passionibúsque, & è rerũ generationibus corruptionibúsque, & magis etiam ex his principia, è quibus res constant, venatur Aristoteles. Quoniam verò generabilium corruptibiliúmque rerũ, & quæ mutuò in seipsas immutantur, principia hic inquirit, si naturarum conditionúmque, è quibus res constant, ingenium, si scilicet quæ, à quibus, & in quas immutari aptæ sint innotescat, principia itidem, è quibus res sunt, innotescant. Neque enim ab iis rerum naturis conditionibúsque, è quibus sunt, & quibus immutatis, ipsæ itidem res immutantur, principia è quibus sunt res, nec res etiam ipsæ aliæ videri possunt, nec sunt omnino aliæ, & magis è rerum passionibus immutationibúsque quàm ex actionibus. Nam alba in nigra intermediáve immutari perpetuò omnibus manifestum est, at non & natura itidem, cuius ea est actio, vel non æquè perpetuò patet.

Rectè itidem naturas quasuis & quasuis rerum conditiones in contrarias tantùm intermediásque immutari intuitus, & propterea rerum principia contraria esse
Tex.47 ratiocinatus, subdit, Quòd si ita se res habet, quicquid gignitur è contrariis profectò gignitur, & quicquid interit in contraria interit, atque in ea quæ inter hæc locata sunt: è contrariis autem fiunt quæ in illorum medio locata sunt: vt colores ex albo & nigro. Quæcunque igitur natura fiunt, aut contraria sunt aut è contrariis. Si quæ agunt patiuntúrque entium conditiones, in contrarias tantùm vel in intermedias agunt, & à contrariis tantùm intermediísque patiuntur, & quæ corrumpuntur quæque fiunt in contrarias intermediásque tantùm corrumpuntur, & è contrariis tantùm intermediisve fiunt: vtique res quæ natura fiunt, quæ generantur & corrumpuntur, contrariæ aut è contrariis sint oportet, tales scilicet qualia principia, è quibus constant, conspecta sunt. Vt mihi quidem nulla amplius dubitandi occasio reliqua esse videatur, contraria, quæ principia Aristoteli ponuntur, æquè entia, & æquè agentia posita ei esse, & è quibus sibiipsis commixtis intermediæ naturæ fiant. Siquidem è principiorum natura rerum naturam manifestè colligit, & ex illis res contrarias, aut è contrariis esse enunciat.

1.Phys. tex.47 Rerum, inquit, quæ generantur, principia iure contraria posita esse inde manifestum fit, quòd quæ agunt patiunturque, non in quæuis neque à quibusuis, sed in cõtraria vel intermedia modò agunt, & à contrariis intermediisve modò patiuntur, & quæ fiunt non è quibusuis, sed è contrariis modò vel intermediis fiunt. Tum, quòd si ita res se habet, inquit, (si scilicet principia, è quibus res sunt, contraria, vel intermedia sunt) ipsas itidem res contrarias vel intermedias esse oportet. Ac ne ferendus quidem Aristoteles foret, si principia, è quibus res omnes constant, ponens, non huiusmodi ea ponat cuiusmodi res ipsæ existunt, contraria nimirum & quæ sese mutuò oppugnent imminuántque & interimant. At reliqua prosequamur. Et aliorum, ait, plurimi hucusque ferè profecti sunt: omnes enim elementa, & quæ ab ipsis principia nuncupantur, quanquam sine ratione, contraria tamen ponunt, quasi ab ipsa veritate coacti: sed differunt inter se, quòd alii priora, alij posteriora, & nõnulli ratione, alij sensu notiora, quidam enim calidum & frigidum, alii humidum & siccum, alij par & impar, nonnulli concordiam atque discordiam generationis causas ponunt: quæ quidem eo, qui dictus est, modo differunt, vt eadem quodammodo & diuersa dicant, diuersa quidem, vt plurimis videtur, eadem verò porportione, cùm ex eadem serie accipiant, namque contrariorum alia continent alia continentur. Sic igitur eodem, diuerso modo, meliúsque, & deterius enunciant.

Ergo si antiquiores principia contraria ponentes, præter morem suum nihil Aristoteles damnat, quin non quidem à ratione ductos, at à veritate coactos, à rerum scilicet contrarietate, quæ adeo manifesta est, vt neminem latere queat, admonitos, & quasi manu ductos secum, eóusque profectos affirmat vt rerum principia contraria omnes ponerent, eóque tantum crimine illorum non nullos incusat, quòd non vniuersalem oppositionem, & qua posita particulares sensibilesque contrarietates, quæ ab illa contineri Aristoteli videntur, positæ essent omnes, ponere cum possent, particularem quampiam sensibilémque & ab alia contentam, qua posita alia nulla poneretur, ponere maluere: certè & ipse quoque contraria ponit, quæ illorum contrariis porportione respondeant, & ex eadem (vt ipse inquit) serie sint, quæ æquè entia & æquè agentia sint, & quorum alteri ita opponatur alterum, vt calido frigidum. Ita enim magno paruum, & exuperantiæ defectus, & formæ priuatio opponi Aristoteli itidem videtur: siquidem parum abest quin exuperantiæ, defectúsque oppositionem & ipse attulerit, & id modò quòd à formæ priuationísque oppositione & illa itidem contineri videtur, at illam ponentes admittit probátque. Nec verò, si priuatio hic, vt formæ educendæ absentia posita Aristoteli foret, Tex.78 secum eoúsque antiquiores profectos dixerit vnquam: siquidem priuationis naturam ante ipsum nulli conspectam esse prædicat, eaque inuenta antiquioribus veluti insultat.

Tum dictorum principiorum numerum inquirens, Tex.50 Proximum est, inquit, vt dicamus, vtrum sint duo, an plura: vnum enim esse non potest, quòd contraria vnum non sunt: sed nec infinita, quod in omni genere vna sit contrarietas: substantia autem vnum genus est quoddam. Quoniam igitur veluti aliis in generibus, ita & in substantia vna contrarietas esse Aristoteli videtur: ea reliquorum generum contrarietatibus similis sit oportet, è contrariis nimirum constet, quorum alterum ita alteri opponatur, eam denique rationem ad alterum habeat alterum quàm album ad nigrum, dulce ad amarum, & reliquarum contrarietatum contrarium alterum ad alterum. Itaque quoniam illæ omnes è nobiliore altero, ex altero verò ignobiliore quidem, at æquè certè existente & æquè agente contrario constant, sic & quæ in substantia est contrarietas, & ipsa è contrariis duobus, si non æquè nobilibus, at æque certè existententibus & æquè agentibus, quin quæ sese mutuò oppugnent deturbéntque, constet, necesse est. Eam porrò formæ priuationísque nomine appellat: idque agit quòd rerum omnium ponenti principia vniuersalissima contrarietas, & quæ contrarietates reliquas contineret omnes, qua nimirum posita, reliquæ omnes positæ essent, ponenda est, talisque formæ & priuationis oppositio visa est Aristoteli esse. At alibi (vt videbitur) manifestè caloris eã esse, frigorísque enuntiat.

Tum materia itidem, quæ necessariò contrariis subiicienda est, inuenta, Verum hoc vnum, id est materiam 1. Phy. tex 15. omnem, inquit, contrariis figurant, vt densitate & raritate, intentione & remissione, quas exuperantiam & defectionem esse constat. Et quidem videtur opinio hæc verus esse: vnum, exuperantiam & defectionem eorum quæ sunt principia esse, quanquam non eodem modo

quòd veteres vnum pati & duo agere dicerent, posteriorum autem nonnulli contrarium potius inquiant, vnum agere & duo pati. Ex his etiam apertissimè deducitur contrariorum, quæ principia Aristoteli ponuntur, vtrunque æquè ens & æquè agens positum esse: manifestè enim veteres, qui materiam vnam posuere, eámque duobus contrariis & ignobiliore quidem altero, at & ipso existente agentéque figurauere, admittit probatque omnes posteriores verò, Platonem eiúsque assectatores non itê, quandoquidem tribus è principiis vni modò agendi, duobus patiendi vim attribuant. Itaque subdit, Iis igitur, qui partim hæc partim alia eiusmodi considerant, tria esse elementa affirmare cum ratione quadam coniunctum, (vt antè diximus) videtur. Et tria ad summum principia, vnam materiam, & duo contraria ad rerum omnium constitutionem afferenda esse, satis dilucidatum reputauit, at nondum tribus plura necessaria non esse, declaratum erat, siquidem cum in aliis, at in colorum præcipuè saporúmque generibus, tùm verò & in substantia ipsa plures contrarietates inesse apparent; non scilicet duo modò entia, quæ summè sibiipsis contraria forent, spectari, sed innumera propemodum, eáque omnia sibiipsis opposita, & quæ tametsi vna è materia, at non tamen vna à contrarietate, & duobus omnino à contraria constituta videri queant, veluti neque colores omnes omnésque sapores.

Tex. 16. Idcirco tribus, inquit, principiis plura afferenda non sunt, siquidem ad patiendum vnum satis, & duo igitur ad agendum, vel Peripateticorum omnium consensu. Et clarius id declaraturus addit, Tùm si quatuor positis, duæ erunt contrarietates, vtriusque separatim contrarietatis naturam quandam mediam esse oportebit: plures, inquit, côtrarietates ad rerum constitutionem si afferantur, plures itidem mediæ naturę materiæ nimirùm afferendæ sunt: etenim contrarietas quæuis propriam Aristoteli materiam sortita est. Itaque colorum, saporúmque constitutionem inquirens, summa vtrorúmque materiam inquirit diligentia, & transpicuitatem illis, his verò aquæ subiicit humiditatem. Et plures quidem materias non esse nihil amplius (vt videtur) docendum ratus, quòd scilicet satis declaratum, eo quòd nihil declarandum existimaret, satis à mutua rerum omnium conuersione manifestatum, neque enim si è pluribus constent materiis, quoduis in quoduis immutetur, sed ea modò in seipsa mutuò, quæ ex eadem constent materia, at plures in substantia contrarietates non esse, id verò amplius explicandum existimans,

Ibidē. Si verò ex sese, inquit, vicissim generare possunt, altera profectò superuacanea erit contrarietas: si vt Peripatetici ad vnum exponunt omnes, contrarietas vna ad entium omniũ satis sit generationem, superfluo adiiciatur altera. E quibus neque alteram contrarietatem ad rerum generationem afferendam esse, satis declaratum supponit: nam vna à côtrarietate, & à duobus tantùm contrariis entia omnia constitura esse, mutua omnium in omnia manifestat inuersio. Quoniam quæuis in quæuis immutari, & è quibusuis quæuis fieri videntur, & actio passióque, & immutatio omnis à contrario tantùm atque in contrarium fieri, & naturæ vni vna modò visa est contraria, vtique quæ in sese mutuò agunt mutuóque in seipsa immutantur, à duobus tantùm contrariis constituuntur.

Neque his contentus, quòd substantia, materia nimirum tangibilium entium pluribus a contrariis, & à pluribus quàm colorum saporúmque materia detineri informarique videri potest, siquidem innumeræ propemodum longéque à seipsis diuersissimæ entium species ex ea fieri videntur, itaque amplius id declarandum existimans,

1. Phys. tex. 50. Sed nec plures, inquit, possunt esse contrarietates primę, quandoquidem substantia vnum quoddam genus est eius quod est: principia igitur eo solũ, quòd aliud alio prius & posterius nõ genere differunt, in vno enim genere vna est semper contrarietas, & côtrarietates omnes in vnam videntur reduci. Vel si scilicet plures in substantia contrarietates esse appareant, & vel si tangibilium entium materia à longè plurimis contrariis naturis occupati informarique appareat, nequaquam propterea à pluribus illa contrariis, sed à duobus modò detineri existimandum est: námque genus quoduis & quæuis materia à duobus tantùm primis contrariis occupatur, etsi à pluribus occupari videtur. Neque enim quæ insunt prima sunt omnia & genere inter se differentia, id est a primis illis diuersa, sed reliqua omnia ad prima illa reducuntur, ex illis scilicet sibiipsis commixtis exoriuntur, vt in colorum saporúmque materia intueri licet, quarũ vtraque non ab albi tantùm nigrique, & dulcis amarique, sed illa à punicei itidem, flaui, viridis, cærulei, purpureique, hæc verò à pinguis etiam, salsi, acris, acidi, austeri acerbique naturis detineri informaríque videtur, nec propterea illorũ altera plurib. à côtrarietatib. detineri, vel à duob. plurib. côtrariis primis informari videtur. siquidẽ colores omnes ex albo nigroq;, & sapores omnes ex dulci amaróque sibiipsis immixtis fiunt: non scilicet naturæ, à quibus colores saporésve reliqui fiunt, à naturis à quibus albus nigérque color & dulcis amarúsque fit sapor, diuersæ sunt: sed quæ reliquos colores saporésque constituunt ea iis sibiipsis cõmixtis fiunt, à quibus albus nigérque color & dulcis amarúsque fit sapor.

Ex quibus quidem mihi parum diligenter Aristotelis dicta intueri videntur, qui ad rerum omnium generationem, formam agentem vnicam eiúsque absentiam allatam ei contendunt. Is enim (vt visum est) ad illarũ constitutionem duo saltem contraria, agentes nimirum naturas duas saltẽ necessarias esse nihil dubitat vsquã, at pluribus non opus esse, id verò nunquam satis declaratũ existimat, quamobrem quæ id manifestant repetere nihil grauatur. Sed quid ex aliis Aristotelis dictis, quæ interpretatione quapiam indigere videri possunt, formam nobilioris, priuationem ignobilioris contrarij loco positam colligimus? Ipse id Aristoteles vtrum eadem omnium principia sint inquirens apertissimè pronontiat. Omnium, inquit, principia eadem sunt, & non eadem, veluti corporum forsan sensibilium, calidum quidem, vt forma, frigidum alio modo priuatio est, & materies id, quod hæc est, potentia primùm per se. Tum paucis interiectis, Similitudine, inquit, rationis omnium principia eadem dicere possumus, perinde atque siquis dixerit, tria esse principia, formam, priuationem, & materiam. Verùm, vnumquodque istorum circa vnumquodque genus diuersum est, vt in colore album, nigrũ, superficies, lumen, tenebræ, aer: ex his autem dies emergit & nox. 12. Metaph. tex. 13. Quæ exponens Aphrodisæus, ad vniuersalissima (inquit) spectanti Aristoteli formam, priuationem, & materiam eadem omnium iure visa sunt: omnia enim formæ, priuationis, & materiæ subiiciuntur, quod quadam inductione ostendit: nam sensibilium, inquit, corporum forsan, id est exempli gratia, calidum vt forma, frigidum vt priuatio, materia verò quod calidum, aut frigidum effici potest. Calidum igitur est forma, frigidum priuatio, materia verò quod vtrumque est potentia.

Colligitur ergo apertissimè rerum omnium principia inquirenti Aristoteli, priuationem vt ignobilius quidem, at vt existens agénsque contrarium positam fuisse.

Verùm, quoniam in iis quæ sequuntur ea vt non ente, & vt formæ quæ inducenda est, absentia ac singularum immutationem vti videtur Aristoteles, si non summè absurdus & rerum etiam naturæ contrarius videri debet, qui contrariarum rerum, & quæ sese mutuò destruant, formalia (vt loquuntur) agentiáque principia inquirere cum proposuisset, & pulcherrimè contraria duo, & quæ mutuo in seipsa agerent, mutuóque à seipsis paterentur oportere esse cùm declarasset, eorum posteà altero vt non ente, & vt alterius absentia vtatur, id (vt videtur) dicendum, ad rerum omnium constitutionem contrario vtroque, vt ente agentéque visum esse, quæ nimirum summè sibiipsis contraria cùm sint seséque mutuò oppugnent destruántque, à contrariis & æquè agentibus naturis constitutæ sint necesse est, ad singularum

verò

verò immutationem constitutionémque altero tantùm: neque enim vbi Terra in ignem inuertenda est, Terræ viribus ibi est opus, sed sola ibi ignis satis est natura. Id verò & exempla, quæ affert, confirmant omnia, quæ è quibus singulæ quæ fiunt res, & à quibus eæ fiant, exponunt. Et sermonem tandem absoluens, Quot igitur, inquit, rerum naturæ, quæ generationi subiiciuntur, principia sint, & quomodo tot sint, dictum est, palamque est contrariis aliquid subiici oportere, & contraria duo esse, alio autem quodam modo necessarium non est: ad faciendam enim mutationem contrariorum altero cùm præsente tum absente satis erit.

1. Phys. tex. 36.

Duo nimirum contraria, & æquè entia & æquè agétia ad rerum omnium in vniuerso constitutionem necessaria esse, at ad singularum earum immutationem & singularum generationem vnum sufficere. Vt mihi quidem dubitandum nihil videatur, Aristoteli rerum omnium constitutionem nos edocenti, priuationem (siquidem eius ibi meminit vsquam) ignobilioris contrarij loco, singulatum verò immutationem generationémq; declaranti, eam vt non ens, & vt formæ quæ inducenda est, absentiam positam esse. Atque si ad hunc modum ea vsus intelligatur, cùm sibiipsi, qui manifestissimè ea modò vt ente agentéque, modò vt non ente vtitur, tum verò & rerum naturæ summè concors apparebit: quandoquidem satis supérque dilucidatum est, à duobus saltē & summè iis contrariis summéque agentibus naturis entia coostituta esse. Manifestè etiam singulæ quæ immutantur res ab vna tantùm immutantur natura, & quę ex iis fiunt ab vna illa eadem fiunt. Nec verò & caussam quæ Aristotelem impulit vt studio tanto priuationem formæ nimirùm futuræ vt sæpè dictum est, absentiam materiæ assingeret, qua inuenta tantopere sibi placuit, indagare pigeat: fortè enim ea perspecta quod dictum est magis etiam manifestum fiet.

Capvt V.

Priuatio materiæ addita veterum dubitationem Aristotelis diluit.

Tex. 71.

Veterum, inquit Aristoteles, dubitationē hoc vno duntaxat modo, materia nimirum pro duplici principio sumpta, & priuatione ei indita, soluere licet. Primi enim, ait, Philosophi eum veritatem, naturamque rerum inuestigarēt, quasi ad aliam quandam viam imperitia deducti à vero aberrarunt, atque inquiunt, rem nullam aut generari, aut interire, propterea quòd necesse sit id quod gignitur, aut ex eo quod fit gigni, aut è nihilo, quorum neutrum fieri possit: nam id quod fit non gigni, quandoquidem iam fit: è nihilo verò nihil fieri, quòd subiici omninò aliquid oporteat, atque hoc sanè modò id quod deinceps accidit, adiiciendo multa esse negant, id solum quod est concedentes. Itaque generationem immutationémque & rerum multitudinem substulerunt, & ipsum ens tantùm, quod nec gigni nec interire potest, posuere. Tum modum ipse explicans, quo dicta dubitatio dissoluatur, Ens, inquit, pati aut agere bifariam dicitur per se & per accidens: exēpli gratia, medicus per se & quatenus medicus est medetur, & medendi artem discit, per accidens ædificat, & niger fit, neque enim quatenus Medicus est, sed quatenus vt ædificator fierer, & vt albus esset, ei accidit. Itaque ex non ente quid fieri bifariam itidem dici intelligique potest, aut scilicet per se, & quatenus non ens existit, aut per accidens, quatenus priuatio formæ, quæ inducenda est, absentia, quæ non eos est, ei inest: & primo quidem modo aliquid ex non ente fieri impossibile est, secundo verò possibile, & ita sanè quæ fiunt fieri videntur entia: è materia nimirum ens fit quoduis, at quæ, siquidem ab alia informata sit forma, at ea certè, quæ induenda est, priuata est. Veterúmque difficultatem diluendi vnus, inquit, quidem hic modus est, alter verò, quoniam entia actu, & potentia dici possunt, quod quidem alibi magis definitum est.

Alterum scilicet diluendi modum distinctio actus & potentiæ nobis suggerit: siquidem è materia cum fiunt res, ex ente potentia, non ex ente actu fiunt. Atque huius quoque solutionis viam, priuationis (inquit) natura nobis aperuit, quippe quæ efficiat vt materia potestate sit non actu. Quæ scilicet materiæ forma non inest, & qua materia priuata est, quoniam eā materię indi potest, potestate eam habere, & potestate eū materiæ inesse dicitur. Itaque quæ è materia fiunt entia, ex ente fiunt nō actu, sed potestate existente. Et propterea, inquit, Veteres adeo à veritate aberrarunt, quia hanc naturam, id est priuationem, non inspexere. Sequitur ergo manifestè ad rerum generationem priuatione, vt non ente, vti: & priuationem materiæ iniecisse videtur Aristoteles, quò à laqueo se exolueret, quo impliciti antiquiores rerum immutationem & generationem planè substulerant, eámque omnem secretionem & cōcretionem esse possuerant. Nec id molientem Aristotelem damnē, vel si minore apparatu sophisma enodari possit. Quid enim obstat, quin quod fieri passim & quod Aristoteli itidem principiorum naturam inquirenti dictum videtur, dicamus ex ente quidem omnia fieri, at non ex eo quod fit, sed ex alio? At, vnde digressi sumus redeamus.

Capvt VI.

Tangibilium corporum materiam à duobus tantum detineri primis contrariis Aristoteli omnino placere.

Dvo agentia principia ad rerum omnium generationem ab Aristotele allata, & horum alterum nobilius formam, ignobilius priuationem ei appellatum, ita ex ipsius Aristotelis dictis declaratum arbitror, vt Peripateticos nobis assensuros existimem omnes. At abnuant licet, dum materiam certè, è qua quæ generantur corrumpuntúrque, & tangibilia, vt Aristoteles inquit, fiunt entia, quæ substantia dicitur, & est substantia, à duobus tantùm primis contrariis detineri informarique Aristoteli placitum positúmque esse, illorum pernegет nullus, cùm id passim ipse prædicet, & firmissimis comprobet rationibus, résque ipsę mutuáque omnium in omnes actio immutatióque apertissimè declaret. Attamen quò amplius veritas eluceat, vel quæ sæpius & dudum conspecta sunt ea amplius intueri graue nobis ne ducamus. Iis, inquit Aristoteles, qui partim hæc, partim alia eiusmodi considerant, tria esse elementa considerare cum ratione quadam cōiunctum videtur, sed tribus plura minimè, nam ād patiendum satis est vnum, & duo igitur ad agendum, vel Peripateticorum omnium consensu. Tum, si quatuor, inquit, positis duæ erunt contrarietates, naturā quandam mediam esse oportebit, si verò ex sese possunt generare, altera profectò superuacanea erit contrarietas, si scilicet, vt Peripateticorum videtur præstantissimis, contrarietas altera omnia generet, superflua sit ociosaq; altera: at si non vna contrarietas, vnúmque ad entium constitutionem ponatur subiectum, sed vel contrarietas altera vel altera suscipiens natura adiiciatur, necessariò quidem vtrauis harum adiecta & altera omnino adiicienda est. Siquidem cōtrarietates singulæ proprias Aristoteli sortitæ sunt materias, & propriorum suot generum, & materiæ singulæ singuláque genera proprias modò suscipiunt contrarietates.

Quòd si à contrarietate vtraque, & vtraque à materia, eadem constituantur entia, superflua sanè sit ociosáque & contrarietas & suscipiens natura altera: si non ab vtraque, nec ex vtraque eadem, at ab altera & ex altera certa quædam: nequaquam (quod euenire videtur) in omnia inuertantur omnia, sed ea modò in sese mutuò quæ ab oppositione eadem ex eadémque constituta sunt materia. Quin si materia ipsa vna at contrarietas duplex ponatur, in easdem incidimus angustias, sin

catum vtraque eadem eunstituat, superflua sit ueiosáque altera, tum & duo, quę apparent, contraria, vnum sint idémque. Quoniam enim in contraria modo immutatio omnis fit, & vni vnum modò est contrarium, vtique quod in duo immutati visum est contraria, io vnum immutatum est. Neque iis contentus, quòd materiæ, io qua generationes fiunt & corruptiones, plura contraria inesse apparent, proindéque amplius quod posuerat firmandum comprobandúmque existimans,
1. Phys. tex. 56. Quin nec plures, inquit, contrarietates primæ esse possunt, quaodoquidem substantia vnom quoddam genus est eius, quod est. Principia igitur eo solùm, quod prius est & posterius, non genere inter se different: etenim vno io genere vna est semper contrarietas, & contrarietates omnes in vnam semper reduci videntur.

Id innuit, neqoaquam multis etiam io substantia, in sensibilium nimirum corporom materia, contrarietatibus coospectis, plura ponenda esse principia, vel à pluribus illam detineri contrarietatibus existimandum, neque enim primas esse omnes generéque ioter se differentes quæ aliarom sint materiarum & aliis materiis inesse queant, sed ab voa omnes contineri omnésque ad voam reduci. Duo asserit prima contraria materiam quamois sortita esse, & ex iis sibiipsis commixtis alia longè plurima fieri, quæ materiam eandem veluti & prima occupent & sibiipsis contraria sint, ex iisdē quidem contrariis sibiipsis commixtis confecta omnia, at non eadem ratiooe & meosura, sed alia ex altero magis, alia minus, vt in colorum saporumque geoere sæpius est manifestatum. Substantia igitur, è qua quæ oriuntur intereúntque entia constituta suot omnia, veluti & genera alia quæuis sensibilium, nimirum (vt ipse ait) corporum materia, veluti & rerum aliarum materiæ omnes ab vna prima oppositione detineri Aristoteli videntur. Et tandem tria rerum generatarum principia esse, materiam vnam, & agentes naturas duas, quæ summis contrariisque dooatæ viribus illam veluti per vices occupent informéntque, oec perpetuò ab altera seorsom alteram, sed sibiipsis commixtas interdum, & lōgè (vt dictum est) diuersa ratiooe mensuráque entia omnia, & quæ summè sunt contraria, & quæ horum intermedia componere, satis supérque perdocuit. Sed iam contraria, à quibus prima corpora constituuntur, iodagantem Aristotelem, & mutoò hæc inuertentem, tum ex his reliqua componeotem audiamus.

Capvt VII.

Calor, frigus, siccitas, humiditas, quatuor prima corpora Aristoteli constituunt, calor quidem & siccitas ignem, calor & humiditas aerem frigus & humiditas aquam, frigus & siccitas terram.

2. de gen. 7. & f. Qvontam, ait Aristoteles, sensibilis corporis principia quærimus, hoc est tangibilis, tangibile autem cuius sensus est tactus, manifestum quòd nōn omnes contrarietates corporis formas & principia faciont, sed solùm quæ secuodum tactum: secuodū contrarietatem enim differunt, & secundum tangibilem contrarietatem. Ipsorum autē tangibilium diuidendum, quales primæ differeotiæ & contrarietates: sunt autem contrarietates secundum tactum hæ, calidum, frigidum, siccum, humidum, graue, leue, durum, molle, viscosum, aridum, asperum, leue, crassum, teoue. Horum autem graue quidem & leue, neque actiua, neque passioa, non enim quòd aliquid in aliud agant, vel quòd ab alio patiantur, dicuntur. Oportet autem actiua & passiua ad inuicem esse elemeota: miscentur enim & mutuò io se transmutaotur, calidum aotem & frigidum, & siccum & humidum, illa quidem quòd actiua, hæc autem qoòd passiua sunt, dicuntur. Calidom enim, quod congregat ea quæ geoeris eiosdem sunt, segregare enim quod inquiunt facere ignem, congregare est ea quæ sunt eiusdem generis, contingit namque excipere aliena. Frigidum autem, quud coniungit & congregat similiter & ea quæ eiusdem & quæ non eiusdem sunt generis. Humidum autem, quod interminabile proprio termino, facilè autem alieno terminabile est. Siccum autem, facilè terminabile proprio termino, difficulter autem alieno. Tenue autem & crassum, & viscosum, & aridum, & durum, & molle, & aliæ differentiæ ex his. Quoniam verò replere aptum est humidum, & repletioum ipsius est humidi, qoia proprio termioo cùm non contineatur, facilè autem alienum suscipiat, sequatur omnino quod contingit, idem verò & tenue facere aptum sit, subtilium enim est partium, & quod tale est, repletioum est, totum enim totum tangit, & tenue maximè tale est, manifestum est, quòd tenue quidem humidi, crassum verò sicci est. Rursus autem viscosum quidem humidi, viscosum enim humidum quidem est, at non illæsum purúmque, sed passum quid, veluti oleum, quod nimirum, aquæ instar, proprio quidem termino interminabile, at quod cootingeoti magis, qoàm aqua affigitur, quòd nimirum veluti crassitiei particeps, minus quàm aqua à seipso separatur. Aridum autem sicci, aridum enim est quod perfectè siccom est, adeo vt & congelatum sit, propter propriæ humiditatis defectum. Amplius molle quidem humidi, durum autem sicci: molle enim, qood in seipsum cedit, & non renititur, quod humidum facit. Qoapropter non est humidum molle, sed molle humidi, durum autem sicci est, durum enim, quod congelatum est, congelatum autem siccum est. Manifestum est igitur, quod omnes aliæ differentiæ redocuntor ad primas quatuor, hæ autem non amplius in pauciores: neque enim calidum, quod humidum, vel quod siccum, neque humidum, quod calidum, aut quod frigidum, nec frigidum, siccúmque, vel mutoo sub seipsis, vel sub calido & humido suot. Quare oportet quatuor has esse. Quoniam igitur quatuor elementa sont, ipsorum autem quatuor sex coniugationes, contraria autem sibiipsis coire iungíque non possunt, calidum enim frigidúmque, vel humidum siccúmque simul vt sint fieri non potest, maoifestum est, quòd quatuor sunt elementorum coniugationes, calidi & sicci, & calidi & humidi, & rursus frigidi & sicci, & frigidi & humidi, & secundom tales coniugatiooes corpora, quæ simplicia apparent, constitura sunt, Ignis, Aer, Aqua, & Terra. Ignis enim calidus & siccus est, Aer calidus & humidus, Aqua frigida & humida, Terra frigida & sicca.

Capvt VIII.

In quibus agentia primorum corporum principia, & ipsa constituens prima corpora, incusandus videtur Aristoteles.

Merito agentia primorom corpurum principia & tangibilia, & quæ in sese mutuò agāt, mutuóque à seipsis patiaotor, talia nimirum qualia ipsa suot corpora, oportere esse decernit Aristoteles: siquidem, vt sæpe dictum est, id est ens quoduis, qood natura, à qua constitutum effectūque est. At ipsa afferens principia ipsáque constituens corpora, & sibiipsi, & rerum iosuper naturæ adoersari, & multis modis incusandus videri potest, quippe qui cum duobus tantùm primis ageotibúsque à cootrariis materiam omnem, è qua & simplicia corpora, & entia reliqua fiunt omnia detineri, figuraríque, & duo tantùm contraria ad entium omniū constitutionem satis esse, rectè docuisset, veluti sui ipsius immemor, simplicia postea corpora noo à duobus, sed à quatuor & è primis & æquè agentibus constitui, itaque materia duplici ab oppositione detineri informaríque statuit. Nec minore crimine damnandus est, quòd quæ simplicia corpora constituunt oaturæ, motuò eas in seipsas omnes agere, omnésque mutoò à seipsis pati vix loquutus, à calore statim frigoréque, & humiditate siccitatéque illa constitui decernat, quòd calor fri-

gúsq;

gúsque agendi, humiditas verò siccitásque patiendi obtineant facultatem, at paolò pòst humiditati itidem siccitatique æquè ac calori frigoríque agendi vim attribuat: & quòd aerem & aquam è terra a sole educi intuitus, æquè ac terram, prima corpora statuat: & qui ignem ab altera terræ natura constitutum, & terræ ex dimidio eundem, aquæ verò prorsus contrarium statuat, cùm alibi penitus terræ contrarium posuisset. Et ignem tenuem, caodidum, mobilémque, terram contra crassam, tenebricosam, penitúsque immobilem, aquam verò tenuem albamque & motu gaudentem cùm intueretur, terram prorsus igni contrariam, aquam verò similem esse intueri poterat. Præterea, cùm rectè id esse ena quoduis, qood inexistens natura agens, itaque quod similare, & verè vnum est ens, ab vna id natura constitutum, & vna donatum natura posuisset, simplicia postea corpora, quæ maximè vna videri debent, à duobos constituta naturis oblitus velit, & duas singulis agentes indat naturas. Ad hæc, minimè eoidentiam est secutus, eum calori siccitatem frigoríque humiditatem, vtrique scilicet naturaa eopulet vniátque, quas maximè vtrunque auersatur, & quas ex iis quæ occupat exuperatque penitus perpetuò detorbat. Hæc generatim proposita, sigillatim pro oostra virili perpeodamus.

CAPVT IX.

Aristoteles secum pugnans ad primorum corporum constitutionem duplici vtitur oppositione.

1. Phys. tex. 16. RATIONI, ioquit ipse, vt visum est, congruũ videtur (neque enim sæpius eadem repetere molestum erit, quæ ob oculos posita veritatem aperiaot magis) tria ponere principia, at non tribus plura, quando ad patiendum satis est vnum, & ad agendum contraria duo, oec alterã agentium licet addere oppositiooem: etenim, si altera rerum omoim generationi sufficit, superflua erit ociosaque altera, si non omoium, at certarum quarundam & determinatarum, primum non omnium eadem erunt principia: tum & superflua itidem appareat oppositio altera, cujus scilicet contraria alterius contrariis coeant & voum fiaot. Quando enim in omnia inuerti videtur omnia, & quod immutatur in contrarium modò immutatur, & vnum vni contrarium, in duo immutari visum contraria, liquidò in vnum videri debet immutatum. Tum, Nec plures, inquit, possunt esse eontrarietates primæ, quandoquidem substantia vnum genus est eius quod est. Principia igitur eo solùm, quod prius est, & posterius, non genere differeot: in vno enim genere vna est contrarietas, & contrarietates omnes io vnam videntur reduci. Et sermonem tandem absoluens, Patet, inquit, contrariis aliquid subiici oportere, & contraria duo esse.

Aristoteli igitur in primis materialis hæc & generatilis substãtia, materia scilicet voiuersa, in qua generationes fiunt & corruptiooes, à contrariis primis duobus tantùm detineri videtur, quæ insunt alia, nequaqoam alterius geoeris, & prima esse, sed à primis illis manare, constitui, effici. Nec verò ab oppositione alia aliísque contrariis prima corpora constitui affectis videantur quàm à primis illis à quibus materia detineri, figurari, atque informari Arist. visa est: non siquidem inexistentia, & agendi vi prædita nihil agant, constituant nihil, sed frustra insunt torpentia atque stertentia. Agentia porrò, quæ è materia fiunt, omnia quidem, at prima in primis simpliciáque coostituant corpora, quæ nimirum à principiis construenda sunt primis puriśque, non ab imminutis impuríśve, à quibus Arist. itidem secunda mixta coostituũtur. Ab iisdem itaq; contrariis, & ab oppositione eadẽ, à qua materia hęc detinetur, prima itidẽ corpora efficiũtur Arist. Quamobrẽ quis in magnã admiratiooem nõ traducatur, cũ in primis naturę principiis ponẽdis, in re summi momenti, io limine ipso, à quo vniuersa naturalis methodus depeodet, illum adeo pugnantia scribere audiat? Τίς ἂν δέρος ἀνάρπος, vt in prouerbio est. At causam tameo intueri liceat, à qua, vt videtur, reiectus, proprias positiones & firmas quidem eas stabilésque deseruit, & alteram adiecit, & primam & agentem oppositionem: quæ causa si vera apparuerit & necessaria, cur ipse primus primas non penitus euertit positiones, secundas veras meditatus?

CAPVT X.

Alteram agentium oppositionem ad primorum corporum constitutionem Aristoteli adiectam esse, quod quatuor supposuerit esse prima corpora, & quatuor si sint, rectè id Aristoteli factum esse.

SI vna, inquit, sit contrarietas, iuxta quam corpora mutationem subeant, duo sint prima corpora necesse est: materia enim medium est, insensibilis ipsa inseparabilisque. Cùm igitur plura videantur prima corpora, duæ ad minimum contrarietates erunt: duæ autem cùm siot, tria corpora esse non possunt, sed quatuor, quot videntur. 2 de gñ. an. tex. 46. Alterius itaque adiectæ oppositioois haoc afferre causam videtur Aristoteles, quòd doo tantùm si sint prima contraria, neqoaquam duobus plura prima simpliciáque corpora cõstitoi queant. Quoniam è materia ea constant, & è natura sensibili agentéque, & materia per se iosensibilis cùm sit, actionísque omnis expers, sensibile agendique vi præditum corpus constituere minime potest, nec oatura etiam agens qoæuis, sed summa modò atque integra puráque, nihil à contraria passa vel imminuta, nihílque cõtrariæ commixta, à quali innumera quidem constitui possent & constitui videntur, at quę nec prima amplius, nec simplicia, sed secunda mixtáque Aristoteli videntur, necessariò, si duobus plura sint prima corpora, duabus plures afferendæ suot contrariæ naturæ agentes, quarum vel singulæ singula constituent prima corpora, vel (quo Aristoteli factum est modo) alterius oppositionis altera alteri alterius commixta coniunctaq;. Quandoquidem, inquit, plura apparent prima corpora, duæ ad minimum oppositiones ad eorum coostitutionem afferendæ sunt. Non igitur, quod facere visus est, agentia prius principia indagasse videtur Aristoteles, & iuxta principiorum numerum corporum numerum posuisse, sed ipsorum corporum numerum prius intuitus, tot attulisse agentia principia quot ad illum expleodũ satis videri poterant.

CAPVT XI.

Rectè à sensu, & esse, & quæ quotve sint prima corpora habendum Aristoteli visum, at sensum secuto duo tantùm, cælum terrámque videri debuisse.

IVAE quidem Aristoteles, nec prima quædam corpora, à quibus in propria ipsis perpetuò seruatis natura, quæ assiduè generari corrumpique videntur, constituantur, oportere esse, nec eorum numerũ ratione colligere aggreditur, sed & esse illa, & illorum numerum à sensu & ab ipsis habendũ esse rebus decernere videtur. Siquidem propterea prima quædam, & propterea rerum omnium elementa poneoda sunt, quòd perpetuò eadem ipsa permanentia reliqua omnia constituunt. Quòd si talia nulla appareant, nec poneoda quidem talia sint, vel maximè necessariò ponenda conspecta. Nam nisi quælibet oatura agens proprium sortita sit subiectum, in quo integra ipsa puráque nihil ab altera passa imminutáque, & nihil alteri commixta seruetur vigeátque, sed eote in quouis ab altera imminuator oblædatúrque altera & alteri commisceatur, periculum forte immineat, ne mutuò assiduè in sese agentibus oaturis contrariis, vel altera interrẽpta, omnia ab altera occupentur, & vnum fiant omnia, vel sibi ipsis commixtis confusísque naturis, in chaos abeat pulcherrima rerum constructio, & pulcherrimus rerum confundatur ordo. At oon homini tantùm sapere, nec audere licet tantùm, vt, si talia quædam noo appareant,

ponere talia liceat. Rectè igitur, vt dictum est, nihil talia quædam esse, nec eorum numerum docere aggressos Aristoteles, quatuor esse oportere agentia principia ponit, quòd quatuor appareant prima corpora.

At illud mirari hominem liceat, quòd omnia è terra à sole constitui intuens, & prædicans etiam, ac terræ matris nomen, patris cælo attribuens, non primum alterum corpus terram, cælum alterum ponit, sed cælo omisso, aquam, & aërem, qui nos ambit, & qui cælo subiacet, cæli loco prima statuit, quæ omnia ipsi in primis Aristot. è terra à sole maxima ex parte educi videntur, quæque nihil quod sensu percipiatur ad rerum aliarum generationem conferunt. Esto enim plantas quasdam & quædam etiam animalia nonnisi è Terra aquis madefacta educat sol, & animalia, vt seruentur, aquis quas hauriant, & aëre quem inspirent, opus habeant, non tamen ob eam rem prima ea corpora ponenda sunt. Neque enim è quibus, vel aliis commixtis, vel etiam è solis entia quædam constituuntur, aut constituta seruantur, prima ea omnia ponenda sunt, sed vt prima sint id amplius ea habere necesse est, ne ab aliis vllis, sed à seipsis tantùm fiant, & vt ad omnium constitutionem necessaria sint. Insuper, quæ alia nutriunt vel seruant prima videri non possunt: summis enim hæc prædita virib. quibus apponuntur, corrumpunt omnia, & in seipsa agunt, non sese ab illis inuerti sinunt. Sensu igitur prima corpora inuenienda esse bene censet Aristoteles, at labitur deinde, quòd non quæ sensus prima esse patefecit, quæ scilicet perpetuò eadem permanent, & à nullis ipsa facta alia constituunt omnia, sed quę assiduè immutantur, corrumpuntur, ab aliis fiunt, & quæ nihil ad aliorum generationem conferre videntur, prima ponit.

Capvt XII.

Aristoteles, principia omnia actiua & passiua inuicem oportere esse rectè statuens sui statim oblitus, calori frigorique agendi tantum, humiditati siccitatique patiendi tantùm facultatem assignat.

2. de ge. tex. 8. Rectè etiam Aristoteles, oportet, inquit, actiua & passiua inuicem elementa esse, miscentur enim & mutuò transmutantur. At propositi scopi statim oblitus, calidum (subdit) & frigidum actiua sunt, humidum verò & siccũ passiua. Et sui iterum oblitus humiditati siccitatíque agendi vim, veluti & calori frigorique attribuit, & primas eas agentésque facit. Manifestum est igitur, inquit, quòd omnes alię differentiæ reducuntur ad quatuor dictas: hę autem non amplius in pauciores, neque enim calidum quod humidum, vel quod siccum, neque humidum quod calidum, aut quod frigidum, nec frigidum siccúmque, vel mutuo sub seipsis, vel sub calido & humido sunt. Quare oportet quatuor has esse. Tum, à quibus singula constituta sunt differentias explicans, Ignis (inquit) calidus est & siccus, aër calidus & humidus, aqua frigida & humida, terra frigida & sicca. Licet verò singula ea corpora binarum sint differentiarum, nequaquam tamẽ ex æquo vtriusque singula sunt, sed singula alterius magis. Terra enim sicci magis quàm frigidi, & aqua frigidi magis quàm humidi, aer humidi magis quàm calidi, ignis calidi magis quam sicci. Id nimirum, (vt videtur) innuens, quòd vel si à duabus agentibus naturis singula constituta sint, & earum vtraq; in singulis agat, principem tamen locum in singulorum constitutione actionéque & veluti formæ vicem obtinere alteram. Quo fit, vt nihil dubitandum sit, humiditatem & siccitatem in primorum corporum constitutione, veluti & calorem frigúsque, agentes Aristoteli positas esse.

At si amplius id manifestari quæras, ex iis quæ paulò antè citata sunt, & ex iis quæ dicta corpora inuertens subdit, apertissimè patet. Si vna, inquit, sit contrarietas, Tex. 34. iuxta quam corpora mutationem subeant, duo sint prima corpora necesse est: quoniam verò plura esse videntur, duæ ad minimum contrarietates erunt, agentes nimirùm constituentésque. Et corpora inuertens, Ex igne, inquit, aer, & ex aqua terra fit, altero transmutato, ignis scilicet siccitate ab aëris humiditate, & aquæ humiditate à terræ siccitate deuicta ac interempta: neque enim vel aëris calor ex igne siccitatem, nec terræ frigus ex aqua humiditatem, quibus scilicet libenter Aristoteli coeunt, deturbet. Et si (inquit) mutuò sese oppugnent, Tex. 37 & alterum alterius principium deuictum sit, tertium ex vtraque fit, & aqua quidem, si aëris calidum, terræ autem siccum, ignis verò, si terræ frigidum, aeris autem humidum exuperetur. Itaque dubium esse non potest nihilò, quàm calorẽ, frigúsque minus humiditatem, siccitatémque agentes positas esse: neque enim vel frigus vel calor humiditatem siccitatémve deturbet Aristoteli vnquam, quarum vtrique illorum vtrumque libentissimè coit. At humiditatis siccitatísque ingenium explicantem Aristotelem audiamus, & earum vires diligentius intueamur: sique agendi vi præditæ visæ sint, rectè agentium principiorum numerus ei positus esto.

Capvt XIII.

Humiditatem & siccitatem Aristoteli etiam passiuas visas esse, & esse omnino passiuas.

4. Met. cap. 4. Calor, inquit, & frigus efficiendi vim habent, siccitas verò & humor patiendi, quod inductione probatur. Calor enim & frigus cùm ea quæ eiusdem, tum quæ diuersi generis sunt, determinare, coniungere, immutare, humectare, exsiccare, durare, emollire in omnibus videntur: humida verò & sicca, tum ipsa per se, tum quæ communiter ex vtriusque concreta sunt corpora terminari, & aliis, quæ dictę sunt, qualitatibus affici. Humiditas igitur & siccitas nihil prorsus agere, nec seipsas constituere Aristoteli videntur, at pati tantùm, & à calore frigoréq; & ipsæ, mollities duritiésque, & reliquæ illarum affectiones, & veluti species, constitui omnes. Neque aliud ferè toto eo libro docere nos videtur, quàm humiditatem siccitatémque passiuas prorsus, & caloris frigorísque, & ipsas, & quæ ipsarum propria sunt, opus esse omnia. Quin adeo positioni huic inhæret, vt ne ipsum quidem frigus prorsus actiuum ponat, quòd aquæ humiditati & terræ erit siccitati, è quibus, vt è materia & passiuo principio mixta omnia constitui Aristoteli videtur. Eius itaque sectatores calorem frigúsque actiuas qualitates, humorem & siccitatem passiuas passim appellant, vt sui oblitus videri possit Aristoteles, qui in simplicium constitutione agentes has posuerit, velut & illas.

Nec verò (quod faciunt) in mixtorum modo compositione passiuas illas visas fuisse Aristoteli Peripatetici dicant, & non in simplicium itidem constitutione. Vt enim visum est, non ibi tantùm pati humiditas siccitásque Aristoteli videtur, vbi sibiipsis commiscentur, sed vtraque illarum per se & seorsum existens, non scilicet in mixtis tantùm materiæ & passiui principij vicem præstare, sed nihilò in simplicibus minus, quæ ex illarum altera constituuntur puta sinceráque, & nequaquã alteri commixta. Humida (inquit) & sicca, tum ipsa per se, tum quæ communiter ex vtriusque concreta sunt 2. de ge. tex. 8. corpora, terminari, & aliis, quæ dictæ sunt, qualitatibus affici. Et simplicium constitutionem tradere incipiens, calorem modò, & frigus agere docet, humiditatem, & siccitatem pati tantùm. Quo fit, vt non iisdem modò in commentariis, sed verbis penè in iisdem secum ipse pugnare videatur, vt Peripateticorum videtur etiam optimis. Rerum certè naturam suo arbitratu immutant Peripatetici, dum simplicibus inexistentes humiditatẽ siccitatémque agendi, & seipsas mutuò deturbandi interimendique, & in interemptarum sedibus generandi constituendique vi donant: vbi verò sibiipsis immiscẽtur simplicia, eas illas spoliant, & non amplius à seipsis, sed à calore & frigore constitui volunt. Nihil tale aliis in entibus neque aliis spectatur naturæ operibus, sed a-

ctio

ctio qnæuis naturæ eiusdem perpetuò esse, & à naturæ eadem idem perpetuò edi opus. Cuius itaque opus humiditas semel visa est, eiusdem perpetuò ponendum est, naturæ alterius nullius prorsus vnquam. Vbique igitur eadem humiditas ponenda est siccitásque, & agere semel conspecta, perpetuò vi agendi prædita, & agens vbique, vel patiens tantùm vbique, eb alin, non è seipsa, constitui semel visa.

At non secum ipse pugnat modò Aristoteles, humiditati siccitatique agendi vim, oppositámque deturbendi, interimendi, & in interemptæ lneum seipsam constituendi producendique facultatem præbens, sed cum natura ipsa, & ipsi etiam cum sensu. Siquidem (nec verò quæ ad rei cuiusuis, at multò certè amplius quæ ad principiorum constitutionem explicationémque spectant, sæpius repetere & sæpius ante oculos poοere gravabimur aut reformidabimus vnquam, vel laborum nostrum pertæsi, vel aliorum veriti fastidium: etenim rei manifestandæ gratia, non ambitione aut inuidia id facimus) nec humiditas vlle in siccitatem, nec siccitas in humiditatem eo modo eáque ratione qua egentes naturæ, calor nimirum frigúsque, in sese mutuò agunt, seséque amplificant, egere & sese amplificare visa est vnquam. Humida quæ sunt, vel nihil siccis commixta, ac ne contigua quidem facta, nihilque, vbi vel mole, vel robore exuperant, vel ipsa mole vel proprio ipsorū subiecto, è quo egere, immutato, in propriam sicca agere dispositionem, & humida, qualia ipsa sunt, facere, nec humida à siccis, quo dictum est modo, agentibus sicca fieri visa sunt vnquam: at ibi modò vtraque ed alterorum agi dispositionem, vbi ibiipsis commisceentur, vnúmque ex vtrisque fit ens. Nec verò, quòd ab vtrisque vtraque immutate, ad propriámque acte sint dispositionem: id enim si queant, vbi ab alteris mole, viribusque longè exuperantur altera, penitus in illorum agantur naturam, itaque ex vtrisque compositum ens, non (quod fieri perpetuò videtur) id modò ed exuperatis speciem proximius fiat, quod eius exuperat moles, sed integre eius donetur dispositione, penitus altera deturbeta interemptáque: sed quòd vtraque in propriæ seruata natura sunt, ac ex vtrisque compositom ens, ita vel vtrorumque medium fit, vel ad altera declinat, prout eorum moles, vel æquales, vel alteram exuperet altera.

Præterea non ee modò sese mutuò immutent, quæ sibiipsis commiscentur, sed & quæ, quum humida inuectant omnia, & contra, vel si sese non mole & corpore, sed proprijs modò attingant viribus, longéque ea propius quæ vel humida magis sunt vel magis sicca. At longè aliter in rerum neturæ obseruamus, siquidem humidissimus aer eorum, quæ subit, oullis humiditatem indere videtur vllam, quòd nimirum longè tenuissimus, nulli commisceti, vnúmque fieri potest, sed commixtionem præterfugit omnem, ex omnibúsque elabitur. Nec siccissimis densissimísque à rebus, qui in iis continentur liquores siccitatem assumunt vllam, immo perpetuò in illis in propria dispositione seruantur, si calor eem nullus nullúmque immutet frigus. Nec verò quæ languidiores sunt naturæ agentes, cuiusmodi humiditas siccitásque videri Peripateticis possunt, tes vt immutent, non benè modò iis proximæ fiant, sed vt subeant etiam eas, vniuersas nimirum simul contingant oportet, neque enim vniuersæ simul immutandæ sunt res, sed quarum suprema modò superficies immoteti potest, vel profundissimæ ex si sint, quin vniuersæ randem immutentur, dubitere nihil contingit. Nem quæ egit vis non superficiem immutat, quæ, qualis Mathematicis ponitur, nulla dooata sit profunditate, sed profundam omnioo, & quæ tes, quæ immutanda est, portio quædam sit.

Quare, quod dictum est, suprema essiduè superficie immutata, tes quæuis vniuersa tandem immutatur. Tū multa videre est bene foraminulenta, porosaque, quæ neque à subeunte aere, neque ab infusis liquoribus vllis huοrdio a fiunt vnquam. Propterea igitur quæ sibiipsis non commiscentur, nihil sese immutant humida siccáque, quòd humiditas siccitásque nulla agendi vi donata est. Et caloris omnino frigorísque opus esse vtrámque, inde apertissimè intelligere licet, quòd fluidæ humidæque tes ab humidis fluidísque, frigidæ ex si fint, compinguntur conspissantúrque & ad siccitatem aguntur, vt mel declarat, quod frigidam in aquam coniectū concrescit & spissatur. Siccæ quæ sunt durǽque, siccis durísque, at calidis appositæ humidæ fiont mollesque, & in fluores summámque tandem aguntur in tenuitatem. Ex quibus nulli dubium esse potest, humiditatem siccitatémque nulla agendi vi, & sese ipsas amplificandi efficiendique facultate affectas esse, sed & ipsas à calore frigoreque effici. In primorum igitur corpnrum constitutione Aristoteles sibiipsi, naturæ, sensui aduersatur.

Capvt XIIII.

Calori siccitatem esse non posse, nec frigori humorem.

Natvra itidem, sensúsque, & sibi etiem ipsi discors Aristoteles calori siccitetem, & frigori humorē copulat. Perspicuè enim quæcunque exuperat calor tenuia fiunt omnia, & in vaporem fumúmque aguntur, liquefiunt saltem & emolliuntur, quæ non penitus superat, quæ humoris propria esse omnis ipsi imprimis Aristoteli videntur. Tenuitas, inquit, mollitiésque & viscositas principia non sunt: nā sub humiditatem reducuntur, & humiditatis propriæ sunt, humiditeis nimirum illarum quælibet, & non pura sinceraque, sed siccitati commixta & passa quid a siccitate. Frigus contra quæcunque occupat in duritiem glaciémve agit, quæ & ipsæ siccitatis propriæ, & velut siccitatis species aut gradus Aristoteli videntur. Durum est, inquit, quod concretum gelatúmque est, quod autem concretum est siccum est. Propria igitur caloris & celoris opus humiditas, quæ vbicunque calor adest agens vertenśque, vel integra ipsa adest puraque, vel imminuta saltem atque impura. Frigoris opus siccitas & propria frigoris, quæ vbicunque exupetans adest frigue edest & ipsa, & humidissimis inditur tebus. Humidissima enim maximéque diffluens eqoa, & aqua humidiores vapores, & ipse interdum vaporibus tenuior eet spissatur, densatur & compingitur è frigore. Ferrum contrà, & densissima quæque, & liquefiunt & in tenuissimos etiā vapores à calore summo soluuntur tandem, à non summo & non diuturno emolliuntur saltem, humidiora omnino fiont. a 2. de ge. tex. 10. Tex 13.

Manifestè porrò tenuitatis opifex visus calor, nequequam, si durare & erassa quædam facere videtur, crassitiei itidem opifex ponendus est, pacto enim nullo contrariæ actiones naturæ vni dandæ: sed quæ à calore erassescunt res, tum & caloris ipsius robur diuturnitásque diligentius inspicienda: fortè enim vel quibus crassitiē impartiri calor videtur, tenuia ea facit aut faciat si exuperat. Calore nempe quæ crassescont nequaquam similatia ea sunt, sed (vt in primo dictum est commentario) è longè diuersissimis composita pertibus, & quarum aliæ multò promptius, ægrius aliæ ettenuentur: his itaque vix dum fortè emollitis lentísve factis, in summam illæ actæ tenuitatem elapsæ sunt omnes. Quare hæ vel propria è crassitie dimotæ quid, at multò ampliore spoliatæ tenuitate crassiores appareant necesse est. Nec perpetuò id tameo accidit, nam vel eodem fortè à celote, at diutius agente, in summam agontur tenuitatem. Vbique igitur siccitatem crassitiémque oppugnare & in tenuitetem egere videtur calor, frigus crassitiem siccitatémque inferre vbique, & tenuitatem humiditatémque vndique deturbare.

Idq; non solùm à sensu, sed ab ipso etiam bebemus Aristotele. Alieoo rū, inquit, disgregatiuus est calor, similium congregatiuus. Soluit nimirum, diffundit, liquefacit, humiditatem deniq; frigore concretam gelatáque quasi nodo exoluit, & aditum singulis facultatémque ad simile vt ferantur præbet. Tandem ad summum, nihil Tex. 8

aliud agit calor, quàm liquefacit atque attenuat. Quoniam verò quæ eiusdem sunt naturæ, aut similia omninò, modò eodem eadémque attenuantur aut liquefiūt celeritate, in vnum confluunt & ab aliis secernuntur, quæ vel attenuari & liquescere nequeunt, vel vt attenuentur diuturniore opus habent concoctione: non omnia igitur à calore secernuntur, non siquidem pix è cera, sed illi immiscetur magis. Neque hoc nobis magis quàm Peripateticorum optimis videtur. Calor itaque disgregare tantùm atque attenuare & humectare videtur. Frigus omnium est, vt Aristoteles inquit, congregatiuum, humida tenuiáque omnia, & quæ fluūt dilabuntur, & quæ separata sunt & diuersa, in vnum agens, compingens, constringens, in crassitiem siccitatēque res agit quascunque. Tum, quæ verè exsiccantur, è quibus videlicet verè extrahitur humiditas, à solo exsiccari calore, à quo solo educi, & qui cum solo elabi humiditas Aristoteli videtur.

4. Met. tex. 11. & 14.

Quæcunque, inquit, exsiccantur, vel calefacta exsiccantur, vel frigefacta. At siue hoc, siue illo exsiccentur modo, à calore omnino exsiccantur omnia, vel externo humiditatem eliciente, vel interno à frigore eiecto extrusóque, & humiditatem secum educente. Propterea igitur à calore exsiccari Aristoteli videntur, quòd egrediens calor, siue à simili cognatoque allectus eductúsque, siue à frigore eiectus, cum humore suo subiecto elabitur ac egreditur. Humorem etenim, quem non hinc modo, at passim à calore attrahi affirmat, non alia attrahit ratione externus calor, quàm calorem attrahens humori insidentem, qui cum elabitur humor. Quare quibus humiditas multa, calor inest exiguus, cuiusmodi aqua est, & quæ aquea sunt, non penitus Aristoteli exsiccantur, sed concrescunt tantùm, quod non absolutum, sed exsiccari quoddam est: quia non vniuersam humiditatem, educere potest elabens calor. At caloris propria humiditas, & sine calore esse impotens, calore spoliata, non remanet amplius humiditas, nec cedens, nec fluens amplius, sed cedit & fluit, & iterum fit humiditas calore rursus indito.

4. Met. cap. 6.

Quæ aquea, inquit, sunt, vnius caloris exitu concrescunt. Soluuntur ergo vnius caloris ingressu, & non aquea tantùm, sed quæ ex aqua & terra itidem sunt. Quæ ad terram, inquit, & ad aquam, sed plus ad terram attinent, si ex eo, quòd calor exierit, concreta sunt, calore, vbi rursus aduenerit, liquantur, veluti lutum cùm gelu adstrictum est.

Nusquam igitur, vbi calor non adest, esse posse humiditas Aristoteli videtur, & ibi nulla esse penitus, vbi nullus adest calor: ibi itaque vt vera generetur magno opus esse calore, à quocunque tamen ferè quandam fieri. Quę refrigeratione, inquit, & caloris vniuersi expiratione concreuere, ea non soluuntur, nisi caloris exsuperantia, sed molliuntur, vt ferrum & cornu, vbicunque videlicet calor adest agens verténsque humiditas ibi fit, & ibi ægrius, vbi calore penitus elapso interemptóque, nulla penitus remāsit humiditas, & eò absoluta fit magis quò magis vincit calor. Caloris igitur propria & caloris opus Arist. etiā videtur humiditas quæ à calore constituitur, & omni tempore ad calorem fertur & egreditur cum calore, & quę calore spoliata nō remanet amplius humiditas. Frigoris opus siccitas, & propria frigoris, quę humidissimis etiam rebus à præpotente inditur frigore, & vbique adest, vbi exuperans adest frigus. Quasobres calori siccitatem, & frigori humiditatem iungens Aristoteles, non tantùm cum sensu & natura, sed secum etiam pugnare videtur. Quoniam igitur nihil planè humiditas & siccitas agere visæ sunt, & à calore frigoréque & ipsæ fieri, veluti qualitates reliquæ omnes, & perpetuò ab altero altera, vt eorum neutri vtraque coire queat, & vnum fieri, quod maximè oportebat vnum constituras, nequaquam & ipsæ primorum corporum agentes causæ videri possunt.

Capvt XV.

Duplicem agentem naturam primorum corporum singulis Aristoteli inditam esse.

Dvplicem agentem naturam enti vni indendam non esse, satis ipsi declarant Aristotelici, qui, si factum id Aristoteli sit, nihil eum tueri confidentes, factum esse summè omnes pernegant. Itaque nihil nobis, id si fecerit, Aristoteles damnandus, sed factum id ei esse ostendendum, Peripateticorum nimirum sententiæ, quibus factum non esse astruunt, explicandæ, reiiciendæque sunt in præsenti. An, inquiunt, non qualitas vtraque formæ vicem obtinet, sed materiæ altera? neque enim vel humiditas, vel siccitas, quarum altera singulis inest, vt forma in vllis sed vt materia, subiectúmq; in omnibus Aristoteli ponitur. Calor modò & frigus, quæ in nullo coeunt, omnibus vt formæ insunt: nec, vt rationi congruum videri posset, horum alteri illarum altera perpetuò subiicitur, non siquidem naturæ eidem, at diuersis præditæ viribus, materia eadem atque eadem conuenit sedes. Siccitas itaque, inquiunt, quæ non calorem modò, sed frigus itidem exacuere videtur, vtriusque subiectum est summi intensique: humiditas verò, quæ ab huiusmodi illis destrui videtur, vtriusque itidem remissi imminutíque. Perperam sanè, nam præterquam quòd (vt visum est) humiditas siccitásque nihil minus quàm calor, frigúsq; in simplicibus agere Aristoteli videntur & quòd, si res hoc sese habeat modo, summum frigus non aquæ sed terræ, cuius siccitas est attribuendum sit, perperam naturis summè contrariis subiectum idem terræ s. ignisque naturæ siccitas assignata sit: & vni eidémque naturæ diuersis quidem donata viribus, at vni omnino eidémque contrarium subiectum terræ scilicet frigori siccitas, aquæ verò humiditas assignata sit.

Fortè commentantur alij (quia è qualitatibus duæ agere, pati duæ, & singula prima corpora pati & agere videntur) singulis actiuarum alteram, qua agere & passiuarum iisdem alteram, qua pati possent, assignari oportuit. Absurdum & hoc, neque enim vt dictum est, actiua tantùm vel tantùm passiua qualitas vlla in simplicibus Aristoteli videtur: sed ęquè agere & æque pati omnes, Ignem igitur in aerem inuerti siccitate in humiditatem inuersa, non quidem à calore, qui vni contrarius frigori, in siccitatem nihil prorsus Aristoteli agat vnquam cui præsertim æquè libens atque humiditate coit. In quibus minimè acquiescentes Peripateticorum optimi, nec duabus formis, & naturis duabus, ens vnum donari sustinentes, altera, inquiunt, qualitas verè formę vicem obtinet, in húncque modum rem explicant. Quoniam non materiæ cuiuis, & quouis modo affectæ dispositæque forma insit, sed parata sit oportet aptáque facta materia ad huiusmodi formam suscipiendam, hoc altera præstat qualitas, materiam disponit aptámque reddit, quę igitur prius insit oportet ac dispositionis subeat vicem. Hoc autem non siccitas magis atque humiditas quàm calor præstat & frigus.

Incommoda quidem, quæ dicta sunt, vitantes, fortè & Aristotelis sententiæ hærentes magis, qui hoc veritus (vt videtur) haud ęquè à qualitate vtraq; singula prima corpora detineri pronūtiat, sed vnumquódque vnius magis esse. Terram scilicet sicci magis quàm frigidi, aquam frigidi magis quàm humidi, aërem humidi magis quàm calidi, ignem calidi magis quàm sicci, non quidem non vtramque summam inesse singulis, sed alteram fortè innuēs, quasi materiæ ac dispositionis, formæ alteram subire vicem, quæ igitur dominetur magis & magis etiam operetur. (2. de gen. tex. 23.) At nequequam illis minora subeunt mala. Primùm enim, si materiæ vicem altera præbeat, minimè in omnia inuerti possent omnia, sed in opposita tantùm singula, in aerem scilicet terra, & in aquam ignis, & mutuò, in aerem verò ignis nunquam, aut in terram aqua, nec contrà: quid enim alterius materia in alterius agat formam? Quid præterea calor, frigúsque, quæ si non sola, at summè certè agere Aristoteli videntur, dispositionis ac materiæ vicem humiditati præbeant, siccitatísque quæ si non & in simplicibus, in aliis certè omnibus passiuæ, & à calore & frigore constitui Aristoteli videntur, quæ si formæ existant, agentésque calorem ipsæ constituant oportet frigúsque, dispositio-

positiones nimirum quibus gaudent, materiæ quã subeunt indant.

Id enim vel in primis agere videntur formæ, materiã ipsam sibi omnes concinnant, & proprio ingenio propriæque operationi aptam faciunt. Non siquidem ignauæ formæ, inertésque, quæ naturæ alterius ope indigeat aut opera, quæ ipsis domicilium paret sedémque, sed longè ipsæ grauissimæ illam sibiipsis aptant parantque, nullius ministerio vtentes indigentésve. Calor humiditatem facit tenuitatémque, siccitatem frigus ac crassitiem, quòd hæc huius, illius illa propria sedes est, & proprium domicilium: & humiditas igitur calorem, siccitas verò frigus faciat oportet, si huius hoc, illius ille subiectum est, & multò etiam id Peripateticis magis quàm nobis ponendum est, quibus materia apta facta forma elucet è materiæ emergens sinu, quæ igitur ab eo generari, a quo materia disponi pararique videtur, nisi igitur à forma ipsa materia pareretur, à simili non generetur. Ignauissimæ igitur humiditas siccitásque, & non calorem modò & frigus, sed ne seipsas quidem constituere vnquam visæ, quàm longissimè absunt, vt formæ videri possint, agentésque, & quibus calor frigúsque materię fiant aut materiam disponant. Omnia itaque pertentantes Aristotelici, modum inuenire nullũ possunt quo prima corpora non duplici natura Aristoteli donata esse declarent, quo neque absurdius quicquam, nec fieri potest minus. At necessariò, vt dictum est, Aristoteli factũ quatuor ponenti prima corpora, & duplici ea constituenti oppositione, & singula in omnia inuerti volenti.

Capvt XVI.

Num quæ prima corpora Aristoteli ponuntur, prima sint omnia, in propriis singulorum ipsorum viribus magnitudinéque amplius inspiciendum esse.

ITA è principiorum numero ingenióque duo tantùm ponenda esse prima corpora declaratum existimo, vt nihil id amplius declarandum videri possit. Quoniam calorem modò & frigus agere, humiditatem siccitatémque materiæ dispositiones esse & ab illis fieri, nec verò ab vtroque ambas, sed humiditatem à calore tantùm, & siccitatem à frigore, & calorem siccitatem, frigus contra humiditatem aduersari corrumperéque conspectum est, dubitandum non est quin duo tantùm sint prima corpora, & quorum alterum summè calidum summéque humidum, summè alterum frigidum, summéque sit siccum. At tanti res momenti vndique manifesta vt fiat, quas Aristoteles naturas virésque, & quam magnitudinem singulis dictorum quatuor corporum attribuit, tum verò & corpora ipsa, vel satis conspecta, iterum intueri ne grauemur. Nam humiditatem siccitatémque agendi ineptas impotentésque, & caloris illam, hanc frigoris opus esse, & vni illi calorem, & vni huic frigus coire posse, itaque corpus, quod summè calidum summéque sit siccum, vel quod summè frigidum summéque sit humidũ, dari non posse, caloris frigorísque, & humiditatis siccitatísque vires ingeniúmque inspicientibus, & ratio & sensus etiam ipse declarauit. An ignem fortè ipsum, ipsámque intuentibus aquam summè hæc frigida summéque humida, summè ille calidus summéque appareat siccus? Præterea videndum, num & tanta singula sint, quanta Aristoteli ponuntur: quoniam primorum corporum singula tanta facta esse existimandum est, quanta vt & ipsa, & Mundi vniuersi constructio seruaretur, facienda erant. Et certè si quanta Aristoteli ponuntur sint, iis itidem prædita sint naturis, quibus singula donata esse ei videntur, ac proinde, qualia Aristoteli posita sunt, videri queant. Sin nec vires nec magnitudinem, quas singulis attribuit, nacta sint, quàm longissimè aberit, vt rectè prima corpora constituerit. Quamobrem qualia quantáque singula illi sint referamus.

Capvt XVII.

Singulis dictis corporibus naturam vtranque summam ab Aristotele inditam esse.

PRINCIPIA, à quibus dicta corpora constituuntur, explicans Aristoteles, Calor (inquit) & frigus & humiditas & siccitas elementorum principia sunt: & calor siccitati coniunctus ignem, humiditati aerem, frigus verò siccitati copulatum terram, humiditati aquam constituit. (2. de ge. tex. 16.) Itaque manifestè idem prorsus calor & ignem & aerem, & idem frigus aquam terrãque, & eadem siccitas ignem & terram, eadémque humiditas aerem & aquam Aristoteli constituit. Quoniam verò vix dum dictorum corporum constitutione explicata, Et si ait, corporum, quæ diximus, singula binarum sunt differentiarum, nequaquã tamen ex æquo vtriusque sunt, sed singula alterius magis. (Tex. 33.) Terra enim sicci magis quàm frigidi, aqua frigidi magis quàm humidi, aer humidi magis quàm calidi, ignis verò calidi magis quàm sicci: vtique non summam vtranque singulis, sed alteram remissam inditam esse suspicari queat quis, at falsò certè, vt videtur, id putabit. Neque enim terram siccam magis quàm frigidam esse (quod vtique, si terræ siccitas proprio eius frigore robustior visa foret, dicendum erat) sed sicci magis quàm frigidi eam esse dictum est, non æquè scilicet natura ab vtraque detineri, nec æquè sub vtriusque imperio esse, nec naturam omnino vtramque æquè terræ formam esse, sed siccitatem magis. Propterea id verò, quòd duplici à principio singula constituta Aristoteli cùm forēt, vtique simplici singula forma duplicique natura agente ab illo donata videri poterant.

Id autem vt amoliretur incommodum, Licet, inquit, à duabus singula constituta sint naturis, non æquè vtriusque sunt tamen, sed alterius magis, non quippe vtraque, sed altera tantùm in singulis formæ vicem obtinet & singulorum est forma. Et naturam vtramque dictorum corporum singulis summam inditam & indēdam prorsus Aristoteli fuisse, inde apertissimè intelligitur, quod naturæ cuiusuis remissio (tametsi Aphrodisiensis gratis aliter sentiat) contrariæ Aristoteli fit admixtione. Ea verò simplicibus corporibus, qualia ignis, aër, aqua, terra Aristoteli ponuntur, nulla inditi potest. Multóque etiam clarius patet, quòd illa inuertens immutánsque Aristoteles, inquit, Si terræ siccitas ex aqua humiditatem deturbet, aqua in terram, sin aquæ humiditas è terra siccitatem eiecerit, nihil vsquam alterius frigore immutato, terra in aquam agatur, eodémque pacto reliqua, quæ altera tantùm dissident natura, ea vna immutata, altera nihil passa, mutuò in seipsa transmutantur. (1. Met. co. 13. — tex 25. — tex 27.) Et aeris, inquit, calor si è terra frigus, terræ verò siccitas si ex aere humiditatem deturbet, itaque terræ siccitas & aeris calor vtrumque occupet, & terra & aër in ignem transibit, & ignis fiet. Sique ignis siccitas ex aqua humiditatem, aquæ verò frigus ex igne calorē deturbet, nihil ignis siccitate vel aquæ frigore immutato, & ignis & aqua in terram agitur. At si ignis calor aquæ frigus, aquæ verò humiditas ignis siccitatem perdat, ignis itaque calor, & aquæ humiditas vtrumque occupet, & ignis & aqua in aerem immutetur. Nihil ergo est quod ambigatur, eundem igni & aeri calorem, idémque aquæ & terræ frigus, & eandem igni & terræ siccitatem, eandémque aquæ & aeri Aristotelem indidisse humiditatem.

Capvt XVIII.

Terra aquam, & aqua aerem maiorem, & decuplam omnino terra aquam, & aqua aerem, & terra aquam superpositam Peripateticis videri.



QVOD magnitudinis discrimen, & quam inter se positionem dicta corpora sortita sint, explicans Aristoteles, Terræ, inquit, moles ad eas, quæ ambiunt, ma- (1. Met. cap. 4.)

gnitudines quanta sit obscurum non est: quippe cùm iã ex Astrologię theorematibus perspectum nobis sit multò minorem eam esse quibusdam syderibus. Aquæ autẽ naturam consistentem & secretam non cernimus, nec fieri potest vt à corpore, quod circa terram situm est, diuellatur, cuiusmodi sunt, & quæ nobis patent, mare & flumina, & si profunditas aliqua minus nobis comperta sit. Illud verò, quod inter terram & vltima sydera interiectum est, vtrum censendum sit corpus vnum aliquod secundum naturam, an plura, & si plura quot & quatenus suis locis distincta sint: id postea inquirens, Si (inquit) quæ inter sydera sunt interualla igne essent referta, & sydera ex igne constarent, quoduis reliquorum elementorum iampridem interiisset. Atqui, nec aeris duntaxat sunt plena, communis enim ad ea corpora, quæ eiusdem sunt ordinis, proportionis æquabilitatem excederet. Idque etiam, si duobus elementis is locus, qui inter cælum & terram medius est, plenus statuatur: nam terræ moles, in qua omnis aquarum multitudo comprehenditur, nulla (vt ita dicam) pars est ad eam, quæ continet, magnitudinem comparata. Nec verò moles tanta sese excedere magnitudine intuemur, cùm ex aqua secreta aer oritur, aut ignis ex aëre. At necesse est vniuersam aquam ad totum aerem eandem habere proportionem, quam aquæ tantulum pársque exigua ad eum habet aerem qui ex ea progignitur. Nihil autem interest, si hæc non oriri mutuò, sed facultate tamen paria esse aliquis dixerit: hoc enim modo vires pares in illorum magnitudinibus insint necesse est, non aliter ac si ex aliis alia orirentur.

Corpora, è quibus sublunaris hic Mundus compositus videtur, ignis, aër, aqua, terra, summis omnia summéque contrariis viribus, & quibus sese mutuò destruant, donata Aristoteli videntur: proindéque si illorum quodpiam reliqua mole exuperet, amplioribus præditum sit viribus, reliqua omnia perdat, & in seipsum agat omnia.

Propterea, si seruanda fuere, æqualibus omnino donanda fuere viribus, eadem omnibus magnitudo attribuenda fuit, non tamen molis. id enim factum si sit, tenuiora à crassioribus, quæ è materia extensa expansáque & in amplius acta, ab iis quæ è materia magis in seipsam conspissata constrictáque, & in minimam redacta molem constant, corrumpantur. Nam & si idem vtrorúmque vitium robur non & copia etiam eadem vtrisque inest, sed eò singulis maior quò maiorem materiæ copiam sortita, quò scilicet magis compacta sunt, magisque in seipsa sunt conspissata. Itaque non molis magnitudo, sed materiæ copia æqualis hisce corporibus attribuenda necessariò Aristoteli fuit. Id verò factum sit, si qua ratione crassioris molis portio in tenuiorem acta, ab ea in quam acta est exceditur, eadem & tenuior moles vniuersa crassiorem excedat vniuersam, hoc est qua ratione terræ pugillum, quæ ex eo fit, aqua excedit, eadem aqua vniuersa vniuersam excedat terram, & ita deinceps aquam aer, & aërem ignis. In hunc modum æqualibus naturis, ac viribus dicta corpora prædita sint omnia, nullúmque immineat periculum ne ab eorum vno reliqua exuperentur atque immutentur.

Ea ratione adducti, vt videtur, Peripatetici, & è terræ pugillo decem aquæ pugillos fieri mensi, terra aquã, aqua aërem, aëre ignem decuplo maiorem esse decreuerunt. Et leuitatis grauitatisque ingenium, vires, & rectorum motuum caussas, proprios singulorum elementorum motus, & propria edocens Aristoteles loca, Graue (inquit) simpliciter, id est quod omnibus subsidet, leue autem quod omnibus supereminet. Aliter autem graue & leue, quibus vtraque insunt: etenim supereminent quibusdam & substant etiam quibusdam, quemadmodum aer & aqua: horum enim neutrum simpliciter leue est aut graue, vtrumque enim terra leuius est. supereminet enim ipsi quæuis illorum particula, & vtrumque igne est grauius, vtriusque enim ipsorum quantulauis particula igni substat. Ad seipsa verò vnum quidem simpliciter graue est, alterum autem leue: nam aer, quantuscunque sit, aquæ supereminet, aqua autẽ, quantacunque sit, aëri substat. Et terram, inquit, vbique grauitatem habere est necessarium, aquam autem vbique, præterquam in terra, aerem verò, præterquam in aqua & terra. Et alibi, Aqua (inquit) circa terram, quemadmodum & circa eam aëris globus, & circa hũc is qui ignis dicitur, obtenditur. Terram Mundi in medio, aquam terræ, & aquæ aërem, & aeri ignem superponit Aristoteles. Rectè sanè, & propriis positionibus ac rebus etiam ipsis in quibusdam concors, vires, magnitudinisque discrimen, & locum his corporibus assignat.

[Margin notes: 4. de cæl. tex 26. & 17. — Tex 29 — 1. Me. cap. 4. & 2. Met. cap. 1.]

Et, quod dictum etiam est, ab iis constituta si sint principiis, à quibus constituta esse Aristoteles decernit, & si quam sortita sunt magnitudinem, huiusmodi ea conueniat corporibus, talia denique, tantaque singula sint, qualia quantáque Aristoteli ponuntur. Quamobrem an talia, tantáque singula sint, expendendum.

Capvt XIX.

Quænam aquæ moles vniuersitas aquæ Aristoteli visa sit.

NVm talis tantáque sit aquæ vniuersitas, qualis quantaque Aristoteli posita est, intueri propositum. Illa verò nequaquam veluti elementa reliqua vnum in corpus collecta omnis, & seorsum à reliquis seposita est, sed per vniuersam terræ superficiem dispersa & veluti disseminata, passimque ex ea effluere & passim etiam profundiori terræ inexistere videtur. Et quæ illius moles magna collectáque & permanens aquæ vniuersitas videri queat, mare nimirum, nequaquam frigida, tenuis, dulcia, cuiusmodi aquæ elementum, & aquam ipsam oportere esse decernit Aristoteles, sed calida vel ipsi est sua natura, crassa, & salsa. Nec vsquam aquæ elementum id esse adeo perspicuè enunciauit Aristoteles, quin dubitandi locum reliquerit: quandoquidem manifestè interdum id ponit, manifestè etiam aliàs id demoliri apparet. Idcirco, quæ de maris exortu naturáque tradidit, attentè considerabimus. Nam, si vt in aliis plerisque, ita & in his maximè anceps perplexúsque videtur, at si paulò attentius eius dicta considerentur, dilucida fiet eius sententia. Siquidem, aut aliarum aquarum ritu propriis è fontibus mare assiduè emanabit & è terra educetur, & calidum crassúmque & salsum, cuiusmodi esse Aristoteles in primis affirmat, propria natura erit, aut nullis è fontibus orietur, sed perpetua & permanens erit eius moles, & quas modò diximus illius affectiones, calor, crassities, salsedo, non maris ipsius propriè, sed veluti ex accidente quopiam illi inditæ erunt, vt vno in illo stabilem, permanentémque & bene vastam, & talem omnino tantámque aquarum molem, qualis quantáque aquæ elemento conueniat, spectari, & in proprio aquæ loco positum esse illud sic contendendum. Et priorem si sequatur sententiam, sine dubio aquæ elementum mare esse pernegabit: quid enim res quæ reliquorum entium more quorúmuis è terra à sole effecta sit, assiduéque fiat, primum corpus, & calida, crassaque, & salsa quæ est moles, rei vniuersitas sit summè frigidæ, benèque tenuis & dulcis? Sin verò posteriore nitatur, nihil dubitandum quin mare aquæ elementum Aristoteli positum sit, cui nimirum, quæ aquæ vniuersitatem ipsum esse prohibent, demit, & cui, quæ aquæ vniuersitati debentur, impertitur. Hæ igitur controuersia vt sedetur, maris exortum, naturamque explicantem illum audiamus.

[Margin note: 3. de gen. ani. ca. 11.]

Capvt XX.

Mare nullis è fontibus oriri, & in eo solo magna stabilisque

que aquarum moles, & propria natura dulce, tenue, & frigidum, sed dulcibus tenuioribúsque sui partibus à sale in vapores actis, & calidæ amplius siccæque exhalationis à pluuiis delatæ commixtione salsum, crassum, & calidum factum, & in proprio aquæ loco positum esse Aristoteli videtur.

2. Me. cap. 1. MARE, inquit Aristoteles, nullis è fontibus oriri, nec eius vllos esse fontes, ex iis quæ sunt dispiciendum. Aquarum enim, quæ in terra sunt, aliæ fluxiles sunt, aliæ stantes, ac fluxiles quidem omnes fontanæ. Stantium autem aliæ collectitiæ sunt & subsidentes, vt palustres, & quæcunque lacustres copia, & paruitate differunt aliæ fontanæ: atque hæc omnes manu extructæ sunt. Dico autem eas quæ puteariæ nominantur, omnium enim fontem superiorem, quàm fluxio sit esse oportet. Quapropter fontanæ ac fluuiatiles sponte fluunt, hæ verò arte, quæ operetur, indigent, qua scilicet inueniantur, & inuentæ, vt colligantur & detineantur. Et hæ quidem aquarum tot & tales sunt differentiæ. His autem ita constitutis, fieri non potest, vt maris vlli sint fontes, cùm in neutro horũ generum esse possint. Nam, nec fluxile est, nec manu fabricatum, quorum tamen alterum fontanis omnibus conuenit. Tantam autem aquæ copiam, quæ fontana sit, sponte stantem nullam videmus. Præterea cùm multa sint maria, quæ inter se nullo in loco commiscentur, quorum rubrum quidem cum eo mari, quod extra columnas est parum videtur communicare, Hyr-
cap.2. canum verò & Caspium ab illo etiam separata, & in orbem habitata cum sint: vtrique eorum fontes, si alicubi sint, minimè lateant. Tum, De maris, inquit, ortu, si ortum est, & de eius sapore, quæ salsedinis & amaritiei causa sit, dicendum. Caussa, quæ veteres adduxit vt mare aquæ vniuersæ principium & corpus esse existimarẽt, hæc est. Nam consentaneum videri potest, quoddam totius aquæ corpus esse, quemadmodum & aliorum elementorum moles est coagmentata, & principium ob copiam, vnde distributa mutatur, & aliis admiscetur, vt ignis, qui in supero loco, aeris autem copia in eo, qui est citra ignem, terræ corpus id, circa quod omnia hæc manifestè posita sunt. Ex quo constat, eadem ratione, de aqua etiam necessario esse inquirendum. Nullum autem aliud tale eius collectum corpus, præter maris vastitatem, vt cæterorum elementorum, positum videtur. Amnium enim, nec collectum est, nec manet, sed veluti quotidie gignatur, semper conspicitur. Mare igitur humidorum, & totius aquæ principium ob hanc dubitationem esse visum est.

Huic autem opinioni dubitatio altera opponitur: Cur aqua hæc simul stans potabilis non sit, sed salsa, siquidẽ totius aquæ principium est. At caussa, inquit, huius dubitationis solutio erit, salsedinis nimirùm causam intuitis dubitationis solutio manifesta fiat. Itaque illam explicans, inquit, Quoniam aqua circa terram, quemadmodum & circa eam aëris globus, & circa hunc quid dicitur ignis, obtenditur, sol autem hoc modo feratur ob eámque causam mutatio existat & ortus atque interitus, id quod tenuissimum est ac dulcissimum quotidie efferetur, secerníque & in vapores mutatum superiora petere videtur. Illic autem ob frigus rursus concretum iterum defertur, idq; natura hoc modo facere perpetuò instituit. Itaque, inquit, quod potabile est & dulce vniuersum ob leuitatem attollitur, quod autem salsum est præ pondere subsidit, non in suo ipsius proprio loco. Etenim existimandum est de hoc rectè dubitatum esse: absurdum namque est, nisi aliquis aquæ & cæterorum elementorum sit locus, atque hanc esse solutionem. Is enim locus, in quo contineri mare cernimus, maris non est, sed potiùs aquæ. Maris autem videtur propterea, quod pars salsa subsidit præpondere, dulcis verò & potabilis ob leuitatem attollitur. Quapropter & flumina in eum locum omnia influunt, & omnis etiam aqua quæ gignitur: in id enim quod maximè cauum est, fluxio est, talémque locum mare obtinet. Sed alia pars vniuersa à sole celeriter attollitur, alia relinquitur, ob eam quæ dicta est causam.

Tum Platonis sententia, qui aquarum omnium principium fontémque Tartarum, vastam nimirum aquarum molem terræ in medio ponebat, rationibus multis reiecta, & sermonem de maris loco eiúsque salsedinis causa absoluens, inquit, Hunc ergo aquæ locum esse, & non maris, & quemadmodum pars potabilis, prǽter eam quę fluit, occulta sit, alia verò pars maneat: cur item mare aquæ potius sit finis quàm principium, non secus ac in corporibus totius alimenti, sed humidi potissimum excrementum, his à nobis traditum sit. Tùm, num perpetuò salsum fuerit inquirens, Quod autem ad salsedinẽ attinet, ij (inquit) qui semel aut omnino mare generant, salsum statuere non possunt. Nam si illius, qui terram ambibat & à sole sublatus est, humoris omnis residuum mare effectum est, necesse est aqua illa, quæ in vaporem conuersa est, rursus adueniente, cùm ęqualis sit multitudo, primum quoque nihilominus, aut si non primum, non etiam post salsum fuisse, quando ea restituta salsum est tamen. Itaque alienum omnino quippiam, cuius cõmixtione salsum crassumque & calidum fieret mare, & quod minimè à fluminibus deferretur (neq; enim, quæ ipsa affecta non sunt salsedine, mare illa afficiant) mari indendum intuitus Aristoteles, Quoniam, inquit, positũ est, duplicem esse exhalationem, alteram humidam, alteram siccam, constat hanc rerum huiusmodi principiũ esse existimandum esse. Et multis quidem signis perspicuum est, eiusmodi saporem ex commixtione quapiam existere. In corporibus enim, quod minimè coctum est, salsum est atque amarum, nec aliter se habet in iis, quæ aduruntur: quod enim à calore victum non fuerit, in corporibus excrementum efficitur, in iis autem, quæ aduruntur, cinis.

Atque hæc causa est, cur multi ex adusta terra mare fieri inquiant: quod quidem hoc modo dicere absurdũ est, illud autem ex ea, quæ talis est, verum. Nam, vt in iis, quæ dicta sunt, sic etiam & in vniuerso ex iis quæ nascũtur & naturã gignuntur animo semper conspiciendum est, eius generis terram, quinimò & omnem aridæ terræ exhalationem remanere, quale est id, quod ex adustis restat: ea enim ingentem hanc halituum copiam suppeditat. Quoniam autem inter se (vt diximus) vaporosa & sicca exhalatio admixtæ sunt, vbi in nubem & aquam concreuerit aliqua semper huius facultatis copia vnà comprehendatur, & rursus cum pluuia deorsum feratur necesse est. Atque hanc ob causam calidum est mare, quæcunque enim adusta sunt facultate, calorem in se habent, idque videre licet in cinere & calce, & animalium sedimento tã humido quàm sicco. Et salsedinẽ omnino in quadam commixtione positam esse, non ex iis tantùm quæ dicta sunt perspicuum est, verometiam ex eo, quòd si quis cereo vase efficto, eiúsque ore talibus rebus obturato, vt maris nihil illabatur, in mare illud posuerit, id, quod cereos parietes ingreditur, aqua dulcis efficitur: quod enim terreum est, & salsedinem ex admixtione facit, veluti colatum secernitur. Hoc verò & ponderis causa est & crassitiei. Itaque (quod dictum est) mare nullis è fontibus oritur, & in eo solo magna stabilisque aquarum moles spectatur, & propria natura dulce tenuéque & frigidum, sed dulcibus tenuioribúsque sui partibus à sole in vapores actis, & calidę amplius siccæque exhalationis à pluuiis delatæ commixtione salsum, crassúmque & calidum factum, & in proprio aquæ loco positum est Aristoteli.

CAPVT XXI.

Mare aquæ elementum Aristoteli visum esse.

VONIAM igitur, vt visum est, quæ aquæ elemento debentur, magna nimirum stabilísque moles, & quę nõ ex assiduè influentibus aquis fiat, sed perpetuò eadem fuerit, & proprius locus, ea omnia nulla alia aquarum copia, sed so-

lum mare sortitum Aristoteli videtur, & quæ mari insunt, & aquæ vniuersitati non conueniunt, salsedo, calor, crassities, pondus, ea non maris propria, sed alicui rei immixtione indita illi esse summè Aristoteles contendit, liquidò patet, maris molem aquæ vniuersitatem Aristoteli visam esse. Sed Peripateticorum nonnullis minimè id placet: nam rationem, quæ inde id declarare Aristoteli videtur, quòd vno in mari ea aquæ copia spectatur, quæ aquę vniuersitas videri queat, non vt propriã, sed vt ab antiquioribus prolatam Aristoteli expositam esse volunt. Et locum, qui à mari occupatus est, nõ aquæ, sed maris esse decernens, mare aliud ab aquæ elemento esse apertè docere videtur. Age, vel si non iis id rationibus declarant, quibus maris molem aquæ elementum Aristoteli positam esse pernegantibus declarato dum erat, nullam scilicet aliam aquæ molem afferunt, quæ aquæ vniuersitas posita Arist. sit, vel quæ poni possit, quæ magnitudinem, quam aquæ vniuersitati deberi Aristoteles statuit, sortita, & in proprio aquæ loco posita, terræ nimirum circumfusa sit, diligentius tamen, nũ, quod innuere videntur, antiquiorum ratiocinationem reiiciat vsquam, aut non admittendam decernat Aristoteles, & num, quòd quem mare occupat locum, eum non maris, sed aquæ locum esse dixerit, propterea non mare, sed aliam quampiam aquarum copiam aquæ vniuersitatem ponendam esse statuit, intueamur.

Caput XXII.

Perperam Peripateticos quosdam sentire, qui mare aquæ elementum Aristoteli positum esse negant, & tale ei visum esse.

Eterum ratiocinationem, qua inde mare aquæ vniuersitatem colligunt, quòd nulla alia collecta, stabilisque aquæ copia, præter illius vastitatem, spectatur, nec reiectam, nec reiiciendam videri potuisse, quin admittendam & admissam Aristoteli fuisse, ambigi non potest. Siquidem illa, & dubitatione itidem quæ vna ei aduersari videbatur, explicata, Caussa (inquit, salsedinis inspecta dictam dubitationem soluet, & efficiet, vt primam de mari existimationem rectè & necessariò fumamus. Nam per primam existimationem (vt vel iisdem Peripateticis, qui mare aquæ vniuersitatem non esse declarandum Arist. propositum contendunt) manifestè eam antiquiorum ratiocinationem intelligit, qua ob maris magnitudinē mare aquæ vniuersitatem esse colligebant: & alteram, eam scilicet (vt iisdem etiam videtur) qua humore, qui assiduè è mari effertur solem ali, seu potius qua fluuios è mari effluere ponebant (hoc enim simul cum illo antiquioribus visum esse Aristoteles tradit) at vtramuis per alteram intellexerit, reiiciendam omnino eã censet Aristoteles, & in sequentibus reiicit deridétque. Quòd porrò ait salsedinis causa inspecta, fore, vt antiquiores rectè & necessariò ratiocinatos, & mare aquæ elementum esse intelligamus, est ac si diceret, siquidem mare sui natura salsum sit, perperam prorsus antiquioribus aquæ id elementum collectum sit tenuis dulcisque.

Quoniam verò ex accidente quopiam salsum factum esse declarabitur, & necessariò aquæ etiam, veluti elementorum reliquorum, moles quæpiam, & magna ea, stabilisque & vnita, & quæ à terra exuperari & in terram agi non possit, ponenda erit, nullaque alia huiusmodi, præter maris vastitatem, spectatur, vtique rectam, & necessarium etiam illorum ratiocinationem esse statuendum est. Tum salsedinis causam explicans, Quoniã, inquit, circa terram extensa, solis nimirum actioni exposita est aqua, itaque dulciores tenuioresque eius partes in vapores ab illo actæ assiduè sursum efferuntur, dulce, potabileque, quod aquæ inest, ob leuitatem assiduè attollitur, crassum autem salsumque præponderare subsidit, ideo pro dulci, & potabili, salsa facta est & amara. Antiquiorum igitur ratiocinationem nihil reiicit Aristoteles, quin admittendam eam & necessariò sumendam statuit. Salsedinem, quæ ei propria maris sit, aquæ illud vniuersitatem esse prohibeat, non maris propriam, sed ex accidente quopiam ei impressam esse exponit. Dubitationem, quæ dictæ ratiocinationi aduersabatur, reiicit.

Itaque vel si ratio à maris magnitudine sumpta, non vt propria Aristoteli exposita est, quando, quod vnum illa aduersari videbatur ipse id amolitur Aristoteles, non propterea mare aquæ vniuersitatem visum illi non esse existimare licet: minus etiam quòd locum, qui à mari occupatus est, non maris sed aquæ eum esse decernit, quin propterea & magis etiam, quàm propter eius magnitudinē, aquæ vniuersitatem mare illi visum esse existimandum est. Siquidem nihilò fortè minus à proprio loco, quàm à propria natura, entia quæuis, at prima præsertim corpora foueri seruarique & persici, eorum certè partes illo magis quàm propria vniuersitate oblectari videntur Aristoteli. Ad proprium, inquit, locum ferri vnumquodque, ad suum simile est ferri: & sic vtique quis existimabit id, quod dicebant antiqui, simile ad simile ferri: hoc enim non accidit omnino, nam enim siquis terram transmutet & iuxta lunam collocet, ad ipsam ferentur partes, sed ad eundem locum, vbi nunc existit. Quod igitur in aquæ loco existit ens, quin id aquæ vniuersitas Aristoteli visum sit, dubitandum non est, neque enim si alibi ea sit, quod partes, propria vniuersitate posthabita, facturæ Aristoteli videntur, id agere vniuersitas ipsa pigrescat. Vt, si antiquiores iocusandi Aristoteli visi sint, ob id eos damnet, quod non è maris eam loco, & amplius etiam, aquæ illud elementum declararint. Et vel vbi, qui à mari occopatus est, non maris, sed aquæ locum esse ait, mare aquæ elementum positum esse, quæ subdit, manifestissimè declarant. Veluti enim causam reddens, cur in proprio aquæ loco vera aqua, & potabilis, qualis sui natura est, non sit, sed salsa. A mari, inquit, occupatus est aquæ locus, quoniam, quod in aqua salsum quidem est, subsidit propter grauitatem, dulce autem & potabile propter leuitatem sursum ducitur. Et paulò inferius, Constat, inquit, hunc esse aquæ locum, & non maris, & quamobrem potabilis, præter eam quæ fluit, occulta sit. Sunt enim, ac si diceret, totius quidem aquæ is est locus, sed crassior grauiórque eius pars illum occupauit, modò tenuiore leuioreque sursum à sole elata, illa modò reliqua facta est.

Quoniam verò dicta in solutione non satis acquiescere poterat, siquidem ait quæ è mari educitur tenuitas, ea dulcem tenuemque in aquam rursus coacta, mari iterum restituitur, quod igitur, si illius abscesso crassum salsūmque fiat, illius accessu, cùm æqualis sit multitudo, tenue rursus fiat dulcéque. Et quòd aquæ elementum, veluti terræ, aërisque, & ignis positum Aristoteli erat, & in terræ id superficie locatum, multóque terræ maius factum, & nullam aliam aquæ molem, cui illud assignari posset, intueri poterat. Præterea & quod calidum insuper sentiret mare. Itaque si aquæ vniuersitas ponendum id erat, necessariò alienum quippiam, & quod à fluminibus non dererretur, indendum ei erat, cuius commixtione pro dulci, tenui, leui, frigido, salsum, crassum, graue, calidum fieret. Quod reliquum fuit, ex aere id (vt vidimus) deuexit, eiusque copiam vt haberet terram illam incoctam aridámque in terræ latebris indagauit. Nihil intentatum relinquendum, incommodã quæuis subeunda substinendáque proposuit, modò ne marinæ aquę salsedo propria eius sit.

Nec verò aliam id ob caosam commentus est, nisi vt marinæ aquæ moles aquæ vniuersitas poni possit. Nisi enim id propositū Aristoteli sit, nulla maris passio, alienum nullū, à quo salsum id fiat, inquirendum erat, quod nimirū propria natura tale esse statuere poterat. Neque, quia terra salsam amarámque in aquam à sole inuerti queat, dubitandum, aut non enuntiandum Aristoteli erat, in sal, sulfur, bitoménque, & exhalationes, è quibus ignis elementum constitui Aristoteli videtur, in res de- tique

nique, quæ lõgius à terra, quàm marioa aqua, dissident, iouenti illam intuenti prædicaotique. Vt modis multis Peripateticorum nonnullos mirari liceat, qui mare aquę elementum non esse declarandum Aristoteli proposuũ contendunt. Qui quidem quem numinis instar venerantur, ignauum eum faciunt inertémque, tum & stupidum etiam stolidúmque, qui, quod declarandum proposuerat, declaret nunquam, qoin, quod vnum statuere id poterat, summo studio euertat, & quod si declaret, vel Mundi ei cõstructio, & ipse destruatur Mundus vel vniuersa eius doctrina dissoluatur.

Nanque quod mare aquæ elementum noo esse declaret, præter illius salsedinem, ne quidem allatum est Aristoteli quicquam, at eam non propriam maris esse, sed ex accidente quopiam, & alieni commixtione ei iniectam contendens, apertè nihil obstare quin mare aquæ vniuersitas poni possit decernit. Tum libens incommoda subeat, quæ minimè omnium sustinere ipse velit, io proprio aquæ loco alienum ponat ens, & aquã ipsam ad illum delaram, ne quaquam ibi seruari persicique, sed corrumpi statuat destruique. Adhęc, & aquæ molem, à qua terram adeo excedi, & quam eandem iuxta propriã vniuersitatem seruari oportere decernit, vel nullam ponat, vel fluuiis lacubúsque, qui nullam prorsus terræ rationem habere videri possunt, & qui assiduè generari & vix geniri corrumpi videntur, assignet necesse est. At vel iidem Peripatetici Aristotelem audientes, in ea terram ab aqua excedi oportere ratione, qua terræ portionem, quæ ex ea fit, aqua exuperare apparet, & propterea aquam terræ decuplam oportere esse ratiocinari, anxiè maris fundum rimantur, & immensum illud sub polis effingunt, vt qui, nisi mare aquæ elementum ponant, & immensum illius faciant fundum, aquæ elemeotum terræ maius ostendere minimè queant. Veluti igitur oolint, aquæ vniuersitatem mare positum Aristoteli & ponendum fatebuntur.

At alij, & longè quidem præstantissimi, mare aquæ elemeotum Aristoteli positum & necessariò ponendum nihil dubitant, terra maius & in loco circa terram Aristotelis positum. Ipse certè propositam de mari quæstionem absoluens, perspicuè aquæ elementum ponit mare. Ex his, inquit, quæ posita sunt, constat mare aquarum principium non esse, sed finem, aquę nimirum vniuersitatem esse, at non quòd aquæ ex eo effluant, sed quòd ad ipsum confluãt omnes, id, quod & igois & aeris vniuersitati euenire Aristoteli videatur necesse est. Siquidem qui in terra mariue ignis fit atque aer, ad propriam vterque vniuersitatem, illorũ verò portio nulla ad terræ marisve ima deferri inde videri Aristoteli potest. Quapropter & illorum moles, non quòd illorum partes inde delabuntur, & vt illorum principium, sed vt finis, & ad quem ignis atque aer vbius factus confluit omnis, illorum elementum ponendum Aristoteli fit. Ingenitum præterea æternúmque, & iuxta propriam vniuersitatem speciémque idem perpetuò ponens Aristoteles mare, eaque mari tribuens, quæ elementorum propria sunt, sine dubio aquæ ipsum ponit elementum. Itaque num quale & quantum id illi positum est, tale & tantum sit, intueri volentibus, necessariò mare conspiciendum est.

Capvt XXIII.

Si mare aqua elementum Aristoteli visum sit, non rectè aquæ elementum positum ei esse.



Mare Aristoteli in primis aquæ elemento val de dissimile, non tale scilicet, quale aquæ elementum oportere esse ipsi decretum est, videtur. Et vel quale quantũq; nunc existit perpetuò fuisse, vel iis quidem à principio naturis conditionibúsque & magnitudine donatum, quas aquæ elemento Aristoteles attribuit, at à sole postea magna ex parte illis exutum, & aliis longéque iis ab illis diuersis donatum esse, asserendum est. Vtrouis modo tale tantumque factum sit mare, num rectè aqoæ id elementum Aristoteli constituatur, inspiciendum est. At si quale quantúmque est, tale tantúmque (quod facere videtur) perpetuò fuisse mare statuat, is mihi quidẽ Deum Opt. Max. sapientissimúmque veluti corrigere videtur, cùm corpus & primũ id oportere esse decernat, tale quantumque nec vsquam apparet, nec extitit etiam vnquam, & (vt dictum est) nec esse quidem queat: quique summè frigidum summéque humidum & dulce, terræque decuplum corpus oportere esse contendat, quod bene calidum crassumque & salsum amarúmque & sentit & prædicat, quod clarissimè immenso quodam terra minus est, vel ipsi in primis Aristoteli. Nam & si, quod minimè admittendum ei fuit) nullas ignoto etiam tunc in Oceano insulas, terras nollas prorsus quæ ex illo emergant, ibi esse suspicatus est, attameo maximè breuem Oceanum, & vel quæ profundissima ipse memorat maria, Siculum, Sardoum, Tyrrhenúmque vniuersum, adeò breuia intuitus, vt eorum altitudo ad terræ profunditatem nullam (vt suo declaratom est loco) rationem habere videatur, maris magnitudinem terræ vastitati ne conferre quidem debuit.

Quamobrem si quale quãtúmque existit mare, tale ac tantum perpetuò fuisse decernat, & aquæ id ponat vniuersitatem, manifestè eum rerum conditore Deo de sapientia contendere videatur, cùm non eas aquę elemento naturas eamque magnitudinem, quibus donatum est, sed quibus dooandum esse propriæ rationes dictarunt, attribuat. Sin maximè à principio frigidum maximéque homidum & dulce, & terræ decuplum, tale & tantum fuisse statuat, quale quantúmque aquæ elementum esse oportere decretum ei est, at calidum, crassum, salsum factum esse, quòd tenuioribus dulcioribúsque sui partibus à sole spoliatum sit, qoæ mari euenire & mare pati Aristoteli videtur, tum & è terræ decuplo in tam minorem redactum esse molem, quia aquarum omnium ritu assiduè à sole in vapores soluitur (quam enim aliam eius immutationis afferat causam?) sibi ipsi & rerum naturæ aduersus multis modis incusandus est Aristoteles.

Duorum certè modorum, quibus immutari mare statuit, alter positionibus & rerum amplius naturæ aduersus, alter planè falsus est. Et prior qoidem suis decretis contrarius, quòd ipse iis qui mare generant, quique dulce à principio fuisse id ponunt, & tùm salsedinis causam reddi posse pernegat, & rectè quidem: necessariò enim si partes eæ mari restituantur, quibus ablatis, pro dulci salsum effectum est, dulce iterum fiat: eadem quoque ratio dispositione magnitudinéque, qua nunc donatum apparet, perpetuò donatum fuisse Aristoteli declaret. Rerum verò naturæ aduersatur, siquidem aqua nulla à calore salsa crassáque redditur: idque ipse etiam docet. Similaris enim & tenuis vniuersa, & exiguum quid à vaporum natura remota cùm sit, vbi plusculum quid attenuatur, quod à quouis patitur calore, in vapores soluitur vniuersa, nulla sui portione calorem, à quo salsa fiat, morata. Ea námque calore salsescunt & crassescunt quæ dissimilaria sunt, quibus multa inest crassities, & quę non nisi à bene diuturno beneq; vehementis calore attenuari queat, & cui multus, interea indatur calor. Itaque aqoæ vniuersitatem, quam aquarum omniũ tenuissimam purissimámque esse oportet, è tenui dulcique tenuioribus sui partibus spoliatam, salsam effectam esse & crassam, probabile non est: quando quidem, vel ipsius Aristotelis testimonio, quibus sui partibus à sole spoliatur, eæ rursus & quales mari præineaisterant tenues dulcésque factæ ei restituontur: ad hoc immensa huiusmodi aquarum moles in ipsum influit. Tantùm Igitur abest vt è dulci tenuique, & vastiore dulcium tenuiúmque eius partium abscessu, salsum crassúmque factum & minorem in molem redactum esse mare percipiamus, vt magis cur tot assiduè dulcibus tenuibúsque auctum aquis, à salso crassóque dulce tandem ac tenue non fiat, inque immensum eius non excrescat moles, subeat mirari.

Modus alter falsus est: nam si calidæ siccęque exha-

lationis à pluuiis delatæ commixtione, è frigida, dulci, tenoi, leui, calida, salsa, crassa, grauis facta sit aquæ vniuersitas, quin eius portiones, lacus, fluuiiqoe, & pluuiæ amplius, à quibus dicta exhalatio defertur, non & ipsæ calidæ omnes, crassæ, salsæ, graoes sint, ambigi non potest, mious etiam, si ita immutatum sit aquæ elementum, quin penitus pereat tandem, & Mundi ipsius cōstructio soluatur. Etenim, nec Soli, nec agenti cuipiam agendi immutandique modus veluti præscriptus videtur, vt ad certum vsque terminum agat immutetq;, sed, & Sol, & agens quoduis, quod vniuersum penitusq; exuperauit, vniuersumq; immutare iam cœpit, immutare nuoquam cessat, donec propriis id viribus cōditionibúsque affecerit omoibus. Idcircò seu Solis actione, seu exhalationis ab ipso eductæ commixtione adeo immutatum est aquę elementū, penitus pereat tandem, & vel in vapores vniuersum soluatur, vel in salem concrescat. Itaque Mundi etiam constructio dissoluatur, vel dissolota iam sit. Quo enim pacto ex altero frigidorum elemētorum, & ex eo præsertim in quo præcipuè viget Aristoteli frigus, frigore omni deturbato, & calido iam facto, non & è terra etiā frigus omne eiiciatur, atque omnia occupet calor? Primorum igitur corporū quodpiam oportere esse decernens Aristoteles à summo frigore, summáque constitutū humiditate, & mare id esse enuncians, aut Mundū suo arbitratu componere, aut sibi ipsi rerumq; amplius naturæ aduersus videtur. Mare autem, vt in primo dicebamus commentario, & in proprio planis probabimus, secundum esse corpus, vt reliqua entia quæuis, & profundiore è terra à calore à Sole ibi indito erutum, & calidum, crassum, salsum, quale existit, suioatura esse quāplurima explorato indicio sunt.

Capvt XXIIII.

Neque reliquas aquas super terræ superficiem fluentes, aut in eius cauitatibus occlusas aquæ esse elementum.



Vod si positionis tenaces, non mare, sed aquas, quæ per terræ superficiem fluunt, quæq; io terræ concauis includuntur, aquæ elementum Aristoteli positum tueantur, nihilhominus perperam positum ei sit. Nec proptereà modò, quòd neqoaquam, aliorum elementorum rito, sibi ipsis vnitæ permanentésq; illæ sunt, nec quòd vel simul sumptæ omnes, & mari etiam adiecto, tantæ non sunt quantum aquæ elemētum oportere esse decernit Aristoteles, nec quòd, vel quæ per terræ superficiem fluunt, proprium aquæ locum sortita Aristoteli non videntur, sed quòd quàm longissimè abest aqua quæuis, summo vt à frigore, à quali aquæ elementum constitutum esse Arist. decretū est, constituta videri queat, quin manifestissimè à calore effecta & calida omnino est aqoa omnis.

Capvt XXV.

Cogentes rationes, Quibus aqua omnis calida esse demonstratur.



Qvarvm omnium generatio constitutioue, actio, passio, dispositio, species, operatio ipsas calidas esse perspicuè declarat. Quæ enim in aere fiunt, è vaporibus, è calida nimirū re in se ipsam coacta, aliud passa nihil, fiunt. Et liquidò id inde patet, qoia quantumuis sæoiat frigus, & vaporea adsint qootuis, dom non in se ipsos, & in nubes non eoguntur, nullas in aquas cōcrescunt vsquam. At vel in calidissimo ambiente, vbi vel à loci angustia, vel à ventorum vi, quacunq; demom occasione in se ipsos spissantur, statim in aquas benéque eas grandes coguntur, eoque (vt alibi latius declarabitur) grandiores, quo magis in se ipsos densantur vapores: quæ res ibi fit, vbi contrarij spirāt venti, & multa magnáq; fiunt tonitrua. Et Peripateticorum omniū testimonio, ad Arabiæ montes sub ardētissimo maximéq; sereno cęlo, quotidie & certis penè statutisque horis maximè grandes fiunt pluuiæ. Etenim è ventis è vaporibus nimirū ad montes delatis, & ab iis vlterius progredi diffundique prohibitis, ac satis randē in seipsos dēsatis, penè & vnum factis fiunt. Et solā conspissationē ad vapores in aquā cogendos satis esse nulla frigoris vsam ope inde intelliguur, quòd oon vapores modò reliqui, sed ipse etiam fumus vel bene calidis ioclusus in rebus passim in aquam cogi apparet.

Itaque si frigido sub cælo quàm sub calido frequētiores fiuot pluoię, nequaquam propterea id euenit qoia aqua frigore constituenda sit, sed quòd veluti res alias omnes, ita & vapores etiā in vnū cogit frigus. Vbi igitoe paulò vehemantios id fit, & quod statim vapores corripiat occupétque & prius quàm in vnum eos cogat, non in aquas eos cōspissat, sed in niues gelat. Quam ob eaussam quæ in aere fiunt aquæ calidæ sint oportet, è calida quidem re & ab agente minimè frigido factę. Magis etiā quæ è terra exoriuntur, vel si (vt Aristoteli placet) è vaporibus in se ipsos coactis fiāt: quā enim in vaporea terram inuertit Sol, non à frigore vllo, sed à calore, & si quidem non magno, at multo certè occupatam esse necessariò existimandum est. Nam si terrā ipsam in aquam agit, Sol, calidē esse aquam ambigi nō potest: quæ è terra quidem effecta est, at ita à Sole immorata ad eiúsque oaturā acta, vt nihil quod terræ sit, retineat amplius, Solis verò conditionibus donata sit omnibus, pro crassa, tenebricosa & penitus immobili tenuis facta albáque & motu gaudens, Solis etiam natura, à qua illę fiunt, donata sit oportet. Aquarum ergo ortus omnis calidas eas esse declarat.

Idem etiam ex earum actione, quæ sapor est, percipitur. Nam vt suo planius fiet loco, Sapor propriæ sapidæ rei naturæ actionis, seu passionis potius immutationisq;, quam lingua linguæque inexistēs patitur spiritus, & dilatationis omnino cōstrictionisque sensus existit. Dilatatur enim tantùm, & constringitur spiritus, aliud à propria sapidorum natura nihil patitur. Vni porrò inexistēs linguæ à propria ciborum natoris patitur immutaturq;, quòd non parum cæ languent, & quæ à paulò duriora cute neruisque, qualibus io reliquis externis corporis partibus contegitur spiritus, reiiciantur. Quamobrem nihil alibi inexistens spiritus eā attingatur, nihil alibi illas, ae vna percipit io lingua, quia vel sommè illæ imbecillæ, at per laxissimam eius carnem mollissimósque eius neruos aditom ad ioexistentem spiritum nactæ, iuxta proprium eum immutant iogenium. Proinde spiritus iu lingua non alienas modò vires ab ambiente eibis inditas, quas vnas reliquis in partibus sentit, sed singulorum insuper sapores, proprias nimirùm naturæ percipit actiones. Et, vt in commeotatio de saporibus vberius actum est, ab iis qui moderati blādique participes sunt caloris, vt spiritos propriúmque linguæ calorem exùperet qoidem, at modicū quid, nihil eum offendat, nulla afficiat molestia, quin foueat potius & oblectet, & linguam dilatet quidem fundátque, at blandè, nulláque eam spoliet tenuitate, dilatatur, & veluti in amplius expanditur placidissimè, ab iis verò saporibos, qui immoderati ac vehementis sont participes caloris, & cuius vires oon spiritus modò sed insitus linguæ calor exhorreat aduersetúrque, ac proinde eas declinās sese propriamque contrahat molem, constringi, constipari, & in angustius cogi se sentit spiritus. Dulces illi pinguesque, hi verò acres, salsi, amari, acerbi, austeri, acidi dicuntur videnturque, prout intentius remissiúsve dilatēt constringātur. Qui sapores veluti paribus linguæ spirituique viribus præditi sunt, quòd oeque dilatari ab iis, neque cōstringi se sentit spiritus, insipidi, id est actionis expertes spiritui videntur.

Huiusmodi aqua in primis cum sit, quin à calore constitora, & calida omnino sit dubitare non licet. Siquidem eæ rebus attribuendæ sunt vires, quas ipsæ res naturæ vniuersæ collatæ, non humanæ modò (quod medicis vt plurimū vsurpator) sortitæ apparent. Nec verò, quòd contacta aqua frigida sentitor, frigida sui natura, vel non calida ponatur. Mitto enim quòd, vt passim experi-

experimur, vel valde calida quæ sunt, si à calidioribus nobis côringantur, frigida apparent, proindeq; non perpetuò quæ frigida continguntur frigida censenda sunt. Succi quiuis, vel qui caloris summi sunt participes, & igni proximi cognatíque, nihilo aqua minus frigidi percipiuntur, ab ambiente aëre ita affecti. Hyeme certè è terra omni calida emanat. Nec etiam frigida est, quòd epota immoderatum interdum in animalium corporibus calorem reprimat retundátque, aut proprium etiam imminuat: neque enim (vt dictum est) qualis sit ad nostram naturam collata (quod medici faciunt) modò quærimus, sed quænam sit simpliciter, & naturæ vniuersæ comparata. Calorem natiuum epota imminuit, nam eò minus calida est, veluti tepida in feruentem iniecta. Eodem pacto febrium incendia extinguit, & magis etiam alieno frigore, non nisi gelida facta.

Nihil nostram euertit sententiam, quod ignem suffocat copiosa in ipsum iniecta, quandoquidem & feruens idem facit, & marina amplius, calida Aristoteli etiam visa. Et succi quiuis longè calidissimi, qui perbellè ignẽ nutrire videntur, eum extinguunt omnes, si copiosi in non valentem iniiciantur: quòd liquidi cùm sint tenuésque, poros, è quibus tenuitas flammas nutriens, & flammæ ipsæ elabuntur, illinunt, exitúmque elabentibus obstruunt. Quare nisi statim, prius quàm suffocetur inexistens calor ipsi ab eo succi exuperentur in flammásque agantur, pereat ignis oportet. At vbi materia adest, quæ non adeo ab infusa aqua compingi queat, vel quę vniuersa incensa sit, quod bitumini euenire videtur, in ea accensæ flammę nequaquam ab infusa aqua opprimuntur, quin magis nutriuntur. Neque incendia maxima ab infusis aquis vllis, sed à sola superposita terra extinguuntur. Nulla igitur aquæ actio frigidam eam arguit, at qui præcipuè eius naturam manifestat sapor, calidam esse declarat.

Idem quoque eius passiones attestantur: nam feruens facta summóque donata calore, pene & in ignem acta, nihil corrupta, nihilque ab aquæ natura dimota, immo magis perfecta magísque aqua facta, tenuior nimirum humidiórque videtur. A frigore vel exili correpta in glaciem agitur, corrumpitur, pro liquida, humida, fluxili, mobili, miniméque ad motum inepta re, bene compacta, sicca, dura, penitus immobilis, penitus ad motum inepta redditur: quod Aristoteles & Aphrodisięus etiam nouerunt. Et si robustius diuturniúsque adsit frigus, terra dubio procul fiet tandem. A calore igitur perfecta aqua, & magis aqua facta, à frigore in aliam benéque eam dissimilem acta rem, corrupta omnino immutatáque, quin à calore constituta eiúsque substantia calor quin sit quis dubitabit?

3. de gen. tex. 13.

2. natur. quæst. 6.

Eius etiam dispositio speciésque, tenuitas scilicet atque albedo caloris eã esse opus indicant: vtráque enim calorem comitari, & ab illo fieri, & in igneis simul iuncta esse rebus videntur. Nec verò eandem tantùm igni dispositionem speciémque sortita est aqua, sed eadem etiam gaudet ac seruatur operatione, & corrumpitur ea priuata. Ipsam quidem aquam, veluti & ignem, motu seruari, immobilem factam corrumpi, ipsis conspicimus oculis. Quamobrem calidam & ignis omnino naturæ participem aquam statuere oportet. Quoniam verò entium operatio à propria eorum substantia à proprióque manat ingenio, nihilóque ferè ab ea minus quàm á propria natura seruari, & ea dempta, nihilo ferè minus proptè quàm propria dempta natura corrumpi videtur entia: quæ operatione eadem oblectantur ac seruantur, & eadem priuata corrumpuntur, ab eadem prorsus natura constituta sunt. A calore igitur constituta aqua, & caloris edens operationes actionésque, & perfecta à calore, à frigore verò corrupta, & tenuis albáque & mobilis, dispositione nimirum speciéque & facultatibus donata, quæ caloris propriæ sunt, quæque à calore entibus induuntur, quin à calore sit genita dubitandum non est.

Et vehementer mirari licet, Aristoteli etiam talem visam non esse positámque cui nimirum aquæ actiones passionésque quas intuitus est omnes, & humoris ipsius natura, calidã esse aquam manifestauit. Putredo (inquit) est eius, qui rei cuiusque humidæ proprius est, & naturalis calor, ab alieno calore interitus, hic verò eius est, quod ambit. Ibi nimirum humidæ res putrent, vbi earum proprius & naturalis calor ab ambientis aëris calore exuperatur. Tum inde id approbans, quòd ibi serius ægriúsque res putrent, vbi continentium eas entis calor minus viget: Frigidis (inquit) temporibus res minus putrent quàm à calidis: exiguus namque per hyemẽ est calor in continente aëre & aqua, quare nihil pollet, æstate autem amplior. Tum ea aquæ ipsius conseruatione corruptionéque idem declarans, Quod mouetur (inquit) & fluit minus putret quàm quod in motione non est: nam caloris, qui est in aëre, imbecilior fit motus quàm eius qui in re prius inest, ideo nullam facit mutationem. Fluentes aquæ, vel Aristotelicorum omnium consensu, minus quàm stagnantes putrent, cum enim moueantur minus ambiens aer suum iis calorem imprimit. Neque verò causam ipsi reddant vnquam, reddendam certè, cur quæ fluunt aquæ nullæ vnquam, at stagnantes passim omnes corrumpantur, quæ calidam esse aquam non declaret. Quoniam enim imminui quidem à calore quouis aqua, at corrumpi à nullo apparet, stagnantium aquarum, veluti & inclusi aëris putredo, ipsarum immobilitati attribuatur, itaque & calida ponatur aqua necesse est. Quod enim motu seruatur motúque gaudet ens, calidum id Peripateticis etiam habendum esse ipsa rei natura docet. Nam si nequaquã caloris operatio, qua & seruatur, & oblectatur calor, at calorem certè facere visus est motus.

4. Meta. tex. 12.

Tex. 13.

Tex. 14.

Præterea, dum quibus concrescunt, & à quibus resoluuntur explicat Aristoteles, Corporum, inquit, quæ côcrescunt, & indurantur, à calore alia ita afficiuntur, alia à frigore, à calore quidem humorẽ exsiccante, à frigore verò calidum exprimente. Quamobrem alia humoris, alia caloris absentia ita afficiuntur, quæ sunt aquea, caloris, quæ terra, humoris, & ea quidem quæ humoris absentia humore colliquescũt, nisi ita coiuerint vt meatus minores relicti sint quàm aquæ sunt molis, vt in fictili, quæ autem non ita, humido omnia liquantur, vt nitrum, sal, & terra & cœno. verùm quæ caloris priuatione, ea à calore liquantur, vt glacies, plumbum, æs. Et alibi, Nullus, inquit, humor sine calore. Quas ob res mirari satis Aristotelem non queo, qui non aliter ab aëris quàm ab aquæ calore proprium entium aliorum calorem perimi, & aquam ipsam ibi interire, vbi eius calor ab ambientis calore exuperatur, ibique in glaciem concrescere, vbi eius calorem frigus exprimit, & glaciem in aquam fundi, vbi extrusus calor ei restituitur, & humori cuiuis calorem inesse, aquam denique calidam cum enuntiarit, & aquæ, quod frigidam eam declaret, præter eum frigoris sensum quem succi vel qui summè calidi sunt efficiunt omnes, nihil præterea inesse cùm perceperit, aquam non calidam, & à calore genitam, sed frigidissimam summóque à frigora effectam esse decernat: quodque per mihi mirum videtur, nullam ad id probandum afferat rationem. Sed cur Peripatetici, quibus ignis pabulum aqua insuper visa est, hanc sententiam tatam habuere? Nam non quod contrariis & summis ita donatum est viribus ens, quodque, si ab igne exuperetur ægerrimè in eum euertatur, sed simile cognatumque, & quod propitissimè in ignem agatur, ignis pabulum censendum est.

1 de gen. an. cap. 1.

CAPVT XXVI.

Aer & ignis, nec maxime calidi, nec prima corpora Peripateticis videri possunt.



ÆLI portio, quæ lunæ orbi supposita est, quã in ignem aërémque Aristoteles diuidit, nobis quidem summo à calore constituta, & prima corporis portio videri poníque potest, quibus, si non eius id actio, at tenuitas & albedo, quarum altera caloris opus, species altera posita est, manifestat: & quibus æquè summæ. quin eædem, quæ sunt naturæ, non perpetuò æquè robustæ sunt omnes, sed quæ crassioribus

insunt rebus, quòd plures iis insunt, proptereàque pluribus agunt viribus, robustiores, quæ contra tenuiores fortitæ sunt sedes, quòd pauciores iis exilioresque insident, propterեáque paucioribus agunt viribus languidiores videri possunt, quibus, inquam, vel si à terræ frigore corripitur exuperatúrque interdum aer, non ideo ab imminuto eum calore constitutum esse existimandum est, & quibus, qui assiduè è terra fit aer, si nõ ab aere ipso & à cognato fit Sole, à propriis videlicet viribus, sed pluribus factis, quibus tandem aeris ignisque conditiones calidum vtrumque esse declarant, nulláque alterius passio, quin primi corporis portio poni possit, obstat. At si illorum vterque summo nobis à calore constitutus, & primi corporis portio est visus, nequaquam & Peripateticis etiam eiusmodi habendus est: quibus tenuitas albedóque nihilò minus frigori, quàm calori cõgruũt, & primorum corporum naturæ nihilò in tenuioribus illis languidiores, quin (vt ipsorum complures asserunt) robustiores fiunt.

Itaque robustius aquæ quàm terræ frigus, vehementioremque igni quàm aeri indunt calorem, quibus, qui aeri inest calor, quando à terræ frigore exuperatur, imminutus fit oportet, & quibus aer ignisque assiduè corrumpi generarique videntur, & nequaquam à propriis ipsorum vel cognati entis viribus, sed ab ipso è terra educi Sole, qui nihil illis commune Arist. habet, ab alienis nimirum viribus, quibus omnino nulla aeris ignisq; cõditio actióve calidos eos esse declarat, & quas patiũtur passiones, si quidem calore, at bene certè languido, & qui negotio nullo ab aquæ terræque frigore exuperetur, donatos, itaque & secunda corpora esse, manifestent. Neque enim, si aeris calor summus, & aquæ terræque frigori æquè robustus sit, vel nullus vnquã si sit Sol, ab hoc ille exuperetur. Nec si aer primum sit corpus, si quidem corrumpatur, aliena ope, vt reficiatur, opus habeat. Quocirca summum aeri ignique calorem impartiens Aristoteles, & primum vtrumque faciens corpus, nec sensu, nec ratione, sed suis tantùm positionibus innixus est. Nec minus hoc admittit, dum aerem igni non eundem prorsus, sed ex dimidio contrarium statuit, nihil prorsus ab altero dissentientem diuersúmve alterum, sed nihilò eadem natura magis quàm eadem dispositione vtrúmque donatum, nihil omnino sibi ipsi vtrúmq; magis quàm alteri similem intuitus. Verum an, quia siccus vnus, alter humidus est, dissimilitudinem habeant, contemplemur.

Capvt XXVII.

Quæ, vel ex Aristotele humida, quæue sicca habenda. Et ex eo ignem summe humidum esse.

NVm ignis, qualis Aristoteli positus est, summè sit siccus, & ab altero communi terræ principio constituatur, inquiritur. Iam ergo humiditas siccitásque sensibiles quin tãgibiles Aristoteli in primis habitæ sunt, positęque, & quæ talia sunt sensu quin tactu dignoscenda diiudicandáque ducit. Et ex iis omnino, quę ipsarum vtrique in entium aliorum, & nobis in vtriúsque illarum contactu eueniunt, vtriúsque illarum colligit rationes. Propterea, quid illarum vtraque ab aliorum contactu pati apta ineptave sit, & quid noster percipiat tactus, vbi illarum alteram contingit, statuendũ. Duritiem quidem renixúmque siccitatis, mollitiem verò cessionemque humiditatis propriã esse, in eoque ab humidis differre sicca, quòd hæc dura sint, & contingenti comprimentique nihil loco cedant, sed renitantur obsistantque, illa verò mollia sint & promptissimè cedant, terram, aquam, aerem contrectantes, nullo labore percipimus. Vel omnium enim consensu Terra summè sicca, aqua verò & aer amplius summè humidus est, & præter singulorum calorem frigúsque, nihil aliud terram contingentes comprimentésque, nisi duritiem, renixúmque, aquam verò, & magis aerem, mollitiem cessionémque percipimus: liquidò ideò patet duritiem renixumque siccitatis mollitiem cessionemque humiditatis proprias esse. Itaque dura quæ sunt & cõprimenti nihil cedunt, nullúmq; in se ipsis locum faciunt, in siccorum, quæ verò mollia sunt nihilque cõtingenti renituntur, proindeque nihil aut exiguum quid percepta loco cedunt, & in seipsis id admittunt, in humidorum serie reponuntur.

Hæc Arist. testimonio etiam confirmemus. Humidũ id (inquit) est, quod proprio quidem termino indeterminabile est, facilè terminabile existens. Non quidẽ, quòd proprio termino inuitum continetur, & libens à se ipso separatur dissiluitq; (ipsi enim pręcipuè Arist. similia quę sunt libentissimè sibi ipsis coeũt, quin separata vbi sunt, ad sese mutuò, vbi licet, feruntur) sed quòd summè laxa, humida cũ sint, nihilq; comprimẽti contingentive, quin paulò corpulentiora grauioráque quæ sunt, ne proprio quidẽ oneri reniti queant, quiduis cõpressa contactáve, & vel à seipsis onerata grauatáque cedunt delabunturque, & comprimentibus, contingentibúsque inhærent. Itaque eorũ terminos figurãque suscipiunt. Siccum contra id, inquit, est, quod proprio quidem termino facilè terminabile, alieno verò indeterminabile, quod scilicet quia bene cõpactum densumque est comprimenti nihil cedit, sed renititur vniuersum, supremæ superficies nullã in partem cedunt. Et tenuitas, inquit, humiditatis est & humiditas omnino, at non pura sed siccitati commista. Siquidem tenuia quę sunt, humidorum ritu repletiua & ipsa sunt, comprimentibus contingentibúsque cedunt. Propterea humida repletiua Arist. visa sunt, quòd proprio termino non continentur, & promptè alienum suscipiunt, quia cedũt. Crassum verò sicci, quòd ad cedendũ, proindéque & ad replendum ineptũ existit. Rursus Viscosum (inquit) humidi, at non vnius, sed sicco cõmixti.

Quoniam, aquæ instar, viscosa quæ sunt, cuiusmodi oleum est, diffluunt delabunturque proprio termino indeterminabilia sunt, cedunt nanque. At, quòd contingenti magis, quàm aqua, affiguntur, quòd non vniuersa scilicet loco cedunt, siccitatis & ipsa participia videri possunt. Aridum autẽ sicci: aridum enim quod perfectè siccum est, adeo vt & congelatum sit propter proprię humiditatis defectum. Quod renitens factum sit, ac comprimenti nihil cedit. Amplius, molle quidem humidi, molle enim quod in seipsum recedit, & nõ renitit, quod humidum facit. Et durum igitur sicci, quod comprimenti renititur, id quod siccum in primis facit. Et alibi duri mollisque naturam explicãs, Durum id est, inquit, quod per superficiem in se non cedit. Molle autem, quod cedit, nec compressione vndique circunfunditur. Aqua enim mollis non est, nã superficies cùm premitur in profundum non cedit, & compressa vndique circumfunditur. Ac id quidem absolutè durum est, aut molle, quod absolutè tale est, ad aliud autem quod ad aliud tale: ac ea quidem quæ ad alia sunt indefinita sunt, propterea quòd magis aut minus. Cùm autem sensibilia omnia sensu deiudicemus, manifestum est, quòd absolutè durũ & molle, quod tactu nobis definitum est, tactu, vt medio, vtentibus Quare, quod cũ exuperet, durum, quod cedit molle esse dicimus. Necesse igitur est, id quod termino suo determinatum corpus est, durum esse, aut molle, aut enim cedere, aut non.

Sequitur è rerum cessione renixúque, quæ illarum humidæ, quæ siccæ ponendæ sint, Aristotelem colligere, & cessionem humidorum, renixum siccorum proprium esse decernere. Nam quæ summa puráque ex humiditate Arist. constant, summam ipse iis cessionẽ, summum contra renixum iis attribuit, quæ summa puráque è siccitate, minorem iis cessionem renixúmque, quæ veluti ex vtrisque sibi ipsis copulatis constant. Promptissimè enim cedant oportet, quæ quiduis cõtacta, & vel à proprio grauata onere diffluant dilabuntúrque, & alienum terminum alienámque suscipiant figuram. Summè renitantur, quæ nullo à comprimente nullóque à pondere separari se patiuntur: cõprimenti tandem grauantíque nulli locum in se ipsis vllum faciunt. Nam quibus intermedia spatia replẽda sunt (quod tenuia Aristoteli præstant) cedendũ & ipsis, neque enim spatia subeãt repleantque ea omnia, nisi comprimenti contingentive cedant.

cedaot. Quin & quæ homidnrum titu vel proprio cedũt oneri, at quo cedunt loeo non tota recedunt, sed (quod viscosa facere visa sunt) sui ibi portionem quampiam relinquuot, non penitus nec vniuersa cedunt. Minus etiam, quæ comptessa quidem sui superficie in profundũ cedunt, at comprimenti non vndique circumsunduntur, mollia nimirum: manifestè enim propterea non vndique circunsunduntur, quòd comprimenti parũ, proprio oneri nihil cedunt, sed huic quidem magis, at vtrique certè renituntur obsistúntque: oam si id non agât, atque ritu, illi vndique circunsundantur.

Pruptetea enim rebos quæ eam cõprimunt circũfuoditor aqoa, quòd nullam protsus compreſsionem cùm moretur, sed statim illam effugiat omnem, ac ne propriũ quidem sustineat pondus, comprimenti cuius & proprio etiam eedit oneri. Et bene continna beneq́ue similaris cùm sit, & vndiqoe cũ coerceatur, proindeqne nihil in se ipsam magis cogi neq, io prosundius ampliúsve agi locum omnino, quo comprimeoti cesſit, neque in se ipsa, neque in profundo laróve năcisci cùm poſsit, vniuersa attollatur necesse est. Síque comprimens in profundius deseratur, vt illius in medio vacuus locus fiat, quæ eum circumstat aqna delabitur ac comprimenti supetfunditnr. Id verò mollia uon faciunt, siccitatis eoim participia comprimenti renituntut: & ita parum ei cedunt, vt qoo cessete loco, eum vel magis in se ipsa compressa, vel in profundius ampliúsve exteosa, portioni, quæ cesſit, præbeanr: & si in sublimius, quæ illam circunstaot partes, atrollaotur, quia bene siccitatis participes sunt, bene sese contioent, nihílque proprio cedunt oneri, nequicquam subeuntibus rebus supetfunduntut. E rerum igitur cesſione renixúque humidiratis & siccitatis naturam colligit Aristoteles, quæq́ue cedũt humida, & quæ renituntur sieca esse decernit.

. At oon cumulatè, vt arbitror, hoe præstitit: etenim humiditatis siccitatísque ratinnem inquirenti, explicantique Aristoteli, non quæ humidis siccisqne rebos eueniunt, & quę eæ pati aptæ, ineptæque sunt, sed illarum substantia & essentia, & à quibus & quomodo cõstituuntur, intuendæ atqne explicandæ erant. Quod si factum esset, non modò quæ humidis, siccisque rebus eueniunt pasſiones, vires, condiriones nmnes, sed causa iosuper quamobtem quæ pati videntur, patiuntur, & eorum quę non patiuntur immunes fiot, & (quod caput est) quid humiditas ipsa ipsáque sit siccitas, & quæ humida quæ sicca ponenda fnrent, homini eluxisset. Nam si, quod patiuntut planè sicca, dum in planè humida transmutantur, paulò attentius animaduertisset, eadẽ fortasse quæ nobis illarum vtraque ei visa esset, humiditas summa materiæ expansio & amplificatio, siccitas summa materiæ complicatio & conspissatio. Terta quidem omnium consensu summè sicea dnm in aquã aeremq́ne res omniũ etiam consensu summè humiditas mutatur, perspicuè in multò ampliorem expanditur mnlem. Hunc in modum humiditatis sicciratísque ratio explicata si sit, vtriusque, & humidorum siecoromq́ue eonditiones explicatę sint omnes, & earum insuper causæ.

Quoniam igitur quæ satis expansa explicatáque est materia, ea contrahi & in angustius agi potest, quæ eonrta ita in se ipsam collecta conspissataque, magis vt cõspissari non poſsit, ea contrahi & in angustius cogi non potest, & humiditas summa materiæ expansio explicatióque, siccitas summa materiæ conspissatio coutractióq́ne est, vtique quæ humida sunt, cùm in se ipsa residẽat & sese retrahant, compressa nullo cedunt negotio, sicca contra, quòd in angustius cogi non possunt, qood omninò à suppositis ne sese retrahât prohibentur, renituntur nihílque comprimẽti eedunt. Fortè & eommodius materiæ expansio tenuitas, conspissatio verò constrictioq́; crasſities dicta Arist. foret. Et ita dictæ si sint, ne inquirenda quidem illarum ratio videri poterat, quæ vel ab ipso nomine satis erat manifestata: clarè enim tenuitas materiæ expansionem, explicatinnem, materiæ tandem exilitatem, paucitatem: crasſities autem conspissationẽ, constipationem, materiæ in summa coplam significat. Nec (quod pasſim modò Peripateticis accidit) ambigatur vnquam, vtræ illarum res singulę dooatæ sint dispositione. Quid enim quam conttectate potes rem, tenuisne ea sit laxaque, an crassa conspissaraque dubius es? Itaqne rebus dispositiones indentes, quod Arist. cnntigisse minimè videtur, erremus nunquam.

Fortè enim propterea siccitas igni ab Atistotele tributa est, adeoque pertinacitet siccũ esse ignem Peripatetici contendunt, quòd humiditaris siceitatisque ratio non satis, nnmen certè nihil earum essentiã manifestat. At deinceps iuxta ea, quę de dictarum dispositionum ingenio ab Aristotele tradita sunt, & iuxta ea omnino, quæ in tactum agunt Aristoteli, quæ humida, quę sicca ponenda sint, statuamus. Tangibiles enim cnm sint, vtique tactu dignoscendę sunt diiudieandeq́ue. Molle, inquit Aristoteles, humidi est, molle enim quod io se ipsũ recedit, & non renititur, quod humidum saeir. Durum autem sicci est. Itaque iuxta Aristotelis decreta, quæ cedunt humida, dura contra, quæ scilicer renituntur, sicca. Neque verò quæ ęgrè proprio termino continentur, & promptè alienum suscipiunt, aliam ob causam, & hoc & illud patiuntur, nisi quòd comprimenti contingentiq́oe nihil obnitontor, sed nullo sese negotio contrahi retróque agi sinunt, cedunt nimirum. Et tenue, inqoit, humidum est, siquidem replere aptnm est, veluti & humidum. Nec verò alia ratinne, nisi quòd & ipsum, quia subtile est, proprio termino noo valde continetur, & facilè alienum suscipit, quia videlicet sequitur, quod cnntingit. Quare, quę promptè comprimenti contingentíque cedunt, ea humida, sicca contra quę renituntur duraque sunt, statuenda.

Ex quibus sequitur, ignem sublunarium omnium humidisſimum Aristoteli pooendum esse. Etenim, & si nostræ hę flammę, & noster hic ignis, cui plurimũ est terrę admistum Aristoteli, ac proinde opacus, oon valdè tenuis videri potest, nihil tamen contingenti renititur, fluit, replet. Quod si continentis xermino non facilè terminatur, immo elabitur, vt in furno conspicimus, est, quia sopertum locum perit, vbi siquid etit, cuius figurã suscipiat, illam plane retinebit. Neque aer & aqua extra propria loca alienis terminantut terminis, dũmodò ad sua ferri loca sit expeditnm, vt ex aqua in aere & aere in aqua inclusis intelligimus. Quas ob res ignis ille porus & maxime transpicuos omnes obtinet humido attributas ab Aristotele affectiones, & magis quàm aer, siquidem ob tennitatem eò promptius cedit, fluit, replet, alienámque recipit figutam: qnam enim rationem habet in tenuitate aer ad aquam, eam habet ignis Arist. ad aerem. Neque impedimento est quin humidus sit Arist. noster ignis, quòd veluti in pyramidem coire, & (quod siccorum essę ipsi viderur) sese continere, & proprios terminos propriámque fignram habere apparet: non enim quę humida sunt sibi ipsis nihil vsquain coire Aristoteli positum est, nec pnni omnino potest, quin similia quę snnt cognatáque libentisſimè sibi ipsis hęrere vnirique Aristoteli videntur & videantur necesse est, sed non ita sibi ipsis colligata esse, inquit, ac in se ipsa constipata, qoin (qnod flamma quævis facit) ab impulsu quouis & quauis à compreſsione diffundantur, vel in se ipsa resiueant.

Capvt XXVIII.

Ignem summè terræ oppositum, summéque contrarium esse, Et talem ipsi in primis Aristoteli ponendum,

IGnem summè humidum & penitus Terrę oppositum contrariumq́ue Atistoteli ponendum, ita conspectum existimo, vt nihil amplius iospiciendum fit. At si id amplius intueri placer, in illorum vtriúsque aspectu contactúque, & actionibus operationibúsque, tum & loco perdiscamus. Quę entibus quibusuis vires, dispositiones, species, facolrates insunr, ab iis eę omnes inditę illis sont naturis à quibus cõstitnta sont. Et Aristoteles, quia dicta corpora

sensilia, quin tactilia sunt, ipsorum etiam naturas sensiles & tactu percipiendas diiudicandásque statuit. Prætetea summam ad proprium locum entia cognationem habere, quin singula ab eo propriam formam & propriam nancisci perfectionem docet. Nobis ergo, num ab altera communi terræ natura constitutus sit ignis, inquirentibus, dictæ vtriusque conditiones & locus inspiciendus est. Sique illatum quampiam communem sortita appareant, communi à natura constituta esse asserendum est. Sin maximè in omnibus dissideant, & ipsi ante omnes Aristoteli dissidere visa sint, à contrariis naturis effecta, & ipsi summè contraria esse intelligendum fuisse, statuendum sit.

Ignis quidem non calore magis quàm reliquis affectionibus facultatibúsque, & loco summè terræ oppositus summéq; cõtrarius est. Illa summè crassa, opaca, tenebricosa, quæ cortipit, compingit, duráque omnia, & summè immobilis torpidáque, Mundi vniuersi in medio & veluti in centro iacet. Ignis summè tenuis, transpicuus, summè albus, lucidus, quæ exuperat resoluit emollitque, attenuat omnia, & perenni longéque velocissimo motu extremo in loco conuertitur. Tales terræ & ignis conditiones facultatésque esse omnes, in primo satis monstrauimus commentario, & qui sensibus aduertari noluerit ingenuè fatebitur. Nec Peripatetici inficiantur, & si album interdum terræ assignant colorem. Est vbi Aristoteles nigram eam ponit.

[De coloribus cap. 2.]

Propria certè substantia propriáque operatione summè eam igni oppositam contrariámque, & quæ horum intermedia sunt corpora, aquam atque aerem, mediis etiam naturis facultatibúsque donata esse apertè declarat. Iam prima corpora ad propria loca, vt ad similes cognatásque res, & à quibus foueantur seruentúrque, quin ad illa, vt ad proprias formas propriásque perfectiones ferri, nec esse elementa, nisi ad sua peruenian loca, summè contendit.

[4. de cælo, tex. 23. & 31.]
[2. de gen. tex. 50.]

Leuitatem grauitatémque entibus à propriis ipsorum naturis indi, quin veluti entium naturas esse, & propterea omnino diuersæ à sublunaribus naturæ cælum esse enuntiat, quod diuerso mouetur motu. Itaque corporũ similitudinem dissimilitudinémque è propriorum locorum vicinia distantiáque, & ipsorum ponderis inclinationísque, è motuum differentiis colligendam præcipit, & ex iis illas colligit. Locorum medium extremo, inclinationum verò leuitati summæ summam grauitatem, motui qui à medio, eum qui ad medium, summè opponi summéque contrarium esse statuit.

Soli terræ medium locum summámque grauitatem qua omnibus subsidet, & motum qui ad medium, vni igni extremum locum summámque leuitatem qua omnibus superstet, & motum à medio assignat, Locis, quæ extremi mediique intermedia sunt, medias positiones naturásque, & corporibus quæ in iis continentur medias inclinationes mediósque motus, leuitatem aeri, at non summam, sed quæ terræ quidem atque aquæ superstet, igni subsit, grauitatem aquæ, quæ igni aërique subsidat at terræ superstet, & motum aëri à medio, at non perpetuò, sed ibi modò vbi terræ aquæve substet, at si igni superstet, ad medium, aquæ contra ad medium quidem, si aëri ignique superstet, at si terræ subsit, à medio impartit. Quas ob causas proprius ignis terræque substantiam operationémque & locum intuito Aristoteli, igni non aquam, sed terram summè oppositam summéque contrariam esse, & quæ intermedia sunt entia aquam aerémque, mediis naturis mediísque donata esse facultatibus visum esse positúmque liquidò patet.

Sed quid ego ea iis quæ de locorum differentiis, eorúmque ad corpora quæ in ipsis continentur cognatione ac similitudine, & de proprio ignis terræque loco, & eorum inclinationum motuúmque differentiis tradidit Aristoteles, igni non aquã sed terram summe opponi, decretũ illi esse colligo, si id apertissimè ipse enuntiat? Non enim è motuũ, sed è mobilitatis, immobilitatísque elicit contrarietate, quam vel si contrarij sibi ipsis ponantur motus, multò maiorem esse quàm quę ipsorum est motuũ, ne Peripatetici quidem abnegent vnquam. Oportet (inquit) quò firmum quid stabiléque habeat cælum, circa quod moueri possit, terram esse immobilem & in medio positam: quod enim circulo mouetur, necessariò circa medium stabile mouetur. Terra autem existente, & ignẽ existere necesse est. Si enim alterum contrariorum natura, & alterum, siquidem eadem contrariorum materia, & prius est affirmatio negatione, veluti calidum frigido. Quies autem & graue dicuntur iuxta leuitatis & motus priuationem. Vt terræ postea ignem ea dimidio eundem faciens, & summè eum aquæ opponens, & aquæ aërique veluti terræ atque igni summas assignans vires, non rerum naturæ magis quàm sibi ipsi discors euaserit.

[2. de cæ. tex. 17. & 18.]

Quod restat huius positiones, quibus non calori modò frigorique, sed humiditati siccitatique se ipsas efficiendi facultatem attribuit, & aquam atque aerem prima corpora statuit, ita reiectas esse, & humiditatem siccitatémque agendi vi donatas & sui feraces non esse, sed perpetuo à calore illam hanc à frigore gigni, & cælum tantùm terrámque prima esse corpora, & à quibus reliqua entia omnia & aquarum omnium moles constituatur, ita enuclearum existimo, vt nec illæ confutatione, neque hoc longiore indigeant probatione. At quoniam non ipse tantùm, Lucanúsque Ocellus, à quo omnia, quæ de quatuor agentibus rerum principiis & de quatuor primis corporibus, rerúmque omnium elementis conscripsit Aristoteles, quin ipsamet verba videtur mutuatus, sed Empedocles etiam & Hippocrates calorem frigúsque, & humiditatem siccitatémque agentia rerum principia, & terram, aquam, aërem & ignẽ prima corpora esse, & ex his sibi ipsis commixtis entia omnia constitui, decernit, & indicia quædam, è quibus id colligit, affert, propterea in iis aliquantisper immoremur.

Caput XXIX.

E quibus calorem, frigus, humiditatem, siccitatem, cùm animalium tum entium reliquorum omniũ agẽtia principia, & ignem, aerem, aquam, terrã prima corpora, & rerum omnium elementa esse colligit Hippocrates.

[1. de natur. hu. tex. 5. & seq.]

Si vnum, inquit Hippocrates, sit homo, nullo vnquàm tempore dolere possit. Neque enim sit, à quo dolore afficiatur, siquidem vnam esset: quinimò si dolebit, necessum est vnam medelam esse. Nunc autem multę: in corpore enim multa sunt quæ morbos creant, si quando præter naturam calefiant & refrigerentur siccentúrque, atque humescant. Quamobrem multæ sunt species morborum, & multæ ipsorum sanationes. Primùm igitur necessitas vrget, minimè ipsum ex vno generari. Quomodo enim vnum quippiam existens aliud generet, nisi cuipiam cõmisceatur? Deinde haud generent quidem, nisi quæ eiusdem generis sunt, quæque eandem vim habent, misceantur. Rursúmque nisi calidum cum frigido, & siccum humido mediocritatem & æqualitatem mutuam inter se habeant, sed alterum quàm alterum mutuò excellat, & vehementius quàm infirmum, generatio fieri minime poterit. Quamobrem qui fit, vt quippiam ex vno generetur, quãdo neque ex pluribus generetur, nisi probè habeant penes mutuum temperamentum. Necessum igitur eũm talis sit natura omnium aliorum, tum verò hominis, hominem non vnum esse, sed vnumquodque eorum, quæ ad generationem conferunt, vim quandã in corpore habere, quam sanè contulerunt. Rursúmque necessum est hominis corpore intereunte, vnumquodque ad sui ipsius naturam secedere, & humidum ad humidum, & siccum ad siccum, & calidum ad calidum, & frigidum ad frigidum. Talis autem natura est tum animantium tum aliorum omnium. Et omnia eodem modo generantur, & pereunt eodem modo. Natura enim eorum constat ex iis omnibus iam dictis, & in idem, sicuti dictum est, finem habent. Vnde enim consistit vnumquodque, in idem etiam abit. Hominis

autem

autem corpus in seipsu sanguinem habet, & pituitam, & bilem vtramque, flauam, & atram. Et hæc quidem sunt naturæ curporis ipsius, atque ob hæc tum dolet tum sanum est Sanum igitur est, cum hæc mediocriter tum viribus tum multitudine mutuò inter sese habuerint, præsertim si commixta fuerint. Dolet autem, cùm horum quodpiam aut minus aut amplius fuerit.

Nec satis fortè humores singulos à naturis, quæ dictæ sunt, confectos declaratum existimans, & annum vniuersum, veluti animal, è quatuor (quæ dictæ sunt) & ipsum naturis compositum, ac & quatuot in tempora diuisum esse, quorum singulis illatum binæ insint, & Ver calidum & humidum, Æstatem calidam siccamque, siccum itidem Autumnum ac frigidum, Hyemen frigidam humidámque esse supponens, & ex incremento, quod singulis iis in temporibus humores suscipere videntur, quæ iisdem naturis, quibus & tempura donati sunt, amplius id apperiri posse intelligens. Pituira, inquit, per hyemeo in bomine augetut, vtpote quæ oatura maximè cum hyeme consentiat. Est enim humurum omnium, quibus corpus præditum est, frigidissima, cuius rei id testimonium habeas, quòd si pituitam tetigetis sanguioémque, atque etiam bilem, pituitam omnium inuenies frigidissimam, tametsi ea viscida quàm maximè sit, víque maxima post attam bilem trahatur, & quæ vi cientur à violentia coguntur incalescere: his tamen omnibus non obstantibus pituita su apte natura frigidissima esse videtur. At verò, quòd hyems corpus pituita repleat, inde nouetis. Hyeme expuunt, atque per nares pituitosissima homines emungunt: sed & tumores albi hoc maxime tempore exoriuntur, & reliqui præterea morbi pituirosi. At vere pituita quidem in corpore adhuc pollet, & sanguis accrescit: Frigora siquidem remittuntur, & aquæ accedunt, & proinde sanguis augetur, nempe ob imbres & calidiores dies. Ipsi enim ex anni temporibus hæc maximè sont secundum naturam. Nam & humidum & calidum est, id quod his cognosces indiciis. Vere ac Æstate maximè dysenteriis homines arripiuntur, sanguisque è naribus diffluit, & sunt præterea calidissimi & rubicundissimi. Ætate autem sanguis adhuc viget, & bilis io corpore assurgit, quæ ad autumnum vsque protenditur. Autumno exiguus efficitur sanguis, quòd naturæ eius autumnus aduersetur. Bilis verò corpus æstate & autumno occupat, quod his indiciis cognosces, nimirum hoc anni tempore homines bilem sponte euomunt, & biliosiora medicamentis purgati deiiciuot: id ipsum & febres indicant & hominum colores. Est verò pituita æstate imbecilior: est coim tempus hoc naturæ illius aduersarium, quippe cùm calidum & siccum sit. Autumno sanguis in homine fit paucissimus, nam siccus est autumnus, & qui iam hominem tefrigerare incipiat. Porrò atra bilis autumno plurima est atque plurimum viget. Hyeme autem inuadente bilis refrigescens immminoitur. Pituita verò rursum & ex multis pluuiis atque etiam ex longis augetur noctibus.

Idē te. 21.&c.

Inde itaque vt videtur, non voo ex elemento vnaque ab eius natura, sed plutibus ea elementis plutibúsque ab agentibus naturis certa sibi ipsis commixtis mensura, & mutuò in seipsas agentibus omnibus, è terra, aqua, acre, igne, ab corúmque naturis omnibus calore, frigore, humiditate, siccitate, & hominem & entia reliqua constituta esse colligit Hippocrates, quòd si vno ex elemento vnáque à natura constitutus sit homó, at natura alia nulla ei insit, à qua quæ ipsum constituit oppognari oblædique possit, nequaquam immutari patique nec dolere possit, ac si doleret, quia ab voica offensus esset natura, vnico doleter dolore & vnico, simplicíque eo liberaretor medicamento. Non, quod passim euenire videmus, morbis multis multísque homo laboraret doloribus, & multis iis liberandus esset medicamentis. Et è terra, aqua, aere, igni, ab horúmque naturis omnibus calore, frigore, humiditate, siccitate sibi ipsis certa immixtis mensura, & mutuò in seipsa ageotibus omnibus, & hominem & reliqua entia constituta esse omnia ex eo concludit, quando quidem curpore præter naturam concalefacto refrigeratóve & humefacto exsiccatóve, illorum quopiam nimis aucto imminutóve, & reliqua corrumpente ægrotat homo dolétque. Neque enim, nisi hominis principia illa sint, & ab omnibus certa mensura sibi ipsis commissis, & mutuò in seipsa agentibus constitutus sit homo, quouis illorum nimis aucto imminutóve, reliqua exuperante & cottumpente, vel à reliquis offenso, langueat humo angatúrve, & intereat tandem. Inde etiam & homines & entia teliqua dictis ex elementis sibi ipsis commissis composita esse sumit Hippocrates, quòd vbi homo & reliqua entia currumpuntur, io res resolui videntur, quæ igni, aëri, aquæ, & terræ similes sunt.

Capvt XXX.

E diuerso hominis dolore, à pluribus eum agentibus naturis constare minimè colligitur.

Recte quidem antiquiores, & ipse in primis Hippocrates, oihil cælum terrámque Mundi vniuersitatem immutari vnquam, & animalia plantásque & entia reliqua passim generari, & singula seorsum à reliquis existentia, & magis etiam sibi ipsis apposita immixtáque corrumpi obseruantes omnia è quibusdam fieri concluserunt, quæ contrariis quibúsque sese mutuò oppugnent oblædantque doaata sint naturis, sed quorum tamen nullú penitus corrũpatur vnquã, quin perpetuò in propria natura propriáq; seruetur magnitudine. Nam si ipsa etiam vel illorum vllum corrumpatur periculum immineat ne vel natura vna reliquas exuperante omnes vnum fiant omnia, vel vniuersa in mole oaturis omnibus sibi ipsis immixtis in chaos abeat pulchetrima rerum constructio pulcherrimúsque confundatur ordo. Verùm non bene, ex iis omnibus inexistentibus, & ab eorum omnium naturis, & à calore, frigore, humiditate, siccitate, sibi ipsis immixtis mutuóque io seipsas agentibus omnibus, aoimalia & reliqua entia constitui omnia, ac humiditatem siccitatémque nihil minus quàm calotem frigúsque agentia rerum omnium principia & animalibus non vnum modò calorem, sed frigus etiam vt proprium inesse principium decernit. Quod ex eo colligit, quòd si quandu solito vehementius corpus calefiat, vel refrigeretur, humefiat, vel exsiccetur, morbis doloribúsque homo corripitur, principiorum scilicet, à quibus constitutus est, & è quibus constat, quopiam oimis aucto, vel nimis imminuto, ac reliqua corrumpente, vel à reliquis corrupto.

Primùm qoidem Hippocratem, non perfectè caloris ingenium intuitum demonstrat, dum, quæ vna à natura coostituta sunt entia, ea, quia alia ipsis agens natura non insit, quæ illam oppugnet oblædátque & ipsius opus demoliatur, immutari corrumpíque non posse statuit. Calor, vt sexceoties inculcatum est, seipsum generandi, amplificandi, quoquo versus effundendi, molem (quam attingit) vniuersam occopandi facultate præditus summéque mobilis sui natura est, & non summa modo à motu afficitur voluptate, sed viuificatur etiam & seroatur: io angustum coactus compressúsque, molestia summa summóque afficitur malo. Itaque, si seruandus, potestate donandus fuit, molem, quam subit, adeò amplam lcoémque teddendi, nihil, vt eius densitas ipsum comprimat, nihil pondus grauet. Et ea sanè viget, & assiduè incessantérque iuxta eam agit: cùm primùm molem subit, laxare eam attenuaréque aggreditur, nec laxandi attenuendíque finem facit vllum, quoad in quam dictum est eam egerit tenuitatem.

Huiusmodi cùm sit caloris ingenium, molem vbi is subit, quę cuiusmodi nostra entia omnia propemodũ sunt, è partibus composita sit, quarũ aliæ molliores laxioresq; sint, & quæ subeunti laxantique ipsas calori minus renitãtur, duriores aliæ densioresq;, & quas ęgrius subeat laxétq; calor, ꝙ ex ea cõstituitur ens, vel si alia ei agẽs natura

à qua inexistens calor offendatur, vel entis constructio immuterur, nulla prorsus insit, necessariò tamen & caloris vires, & molis etiam dispositio assiduè immutetur, &, quod passim euenire apparet, longè à seipso diuersum fiat, oportet. Incessanter enim seipsum generās amplificāsque, & vniuersum in ens se effundens calor, & vniuersum immutans, at non æquè copiosus vniuersum subiens, nec æquè immutans, sed multò bis quàm aliis copiosiorem se indens, moltóque modò quàm alias magis laxans, & quas in tenuitatem egit, secum eas educens omnes, non solùm ens vniuersum summopere immutabit, sed veluti in multa aget entia. Ergo vel vno à calore constitutus homo fisit, nulláque alia ei insit natura, à qua oppugnetur, illius tamen & natura & dispositio immutatur. Quapropter bene dissimulari beneq; diuersa constitutus è mole & è partibus constans, quæ propriæ naturę viribus, & dispositione summopere à se ipsis differunt, & quarum singularum calor in reliquas effunditur omnes, variis affectuum generibus, variis dolorum formis necessariò tentatur.

Capvt XXXI.

Calor frigúsque vni eidémque subiecto non erat indendum. Nec frigus, veluti & calor, agens animalium principium ponendum

Pvgnat cum sensu, dum calorem & frigus, naturas maximè sibi ipsis contrarias, & quæ sibi ipsis coire non sustinent prorsus, sed perpetuò incessanterque & ad internecionem vsque mutuò sese oppugnant oblędúntque in vnum agit. Illa enim (vt alibi latius patuit) diuerso donata ingenio diuersáque gaudentia operatione, diuersa gaudent etiam indigéntque molis dispositione. Animalia quoque è semine menstruóque sanguine, & maternis in vteris, è bene calidis rebus & calidissimo in loco constitui, non modò humores reliquos, qui corpori inexistunt, & è quibus corpus componit, sed ipsam etiam pituitam, quæ frigidissima Hippocrati videtur, & atram etiam bilem, cui magnum ipse attribuit frigus, bene calidam vtramque, & fluidam contingenti, & ab hac terram fermentari, expandi, ac attolli, & partes, quibus impermista adhæret, exulcerari corrodique, actiones deniq; edi, quæ caloris & bene strenui sunt, cùm intueretur, nihil tamen sensum secutus, non minus à frigore quàm à calore constituta esse decernit.

Nec verò (quod antiquiores arbitrati sunt) quæ non summo calore summoque vigent frigore, talia sunt quòd non vno à calore vnóque à frigore, sed ab vtrisque sibi ipsis immixtis simúlque agentibus constituta sunt, & calorem frigúsque, quod non integrum robustissimumque, sed imminutum est languidúmque, alterius commixtione tale factum esse, ac entibus, quæ calida continguntur & calida sunt, frigus inesse & à frigore etiam constituta esse dixerit quis. Vtrique enim in alterum agendi, alterum deturbandi, interimendi, euiusque sedem occupandi facultas tributa est, idque semper vtrumque, qualecunque est, molitur. Itaque vel quod longè robustius est, dum languidius oppugnat interimitque, reparitur ab eo, eiúsque vires imminuuntur. Quando ergo intelligi non potest, quomodo naturæ adeo contrario donatæ ingenio, & quæ vel in primis contrariæ sunt, ac nunquam non sese oppugnant, & mutuò vndique deturbant, quòd contraria gaudent opusque habent materiæ dispositione, veluti proprij ingenij oblitæ, depositis odiis, communem sibi construant sedem, concordésque ineant amicitiam sibi ipsis coeuntes: vtique caloris frigorisque imminutio, non alterius commixtioni, sed actioni repugnantiæque tribuenda est. At ad Hippocratem redeamus (suo enim loco de his pluribus agendum) & entia omnia, quæ præsertim similaria sunt, vna à natura, quin, vna terra excepta, & si quæpiam in profundioribus eius partibus sunt entia, vno à calore reliqua omnia cōstituta esse, manifestum fiet.

Capvt XXXII.

Nec quia humiditate siccitatéque aucta homo dolet agētes & ipsas animalium causas ponere debebat.

Non rectè è dolore, quo humiditate siccitatéque nimis aucta imminutaue homo corripitur, se ipsas iis generandi amplificandique, & mutuò in se ipsas agendi facultate donatas & agentes, & ipsas animalium causas agentiaque principia esse colligit Hippocrates. Siquidem non ex iis quæ humidioribus sicciorибúsque factis corporibus eueniunt, quæ veluti ex accidente quodam euenire possunt, & quæ qui eueniāt obscurum est, sed in mutuis humidarum siccarumque rerum in se ipsas actionibus, & in mutuis alterarum in alteras immutationibus, propriæ humiditatis siccitatísque vires inspiciendæ Hippocrati erant. Et in iis inquisitæ hæ si forent, quātumuis earum altera nimis aucta imminutaue, doleat homo, & ad generandum ineptus fiat, nulla prorsus agendi facultas tributa iis Hippocrati esset. Ipse enim humida nulla prorsus quantumuis siccis indita, sicca, nec sicca humidorum actione humida fieri, sed ibi tantum vtraque veluti in mediam agi dispositionem, vbi penitus sibi ipsis immiscentur, & ex vtrisque vnum fit, intuebatur. Et sicca dēsaque quæuis ab exuperante calore molliri primùm laxarique, mox & liquari, postremò & in vapores fumumque, in longe tenuissimas agi res, humida contra omnia, vel quibus nulla penitus immixta est siccitas, & ipsas in primis aquas fluorésque alios quosuis à frigore constringi gelarique, & in summam agi duritiem, clarum erat.

Ad hæc, quæ diuersis è partibus, & veluti ex humiditate siccitatéque sibi ipsis immixtis constant ac mollia sunt, calore humiditatem omnem educente durescere densarique, humiditatem omnino omnem siccitatemque inertes prorsus & veluti demortuas & illam semper caloris hanc frigoris propriam, at ex accidente caloris etiam interdum esse opus, perspicuè percipiebat. Attamen humiditatem siccitatemque, quæ assiduè in animalium corporibus fit, ab humiditate siccitatéque iis præinexistente, & se ipsam amplificante fieri decreuit, & non à calore vtrāque, blando illam quidem moderatóque, & qui humiditatis cibis, chylóque & sanguini, visceribusque & carnibus inexistentis nullam aut permodicam eduxerit portionem, hanc verò à vehementiore, & qui humidissimas mollissimásque rerum, quæ dictę sunt, partes in fumum egerit omnes. Tum & modum non inquisiuit, quo nulla agendi vi humiditas siccitásque donata, sed penitus iners, & (vt dictum est) veluti demortua vtraque cum sit, vtraque tamē supra modum aucta summam homini molestiam inferat. Quod si paulò diligentius indagasset, esset planè assecurus.

Quoniam enim, dum calor carnes emollit blandeque dilatat, nullámque ex iis effert mollitiem, proindéq; nihil illas cōstipat, nihilque spiritum illis inexistentē cōstringit, magna animal afficit voluptate, at mollitiem in fumum vaporésque agens, & illas & illis inexistentem spiritum in angustum cogēs summum infert animali dolorem, & frigus dum nihil partes cōstringit comprimitque nihil molestum, at id agēs molestissimum est, & seu verberibus pars quæpiam contundatur, seu vinculis fortiter colligetur, seu à superposita mole comprimatur, quauis denique ratione & modo quouis in angustum cogatur, summo ea afficitur dolore: vtique humiditatis siccitatísque incrementum propterea dolorificum animalibus fieri intelligere Hippocrates poterat, quod ab vtroque substantia quæpiam comprimatur, cui compressio longè molestissima & lethalis prorsus sit, & quæ ipsum sit animal, spiritus nimirum, qui animæ substantia Hippocrati etiam interdum visus est, qui scilicet tenuissimus cùm sit, nimis in angustum coactus (quod & vapores & tenuitas quæuis pati videtur) corrumpitur, in aliúdque agitur ens.

Humidita-

Capvt XXXIII.

Humiditatem Siccitatémque, vel si vtráque nimis aucta generationem impedit, non propterea agentes huius causas ponendas esse.

Minvs etiam propterea, quòd nimium humiditatis siccitatísque incrementum generationi incommodum est, & nimis humido siccoue facto corpore, ineptior ad generandum fit homo, agentes illæ generationis causæ ponēdæ sunt. Nam præterquam quòd illarum vtraque vni calori at diuersis agenti viribus attribui potest, & necessariò attribuenda est: non agentibus modò principiis, sed materialibus etiam, cuiusmodi humiditas siccitásque sunt, si non iis propriæ naturę viribus eaque dispositione ipsa donata sint, quibus fœtus ex iis vt cōstituatur donata esse oportet, quantumuis illa ad fœtum generandum constituendúmque apta sint, constitui is tamen non potest. Quantumuis vteri calor (is enim, vt alibi amplius expositum est, spiritum in semine ingenerat seménque, & menstruum sanguinem in fluores liquat, tum & tenuioribus horum partibus euaporatis in neruosum illos genus hos in viscera compingit) fœtus opifex ponendus est, quantumuis, inquam ad fœtum constituendum aptus sit, si semen, vel quale puerile est, adeo liquidum laxúmque sit, vt ingenito spiritui aditum quo elabatur præbeat, vel si & semen & menstruus etiam sanguis (vt senilis est) adeò crassus fit, vt in fluores è quibus quo dictum est modo neruosum genus & viscera constituenda sunt nutriēdaque solui nequeat, fœtus minimè constituetur. Itaque si humiditate siccitatéque nimis aucta generatio non absoluitur, non ideo eius proindéque & animalium agentes causæ ponendæ sunt. Quare nisi morbi, qui frigoris facultate in corpore exuperante Galeno oriri videntur, & qui frigoris sensum beoeque eum molestum nobis inferunt, & qui calidis rebus laborantibus partibus appositis curantur, frigus corpori inesse ac ipsum agens animalium principium manifestent, nihil prorsus obstet quin animal vno à calore constitutum statuatur. Horum igitur affectuum ortum contemplemur.

Capvt XXXIIII.

Morbos, qui frigore in corporibus exuperante Galeno oriuntur, & qui frigoris sensum nobis inferunt, & qui calidis rebus laborantibus partibus appositis curantur, à calore ortum habere omnes.

De conuul. & rig. de trem. & palp ca. 6.

Convvlsiones, inquit Galenus, & tetani, palpitationes, stupores, resolutiones, morbi cōitiales, atq; ij affectus qui homines attonitos reddunt, facultate frigoris dominante oriuntur: inter quas affectiones rigor enumeratur qui refrigeratio simpliciter non est, sed tantùm secundum sensum. Fuerit itaque rigor, innati caloris vehemens comfertimque affligens & violenta secundum sensum refrigeratio. Perperam sanè: eorum enim nullos interno à frigore, sed à calore ortum habent omnes. Etenim reliqui ab humoribus flatibusque, quos sanæ mentis homo caloris opera esse nullus negare audeat, affectis in partibus ingenitis, vel in eas illapsis ipsi etiam Galeno fiunt. Rigor verò, quodque adeo vehemens in eo nos corripit frigus, nullis ab inexistentibus frigidis rebus, sed à bili calidissimo succo ad sentientes partes è venis elapso, etiam Galeno fit. Idque accidit, quia spiritus, & proprius etiam carnium ipsarum calor bilis morsum exhorrescens in profundissimas propriæ molis confugit partes. Præterea qui morbi ab humoribus, flatibusque cum in aliis corporis partibus, tum in ventriculo ventreque ingenitis fiunt, atque dolorem summum, & cum quodam frigoris sensu inferunt, quin à calore fiant, non est dubitandum. Humores namque, & flatus illorum caossæ à calore gignuntur. Quamobrem qui frigoris sensus in iis fit, nequaquam frigoris actioni, sed compunctioni acceptus referendus est. Et huius cùm sit, illius esse putatur. Quòd si quidem mali alterius, constrictionis certè præcipuè sensum nobis, & bene eum molestum frigus facit. Itaque à quibus eadem qua à frigore constringimur ratione, à passionis similitudine decepti, à frigore nos pati opinamur. Calidis rebus affectis partibus appositis, huiusmodi morbi doloresque cessant, quòd fluores ab iis flatusque quiuis summam aguntur in tenuitatem, cui quauis è corporis densitate exitus pateat. Quas ob res, quoniam qui frigoris facultate in corpore exuperante morbi Galeno oriuntur, & qui frigoris sensum satis molestum nobis inferunt, quique humiditate siccitatéque nimis aucta fiūt, & ipsa humiditas siccitásque, quæ in animalis corporibus fit, caloris opera sunt omnia, perperam prorsus Hippocrates nō vnū modò calorem, sed frigus etiam & humiditatem siccitatémque agentes animalium causas, & agentia eorum principia inde ponenda esse decernit, quod homo multis diuersísque laborat morbis, quorum nonnulli à frigore humiditatéque & siccitate ortum habere videri possunt.

Capvt XXXV.

Neque sanguine, & è flaua atráque bile, & è pituita animalia constare, quòd perpetuò hi humores omnes in illis insunt.

Ornvm nullum habet Hipp. ratio, qua probat animalia à quatuor naturis constituta esse, quòd quatuor omniū corporibus insunt succi, sanguis, flaua, atraque bilis, pituita, ex quibus animalia constāt omnia: quorum humorum singuli ab illarum duabus effecti sint, & singulis oppositionis vtriúsque altera insit natura. Nam non quatuor, tantum, sed multò plurimi animalium corporibus insunt succi: & Hippocrates etiam hoc non negat, duplex enim sanguis, biles plures, plures etiam pituitæ, & singulæ à reliquis omnibus naturæ viribus, dispositione, specie maximè differentes, præterea & vrina (cur enim ipsa, veluti bilis, vtraque inter humores, qui animalium corporibus insunt, non connumeranda sit?) copiosior cùm sit, & nihilò minora quàm illarum vtrauis animali afferat bona. Si iis ab humoribus constitui, constatéque animalia statuendum est, è quibus partes constituuntur reficiunturque, quæ principes edunt operationes ac actiones quibus animal seruatur, quique quoad in huiusmodi agantur partes, perpetuò in corporibus retinentur, minimè verò, qui, siquidem quæpiam viscera constituunt nutriuntve, at non ea certè quæ alium in vsum vllum facta sunt, nisi vt illos suscipiant, è sanguine emulgeant, & foras tandem propellāt: nisi enim hoc fieret aliis corporis partibus immiscerentur, ac læderent: nequaquam è flaua, atrave bili, nec è pituita, veluti neque ex vrina, sed è semine tantum, sanguinéque, vel duplici è sanguine, & altero minus, magis altero concocto & in semen acto, animal cōstitui nutriríque & constare asserendum est.

Manifestè enim ex iis animal constituitur, & solis iis reficiuntur, & nunquam, nisi vbi nimij fiunt, vt inutilea excernuntur. Nam sanguineas rubrásque animalis partes è sanguine, exangues albásque è semine constitui nutririque & Galeno visum, & suo nobis explicatum est loco. At humores reliqui recrementa potiùs propriis modò visceribus nutritis statim eiiciuntur. Quòd si, quoniam flaua bilis in intestina deiecta iis inexistentem spiritum veluti erodens, ad sui ipsios & ad excrementorum, quibus immixta est, excretionem incitat, atra verò, dum est ventriculus inanis, atque venā, quæ è splene ad illum fertur, nihil comprimit, ad illius os delata spiritum ei inexistentē veluti mordicat molestiáq; afficit, quam amoliri appetens cibos appetere videtur, quòd

denique magnum vtraque animali commodum affert, propterea ex iis animal constare statuat Hippocrates, ea vrina itidem constare animal statuat, oportet, neque enim minora quàm illarum vtrauis præstat bona. Nam spiritui veluti vehiculum præbet, quo grauem corpulentúmque sanguinem in quasuis corporis compotter partes. Et crassissimam sanguinis partionem, fecem, quæ nullam in corporis partem agi queat, & in iecinore si immoretur molestissima ei fit, eiusque cauitates breui ita obstruat omnes, vt nullus confecto sanguini exitus detur, sibi ipsi immiatam & veluti in eo fluitantem secum ad renum constitutionem nutrimentúmque exportat. Nulla igitur commoda, quæ huiusmodi succi animali præbent, ex iis animal e onstitui, sed summam omnia rerum omnium conditoris D e i sapientiam præse ferunt potentiámque, quibus suis in operibus omnibus, quæ materiæ necessitate incommoda eneniunt malaque, in summa commoda summaque vertit in bona.

Minus etiã è pituita animal gigni nutririue existimare licet: nulla enim prorsus animalis pars ea ea pituita, dum remanet, constitui nutririue videtur. Nam quæ pituitæ persimilis res sanguini vtrique immixta spectatur, & qua arterias venásque nutriti rationi congruum est, longissimè abest vt pituita sit, quæ diutius concocta pro bum in sanguinem agitur: & pinguissima sanguinis pars, & sanguis omnino ea est amplius concoctus, & in semen actus, è quo albæ exanguésque animalis partes constitutæ nutriendæ sunt. Tum summopere mirati Hippocratem licet, qui viscosam eam eùm intueretur, & propterea à calore confectam putare oportebat, & calidam contingeret, maximè frigidam constituit, bilem vtramque magis etiam quam sanguis est liquidam fluidámque cum perciperet, siccam tamen existimauit: & atram bilem insuper è bene calidis cibis à bene robusto calore in ventriculo in chylum actis, & è tenuissima ac bene à calore exuperata eius portione amplius in iecinore concocta, postremò & in splene ab eius calore à multarúmque arteriarum motu aucto accensóque confectam absolutámque, & terram fermentantem ac attollentem, ponere frigidam nihil erubuit.

Capvt XXXVI.

Neque rectè quatuor ex humoribus, ac quatuor ex elementis animalia entiáque constituta colligit, quod quæ corrumpuntur in illa resolui videntur.

Vatvor ex humoribus quatuórque ex elementis animalia & entia reliqua omnia cōposita esse Hippocrates male concludit, quòd omnia vbi corrumpuntur in res resolui videntur, quæ illis similes sint, in ea scilicet singula, è quibus composita sunt, resolui oportere assumens. Nam neque in vniuersum vera est assumptio firmáque: nec sit vera, quod Hippocrati declarandum est, declarat. Et enim, & si artificium opera quæ è rebus componuntur, quibus quæ insunt naturæ non iis donatæ sint viribus quibus sese mutuò imminuãt perdántque, in easdem res, è quibus composita sunt, resoluuntur, non tamen idem iis euenire existimare licet, quæ è multis quidem effecta sunt, non in propria seruatis natura, sed omnibus mutua actione immutatis, & vna omnibus natura, dispositione, specie donatis, longéque earum qualibet à propria diuersa. Quæ scilicet mutuò in se ipsas agunt naturæ, calor frigúsque, sibi ipsis coire non sustinent: & sese vtrumque, qualecomque factum est, è propriis in alienas sedes effundendi, & contrarium iis præineasstens deturbandi, se séque in iis constituendi facultatem appetitúmque numquam deponit. Necessario igitur quæ à diuersis constituta sunt entia naturis, vbi sibi ipsis apponuntur, & magis etiam vbi immiscentur, nisi quæpiam eorum vni inexistens natura adeo viribus reliquas exuperet omnes, vt eas dum penitus perdit nihil ab aliis imminuatur, sed illa non valde differentibus agant viribus, vt vna tandem, at bene à reliquis imminuta superstit natura, vnum prorsus idémque in ens quæ eoiere res agantur oportet. Quod quidem ens exsuperanti rei propius, & ab aliis magis dimotum, at ab omnibus certè diuersum erit.

Quocirca si vera sit Hippocratis assumptio, & quæ corrumpuntur, in ea è quibus constituta sunt resoluenda sint, quæ multis quidem è rebus, at omnibus mutua actione immutatis, & ab agentibus naturis constituta sunt, nequaquam ea singulas in res, è quibus constituta apparent, nec verò illarum vllam, quæ nimirum perierе inque aliam actæ sunt omnes rem, sed in abeuntem naturam à qua, & in remanentem molem è qua effecta erant, resoluentur. Tum vno à calore entia omnia, animalia, & quæ, cuiusmodi animalia sunt, bene calida molliáque & laxa, benéque dissimilaria constituta, in res quæ igni, aëri, aquæ & terræ similes sint, resolui possunt & iam resoluuntur. Id enim est caloris ingenium, vt molem cui inest attenuet, at non veluti saltu, nihil in medias actam dispositiones, in summam statim agat tenuitatem. Sed emollit eam primùm laxátque mox fluidam. postremò tenuissimam reddit. Et moles ipsa non cuiusuis particepsdispositionis ingenitæ tenuitati cuiuis, sed paulò densior, quæ est summæ tantùm, laxior verò fluoribus etiam egressum præbet. Itaque ex animalium dudum demortuorum carnibus, veluti & è viuorum, quia nihil eæ adhuc, aut modicum quid laxatæ sunt, teonitas forte qualisuis, res nimirum igni & aëri similis, at non certè fluores vlli elabuntur. Paulò post carnibus multò mollioribus laxioribúsque factis, illis etiam, rei nimirùm aquæ persimili egressus patet. Crassissima ipsarum portio, quæ neque in vapores, neque in fluores verti dum potuit, tenuitate, qua immixta mollis erat, spoliata omni, ac magis in se ipsam cō spissata, in rem terræ similem concrescit. Viuorum porrò animalium carnes, & si ab inexistente calore assiduè emolliuntur & laxantur, ac in fluores aguntur, nihil tamen molliores laxioréſque fiunt, nullique ea iis nihil à motu concalefactis adapertisque effluunt fluores: quòd quæ è fluoribus è venis elapsis in eásq; illapsis adnascuntur carnes, sicuti in earum moles quantitásque imminuatur, ita ne dispositio immutetur, præstant.

Capvt XXXVII.

Annum in quatuor partes male diuidit, & earum singulis singulorum elementorum attribuit.

Nvnc postremò quatuor in partes diuidens Hippocrates, & earum singulis elementorum singulorum naturas, Veri scilicet calorem humiditatémque. Æstati calorem siccitatémq; & siccitatem Autumno frigúsque, & frigus Hyemi humiditatémque attribuens, adeo positionis renax est, vt eam dummodò teneat firmétque, sensum ipsum dimittere nihil veretur. Ipse enim sensus nō diuersis quatuor elementorum viribus, sed diuersæ solis ad terras directioni anni diuersitatem assignandam docet. Namque ibi æstas, & maior fit calor, vbi magis directus sol imminet. Et ibi hyems fit magisque viget frigus, vbi maximò obliquus fit sol. Atque meridionalibus in terris, quibus perpetuò directus: vel directo proximus imminet sol, parum vel nullum frigus vnquam, sed magnus perpetuò sentitur calor. In valdè borealibus, quibus valdè obliquus fit sol, nullus æstus angit vnquam, sed perpetuò viget frigus. Non quidem hoc esset, si elementorum vires anni tempora sectentur. Quandoquidem æquè cùm elementa sint vbique ac adesse oporteat, ipsorum itidem vires æquales vbique erunt. Quòd si (vt confitendum est) calorem, qui ad nos aduenit, à sole fieri, ac intermedia elementa, & ipsam etiam terram à sole calefieri & immutari confiteatur, non reliquis ex elementis mutuò à seipsis immutatis, sed vna è terra vnóque à sole entia quæuis constitui, & vnam prorsus terrā cælūq; vnū prima corpora ponat necesse est. Et in entia quæ ex

quæ ex ipsa enascuntur, terra vt agatur, calefacienda tantùm, emollienda, fundenda cùm sit; quod vtrumque vnus agere potest calor, & vnus omnino solis calor, moderatus præsertim vbi est, agere videtur; ad illorum constitutionem alia corpora afferre sano homini non conuenit. Quorum præsertim corporum portio nulla vnquam, nec actio etiam vlla ad terram descendit: quin ipsa liquidò è terra enascuntur omnia.

Præterea, si id anni tempus Ver Autumnúsque ponendum est, in quo nec calor nos nec frigus molestia afficit vlla, in mediarum regionum multis nullum Ver nec Autumnus est vllus. In multis enim hyemale frigus, æstiuus calor, & hunc illud excipit. In nullis certè (quod si singola anni tempora elementis singulis respondeant fieri oportebat) Ver Autumnúsque æquale æstati atque hyemi sortiti sunt tempus; sed in omnibus illis hæ longè sunt diuturniores. Adhæc, quid ab autumno ver differat sentire non licet: quandoquidem idem vere qui autumno calor; & eædem propemodum in vtroque fiunt pluuiæ & æquè vtrumque vbi pluuium est, frigidum: & calidum, vbi serenum. Signum certè quod Hippocratem impulit, vt ver calidum humidúmque, autumnum frigidum siccúmque poneret, si verum sit, sensum sanè & ipsius amplius positionem euertet. Nam frigido sub cœlo concoctiones omnes melius fiunt: & qui frigidas incolunt terras, vel satis siccæ eæ si sint, plurimo, liquido, rubro abundant sanguine. Quin ipsi in primis Hippocrati ventres hyeme calidissimi videntur. Quo fit, vt si frigidus sit autumnus, non atra bilis multa, nec frigidus, crassúsque, & niger sanguis, sed illa nulla prorsus, aut modica, & hic calidus, liquidúsque, & ruber fiet, eóque etiam amplius, si siccus sit. Insuper sicco in ambiente tenuior, quàm in humido fit aer: qui minorem ingenito sanguini adijcit molem. Quare si frigidior, crassior, & niger autumno est sanguis, non autumnalis id aëris frigiditas siccitásque efficit, sed calor potius, qui vehemens vbi est, tenuiores calidiorésque sanguinis partes in summam agit tenuitatem, eámque educit omnem. At fortè qui huiusmodi est, non autumno, sed æstate confectus est.

Pituitam porrò, si non eam intelligit rem quæ sanguini immixta eandem pituitæ sortita est speciem, at longissimè à pituitæ abest natura, & semen omnino est; sed eam intelligit quæ ventriculo ventríque inest; mirùm sanè est, hyeme copiosiorem fieri Hippocratem docuisse; cui ventres hyeme calidissimi videntur. Verùm, si copiosior hyeme fit, crassior ea chyli portio est, à nimio calore super assata, tenuioribus sui partibus spoliata, & viscosa facta: vel est humor è cerebro expressus, ab ambiente frigore cõpresso: vel è crassioribus vaporibus, quales pluuio sub cœlo & terra madefacta fiunt, in cerebrum illapsis, ibique concretis factus est, & in ventriculum delapsos. In hũc modum facta si sit, vel si externi aeris opera, at non certè ab ipsius viribus vẽtriculi calorem exuperantibus, nec earum omnino actione; qua vtique confici eam oporteat, si aeris naturis eius cõfectio tribuenda est; sed veluti ex accidente quodam factam esse existimandum est.

Quapropter indicia, quibus Hippocrates rerũ omnium agentia principia calorem, frigus, humiditatem, siccitatem esse, & ignem ab ijs, aerem, aquam, terrã primò constituta, tum ijs sibi ipsis commixtis, entia reliqua omnia composita esse, colligere videtur, infirmissima sunt. Nec Empedocles, nec Ocellus, primus, vt arbitror, quatuor elementorum inuentor, quantum in eorum scriptis, quæ ad nos peruenere, legimus, corpora hæc prima esse satis declarant. Quid Aristoteles? an ipse id præstat? Mihi quidem hac in re illorum præstigijs veluti captus videtur. Vel minima quæque aliás tractás, diligẽtissimè ea intueri explicaréque, & antiquiorum de his sententias examinare, & perperuò ferè eas omnes, & iniuria fortè interdũ dãnare solitus est. In primorũ autem corporũ constitutione, in summi momẽti, & qua non rectè posita, nihil rectè poni possit, adeo parũ diligens, adeo antiquioribus addictus est, vt nihil eorum decretis inspectis examinatísque, perinde ac Dei ipsius ore prolata essent, tot taliaque ponenda esse decreuerit, quot qualiaque esse ab illis pronunciatum foret. Cùm tamen interea sensus ipse, propriéque positiones, quibus nullas fortè firmiores posuit vnquam, maximè obstarent, maximéque aduersarentur: quæ duo tantùm agentia principia, & proinde duo tantùm prima corpora esse, & quæ opposita sunt, siue controuersia ponunt. Quod breuiter explicemus.

CAPVT XXXVII.

Ad proprias positiones respiciens Aristoteli, duo tantum prima corpora, & cœlum illa terrámque videri debuisse.

SVBSTANTIA, inquit, in qua generationes fiunt & corruptiones, veluti natura quæuis alia, & aliud genus quoduis, à duobus tãtum detineri potest primis contrariis. Reliqua, quæ inesse videntur, prima non sunt, neque alterius generis, sed à primis illis manant, & sub prima illa reducenda omnino sunt. Illa eadem videlicet, at non integra puráque, sed imminuta, & sibi ipsis commixta. Et alibi, Prima, inquit, contraria in natura quæuis quàm longissimè à se ipsis posita sunt: in medio eadem quidem, at imminuta, & sibi ipsis commixta. (L. Phys. tex. 50. & 56.) Integra videlicet cõtraria, puráque, extremas propriæ materiæ partes occupant, inque illis qualia sunt, nihil imminuta, nihilque impurata vigent: medias verò nullum eorum integrum purúmque obtinet, sed imminutum vtrunque atque alteri commixtum. Rectè sanè, quæ in extremis materiæ cuiusuis partibus spectantur, à summis ea purisque contrariis constituta, & prima genere in illo simpliciáque & pura sint oportet. Quæ in medio sunt, nec prima nec pura sunt, à non primis nec puris constituta contrariis, sed ab imminutis & sibi ipsis Aristoteli commixtis. Quare quæ in Mundo vniuerso summè à se ipsis distant, ea tantùm à contrariis primis summisque & puris detineri, & prima esse simpliciáque, quæ nimirùm à principiis huiusmodi constitui visa sunt, asserendum erat. Quæ in horum medio spectantur, secunda omnia mixtaque, ab iisdem quidem contrariis, at sibi ipsis commixtis & mutuò à seipsis passis effecta, vel si extrema Mundi corpora non talia visa forent qualia prima, nec quæ inter ea locata sunt, qualia ex illis composita esse oporteret, ponenda fuere.

Soli igitur cœlo & terræ soli summas integrásque & maximè inter se cõtrarias inesse vires sed eas languẽtes debilesque iis omnibus quæ in cæli terræque medio ipsi fuere, docendum erat: quæ à Sole & terra pati immutarique, & constitui etiam omnia, cælum verò terrámque a nullo à nullo, sed à seipsis mutuò tantùm, & nequaquam vniuersa ipsa, sed extremas modò, & quæ sese contingunt ipsorum portiones, manifestè conspiciuntur. Cur igitur, cum duo iure optimo ponere posset prima corpora, vnamque, vt alibi docuerat, oppositionem, quatuor corpora hæc, & duas inuexerit oppositiones, nihil inuenio aliud, quod dicam, nisi obseruantia ac reuerentia quadam veterum sententiã hac in re, præter consuetum morem, eum esse secutum. Nunc expendere operæpretiũ arbitror, an eas rebus impertiat actiones quas efficiunt, easque naturas, quas actiones passionésque inesse demonstrent: an vires iis actionésque assignet, quas suæ positiones assignandas admonent, quibúsque mundum suo arbitratu construit. Propterea dictorum corporum inuersionem, singulorum nimirum in reliqua actiones explicantem audire, & num quas singula edunt, an quales iuxta eius decreta singulis edendæ essent, Aristoteli ponantur, examinemus.

CAPVT XXXVIII.

Quatuor dicta corpora mutuo in se ipsa Aristoteli inuertuntur omnia, & ex aliis alia fiunt, at promptius quædam, quædam verò ægrius,

2 de gener. tex. 24. & seq.

MVTVAM dictotum corporum in se ipsa inuersionem, modumque quo in se ipsa mutuò inuertuntur, & ex aliis alia fiunt, inquirens Aristoteles,& oblitus(vti diximus)nullam ab ipso humiditati siccitatique agēdi vim attributam esse, Quòd,inquit, dicta corpora omnia nata sint mutuò in se ipsa transmutari manifestum est. Generatio enim à contrariis,& è contrariis. Elementa autem omnia contrarietatem adinuicem habent. Quæ enim ea constituunt differentiæ contrariæ sibi ipsis sunt:& in his quidem ambæ,vt igni & aquæ,ille,enim calidus & siccus, hæc autē frigida & humida: illis autem altera solùm, veluti aeri & aquæ, ille enim calidus & humidus,hæc verò frigida quidem at humida est. Quapropter vniuersaliter quidē manifestum est, quòd omne ex omni generari natū est. Iam autem secundum vnumquodque nō difficile est videre, quomodo quidem omnia ex omnibus erunt. Differt autē ipso citius & tardius, & facilius & difficilius. Quæcunque enim habent cognationem adinuicem, velox horum transmutatio est. Quæcunque autem non habent,tarda, quia facilius est vnum quàm multa transmutare. Vt ex igne quidem erit aer,altero transmutato. Illud enim erat calidum & siccum, hoc autem calidum & humidum. Quapropter si vincatur siccum ab humido,aer erit. Rursus autem ex aere aqua erit,si vincatur calidū à frigido: illud enim erat calidum & humidum, hoc autem frigidum & humidum: quapropter transmutato calido, aqua erit. Eodē quoq; pacto ex aqua terra, & ex terra ignis: habent enim ambo ad ambo cognationem. Aqua enim humidum & frigidū,Terra autem frigidū & siccū, quapropter victo humido, terra erit.Et rursus, quoniam ignis quidē siccus est & calidus, terra autem frigida & sicca, si corrumpitur frigidum, ignis erit ex terra. Quapropter manifestum, quòd circularis erit generatio in simplicibus corporibus, & facillimus hic modus transmutationis,quia cognatio existit in iis, quæ consequenter.

Ex igne quoque aquam, & ex aere terram, & rursus ex aqua & terra aerem & ignem contingit quidem generari, difficilius autem, quia plurium est transmutatio. Necesse enim est, si erit ex aqua ignis,corruptum esse frigidum & humidum. Et rursus, si ex terra aer corruptum esse frigidum & siccum. Similiter autem, si ex igne & aere aqua erit & terra, necesse est ambo transmutari. Hæc igitur tardior generatio est. Si autē vniuscuiusque alterum corruptum fuerit, facilis quidem erit, non autem in se inuicem transitus: sed ex igne quidem & aqua erit terra & aer:ex aere verò & terra, ignis & aqua.Quādo enim aquæ corruptum fuerit frigidum, ignis autem siccum,aer erit:relinquitur enim huius quidem calidum illius autem humidum. Quando autem ignis quidem calidum,aquæ autem humidum, terra, quia relinquitur illius quidem siccum, huius autem frigidum. Similiter autem & ex aere & terra ignis & aqua: quando enim aeris corruptum fuerit calidum, terræ autem siccum, aqua erit. Relinquitur enim illius quidem humidum,hu-lus verò frigidum: quando autem aeris humidum, terræ autem frigidum, ignis, quia relinquitur illius quidem calidum, huius autem siccum, quæ quidem erant ignis.
Hæc Aristoteles de simplicium corporum generatione, mutuáque omnium in omnia inuersione. Quæ si primis suis positionibus & iis amplius quæ sensu percipiuntur conuenient consentiantque admittenda sint: minimè verò si sibi ipsis,& multò etiam minus si sensui repugnēt dissideantque. Singula igitur, quæ prima simpliciáque corpora illi videntur, inspicienda sunt,& num, qualia ipse ea ponit,& qualia esse prima oportet,simpliciáque, & num eo, quo ipsi placet modo,in sese mutuò inuertantur, considerandum.

CAPVT XXXIX.

Dicta corpora propriis quidem positionibus concors, at iis quæ eueniunt discors,inuertit & non quas edunt, sed quæ iuxta ipsius positiones edendæ forent iis assignat actiones.

SVIS positionibus congruens, quæ dicta sunt corpora inuertit Aristoteles: nisi in eo fortè peccet, quòd ægrius, quæ vtroque dissident principio, inuerti decernit. Cum enim non vtraque horum natura vtrique,sed altera alteri contraria sit,& altera alterā oppugnet nihil alterius vsa ope,quin, quo tēporis spatio ab altera deturbatur altera, ab altera itidem interimatur altera, ac quin æquè promptè corpora singula à singulis inuertantur,nihil obstat. In reliquis sibi ipsi concors inuertit omnia.Nec dubitare licet, quin,si quibus Aristoteli donantur iis singula donata sint viribus, nihilò segnius nō aquam modò aer, & aqua aerem,& vtrumque ignem, & terram in se ipsum agat, quàm ignis vtrumque in seipsum inuertit, nec quin ex igne & aqua, calore ex illo ex hac humiditate deiecta, illius itaque siccitate & huius frigore vtrumque occupante,terra fiat,& ex aere terráque, frigore ex hac & ex illo humiditate deturbata, quin ignis fiat, cuius scilicet naturæ remansere. Verùm summè iis, quæ eueniunt, discors dissonúsque est.Siquidem ignis nullo aquam aerémque negocio,at terram ægertimè in ignem agit,quę iuxta iacta fundamenta promptissimè inuertanda ei erat. Et terræ vires quanuis per supremam ipsius superficiem, per calidum effusæ ens, summopere imminutæ ad aerem peruenian, si non aerem ipsum summamque ipsius tenuitatem, at vapores tamen qui eadem prorsus qua aer natura donati sunt, & qui modico quodam tenuiores facti,aer fiūt,in aquas cogunt, & aquas marinas in glaciem vertunt, ipsi terræ propiores faciunt, & in terram postremò agunt, à sole non reiectæ, & ignem etiam extinguunt,nec verò(quod aqua facit) suffocantes comprimentésque,sed se ipsas in eum effundentes,& cōtingentes eum modo.

At aer nec ignem in se ipsum agere, nec eius dispositionem immutare apparet vnquam, minus etiā terram, sed quantulauis eius glebula in aere seruatur quātouis. Et aqua ignem quidem extinguit,at non propriæ naturę robore,sed,quod vel calidissimi factū succi, mole eum opprimens suffocansque, in aquam certè, quod fieri oportebat, si contrariis ipsa summisque prædita sit viribus, agere illum visa est nunquam. Et terram, quam subit, à sole nimirum emollitam, in minutissima quidem dissoluit frustula,in aquam verò nihil eam vertit. Itaque aqua, cui quantæque & quandiu vis immixta fuerit, in vapores acta,subsidere terra apparet: & integram crassamque, & quam non subit, ne soluit quidem. Quin & aerem inuertendi aqua, & aquam aer nullam prorsus facultatem obtinet. Propterea quantulusuis aer mediis in aquis,& aqua quantulauis perpetuò in aere seruatur, nisi cœli calor aut terræ frigus in vapores aut glaciem illa mutarint. Minus etiam ex aqua & igne, quouis pacto, & ratione quauis sese exuperent, terram fieri intelligi potest.Esto enim,frigida sit aqua, non certè æquè ac terra frigida videri potest. Neque enim aquæ sed terræ omnino est, quod aquam corrumpit,& in glaciem agit frigus. Esto etiam, ignis tenuitas agendi vi donata sit, non certè aquæ humiditatem in crassitiem & summam eam aget vnquam. Itaque quis comminiscetur modum, quo è tenuissima calidissimaque altera, & è liquida, & si quidem frigida, at languidè certè, res constituatur summè crassa summéque frigida? Insuper, quo ex aere terraque ignis fiat vnquam, è summè nimirum frigida summeque altera crassa, & è calida quidem altera tenuique re, quæ duæ conditiones minores,quàm in igne sunt, res constituatur, quæ, & calore, & tenuitate longissimè exuperet, nihil præsertim calore crassitiem at tenuitate eam inuertente? Quapropter non quas agere res apparent, sed quæ iuxta proprias positiones agendæ iis erant, eas rebus impertit actiones. Vt nisi non sapientiæ, sed Aristotelis amore illecti sint Peripatetici, apertè intelligant, hominem tuendorum tantùm suorum dogmatum gratia

non

non occultas modò naturas, ſed actiones etiam rebus, quas nunquam edant, attribuere nihil veritum.

Capvt XL.

E primis corporibus quæ Ariſtoteli placet ratione ſibiipſis commixtis reliqua conſtitui, & mixtionem fieri prorſus non poſſe.

Prave prima corpora conſtituens Ariſtoteles, peius etiam ex iis mutuò ſibiipſis commixtis reliqua componit: qui nimirum ab illorum vnius, vel altera, vel (ſi viſum foret) natura vtraque, at imminuta ea debilitataque, ſingula cõſtituere & ſingulis oppoſitionis vtriuſque alteram modò naturam, vt propriam ſubſtantiam, reliquorum omnino entium ſingulis vnius primorum corporum naturas, at imminutas debilitatáſque videre cùm poſſet, ſingulis primorum corporum omnium, naturas omnes ſimul indidit, ſummè inter ſe contrarias oppoſitáſque, & quarum ea ſit vis atque ingenium, vt ſeſe oppugnare detur batéque ceſſent nunquam, nunquam ſcilicet ſibiipſis concordes, nihílque inter ſe decertantes ſeſeque oblædentes, cuiuſmodi ſecundis entibus ineſſe Ariſtoteli videntur, ſint vſquam. Verùm, quò eius ſententia amplius innoteſcat, commodiúſque excutiatur, quæ mixta Ariſtoteli dicuntur, & quid ſit mixtio, tum & eorum rationes, qui ita ſibiipſis commiſceri poſſe entia negant, & harum ſolutiones exponentem Ariſtotelem audiamus. Liceat verò, quæ mixtionis rationem, & mixtorum conditiones edocens ſparſim, nullóque (vt videtur) ordine Ariſtoteles poſuit, colligere, & ſuo (quantum per nos fieri poteſt) ordine diſtinctéque ea explicare omnia.

2. de gen. tex. 90.

Mixta ea Ariſtoteli ſunt & dicuntur entia, quæ è multis & mutua iis actione paſſis imminutiſque, & in mediam communemque rem actis compoſita ſunt. Itaque mixtionem rerum alteratarum vnionem eſſe enunciat. Huiuſmodi mixtionem, & huiuſmodi mixta eſſe cùm ſuppoſuerit, rectè benéque ſibiipſi concors, nequaquam quibuſuis ex entibus, & quouis pacto ſibiipſis coniunctis, & vel nihil vel quiduis paſſis immutatiſque, mixtionem fieri poſſe, nec mixta eſſe quæcunque è multis quidem, at nihil vel penitus à propria natura dimotis compoſita ſunt, decernit. Siquidem quæ vel propria natura immutabilia impatibiliáque ſunt, vel quę immutari quidem patique poſſunt, at immutata paſſaque nondum ſunt, quantumuis minutiſſimas in partes, & quæ ſenſum lateant omnem, ſimul contrita ſint confuſaque, at nihil tamen à ſeipſis immutata, ſed in propria ſingula ſeruata ſint natura, hæc ad ſenſum fortè, at non verè mixta ſed ſibiipſis appoſita ſunt tantùm. Minus etiam, quorum quædam, vel quæ tota penitus periere penitúſq; abolita ſunt omnia: non enim quæ non ſunt ſibiipſis mixta ea ſunt, ſed ex iis ibique fiunt mixta vbi quæ mutuò à ſeipſis pati immutarique apta ſunt, ita à ſeipſis mutuò patiuntur immutanturque omnia, vt omnia in commune intermediumque agãtur ens, & ita id ſibiipſi ſimilare, vt quæuis eius pars reliquis omnibus & enti vniuerſo nihil minus quàm aquæ pars quæuis reliquis eius partibus & aquæ vniuerſæ eadem ſit: & ita immutata cum ſint omnia, minimè tamen perierint abolitaque ſint, ſed ſeruentur etiamnum tamen & ſeparari à reliquis queãt. Itaque ſeruentur & non ſeruentur, & vnam eandémque in rem acta omnia, & imminuta quidem, at in propria ſeruata ſint natura, & ſingula ab aliis ſeparari poſſint.

Quare, num hoc pacto commiſceri queant entia addubitans, Impoſſibile, inquit Ariſtoteles, alterum alteri commiſceri nonnullis videtur: nam quæ mixta cùm ſint alterata non ſunt, nihil magis mixta ſunt quã prius, ſed ſimiliter ſe habent, altero verò corrupto non ſunt mixta, ſed hoc quidem eſt, illud verò non eſt. At verò mixtio eorum eſt quæ ſimiliter ſe habent, eodem igitur modò, ſi & vtriſque congredientibus eorum quæ miſcentur vnumquodque corruptum ſit, non enim mixta ſunt, quæ omnino non ſunt. Iure quidem, vt enim Ariſtoteli ipſi viſum eſt poſitúmque, è quibus ſibi ipſis commixtis aliud ens, & vnum quod ſit, idémque vniuerſum compoſitum eſſe exiſtimandum eſt, remaneant ea oportet: neque enim, quæ alia aſſumpta natura periere ipſa, ex eis ſibi ipſis commixtis conſtare quid coniiciendum eſt. At & non remaneant etiam oportet: ſiquidem, quod ex entibus in propria ſeruatis natura, vel ſi bene imminuta ea ſit retuſáque conſtitutum eſt ens, nequaquam id vnum idémque vniuerſum ſit vnquam, ſed eo tantùm modo eaque vnum appareat ratione, qua quæ è multis ſibi ipſis appoſitis colligatiſve conſtant. Quocirca dubitationem, vt ſoluat Ariſtoteles, & ſeruari inmixto ea è quibus compoſitum eſt, & non ſeruari ſed omnia in mediam quampiam: communémque rem, & ſummè eam vnam ſumméque ſimilarem acta eſſe, & in huiuſmodi actam rem, omnia tamen ſeruata, & à ſeipſis ſeparabilia eſſe, oſtendat oportet.

Perobſcura verò res eſt, & quæ naturæ ipſi repugnare videatur quęque apertiſsimè explicanda ſit. Quòd certè ſi (vt oportet) pręſtet Ariſtoteles, non modò quem amemus laudemúſque, ſed quem admiremur & veneremur etiam dignus ſit: ſin minus oppoſita mereatur. Ipſe námque ſecundorum entium conſtitutionem, apertiſsimam ſcilicet rem nullo ſuo (vt dictum eſt) nullo etiã noſtro labore nobis manifeſtare, & veluti ante oculos ponere cũ poſſet, vehementer nos torquens maximiſq; inuoluens tenebris, nihil illam, ſed Antiquorum figmenta nobis tradidit. Operæpretium eſt, quę dubitarit, inluentem audire. Entium, inquit, hæc quidem actu, alia vero poteſtate ſunt. Contingit itaque quę cõmixta ſunt quodammodo nõ eſſe, quòd ea ipſis effectum eſt, actu quidẽ aliud ab iis, è quibus effectum eſt, potentia autem omnia, quæ prius quàm commiſcerentur, erant, & non deperdita: hoc autem ſermo quæſiuit prius. Videntur enim quæ commixta ſunt, è ſeparatis prius coiuiſſe, & poſſe rurſus ſeparari. Neque igitur actu permanent, veluti corpus & album, neque corrupta ſunt, neque alterum, neque vtrúmque ſeruatur enim vtriuſque potẽtia.

Magnas mehercule (vt ingenuè fatetur ipſe) actus & potentiæ diſtinctioni gratias debet Ariſtoteles, cuius ope ex anguſtiis quibuſuis euadere nihil deſperat. Itaq; prima corpora in aliam omnia acta rem & vnam eam eandémque omnem, & penitus à ſingulis diuerſam, ſingula tamen ſeruari & à ſeipſis ſeparabilia eſſe, ſeruari nimirum ſingula & nõ ſeruari, & idem facta eſſe omnia & diuerſa contrariáque remanere, enunciare nihil veretur. At non diſtinctionibus & inanibus verbis quæ impoſsibilia falſáque apparent, ſed rebus ipſis poſsibilia veráque eſſe oſtẽdat, qui rerum naturam explicat, oportet: quæ hoc non licet modo, ea ne effari quidem licet. Quoniã autem ſenſui expoſitæ res, & quatenus ſenſiles ſunt, tractantur, vtique ſenſui exponendæ ſunt manifeſtandæq; omnes, eęq; amplius quę ſenſui repugnare vidẽtur.

At ratio examinetur. Non quidem, quòd ſecundorum entium partes ſingulæ in ſingula prima corpora inuerti poſſunt, propterea hæc omnia illis ineſſe declaratum Ariſtoteli eſt. Cùm enim quoduis in quoduis agi, & è quouis quiduis fieri poſsit, non magis ſecundis prima ineſſe, & è primis inexiſtentibus conſtituta ſecunda eſſe, quàm primis ſecunda inexiſtere, & ex his illa compoſita eſſe declaratum Ariſtoteli ſit. Id itaque amplius homini pręſtandum, ſecundorum videlicet entium partes ſingulas in ea prima corpora reliquis promptius inuerti, è quibus conſtitutæ ipſæ ſint, & ſingulas à reliquis ſeparari poſſe, diuerſas omnino inter ſe eſſe, oſtendendum Ariſtoteli erat. Hoc niſi factum ſit, nequaquam illis prima corpora ineſſe, nec abolita ea inque aliam acta rem apertum ſit vnquam. At id ſi ponat Ariſtoteles, minimè iam è primis corporibus penitus ſibi ipſis commixtis, & mutua actione in aliam, & in eandem omnibus actis rem, ſecunda entia effecta eſſe ponat, ſed ex appoſitis illis, & indebilitata quidẽ refractáq;, at in propria tandẽ ſingulis ſeruatis natura: nõ verè ſcilicet ſimilaria ſecũda ẽtia

ne separetur, ab aqua retinendam esse affirmat, propriis scilicet positionibus & naturæ ipsi repugnare, nihil veretur.

Ibid. At ratio tamen excutiatur. Non terra, inquit, tantùm, sed aqua etiam ad mixtorum compositionem opus est quia terminari ea oportet, & sola aqua terminabilis est. Siquidem terminari, difflocre, & terminabilis, id quod vox sonat, & quod aquæ naturæ congruit, alieni termini susceptibilem esse Aristoteli significat, & fluorum tantùm succorúmque inquirat constitutionem, id quidem Aristoteles peccet, quòd ab igni terram molliri, & in omnigenos fluores, & ipsas etiam in aquas agi intuerí cùm posset & intuitus esset, ad fluorum constitutionem aqua opus esse statuerit. Sed aquam primum, & ipsam corpus supponenti, ignosci id queat: at non certè, quòd ad stabilium etiam eorum compositionem illam afferat. Nam, vt dictum est, quod maximè siccum est ens, id ab alia natura contiendum Aristoteli in primis videri non potest: & aqua proprium ipsa terminum seruare cum non possit, qui aliis eum præbere queat, intelligere non licet. Sio verò (vt Peripateticorũ nonnullis placet) termioabilis pro terminatiua Aristoteli posita est, itaque quæ subsequitur ratio (Amplius autem, & terra sine humido consistere non potest, sed hoc est quod continet, si enim auferatur ex ipsa humidum, decidet vtique) non alia à præcedente fit, sed illam explicet: ignoscamus id Aristoteli, quòd vnum eandémque rationem cùm ponat, in duas eam diuidit. At verò, quòd parum propriorũ decretorum, minus etiam eorum quæ sensu perceperat, memor, siccitatem ab humiditate cõtinendam esse statuat, id certè non est ferendum. Nam etsi humore elabente concidere disrumpique quædam ipsi visa sunt, alia tamen multa eò duriora densioráque fieri, & eò compingi magis quò inexistens iis homor educitur magis, iotuitus etiam est. Ferrum, inquit, sæpius fusum, inexistente oimium humore elapso omni, fundi amplius dissoluique non potest. Quando ergo humore effluente alia compingi, alia dissolui, quio vel cedere diuerso à calore vtrunque pati appareat, non temere propria positio & quam naturæ concors posuerat deserenda, sed entium vtrorúmque compositio, tùm & quo à calore compactio & à quo fusio fiat, præterea & caloris diuersitas, quæ, vt eadem compingantur dissoluanturq́, præstat, diligentius intuenda erat.

Et factum id homini si foret, manifestè terram siccaque quæ sunt omnia, eò magis sese continere, & sibiipsis magis affixa agglutinatáque esse, conspecta forent, quò inexistente humore spoliata magis sint. Quoniam ea præcipuè humore effluente dissolui disrumpíque apparent, quæ è terra & aqua sibi quidem ipsis appositis, at nequaquam in mediam communémque actis rem, sed in propria vtrisque seruatis natura, composita sunt, nequaquam verò quæ similaria & verè mixta Aristoteli sunt, quin eò magis hæc compingi quo humor ex ipsis effluat magis: siquidem illa at non certè & hæc etiam ab aqua contineri videri debuere. Præterea, quoniam vel illa non à calore quouis, sed à vehementi tantùm disrumpi, à moderato aotem magis compingi magisque constringi apparent. Nec verò id accidit, quòd languidior calor minus strenuè inexistentem humorem quam vehemens educat. Promptius enim hic quidem præsertim externis è partibus humorem extrahit omnem, at quòd tenuitate illæ omni spoliatæ summè crassescunt summéque durescoot, itaque caloris actioni aditum occludunt, internæ in propria propemodum dispositione seruantur: languidior verò, quòd paulatim lentéque agit, simul pene & externum & internum humorem attenuat educitque. Itaque serius quidem & vniuersa in quæ agit, summè & æquè tandem exsiccantur summéque compinguntur. Hæc ita cùm eueniant, quæ humore effluente dissoluuntur disrumpuntúrque, nequaquam propterea disrumpi putandum, quòd inexistente humore, à quo continebantur spoliata sint, sed quòd eodem ferè temporis momento multa in iis ingenita tenuitas, & quantæ simul præsertim consertimque & è constricta iã superficie erumpenti exitus non patet, quæ igitur sibi moliens compressionis impatiens ingenita tenuitas, quæ obstant, amolitur, disrumpitúrque omnia.

Quare quæ dissoluuotur, non præinexistentis humotis defectu, sed (quod terra ipsa pati videtur) à tenuitatis spiritúsque dudum ingeniti egressúmque sibi patefacientis impetu disrumpi liquidò patet. At verò minutissima frustula, in quæ dissoluta illa fuere, quibus nulla inesse humiditas Peripateticis videri potest (neque enim non ex iis etiam educat illam calor, quam è tota extraxit mole) optimè sese continere videntur. Vt vel ex iis conspicuum sit, siccum quod est, vt consistat, nulla humidi vllius opus habere admixtione: non siquidem idem & minutum appareat & humidum. Et quæ aqua infusa cõtinentur, nequaquam ab ea vt ab humidissima contineri contur te, qualis mixtionem effugiat præterlabatúrque omnem & nihil contineat omnino vnquam: sed propterea quibusdam infusa admisceor coitque iis aqua, & vnum iis facta, collæ glutinísque more ea continet, quòd non ad summam tenuitatem acta aqua, viscositatis non penitus est expers. Vera certè si sit Aristotelis ratio, & humidum consistentiam, & sese eotinendi vim sicco præbeat, vel contineatur omnino ab humido siccũ, summè humidum quod est id maximè agat. Itaque aër terram contineat maximè, cuius scilicet propria esse humiditas prima corpora componenti & constituentes ipsorum differentias inquirenti Aristoteli videtur, non aqua, cui frigus, vt propriam o aturam assignat. Neque enim, vbi sibiipsis commiscentur prima corpora, alias sumant naturas, & veluti proprij ingenij oblita, non iuxta proprias agant differentias, quod Aristoteli interdũ placet, aëris modò, modò aquæ humiditatem propriam esse asserenti, terum naturam suo arbitratu immutanti.

Nec verò vtriusque propria sit humiditas, vt Peripatetici complures seotiunt, quòd è binis eius conditionibus, altera illorum vterius sit, aëris videlicet, quòd aqua is tenuior & magis diffluens magísque dilabens, minus omnino consistere per se poteos, minus proprio termino contineatur, aquæ verò quòd magis alieno inhæreat: non enim æquè ac aër illum effugit, non æquè tenuis, nec æquè fluens dilabénsque, sed magis crassa & magis hærens. Siquidem quæ crassior est res, siccioe Peripateticis ponenda est, crassitiem siccitatis propriã esse ab Aristotele edoctis. Et humiditatis ratio ab Aristotele allata, id humidum magis esse declarat, quod magis diffluit, & promptius terminum quemuis & quáuis suscipit figuram, non quod magis alieno termino inhæreat, non effugiens illum, & parum diffluens, quod omnino non ægerrimè proprio termino contineri videtur, neque esse prorsus humidum. Vtrumque igitur, quod humidi proprium videtur, multò aër quàm aqua habet magis: nam & proprio termino minus continetur diffluens dilabénsque magis, & alienum quemuis multò promptius multóque suscipit facilius, multò aqua tenuior & minus etiam quàm aqua hærens minúsq́; repugnans. Ex quibus humiditatem perpetuò aëris propriam Peripatetici ponant, & aëri terram continendi vim, si ab humido continenda est vllo, attribuant oportet. Nec verò siccum, vt contineatur, humido quidem opus habere, at aqueo non aëreo (quod faciunt) dixerint, quòd aqua propter grauitatem descendat terræque hæreat, aër verò propter leuitatem tenuitatémque effugiat elabatúrque & mixtionem prætetlabatur. Nisi enim modum ipsi inueniant Peripatetici quo aër admixta delabatur, inque illis detineatur, & ignis amplius longè aere leuior longéque tenuior & promptius elabens, haudquaquam vel terram & aquam inalterent immuténtque, vel mixtum constituant vllum. Quoniam igitur ipsa sese & propriis viribus continere terra videtur, ad secundorum corporum compositionem nihil aqua indiget Aristoteles, Et quàm longissimè abest, vt quæ densa sunt duráque constitui queant, si vlla insit humiditas. Et quæ densantur durescúntque, propterea densantur duráque fiunt, quia humiditas ex iis elabitur omnis.

CAPVT XLIII.

Ad mixtorum compositionem, neque aerem afferendum esse, neque ignem.

AT moltò etiam minus ad mixtorum compositionem aër erat afferendus atque ignis, quãdo nec quid ille in terram agat, vel quo modo hic ad eam vsque delabatur docere nos potest. Vt enim detur Aristoteli, non dandum omnino, aliquas ignis partes à Solis motu commotas deturbatásque, deuolui quid & decidere: non quidẽ vt ad terram vsque delabantur dari potest, quippe quæ parum quid deuolutæ detrusæque ad ptoprium locom, & ad cognata redeant corpora, vel motum saltem sistant. Quinimò non ad terram vsqoe delabi modò illas oportet, sed ad maris fundum, & ad profundiores terræ partes, in quibus mixta fiunt longè plurima, & summo ea prædita calore, salsa, nitrosa, sulfurea, bituminosa. Non quidem eò vsque à solis cælique motu deiiciatur ignis, aut stellarum vi & virtute, vt Peripateticorum nonnulli opinantur, vel illarum etiam voluntate, quæ prima corpora in proprio veliot manere loco, & sibiipsis vnita ac seruari. Nec si secus velint, è propria sede propriáque vniuersitate abstrahatur ignis deotsúmque deooluatur, nequaquam stellarum voluntatis conscius, stupidus, brutúsque, nec si sciat parere etiam velit, neque enim corrumpi, tum neque delabi queat, nulla descendeodi donatus Aristoteli facultate, nec si ea detrudatur violentia, vt ad mare terrámque delatus motum sistere nequeat, sed ad maris fundum terræque ima veluti deiaculetur, eius nos latere qoeat descensus. Incommoda hæc vitare cupientes non desuere qui dicerent mixtorum, quæ assiduè fiunt, nequaquam è simplicibus constitui vllum, sed è præinexistentibus mixtis omnia. Itaque nullius ignis descensu opus esse, cum præexistẽtibus mixtis insit omnibus. At mala illa vitantes, alia subeunt, nihil fortasse illis minora.

Primùm enim maximè Aristoteli aduersantur, quæ elementorom distributiones & quæ transmutationes mixtionésque fiunt, ex illorum fieri vniuersitatibus, & mixtorum gratia elementa constituta esse statoenti. Tũ, si fieri illud nequit, nec fieri vnquam potuit nec factum fuit vnquam. Præterea, quoniam qui mixtis inest ignis ad proprium is locum, & ad propriam assiduè elabitur vniuersitatem, & à contrariis assiduè patitur, assiduè imminuitur, dubitandum non est, quin, nisi nouus assiduè ex eius defluat vniuersitate, deficiat is tandem, itaque & mixta nulla fiant amplius. Quasobres, quaodo nec modus reperiri potest vllus, quo aer atque ignis ad mixtorum constitutionem delabatur, & qui præinexistentibus mixtis inest ad nouorum generationem sufficere non potest, si è quatuor dictis corporibus sibiipsis commixtis entia reliqua constituenda sunt, aerem atq; ignem io penitioribus terræ partibus & sub maris etiam fundo à cæli motu assiduè generari, & ex iis mixta fieri, Peripatetici ponant oportet. Quod si faciant, vel si ad entium quorumuis constitutionem aër ignisque necessarij sunt, nequaquam qui terram ambit aër ignísq; qoi cælo subest, rerum omnium elementa, & quod (vti diximus) summè Aristoteli placet, mixtorum gratia constitoti, minúsque etiam prima corpora poni possunt, qui nihil ad mixtorum constitutionem afferant, & qoi vel Aristoteli ipsi è vaporibus fiant è terra eductis, at alterum Cælum ipsum, & ipse Sol, & sola ipsa alterum Terra, quæ scilicet in vapores à sole agitur Aristoteli, è quibus, & aquæ omnes, omnísque aër, & ignis etiam ipse, ac tandem entia alia quæuis Aristoteli constituuntur.

CAPVT XLIIII.

Simplicia, eorúmque naturas mixtis simul inesse non posse.

NEc verò, si modum Peripatetici inueniant, quo ad mixrorum compositionem, & aerem deferant, & ipsum etiam ignem, In tuto iam apertóqoe sint, sed alia incommoda, & aliæ illos excipient angustiæ, & quas longè euadant ægrius. Aliud illis & longè maios præstandum, & quod propriis ipsorum positionibus, & ipsi amplius repugnat aduersatúrque rerum naturæ Natoræ etenim summè inter sè contrariæ iungendæ, & in vno eodémque locandæ sunt subiecto: quæ propterea in primis sese mutuò assiduè oppognant, & è subiectis deturbant omnibus, quod in omnibus sese generare vehementer appetunt singulæ, & solæ occupare omnia, & qoæ in iisdem simul esse, nec possint, nec velint. Siquidem contrariis præditæ ingeniis, contrariisque gaudentes operationibus, subiectis etiam contrariis, & contrario modo dispositis gaudebunt, iísque singulæ, quæ propriæ ipsarũ naturæ, propriæque operationi apta sint. Nec contrariæ agentes naturæ iungendæ modò, sed inter se conciliandæ insuper, earúmque actiones sistendæ, coercendæque omnes, à propria scilicet natura, proprióque ingenio dimoueodæ. At age, propiùs rem intoeamur, & qoò veritas magis pateſiat magisque illustretur, eadem reperamus. Vbi, inquiunt, prima corpora mutuò io sese ita egerint, vt nullius naturas reliquas exuperet penitúsque deturbet, at sese mutuò omnes debilitaocrint, coeunt sibiipsis omnia, & ex omnibus sibiipsis commixtis aliud componitur ens, non simplex amplius, non scilicet ab vnica, sed mixtum, à naturis nimirum omnibos constiturum, & in qoo simul existant omnes. Nihil (quod maximè opus erat) explicat Aristoteles, cur in sese agere cessant naturæ agentes, & num actionem pertesæ ac pugnam, & sibiipsis singulæ timentes, sese mutuò oppugnare desistunt, & veluti fœdere inito, aut induciis factis, in eodem simul regnant subiecto.

Verùm, non huiusmodi earum est ingenium: sed singulas, qualesconque sint, siue integræ vigentésque, siue imminutę remissæque, & separatis inexistentes subiectis in oppositas assiduè agere, & ab actione cessare nonquam, ipsis in primis Peripateticis placet. Agens itaque quoduis in agendo patitor & ipsum, excepto primo. Inquit enim Aristoteles, Caussa, vt motus soluátur, est, quòd omne agens patitur etiam à patiente: vt quod secat bebetatur ab eo quod secatur quod calefacit refrigeratur à calesceote: deoique, quodcunque mooet, excepto primo, mutuò mouetur aliquo motu: verbi gratia quod pellit pellitur quodammodo, quod premit reprimitor. Vel summum scilicet expectans, & patiens etiã malum, penè & ad interitum acta natura agens quæuis seipsam non deserit tamen, nec proprij obliuiscitur ingenij, sed in oppositam agit semper. Qualiscunque facta seipsam seruandi atque amplificandi, nec appetitum nec studium deponit tameo, sed id agit semper sempérque id attendit, oppositam oppugnat, deturbat, & sese in illius generat sede. Quî igitur in eodem positæ subiecto qoiescant illæ, nec sese mutuò oppugnent & deturbent? Cur robustior vbi adest altera, qualis mixtis inest longè plurimis, & quæ in externas agit semper, sempérque illas deturbat, cootrariam simul inexistentem, quin sibiipsi penitos immixtam longè debiliorem, & victam iã, profligatamque subiecto in eodem esse sinat, quo solo potiri vehementer expetit. Cur itaque id potens, non inde illam deturbat, & sola ipsa ibi viget? Huc illuc ferantor Peripatetici, nunquam tamen rationem comminiscentur, qua contrarias agentes naturas coniungant, & in vnum agant, mutuámqoe earum actioem sistant. Vt certum sit, secunda entia non è primis sibiipsis commixtis composita esse, sed ab alterius exuperantis actione effecta. Illorum itaque singulis vnam eius naturam, & imminutam eam remissamque inesse. 4 de gen. ani. cap. 3.

CAPVT XLV.

Inde etiam intelligitur, secunda entia e quatuor primis corporibus simul inexistentibus non constare, & aquam

quam primum corpus non esse, quòd succi multi aqua frigidiores sunt.

ILLVD etiam certissimo argumento indicióque Peripateticis esse potest, secundis entibus prima omnia omnésque eorum naturas non inesse, & aquam primum corpus, & summo à frigore constitutam non esse, quòd succi lógè plurimi, & nequaquam aqua crassiores, quibus copiosius frigus indi queat, longè aqua frigidiores sunt, quos aqua etiam crassiores quid, at ex aqua ab igne aeréque passa, & igni aeríque immixta compositos, minus quàm aqua est frigidos esse oportebat. Nec verò (quod Peripateticorum multi faciũt) propterea id euenire dixerint, quòd aquæ frigus terræ siccitati commixtum robustius factum sit: siccitatem enim non caloris modò, sed frigoris etiã veluti limam esse, quæ vtriusque actionem mirum adiuuet in modum. Primùm enim eadem à re contrariarum naturarum actionem adiuuari existimare non licet. Nã quæ alterius robur virésque adauget, alterius eas actiones imminuat debilitétque oportet. Calorem ergo exacuens Peripateticis siccitas frigus ipsis obtundat: neque enim iis propterea caloris vires augere, & actionem adiuuare videtur siccitas, quòd crassior ipsa densiórque copiosiores illas suscipit, sed ipsa per se id facere vel maximè tenui inexistens rei. Nihil enim (vt dictum est) memores humiditati tenuitatem assignasse, & tenuitatem humiditati eaodem fecisse, ignem siccitate summa, & summa donant tenuitate. Nec alia ratione ignis aere robustius calefacit ipsis, nisi quod huius vis ab humiditate retunditur, illius verò à siccitate exacuitur. Incusandus præterea esset Aristoteles, si frigus exacuit siccitas, quòd summum illud humiditati, non siccitati copulauit, nec veluti ignem primò calidum, sic & terram primò frigidam posuerit. Nec verò aliam à frigore succis substantiam indat, quæ eos aqua reddat frigidiores, nam è Cælo, à quo solo emanare illa queat, calor modò Peripateticis delabitur, aliud nihil. Si igitur natura vlla mixtis superadditur, calor modò superadditur, qui inexistens frigus imminuat, non augeat & intendat.



BERNARDINI TELESII

Consentini,

DE RERVM NATVRA

iuxta propria principia,

Liber quartus.

CAPVT I.

SVMMA EORVM, QVAE HACTENVS SCRIPTA SVNT, ac in hoc commentario scribentur, Obliquam Solis lationem rerum efficientem causam Aristoteli esse.



CORPORA prima non quatuor, quot Aristoteli posita sunt, nec à quatuor agentibus naturis, sed duo tantum esse, & à duabus effecta esse naturis, & reliqua entia non è quatuor corporibus sibi ipsis commixtis, vt Aristoteli visum est, sed vna è terra à Sole immutata effecta esse omnia satis est vt existimamus in superioribus declaratum commétariis. Reliquum nunc est (quoniam Aristoteles ad entium constitutionem principia, qua formæ, & qua materiæ sunt, non satis esse opinans, efficiens itidem afferendum esse decernit, & obliquæ id solis lationis attribuit, & calorem, qui à sole ad nos aduenit, nequaquã à solis substantia emanare, sed ab eius reliquarúmque stellarum motu, quo sublunarem aerem commouent conterúntque fieri docet, & cælestes orbes non à propria natura, sed ab immotis motoribus illis inexistẽtibus moueri contendit longè in omnibus à nobis diuersus) vt singula hæc diligenter excutiamus.

2 de gener. te. 52, & sequent. Generabilium, inquit Aristoteles, entium principia iis quę in æternis & in primis numero æqualia & genere eadem: hoc enim vt materia, illud verò vt forma. Oportet autem & tertium etiam adesse: non enim sufficiunt ad generationem duo, quemadmodum neque in primis, sed tertium etiam esse oportet, à quo videlicet forma materiæ indatur, & à quo quod fit generetur ens, efficiens nimirum principiũ. Mox Platonis sententia, qui Ideis, eorumque etiam, qui materiæ illud assignabant, reiectis, Parmenidis (vt videtur) positionem demoliens, qui materiæ potentiis, calori frigoríque efficiendi causam attribueret: Neque ii rectè, inquit, dicunt, qui poten
tias corporibus tradunt, per quas generent: materiæ e- 53
nim est pati & moueri, mouere autem & facere alterius
potentiæ. Manifestum autem & in iis quæ arte & natura
generantur. Non enim aqua ipsa ex se ipsa animal facit,
neque lignum lectum, sed ars. Quocirca & id dicunt nõ
rectè propter hoc, & quoniam derelinquunt principalio- 54
rem causam, auferunt enim quod quid est esse, & formam. Amplius autem & potentias attribuunt corporibus, propter quas & generant valde instrumentaliter, auferentes eam causam, quæ secundum formam. Quoniã enim natum est, vt inquiunt, calidum quidem segregare, frigidum autem congregare, & aliorum vnúquodque hoc quidem facere, hoc autem pati, ex iis dicunt & per hæc omnia alia generari & corrumpi, videtur autẽ & ignis ipsum quod mouetur & patiens. Amplius autẽ,
& simile faciunt, quemadmodum siquis serræ & vnicui- 55
que instrumentorum attribuat causam eorum quæ fiunt. Necesse enim serra existente diuidi, & poliente leuigari, & in aliis eodem modo. Quare si quàm maximè agit & mouet ignis, sed quo pacto mouet non animaduertunt, quoniam deterius quam instrumenta. A nobis autẽ
vniuersaliter & prius dictum est de causis, & nunc de- 55
terminatum est de materia & de forma. Amplius autem quoniam ostensum est, motum secundum lationem æternum esse, necesse est his existentibus & generationem esse continuè. Latio enim generationem faceret incessanter, eò quòd adducat & abducat generatiuum, &c.

Capvt II.

Efficientem rerum causam perperam inquisitam, & perperam abliqua Solis lationi assignatam.

SI secundorum entium vllum actiooem operationémve edat vllam, quæ calori frigoríque (primorom scilicet corporum) naturis attribui non possit, & quæquæ edont entia alia ab illis substantia donata esse oporteat, vel si illorum vllum tale appareat, vt è primis sibiipsis commixtis mutuúque à seipsis immutatis compositum videri non possit, rectè alia à dictis naturis efficiens eorum caussa Aristot. inquisita, & rectè Soli ea attributa sit, si actiones operationésve, quas illa edunt, & quæ calori frigoríque attribui noo possint, Solis eas proprias & Soli omnino similia dicta entia intuitus sit Aristoteles, siqoidem quæ ab aliis fiuot & ab aliis generantur res, naturas eæ facultatésque & species, quas illa à quibus genita sunt effectáque habent, sortitæ sint omnes, & generantibus efficientibúsque similes sint cognatæque, summè est necessarium. Quoniam verò, vt in primo declaratum est commentario, vel supremæ nobilissimorum entium operationes, sensus motúsque, caloris vterque & frigoris etiam alter proprius est, & nulla prorsus secundorum vlli eonditio inest, quæ primorum cuipiam oon insit, sed ens quoduis è primis sibiipsis immixtis compositum Aristoteli est, non aliud ei à primis eorúmque naturis agens secundorum principium inquirendum foit. Et siquidem, quòd quædam intueretur, quæ ab entibus, è quibus fiunt, eorúmque naturis fieri posse existimare nõ licet, benè ab iis dissideotia, & longè iis præstantiora, nobilioráque, & rerum tito qoæ arte fiunt, ita & naturalium efficientiam non materiæ è qua fiunt ioexistentibúsve natutis, sed externo principio tribuendum visum foret, quod longè illis præstantius diuiniúsque, & illis fortè, vt organis vsum, generandis formis propria subiecta concinnaret, & ipsas etiam ex iis educeret formas, seu propriis eas generaret viribus, & à quo plantæ & animalia, quæ oon à simili neque vniuoco, sed sponte fiunt, fiereot omnia, non certè io Sole id, & in obliqua eius latione ponendum Aristoteli erat, cui quę fiunt entia, à simili atque vniuoco fieri omnia maximè placet.

Et Sol penitus diuersa à nostrorum entium, & subluoarium omnium natura donatus, & quæ generare videtur, non propriis ea viribus, sed veluti ex accidente quodam, & ignem Aristot. aërémqoe conterens accendénsque, & illorum partes detrudens, generat. Et obliqua latio non aliud agit quicquam, sed tantùm vt Sol magis minúsque directus fiat præstat. Quòd si ens aliud nullum, cui rerum omnium efficieotia, & animalium plantatúmque sponte enascentiom generatio assignari posset, & à Sole omnia generari intuenti, Soli vtraque necessariò attribuenda visa foret, non certè diuersa is à sublunaribus natura, sed eorum aliis contraria, eadem aliis, & calore omoino donandus erat, quẽ assiduè effundit, & à quo vno Terra, è qua manifestè entia fiunt omnia, immutari exuperaríque potest, & immutari exuperaríque videtur. Et calidus Aristot. visus si foret Sol, vtique simile atque vniuocum entium omniũ principium, à quali Antiquioribus omnibus, & ipsi io primis, omnia effici summopere placet, & Solem id esse, liquidò conspectum foret. Quandoquidem nostra entia omnia, si non æquè Soli calida, tenuia, candida, mobilia, at calida certè sunt omnia, & non mollia modò liquidáque & mediis affecta coloribus, sed vel bene densa & nigra quæ sunt, longè à terra amplius quàm à Sole absunt, & quæ reliqoa entia immensa quadam magnitudine exuperant, aquæ scilicet, vaporésque satis tenues albique & satis insuper hi mobiles, illæ, si nullos eduot motus, at motu gaudent & seruantur, & aoimalia nihilóque quæ sponte quàm quæ à simili atque voiuoco fiunt, bene omnia calida & bene molli omnia & albo vt plurimum corpore, benéque omnia mobilia. E terra nimirum omnia fiunt, at propriis conditionibus penitus spoliata omoibus, & in eas quæ Solis fiunt, vel in proximaa actis. Quod dictum scilicet est, calidum Aristoteli ponenti Solem, entia omnia à simili atque vniuoco principio constituta esse, & Solem id esse, at non omnia integris ipsius conditionibus donata esse, quòd terram ille nondum iu omoibus penitus exuperarit. At, vnde digressi sumus, redeamus.

Capvt III.

Agentis rerum principii conditiones non rectè Aristoteli conspectas esse: & duplex illud, Solem alterum, alterum vero necessariò terram ponendum.

AGens rerum principium æternum impatibiléque, & quod veluti arte, ratione & mensura omoioo quadam vtatur Aristoteli visum quòd sit, nihil incusandus videri potest. Siquidem entium generatio nunquam cessare, & quæ fiunt certo ordine certáque mensura & certis temporibus fieri videntur. Minus etiam, quòd accedentem Solem rerum omnium generationem statuat, & quòd ens inquirat accedenti Soli contrarium, à quo quæ ab accedente illo fiunt corrumpaotur & destruantur. Etenim à Sole omnia fieri, & ab accedente longè plurima longéque pulcherrima, & quæ effecta sunt veluti vires sumere videntur. At verò quoniam quæ generantur entia assiduè ea corrumpuntur, & (vt dictum est) naturæ iis inexistenti natura, à qua effecta suot, eadem planè est, & agentes qoæ suot naturæ, eæ vt agere vnquam cessent, proprias nimirum vires, & seipsas vt reprimant cohibeántque, & non tantum assiduè agant, quantum queant, sed agendi vim remittant, & quapiam agant mẽsura intelligere oon licet, vtique efficiens entium caussa sui natura, & patibilis sit, & temerè effusisque vsquequaque agat viribus oportet. Quod igitur nunquam patiatur, & quòd ratione mensuráque agat agens principium, non ipsius id naturæ donandum Aristoteli fuit, sed modus indagandus, quo patibile cùm sit, & temerè vsquequaque agat, nunqnam tamen immutetur, & mẽsura agat & agere ioterdum cesset. Tum præterea, qooniam (vt dictum est) non alia Solis conditio, sed calor modò ad subluoaria aduenit, & perpetuò is, vel si languidior à magis obliquo illo facto, & quæ à Sole fiunt, ea noo ab alia eius conditione, sed à calore fiunt omnia, & quæ à calore fiunt, à frigore destruenda, & frigido ex eote efficienda Aristoteli suot, frigidum vtique ens, & quod verè Soli contrarium esset oppositúmque, & è quo à Sole immutato quæ fiunt, fiant omnia, inuenieodum erat.

Hæc ratiocioanti, & ipsas intoenti Arist. res, siquidẽ quæ fiunt oĩa corrũpuntur & quę corrũpuntur à cootrario & in contrariũ corrũpũtur, & generationi interitus contrarius est, & contrariorum contrarias esse oportet causas, duplex agens principiom, quale necessariò ponendum est, ooo obliquæ Solis lationi, sed Soli alterũ, alterum verò terræ assignandum Aristoteli visum foret. Neque enim (qualia agentia rerum priocipia oportere esse decernit Aristoteles) obliquus Sol sibiipsi directo contrarius videri potest, nec quantumuis obliquo facto frigus, à quo quæ à calore constituta sunt, perdenda Aristoteli sunt omnia, vllum vsquam, sed vt dictum est, lãguidior quidem, & calor certè aduenit. Terra verò maximè Soli contraria est, & vbi abest vel obliquus fit Sol, summum ab ea emanat frigus, & quod, nisi ab adueniente accedentéque Sole reprimatur, quæ ab eo effecta fuerant, perdat tandem omnia: & manifestè quæ à Sole fiunt, ex illa fiunt omnia. Quapropter non artifex indagandus Aristoteli erat vllus, qui caloris frigorísque modereretur vim, eorúmque actionem veluti dirigat, scilicet ad rerum constitutionem oporteat, eorum vires augeat reprimátve, aut sistat etiam eorum denique im-

1. de gen. tex. 37.

immutet naturam. Vetumenimuero Dei optim. Maxim. sapientia admiranda etar & suspicienda, qua cùm principiorum alterum longè altero robustius, & quòd si iisdem perpetuò agat viribus penitus tandem perdat alterum, constiturum foret, nihil eiua natura immutata, vel viribua repressis vnquam, sed diuersis modò attributis motibua, quorum altero veluti per vices & æquali tempore occultetur, altero verò vel dum conspicuus est, modò directus, obliquus modò, modò scilicet robustior, modò verò languidior fieret, nunquam ab eo corrumparur alterum, & effusis vsquequaque eum agat viribus, ratione tamen & mensura agat, prouisum est.

Capvt IIII.

Salem accedentem generationis causam non esse, nec recedentem corruptionis, vt Aristoteli placet.

ET vt ad Solem redeamus, ea etiam ratione nec generationis accedena ipse, nec corruptionis recedens causa erit, quòd non ibi generat maximè vbi maximè directus fit, & in singulis amplius terris non magis vbi magis accedit, at vel in valde Borealibua nihil vbi bene proximus factus est, non id modò in meridionalibus, sed corrumpit etiã, quæ hybernus ipse constituit vernúsque: & quò magis recedit eò etiam generat magis, non quidem omnia, sed animalia plantásque, de quibus, vt videtur, sermo est. Summis nimirùm diuturnísque viribus & in crassissimam agens Sol terram, in quoaeam agit fluores, priusquam ex ea effluant, in summam agit tenuitatem. Itaque quibus in terris diu directus, vel directo proximus imminet Sol, quæ in temperatis & humidioribus ampliua molliorbúsque passim fiunt regionibus, perraræ enascuntur plantæ, perratáque constituuntur animalia, & perraræ etiam emanant aquæ. Nec verò huiusmodi æquinoctialis appareat plaga, quasi enim recta ad punctum verticia illi accedens, & quasi recta ab illo recedens Sol, & motu longè velocissimo diurnum conficiens gyrum, breui illam directo vrit aspectu. Æstas itaque ibi breuissima, & breuissimi etiam æstiui dies, & noctes nihil diebus vnquam breuiores longéque frigidissimæ, æstiuæ præsertim, à terræ vmbra factæ longè latissima. Vt enim diurnus Sol in puncto verticis, sic in opposito nocturnus fit. Temperata igitur & beata æquinoctialis plaga. Et qui illam incolunt, nihil optimis deteriores videri possunt: si cæli inæqualitaa & à diurno æstu ad nocturnum frigus transitus nihil illos oblædat. At quæ non longè ab illa abest, & quæ quasi media est inter Æquinoctialem Tropicósque à Sole diutissimè immorante exusta est maximè, tardius diurnum conficiente motum, & iam diu parum à puncto verticis remoto, dum scilicet ab Æquinoctiali ad Tropicum, & à Tropico ad æquinoctialem retrosertur, & à breuioribus, nec æquè frigidis minus refrigerata est noctibus.

Arent igitur squallêntque vltro Tropicum omnia. Et hominum ibi degentium corpora, quòd quæ assiduè in iis generatur tenuitas, statim eam violenter ambiens educit calor, nigra omnia & distorta. Etiam spiritus, quia è crassissimo eductus est sanguine, tenuior est, quàm vt rectè intelligat: & nequaquam purus est, sed multæ ei immixtæ sunt fuliginea: & prauè efformatis inhabitans in ventriculis prauè ratiocinatur. Quòd si vspiam secus euenire apparet, & quæ Æquinoctiali subiacet terra magis quam quæ inter illam Tropicósque veluti media est feruet, id non maioris Solis directioni, sed æquinoctialis terræ densitati, & huius laxitati tribuendum videtur: nam terræ dispositionis ratione summum & discrimen multóque maiorem calorem in densa quàm in laxa fieri & sequens manifestabit sermo, & sensus etiam ipse declarat: vel eodem enim sub sole vehementissimus in illa, in hac verò moderatissimus fit calor. At climatis certè ratione, vt dictum est, ita esse vtramque, & dictæ rationes & sensus etiam manifestat: talis enim vt plurimum vtraque apparet. Sed ad propositum reuertamur. Si inquam accedens generat corrumpítque recedena Sol, intelligere non licet, cur in multorum generatione multis opus sit accessibus & recessibus etiam multis, qui iuxta Aristotelis placita accessibus contrarij horum opera demoliantur corrumpántque, non (quod euenit) feruent ea augeántque. Præterea nequaquam æquali in tempore generatio fieri videtur & corruptio, non scilicet vigorem summum adipisci animalia & ad occasum declinare, quod Aristoteli placet, & placeat necesse est, si positionem tueri velit: neque enim qui trigesimum attigere homines annum vllas amplius vires acquirere videri possunt, prudentiores etiam facti magísque moderati, rerum vsu edocti emollitique. Quamobrem nec generationis causa accedenti Soli, nec corruptionis recedentis attribui potest. Vt nec quæ formæ rationem habent principia, nec quæ efficiendi rectè indagarit, nec primorum corporum numerum aut naturam, nec reliqua rectè ex iis constituerit Aristoteles.

Capvt V.

Num cælum vniuersum, & ipse in primis Sol à propria substantia calefaciat, & moueatur, an aerem commouens calorem faciat, & ab immotis motoribus commoueatur, inquirendum, vel satis declaratum.

QVod reliquum est, num caloris capers cælum sublunari commouens conterénsque calorem generet, & num non à propria moueatur substantia, sed ab immotis motoribus, intueamur, & si superfluum vtrunque videri potest. Quãdo enim summè immobili, atque immotæ terræ summè mobile, sempérque motum cælum summè contrarium visum est oppositúmque, sublunari verò aëri quã simillimum, quin idem prorsus, nequaquam à sublunaribus diuersæ naturæ erit, nec caloris omnino incapax, at longè calidissimum, cuiusmodi ipso percipitur sensu, quódque igitur perpetuò moueatur, quòd motus propria est naturalísque ipsiua operatio: qua & seruatur & oblectatur cælum, & à qua si cesset vnquam, & esse etiam cesset, veluti & noster ignis quiuis cognatus illi similísque. At modus tamen, quo calorem à cælo fieri, & quo etiam moueri Aristoteles docet, exponatur excutiatúrque. Fortasse enim nec calorem a cælo fieri, nec ipsum moueri posse cælum, nisi calidum propriaque mobile sit natura intuiti Peripatetici, propriam cælo naturam propriasque tandem aliquando restituant vires.

Capvt VI.

Stellæ omnes, & ipse in primis Sol aerem conterens calorem gignit Aristot.

STellarvm substantiam inquirens Aristoteles, rationi (inquit) maximè congruum est, & iis quæ dicta sunt consentaneum, stellas singulas eo è corpore constare, cui veluti infixæ sunt, & qui cum circumuoluuntur. Quoniam verò (quòd stellæ reliquæ, & ipse in primis facit Sol) non & cælum itidem vniuersum calorem, lucémque emitrit, itaque suspicari poterat quis, non eadem, qua stellæ, cælum itidem donatum esse natura, veluti id obiicienti respondens, Vel si (inquit) nullus reliquo à cælo calor, nullàque aduenit lux, non propterea non eo è corpore stel- [2. de cæl. tex. 41] [Tex. 42]

las constare existimare licet, cui penitus inhærent, & qua cum iisdem perpetuo commouetur motibus: qui enim calor & quæ à sole emanat lux, nequaquã à sole emanat. Sed & calor, inquit, & lux in aere fit à stellarum latione contrito: motus enim lingna, lapides, & ferrũ ignire aptus est, rationabilius igitur id quod igni propinquius est, propinquior autem est aër, veluti & in iis quæ feruntur sagittis: hæ enim & ipsæ sic igniuntur, vt plumbei earum mucrones colliquescant. Et quoniam hæ igniuntur, necesse est eum, qui in ipsarum circuitu est, aerem hoc idem pati, hæ igitur ipsæ incalescunt, quia in aëre feruntur, qui ob plagam motu ignis fit. Eorum autem, quæ sursum sunt, vnumquódque in sphæra fertur, vt ipsa quidem non igniantur, aerem autem, cum sub corporis circulariter moti sphæra sit, necesse est cùm illa fertur incalescere, & hac maximè qua Sol extat infixus. Quapropter exoriente ipso, & appropinquante, & super nos existente, generatur calor. 1. Me. cap. 4

Et alibi, Motionem, inquit, secernendi, incendendíq; aëris facultate præditã videmus, vt ea etiam quæ feruntur liquati sæpè conspiciamus. Itaque vna solis motio tepori calorique afferendo est satis, incitatam enim esse oportet, & non procul distare. At quæ quidem stellarum est, velox sanè est, sed procul abest, quæ verò lunę, inferior quidem est, sed tarda: Solis autem motio satis vtrumque habet. Portò calorem vnà cum Sole excitari, rationi consonum esse intelligimus ex iis quæ apud nos fiunt similitudine sumpta: nam & hic si quædam vi ferantur, proximus aer primùm incalescit. Idq; recta euenit ratione, quandoquidem rei solidæ motus aërem maximè secernit. Partim itaque hanc ob causam ad hunc locum calor perducitur, partim quòd ignis aërem ambiens motione sæpius diuellatur, & vi deorsum feratur. Calor itaque, qui à cælo fit, non ab vniuerso cælo sublunarem aerem secum circumuoluente fieri Aristoteli videtur; nec videri potest: perpetuò enim cum cælo ille circumuoluitur, calor verò non perpetuò, at ibi tantùm fit, vbi Sol adest, directúsque is insuper vel non valde à directo differens, sed à stellis aerem conterentibus & ignem insuper diuellentibus, & segregatas eius partes deorsum detrudentibus & veluti deiaculantibus, quæ enim conteruntur ea igniri omnia videntur. Deorsum ad aerem terras ambientem delatus ignis, summè illum calefaciat atque accendat necesse est. Hæc verò non ab vniuerso cælo fieri posse Aristoteli videntur, neque enim summè tenuè molléque, & nihil renitens conterere diuelleréque & detrudere queat, sed à densis tantùm eius partibus, à stellis nimirum omnibus, & à sole præcipuè, quippe qui & luna multò velocius feratur, longèque quam inerrantes stellæ proximior nobis est: & qui fortè non magnitudine tantùm, sed densitate etiam reliquas exuperet, qui denique, quæ ad conterendum conferant, multò quàm stellæ reliquæ ampliora sortitus sit omnia.

Capvt VII.

Aerem à Sole nullo pacto conteri posse.

Recte quidem Aristoteles eorum quę apud nos fiunt similitudine sumpta, quomodo aer à sole incalescat inquirit. Neque enim alia ratione intelligere licet quid, sed quæ intelliguntur ex eorum similitudine intelligantur oportet omnia quæ sensu percepta sunt. Vt igitur incalescat ne à Sole aer, propterea quòd ab eo conteratur, manifestum fiat, qualia sint quæ apud nos cõtrita incalescunt, & quid à conterente passa incalescunt, contriti nimirũ dispositio & conterentis actio motúsque inspiciendus est. Et si quidem huiusmodi sit aer qualia quæ conteruntur, eóque à sole pati modo, quo illa à conterente pati visa sint, & aer à sole calidus fieri, quòd ab eo conteratur videri poterit. At si vel non talis aer, qualia illa, vel non eo à sole pati modo appareat, minimè Aristoteli credendum, & multò etiam minus, si vtrumque. Quæ apud nos contrita incalescunt densa ea sunt duráque, & stabilia insuper firmáque, ferienti scilicet renituntur, & ictum plagámque eadem sui parte, & multam illam assiduámque excipiunt ac sustinent. Nam quæ ferienti cedunt & plagam effugiunt, vel quæ semel tantum eadem sui parte feriuntur, contritu calere illa minimè videntur, quæ nimirum neque conteruntur. Et quæ conterunt, & propterea calorẽ iis quæ conterũt indunt, nequaquam vbi nihil illa contingunt, quocunque ferantur motu, id agunt, quin neque vbi contingunt quidem illa commouéntque, sed non in illa inferuntur nec percutiunt omnino illa diuerberántque, sed circum illa voluuntur & circumaguntur, nihil ea comprimentia ferientiáque, sed ibi tantum vbi ictus plagásque inserunt, & multas crebrásque. Horum vbi quid nõ fit, vel si diuidant illa secéntque, calorem tamen non indunt: neque enim plaga vnica, nec plures, si spacio interiecto inferantur, calorem inserre videntur. Perexiguus enim qui à plaga vna factus est calor, prius quàm altera incutiatur, perit elabitúrve.

Quod igitur dictum est, quæ contrita incalescunt, plagas multas frequentésque excipiunt sustinéntque: & quæ conterunt, non contingunt modò illa, sed diu frequentérque & magno impetu magnáque vi comprimunt. Sublunaris itaque aer, si propterea Sole incalescant, quòd ab eo conteratur, vniuersus conuerbereture percutiatúrque, & diu id assiduéque oportet, & vt ipse ferienti percutientíque Soli minimè cedat, sed renitatur, ictus omnino excipiat sustineátque: quorum neutrum euenire apparet. Siquidem Sol non modò aërem non diuerberat, sed quàm longissimè abest vt eum contingat. Et aër vel angusta in re inclusus, & quantumuis contusus conuerberatúsque, calorem tamen assumit nullum: qui nimirum, si quidem à ferientis celeritate præuentus plagam ipse non præuenit effugitque, at idem nunquam ab altera percutitur, sed qui semel percussus est elabitur aliusque eius locum occupat, vt nunquam idem remanens, nunquam bis idem feriatur. Eò itaque minus aperto ipse liberóque existens in loco, vt ne, si per ipsum feratur Sol, ita ab eo conteri posse videri possit, vt ob contritionem incalescat siquidem ab eius celeritate præuentus, at nunquam bis idem percussus: qui si ob plagas calorem assumpturus sit, simul vniuersus diúque conuerberetur oportet. Nullo igitur pacto calorem aeri indit Sol, quòd illum conterat diuerberétque.

Superest videre, num ignis partes detrudat & ad nos vsque eas deiaculetur, & hoc pacto aërem accendat. At & ipsum eorum quæ apud nos fiunt similitudine penitus falsum est: quæ enim ab aliquo impelluntur ab eo omnia impelli apparent, quòd ea contingat, & quòd & ipsum eam in partem feratur in quam impulsio fit. Nihil itaque ignem contingens sol, & circulo ipse delatus qui ignem deorsum deiaculetur, ne imaginari quidem licet. Vt nimium propriarum positionum amator sit Aristoteles, qui modò ne cælum igneum fateatur, calorem qui a Sole fit modo rationéque fieri ponat, quæ non modò manifestè falsa sit vanáque, sed quæ nulla concipi imaginatione queat. Et qui illum sequuntur, veluti præstigiis capti sunt: quippè qui eius decretorum absurditatem plerúmque intuiti, ea tamen veluti numinis alicuius ore prolata venerantur, & vt vera omnino esse declarent, absurda & ipsi quæuis, & impossibilia afferre nihil verentur. Vel ad vnum itaque omnes, nihil locali motu à non contingente rẽ moueri posse & videntes & prædicantes, sublunarem tamen aerem, quoniam ita Aristoteli visum est, à Sole quàm longissimè ab eo amoto, intermediis orbibus tot tantísque nihil contritis vnquam, conteri posse contendũt, & illorum principes modũ quo id fiat afferunt, nõ aliis modò sed vel ipsis qui illũ cõmenti sunt falsum vanúmq;. Age verò singuli explicentur excutientúrque: manife-

manifestè enim ex iis non veritatis, sed Aristotelis decretorum amatores cultoresque videri poterunt.

Capvt VIII.

Modi, quibus Aphrodisiæus atque Auerroes aerem a Sole conteri ponunt, exponuntur destruunturque.

1. Meteo. Com.17. EO (inquit Aphrodisiæus) modo eaque ratione sublunarem aerem nihil eum contingens Sol conterit, qua torpedo in retibus deprehensa piscatorum manibus torporem infert, nihil eo retia ipsa afficiens. At hoc aliorum nulli placet, nec placere prorsus potest. Primum enim qualitas nulla, nec qualitatis vllius actio in rem transuolare potest quam non contingit, nihil interea intermediis cõmunicata & illorum propria facta. Quomodo enim iis hæreat, vel sit in iis, in quæ non egit, & in quibus seipsam non indidit genuitque? aut qui ex iis agat, in quibus nulla prorsus est. Nec vllum dubium esse potest, quin torpedinis actio, qua piscatorum manus torpent, retibus prius communicata sit atque infixa, & si nihil ipsa torpere videantur, veluti nec si succis perfundantur, qui animalibus somnos faciunt, quin madefacta iis sint, quamuis non dormiant. Quæ sopiri torperéve vis, sopiri torperéve apta sint oportet, tantúmque insuper patiantur, quantum vt singula sopiantur torpeántve necesse est. Si igitur non & retia veluti piscatorum manus torpent, inde est quòd vel torpere inepta sunt, vel quòd vt torpeant magis pati oportuit, non quòd actio quæ piscatorum manibus torporem intulit ipsis non sit prius communicata infixaque. At neque, si detur Aphrodisiæo, incorporeæ qualitatis actionem & qualitatem ipsam ad remotum quid transuolare media nihil afficiens, nec illis quicquam communicata, vt contritio etiam, penitus scilicet corporea passio, & quæ nihil aliud sit prorsus nisi durioris corporis in mollius impressio, & mollioris cessio dissipatióque, in sublunari aere à remotissimo Sole fiat, intermediis orbibus nihil contritis, dari certè nullo modo potest, quin maius omnino videtur, quàm vt humano animo concipi queat.

Et ipse itaque Aphrodisiæus neque torpedinis exemplo contentus, neque in iis quæ ab Aristotele acceperat acquiescere potens, & rei cedens difficultati, Fortè, inquit, non impatibile diuinum corpus, neque enim inalterabile ipsum demõstrauit, cùm tamen id proposuisset, sed non genitum quidem atque incorruptibile, & incrementi insuper incapax at inalterabile non similiter. Et solet Aristoteles non simpliciter impatibile diuinum corpus asserere, sed à molestia tantùm ad mortem compellente: ab huiusmodi enim passionibus impatibile est cæleste corpus ac diuinum. Sunt autem huiusmodi passiones, quæ fiunt iuxta mutationem quæ est secundum formam substantiamque, cuius mutationis passionisque immunia sunt diuina, at non propterea passionis omnis, nam & motus passio quædam quam suscipiunt. Quin & si alienam lucem suscipere passio est, & luna quid à Sole patietur ab eo illustrata. Nihil igitur absurdum & à Solis motu cæli partem ei proximam passam, non ita tamen vt secundum formam substantiámque immutetur, ignescere & per hanc subiecto corpori passionem subministrari, vt & ipsum ignescat, cùm præsertim diuinum corpus Soli suppositum non sit æquè purum syncerúmque, vt ipse etiam affirmat Aristoteles: tale autem quod est, à seipso differt, &c.

Per quæ videtur Aphrodisiæus minimè quidẽ reformidare, cælum calefieri à motu fateri, sed illud abhorrere, ne scilicet corrumpi etiam ipsum fateri cogatur, corruptiuam nimirùm pati passionem.

Vehementer certè incusandus Aphrodisiæus, qui calorem è cælo ipso emanare intuitus, proprium ei dare reformidarit, alienum dederit libens, à quo nihil minus quàm à proprio corrumpatur, fortè & magis. Neque enim calidum si sit cælum, ne corrumpatur periculum imminet vllum, nulla ibi nec vsquam contraria cùm adsit natura, à qua summus ipsius calor exuperari queat. Neque igitur Aristoteles propterea calorem cælo abnegat, quod calidum si sit corruptioni obnoxium sit, sed ne reliqua ipsum corrumpat omnia omniáque ignis fiant. At non si alia præditum natura, quæcunque ea sit, calorem à motu assumat vllum, qui assiduè auctus & robustior factus assiduè, è cælo tandem naturam, quæcunque inexistat, deturbet, & ipse illud occupet solus. Calorem itaque alienum cælo tribuens Aphrodisiæus, nihil quidem (vt videtur) eius corruptionis periculum vitat, nec modum tamen explicat, quo calorem non calidus faciat Sol: quando quomodo suppositos orbes conterat aut commoueat omnino (quod maximè opus erat) nihil declarat. Etenim suo immersos orbi sol, ab eóque delatus, & in puncto tantùm suppositos contingens, quo illos modo vel cõterat ipse vel commoueat intueri quis potest? Et si enim à superioribus, vt aiunt, rapiantur inferiores, soli orbes suppositi, non ab eius corpore, sed ab vniuerso eius orbe rapientur. Nihil igitur Soli supposita pars, quàm reliquæ, calefiat magis, nihil commota amplius. Omnia demum rimanti Alexandro exitus patuit nullus, nulla excogitari potuit ratio, qua calor à non calido fieret Sole.

Sequitur Auerroes. At is nihil à non contingente locali motu moueri posse, intermedio corpore non commoto, prædicans, & aerem omnino à stella, à qua non contingatur, moueri planè pernegans, ne tamen (quod summum scelus Peripatetici ducunt) Aristotelis positionum desertor videatur, minimè quidem, inquit, Sol ipse aerem conterit, at vires tamen & quasi robur suppositæ orbium parti subministrat, & veluti densitatem communicat. Quæ non propria tantùm vi, & extranea sui parte qua aerem contingit agens, sed cùm vniuerso superposito cælo, & cùm maximo ac densissimo Sole robustius agat, & vi aerem conterat maiore, veluti Solis densitatis facta particeps. Malum scilicet, & ipse malo medetur, & figmenta figmentis fulcit. Mitto enim quòd, quoniam nihil aerem comprimit cælum, sed circa eum voluitur, nullàque vel huius, vel illius superficiei, qua sese mutuò contingunt, pars prominet quicquam, inque alterum extenditur, alterique infigitur, quod quibus euenit, vel si bene distincta, diuersaque ea sint, at veluti vnum facta, alterum alterius motum sectetur oportet, sed summè vtraque læuis, summéque æquabilis pacto nullo à cælo quantumuis rapido commoto motu conteri, aut commoueri aer potest: siquidem, quæ conteruntur, comprimi ea à conterentibus necesse est, & quæ commouentur ab iis omnia commoueri apparent, & ab iis commoueri modò possunt, quæ in illorum loca feruntur, & illorum occupant loca. At vt aerem commoueat, & conterat etiam circulo actum cælum, vel si vniuersum ea donetur densitate, qua præditus Sol Peripateticis videtur, nihilò tamen robustius conterat. Quæ enim conterunt, vbi ita densa sunt, duráque, vt iis, quæ conteruntur, nihil cedant, nihilque ab iis inflectantur, quæ cælum ab aere pati Peripateticis minimè videtur, quantumuis densiora fiant, durioráque, nihil tamen propterea magis conterent. Tum densitas nequaquam agentium more naturarum seipsam proximis communicat, & propriam iis naturam, propriásque indit vires, sed id modò agit, pondus nimirum quibus superponitur addit. Quæ igitur comprimunt, densis superiectis rebus, grauiora fiunt, magísque comprimunt.

At hoc grauitatis incapax, & circulo actum cælum, à minimè graui, & circumuoluto Sole habere minimè potest. Modi igitur, quibus aerem à Sole conteri posse asserunt, absurdi omnes. Nec tamen propterea tarditatis, sed nimiæ fortè confidentiæ incusandi sunt, qui, quod fieri non potest prorsus, id hominibus persuadere sperent, & fieri contendant.

Capvt IX.

Calorem à Sole aerem conterente non fieri, quòd si ita fiat, nulla eius diuersitatis causa reddi possit. Itaque à Solis substantia & à Solis luce fieri statuendum esse, à qua manifestè fieri sentitur.



VONSAM modus, vt visum est, reperiri nullus potest, quo aërem conterat Sol, nihil amplius declarandum videri potest, Solem non propterea calorem facere quòd aërem conterat, sed quòd verè calidus ipse atque igneus sit. At si magis manifestandum id est: ex iis quæ caloti eueniunt, è caloris nimirum diuersitate quæ quidem summa est, manifestari optimè potest. Quoniam autem non semper idem fit calor, sed longè is diuersissimus, eius diuersitatis caussa omnibus quidem reddenda est, & iis credendum solis qui illam reddant, iuxta quorum positiones eum fieri oporteat calorem qui fieri assiduè percipitur. Eæ enim tantùm retinendæ positiones seruandæque, quibus quæ eueniunt congruunt aptáque sunt omnia: quibus ea non quadrant conueniúntque, dimittendæ omnino demoliendæque. Caloris discrimina, quorum ratio reddenda est, vel nulli ignota, ante oculos tamen ea ponere graue molestúmque ne sit. Rectè namque conspecta magnam diiudicandi facultatem præbebunt. Calor in Meridionalibus terris longè quàm in Borealibus, & per æstatem quàm per hyemem, & Sole medium cælum tenente quàm vel exoriente, vel occidente: vbi scilicet magis directus fit Sol, ibi robustior fieri videtur calor. Et in aëre etiam crassiore quàm in tenuiore, & in planis atque humilibus terris magis viget quàm in accliuibus editisque, & in concauis quàm in planis, & in constrictis densisque quàm in apertis laxisque, & in æquabili tranquilloque mari magis quàm in fluctuante eo agitatoque. Magnus etiam est in lacubus, staguisque & summus, vbi densum quid & quòd lux meare minimè possit, luci opponitur, eóque amplius, si id læue sit tersumque & concauum, & nihilò fortè minus, vbi densa quædam conuexáque pertransit lux.

Discriminum horum omnium caussa omnibus reddenda est, & singulis iuxta proprias positiones: Peripateticis quidem, quibus calorem à Sole aërem conterente fieri placet, ibi magis aërem conteri, vbi maior fit calor, nobis verò, quibus lux illum facere videtur, ibi robustiorem eum esse, vel copiosiorem, vbi copiosior fit lux. At quàm longissimè Peripatetici absunt, id præstare vt possint. Etenim cùm perpetuò æquè à terris omnibus absit Sol (nisi fortè, vt Mathematicorum optimis placet, æstate sublimior fiat) & eadem perpetuò velocitate circumuoluatur, nequaquam vel crassiorem aërem, proindéque repugnantem magis quàm tenuiorem, vel in Meridionalibus illum terris magis quàm in Borealibus, vel æstiuus ipse magis quàm hybernus, vel medium cæli tenens magis quàm eius extrema, neque terris illum planis humilibúsque adiacentem magis, quàm accliuibus, editísque robustius conteret, sed secus omnino: quo enim conterenti Soli vicinior est aër, eò conteri debet magis, nec cõcauis locis magis quàm apertis, nec densis magis quàm laxis, nec tranquillo sedatoque mari magis quàm turbato eo agitatóque, aut lacubus staguísque magis quàm terris.

Aliquorum forsitan rationem reddant, si directum Solem obliquo robustius conterere, vel si contritum aerem ignémque à Sole deiectum ad terram vsque deferri & ab ea reiectum pilę more resilire ostendant contritum accensumque magis. At neutrum declarare ne tentent quidem. Neque enim propterea obliquos directúsque dicitur, aut videri potest Sol, quòd alia è parte recta agat, obliqua ex alia: circulo enim circa terram volutus, quacunque illius in parte existat, recta in terras agit omnes, rectáque ipsius actio, quæcunque ea sit, vndique in terram descendit vniuersam. Sed quòd quæ ab eo emanat lux, quæ ad eosdem perpetuò angulos, quibus ad terram accedit, ab ea resilit, quò puncto verticis proximior fit Sol, eò magis directa reflectitur. Lucis igitur reflexione vel directus vel obliquus dicitur Sol, non quòd verè ipse terris vllis obliquus fiat, eiúsque actio obliqua ad terras deferatur vllas.

Contritum porrò aërem, ignémque à sole detrusum ad terram vsque deferri, & resilire inde contritum etiã accensúmque magis, vel si conteri aër atque ignis deturbari & vterque ad terram vsque deiici possit, credi non potest. Non siquidem, si tanta vi eorum alter in terram adigatur, & tanta etiam ab ea reiiciatur, vel accedens vel resiliens lateat nos: nec æstus magni, aëre, quod euenire videtur, maximè immoto, fiant. Non sensu, nec mente percipitur, ad specula delatum aërem, & nullo ab iis temporis contritum momento in ignis transire naturam, & verè ignem fieri: nec tamen (quod maximè oportebat) statim à speculis resilientem, sed modicum quid progressum, & certo quodam in puncto. Minimè præterea compactus, miniméque sibiipsi agglutinatus aër, sed qui à seipso nullo negotio separatur, vbi impellitur, & in densum quid agitur, nec eò ferri, nec inde sibiipsi vnitus retroferri videri potest, sed nisi à loci angustia retineatur, & veluti coerceatur, statim diffundi dispergique. Minus etiam assequi licet, quauis vi contritum detrusúmque aërem, aquam, vitrúmque, & densiores etiam res permeare, & (quod clarè cernitur) ignis naturã ab illis viribúsq; donari, proindéque egressum igne nullo minus exurere.

Quoniam igitur, nec modus, quo aër à Sole conteri queat, reperitur vllus, nec tot tantorumque caloris, qui ab eo fit, discriminum, si ab illius motu fieri ponatur, ratio vlla reddi potest, & veluti ab igne, sic & à sole calor, & summus is summáque emanat lux, ignis omnino viribus speciéque donatus videtur Sol, vtique vel si caloris, qui ab eo fit, diuersitatis ratio luci à qua fieri videtur minimè congruat, non scilicet, vbi vehementior fit calor, lux ibi robustior copiosiórve facta sit, igneũ tamẽ Solem caloremque, & lucem quæ ab eo ad nos accedit, nihil minus solis propriam, & à Sole ipso effluere, quam calorem lucémque quæ ab igne emanat ignis propriã, & ab ipso fieri igne statuendum esset: eò itaque amplius, quòd caloris robur lucis robur copiamque perpetuò sectari apparet. Id verò vt manifestetur, lucis progressus, atque actio aperienda est. Nam si qui à luce fieri videtur calor nequaquã lucis is est, sed caloris is qui assiduè à sole emanat, cuius (vt suo amplius expositum est loco) facies est lux, quoniam non calor ipse, sed eius modo facies, lux nimirum nobis spectatur, ac caloris copia robúrque è lucis tantùm copia fulgoreque manifestari potest, & caloris facies cum sit lux ambigere non licet quin vbi copiosior ea fit calor etiam copiosior ibi fiat: quin propterea copiosior fiat lux, quòd copiosior factus est calor.

Quoniam tandem lux, quæ spectatur, ipse est calor, licet vtique caloris progressum actionémque & copiam in luce intueri. Nam non lucem modo à Sole, sed calorẽ etiam emitti, & calorem, qui à luce fieri videtur, non ab ipsa luce sed à calore fieri, cuius ipsa facies est, ambigi non potest: siquidem aëre vaporibus nubibúsque ita obsepto, vt nullus per eas luci aditus pateat, & rebus nostro igni appositis quantumuis densis, & quas nulla permeet lux, idem tamen ab vtrisque, & vehementior interdum fit calor: & vel ab obscuris sed calidis rebus veluti à lucidis assiduè emanat calor. Sese nimirum incessanter amplificandi facultate præditus, & lucidus sui natura calor, è subiectis quibus inest, nihil in iis imminutus vnquam, assiduè sese incessantérque effundit omnibus, & omnibus quæ attingit sese indit, & in quibus nihil à materiæ opacitate obscuratur, lucidus conspicitur. Quapropter calida sentitur lux, nequaquam (vt opinamur) calida ipsa, nec propriis, sed caloris (cui inhæret & cuius facies est) viribus calefaciens. Propterea, quod propositum est, caloris progressum actionémque & copiam in lucis progressu, actionéque, & copia intueamur.

Capvt

Capvt X.

Lucem è densis, in quæ insilit, resilire, & ad eosdem, ad quos accedit, resilire angulos, & quæ subit, eadem subire ratione.

SVmma sui natura mobilis & motum sistendi impotens prorsus nesciáque est lux, non modò quòd dum tenuia adsunt nullum progrediendi seseque effundendi finem facit, & quòd liquidos etiam succos résque ex iis gelatis seu etiã compactis constitutas non quidem directa directóque itinere, veluti verè tenuia quæ sunt, sed veluti inflexa inclinatáque, vel inflexo inclinatóque itinere subit eas, permeatque omneis, sed ob id insuper quòd ex omnibus, ad quas accedit, rebus resilit seseque ex iis effundit, à seipsa nimirum qualicunque & quantacunque facta relucet. Itaque & vbi nullus conspicitur sol, quo scilicet recta, qua sola progredi lux videtur, deferri non potest, à crasso quopiam retardata reiectáque, & sole nondum exorto & penitus iam abdito, aliquantis per tamẽ vniuerso in aëre, & imis etiam in terris si non fulgida, at benè certè visilis benéque spectatur clara. Non quidem id accidat, nisi ab aere etiam, à seipsa nimirum, vel summè exili in eo facta, reluceat. Nam quæ à densis æquabilibúsque & nitidis resulget rebus, a quibus, quòd nihil eas subeat, integra relucet, & continua amplius vnitáque nihil ab earum tumoribus nec à maculis etiã (nam & ab iis obumbrari incorporea videtur lux) intercepta intercisáque vllis, nihilò quàm à sole ipso minus fulgida minúsque relucet ingens: nec ab huiusmodi ad huiusmodi relucens relucendi finem facit vllum. Nihil imminuitur ab vllo, quin in singulis bene in seipsam colligitur: proindéque veluti alter sol facta à singulis veluti à sole ipso effulget sesóque effundit.

Resiliens porrò, nec in seipsam perpetuò, nec certo determinatóque à seipsa spatio, sed longè eo diuerso, nec temere tamen penitúsque difformi modo, sed certa quapiam ratione certáque quapiam lege, ad eosdem nimirum, ad quos accedit, resilire vndique apparet angulos, eundem scilicet, quem accedens, resiliens etiam at alteram in partem angulum facere. Id verò Perspectiui ad vnum omnes enunciant demonstrántque, & ipse penè manifestat sensus. Nam si accedenti luci planum directúmque opponas speculum, ad quod rectos ad angulos deueniat lux: quoniam ab eosdem iode, proindéq; in seipsam ea relucet sibique ipsi relucens immiscetur, nihil relucentem illam aspicias: at speculo obliquo, accliuique quid facto, nihil ab eo quàm à Sole ipso minus fulgidam, minúsque resilire videas vigentem, & id omnino ab accedente dimotam, quod obliquum factum est speculum. Vt idem ad illud accedentis ab illóque resilientis lucis, at alteram fiat angulus in partem. Lux etiam, quæ densa subit, manifestè & ipsa eadem subire ratione, idem scilicet ipsius ad ea accedentis qui & ea subeuntis, at eandem in partem fieri angulus videtur. neque enim si alia subeat ratione, in vnum omnis (quod quæuis quidem, at ea certè promptius quæ sphæricas conuexásque res subit) confluat punctum, sed vel singulæ ab aliis seorsum perpetuò ferantur, vel temere aliis aliæ iungantur. Dicto porrò coeunt modo, quia quæ ad earum medium aduenit lux, quòd directa ad rectósque aduenit, ad eosdémq; ea subit angulos, nihil ea subiens vllam in partem inclinatur, sed in directum fertur, & vna accedenti fit subiens: at non & quæ veluti ab eius lateribus fiunt, sed quòd à recto minores adueniũt, ad eosdémque ea subeunt angulos, quæ subeunt in directum progredi, & accedentibus vnæ eædémque remanere non possunt, sed inclinentur diuersæque ab accedentibus fiant necesse est.

Nec verò eadem omnes ratione, sed eæ assiduè magis quæ à media magis recedunt, quæ scilicet ad minores assiduè accedunt angulos. Itaque assiduè omnes, eáque singulæ magis ratione, quæ à media magis remotæ sunt, ad eam sese inclinantes haud ita in longum progressæ, quæ præsertim sphæricas res subeunt, quæ quòd ad minores accedunt ad minoresque subeunt angulos, magis inclinantur ad medium omnes, eundémque eius coeũt punctum. Idcirco longè in eo lucidissima longéque fit ardentissima. Vt id lucis ingenium videri possit, ad eosdem scilicet, ad quos accedit, vt resiliat subeátque angulos. Et ad caloris quidem discriminum omniũ caussas explicandas satis fit modò qui dictus est, resilientẽ subeuntémque inspexisse lucem. Quoniam verò maximè ipsa simplex cùm sit, adeo diuersum resiliendi subeundique modum, & veluti psaltriæ in morem ad quos accedit ad eosdem resilire angulos, & veluti commensuratis progredi passibus vt gaudeat, & minus etiam sese propriúmve iter, & inflectat intelligere licet, alio quopiam modo, & vno eo regularique, & lucis ingenio apto proprióque relucere, & eo cum relucebat subeátque ad quos accedit reluceat subeátque angulos, itaque veluti ex accidente ita resiliat subeátque suspicari licet. Age vel si, vt dictum est, illius inspectio nihil ad propositam inquisitionem conferre videatur, at dignum per se, qui labore quouis inquiratur, inquirere eum ne grauemur.

Capvt XI.

Lucem è quibus resilit, & ab iis quæ subit, rectos resilire subiréque ad angulos.

QVæ à Sole stellísque & nostris à flammis effulget lux, nec integra modò vigénsque, & quæ quòd veluti primo ortu ab illis emanat, prima Perspectiuis dicitur, sed imminuta & languens, & quæ quia non à Sole ipso ipsisque à stellis & ab igne ipso, sed à luce emanat, ab ipsis effusa, secunda dicitur, lux denique quæuis quauis emanet à re, in quo sit aere, continua in eo fit, & æquè eum illustrat vniuersum. Ex quo patet lucem quamuis, quibus emanat à rebus non ab vniuersis iis modò, sed veluti a singulis earum punctis quáque versus & veluti circulo emanare, itaque à quolibet lucidarum rerum puncto, veluti innumeras effundi luces, idque omnino lucis, cuius quantæque vis ingenium esse & vniuersa sese quaqueuersus effundat. Et quoniam quæ à Sole stellísque & nostro emanat ab igne, eò tantùm integra vigénsque ferri apparet, quò Sol stellæque & flammæ recta spectãt, & quò recta vi progredi queat densum obstat nullum, & loca insuper quæ Soli exposita nõ sunt, & ad quæ recta ferri lux non potest, & ad quæ rectum ipsa à luce est iter, in ea itidem si non integra vigénsque, at imminuta & languens ferri apparet, & quæ in specula incidit lux, siquidem directa, rectos scilicet ad ea accedit ad angulos, nihil ex iis resilire apparet, at quæ veluti obliqua accedit, iuxta lucis quidẽ ea ingenium quaqueuersus & ad circumpositas res omnes, at imminuta ad reliquas & languens, ad eámque modò integra fertur vigénsque, quam recta specula, è quibus relucet, spectãt, ad quam nimirum rectos ab iis resiliens ad angulos, recta feratur, patet vtique & id itidem esse lucis ingeniũ, vt vel si quaqueuersus à seipsa itidem, at eò certè promptius feratur robustiúsque quò res è qua effulget recta spectat. Propterea enim quæ directa ad specula accedit, resilire non apparet, quòd directa resiliens, in seipsa resilit. Et quia is resiliendi modus summè est simplex summéque regularis, & longè simplicissimæ luci maximè congruens, lucem omnino omnem è quacunque resiliat, & quancunque subeat rem, quáque quidem versus, at eò robustissimum resilire subiréque, quò res è qua emanat recta spectat, & quò eius feratur axis, linea nimirum ab eius medio rectos educta ad angulos, existimare licet. Quare lucem, quæ non rectos ad angulos à superficie quapiam resilire, vel subire eam apparet, non verè ea à superficie, sed alia quapiam à re, è qua rectos cum emanet ad angulos, ad eosdem ad quos ad superficiem accedit ab ea resilire, eámque

subire suspicandum est. Ea itaque inquirenda est, siquidem inquisita cōspectáque non est.

Capvt XII.

Lucem quæ à densis resilit, quæque ea subit, non ab iis, nec verò à Sole ipso, sed à seipsa in illis facta emanare.

LVx non aliis à rebus, sed à lucidis modò, & à seipsa resulgere visa est. Neque enim quæ ab aëre lunaque & speculis resulget, ab aëre ea lunaque & speculis, sed à luce in singulis facta relucet. Itaque ibi ab iis relucet modò vbi lux in iis fit, talisque & tanta à singulis, qualis quantaque in singulis facta est. Lucem propterea, quæ à superficie non per se lucida relucet, quæque eam subit, nequaquam verè à superficie, sed à seipsa effulgere statuendum est, id modò à superficie ad resulgendum effulgendúmque adiutam, quod crassiore in ea copiosior facta est robustiórque. Nec verò, vel resiliat densis à rebus, eóque quo resilit modo, vel quo modo permeat, permeet eas lux, nisi in iis à quibus resiliit & quas permeat fiat rebus, proinde à seipsa in iis facta veluti à Sole emanet. Non scilicet corporeorum entium more ad densiores renitentésque delata res lux, retro ab iis agatur, aut vel ipsa, vel eius inflectatur progressus. Propterea enim vtrumque illa pati videntur, quod loco spatióque, in quod ferantur & in quo locentur, opus habent. Vbi itaque violentius adhuc impulsa adactáque, commota omnino, quàm vt motum sistere queant, in res incidunt quas amoliri aut nihil aut non penitus possint, si quidem nihil eas loco dimouent, proindéque nullum sibi quò progrediantur locum faciunt, retro aguntur, & modo id longè diuerso, iuxta percussionis nimirum repercussionisque vehementiam. At si dimoueant quid, proindéque loci parte ea decedant, in eum illa veluti inflexo motu feruntur. Hæc incorporeæ luci, & quæ nec à propria nec ab aliena, vt vlterius progrediatur, impellitur vi, nullóque loco, spatio opus habet nullo, & quæ nihil nec à quibus resilit, nec quas permeat res percutere locóque dimouere, vel ipsa ab iis repercuti videtur, euenire minimè possunt.

Itaque ad res delata, quas subire nihil queat, motum sistat, & quas subit permeatque, similares præsertim quæ sunt, eadémque omnes donatæ densitate, nequaquam vel ipsa inflexa, vel inclinato, inflexóque, aut immutato quid vsquam motu, sed & ipsa directa, eodémque quo ad eas delata est motu eas subeat permeétque oportet omnes. Quid enim nullam eum inflectendi immutandique occasionem cùm habeat immutet eum flectatque vnquam? Propterea igitur, vt dictum est, à rebus densis quibusuis resilit lux, quòd sese amplificandi facultate prædita, sese vndiq; at ab iis amplius in quib. copiosior facta est, robustiórque, effundit. Quòd si amplius quæ relucet, & quæ subit, lucem, neque à rebus, à quibus relucet, & quas permeat, nec verò à Sole ipso, sed ab ipsa in illis facta emanare, intueri velis: manifestè id intueare, si dolium ita luci exponas vt subeat quidem id lux, at nequaquam eius ad fundum feratur, tum aquam eousque infundas, dum à luce contingatur, liquidò enim ad fundum vsque deferri lucem videas: quòd nimirum copiosior in aquæ superficie facta, robustius sese amplificat, & diffundit. Quoniam igitur lux, quæ à densis resilit, & quæ ea subit, nequaquam ab iis, nec verò à Sole ipso, sed à luce in iis facta emanat: eius resilientis subeuntisque angulus nequaquam in superficie, à qua resilire & per quam progredi apparet, sed in ea perpetuò lucis facie, à qua verè resulget lux, & ipsa omnino spectanda est lucis facies. Fortè enim, vel si eadē perpetuò remanet superficies, nihilque eius situs immutatur, nō & lucis faciei, quæ in ea fit, idē perpetuò remanet: sed assiduè iuxta directionis obliquitatisque immutationem ipsius immutatur situs.

Capvt XIII.

Lucem à seipsa, & à sui ipsius facie in supposita superficie facta rectos ad angulos resilientem, à superficie ad eosdem ad quos accessit, resilire.

DIrecta lux quæ ad superficiem fertur, cui Solis pars, è qua ipsa effulget, directa perpendicularisque imminet, parallela omnino est, nō id modò habet quòd, vt dictum est, rectos ad illam accedit ad angulos, sed id insuper quòd ad illā delata nihil altera sua parte breuior, altera verò longior fit, sed sibi ipsi æqualis remanet vniuersa. Quapropter extrema eius facies eundem subiectæ superficiei sitū sortitur, veréque vna ei fit, & ex illa resulgens lux, ad quos ad illam, ad extremam inquam sui faciem, ad eosdem, & subiectam ad superficiem resulget angulos, ad rectos nimirum. Quoniam enim ad extremam sui faciē, è qua resulget, rectos resulget ad angulos, subiectam etiam ad superficiem, cui eandem illa obtinet positionē, ad rectos resulgeat necesse est. Et quia vel tantillum à puncto ad verticem dimoto Sole, non amplius ex æquo ei eiusque parti, è qua emanat lux, eadem subiacet superficies, sed eius pars, quà versus delatus est Sol, Soli proximior, altera verò remotior facta est, proindéque & lux, quæ ab ea excipitur à superficie incisa solis parti, è qua effulget minimè parallela, altera sui parte breuior, longior altera, extrema omnino eius facies obliqua & veluti accliuis fit, vt vel eidem superficiei superposita, quatenus ab ea incisa est & altera sui parte decurtata, non eundem amplius ei obtineat situm, nec idē amplius qui & superficiei fit axis, linea nimirum ab vtriusq; medio rectos educta ad angulos: sed alius, & qui (vt sequēs manifestabit sermo) alteram in partem declinet, quod recto à situ Sol ab eoque effulgens declinauit lux.

Itaque quòd, vti diximus, proprium lucis est rectos ab extrema sui facie, è qua emanat, resulgens lux ad angulos minimè subiecta etiam à superficie ad rectos sed id recto minores, quòd à recto situ dimota est lux, quod videlicet obliqua & veluti accliuis facta est, extrema lucis facies, è qua, vt sæpe dictum est, resulget lux, eadem scilicet perpetuò superficies, perpetuóque idem remanet eius axis, eundémque perpetuò iis recta spectat punctum, at non & lucis etiā, quæ super ea fit, eadem perpetuò fit facies axisque idem, eundémque is spectat punctum, sed directæ lucis directa fit facies planáque, obliquæ verò obliqua accliuisque, eóque assiduè id magis quò lux obliqua accedit magis, assiduéque diuersum eius axis spectat punctum, & id assiduè magis à puncto ad verticem, quem superficiei axis spectat, alteram in partem semotum, quòd ab eo dimotus est sol, & quòd lux obliqua accliuisque facta est. Ex his manifestum est lucem perpetuò rectos resulgere ad angulos, siquidem à seipsa, extremáque sui facie, non à superficie resulget, & rectos ad illam cum resulgeat, non & ad superficiem etiam, sed ad eosdem, ad quos ad eam accessit, resulget angulos. Verum, & si satis id conspectum est, in lineati tamen amplius demonstratione inspicere ne grauemur.

Esto circulus (A.B.C) punctus ad verticem (A) superficies, cui directus is imminet, (liceat autem superficiei loco diametrum ponere, simili enim modo ratio conficitur, figura verò multò commodius describitur, spectatúrque.) Esto ea verò (B.D.C.) & punctus (D) eius sit medium, circuliq; centrum. Feratúrque à puncto (A) & à Sole ibi existente directa lux (E.A.F.D) neque enim lineæ instar, latitudinis scilicet expers, sed ampla, & qualis accedit, ponenda est lux. Manifestum vtique est, quòd lux (E.A.F.D) propterea quòd superficies (F D) ad quam delata est, Soli eiusque parti, è qua dicta lux emanat, ex æquo subiacet, directa ad eā accedit, nihilq; alia sui parte bre-

te breuiot longior alia, sed sibi ipsi æqoa omnis: & extrema eios facies, quæ in superficie (F.D.) fit, veluti & superficies ipsa Solis parti, è qua emanat, ęquè distans parallelâq; fit, superficiei omnino eundē obtinet sitū ideq; vtriusque sit axis & eundem is spectat punctum, quin vna prorsus eadémque lucis facies superficiei facta est omois. Itaque quæ ex ipsa refulget lux, veluti ad lucis faciem, ita & ad superficiem rectos refulgecad aogulos.

Dimouearur verò Sol, ferarorque ad puncta (G.H.) & ab iis ad eandem superficiem luci (E.A.) ęquè lata lux emanet, (H.G.I.D.) nam extremam lucis eiusdē faciem super obliqua superficie quam super directa ampliorem fieri liquidò intueare, si vel decurtatam obliquæ lucis partem directam ad superficiem protrahas, vel directā altera parte decurtes proindeque & obliquam facias, itaque in vtraque triangulus fiac, cuius alrerum latus directa, obliqua alterum, tertium verò lux fiat, quæ protracta, vel decurtata est: in vtroque enim obliqua lux angulo recto opponirur, soli inquam ad puncta (G. H.) delato superficiem (I.F.D.) quæ in punctis (A.E.) existenti ex æquo subiacebat, non amplius in punctis (G.H.) facto æquidistare, sed in (I.) in ea scilicet sui parte quam versus delarus est Sol, proximiorem: in (D.) verò remotiorem factam esse & sensus & ratio etiam demoostret, si à puncto (D.) ad punctum (H.) lineam protrahi, itaque triangulum fieri intelligas (D.H.I.) Quoniam enim linea. (G.D.) lineæ. (H.I.) parallela est, & recta (C.B.) vtranq; attingit, itaque angulus (H.I.D.) angulo (G.D.C.) æqualis cuius pars angulus (A.D.C.) rectus est, erit vtique (H.I.D.) recto maior, latus igitur (D.H.) quod ei opponirur maius latere (H.I.) at latus (D.H.) lineæ. (D.G.) æquale. Itaque quod dictum est, lux (D.G.) luce (H.I.) longior.

Quoniā igitur superficies (I.D.) Soli à punctis. (A.E.) recedenti non amplius ex æquo subiacet, sed assiduè eius pars, quam versus delatus est Sol ita Soli proximior & obliqua omnino accliuisque fit, prout à puncto ad verticem recedit Sol. Manifestum vtique est, lucem, quæ à punctis (G.H.) ad superficiem (I.D.) defertur, sibi ipsi æqualem non fieri, sed altera sui parte eaque omoioo quam versus delatus est Sol breuiorem, altera verò longiorem: communem scilicet subiectæ superficiei luciśque io eam delatæ sectionem eclipsim esse, vt Appollonius appellat, hoc est desectionem, formam nimirum altera parte soblimiorem, depressiorem altera, talem omoino, qualis Cylindri fiat, qui à plano secetur eius basibus noo parallelo, & quæ igitur lucem alrera è parte decurtatam impeditamque, ex altera verò io longius progressam esse significet. Extrema itaque in luce à punctis. (G.H.) ad superficiem (I.D.) delata, eclipsis, hoc est obliqua facies fit, & cuius axis nequaquam vel Solem, vel (A.) punctum, quem directè superficiei directéque lucis axis spectet, amplius, sed alium, idque à puncto (A.) remotum, qoòd ab eo recessit, is verò sit. (K.) quoniam enim arcus. (G.B.) arcui (K.C.) æqualis, angulo enim ille, ad quem lux ad superficiem. (B.D.C.) accessit, hic verò ei, ad quem ab ea resiliit, subtenditur, vtique & quæ vtriusque remanet portio areos, scilicet. (A.G.) arcui (A.K.) æqualis est.


Quoniam igitur à superficiei. (I.D.) ad eosdē, ad quos ad eā accessit resiliens lux angulos ad punctū (K.) delata est, vtique, si extrema obliquæ lucis facies super superficiem (I.D.) facta punctum (K.) recta spectet: quod dictum est, lucem à seipsa, & ab extrema sui ipsios faeie in supposita superficie facta rectos ad angulos resilientem à superficie ad eosdem, ad quos accessit resilire, liquidò pateat. Illud porrò, vt declaretur ipsi itidem obliquæ luci propria sobtendatur superficies, ad quam scilicet nihil altera sui parte decurtata, sed iotegra, & rectos omnino feratur ad angulos, integræ nimirum obliquæ lucis parti. (G.D.) rectos ad aogulos diameter. (L. M.D.N.) suppooatur, & ad eius punctum (M.) lux (H.I.) extendatur. Quoniā igitur luci à punctis. (G.H.) ad propriam soperficiem tendeoti, ab iotermedia obliqua superficie (B.C.) portio (I.D.M.) dempta est, vtique si qoalis ipsius facies super (D.I.) facta est, & ipsios decurratio accliuitasque, & situs omnino quem ad oppositam circunferaotiam sortita est, circunferentiæ scilicet punctus, quem recta spectat, inoeniendus est, à puncto. (D.) linea addueenda est, quæ ad superficiem (I.D.) elata, proindeque & accliuis fit, quòd (M.D.) depressa est oecultáque educatur.

Quo circa & in vtramque circunfereotiam protrahatur, sitque. (P.O.D.Q.) & lucē (E F.) io puncto (O.) secet: nam si obliquæ etiam lucis facies soper superficiē. (I.D.) facta superficiei vniuersæ vna eademque apparet, quoniam (vt dictum est) non eundem quem superficies ad circumferentiam sortita est sirum, non scilicet quem superficies circunferentię recta spectat punctum, & lux altera sui parte punctum (D.) attingit, vtique vt ipsius & superficiei situs, locis nimirū obliquitas accliuitasque manifesta vt fiat, quod factum est, à puncto (D.) quidem ita educenda est linea, vt lucem (E.F.) in puocto secet, qui à puncto (F.) æquè ac punctus (I.) à puncto (M.) distet. Et si ita ea illa educatur ratione, vt angulum cum linea (F.D.) constituat angulo (F.D.M.) æqualem, illud omoino eueniat. Quoniam enim trianguli vtriusque anguli, qui ad (D.) sibi ipsi æquales, & angulus prætere a (O.F.D.) angulo (I.M.D.) vterque enim rectus, itaque & angulus (D.O.F.) angulo (D.I.M.) æqualis, & latus (F.D.) lateri (M.D.) æquale: vtrumque enim directa lucis facies est, patet vtique latus (O.F.) lateri (I.M.) & latus (O.D.) lateri (I.D.) & vniuersum omnino triangulum (O.F.D.) triangulo (I.D M.) æqualem esse.

Quooiam igitur eundem quem lucis facies super superficie (I.D.) facta linea itidem (D.O.) ad circumferentiam obtinet situm eundemque recta spectat punctum, si lux, quæ à superficie (I.D.) & à puncto (D.) ad punctum (K.) resiliit à linea (O.D.) rectos resilierit ad angulos, si scilicet punctus (K. æquè à puncto (P.) & puncto (Q.) distet: itaque angulus (K.D.P.) angulo (K.D. Q.) æqualis proindeque & rectus vterque sit, manifestū sit obliquam lucem à se ipsa, & à sui facie obliqua cum superficie facta rectos ad angelos resilieotem à supposita superficie ad eosdem, ad quos, ad eam accessit resilire. At illud liquidò patet, quoniam enim arcus (A. B.) & arcus (G.L.) æquales sunt, vterque enim circuli quadrans est: itaque si ab vtroque communem arcum (G.B.) demas, qui remanet arcus, scilicec (A.G.) & (B. L.) æquales suot, & arcos (A.G.) arcui (A.K.) æqualis, & arcus. (B.L.) arcui (B.P.) erit vtique & arcus (B.P.) arcui (A.K.) æqualis, proindeque & angulus (A.D.K.) angulo (P.D.B.) æqualis. & quoniam angulus (A.D.P.) cum angulo (P.D.B.) rectus est, vtique & cum angulo (K.D.A.) rectus erit. Itaque rectos ad aogulos à se ipsa, & à sui facie obliqua cum superficie facta ad eosdem ab hac, ad quos accessit resilit angulos.

Qoin & io luce, quæ aquam subit, lucem (quod dictum est) à se ipsa, & ab extrema sui facie, quæ in aquę superficie facta est, rectà effulgere, liquidò intueri licet, nam quæ directa proindeque & integra nihil altera sui parte decortata, & rectos ad angulos ad aqoam fertur, rectà eam subit, & ad punctum fertur, quod ipsius facies & aquæ superficies recta spectat, minimè verò & obliqua, quæ scilicet, quòd altera sui parte decurtata, itaque super aquæ superficiem accliuis facta est, noo eundem omnioò, quem aquæ superficies rectà spectat punctum, nequaquam in eum fertur amplius, sed in alium qui puncti, io quem si in rectom progrediarur, deueniat, eiúsqoe, quem aquæ superficies rectà spectat, medius sit. Quoniam enim id est lucis ingeoium, vt eò perpetuò effulgeac, quò extrema ipsios faeies rectà spectat, atque super aquæ superficiem, qua dictum est ratione, decurtata accliuisque facta est, vtique non in directum amplius, sed veluti inflexo itinere eò feratur oportet quò semper rectà spectat. At vnde digressi sumus redeamus.

Linearis figura demonstrationis expositorum.



Capvt XIIII.

Diuersum à Sole calorem fieri, quod eius lux diuersa fiat, copiosa nimirum & exilis.

Quonram igitur ab omnibus quidem, & multò certè à densis rebus copiosior resilit lux, & ab omnibus ad quos accedit resilit angulos, proindeque & integra continuáque, & imminuta intercisaque & intercepta & in se ipsam & bene lōgo à se ipsa spatio, & mediis modis resilit omnibus, copiosissima tandē maximéque exilis fit: cur adeo ab ea diuersus fiat calor manifestissimū est. Neque enim, caloris species ipsa cùm sit, proindéque & calor ipse, ambigi potest quin vbi multa fit lux multus ibi fiat calor. At tanti rem momenti proximius distinctiusque intueri ne grauemur. Propterea magis ie Meridionalibus quàm in Borealibus terris, & ab æstiuo meridianóque Sole, quàm ab hyberno & exoriente occidentéque fit calor, quòd quo puncto ad verticem vndique fit Sol, eò magis in se ipsam resilit lux magisque sibi ipsi vnitur, & in crassiore etiam aere quàm in tenuiore, quòd copiosior in illo fit, veluti & calor, cuius species est: ac perspicuè quò in crassiore fit re, eò splendidior fit & calidior. Et maior est in planis quàm in accliuibus terris quæ tamen luci oppositæ non sint, nam quæ ab illis relucet lux minus ab accedente separatur minusque remota fit. Maior in humilibus quàm in editis terris, q in latioribus illis æquè vniuersus à resiliente luce calefit aer, id quod in angustis his minimè fit: proindéq; qui à reflexa luce in his fit calor, à contigui aeris frigore imminuitur.

Nam, & si calidus est sui natura aer, at languidissimis præditus viribus à præpotente terræ frigore, vbi à Solis calore id non reprimitur, vniuersus occupatur, eóque superior eius pars magis, ad quam minus collecta resilit lux. Tum humilibus in terris crassior & copiosior fit aer, non à vaporibus modò, sed ab ipso etiam aere, quem assiduè è terra educit Sol, magis assiduè auctus. Præterea molliores hæ vt plurimum laxiorésque. Montanæ verò editæque crassiores lapidosioresque. Ex his autem & à languente calore, modicum tenuemque, ex illis verò & robusto à calore copiosum crassumque educi aerem, alibi tradidimus. Maior etiam & in conuallibus quòd copiosior in eas incidit lux, & resiliens sibi ipsi coit magis. Et in densis quàm in laxis apertisquè terris: minus enim illas subit lux, minúsque resiliens intercipitur, itaque copiosior magisque resilit continua. Maior & ob id ipsum tranquillo æquabilique in mari, quàm in turbato eo tumoribusque distincto. Et in lacubus stagnisque quàm in terris. Nam si magis ea subit lux & idcirco minus integra resilit, at maximè vnita continuáque à bene æquabilibus resilit. Magnus etiam fit calor, vbi in res densas & quas nihil permeare queat incidit lux, vel si non summè æquabiles eæ sint: nam si non maximè continua vnitáque, at integra certè inde resilit lux. Summus denique, vbi in densas læuesque, cuiusmodi specula sunt, incidit: nam integra ab his & continua resilit lux, eò autem amplius, si in concaua insuper: siquidem multa in talia incidit, & resiliens vnum omnis tandem confluit in punctum. Et fieri id manifestè videas, si chartam speculo opposueris foraminibus multis distinctam: ex omnibus enim iis, dum speculo apposita illa sit, egredientem intueare lucem, miniméque ardentem eam exurentemque.

Verùm, si paulatim à speculo magis illam amoueas, à paucioribus egreditur paulatim, & ab vno tandem modo, luce vniuersa voum in illud confluxa, longè itaque ardentissima in eo facta, & in quo quæ ponuntur exurantur omnia, vt iure combustiuus dicatur punctus. Propterea etiam, & quæ aquam sphærico in vitro contentam, & quæ conuexa specula pertransit lux, ignis & ipsa speciem assumit viresque, quòd ipsa vnum omnis confluit in punctum, & non procul eum à vitri speculique superficie, si sphærica, at bene magno ab ea spatio, si leniter conuexa ea sint. Quò enim minus incuruantur, eò quæ ad ea accedunt luces, ad maiores accedunt angulos, minusque subeuntes recuruantur. Itaque oppositæ quæ subeunt luces, sibi ipsis vt coeant, in longius progrediantur oportet. Et leniter conuexa quæ sunt, quæ scilicet veluti mediæ sphæricorū partes videri possunt, id longius quàm sphærica, recta spectant punctum, quod sphæricorum superficies ab iis abest. Et talia libenter eorum opifices construunt; quò enim quæ exuruntur à speculo magis amota sint, eò maiore intuentes afficiunt admiratione. E materia certè omnia construenda sunt, quam permeet quidem lux, at quàm fieri potest densissima, in qua plurima colligi queat lux. Et intelligere ex iis Aphrodisiçus potest, cur vitrum atque aquam permeans lux, nihil illa quidem, at valentissimè calefaciat quæ ex illis elapsa attingat. Caloris itaque discriminum omnium caussa manifesta est, si luce agat Sol: quorum, vt visum est, nullius reddi potest si illius motui aerisque contritioni caussa assignetur. Quamobrem non est quòd dubitetur luce agere Solem, & lucem non calidam modò, sed ipsum esse calorem.

Capvt XV.

Calorem non à solis modo motu, sed ab eius etiam luce fieri, non Aristoteli, sed iunioribus visum esse Aristotelicis. Modi insuper, quibus non calida lux calefaciendi viribus donata iis videtur.

Ivnrores Peripatetici aerem vniuersum terris contiguum æquè conteri intelligentes, & quæ à luce illustrantur loca, longè quàm quæ non illustrātur calidiora, & ipsam lucem calidam sentientes, ab ipsa itaque admoniri coactique re, non motu tantùm, sed luce etiam calorem à Sole fieri, & ita Aristoteli visum placitúmque asserunt. At veriti, ne, si propterea calefaciat lux, quòd calida sit ipsa, Solem à quo emanat calidum fateri cogantur, (neque enim imaginari licet calida si sit lux Solem, à quo illa emanat, & cuius propria est, & cui non hæret modò sed penitus infixa est, non calidum esse) modos commenti sunt, quibus minimè calida cùm sit calefaciat tamen. Nuoc loca, in quibus calorem à Solis luce fieri Aristoteli placuisse videri potest, & modi à Peripateticis inuenti, inspiciendi sunt examinandique

In ple-

[4. de part. anim. cap. 5. — 2. met. cap. 4.] In pleniluniis, inquit Aristoteles, tepidiores fiunt noctes, quòd in illis à Luna vniuersa, veluti à speculo reflectitur lux. Et causam afferens, cur non iuxta terram, at in sublimi fiunt pluuiæ, propterea id euenire affirmat, quòd qui iuxta terram est locus, à reflexis calefit radiis, id quod sublimiori euenire minimè potest, ad superiora enim elati diffunduntur illi & disgregantur. Quoniam enim radij, tenuissima nimirum corpuscola, à sole emanare & ad terram vsque deferri Aristoteli videri non possunt, nec videntur vsquam, quin id maximè ab eius placitis discrepat dissidétque, sui itaque omnes summè id reiiciunt exhorréntque, radios pro luce reflecti, & ab iis calefieri inferiorem aërem, posuisse videri potest. His præcipuè è locis luce etiam Solem agere, & à luce iridem calorem fieri Aristoteli placuisse astruunt, eius instituti, morísque planè obliti.

Ipse enim de re nulla, vbi de ea inquisitio non est, nec eam omnino explicare est propositum, iuxta propriam loquitur sententiam: sed ibi modò, vbi ea declaranda proposita est: alibi, vel iuxta aliorum sententias, vel etiam iuxta vulgus: est & vbi iuxta veritatem, non quidem illam verè intuitus aut illam amplexurus, sed à re coactus. Vbi igitur quomodo visio fiat tractat edocetque, rerum imaginibus ad visum delatis fieri illam demonstrat: & alibi est vbi ad visilia deferri visum supponit. Tum rationem reddens, cur in Lunæ defecti- [2. Mete. cap. 2.] bus terræ motus fiant, Vbi inquit, non multum abest, quin solis lumine priuata sit Luna, & ob id lucem calorémque, quem ab illo accipiebat, aëri communicare nequeat, refrigeratur circa terram locus. Spiritus itaq; qui ex ea egrediebatur, recedit, eámque subit, conclusus igitur terram concutit. At lunam, quodque inter ipsam Solémque est corpus calorem suscipere vllum, summè est ab Aristotelis dogmate alienum. Anxiè itaque Aphrodisiæus inquirit, quonam modo fieri illud possit, quando Sol motu tantùm calefacit, & passionis huiusmodi impatibilis prorsus est luna, & talia sexcenta.

Neque igitur, si vel iuxta hominum vulgus locutus, vel ab ipsa coactus re, noctes, vbi luna vniuersa à Sole illustratur, tepidiores percipiens, propterea tales esse affirmet, quòd lux ab ea copiosior resilit, nec si non iuxta terram, sed in sublimiore loco nubes congregari intuitus, & superiorem aërem, quem iuxtà ipsius positiones multò calidiorem esse oportebat, frigidiorem sentiens, propterea id euenire dixerit, quòd à reflexa luce minus calefit, propterea luce Solem calefacere placuisse illi dixerint Peripatetici, qui (vt visum est) in locis, in quibus propria est huius rei inquisitio, calorem ab vno solis motu & vna aëris contritione generat, nulla vsus lucis opera nec vti omnino potens aut volens: nisi & superfluus & maximè sibi ipsi aduersus contrariusque videri velit. Superuacuè scilicet ad calorem faciendum conterens Sol Aristoteli adductus esset, si solis illum lux facere visa esset. Præterea & quod maximè ibi pernegabat pernegandúmque proposuerat, fassus esset, calidum scilicet esse solem. Neque enim si à Solis luce calorem fieri positi Aristoteli esset, vel illam (quod iuniores faciunt Peripatetici) vel ipsum, à quo illa emanat, Solem calidum esse negare ausus esset. Reformidandum ergo Aristoteli fuit, luce agere videri solem, neque hoc tantùm, sed lucem Solis propriam esse, quæ nimirum à summo (vt declaratum est) calore genita, & separari ab eo impotens, nusquam igitur vera quæ est summáque, nisi in solo igne cõspecta, si Solis propria visa sit, liquidò, calidum ipsum, atque igneum manifestet.

Veluti igitur hæc obiicienti respondens, Lux etiam, inquit, in aëre fit, à Solis motu contrito, veluti & calor. Id obiter innuens, nequaquam igneum esse Solem, lucere etiam visum, & luce calefacere, non etenim Solis propriam esse lucem, sed & ipsam, veluti & calorem à Solis motu fieri. Adeo positionis tenax fuit Aristoteles, vt neque sibimet, & verisimile est, credibilem rem proferre minimè reformidarit, modò ne ex illa deturbaretur deiiceretúrque. Luce quidem agere Solem, nullus ibi vnquam dixit nouus Aristotelicus vbi oportebat maximè. Nec antiquiorum Peripateticorum vllus, quomodo calor à sole iuxta Aristotelem fiat, inquirens, lucis meminit vnquam, sed omnes à solo illum Solis motu & aëris contritione sola fieri asserunt, & Aphrodisiæus ipse in primis. Anxiè namque, vt visum est, causam inquirit, cur non æquè calefiant quæ Sol non collustrat ac quę collustrat: quæ quidem si luce etiam agere visus Aristoteli fuisset Sol, longè absurdissima inquisitio videri posset.

Iunioribus postea Aristotelicis, & ipsi in primis Auerroi, vt qui in iis quę Aphrodisiæo allata fuerant acquiescere minimè posset, nec rationem ipse inuenire vllam qua loca à sole non conspecta minus calefierent, aëre enim vniuerso æquè contrito æquè calefieri oportebat vniuersum. & qui directus Sol magis, calefacere videtur magis, luce etiam agere is visus est, quæ nimirum, & manifestè calefacit, & in seipsam reflexa & veluti conduplicata magis calefacit, at quæ à Sole emanant non calido, minimè calida sit, neque igitur per se, & à propria calefaciat substantia: Sed veluti, inquit, calorem generat motus, non calidus ipse, sed vt calidi corporis cõseruatio & perfectio, commotus enim agitatúsque ignis summam consequitur perfectionem, sic etiam lux non quidem calida ipsa, sed ignei corporis perfectio existens calefacere & ipsa potens est. Reliqui calorem cum Auerroe luci abnegantes omnes, diuersa singuli ratione, calefaciendi vires illi tribuunt: alii quòd à reflexione veluti irritetur, alij, quòd aërem tenuitate donet, proindéque etiam calore, siquidem tenuitas, proprium caloris subiectum vbi sit, calor etiam ibi fiat oportet.

Non id alij, sed quòd tenuior à luce ampliórque, & quatenus omnino in proprio loco contineri nequeat factus aër, ampliorémque locum quærens, variis mirificísque moueatur modis à quibus accendatur, ad densa pręsertim delatus compactúsque, & resiliens ab iis agitatus commotúsque amplius. Postremi nullum fortè dictorũ modum probantes, & meliorem ipsi inuenire desperantes, id modò asserere ausi sunt, eam esse lucis naturam, vt non calida ipsa, à reflexione calefaciendi vires assumat. Nullus (quod facere optimè poterant Aristoteli iuramento obstricti, & qui quæ Aristoteles protulit, vel maximè sensui repugnantia, non admittenda modò, sed ea admittenda fide ac si ex ipsius Naturæ ore prolata sint, decreuerint) lucem etiam ipsam fieri dixit aëre à Solis motu contrito: quæ igitur calefaciens, & calida existẽs, minimè tamen calidum Solem indicet etiam, vtpote quæ nec ab ipso emanet, nec ipsius propria sit, seu obiter id ab Aristotele dictum non animaduertentes, seu veritè proferre qua nulla minus probabilis effingi queat. Per se quidem & Auerrois & aliorum omnium positio absurda apparet: attamen singulæ excutiantur.

Capvt XVI.

Infirmatur Auerrois ratio, qua calorem luci abnegat, nec à propria illam natura, sed alia ratione calefaciendi facultatem habere contendit.

Calorem, inquit Auerroes, facit lux minimè ipsa calida, veluti & motus, qui & ipse non calidus, manifestè tamen calefacere videtur, quòd & lux, veluti & motus, ignei corporis perfectio est. Siquidem eodem, quo lux modo, motus itidem calorem ignémque perficiat, & eadem, qua lux, motus itidem illos faciendi facultate donatus sit. Haud perperam fortè Auerroes, quia motus nullum ipse calorem sortitus cùm sit, rebus quibus inditor illum indit omnibus, à luce etiam, vel si caloris & ipsa expers sit, rebus quas attingit illum indi posse omnibus, inde ratiocinatus sit, quòd vterque ignei corporis perfectio sit, vterque nimirum conditionem facultatémve quampiam igni adiicist, siue qua perfectus is non sit. At non certè, si nullam igni conditionem facultatémue, proindéque nec perfectionem vllam igni adiiciat motus, & minus etiam si non eandem qua lux illum faciendi donatus sit facultate, nec eadem illum faciat ratione, quin nec fa-

ciat omnino illum vnquam. Age igitur conditionum facultatúmque, quibus perfectus vt sit ignis donatus sit oportet quapiam à calore, cuius est opus, donatus non sit, & à motu ea donetur, intueamur, & in flammis potissimum, quæ quin perfectus sint ignis ambigi non potest nec ambigit vllus.

At eæ aliud non sunt nisi moles calore summo eaque donata tenuitate, in qua vigens illius species & lucida omnino, qualis sui natura est, conspiciatur, è qua scilicet nihil à molis opacitate obscuratus, lucidum, qualis sui natura est, sese calor effundere queat effundátque. Ab vno igitur calore ignis efficitur perficiturque, nam molem vt subeat & quauis eam donet tenuitate, seseque ex ea vt effundat calor, nulla prorsus motus opera habet. Et moles dum in flammas agitur, & ipsæ flammæ nullo commoueri videntur, nec possunt motu. Nam quo conscentes eæ sorsum efferri apparent, nequaquam motus is est à propria ipsarum natura editus, sed impulsus quidam ab iis quæ assiduè fiunt factus, aquarum ritu è terra emergentium. Flammæ igitur ab iis quæ continentur supposita in mole fiunt impulsæ sursum attolluntur. Quod dictum porrò est, flammæ etiam, dum conspicuę sunt, nulla sese mouendi facultate donatę sunt. Et propterea illarum nulla nullo propemodum temporis momento eadem durat, sed quæuis statim in summam agitur tenuitatem: itaque inuisilis facta sursum effertur: tandiu tamen eadem quæuis seruari apparet, quoad materia subsit, quam eo temporis momēto nouam calor agat in flammam, quo præexistentem, qua dictum est, donet tenuitate, secumque efferat, quòd crassiores dum sunt grauioresque quàm vt ab inexistente calore euehi possint, inde intelligere licet, quòd exiguæ quæ sunt, si longè amplioribus longéque robustioribus apponātur flammis, vel directæ Solis luci exponantur, haud ita multò post extinguntur: quòd scilicet non à proprio tātùm, sed à proximarum flammarum lucisque calore attenuatę, priusquam supposita moles in flammas agi posset, adeo tenues leuesque factæ sunt, vt nullo eas labore inexistens euehat calor. Et tales vbi factæ sunt, quin statim eas inexistens attollat calor nulla prorsus retineri possunt ratione. Cur enim adeo motu cum oblectetur calor, vbi eum edere licet, non statim edat? sed iners torpeat stertátque? Nihil autem quæ assiduè efferuntur nobis spectantur, quia in summam actæ tenuitatem inuisibiles factæ sunt. Supposita omnino moles nouas in flammas cum agatur, nisi quæ pereunt in nō ens agi placeat, huiusmodi fieri necessariò existimandum est.

Quoniam igitur (vt vnde digressi sumus redeamus) nec dum perfectum in ignem, in flammas scilicet moles dum agitur, nec conspicuas etiam acta in flammas, vllo commoueri videtur motu, & nullo hæ à motu, sed vna à caloris natura motus edendi facultate donantur, liquidò patet nullam prorsus perfectionem igni à motu indi. At esto, & non propterea ignem à motu perfici, quòd quid illi hic adiiciat, sine quo perfectus non sit, dictum Auerroi sit, sed quòd illud excitat & veluti viuificat, & vel rebus indit calorem, quæ nullum prorsus caloris, at frigoris & magni interdum nobis præbent sensum: non ideo motus exemplo à luce itidē calorem, cuius ipsa expers sit, aliis dari posse rectè huiusmodi declaratū esse existimare licet: longè enim diuersa à luce ratione calorem motus facit. Etenim lux qualiscunque facta, quæ attingit nullo temporis momento calorem indit omnibus: & multa in se ipsam collecta ignis vires speciemque assumit. Et luce à Sole emissa frigus è terra deturbatur & in calidissima agitur entia, calor omnino, qui nullus ei præinexistebat inditur. Nam si non propriis ipsa viribus, sed quatenus calori inhæret, & caloris species est, ea agit, quoniā quid incorporeę naturę species ab ipsius dissidear substantia intueri non licet, itaque non (quod dictum est) caloris species modò, sed ipsemet calor videri potest, vtique qui rebus à luce inditur calor, quin ab ipsamet is effundatur, & rebus omnino, quibus nullus is præinexistat, quin à luce indi possit, in cōtrouersia ponendum non est.

At quem calorem motus rebus indere videtur, nisi substātiam ab operatione generati placeat, nequaquam à motu fieri, sed illis præinexistentem, & à frigore reiectum retusumque, & veluti in veternum deiectum excitari & veluti viuificari, & propriæ restitui naturę, ac frigus quod ipsius domicilium subierat ex eo eiiciendi interimendique, & proprias edendi actiones potentem factum esse existimare oportet. Adeo scilicet proprius salutarisque calori est motus, vt non is modò qui à proprio entium calore editur iis inexistentem summa afficiat voluptate, & in propria conseruet natura, sed vel qui ab aliena fit vi summopere illum oblectet foueatque.

Quoniam igitur nullos prorsus à motu rebus calor indi videtur, sed præinexistens modò excitari, quàm lōgissimè abest Auerroes vt motus exemplo à non calida luce calorem fieri posse declarat, & in eo omnino minimè acquiescens, & ipsa à re tandem ipsaque admonitus coactusque à veritate, Aut erit, inquit, caussa consimilis, & per se, nihil scilicet à propria natura diuersum aget lux, sed quod simile ei est, calorem scilicet faciet, quia calida ipsa est: neque enim remotum est, inquit, vt forma ista, calor videlicet, luci copuletur, reflectatur igitur cum luce & cum luce abscindatur: nam licet neutra sint cælestia corpora quatenus tamen corpora sunt, cum elementis communia quædam habent, transpicuitatem, illuminationem, & obscuritatem. Aristoteles itaque in libris de animalibus Lunę naturam terrę naturæ similem esse asserit propter Lunę obscuritatem. Luminosa igitur, inquit ipse, orbis pars ignis naturę similis est: idque Antiquiorum etiam comprobat testimonio: qui stellarum operationem intuiti calorem nonnullis, siccitatemque attribuère. Inuitus quidem, & à re coactus tandem ipse etiam Auerroes, igneam stellis attribuit naturam, at Aristoteli iureiurādo obstrictus, nequaquam libro apertoque id ore, sed veluti mussitans.

Nimis certè positionis tenax Auerroes, qui cùm ignē à motu perfici, corrumpi ab immobilitate, & maximè ignis proprium motum lucémque, & ignis omnino perfectionē vtrunque & videret & prædicaret, & cælum etiam ipsum perpetuo perennique circumagi motu, & densiores quidem eius partes, atque nō diuersæ à reliquis naturæ videri possent, lōgè lucidissimas intueretur, igneum id enunciare ausus non sit, nec quòd cælo subiacet corpus, quod ipsi in primis à calore summo constitutū est, proprio deferri motu, sed propria ipsum natura in proprio immobile existens loco, à cæli conuersione rapi affirmauit.

Caput XVII.

Aliorum opiniones idem Auerroi ponentium destruuntur. Lucem calidam esse, & Solis propriam.

DETERIVS etiam Auerroe, qui irritati à reflexione lucem & irritatam calefaciendi vires assumere asserunt. Nam neque (quod maximè oportebat maximméque opus erat) cur stupida eis lux, vbi vlterius progredi prohibetur, irritetur, nec vnde calefaciendi vires, quas neque ipsa, neque id à quo resilit habet irritatæ accedant, nos docent vnquam: & quam longissimè abesse videntur docere vt nos possint. Neque integram explicant rem, non scilicet caloris omnis quem lux facit causam reddunt, sed veluti dimidij, eius nimirum modò qui à reflexa ea fit, nō eius etiam qui ab accedente ea manifestè fieri sentitur: simul enim ac contingit nos lux, non calefieri ab ea modò, sed quasi à iaculo feriri nos sentimus. Calor adeo nullo temporis factus momento, non ab accedente ea, sed à resiliente & proximum aerem calefaciente factus esse, iis tantùm videri potest qui positionis tuendæ amore capti atque adeò obcæcati sunt.

Nihil iis melius, qui aeré calore à luce donari, quòd tenuitate proprio caloris subiecto, donetur, cōtendunt.

Nam

Nam & ipsi nihil quomodo ab incorporea & minimè solida re tenuior fiat aer declarant, declarandum omnino: quæ enim tenuiora fiunt, vel à calidis rebus vel à densis contrerentibusque tenuiora fiunt: vt si à luce tenuior fieri videtur aer calida ponenda ea sit. Tum nequaquam tenuior factus aer, calidior etiam fit. quin secus euenit: quò enim tenuior fit aer, eò & calidus fit minus, vt qui calorem minorem concipiat. Minimè præterea imaginari licet aerem vniuersum, qui inter nos exorientemq; solem medius est, nullo illo temporis momento, quo illius lux nos calefacit, ab ea attenuari atque etiam calefieri. Ratio postremò omnis vanissimo innititur fundamento. Neque enim natura agens vlla materiæ dispositionem consequitur, ibi nimirum fit, vbi eius ingenio concinna illa facta est propriaque: sed ipsa agens natura se ipsam materiæ, tum & dispositionem etiam, qua gaudet, imprimit. Vt, si calor à luce & tenuitas aeri indi videatur, calidam esse lucem intelligendum necessario sit.

Hoc, reor, animaduertentes quidam fit quidem, inquiunt, à luce tenuior aer, & propterea etiam incalescit: at minimè tamen, quòd ingenitæ tenuitati calor accedat, sed quòd aer vniuersus multò amplior factus, ac longè ampliore opus habēs loco, quaqueuersus vniuersus simul diffunditur & agitatur, variis tandem cõmouetur modis, quò fit vt incalescat. Illud ij quidem incommodum vitant, quod nõ à tenuitate, sed à motu fit ipsis calor: at non reliquis modo omnibus, quibus illi, & amplioribus fortè sed aliis insuper ab illis seorsum premuntur, malis. Fortè enim minus his ratio reddi potest, cur non illustrata loca minus calefiunt. Nam si amplificatus à luce aer diffunditur commouetúrque & ideo calefit, æquè vniuersus calefiat oportet, nihiloque is minus quem lux nihil contingit, quàm ab ea illustratus contractúsque. Quippe amplificatus à luce aer, non in se ipsum colligitur, sed quaqueuersus diffunditur & commouetur. Et lucem aquas densissimaque specula transuectam ignis vires speciemque assumere intuiti, nisi & aquam etiam, speculaque tenuiora ampliora que à luce fieri, propterea que iis agitati motibus, à quibus ita calefiat vt exilientem lucem in ignem agant, propria eam natura igneam esse, & splendidiorem calidioremque in aqua speculóque fieri, quod in iis magis in se ipsam colligatur statuant oportet.

Omnium certè pessimi, qui huiusmodi asserunt esse lucis naturam, vt minimè ipsa calida cùm sit, calefaciendi vires à reflexione assumat. Quandoquidem præterquam quòd sensui vt primi repugnant aduersique sunt, qui (vt dictum est) accedentem directam que lucem manifestè calidam sentit, nihil vnde resilienti luci calefaciendi vis adueniat declarant, veluti eorum quæ fiunt non causas inquirere explicareque, sed euentus modò narrare propositum habeant. Quin non modus modò, quo resilienti luci calefaciendi vis inditur, explicandus iis erat, sed iis insuper, & nihilominus quo eo robustior illa inditur, quo magis in se ipsam lux reflectitur. Quoniam enim, non quocunque modo reflectatur, æquè calefacit, sed eò assiduè magis quò magis in se ipsam reflectitur, sibi ipsi omnium vnitur magis, & ignis ibi instar exurit, vbi directa in se ipsam resilit, à propria substantia & propriis viribus, non à reflexione assumptis calefaciat oportet. Neque enim aliud magis à reflexione recta quàm ab obliqua luci aduenire potest, nisi quòd in illa veluti duplex facta propriis etiam viribus duplicatis donata est, secus autem vbi maximè obliqua reflexio fit, nihil enim quæ resilit accedenti vnitur, sed veluti in rectum progreditur, proindéque vbi ita reflectitur lux, nihil reflexa accedente magis calefacit. Quamobrem nulli dubium esse potest, nequaquam à reflexione calefaciendi viribus donari lucem, iisdem enim ab ea omni perpetuò donaretur, sed calida est ipsa, quæ perpetuo (vt expositũ est) eò robustius calefacit, quo sibi ipsi vnitur magis, eoque maiores assumit vires quò ipsa maior fit, & copiosior.

Lucem porrò Solis propriam esse, veluti & ignis, minimè declarare oportere arbitror. Neque enim aliorum hominum vlli, ac ne ipsi quidem Aristoteli creditum suspicor: at ab eo effictum prolatúmque, calorem Soli tribuere reformidante. Sed si hoc quoque dilucidandum videtur, inde manifestari potest, quòd vbi prope adest vt lunæ immineat Sol, quæ eius lucet portio, nequaquam luce lucere potest in aere à Solis motu contrito facta, qui nimirum nullus ibi Solem inter lunamque fit medius, tum præterea quia ea lunæ portio illustrari tantum videtur quæ à Sole conspici: quæ si à luce illustretur non à Sole ipso emanante, sed in aere à Solis motu facta, vniuersa semper illuminetur. Itaque, quoniam qui à Sole ad nos aduenit calor, & quæ eum perpetuò comitatur penitúsque et infixa est lux, haud in aere fit à stellarum motu contrito, sed ab illarum, & à Solis præcipuè emanat substantia, & vel Aristoteles ipse eandem cælo vniuerso, quam stellis attribuit naturam, planum est (quod nobis positum est) Cælum à calore constitutum, & ipsius substantiam calorem esse. Verùm, quia non à propria cælum natura, sed singuli eius orbes à propriis substantiis, & ipsis quidem inhærentibus, at penitus ab ipsorum natura diuersis, nihilque commotis vnquam moueri videntur Aristoteli, rationea itidem, quibus, vt Peripateticis videtur, id suadet, exponantur & examinentur.

Capvt XVIII.

Aristotelis rationes, quibus quodcumque mouetur ab alio moueri suadet.


MNE quod mouetur ab aliquo moueri manifestum est, inquit Aristoteles: nam quæ præter naturam mouentur, manifestum habent aliud mouens à moto: externa enim vis agat necesse est, vt præter naturam moueantur. Quin & ex iis quæ natura mouentur nonnulla etiam distinctum habent mouens à moto, vt animalia, quamuis enim non ab alio neque extrinsecus moueantur, diuersum tamen habent mouens à moto. Nec dubitare prorsus contingit, ab aliquo moueantur animalia nec ne: constat siquidem ab anima moueri. Sed id inquiritur magis quoniam in iis modò diuersa sint mouens motumque: videtur enim veluti in nauibus, & in iis quæ minimè natura constant, sed arte, sic & in animalibus diuisum esse mouens à moto. Et propterea dicitur totum animal seipsum mouere totum, quòd in se ipso mouens habet motúmque, non autem quod totum se ipsum moueat totum. Postquam verò declaratum Aristoteli videtur, animalia etiam, quæ per se moueri videntur, maximè ab alio moueri, Dubitare, inquit, contingit, à quonam moueantur, quæ natura mouentur, non animata corpora, veluti leuia, grauiáque: hæc enim ad aliena quidem loca vi & præter naturam, igitur ab alio: ad propria verò & naturalia natura & spõte: non igitur manifestum est, veluti cùm mouentur præter naturam. Hoc, inquit, maximè dubitare contingit: ab alio enim ignem sursum moueri absurdum videtur, qui sursum secundum naturam mouetur motus principium existentem. Quando igitur in se ipsis motus habent principium, cur ab alio dicimus naturalem moueri motum? At neque à se ipsis, vitale enim hoc, & animatorum propriom. Præterea & irrationabile videtur vnam tantùm moueri motionem, non & contrarias, veluti & animalia quæ longè diuersissimis mouentur motibus: quin & consistendi vim inesse ipsis oportebat, vt ignis non ascendere tantùm, sed & descendere, & motum sistere etiam posset, si per se vt animalia moueatur. Tum continua sibi ipsis sunt elementa adeoque copulata, vt genere nullo diuisa appareant, sed eadem penitus semper, non vt quæ sese contingere dicuntur. Talia verò quæ sunt, quę scilicet vnũ atque idem prorsus minimè à se ipsis pati possunt: quatenus enim vnum quid est & continuum, & non contactu impatibile à se ipso est; 8. Phys. tex. 28. & seq.

nam quod separatum est, propterea hoc agere, pati illud aptum natum est. Neque igitur inanimorum, inquit, quæ natura mouentur vllum se ipsum mouet, continua enim & coniuncta, neque aliud continuum vllum: sed necesse est, in singulis mouens à moto diuidi, veluti in inanimis videmus, vbi animatum quid ipsa mouerit.

Inde igitur, vt videtur, separatos cælo motores incidendos colligit Aristoteles, quòd quæ apud nos mouentur, & quæ proiiciuntur, & animalia, & leuia, grauiaque, vbi spõte sua ad cognata feruntur, ab alio ab ipsis separato distinctóque moueri videntur. Quæ quidem vi, & præter naturam, à proiiciente impellenteque, animalia autem ab anima separata distinctáque à corpore, & corpori eo fermè modo insidenti, quo nauta naui. Quod verò separatum, distinctumque leuia moueat, grauiaque, Nondum quidem, inquit, manifestum esse. At & ipsa ab alio moueri oportere, ex iis venatur, quòd motus non inanimorum demortuorumque corporum, qualia illa videntur, sed animatorum viuentiúmque proprius videtur. Tum, quòd si à seipsis illa moueantur, nequaquam vno tantùm moueantur motu, sed multis diuersisque, vt animalia, & sistere eos vbi liberet possent. Insuper, quòd verè illa continua sunt, veréque vna, non scilicet à diuersis composita partibus, & quarum aliæ agere, pati aliæ queant. Nam motus Aristoteli non, vt nobis, operatio, quæ à substantia, cuius est, sola edi possit, sed passio omnino statuitur, qui igitur vt fiat, & agente & patiente opus sit. Nimis sanè, vel propriorum decretorum vbique immemor, vel adeo sui ingenij viribus confidens Aristoteles habendus est, vt quæcunque collibitum sit, vel si maximè ea & sibi ipsis & sensui repugnent, enunciari nihil vereatur, nihilque ea hominibus persuadere desperet. Neque enim, nisi alterum aut vtrunque sit, vel calorem lucémque, quam assiduè effundit Sol, à Sole emanare perneget, & alia multa parum bis minus credibilia ponat, vel quod modò declarandum proposuit, primorum corporum nullum, nec ipsum etiam cælum, quod longè rapidissimo & nunquam cessante circumuoluitur motu, non à se ipso, nec à propria natura, sed ab alio ab ipsis distincto separatóque moueri decernat, cum alibi, non cælum modò, & ignem aerémque, & aquam, sed ipsam etiam terram à propria natura moueri decernat, nullóque prorsus, à quo vel cęlum circumuoluatur, vel illorum quidpiam ad propria loca impellatur proiiciatúrve intueri cùm posset.

1. de cælo tex.5. & seq.

Capvt XIX.

Inanes esse positas rationes. Quæ natura mouentur, à se ipsis moueri.



Qvæ præter naturam mouentur ab alio separato ab ipsis distinctóque mouẽtur: at nequaquam tum horum exemplo quæ sponte sua & natura mouentur, non à seipsis, sed ab alio, & ipsa ab ipsis separato distinctóque moueri declarandum puto sed eorum modò, quæ & ipsa sponte sua & natura moueri videntur. Rectè & animalia ab anima, vt à distincta separatáque re, nec valde diuerso modo corpori insidente, quam nauta naui moueri. At minimè id ponere Aristoteli licet, qui nimirum id ponentes maximè alibi damnat, & qui animalia nequaquam ex anima corporéque, vt ex distinctis separatisque rebus, sed vt è forma & materia constare videntur, quæ vbi coeunt, ita & ipsi etiam coalescunt & vnum fiunt, vt nihil penitus in composito sit vniuerso quod alterum modò aut non vtrũque sit, & qui igitur animalis operationes ad vnam omnes, vel quæ summè animæ solius videri possent, disciplinam memoriámque compositi esse omnes velit, animæ solius nullam, quæ nusquam sola, sed corpori vniuersa, vt propriæ materiæ immersa sit. Sed, vt liceat Aristoteli sui ipsius oblito, animam à corpore separatam distinctámque ponere, & ab ipsa animalia moueri, minimè tamen animalium totorum motus exemplo, similaria quæ sunt atque vnum, ab alio ab ipsis distincto separatóque moueri declarare licet.

1. de anima, te.64

Quoniam enim corpori anima inest, vt distincta separatáque res, & corpus sui natura immobile ab ea mouetur Aristoteli, nequaquam animalis totius, sed animę solius motus exemplo, quæ vnum sunt ab alio ab ipsis distincto separatóque moueri declarari oportet: animam scilicet ipsam, à qua corpus ceu onus quoddam circompositum defertur, non à se ipsa, nec à propria substantia, sed ab alio ab ipsa distincto separatóq; moueri, & ipsam demonstrandum. Et simplicis similarisque rei spontanei naturalisque motus modò, modus, quo simplex similarisque res sponte & natura mouetur, declarandus, non rei motus exemplo, quæ minimè simplex miniméque similaris, nec vna omnino videri potest, è duabus naturis composita, & quarum altera penitus sit immobilis, quæ si moueatur interdum, minimè naturali motu moueri videri possit, sed & ipsa præter naturam, & ab aliena vi, veluti grauia, vbi sursum, aut in obliquum feruntur. Absurda igitur Aristotelis ratio, qua propterea quòd animalium corpora ab anima ab ipsis distincta separatáque moueantur, reliqua quæuis, & quæ simplicia sunt, atque vnum ab alio, & ipsa ab ipsis distincto separatóque moueri contendit. Multò etiam absurdiores sunt quibus leuia grauiaque à separato aliquo moueri oportere astruit. Cur enim animatorum tantùm & viuentium, animalium nimirum proprius sit motus, non & eorum omnium, quæ à se ipsis assiduè moueri & seruari videntur motu?

Capvt XX.

A quonam alieno ignis mouetur Aristoteli: & non ab eo, sed à sua moueri illum natura.



Contingit & hæc, in anima scilicet inquit Aristoteles, quæ natura mouentur, ab alio moueri semper. Fiet autem manifestũ causas diuidentibus. Mouentium itaque, inquit, hæc quidem præter naturam mouent mota & ipsa, quæ scilicet non ob id mouent, quòd propria natura motiua sint, sed aliena vi atque extranea, veluti vbi claua ferrea lapidem mouet: non enim quà ferrea, neque quà grauis, neque omnino à principio intrinseco, sed extrinsecus mouendi vim accipit: hæc autẽ natura, veluti quod calidum est, eius quod potentia calidum est, nam calidum actum quoties calefacit, proprio motu, & propria vi calefacit. Et mobile etiam natura similiter per se & non per accidens, quod potentia calidum est. Ignis itaque & terra ab aliquo mouentur, vi quidem cùm præter naturam, natura autem vbi ad proprias ipsarum actiones potentia existentes, vbi scilicet actu fiunt, quod potestate prius erant. Leue enim è graui fit, veluti aer ex aqua. At aer factus, nisi quod obstet, statim proprio aeris mouetur motu. Ab eo igitur mouetur aer, à quo aer est factus, & aeris donatus natura. Quoniam nec aqua, nec lignũ, dum illa aer, hoc ignis potestate est, aeris illa, hoc verò ignis motu mouetur, sed vt illa aeris, hoc verò ignis moueatur motu, in aerẽ illa, hoc in ignem agendũ est, & nec aqua ex se in aerem transit, nec lignum ex se ignis naturá assumit, & ignis fit, sed ab alio & aqua aeris, & lignũ ignis substãtia donatur viribúsque, & iis assumptis, statim aeris illa, hoc verò ignis cietur motu: ab eo vtiq; & aer aeris, & suo ignis motu moueri videri potest, à quo ex aqua ille aer, hic verò è ligno ignis factus est & ignis donatus viribus. Et quia insuper factus constitutusque, at ab aliquo coercitus retentúsque moueri haud quaquam potest, neque enim impedimẽtum amoliri, & ab eo etiam moueri quoquomodo videri potest, à quo, quod ne moueatur impedimẽto erat, remouetur, licet ex accidente. Non siquidem quod impedimentum remouet, è remotione potentia actu mobilẽ facit, veluti quòd illum è ligno ignem facit, sed è multò proximiore, & quæ veluti media est inter potentiam & actum,

8 Phys. tex. 61.

quæ

quæ scilicet actui proxima iunctaque, ex se à nullo rerat data retentáque in actum exeat. Nullam sese mouendi facultatem naturámque igni indit, sed remouet tãtum, quod proprium eius impedit motom.

Tot igitur diuisionibus, apparatu tanto, nequaquam non à se ipsis & à propria natura, sed ab alio separato ab ipsis distinctoque quæ natura mouentur moueri declarat Aristot. sed lignum, quod ignis potentia est, igois motu moueri non posse, nisi actu ignis fiat, & ignis naturam assumat virésque. Ignis, inquit, & terra (neque enim è quibus veritas manifestari potest repetere ea gratia fit) ab aliquo mouentur, vi quidem cùm præter naturam, natura autem, cùm ad suas ipsorum actiones, cùm videlicet actu fiunt, quod iuxta propriam naturam potestate prius erant, & proprias eius quod fiunt operationes operãdi vires assumunt. Nusquam igitur locali illa motu à generante, aut aliõ vllo moueri declarat Arist. sed ea donati natura eaq; forma, cuius is proprius est motus. Vbi, ait, è graui leue factũ est, nisi qoid obstet confestim operatur, à se ipso nimirũ & propriis viribus. Quod verò prohibens dimouet, est, inquit, vt moueat: est verò vt non, sed secundũ accidẽs: ꝙ impedimentũ tã cùm remoueat, & veluti in facultate ponat iuxta propriã operãdi naturã, aliud præster nihil. Quod igitur dictũ est, quæ potestate quid sunt, actu ab alio fieri docet Arist. At actu facta nequaquã ab alio locali moueri motu. quod demonstrandum omnino erat, neque enim id hic inquiritur mouens, quod lignum in ignem vertit, sed à quo actu existens ignis, eo modo ad proprium impellitur locum quod lapides à proiiciente, & animaliũ corpora ab anima, ab eo nimirum distincto separatóque, & à quo non commotus impulsúsque ignis moueri non possit: siquidem hoc illis euenit quæ non à se ipsis, sed aliena atque extranea ope mouentur.

Quocirca sommopere mirari Aristotelẽ licet, qui cũ eorum quæ natura mouentur, ab alio ab ipsis separato distinctóque nullũ prorsus in iis moueri declarauerit, sed fieri tantùm ab alio, ex iis illa omnia ab alio moueri enunciare nihil veritus sit. Et propterea etiam mobilia quæ sunt entia, nequaquam efficiens motus sui, nec faciendi omnino in se ipsis principium habere, sed patiẽdi tantùm. Desides igitur sterentésque proprias rerum naturas formásque faciat: huiusmodi enim videãtur & sint formæ, si entia nõ efficiens sui motus, nec faciendi principium in se ipsis habeãt, sed patiendi tantùm. Sed alibi actiones omnes formis apertè attribuit, & omnes manare à formis asserit, & hoc à materia differre formas, quòd agere hæ, pati modò illa possit: & quæ omnino si pati possunt, agere etiam possint, necesse est. Quoniam autem à contrariis tantùm pati possunt, miniméque illis pati impotẽribus, (nihil enim apud nos impatibile est) quę pariuntur formæ, & ipsæ in eas à quibus patiuntur, agendi facultate præditæ sint necesse est.

At eò, vnde digressi sumus, redeamus: & quando ne Aristoteli quidem, quæ natura mouentur, verè ab alio moueri videntur, sed fieri modò, aut ab impedimento liberari: quæ natura mouentur omnia à se ipsis moueri ponamos, & multò cælum amplius, quòd neq; ab alio Aristoteli generatur, & cuius motus à nullo retardari aut impediri potest, cui igitur horum exemplo aliud à propria natura mouens nullum adiicere Aristoteles possit. Deinceps reliqua prosequamur, & quale motiuũ, à quo motus prouenit, esse oporteat inquirentem Aristotelem audiamus. Licet enim quæ natura mouentur à se ipsis moueri & in se ipsis motus sui principium habere visa sint omnia, vt à quo primo ea moueantur inquirens Aristoteles ne audiendos quidem sit, tamẽ, vt vndique eius positiones inanes demonstrentur, audiantur atque examinentur.

Capvt XXI.

Primum mouens immobile oportere esse Aristoteles docet.

QVONIAM, inquit, declaratũ est, omne quod mouetur ab aliqoo moueri, ne in infinitum procedatur, necesse est deuenire ad primum mouens, quod non moueatur ab alio, sed se ipsum moueat, aut immobile sit, aliter enim in infinitũ fieret processus. Per se igitur mobile id erit, cuius pars altera moueator, moueat, altera, non autem moueatur, aut, quòd totũ se ipsum moueat totum. At hoc, inquit, demonstrabitur contingere non posse: quo modo enim vel effingi possit, eodem motu deferre aliquid & deferri, alterare & alterari, eandem igitur rationem idem docebit & discet, eandem sanitatem curabit & curabitur. Præterea, quoniam determinatum est, omne quod mouetur potentia id esse ad quod mouetur, quod enim calescit facultate erat calidum, & quod frigescit facultate erat frigidum, at omne mouens actu iam est, quatenus mouet, per se igitur mobile, nempe quod totum à toto mouetur, simul & potentia & actu esset ad idem, facultate quidem quatenus mouetur, actu autem quatenus mouet: igitur perfectum simul & imperfectum, calidum & frigidum, calidum igitur & non calidum. Quæ omnia absurdissima cùm sint, reliquom est vt per se mobile id esse dicatur, cuius pars mouet tantùm, pars tantùm mouetur, & quæ mouet, vt sit ipsa penitus immobilis, quæ mouetur moueat interdum aliquid extrinsecus, interdum moueatur tantùm: quod in animalibus facillimè videtur, quæ per se mobilia sunt, qoo definitum est modo, & est in ipsis mouens anima immobilis ipsa ab anima, motum corpus non amplius mouens semper, sed interdum tantùm. Quin & inde, inquit, si non necessariò, rationabile videri queat immotum oportere esse quod mouet. Quoniam enim est quod mouetur tantùm, & est quod mouetur & mouet: & id etiam esse rationi congruũ est, quod mouet tantùm & non mouetur. Quod nimirum vbi componẽtium quid alterum per se existit, & alterum per se existere oportet. 8. Phys. tex. 34. & 39.

Propterea igitur, vt videtur, vel quæ à se ipsis moueri apparent, ab alio omnia moueri Aristoteli videntur, quòd motus ad locum idem generationi alterationique visus, & sub eadem ei positus est ratione. Itaque quòd quæ secundum substantiam qualitatésque immutantur, non à se ipsis sed ab alio immutantur, quę itidem ad locum mouentur non à se ipsis sed ab alio moueri oporteat omnia. Præterea & quòd, quoniã & quę ab aliis feruntur & gestantur, & quæ à se ipsis mouentur, moueri omnia dicuntur, hæc iidẽ vt moueantur veluti & illa alio opus habere visa sunt, è communi nimirum, quam ipse generationi alterationique & motui ad locum assignauerat rationem, & communi è nomine, quod iis quæ manifestè ab alio & iis quæ manifestè à se ipsis moueri videntur, inditum est, & exposita itidem è ratione quæ mouentur omnia ab alio moueri. Quas ob res num rectè ex iis decretum id Aristoteli sit, num eadem quæ generationi alterationique motui etiam ad locum congruat ratio, & nom entibus, quibus idem inditum est nomen, necessariò eadem natura eædemque indendæ sint facultates, & num firma sit ratio, intuendum est.

Capvt XXII.

Motum quemuis entis in id quod potestate est, immutationem actum esse, & eandem quæ generationi alterationique motui etiam ad locum congruere rationem Aristoteli visum esse, & perperam vtrumque.

MOTVS, ait, absque rebus non est, siquidem quod mutatur, aut substantiæ, aut qualitatis, aut quantitatis, aut loci mutationem patitur. Vnumquodque autem eorũ in quibus motus fit, substantia scilicet, qualitas, quantitas, aut locus, rebus quæ immutantur bifariam inest, nam in substãtia aliud est forma, aliud priuatio, & in qualitate aliud 3. Phys. tex. 4. & seq.

albnm, aliud nigrum, & in quantitate aliud perfectum, aliud imperfectum, & in latione aliud quidem supra, aliud infra, vel aliud quidem leue, aliud graue. Quare quot entis sunt species, totidem motus sunt atque immutationes. Cum autem iu vnoquoque genere aliud quidem actu, aliud potestate dixerimus, eius quod potestate est, quatenus tale est, actus motus est, vt rei quæ alterari potest alteratio, eius quæ augeri & imminui incrementum, imminutióque, eius quæ generari & interire, generatio & interitus, eius quæ ferri latio. Tum motum indefinitum quoddam esse inde declarans, quòd cum entis genera omnia in actum & potestatem diuidantur, motus neque in actu, neque in potestate collocari potest, nam neque id quod quantum esse potest, neque id quod actu quantom est, necessario mouetur, Motus, inquit, actus quidem esse videtur, sed imperfectus est: causa autem quòd id quod potest esse, cuius actus motus est, imperfectum est, atque hanc ob causam quid sit difficile est somere. Necesse est enim aut in priuatione ipsum reponere, aut io potestate, aut aut in eo quod planè est actus, in quorum nullo reponi posse videtur. Is igitur qui dictus est modus restat, nempe actum quidem aliquem esse, sed talem, qualem diximus, qui ægrè quidem perspicitur, sed tamen qui esse posit. Tum, vt clarius & proximius etiam (vt Peripateticorum optimi explicant) quid sit motus declararet, & quæ definitionibus iam traditis obiici poterant magis declinaret, Mouetur verò, inquit, & mouens omne quod moueri potest, & cuius vacuitas à motu quies est, nam in id agere, quatenus est tale, id demum mouere est, hoc verò tactu facit quare simul & patitur. Quamobrem motus actus est rei quæ vim habet vt moueatur, quatenus eam vim habet, hoc autem rei tactu efficitur quæ moueodi vim habet, ex quo fit vt etiam patiatur.

Motum omuino omnem, & ipsum etiam qui ad locum fit, io eote, quod potestate qoid fit, & ab ente fieri, quod actu id sit Aristoteli placet. Itaque motus quiuis vt fiat, vel duplici opus esse ente, & quorum alterum id potestate sit, quod actu est alterum, vel siquidem vno, at cui duplex insit oatura & è dupliei compositum sit parte, & quarum altera id potestate sit quod actu est altera, & illius in hanc immutationem & veluti transitum motum esse. Generationem alterationémque, & motum ad locum impetfectum quidem, & actum omnino, proindéque quæ secundum substantiam qualitatémve, & quæ loci immutationem patiuntur, imperfectè quidem, at agere Aristoteli videri potuisse summopere mitari licet. Siquidem quæ propria natura propriisque viribus spoliantur, & aliena natura alienisque donantur viribus in aliáque aguntur entia, vel si ex ignobilissimis in nobilissima transitus fiat, quio & quæ eadem remanent, at iuxta quampiam qualitatem immutantur, quæ Aristoteli loci mutationem patiuntur, quàm longissimè ea absunt vllum vt actum edere videri queant, quæ nimirum manifestè, si non vt illa penitus corrumpuntur, at iuxta quampiam conditionem immutantur, itaque & patiuntur.

At liceat Aristoteli manifestissimam pessimámque entium passionem impetfectum quidem, at actum ponere. Nos num motus ad loeum impetfectus actus poni posit, & num ipsi eadem, quæ generationi, alterationíque conueniat ratio, proindéque eadem entibus, quæ secundum substantiam qualitatésque immutantur, & iis etiam quæ locum mutant, patiendi operandíque aptitudines facultatésque insint, & qoæ illis, dum immutantur, his itidem dum mooentur booa eueniant malaue intueamur. Siquidem, vt entium, quæ sub eadem continentur ratiooe præstantiores robustioresque aliis, aliis verò deteriores languidiorésque, at omnibus certè aptitudines eædem eædémque insint facultates & eodem prorsus modo, ab iisdemque insuper patiantur afficiaoturque & operentur, perficiantúrque & corrumpantue oportet: ipsa enim ratio quæ perfecta est, quæ entibus iosunt his ea indit omoia. Itaqoe, qood dictum est, oon rectè Aristoteles quæ secundum substantiam qualitatésque immutsntur, & quæ loci mutationem patiuntur, sub eadem collocata sint ratione, inquirentibus, num dum illa immutantur, & hæc mouentur, bono voluptatéque, vel malo molestiáque vtraque afficiantur an conseruentur oblectentúrque altera, altera verò corrumpantur torqueantúrque, inquirendum. Nam, si eadem vtriúsque eueniant, rectè eadem vtrisque assignata sit ratio, at si contraria, perperam prorsus.

Quoniam igitur quæ substantiæ & quæ qualitatis mutationem patiuntur, penitus illa & hæc quapiam ex parte corrumpuntur omnia, summóque afficiuutur dolore, quæ contra à seipsis mouentur maximè in propria conseruantur oatura, summoperéque oblectantur, patet rationem quæ geoerationi & alterationi congruit motui ad loeum congruere non posse: & ideo inanes essa rationes omnes quæ definitionem eandem & huic & illis conuenire supponunt. Inanis itidem ea est quæ inde ab alio & immoto eo moueri omnia ponit, quod impossibile sit motu eodem deferre deferrique: nullo enim eam sensu, sed communi tantùm oomine firmat Aristoteles, quo & quæ ab alieoa vi, & quæ vel ipsius testimonio à seipsis & à propria mouentur natura, moueri dicuutur. Quod igitur nomen si vtrisque dematur, & proprium vtrisqoe indatur, si scilicet ignem ad superiora tendentem non moueri, sed ascendere, & animalia progredi, & quæ ab alio feruntur impelluntúrve ferri vectarique dicamus, statim corruat nulláque sit prorsus. Non quæ operationes vnum, idémque sortitæ sunt nomen, iisdem eæ à naturis eduntur, sed sed quæ idem operationibus bonum malúmve inferunt. Itaque quòd quæ ab aliena mouentur vi, corrumpi tandem omnia, quæ verò à seipsis conseruari videntur, hæc à seipsis & à propria natura, & proprium iis motum, illa contra ab aliena moueri vi, & à seipsis immobilia, proindéque & motum alienum esse odiosúmque statuendum est.

Ratio itidem, qua immotum oportere esse quod mouet, astruit, vana prorsus est, quæ non rebus vllis, sed à vocum ambiguirate pendet, & quod quæritur sumit. Id verò vt patesaciat, qood ab aliena gestarur impelliturve vi, non moueri amplius, sed gestari impellive, quomodo diei debet, dicatur. Esto igitur quod gestatur impellitúrve tantùm, & ititidem quod gestat impellitve & gestatur impellitúrue, & colligere hinc liceat id etiam opottere esse, quod gestat tantùm, at oequaquam immotum id tamen, sed vel longè maximum, & quod mouentium quotumquumque vires exuperet, vel longè velocissimum, & quod reliquorum omnium motus atqoe ictus effugere queat. Quin, vt dictum est, quod quæritur sumit. Quoniam enim mooere & moueri in iis etiam quæ natura & à seipsis mouentur diuersa ponit, diuersum in iis mooens à moto ponit, quod quæritue oimirum, neque enim aliud hic inquiritur, nisi num quæ à seipsis moueri videotot tota seipsa moueant tota, an eorum pars quæpiam moueat tantùm, reliquæ moueantur. Noo solæ scilicet voees, si rerum naturam inspicere propositum est, audiendæ sunt, quarum ambiguiras ioopiáque in multos nos errores ioiicit sed multo prius multóque amplius res ipsæ ipsarumque actiones operationésque, & tales singulæ illæ pooendæ, quales hæ illas esse deelarant. Illarum alias per se mobiles, immobiles alias, & has ab illis gestari interdum impellive, illarum contra motum ab his cohiberi interdum retioerique statuendum, quæ nimirum passim fieri videmus, immotum quod est alia impellere, aut sese mooendi facultatem aliis indere, efficiens omnino motos causa, quæ hic ioquiritur, minimè esse vnquam, quod scilicet nuoquam eoospectum est, nec fieri posse imaginari licet.

Videtur hoc (inquit Aristoteles) in animalibos apertissimè. At mihi quidem nihil æquè obscurum: nec modò si ea anima corporéque, vt è forma & materia compositum sit animal, quæ vbi simul coeuna ita vnum fiunt, vt vel Peripateticoium assensu nihil magis sit voum. Et propterea in ex ipsis composito ne punctum quidem

quidem inuenire liceat, quod alterum sit tantùm aut nō vtrunque simul. Vt operatio nulla prorsus solius formæ, quæ nimirum nusquam sola per se sit, sed compositi sunt omnes. Sed nihilominus, si anima corpori insit vt nauta naui, quemadmodum inesse placere hic Aristoteli videtur, & placeat necesse est, separatum distinctúmque mouens à moto oportere esse decernenti, quid enim humana quidem ratione minus comprehensibile est, quam graue sui natura atque immobile corpus, ab incorporea immo aque anima ad tot rātosque agi motus? Ex certè, vt alibi vberius habebitur, singula Aristotelis hoc astruentis dicta difficultates excipiunt, quas euadere atque explicare nunquam valeat. Tum, vt exuperet eas omnes, eoque modo corpus ab anima moueatur, nihil vsquam ipsa commota, quod Aristoteli moueri visum est. Quoniam non propterea ab ea mouetur, quòd ipsa illud impellat, vel quod sese mouendi facultatem illi indat vllam, sed quòd indiuiduum quid ipsa sentiente cogit in se ve, calor molestū quia contra frigus in corpore fit, & ab illo inexistens spiritus in amplius expanditur neruique extenduntur, ab hoc contra spiritus in se ipsum constringitur & nerui contrahuntur, & corporis partes illius & horum expansionem contractionemque sectantur, corpus vniuersum Aristoteli commouetur, si quidem partibus per vices expansis contractisque motus Aristoteli fit.

Itaque manifestè non ab anima ipsiúsque natura, sed à spiritus neruorúmque expansione contractionéque, quio à calore frigoréque, & nequaquam ab animæ substantia, sed à re facto, quam (vt in superioribus dictum est commentariis) nusquam explicat Aristoteles, & quàm longissimè abest explicare vt queat. Nequaquam, quale iuxta eius positiones esse animal oporteat, è mouente motaque parte compositum, & ab illa hæc moueri videri potest. Vt si ab anima corpus moueri Peripatetici velint, quòd illa affecta calor frigúsque in corpore fit, à quibus partes extenduntur contrahuntúrque ex accidente omnino quodam, & valde eo remoto, & modo quo simplicia corpora moueri Aristoteli placere nō potest, corpus ab anima moueri fateantur necesse est. Præterea, vt rectè modus Aristoteli positus sit, quo ab immota anima corpus moueatur, quoniam eo simplicia corpora moueri non possunt, quæ scilicet non animaliū ritu diuersis conflatè partibus, & quarum singulæ diuerso assiduè immutantur modo, maioréique, & minores fiunt, sed penitus sibi ipsis similia & vnum idémq; vniuersa & stupida Aristoteli sunt: proindéque nullo à sensu nulláque à cogitatione affici immutarique possunt, vtique alius effingendus erat modus, quo immobiles ipsorum partes (neque enim si sese mouendi facultate donatæ Aristoteli essent ab alio mouendæ essent) ab vna eaque immota moueantur, & apertissimè is demonstrandus.

Non siquidem adeo obscura, adeóque sensui repognās res, & è qua Deum esse eiúsque conditiões omnes hominibus manifestandas esse Aristoteli propositum erat rationibus logicis & inanibus, vt visum est, quio rationibus nullis declaranda, sed sensui exponenda erat, partem nimirum quampiam iis inesse ostendendum ab aliis bene diuersam, benéque distinctam, & cui vel nullum edenti motum reliquas commouendi facultas attribui posset indicandum. Nec verò, quin summa illum inquisierit Aristoteles diligentia, & propterea non positum, quòd nullum vsquam inuenire effingereq; potuerit, ambigendum est quicquam. At vnde digressi sumus redeamus, & num, quod Aristoteli, suísque omnibus placet, propterea eadem quæ generationi, alterationique, motui itidem ad locum ratio congruat, quòd extra proprium locum posita, imperfecta dum, & non acto sed potestate sunt corpora, & perfecta actuque vt fiant, ad propria deferenda sunt loca. Quare quòd si non à motus natura, & quòd mouentur, ai veluti ex accidente quodam immutantur perficiunturque & actu fiunt & propterea omnino à motu perfecta actúq; fiunt, quod ad propriam ab eo feruntur perfectionem, actum imperfectum, & talem qualis generatio alteratióque visa est esse motum, ponere liceat, intueamur.

CAPVT XXIII.

Minus etiam eandem quæ generationi alterationique motus ad locum congruere rationem, quod corpora singula ad sua loca, in quibus ex imperfectis perfecta fiunt, ab illo ferantur.


OCVM inane spatium, & veluti non ens, & nulla prorsus agendi facultate donatum esse, atque enti nulli perfectionem indere demeréue posse, & nihil pro suis à se ipsis locos differre, sed vnum eundémque esse omnes, satis est superius declaratum. Itaque id modò declarandum est, cur adeo promptè ignis ignéæque res ad superum locū efferuntur, terra contra, & paulò corpulentiores res ad infimum deferuntur, si neuter nullum ipsis bonum præbet malúmve, & sit id etiam satis ibi expositum videri possit. Non ignis nec ens aliud vllum propterea locum mutat, quia is è quo recedit non æquè ipsius naturæ atque is in quem fertur proximus sit cognatúsque, sed quòd à contiguis in illo entibus molestia quapiam, & quæ vitanda sit, afficiatur, vel qui ab entibus in hoc contentis vel nihil dum ab iis contactum foueri se sentiat, & ferrum illud, hoc flammæ vaporésque declarant. Propterea enim ad superpositum magnetem tāta effertur ferrum velocitate, quod huius calor ab illius calore summopere foueri se sentiens, proximiúsque ab eo amplius foueri appetens (id quod magno quopiam accensus appetitu animalium etiam spiritus facere videtur) colligit sese, adeóque proprias intendit vires, vt onus cui à nullo stimulatur appetitu succumbit promptissimè ad magnetem efferat, & ne eius priuetur contactu in sublimi sustinet. Et flammæ vaporésque omnes idcirco sursum efferuntur, & non infero circumuoluntur in loco, quòd ab eius crassitie comprimi se sentiunt, nam compressionem quamuis tenuibus entibus molestissimam esse & fatalem satis est alibi dictum. Terráque paulò corpulentiora quæ sunt entia quæuis propterea deorsum delabuntur omnia, quòd inexistens eos calor molis copiæ onerique impar dettahi se sinit, nam descensum omnem materiæ tribuendum esse satis est, vt existimo, in superioribus declaratum commentariis.

Tum, si (vt Aristoteli placet) corpora singula proprium sortita sint locum, & ob hanc caussam singula moueantur, vt in eo fiant conquiescantque, & propriam in eo adipiscantur perfectionem, stultum sit, cælumquòd sempiterno commotum motu, nunquam ad proprium ad quem tendit perueniat locum. Adhæc si illud fiat, & ad propium delata entia locum, & proprium bonum propriámque consequantur perfectionem, infelix Aristoteli sit cælum, cui perpetuò imperfectus edendus est actus, & frustra prorsus, nunquam cuius gratia eum edit sibi comparans bonum. Præterea, vt in iisdem expositum est libris, continentium corporum superficies locus Aristoteli visus cùm sit, & cælum penitus ab igne diuersum, & aer altera sui natura igni contrarius positus cùm sit, quam vel igni Cælum, vel aeri ignis largiri queat perfectionem, intelligi minimè potest: nec vnquam, reor, Aristoteles ostendat. Itaque, quoniam quæ à se ipsis mouentur entia, nec à motus, nec ab locorum natura, ad quæ à motu feruntur nihil prorsus immutari apparent vnquam, pacto nullo eadem quæ generationi alterationique motui etiam ad locum ratio congruit. Proindéque motum, veluti illas actum imperfectum & passionem esse, & quæ à se ipsis mouentur ab alio moueri perperam Aristoteli positum esse, & quæ à se ipsis mouentur tota à se ipsis totis moueri, liquidò vndique patet. Proptereáque nihil Aristoteles Aphrodisiæusque audiendi essent, substantiarum, à quibus cælum mouetur, naturam modúmque, quo ab iis mouetur, inquirentes declarantésque? at quòd illarum vnam Deum

Opt. Max.faciunt, & è cæli motu Dei ipsius conditiones colligunt, rem scilicet inquiunt, declarant longè aliarum omnium obscurissimam longéque nobilissimam, audiantur, rationésque, quibus rem tantam explicant, inspiciantur omnes.

Capvt XXIIII

Cælum animalium ritu ex anima corporéque vt è distinctis rebus constare, & ob alicuius appetitum moueri Peripateticis videtur: & perperam vtrumque.

Alex. 12. metaphys. c. 10.

SI, inquiunt, cæli motus continuus est & æternus, cælum ipsum æternum sit oportet, & animatum insuper, æternum existens optimumque, & motu delatum longè præstantissimo. Et id itaque sit, necesse est, cuius desiderio moueatur cælum. Nam quæ per animam mouentur, ob impulsum omnia & ob alicuius appetitum mouentur. Et non æternum modò oportet esse huiusmodi mouens summeque simplex, atque actu æterni continuotísque motus causam, sed immotum etiam iuxta rationem in physicis positam, & superius à nobis examinatam: quòd eo existente, quod mouetur, & mouet, quale inerrans videtur cęlum, quod suppositum vagum erransque secum rapit commouétque, & eo quod mouetur quale errans apparet vagumque, id etiam esse oporteat, quod mouet tantùm & non moueatur: altero enim è componentibus quid se existente, & alterum per se existere oportet. Inde itaque non sui ipsius gratia propriámque operandi operationem, sed ob impulsum & ob alicuius appetitum moueri cælum Peripatetici ratiocinantur, quòd animatum cùm sit, animalium ritu moueri oporteat, ob alicuius videlicet desiderium, aut etiam odium, ob impulsum omnino atque appetitum, animatum porrò esse ex eius substantiæ atque operationis pręstantia, siquidē quæ animata sunt inanimis nobiliora & præstantiores operationes operari videntur.

Num igitur cælum ex anima corporeque, vt è distinctis, separatísque rebus, veluti animalia constet, & nū præterea qualecumque existat ob externi alicuius appetitum moueatur, considerandum. Animalia, vel quæ ignobilissima sunt, entibus quæ apud nos sunt omnibus nobiliora esse, rectè id quidem: quippe quæ operationes operantur longè quàm alia præstantiores, viuere nimirum, sentire, mouerique. Et si ex anima ea constent corporéque, vt è forma & materia, proindéque vnum atque idem sint, & operationes animalis totius non solius sint animæ, haud perperam animatum videatur cælum, formâ videlicet naturáque præditum, animæ substantiæ nihil dissimili, viuere & ipsum, mouerique conspectum. At quoniam, animalia ex anima corporéque, vt è distinctis separatísque rebus Aristoteli hic fuisque ponuntur, & motus ab anima sola fieri eiusque vnius proprius esse: summè similare visum cælum & nūquam cessante delatum moto, nequaquam animatum ponendum illis fuit, sed substantiæ eiusdem esse vniuersum, cuius ipsa est animalium anima. Iam à nobis sæpè dictū est enti vni, nisi contrarias ei indas naturas, motus motúsque cessatio atque immobilitas assignari minimè potest, sed quod mobile est perpetuò moueatur necesse est. Non perpetuò igitur moueri animalia visa, non tota mobilia, sed è duplici substantia cōposita esse existimandum est, è mobili altera, & ex altera immobili, quæ propterea moueatur, quòd ab inexistente alia deferatur. Id autem non perpetuò, nec diu fieri posse, quòd quæ mobilis est, immobilis onere oppressa defatigataque vlterius eam vectare minimè possit, & nunquam tamen, vt dictum est, immobilis facta ipsa, vt arteriatum thoracisque perennis motus manifestat.

Quoniam igitur nunquam a motu cessat vel defatigatur cælum, non è duplici & ipsum substantia, & ex immobili altera, veluti animalia, compositum esse existimare conuenit, quæ si à mobili vectetur, tanquam onus eam grauet, & eius motum vel sistat vel variet saltem interdū, sed vniuersum ipsum mobile, & spiritus substantiæ quàm simillimum. Sui præterea natura, veluti animalium corpora, immobile si sit cælum: modum, quo à separata immotaque substantia & ob ipsius appetitum moueatur, effingere Aristoteles nequeat prorsus. Nam quo animalium corpora ob huiusmodi animæ appetitum moueri declarat, præterquàm quod (vt suo amplius declarabitur loco) longè est absurdissimus: cælum eo moueri placere Aristoteli non potest. Esto enim ob animalium animæ externarum rerum appetitum odiumque calor frigúsque in eorum corporibus excitari, & ab iis simul agentibus nerui extendi contrahíque, & spiritus amplificari & in angustius cogi, & ab iis ita auctis imminutisque corpus impelli retrahíque, proindeque & moueri Aristoteli possit: nō certè & cælū ob huiusmodi substantiæ appetitum moueri placere ei potest. Summè enim simplex penitúsque inalterabile cælum cum sit, quos edit motus, nequaquam inexistentis substantiæ appetitui partiúmque alterationi, quæ illum consequitur, sed propriæ ipsius naturę necessariò attribuendi sunt omnes.

Qualecunque tamen sit cælum, minimè animantium ritu ob illius appetitum odiúmque moueri existimandum. Propterea enim animalia non perpetuò motus tantùm edendi gratia, sed ob externi cuiuspiam appetitum mouentur interdum, quòd inter contraria genita cùm sint entia, & assiduè ab iis offendantur assiduéque imminuantur, itaque & illa declinanda repellendáque, & quibus reficiantur comparanda, motúque vtrumque peragendum cùm sit, multos vtique ob appetitum motus edant oportet. Minimè verò hoc accidit cęlo, quod à nullo oblædi potest, & bonum omne in se ipso habet: cui, quod declinare velit propinquum nihil, nihilque quod appetere queat, remotum est: quod igitur, si ob appetitum moueatur, stultum sit, id perpetuò cùm sectetur, quod assequi nunquam videtur, & laborioso Peripateticis molestóque motu, siquidem non naturali. Propterea enim aliam à cæli natura efficientem finalémque eius motus inquirunt causam, quòd motus non propria cæli operatio, nec à propria ipsius substantia manare videtur. Non igitur ob impulsum, nec ob alicuius externi appetitum, sed propterea moueri statuendum est, quòd motus propria ipsius operatio sit, qua oblectatur & seruatur cælum.

Illud fortè dixerint, Dei voluntate moueri cęlum, velle autem Deum, quandoquidem summè bonus, quod boni pręcipuum est munus, bona sua omnibus communicari, esse nimirum: id enim proprium Dei bonum. Quoniam igitur esse omnibus communicare vult Deus, & cęli motu id effundit, propterea moueri velle cęlum: ipsum autem libens moueri, quòd Dei ipsius voluntatem intelligit, eiusque bonitatis particeps, & quoadlibet simile illi fieri appetat, nec vnquam à motu cessare, quòd ab amato moueatur incomprehensibili, & cuius bonitatem vniuersum adipisci nunquam possit. Hęc hisque similia si dixerint, nullis non credita aut ignota, reor, dixerint. Quotus enim quisque est, qui non summam Dei bonitatem intueatur fateaturque? Ecquis etiam quæcunque in terrę cęlique medio constituuntur aduertit, non ea omnia à cęlo è terra educta fateatur? Quis tandem sanæ mentis homo, quęcunque velit Deum facere posse neget? At Dei sapientiam bonitatémque in reliquis contemplatus quiuis, illud etiam simul intueatur, posse quidem quæcunque velit facere Deum, qui mundum vniuersum è nihilo condiderit: sed non eo illum pacto constituisse, vt entia ad proprias edendas operationes noua potentia operandi assiduè indigeāt, sed singula à Deo ipso propria natura propriásque operandi operationes facultate donata, iuxta propriam singula operari naturam, nunquam quidem à Deo summo non dependentia, nec vnquam Conditoris ope non indigentia, at

tia, atque singula: quorum igitur nullum non à propria etiam natura, & non sui ipsius agat, operetúrque gratia, in aliorum etiam commodum bonúmque agere operarique conspectum.

Ea scilicet in singulis suis operibus Conditoris nostri industria elucet sapientiáque, vt quod necessariò factum est consultò id & melioris gratia factum, & partium singularum operatio ad aliarum omnium, & singularum etiam conseruationem spectare videri possit. Proindéque singula animalium viscera singulæque partes proprium opus conficientes, & proprias edentes actiones, non seipsas modò seruant oblectántque, sed reliquas adiuuant & seruant etiam omnes, seruatæ & ipsæ ab omnibus, nullis tamen non propriam edentibus operationem. Vt si quæ in cæli terræque sunt medio ab illius motu omnia constitui seruaríque videantur, minimè tamen eorum gratia cælum moueri existimandum sit, quin potius præcipuum Dei opt. Max. sapientiæ indicium id sit, qui necessariò & sui ipsius gratia motum cælum eo ipsum deferri instituit modo, vt vel longè maximum longéque (vt dictum est) robustissimum, terram tamen longe minorem longeque debiliorem non exurat, & plurima ex ea educat longéque pulcherrima, quorum gratia tamen nunquam moueatur cælum, nisi necessarius salutarisque & longè etiam iucundissimus sit ipsi motus, & quo vt propria oblectetur seruetúrque operatione, vt alibi à veritate coactus edoctúsque ipse etiam affirmat Aristoteles.

Cælum, inquit, circulari mouetur motu, est enim ipsi bonum moueri quàm manere magis, quoniam operari magis quam non operari. Æterno autem corpori conuenientissimus circularis motus, qui neque principium habet neque finem. Rectè sanè. Non igitur alia inquirenda est motus causa, quæ præsertim finis habeat rationem. Nec aliud itaque appetens, nec alteri simile fieri studens, nec vllius consuetudine frui quærens, sed ob id mouetur cælum, quòd operari præstat propriam operationem, quæ, vt sæpe dictum est, salutaris est longéque iucundissima, non alienam, quæ laborem infert molestiámque, & ad interitum denique agit. Et alibi,
3 de cælo tex. 37. moueri cælum, inquit, quoniam proprium est ipsius opus: neque hoc tantùm, sed esse etiam propter motum. Singula, inquit, quorum opus est, esse operis gratia. Dei autem actio immortalitas. Quare necesse est, Diuino vitam existere sempiternam. Quoniam autem cælum tale (diuinum enim corpus) propterea habet circulare corpus, quòd natura circulo mouetur semper. Motus igitur Aristoteli cæli est opus, & propter motum insuper est cælum: à propria igitur substantia, nec ob aliud omnino mouetur cælum, sed propriæ operationis operandi gratia, quæ nullius externi opera aut ope editur,
Tex 64 & 66. & quæ finis est operandi enti omni. Tum alibi, Moueri, inquit, cælum, quoniam bonum appetit, id autem motu consequi, & propterea diuersos orbes diuersis moueri motibus, non enim eisdem omnes bonum consequi posse: pluribus itaque quosdam, quosdam verò paucioribus, nullis omnino terram, quia scilicet bonum consequi non potest, exemplo demortui.

Si propterea mouetur cælum, quia bonum appetit, proprium nimirum, neque enim alienum appetat, & si motu illud consequitur, motus propria est cæli operatio, qua, vt dictum est, singula proprium bonum consequuntur, summoperéque oblectantur. Terram porrò nihil moueri, quòd demortui hominis ritu nullum ipsa motu consequi queat bonum, statuens Aristoteles, rerum omnium Conditorem Deum quodammodo inertiæ incusare, parum propriorum decretorum memor, parum etiam diligens entium operationum passionúmque spectator videri potest. Iners enim rerum conditor fuerit, si primorum corporum alteri proprium bonum non attribuerit, & id comparandi sesèque conseruandi facultatem non tradiderit. Et duplicem ipse naturam, & alteram motus, immobilitatis alteram principium, & terram sui natura immobilem cum posuerit nullámque prorsus cælo similitudinem cognationémve sortitam: quin ipsius conditiones omnes cæli conditionibus penitus contrarias eùm intueretur poterat vtique intelligere, non propterea eam non moueri, quòd motu bonum consequi non posset, sed quòd à natura constituta sit quæ immobilitate gaudet, & ab immobilitate seruatur, & à qua quod appetit bonum haber esse, & à motu, ab operatione nimirum quæ contraria est naturæ, corrumpatur. Et entia quæ mouentur, calida fieri omnia intuito, proindéque calorem à motu fieri enunciantí, nequaquam longè frigidissimum ens non ideo non moueri, quòd demortui hominis ritu nullum à motu adipiscatur bonum, sed quòd calorem is, contrariam scilicet inderet naturam itaque & corrumperet, & quòd mansio propria est ipsius operatio, quæ & mansione summopere oblectatur seruatúrque asserendum erat. Incusandus plane est, qui cum cælum natura circulari æternóque motu & propterea moueri intuitus esset, quòd motus propria est naturalisque ipsius operatio, & quòd motu proprium consequitur bonum, veluti sui ipsius oblitus singulis cælestibus orbibus proprias indit substantias, & penitus eas immobiles penitúsque ab eorum natura diuersas, à quibus ad motum ij agãtur.

CAPVT XXV.

Deum Opt. Max. vni includens Aristoteles orbi, mouendique tantum munus ei attribuens, iners, ne dicam impium deprehenditur.


T verò Deum etiam ipsum vni includens orbi, eiusque vnius circumuoluendi modo munus, aliud nullum, nullámque aliam ipsi attribuens operationem, non incusandus, sed detestandus etiam videtur, qui nimirum id statuens rerum quæ à cæli motu & à calore ab eo facto generantur, siquidem efficientem, at veluti ex accidente quodã caussam Deum ponit, & quatenus orbis ab eo commotus reliquos omnes & Solis secum rapit orbem, at impotentẽ prorsus alio illas quàm quo fiunt modo efficiendi, & veluti naturæ viribus imparem earum actionem nec retardandi nec immutandi potentem, proindéque quæ fiunt, velit nolit Deus, fieri oportere omnia decernat oportet decernítque. Ad hæc rerum humanarum omnium prouidentiam Deo demit omnem. Res denique ponit, quas non perpetuus modò hominum omnium consensus, quem, vt dictum est, vanum esse existimare nõ licet, sed animalia (reor) omnia plantæque & lapides etiam ipsi reiiciant exhorreántque, & quas non sacræ modò, sed prophanæ etiam & populorum omnium historiæ, & humanæ etiã rationes falsas esse manifestè declarant. Nulla adeò fera barbaráque gens fuit vnquam, quæ Deum mundi gubernatorem non agnosceret, & quæ natura fiunt, eius nutu immutari posse & immutata esse interdum & hominum actiones à Deo dirigi posse, earúmque euentus in Dei esse potestate, & naturæ opera omnia omniáque hominum facta à Dei voluntate pendere non crederet intueretúrque: quasque ob res & Deum coleret atque veneraretur.

Sacræ certè historiæ Solem Dei imperio immobilem factum, & nihil ab interposita luna, neq; à nubibus obtectum, obscuratum, & mortuos vitæ restitutos fuisse, & alia multa iis similia, aut paulò minora, quæ naturæ viribus impossibilia prorsus sint, Dei nutu facta fuisse tradunt, & fieri assiduè ipsa passim intuemur oculis. Hominum multos Dei iussu longè maximas longéque difficillimas aggressos fuisse res, & Dei ipsius consilio atque ope facillimè eas cõfecisse omnes: Populos omnes, at eũ certè amplius quẽ sibi ipsi elegerat Deus, dũ ipsius præceptis paruit, supra reliquos omnes floruisse, mox ad impietatem prolapsum in summas incidisse miserias. Prophanis etiam in historiis longè plurima euenisse intueri licet, summopere rerũ naturæ repugnantia, & quæ nõ nisi entis imperio euenire queãt, quod longè natura præstantius sit, quodq; naturæ ordinem, viresque vt libet, immutare queat: & futura ea bona maláq; prænuntiasse,

vt quin Dei imperio euenerint ambigere non liceat. Et pios homines perpetuò Deo caros, & magna tandem pietatis præmia à Deo tributa esse omnibus. Impios cōtra Deo inuisos, & quò feriores, eò grauiores impietatis pœnas dedisse omnes: quòd nimirum humana Deo curæ suut, & vel ab iis, quibus sese modúmque, quo colendus esset, nondum manifestarat, coli se venerarique perpetuò voluerit Deus.

12. Meta. tex. 51. Vilescere (inquit Aristoteles) Deus, si inferiora hæc intelligeret: præstat enim quædam non intelligere. Quin & perfectionem exterius à rebus sumere videatur Deus, si quæ extra ipsum sunt intelligat. Rectè sanè, si quo Aristoteli placet modo humana anima iotelligat, modóque eodem Deo etiam ipsi intelligendum sit: si scilicet propterea rerum formas naturásque intelligat humana anima, quod eas suscipit eæque ipsa fit, & propterea eas suscipiens perficitur, quòd non actu ex ipsa sed aptitudo modò est ad formas suscipiendas. Quooiam verò (vt suo amplios declarabitur loco) quàm longissimè abest, vt quo Aristoteli placet modo iotellectio fiat, & multò etiam longius, vt quo homines eodem & Deus intelligat modo: adeo enim diuersum ab homine ens adeóque homine præstantius, vtique vel si easdem intelligat res longè diuerso longéque præstantiore modò intelligat oportet: & rerum omnium formas résque omnino omnes in Dei immensitate esse existimare cum posset Aristoteles, eas vt intelligeret, nequaquam veluti hominibus, ipsi etiam Deo è rebus hauriendæ eæ erant. Tum si nullus prorsus hominom cœtus, nullus reliquorum animalium grex, nullum nostrorum entium, cuius salus præstantiori cuipiam enti commissa non sit, diu seruari potest, sed & illa & hæc omnia mutuò sese destruunt corrumpúntque, itaque & animalia reliqua & ipsi etiam homioes vel si singuli reliquis supereminere omnibus summopere appetunt, & aliis subiici æquè ac sui ipsorum exhorrent corruptionem: quod oisi ab vno omnes gubernentur, & vnus omnium dirigat actiones communíque omnium prouideat saluti, sese mutuò perdant omnes, qui corpora, è quibus mundus compositus est, & reliqua eotia, & ipsa in primis animalia, quæ veluti è mutua corruptione effecta sunt, secum ipsis perpetuò decertent, seséque motuò assiduè cùm corrumpant, perpetuò tamen seruentur, nisi omnia à præstantissimo potentissimóque quopiam ente gubernentur.

Quin vel si neque in mundi animaliúmque constructione, neque in cæli motu perpetuáque & constanti rerum generationis serie Deum esse, & mundi conditorē gubernatorémq; intueri Aristoteli licuerit, incusandus tamen, quòd cæli circumuolutionē, & ignobilem nimirum operationem, & quæ cæli naturæ tribui poterat, & non cælo modò, sed sublunarium multis, tributa Aristoteli & tribuenda omnino erat, Deo Opt. Max. assignarit. Præstabat, reor, ipsi ociosum eum quàm cæli motorē facere, & vel si id munus Deo attriboendum & cælo Deus indendus visus foret, non vni certè modo orbi & reliquorum singulis singulæ indendæ erant. Aristoteli substantiæ, & Deo coæuæ omnes eiusdémque Deo naturæ, eadem propemodum qua Deus donatæ potentia: sed vnus ipse in vniuerso locandus erat cælo, eiusque vniuersi vni ipsi Aristoteli in primis demandanda erat administratio, cui nimirum Principum multitudo mala videtur. 12. Meth tex. vult. Substantias alias in cælo ponere visum si foret, non certè quæ Deo coæuæ essent, & quæ eandem operarentur operationem, nihilque vt eam operarentur Dei ope opus haberent, nec Dei omnino arbitrio sed singulæ iuxta proprium operarentur ingenium, ponendæ erant. Tales etenim substantiæ, quæ reliquos orbes mouent, Aristoteli positæ iisque donatæ sunt viribus. Quin si vni prorsus orbi Deus indendus visus foret, aptius fortè Solis orbi inditus foret, cuius motui eiusque viribus sublunarium entium attributa Aristoteli est & necessariò tribuenda est generatio conseruatióque.

Nec verò non licuisse id & supremo orbi Deum indendum esse dixerit quis, quòd huius motum vt præstantioris entis reliqui sectentur omnes: neque enim satis exploratum videtur, propterea duplici Solem moueri motu, ab Oriente altero Occidentem versus, altero vero ab Aquilone modò Meridiem versus, modò hinc illuc veluti retro ferri, quòd ille non proprius ipsius est, sed supremi orbis isque & Solem & reliquos orbes secum rapit, & Sol interea in contrarium, & quo dictum est modo, ab Aquilone modò Meridiē versus, modo verò hinc illuc veluti retro fertur, vt enim superius dictum est, qui fieri id queat, qui scilicet orbis, aut ens aliud vllum, vnū qood sit idémque, & non alio in ente, sed in seipso contineatur, io contraria simul ferri queat, nolla intelligere licet ratione. At Sol ab Oriente Occidentem versus proprio cum moueatur motu, & vigintiquatuor horarum spatio & ipse eùm circumuoluatur, si ipsius poli nō perpetuò mondi polis æquidistent, non scilicet perpetuò immobiles sint, quales fieri ipsorum natura maximè auersatur, sed assiduè modò ad æquinoctialem accedant, modò inde polum versus recedant, modum, quo vno cū moueatur motu, & ab oriēte perpetuò occidentem versus, altero itidē ab Aquilone modò meridiē versus, modò à meridie ad aquilonē feratur, ipsis intueare oculis.

At verò quoniam non propterea tantùm alias à propria natura incorporeas substantias singulis orbibus indendas Peripatetici decernunt, quòd vt moueantur iis opus sit, sed vt seruentur etiam æternique sint, & æterno certóque & ordinato moueātur motu: neque enim corporeum finitúmque cùm sit cælum, propriis viribus æterno seruari tempore, æternóque & adeo ordinato moueri queat motu. Age & id etiam examinetur.

Capvt XXVI.

Perperam Aristoteles æternum vt sit cælum, æternóque & regulari moueatur motu, incorporeum immutabiléque ens ei indit.

CÆlvm, quòd corporeum finitúmque sit, æternum esse & æterno certóque & ordinato motu moueri non posse, Aristoteli visum fuisse mirari sanè licet. Quoniam enim quæ corrumpuntur entia à contrario corrumpi omnia, & cælo eus nullum prorsus contrarium esse, itaque penitus incorruptibile, penitúsque inalterabile, & nunqoam ægrotare, senescere nunqoam Aristoteli videtur, & natura circulari moueri motu, & proprium ab eo consequi bonum, & entia quæuis nihil à propria operatione oblædi corrumpíve, aut defatigari, quin summopere oblectari maximéque in propria natura seruari & vires etiam sumere, Aristoteles docet, superfluò ens cælo indit à quo seruetur & à quo æternum regularémque agatur ad motum. Ens scilicet quòd ea donatum est dispositione in qua inexistens natura iuxta proprium operari queat ingenium, & cui nihil ne operetur obstat, & à nulla contraria oppugnatur natura, conditiooibus nimirùm donatum est, quibus superius cælum quod terræ vires non attiogunt, & inferior terra ad quam Solis vires non perueniunt, quantulauis constet è mole, æternum id sit, perpetuóque iuxta propriam naturam eadémque operetur ratione necesse est, nullius vt seruetur opereturque aot dirigatur ope opus habens vlla. Siqoidem quæ corrumpuntur entia, vel à contrariis corrumpuntur naturis, vel etiam à propria, quæ scilicet, quòd in subiecto cui inest, propriam operationem operari non potest, assiduè id immutat, nec immutare cessat vnquam, qooad ea donet dispositione, in qua iuxta proprium operetur ingenium, vel etiam quòd, ne operetur, ab aliis prohibetur entibus. Quoniam enim propria operatione maximè seruari summoperéque oblectari videntur entia, vtique eam operari prohibita molestia magna & malo etiam affici maximè est rationi congruum. Itaque, quod dictum est, perperam Aristoteles propterea cælestibus orbibus incorporeas substātias indendas esse decernit, quòd corporei ij cùm sint finitique, nec seruari à seipsis, nec quo ordine & qua mouentur mensura, moueri queaot. Nunc quod reliquū est, num, vt Aristoteli placet, mundus ingenitus æternúsque

núſque ſit,& rectè id è motus æternitate,è generationũ nimirum ſerie collectum ei ſit, an (quod ſacræ, diuinæ literæ teſtantur) à Deo Optimo Maximo, proindéq; ſuo in tempore conſtructus ſit,intueamur.

Caput XXVII.

Rationes, quibus Ariſtoteles mundum ingenitum æternúmque fuiſſe aſtruit.

a Phy. tex 1. & ſeq.

Ortus, inquit, ne ſit interdum motus, eùm antea non eſſet, rurſúſue ita ne peribit, vt nihil moueatur, an nec ortus, nec periturus ſit vnquam, & hoc immortale ac tequierem nõ habeos rebus inſit quaſi his omnibus quæ natura conſtaot, vita ſit quædam? Omnes ſanè, qui de natura aliquid dicunt, motum eſſe inquiunt, tum quia mundum faciunt, tum quia omnis de generatione & interitu cõtemplatio eorum eſt, quæ eſſe non poſſunt, niſi ſit motus. Sed quotquot infiniros eſſe mundos aiunt, & ipſorum alios perire, alios fieri, ij ſempiternum motum eſſe ſtatuunt, quòd generationes inceriúſque eorum eum motu eſſe neceſſe ſit. Quicunque autem vnum aut non ſempiternum, de motu quoque id ponunt, quod rationi eſt accommodatum. Hæc igitur quonam modo ſe habent conſideranda ſunt: nam veritatem perſpicere conducibile eſt, non ad eam ſolùm quæ de natura eſt contemplationem, ſed ad eam quoque doctrinam quæ de principio eſt primo. Ex iis autem ordiamur quæ antea in phyſicis à nobis ſunt definita. Motum itaque rei mobilis quatenus eſt mobilis actum eſſe affirmamus. Quãobrem res eſſe quæ vnoquoque motu poſſint moueri neceſſe eſſe. Atque etiam præter motus definitionem nemo neceſſarium eſſe non fatebitur id moueri, quod ſingulis motibus poteſt moueri, ceu alterati id quod eſt alterabile, ferri quod loco poteſt mutari. Quare neceſſe eſt, vt ante vſtibile ſit quàm vratur, vrendi vim habeat antequam vrat. Igitur & hæc neceſſe eſt, aut ſi non erant, facta eſſe, aut eſſe ſempiterna. At vnumquodque quidem mobile, aut quod mouendi vim habet, ſi factum eſt, neceſſe eſt, ſi ante motum, qui ſuſceptus eſt, aliam mutationem motúmque fuiſſe, quo illud eſt ortum, quod aut moueri aut mouere poteſt. At, ſi cùm motus non eſſet, ſemper fuerunt, abſurdum quidem etiam, ſi per ſe animaduertatur videtur. Magis etiã, ſi vlterius proficiſcamur, euenire hoc neceſſe eſt, nam, ſi quædam ſunt quæ moueri, alia quæ mouere poſſunt, aliquando quidem eſt quid primo mouens, aliquid autem quod mouetur, aliquando autem nihil, ſed quieſcit, oportet hoc mutari prius, erat enim aliquid cauſa quietis: quies enim priuatio motus eſt. Quare ante primam mutationem eſt mutatio prior.

Caput XXVIII.

Perperam Ariſtoteli in entium quæ à Sole generantur, generationis modo, num Mundus ingenitus an à Deo factus ſit, inquiſitum collectúmque fuiſſe: & in illius conſtructione inquirendum id eſſe.

SI quidem entium quæ in mundo continentur quippiam, cuius exortus penitus nos lateat, num ingenitum ſit æternóque fuerit tẽpore, inquiratur, quoniam ens nullum prorſus, quod alio ex ente non generetur, & generationem omnino quæ prima ſit, & quam generatio alia non præcedat, noſquam fieri apparet, haud perperam fortè, vel ſi ex alio illud exoriri viſum non foret, ex alio ramẽ exortum eſſe, eiúſque generationem non primam fuiſſe, ſed ab alia & ipſam pendere, & generationem omnem, proindéque & mundum ſempiternum fuiſſe Ariſtoteli collectum foret. At quoniam num mundus ipſe vniuerſus ingenitus ſempiternúſque, an quopiam & ipſe factus ſit in tempore inquiritur, perperam ſanè & quod quæritur ſumere videtur: manifeſtè enim id agit, qui aliorum entium ritu ex alio ente generari eum oportere, eiúſque generationem ex alia pẽdere generatione ponit. Num mundus vniuerſus, nullum ens cum præexiſteret, conſtructus, an qualis eſt, ſempiterno fuerit tempore qui inquirit, nequaquam ei in aliorum entium generationis modo illius generationis modus inquirendus eſt, ſed in huius illorúmque conſtructione, & in Solis omnino, qui noſtrorum entium omnium opifex eſt, & in Mundi opificis viribus, agendique modo. Forte enim adeo diuerſo adeóque præſtantiore diuinioreque modo quàm Sol agit, agere hic adeóque huius vires Solis viribus robuſtiores appareant, vt mundum nullo è præexiſtente ente faciendi facultatem ei tribui poſſe exiſtimare liceat. Ergo Solis & mundi vniuerſi Conditoris (ſi eius conſtructio huiuſmodi viſa fuerit, vt neceſſariò opifici cuipiam tribuenda viſa fuerit) vires agendíque modum intueamur.

Sol, quoniam non ſemper agit, ſed agere interdum ceſſat, & dum agit, non iiſdem aſſiduè agit viribus, ſed aſſiduè eas intendit remittítque pro vt quæ conſtituenda ſunt, rectè conſtituantur, intendendæ ſunt remittendæque, & quòd quæ ab eo conſtituuntur entia pulcherrimè quidem ſummáque arte omnia, animalia præſertim, plantæque factæ videntur, ſponte ſua ſuóque arbitrio, & cognitione ſumma ſummáque agere videtur ratione. Et iam proprias vires intendendi remittendíque impotens prorſus eſt Sol, & eaſdem aſſiduè in vniuerſam effundit terram, at in ſingulis eius partibus diuerſæ aſſiduè fiunt, quòd in ſingulis magis minúſve directæ ſunt, quòd ſcilicet iis mouetur motibus, quibus ad ſingulas terræ partes in alio aſſiduè atque alio fiat ſitu, iſque vt exiſtimare licet, non ſponte ſua, nec proprio, ſed præſtantioris cuiuſpiam entis mouetur arbitrio. Atque etiam non ideo proprias vires in terram effundit, vt alia eam in entia, ſed vt in ſeipſum eam agat vniuerſam, itaque reliqua quæ ab eo fiunt, veluti ex accidente quodam, & propterea omnino fiunt, quòd terram & viribus & diſpoſitione quã longiſſimè ab eo diſsidentem non ſtatim propriis ſpoliat conditionibus, ſuiſque donat omnibus, ſed paulatim vtrunque agit, proindéque longè eam plurimis immutat modis, in lõgéque interea diuerſiſſima agit entia. Quapropter, ſi cognitione agat, ſuóque moueatur arbitrio, non aliis aſſiduè atque aliis, ſed iiſdem tandiu directus immineat terræ partibus, quoad penitus eas exuperet in Solémque agat.

Præterea, & quòd in repugnans agit ens, & nunquã penitus id exuperat, quin quæ ab ipſo conſtituta ſunt aſſiduè id oppugnat & corrumpit tandem omnia, itaq; nunquam quod agere intendit peragit Sol, [illegible]ue nec cognitione, nec proprio agere mouerique arbitrio, nec exuperantibus prædıtus viribus videri poteſt. Mundi contra opifex, ſi, quod dictum eſt, ipſius conſtructio opifici cuipiam neceſſariò attribuenda eſſe viſa ſit, quin ſponte ſua ſuóque agens arbitrio, & immenſa quadam ſapientia immenſáque potentia opus perfecerit conſecerit opus, nulli ambigendum. Longè itaque ipſe à Sole diuerſus, longéque præſtantior, quin Solis ipſius rector, opifex, & huiuſmodi ei inſunt vires, quibus mũdum nullo alio ex ente conſtituere potuerit. Age itaque, vel alibi mundi conſtitutionem intuiti, hic itidem, & amplius quàm alibi factum eſt, inſpiciamus. In ea enim, num veluti caſu quopiam, an quopiam ab opifice, & longè eo ſapientiſſimo longéque potentiſſimo, & ipſo omnino à Deo mundus conſtructus ſit, liquidò intuebimur.

Caput XXIX.

Mundum à Deo Optimo Maximo, & non ab æterno, ſed ſuo in tempore creatum eſſe.

Mundum non veluti caſu quodam, ſed ab opifice, & longè eo ſapientiſſimo longéque potentiſſimo & longè optimo, ipſo nimirum à Deo conſtructum fuiſſe, eúmque non cælũ

modò terrámque, è quibus mundus constare videtur, sed entia prorsus omnia, maria, aquas reliquas, lapides, metalla sulfurea, bituminosa, plantarum animeliúmque genera omnia, & humanum in primis, qualia fiunt, fieri conseruarique voluisse, nulli quidem qui cæli terræque vires magnitudinémque & illius constructionem motúsque paulò diligentius attendat, dubium obscurúmve esse potest. Quis enim eadem è mole, & summè contrariis à naturis, & quarum vtraque assiduè incessantérque in alterius sese effundat sedem, ea ea vt contrariam præinexistentem deturbet, eáque ipsa occupet & perpetuò alteram oppugnet altera, cælũ terrámque constitutam esse, & terram cæli in medio potam, nullámque præ illo magnitudinem sortitam esse, & ab illius viribus immutari, & in entia quæ dicta sunt, egi, eáque assiduè corrumpi, nihil tamen terræ molem imminui vnquam, nec vnquam entia eorúmque generationem deficere intuens, auctorem non fatetur? Hoc inde accidit, quòd cælum non vniforme factum est, nec iis vniuersum quibus terram exuperet donatum est viribus: sed & quæ terram ambit & longè maxima ipsius portio tenuitate summe proindéque & perexili donata est calore, & quem terræ natura nullo reiiciat negotio: partes, quæ paulò collectiores factæ sunt, proindéque & copiosiore, & eo omnino donatæ sunt calore, qui terræ vires exuperet, stellæ nimirum, longissimè à terra dimotæ omnes: at quæ minus absunt, non eam sortitæ sunt magnitudinem quæ terræ molem valde excedat, idcirco & amplioribus, quam terra est, donatæ sint viribus: & luna, quæ citima est, longè terra minor, eáque donata est dispositione, in qua Solis quidem lux copiosior, iteque & nobis conspicua fiat, at non certè & in qua is colligi potuerit calor, qui proprias vires propriámque ad terram vsque emittat speciem: reliquæ immensum quid à terra amotæ sunt, vt & harum & illarũ calor frigus quidem, quod assiduè à terra effunditur, reprimere imminueréque, minimè verò quod ipsi insidet ex ipsa deturbare queat.

Sol, cui ea megnitudo eáque caloris quantitas ísque tributus est locus, vt è terra, cui præsertim directus imminet, propriam naturam propriásque conditiones deturbet omnes, penitúsque eam corrumpat in Solémque agat, supremam quidem eius superficiem assiduè diuersa agit in entia, nec eã tamen imminuit quicquam, nec multò profundiorem immutat portioné quid quandoquidem continentet, longéque rapidissimo, & vario insuper delatus motu, terris nullis prorsus diu directus imminens, & veluti per vices sese occultans omnibus, omnibus sese reficiendi, vapores scilicet in quos entia tandem soluuntur omnie, omnia in aquas cogendi spatium præbet, quibus, vt alibi dictum est, in terram illapsis, quæ ei à Sole dempta est, restituitur moles. Quis itidem, vel si in mediam terræ Zonam directam, vel directæ proximam, proindéque & maximè robustam, qualis facta aquas fluoręsque alios quosuis, è quibus reliqua fiunt entie, in tenuissimos soluat vapores, in extremas verò maximè obliquam, proindéque & languidissimam, & quæ nihil terræ vires exuperet, perpetuò Sol emittat lucem, æquè tamen in omnibus & animalia, & entia reliqua, quæ præsertim ad illorum conseruationem necessaria sunt, enasci seruaríque intuens, propterẹaqne vtrumque fieri intelligens, quòd (vt superius dictum est) breui in illam directam præsertim, in hanc contrà diuturnam, & vel dum latet proximum in aëre emittit lucem consilio cuncta esse producta neget?

Quis insuper animalium plantarúmque omnium semina, & supremam hanc terræ superficiem ita paratam concinnatámque animaduertens, vt ab vteri illa incubantísque fœminæ, quin à quouis, at blando, & hanc à Solis calore fusam liquatámque in tot adeóque à seipsis differentes solui duores, & qui à seipsis seiuncti certa singuli confluant in loca, tum tenuioribus sui partibus spoliati certas concrescant in res, & summopere singulas à reliquis omnibus & dispositione, & specie & forma differentes, at eadem perpetuò ratione omnes, itaque quæ ex ipsis animalia plantæque fiunt, & harum fœtus eadem perpetuò constituantur ratione, & cum animalia ipsa singulæque ipsorum partes, tum & plantæ earúmque semine aliis ab animalibus assumpte in eorumque corporibus concocta, in singulas eorum agantur partes, quis singulis animalium generibus eas partes, ac ita locatas & eas tributas esse facultates intuens, quibus & quomodo locatis commodissimè viuant seruentúrqne, quæ superfluæ sint, grauésque nullas prorsus quin, vt alibi amplius expositum est, prouisum factúmque esse, vt quæ in singulis iuxta rerum è quibus fiont naturam mala fieri oportebat incommodáque in magna singulorum bona versa sint commodáque, eas nimirum Soli terræque dates esse vires, eáque illum ab hac locatum esse distantia eáque illius actionem moderatam esse ratione, eúmque singulis animalium visceribus calorem inditum, vt & terra ipsa & quæ ex ea enascuntur à Solis illa, hæc ab animaliũ calore, tot talésque in fluores fundi possent funderentútque, vt vbi quæpiam constituenda esset res, materia ed eam constituendam præstò adesset: quis inquam, quæ dicta sunt, & inferioré hanc terræ contiguam cæli portionem & mare, si nullis agitetur motibus, nunquam scilicet si iuxta propriã operetur naturam, corruptum iri tandem intelligens, & illam à præpotentibus terræ viribus veluti torpidam factam, præterea & (vt in superioribus dictum est commẽtariis) à montibus, intra quorum vertices continetur, ne superioris cæli ritu circumuoluatur, hoc verò ne aliarũ aquarum ritu defluat, vel alio commoueatur motu à loci, in quo positum est profunditate, & à nimia prohibitum crassitie, & commouendum omnino vtrunque, si seruandum à vaporibus vtrunq; suppositis in aquis, suppositísque in terris ingenitis, & necessariò ex vtriusque elapsuris, assiduè ea agitari seruaríque intuens, nisi non impius modò ferúsque, sed amens prorsus sit, non temere casúque quodam, sed ab opifice, vt dictum est, mundum constructum fuisse non intelligat? Cuius sapientiam potentiámque nunquam satis admirari venerariq;, nec bonitatem colere liceat, qui quidem auctor quæ fiunt entia fieri voluerit omnia.

Quare non ab æterno mundum fuisse decernendum. Qui enim quod nullum habuerit initium ab vllo id factum sit opifice? Nec verò, quia ratio nos latet, cur bonum ens mundus cùm sit, non ab æterno Deus ipsum construxerit, propterea ab æterno mundũ fuisse, proindéq; eius opificiũ Deo tribuendum non esse existimandum est. Non siquidem Dei consilia omnia perscrutari nobis licet. Et mundum ab opifice quodam, & ipso à Deo constructum esse non sacræ modò literæ, sed humanæ etiam nos cum edoceant rationes, vel si Dei consilium voluntásque, quæ illius constructionem in id vsque in quo illum fecit distulit tempus nos lateat, non propterea (quod Aristoteles facit) ingenitum, vel (quod Platoni placet) à Deo quidem at ab æterno constructum fuisse opinandum est: illud enim impij parúmque mundi constructionem cælique motus considerantis, hoc qui fieri queat, nulla intelligere licet ratione. Sed sacrosanctæ Ecclesiæ voa audienda est, quæ quòd ibi Dei filium, cuius morte seruati sumus, in terras demissum fuisse enunciat, cùm beata venit plenitudo temporis, reliquáque quæ à Deo facta sunt omnia & ipsum in primis Mundum suo tempore constructum fuisse declarat. Minus etiam, quòd nec moles, è qua constituendus erat mundus nec naturæ agentes quæ moli indendæ erant præexisterent, propterea non à Deo illum effectum, sed æternum fuisse putandum erat. Dei enim sapientiam potentiámque in illius constructione intuitis, vereri non conuenit quin & naturas, è quibus effingendus esset, creare posse omnes.

BERNARDINI TELESII Consentini,

DE RERVM NATVRA
iuxta propria principia,

Liber quintus.

CAPVT I.

Animalium, plantarúmque constitutionem indagandam esse.

PRIMA mundi corpora, & quæ reliqua constituunt entia, Cælum esse, & Terram, & á summo illud integróque calore, à summo hanc integroque frigore constitutam, & quæ in illorum medio sunt à naturis iisdem effecta esse, at passis imminutisque, satis (vt existimamus) in superioribus expositum est commentariis. Superesse modò videtur, vt entium singulorum constitutionem seorsum indagemus. Neque enim vniuersali eius cognitione contentos esse oportet. Nec tamen omnium, sed plantarum modò atque animalium, rerum scilicet longè nobilissimarum & quæ magis latent. Non siquidem, vt entia reliqua, è terra à Sole, sed è propriis seminibus & à seipsis generantur. Et nec vt alia vnum agere, nec vnum sentire pative, nec operari videntur vnum, vt eorum nec generatio nec ingenium facile inspici possit. Tum maris aquarúmque, & eorum quæ in sublimi fiunt, iridisque & colorum exortus, in propriis est explicatus commentariis metallorum lapidúmque, & reliquorum, si quæ alia supersunt, quin in superioribus manifestatus sit, parum omnino deesse videri potest, & aliàs, si cœptis fauerit Deus, manifestabitur magis.

Plantarum porrò atque animalium constitutio vt innotescat, res (è quibus constant) innotescant prius oportet, non corporis, inquam, partes, quæ & ipsæ bene inspectæ magnum ad inquisitionem afferant adiumentũ, sed multò prius multóque amplius, qualis, quæ omniũ consensu vtrisque inest, anima sit. Num scilicet plantarum animaliúmque corporis forma, itaque quas animal operatur operationes, animalis totius sint omnes, animæ solius nullæ prorsus, quæ nimirum per se nulla sit vspiam, sed corpori vt propriæ materiæ immersa sit vniuersa vnúmque illi facta (formarum aliarum ritu, quarũ nulla seorsum à subiecto aut operari quid aut esse potest) quæcunque operatur simul cum illo operatur omnia: an potius substantia per se existens, & corpori vt proprio regmento proprióque inexistens organo, quæcunq; operatur animal ipsa ea operetur omnia, corpore vniuerso singulisque eius partibus vt organis vsa. Is nimirum sit spiritus, qui è semine educi rebúsque è semine constitutis, albis scilicet exanguibúsque, vnis exceptis ossibus ossibúsque similibus rebus, reliquis inexistit omnibus, & qui solus in animali sentire, & cũ corpus vniuersum, tũ singulas eius partes cõmouere, & vniuersum omnino animal gubernare, operationes videlicet operari, quæ vel omnium consensu maximè propriæ animæ sunt, videtur, & suo apertissimè declarabitur loco. Id certè rectè inspectum non animalium modò constitutionem, sed animæ fortè ipsius substantiam manifester.

CAPVT II.

Aliam à spiritu è semine educto hominibus substantiam inesse ipso à Deo creatam, & singulis infusam.

AT illud præfati liceat, quòd si spiritus è semine, vt dictum est, eductus rebus è semine cõfectis inexistens reliquis in animalibus animę substãtia visus sit, nequaquam tamen propterea & in hominibus, vel si iis illæ inesse, eáque quæ in animalibus operatur, eodémque operari visus sit modo, humanæ etiam animæ substantiam illum esse, & per se quæ homo operatur operari omnia, existimandum est. Siquidem aliam homini inesse substantiam, & penitus eam diuinã & ab ipso immissam Creatore non sacræ tantùm diuinæque literæ nos docent, sed humanis etiam intelligere licet rationibus. Quædam nimirũ seorsum à reliquis animalibus operari patique & appetere homines videntur, quæ sublimiori, omnino substantiæ quàm qualis spritus è semine eductus videri potest, assignanda sunt. Non scilicet animalium reliquarum ritu, in earum rerum sensu cognitionéque ac fruitione, è quibus nutritur seruatúrque & voluptate afficitur acquiescere homo videtur, sed aliarum quarumuis, vel earum quæ nullo ipsi vsui esse, quin quæ nullo prorsus comprehendi possunt sensu, & diuinorum etiam entium, Deique ipsius substantiam operationésque summa inquirit cum anxietate, quin in horum contemplatione intenta beataque rerum reliquarum cognitionem, vel quæ seipsam seruandi oblectandique modum afferat facultatémque, & ipsaa etiam res, quarum ope seruari oblectatique queat, & corporis etiam, cui indita est, salutem negligit contemptuique habet, similium nimirum entium, quorum summo tenetur desiderio, intuitu consuetudinéque, qua potest ratione frui apperens quærénsque,

Non quidem si anima modò inexistat, qualis reliquorum est animalium, & è semine omnino educta, qualiscunque ea foret, sed animalium reliquorum more, rerum quæ ad conseruationem sui ipsius commodúmque & voluptatem spectant, sensu & cognitiono contenta, nihil reliquorum intellectionem appetat, nec vel in earum inquisitione laboret, vel cognitione oblectetur, vt quæ ad nullum ipsius pertineat bonum. Tum præter aliorum omnium morem, quæ vbi à præsentibus bonis satisseruari oblectaríque possunt, iis exsaturantur, nihilque aliud prospiciunt appetúntve, nunquã in præsentibus bonis, quãta qualiaquæuis ea sint acquiescens anima humana, sed quæ vel bonis omnibus affluẽs beatissima videri potest, anxia semper, sempérque remotis futurisq; prospiciens appeténsque nequaquã è semine educta, nec mortalis certè videri potest, quæ nimirũ nihil post corporis dissolutionem, & à corpore seiuncta seruari, vel sperare, vel præsagire cùm possit, haud quaquam libens sui ipsius corruptioni prospiciat appetátve. Propterea scilicet nunquam in præsentibus, neq;

in iis planè bonis quibus præsentem degens vitam potiri fruíque potest acquiescit homo, sed veluti remotũ appetens quærénsque bonum, & aliam longéque beatiorem præsagiens vitam, remotis futurísque assiduè prospicit appetítque, quòd substantia ei inest verè Dei ipsius opus, & quæ sui ipsius opificem parentémque Deum, vt supremum propriúmque ipsius bonum anxiè appetit quæritque, & illius orbata intuitu rebus aliis nullis adeò deliniri potest vt vel illius obliuione capiatur, vel desiderio non teneatur.

Prauos prætetea homines vel in summa rerum copia, summáque positos fortuna, non odio modò habens, sed despiciens etiam, longéque eos infelicissimos iudicans humana anima, probos contra non amans modò colénsque & venerans, sed beatos etiam statuens, manifestè aliam à spiritu è semine educto substantiam homini indit, & verè eam diuinam, Deíque ipsius opus, & Dei ipsius similem, quæ vbi non amplius Dei ipsius operatur operationes, vt corruptam eam ínque aliam abstain naturam, & luget & miseretur auersatúrque. Nõ siquidem naturale vniuersaléque hominum iudicium falsum vanumque existimare licet. Fortè etiam iniquus nonnullis Deus videri queat, si vnà cum corpore ipsa itidem dissoluatur intereátque anima, & non aliã post hanc viuat vitam, vtpote qui prauissimos sæpè homines summis affluere bonis, optimos contra malis miseriísque obuii omnibus, & pessimia etiam deterrimísque subdi subiicique, & diuexandos præberi sustineat. Hæc & alia (vt dictum est) non penitus stupido penitusque ferino homini seorsum à reliquia animalibus substantiã homini inesse penitus diuinam & ab ipso demissam Deo declarare possunt.

Capvt III.

Animam à Deo in singulos homines immissam spiritus è semine educti, & corporis vniuersi formam, & incorpoream, immortalémque esse.

Nec verò, si propriæ hominum operationes, passionésque & appetitiones substantiam hominibus inesse declarant longè quàm quæ reliquorum est animalium diuiniorem, & quæ verè Dei ipsius opus sit, si spiritus è semine eductus animæ substantia reliquis in animalibus visus sit, quin & hominibus iis insit, & multò quidem præstantior, at non dissimili certè ingenio, nec dissimilibus præditus facultatibus, ambigere licet. Iisdem enim è rebus, & homines & animalia itidem reliqua constituta, & iisdem sese nutriendi suíque similia generandi, cùm facultatibus tum etiam organis donata, & iisdem aut bene similibus proximísque rebus nutriri & persimile semen conficere, eodémque modo & voluptate eadem & similem emittere in locum, similitérque eo emisso languere, & easdem ex illo in virísque confici res, neruosum nimirum membranosúmque genus vniuersum, idque solùm & modo eodem eadémque in omnibus sentire mouerique ratione intuemur. Et non prius omnino humanum in corpus diuinam substantiam immitti, quàm efformatum perfectúmque, & sentiendi seséque mouendi facultate donatum id sit, & nequaquam ab illa substantiam quæ sentit motúsque edit corrumpi, vel ipsius facultates imminui, quin perfici magis præstantioréſque fieri omnes, sacræ nos literæ cùm doceãt: vtique si reliquis in animalibus spiritus sentire motúsque edere, operationes nimirum quæ animæ sunt operari visus sit, in hominibus itidem à spiritu eas edi existimandum est.

Quoniam verò duas homini indere animas à seipsis seiunctas separatásque, non sacræ modò literæ sed humana etiam ratio prohibet, & substantiam à Deo immissam, & quæ Dei est opus, nec reliquarum corporis partium, nec ipsius etiam spiritus portionem quampiam fieri existimare licet, longè ab iis omnibus diuersam penitúsque incorpoream, & quæ (vt visum est) ad operationes spiritum agit, quæ ipsius naturæ minimè congruunt: vtique corporis ipsam vniuersi & spiritus præcipuè formam fieri necesse est. At longè tamen diuerso longéque nobiliore modo, quàm naturæ agentes partium quæ constituunt formæ fiunt. Hæc enim quia per se subsistendi & existendi per se prorsus impotentes sunt, & vt subsistant existántque materia opus habent, & contrario ingenio contrariísque donatæ viribus sibiipsis coire non sustinent, sed seipsas mutuò vndique deturbant proindéque & interimunt, vbi earum quæpiam quippiam subit ens, si præinexistentem naturam robore exuperat, eam ex illo eiúsque facultates deturbat, & in non ens agit omnes, & seipsam illi propriásque vires & proprias indit conditiones, quod subit omninò corrumpit, & aliud ex eo constituit eos. Itaq; formæ reliquæ rerum quarum sunt formæ casum sectantur omnes, ipsis scilicet fiunt cum rebus, & corrumpuntur cum ipsis.

At substantia à Deo immissa, quòd (vt subsistat) nulla prorsus materia opus habet, nihílque prorsus à materia pendet, & naturarum corpori præinexistẽtium nulli prorsus contraria, sed longè ab omnibus diuersissima cùm sit, proindéque nullo ab illis malo affici cùm possit nihil illæ amoliendæ ipsi sunt, & corrupto corpore nihil ipsa corrumpitur. Itaque quoniam efformato iam perfectóque corpori inditur, rectè Theologorum optimis corporis formam quidem, at præinexistentibus formis super additam visam esse, existimare licet. Quamobrem vbi nos Aristotelem animam corpori vt propriam formam indentem damnauimus damnabimúsque, nequaquam illum propterea damnauimus damnabimúsve vnquam, quod animam à Deo creatam, quam penitus illi ignoram fuisse fortè suspicari licet, hominis formam fecerit, sed propterea damnandum reiiciendúmque esse existimamus, quòd animam, quæ è semine educta est, & quæ sentit modò motúsque edit & spiritui veluti cognata est, corporis formam facit. Nam nos animã à Deo creatam corpori quidem vniuerso, at spiritui præcipuè vt propriam formam inditam esse existimamus asseueramúsque: & propterea omnino vt (formarum aliarum ritu, quæ materiarum quibus induntur viribus reiectis exuperatísque propriarum eas actionum operationũq; potentes faciunt) anima itidem à Deo creata spiritui indita, vnumque ei facta, praua eum Deóque inuisas appetentem operationes reprimeret reiiceréique.

Quoniam enim quæ homo sentit & quæ appetit, & operationes, quas iuxta sensum appetitúmque operatur, nulla alia corporis pars sed vnus spiritus sentit appetítque & operatur, operationésque interdum is operatur adcò Deo exosas, vt animæ ab ipso creatæ morte eas puniat, nisi propriorum operum osorem iniquúmve Deum esse existimare velimus, necessariò animam ab ipso creatam corpori quidem vniuerso, at spiritui præcipuè inditam esse, & facultatem illi prauis hunc ab operationibus repellendi, & ad probas Deóq; gratas impellendi tributam & impositam etiam esse arbitrãdum est: proindéque vbi id non operatur, iure à Deo puniri, quæ scilicet impositum munus obire cùm posset obire neglexerit. Nec verò in iis modò, quæ dicta sunt, vbi animam corporis formam facientem Aristotelem damnamus, nequaquam de anima à Deo creata, sed de ea quæ è semine educitur, dicta nobis esse, sed perpetuò vbi animam corporis formam non esse contendemus, non de anima à Deo creata, quæ corporis quidem vniuersi, at spiritus præcipuè forma visa est positáque, sed de ea quę è semine educta est dicta esse declaramus profitemúrque. At age, quòd propositum est, num spiritus animalibus insit, & num inexistens operationes passionésque, quæ omnium consensu animæ sunt, solus ipse eas operetur patiatúrque omnes, intueamur.

Capvt IIII.

Quomodo anima è semine educta corpori insit, manifestum

infestum vt fiat, corporis speciem, & animalis actiones passionésque & operationes inspiciendas esse.

ANIMAL num ex anima è semine educta corporéque, vt è forma, materiáque, an vt è distinctis separatisque rebus compositum, nũ scilicet propria corporis vniuersi natura, an quæpiam eius pars, quæ quidem corpori vniuerso insit, at per se ea existat reliquo à corpore seiuncta, anima illa sit, ut innotescat, animal ipsum, eiúsque passiones sensúsque & operationes inspiciendæ sunt omnes: & siquidem speciei eadem, & iisdem vniuersum viribus, facultatibusque donatum appareat, vel (quod cælo euenire videtur) id modò à seipso differat, quòd quædam eius partes reliquis paulò densiores laxioréſve sunt, eadem itaque in omnibus species eædémque in omnibus vires, at paulò in aliis robustiores languidioréſve, ex dicta anima corporéque, vt è forma & è materia, & vnum omnino ens esse animal eiúsque formam animam esse statuendum est: minimè verò, si diuersis è rebus compositũ id appareat, & quæ cum specie tum verò & agendi & patiendi, & quæ passæ sunt sentiendi operandique viribus facultatibúsque à seipsis differant. Quoniam enim id sunt entia quod inexistens forma naturáque, & cùm illorum omnium species, tum verò & actiones & passiones & earum perceptiones operationésque, vel si propriis ex materiis ita immersæ sint vnum vt iis factæ videri possint, inexistentium formarum sunt omnes: vtique quod forma vna, vnaque donatum est natura, vel si dicto à seipso differat modo, eadẽ prorsus vniuersũ specie, iisdémq; & agẽdi & patiẽdi, & quę patitur sentiẽdi, tum & operandi facultatibus præditum sit, summè est necessarium. Itaque (quod dictum est) si animalis corpus è partibus compositum sit, quæ & specie & dictis facultatibus omnibus benè à seipsis differant, nequaquã vnum id ens, & cuius vniuersi vna sit forma, naturáque vna, sed entia tot sibiipsis colligata vnitaque esse quos eius sint partes, quæ specie à reliquis dictisque differãt facultatibus, statuendum necessariò erit, singulísque propriæ formæ propriæque dandæ erunt naturæ, veluti & entibus summè à seipsis dissidentibus, terræ, aquæ, cæloque ipsi, vinculis quibusdam sibiipsis colligatis, vel vasi cuipiam inditis, sibique ipsis immistis. Age itaque animalis partes, earumque actiones, & passiones, sensúsque & operationes intueamur.

CAPVT V.

Animal non vnum idémque ens esse, sed è rebus multis compositum, nec è manifestis modo, sed è spiritu itidem neruoso in genere contento: & illarum singulas à reliquis omnibus agendi patiendique & operandi facultatibus, tum & dispositione specieque differre.

ANIMAL non vt lapides metalláque similare ens apparet, sed è plurimis longéque à seipsis dissidentibus compositum rebus, nec verò ex iis modò quæ manifestè sunt, è carnoso nimirum neruosóque & osseo genere, quæ quidẽ benè à seipsis singulæ & multò à reliquis amplius diuersæ at bene omnes crassæ corpulentęque sunt, sed ex alia itidem substantia, quæ quòd pertenuis neruosóque inclusa est generi sensum omnem latet. Nam huiusmodi dicto generi, cerebro scilicet, spinali medullæ, neruis, arteriis, venis, ventriculo, intestinis, vesicisque & viscerum tunicis, vnis omninò exceptis ossibus, iisque similibus rebus reliquis, quæ albæ exanguésque sunt, substantiam inesse, cerebri, ventriculi, & spinalis medullæ, neruorumq́ue qui (quòd videndi facultatẽ oculis inferunt) visorij dicuntur, conspicuæ cauitates manifestè declarant. Non scilicet, nisi substantia quæpiam in iis continenda sit, tot tantæque in cerebro cauitates, tantus in spinali medulla meatus factus sit: nec nisi per visorios dictos neruos dictæ substantiæ è cerebri ventriculis in oculos, & ex his in illos iter dandum sit, concaui à natura constructi sint, quæ neque temerè quicquam facit vnquam, & vacuum atque inane summopere exhorret summoperéque aduersatur. Nec si non pertenuis substantia, spiritus nimirum, sed humor quispiam illis insit, nusquam is spectetur, sed & interempto animali, & cerebro neruisque incisis, statim inuisibilis fiat: vel (quod fieri sentimus) in nostra sit potestate maiores minoréſve oculos facere, & nihil etiam operantibus nobis bono rerum successu longè illi grandiores longéque splendidiores, minores contra obscurioresque malo quopiam ingruente fiant, & altero oculorum occluso intumescat alter.

Nam siquidem humores, quo animæ collibitum est, confluant, non certè nullo illo temporis momento & ex oculorum altero in alterum conuolent. Nec quòd non & reliquis in neruosi generis portionibus cauitates cõspiciantur, quin reliquis omnibus ex insint & in reliquis omnibus spiritus inhabitet, dubitandum est. Quãdo enim manifestè à cerebro spinalique medulla nerui emanant omnes, & iisdem omnes tunicis eadémque donati sunt substantia, id modò ab his alij differentes, quòd progressu duriores facti sunt, quod spinali etiam euenit medullæ, quæ scilicet quò longiùs à cerebro progreditur, eò durescit magis, molles verò qui dicuntur & visorij cerebrum videri possunt in longius productũ: vtique easdem omnibus cauitates inesse eandémque in omnibus substantiam contineri existimandum prorsus est. At non in reliquis, sed in cerebro tantùm spinalique medulla & in visoriis conspicuas eas esse iudicandum, quia nequaquam, quod in cerebro spinalique medulla, & in visoriis idem, & reliquis in neruis operandum spiritui est opus: & (vt in eo itidem declaratum est commentario, in quo animal vniuersum ab vnica animæ substantia gubernari expositum est) quod in illis operandum est multò operetur commodiùs, si (quòd factum videtur) in illorum singulis vna modò benéque ea ampla & bene corpulenta in re facta sit cauitas, in his contra, si in longè plurimis longéque minutissimis, at ita sibiipsis vnitis agglutinatisque neruulis, vnus vt omnes videri queant, compositi sint, & in singulis (vt dictum est) angustissimi & qui visum penitus lateant facti sint pori. Nam vel huiusmodi ne benè latum spiritui præbeant iter nihil verendum est. Quoniam scilicet neruis reliquis propterea inditus est spiritus, vt quæ partes quibus affixæ sunt, & nerui etiam ipsi ab externarum rerũ viribus patiuntur, eadem ipsis inexistens patiatur percipiátque spiritus, tum ipsos vt neruos circumpositásq; iis partes, vt libet, commoueat flectátque, vtiq; angustissimo subtilissimæ rei indendus fuit poro, in quo scilicet nullum is nactus locum, in quo solus ipse & seorsum à neruo, cui inexistit, moueri queat, quocunque moueret motu, eodem & rem cui inditus est, commoueat, & secum eam perpetuò nullóque trahat labore, & quæuis cã externarũ rerũ actio penitus subeat, itaq; ipsum immutet spiritum, quod factum videlicet est, minutissimi nerui angustissimo indendus fuit poro.

At, quòd tantulus spiritus tantam membrorum molẽ sustinere vectaréque minimè queat (quod factum itidẽ videtur) neruuli longè plurimi inter se colligandi, & vnus benéque crassus è minutis multis componendus fuit. Nam si verè vnus sit, eiusque in medio vnus modò, at benè amplus, & qui multum caperet spiritum, factus sit meatus, siquidem is paulò crassiore densioréve factus sit in re, & quam externarum rerum vires ægrè subeant, prius quàm spiritus ex innotescant circumpositas mollissimas carnes grauiter affligant, si in minuta, laxáve, haudquaquam (quod partes secum vt attrahant prę̃stẽt nerui oportet) illarum duritiei ponderíque renitãtur, sed vtrique cedant, itaque & inflectantur, minimeque quò propositum est secum illas trahant. In cerebro contra spinalique medulla, & visoriis in neruis bene amplæ benéque ab externarum rerum viribus defensæ obtectęque, quales nimirum factę sunt, faciendæ fuere cauitates, quæ scilicet non propterea factæ sunt vt iis in-

existens spiritus circumpositas res commoueat flectátve, nec vt externarum rerum à viribus patiuntur ipse eadem patiatur sentiátque, sed (quod sequens ampliùs manifestabit sermo) cerebri quidem ventriculi, vt in iis residens princeps spiritus portio portionum reliquarum passiones necessitatésque percipiat, tum & modum inquirat quo illis sit occurrendum, qui scilicet singulis edendi sunt motus intelligat decernatque, munera nimirùm obeat, quæ rectè vt obire queat spiritus multus sit, & in benè ampla benéq; munita sede resideat oportet, in qua videlicet nihil externarum rerum à viribus exagitetur turbetúrve.

Spinalis verò medullæ visoriorúmque meatus tales facti sunt, non vt vllum in iis operetur opus, sed per illā quidem in neruos (qui longè plurimi ex ipsa enascuntur) per hos in oculos iter vt faciat, quod vtique multò commodiùs multóque iucundiùs per amplam patentémque faciat viam. Itaque vel si nullæ reliquis in neruis conspiciuntur cauitates, non propterea nullum iis spiritum inesse suspicari licet: minus etiam vereri ne longè angustissimi pori, & qui vel viuo in animali visum penitus lateant, non bene latum spiritui præbeant iter. At & seminis, è quo manifestè (vt alibi amplius declarabitur) confectum est neruosum genus, natura speciéique eius portionibus quibusuis huiusmodi substanciam inesse manifestè declarat. Quoniam enim multus sanguini inest spiritus, itaque è venis elapsus fumum emittit, & haud multò post in grumum, in nigricantem scilicet stabilémque coit rem, tenuitate nimirum elapsa, qua inexistente puniceus erat fluidúsque, crassior fit nigriórque, & vel omnium consensu, vel sensus ipsius testimonio, amplius in seminariis in venis testibúsque concoctus seminis naturam assumit speciémque pro dulci scilicet, rubroque & fluido, amarus, acris & albus fit viscosusque, & propterea omninò quòd vniuersa eius moles copiosiore donatur calore, & dum tenuior eius portio in spiritum, vel in rem bene spiritui proximam agitur, crassior interea viscosa fit glisceráq;, & è qua nullus elabenti illi pateat exitus: vtique quin semini multò quàm sanguini copiosior insit spiritus non est dubitandum. Nam amarum acrémve amplius & mordicantem saporem (qualis semini inesse videtur) robustioris caloris, quàm dulcis est, actionem & albedinē caloris molem exuperantis, & tenuitati præcipuè insidentis speciem esse, si non satis dum declaratum est, suo apertissimè declarabitur loco.

Et Antiquiorum certè nullus spiritum semini inesse ambigere videtur, quin illum ei ad vnum indunt omnes, ipséque in primis Aristoteles. Inest (inquit) in omnium semine, quod calor vocatur: id autem non ignis, non talis aliqua facultas, sed spiritus, qui in semine spumosóque corpore continetur. Semini porrò inesse conspectus spiritus, quin rebus ex illo confectis, quæ molles dum remansere, insit omnibus ambigere itidem nō licet. Etenim cùm bene fluidum liquidúmque, & bene viscosum existat semen, dum amplius in vtero concoquitur, & qui semini inesse visus est amplius absoluatur coerceaturque, & multus præterea alius in eo spiritus ingeneretur in eóque retineatur, necesse est. Siquidem humidioribus eius partibus è viscosis exēptis & in spiritum actis, coeunt hæ sibiipsis, & pro viscosis lentæ fiunt crassæque, externæ præsertim: itaque inexistenti tenuitati internæ præsertim nullus amplius patet egressus. Et antiquorum nullis materiale modò principium, sed quibus non vtrunque, & materiale scilicet & agēs animaléque, hoc certè à mascolino semine ad fœtus constitutionem apportari visum est, & spiritus id esse: qui igitur in rebus è semine confectis remaneat omnibus necesse est, elabi (vt dictum est) ex iis impotens: & qui commodiori rei indi non possit.

Itaque (quod dictum est) animal non vnum ens, sed è plurimis longéque à seipsis dissidentibus rebus veluti vinculis quibusdam sibiipsis colligatis compositum est nec è manifestis modò, sed è spiritu itidem, qui quòd neruoso (vt dictum est) inexistit generi, & summa donatus est tenuitate, nusquam conspicuus fit. Ipsas porrò res agendi patiendique & operandi viribus, tum & dispositione speciéque à seipsis differre si declaremus, superfluò sanè id agamus. Quis enim proprias singulas, internas præsertim, opera conficere, & quibus aliæ à rerum naturis summoperè immutantur patiunturque, & voluptate somma summàve afficiuntur molestia, nullam aliis passionem nullúmque fieri sensum, & perpetuò alias mouere motuque oblectari: immobiles alias sui natura esse & ab aliis vectandas esse, quis itidem singulas propriam dispositionem propriámque sortitas esse speciem non intuetur.

Capvt VI.

Animam è semine eductam, nec vnam vniuersi animalis corporis, nec verò diuersas illius portiones diuersarum huius partium formas esse.



PARTIBVS quæ, & specie & agendi & patiendi propriasque passiones percipiendi, tum & operandi facultatibus adeò à seipsis differant, compositum animalis corpus cùm sit: quàm longissimè omnibus quidem abesse existimandum est, vnum vt ens poni possit & forma vna vnáque donarum natura. At multò certè Aristoteli longiùs: cui nimirum, quòd non quæuis anima corpori cuiuis, sed singulæ benè apto benéque ad proprias operationes edendas accommodato indendæ, & formarum omnium maximè vna maximéq; simplex anima videtur, corpori itidem summè simplici summéque similari indenda fuit. Nec verò (quòd Peripateticorum nonnulli faciunt) non huiusmodi corpori indendam dicāt, quòd diuersis prędita facultatibus, & diuersarum potens operationum, & quas nequaquam per se & similari indita rei edere queat, ad quas omninò edendas diuersorum organorū opus habeat ope, corpori è diuersis rebus composito, & quarū singulæ ad certas functiones organi vicem animę prębeāt indēda fuerit. Neq; enim cur organico (vt aiūt) corpori indita sit, sed nū vna ipsa simpléxque cum sit vniuersa, diuersis rebus & singulis vt propriis materiis indi potuerit, modò inquiritur: & nisi fieri id posse demonstrent, quantumuis multis diuersisque organis opus habere animam, & animaliū corpus organis multis distinctum ostendant, nequaquam tamen propterea ita vt propriæ materiæ illam inhærere declaratum videri potest. Cur enim alia ab organis anima cum sit iis inhærere nequeat?

Minus etiam (quod alij faciunt) vnam quidem & eiusdem vniuersam substantiæ animam ponant, & quæ, si vni eidémque indatur rei, vnam eandémque speciem, & vires facultatésque vniuersæ easdem secum inferat: ac diuersis rebus diuersisque indita subiectis diuersa ipsa fiat, diuersáque specie & diuersis donetur viribus, visiua nimirum in oculis, irascibilis in corde, appetitoria in iecinore fiat. Non enim corporis formam amplius, sed veluti communem quandam materiam animam ponāt, quæ à diuersis corporis partibus & speciem, & agendi patiendique & sentiendi, tum & operandi diuersas assumat vires. itaque rem ponant quæ omnium maximè & Aristoteli ipsi & rerum amplius naturæ repugnet. Materia (inquit Aristoteles) actu hoc aliquid non est, sed potentia, forma illam perficit, & ad entia omnia, quæ potentia est, agit: & manifestè entia passim immutari, & alia specie aliisque donari viribus videntur, præinexistente natura ex eis deturbata, & alia ea subeunte occupantéque. At neque animam veluti in partes diuidant, & è substantiis multis (quod Aristoteli factū videtur interdum) eam componant, diuersisque corporis partibus diuersas animæ partes vt proprias indant formas. Quorundam (ille inquit) corporis partium quædā animæ partes ἐντελέχεια sunt & perfectio. Propterea enim dictum id homini suspicari licet, quòd vna eadémque anima & vna omninò simpléxque corporis vniuersi

niuersi forma si sit, cur in diuersis corporis partibus diuersæ edantur operationes diuersǽque percipiãtur passiones, & in diuersis animæ affectibus diuersæ corporis partes afficiantur, causam reddere desperauit. At summè id propriis eius positionibus contrarium summéque aduersum, & summè etiam ab eo reiectum esse, & vnam prorsus eiusdémque animam vniuersam substantiæ esse, suo satis explicabitur loco.

Minus etiam (quod alibi & cùm sensus, tum verò animalium motionis rationem explicanti Aristoteli placere videtur) vni corporis parti & cordi omnino vt propriam formam indant animam, & propterea corporis itidem vniuersi, vel si difformè id sit, formam poni posse contendant, quod partis sit forma, quæ vitam partibus reliquis suggerat omnibus, & cui omnes, veluti centro lineæ annexæ sunt. Nam ipsum etiam cor nequaquam similare, & quod vna simplicique à natura constitutum, & cui vna modò simpléxque natura inesse videri queat, vel Aristoteli ipsi videtur: non diuersis modò sui partibus diuersa donatum specie, sed neruis, arteriis, venis, fibrisque, rebus nimirum quæ cùm à seipsis singulæ, tum verò à cordis substantia summopere differunt, inter textum, quin earum omnium principium Aristoteli visum positúmque. Tum, nisi quæ sentit appetítque, & motum edit substantia, ipsa nimirum anima singulis insit corporis partibus, sed propterea singulas sentiendi appetendíque & sese commouendi facultatem obtinere ponatur, quòd ab anima vni cordi inhærenti ea donetur: longè ægerrimè modus pateat, quo huiusmodi facultates partibus singulis assiduè cor subministret. Qui enim ab Aristotele inuentus est, non longè modò est obscurissimus, sed (vt suo amplius ostendetur loco) absurdus insuper ridiculúsque, & in quo ne ipsum quidem Aristotelem acquieuisse existimare liceat. Itaque quoniam (quod dictum est) nec vna simpléxque anima e semine educta corporis vniuersi, nec diuersæ illius portiones diuersarum huius partium formæ videri possunt: vtique res per se existens necessariò dicta anima ponenda est.

Capvt VII.

Num anima superius dicta corporis forma sit, exquisitius, & quibus inspiciendum sit in rebus.

AT tanti res momenti non adeò è longinquo est prospicienda, vniuersalíque ratione, & quæ dictam animam corporis quidem, eiúsq; partium formam non esse declaret, at quænã sit nihil manifestet: sed proximius omninò inspicienda propriisque explicanda est rationibus, & quibus, siquidẽ partis nullius forma est, & per se existit, quæ animalis pars anima illa sit, manifestum fiat: eæ nimirum animalium cognitiones operationésque intuendæ sunt, in quibus ab inanimis ea differunt, & quibus corpus, vbi anima illa spoliatur, spoliari videtur, sensus nimirum motúsque. Nec verò (quod factum videtur) vniuersali quodam modò, sed vterque singulis in animalis partibus, in quibus fieri videtur, penitus inspiciendus est. Præterea & eæ animalis passiones, in quibus, vel prorsus, vel tantisper sensu motuque corpus destitui videtur, quædam nimirum mortis genera animæq; deliquia, & somnus postremò, & immutationes, quæ certis in dictæ animæ perturbationibus certis in corporis partibus fiũt. Num scilicet sensus motúsque singuli partium, in quibus fiunt, naturis attribui possint: ea nimirum natura eáque partes donatæ sint dispositione, vt quos edere videtur motus, propriis eos viribus edere, & à rebus quæ in ipsis sentiuntur pati ipsas immutaríque posse intelligere liceat.

Quoniam enim quæ rerum vires nihil in nos agunt nihilque nos immutant, qualésuis eæ sint, nullum sui sensum nobis faciunt, sed eæ modò nobis percipiuntur, à quibus patimur & à quibus immutamur, itaque antiquioribus omnibus & ipsi in primis Aristoteli sensus quiuis per alterationem & passionem quandam fieri videtur: vtique vel ipsius testimonio, num rerum quę singulis in partibus sentiuntur sensus ipsis assignandus sit partibus inquirentibus, num à rebus quas partes singulæ sentire videntur, partes ipsæ pati aptæ sint, inspiciendum omnino est. Præterea, & num huiusmodi partium passiones immutationésque voluptate, qua eæ afficiuntur, afficere eas queant, videndum. Adhuc, num singularum immutatio eiúsque sensus vni omnis & nullo temporis momento communicari possit? Nam (vt dictum est) id etiam fieri sentimus, nec (vt Aristoteli placet) si non vna eadémque animæ pars omnia sentiat, at certæ modò ipsius partes certa quædam percipiant, eorum, quæ sentiuntur discrimina innotescere diiudicaríque queant. Postremò, num vbi interit animal (quod si anima corporis forma sit, euenire necessariò oporteat) corpus vniuersum, vel principes saltem eius partes, & quibus demptis viuere animal nequeat, simul corrumpantur: & num in animæ deliquiis somnóque corpus vniuersum singulásque eius partes veluti sensu motúque, sic propria itidem forma propriéque destitui natura existimare liceat, quàm diligentissimè inspiciendum est. Et siquidem partes singulæ ab iis quæ sentiuntur pati immutaríque & voluptate, qua dum patiuntur immutantúrque afficiuntur, ipsas ea affici & partium singularum passiones immutationésque vni omnes communicari posse, & anima à corpore separata vniuersum id, vel principes saltẽ eius partes corrũpi, & in animæ deliquiis è reliquis corporis partibus propriam substantiam recedere, & (quod fieri oporteat, & fieri existimandum est) in illarum vnam confluere omnem visum sit aut videri queat: vtique corporis vniuersi vnam eandemque animam è semine eductam, vel diuersas huius portiones, diuersarum illius partium formas ponere liceat: minimè verò, si eorum quæ dicta sunt, vel vnum non ita fiat, itaque eueniat.

Qui enim, si quibus in partibus sensus fit motúsq;, nõ ipsis is partibus ipsarúmq; naturis attribui possit, si scilicet à rebus, quæ in singulis sentiuntur pati eas immutaríque, vel si quas patiuntur passiones iucundas ipsis eas esse, vel si quos singulæ edere videntur motus, propriis ipsæ eos viribus edendi potentes esse motóque oblectari, vel si quæ in singulis fiunt immutationes, in intermediis omnibus & in principe illa cui partium singularum passiones sensúsque communicandi sunt, & communicari videntur omnes, nullo illo temporis momento quo communicari videntur, fieri posse existimare non liceat, vel qui, si non perpetuò vbi interit animal, corpus vniuersum, nec verò insignes quæpiam eius partes corruptæ ac ne immutatæ quidem sint, aut qui, si quæ in certis animæ perturbationibus certis in corporis partibus immutationes fiunt, nihil earum forma naturáque turbata passáque fiant, animam illam corporis vniuersi vel eius partium formam ponere liceat? Age itaque, & partium in quibus sensus motúsque fit, & rerum quæ in singulis sentiuntur naturam viréśque & motuum genera quæ singulis eduntur in partibus, tum & voluptatem molestiámque, qua singulis in sensibus singulisque in motibus, cùm in partibus, in quibus sensus motúsque fit, tum & in principe illa anima afficitur, intueamur.

Capvt VIII.

Quæ, & quibus, cùm in externis, tum & internis corporis partibus animal sentit.

ANIMAL externa in corporis superficie vniuersa, & externis in partibus caloris frigorisque vires, nec summas modò robustásque, sed bene eas imminutas languidásque sentit: at vnas modò ente in quouis reliquis in partibus omnibus, in lingua verò duplices & contrarias interdum simul diuersasve. Entibus namque, quæ apud nos sunt, & quibus propriæ naturæ non summæ insunt, non proprię modò insunt vires, sed aliæ benéque interdum propriis

contrariæ diuersæve, ab ambiente singulis inditæ & lógè plerunque quam propriæ sunt robustiores. Vel languentes enim, at assiduè à nouis superaccedentibus foræ auctǽque ambientis vires, vel multò robustiores proprias entium naturas retundunt exuperántque, penè & agendi vi exuunt, itaque earum actio reliquas corporis partes latet, solíque manifesta fit linguæ. Nam sapores quosuis non aliud esse nisi propriæ ciborũ naturæ, proprij scilicet ciborum caloris actionem, suo apertissimè declaratum est loco. At vniuersa (vt dictum est) externa in corporis superficie, vniuersisque externis in partibus, & lingua in vniuersa dictas percipiens vires, graciliore certè, molliorève in illa, & in extrema hac multò eas percipit exquisitius: internis verò in partibus, per nares quidem aeris vaporúmque vires actionésque (id enim manifestè odores sunt) In oculis autem lucem, nec vigeotem modò purámque, sed imminutam fœdatámque, colores nimirum: nam lucem proprium esse visus obiectum, & colores lucem esse imminutam fœdatámque, suo illud apertissimè loco, & in proprio hoc manifestatum est commentario: per aures verò aeris impulsus motúsque, & longè eos languidissimos, & qui quamuis aliam corporis partem lateant prorsus.

Nam sonos, quos audimus, non aliud esse nisi externi aëris motus animæ tandem communicatos, dubitare non licet: siquidem quæ motum edere videntur res, non aliud agere videri possunt nisi aerem violenter explodere impelleréve. Itaque antiquiores ad vnum omnes sonum aëre commoto fieri, & sonum omnino aeris motum esse consentiunt. Et non à naribus odores, nec ab oculorum tunicis vel etiam humoribus lucem, nec ab auribus ipsis sonos, à præduris nimirum, & quæ vel grauiter ab exuperantibus agentium naturarũ viribus oblæsæ afflictæque nullum propriæ passionis sensum animæ præbent, languidissimas tenuissimarum rerum actiones impulsúsque, sed ab alia inexistente substantia percipi, & suo apertissimè demonstratum est loco, & inde manifestè intelligere licet, quòd naribus auribúsque abscissis minus quidem, at satis tamen & odores sentiuntur & soni, si quid præsertim illatum loco apponas, quod narium auriúmque vicem præstet: & quòd quantumuis naribus auribúsque occlusis, si os rebus sonum emittentibus apponas, veluti copiosior is sentitur. Itaque externis in partibus caloris frigorisque vires, in internis verò per nares aëris vaporumque, per oculos autem lucis affectiones & lucem ipsam, per aures aëris motus impulsusque animal sentit.

Capvt IX.

Passionis immutationisque, quæ singulis in partibus à sensilium viribus fit, sensum, dilatonis constrictionisque sensum esse, & ab vtraque moderata dum est blandáque, propterea voluptate animam è semine ductam affici, quòd in vtraque ad motum agitur.

Sensilium porrò actiones non perpetuò propterea iucundas molestásve esse, quòd partium, quibus anima è semine educta inexistit, & animæ illius etiam naturam foueãt oblædántve, sed quòd & partes & ipsam etiam iis inexistentem animam dilatant constringuntque, & moderatè dum id agunt blandéque voluptate summa, summa contra molestia vbi immoderatè vehementérque illam ab iis affici, quæ singulis in partibus à rerum quæ in ipsis sentiuntur viribus immutationes passionésque fiũt, & voluptates molestiæque, quæ eas consequuntur, manifestè declarant. Quoniam enim calidarum frigidarumque rerum contactus diuersis quidem in corporis partibus, at simul in omnibus factus, iucundissimus est, gratissimúsque, & vel nullis alienis à viribus lingua occupata, & qui dilatant fundúntque, & qui constrigunt constipántque cibi, vel si frigidi illi, & hi seu calidi seu frigidi assumãtur, itaque & hi & illi nullum propriarũ, sed contrariarum diuersarúmq; virium vtrique sensum & dispositionem linguæ indant, moderatis modò blandisque agant viribus, quæ illarum opus videri minimè queat, mirifica animam linguæ inexistentem afficiunt voluptate, & qui inspiratur aer nullum prorsus caloris frigorisve sensum cùm faciat, non voluptate modò summa summáque illam afficit molestia, sed veluti eam viuificat prosternitque & exitio tandem dat, & crassus omnino qui est perpetuò ferè id agere videtur: lux etiam ipsa nihil oculum, eique inexistentem animam cùm calefaciat, at dilatet modò diffundátque, dum moderatè id agit summopere illam oblectat exhilarátque: at quæ vehementer, molesta est grauisque, & tenebræ nullo illam cùm efficiant frigore, at contrahant modò, si non dolorificæ noxiæque, at tristes certè sunt odiosæque: postremo & soni moderati qui sunt & sibiipsis congruentes, consonique longè iucondissimi, longè contra molestissimi cùm sint qui immoderati & sibiipsis veluti discordes sont, & qualésuis facti quibúsuis animal cum commoueant motibus: liquidò vtique patet, non perpetuo in rerum sensu voluptate illius generis animam affici, quòd illarum vires partes, in quibus is fit, vel quæ iis inexistunt animæ portiones foueant, propriáve restituant naturæ, sed quòd partes ipsas proindéque & ipsis inexistentes dictæ animæ portiones dilatant constringúntve.

Qui enim, nisi ipsamet dilaterur constringatúrve anima illa, partium dilatationem constrictionémve percipiat? & ab earum vtraque, moderata dum est, voluptate, molestia contra ab immoderata facta afficiatur? At verò, quòd earum neutra, nec vlla prorsus immutatio enti, quod nihil ab alienis immutatum fit viribus, per se iucunda esse potest: vtique quippiam aliud, quod dilatationem constrictionémque sectetur, vel à quo vtraq; fiat, & motus omnino voluptatis, qua à rerum, quas sentit, naturis anima illa afficitur, opifex sit, proindéque & motu ipsa oblectetur, oportet. Neque enim aliud, quod illarum vtrique commune sit, aut quod illarum alteri congruat, intueri licet, & manifestè is vtranque sectarur, quin vtriusque veluti opifex est. Et à sonis, ab externis nimirum aëris impulsibus motibúsque, quæ illos percipit substantia impelli tantùm commouerique, aliud nihil prorsus pati cum possit, & substantia, quæ sonos, eadem (vt dictum est) sensilium reliquorum omniũ actiones percipiat oportet: vtique substantiam, quæ in animali sentit, propterea à rebus, quas sentit, voluptate affici, quòd ad motum ab iis agatur & commoueatur omnino, omnibus quidem, at Aristoteli certè in primis decernendum est: qui nimirum voluptatem vel operationem ipsam, vel operationis veluti asseclam esse, & substantiæ vni vnam modò attribuendam esse operationem decernit.

Capvt X.

Sentientem animam, nec sensoriorum, nec viscerum, nec neruosi generis naturam, sed spiritum omninò esse neruoso generi inexistentem.

Qvoniam igitur quæ in animali sentit substantia, propterea rerum vires sentit, quòd dilatatur ab iis constringitúrq; & dũ ita leniter alterũ fit, vt cõmotionis modò, quæ dilatationem constrictionémque necessariò consequitur, nõ & harum itidem sensus animæ fiat, voluptate summa afficitur, somma contra molestia vbi vehemẽter dilatatur, at multò certè maiore vbi cõstringitur & propterea rerũ, quas diuersis in corporis partibus, diuersis scilicet sui ipsius sentit portionib., differẽtias dignoscit omnes, quòd quæ in singulis immutationes motúsque fiunt, vni eidémque communicantur omnes, & summopere motu gaudet lucéque: vtique quæ in animali sentit substantia corporea quidem, at longè tenuissima sibíque ipsi continua, & ab vna omnino sui ipsius portione reliquæ deriuent omnes, & sui natura mobilis lucidáq; sit oportet. Qui enim, nisi corporea sit, à caloris frigorisq; viribus patiatur immutetúrque & dilatetur omnino constringatúr-

gatúrque? aut qui, nisi longè tenuissima sit, adeò nullo temporis momento à languidissimis rerum viribus dilatetur constringatúrque, & quæ in ipsius puncto quouis immutatio motúsque fit in vniuersa fiat, & constricta tanta afficiatur molestia? aut qui, nisi sibiipsi continua sit, & nisi quæ singulis corporis partib. ipsius insunt portiones, à communi quodam principio deriuent omnes, quæ in singulis immutationes motusque fiunt, nullo illo temporis, quo fiunt, momento intermediis omnibus & communi cuipiam communicentur principio? aut qui, nisi sui natura mobilis sit lucidáque adeò motu oblectetur luceátque?

Substantiam, quæ in animali sentit, huiusmodi esse cùm oporteat: vtique nec reliquarum corporis partium, nec earum quæ quòd in ipsis præcipuè sensus fieri videtur sensoria dicta sunt, nec reliquorum viscerum, vel cordis ipsius, vel ipsius etiam neruosi generis (in quo vno sensilium omnium actiones percipi videntur) naturam esse existimare licet. Nam vt cutis, quæ corpus contegit, & linguæ portionem ab appositarum rerum viribus dilatari constringíque, & commotionem, quæ dilatationem (vt dictum est) constrictionémque consequitur, iucundam inexistenti naturæ esse existimare liceat, non certè nullo illo temporis momento, quo dilatari constringíque videtur, dilatetur, constringatúrve. Minus etiam illius immutationem motumque cuti vniuersæ, vniuersæque linguæ, & communi insuper principio, proindéque & intermediis partibus omnibus, nullo itidem temporis momento communicari existimare licet. Minus etiam cerebrum (nam non in naribus, auribúsque, sed ipso in cerebro odores sonósque percipi, & manifestè sentimus, & satis est, vt videtur, superius declaratum) bene nimirum crassum corpulentúmque est, & quod quouis contrectatū dilaniatumque modo, nullum prorsus propriarum passionum sensum animæ præbet vnquam, penitúsque sui natura immobile est, à longè languidissimis inspirati aëris viribus dilatati cōstringíque iisque ab externis aeris impulsibus, qui externarum corporis partium nulli percipiuntur, impelli agitaríque, & dilatatum constrictumque, & commotum nō ipsum modò, sed parteis itidem omnes earumque naturas voluptate tanta tantáve affici molestia, aut oculos ipsos, crassiusculum omninò minimèque lucidum ens, non à Solis modò candore, sed & ab albedine omninò quauis dilatari diffundíque, à tenebris contra contrahi & lucem adeò ipsis iucundam gratámque, tenebras contra tristes odiosásque esse, & vtramque ipsorum affectionem reliquis corporis partibus earumque naturis communicari, existimare certè non licet.

Minus etiam quàm sensoriis, cordi reliquísque visceribus sentiens anima vt propria ipsorum forma indi potest: nihil enim ipsa, quàm illa, crassa sunt corpulentáq;, & iis obtecta sunt rebus quas non languidissimæ modò ciborum inspiratíque aëris & lucis vires, ipsaque etiam lux, sed nullæ prorsus, à quibus animal penitus exitio non detur, nullo permeent temporis momento. Tum non ciborum modò lucísque, sed ne inspirati quidem aëris, qui cor nihil minus quàm cerebrum attingit sobitque, cordi sensus fit vllus, & qui fieri interdum videtur, non ipsius is cordi, sed neruosi generis portionibus à quibus contegitur, & quibus adhæret firmaturque, attribuendus est omninò. Cor enim ipsum, veluti & reliqua viscera, nullum prorsus propriarum passionum sentienti animæ sensum præbet, veluti nec sanguis è quo tenuioribus sui partibus spoliato confecta sunt omnia. Neruosi verò generis (vel si manifestè sensus omnis in ipso fit, & sibiipsi continuum est vniuersum, & vniuersum à cerebro, veluti à communi pendet principio, cōditionibus omninò quibus sentientem animam donatā esse oportet, reliquis donatum est omnibus) propriam ipsius naturam animam ponere non licet. Nam & ipsum nihil minus quàm sensoria visceráque crassum est corpulentúmque, & non modò ipsius portio quæuis, in quam quispiam influat humor, qui meatum, in quem confluere visus est spiritus, obstruat, sentiendi vi spoliari videtur, sed cerebrum ipsum, ipsa nimirum illius vniuersitas, & in quo (vt dictum est) manifestè odores percipiuntur, sonique & sensilia reliqua omnia dignoscuntur diiudicanturque, quouis contrectatum dilaniatumque modò, nullum propriæ passionis sentienti animæ sensum præbet.

Quoniam igitur, nec sensoriis, nec visceribus, nec ipsi etiam neruoso generi, vt propria ipsorum natura sentiens anima indi potest, eæque modò animalis partes sentiendi facultate donatæ videntur, quibus quæpiam inest neruosi generis portio, & (vt dictum est) in ipsius vniuersitate, & odores percipiuntur sonique & passiones, quas reliquis in portionibus anima patitur, motumque quibus commouetur iudicium fieri videtur omnium: vtique vel si nulla neruoso generi inesse visa foret substantia, cui sentiendi vis attribui posset, inesse eam tamen, iisque donatam conditionibus, quibus quę ipsi conuenire visæ sunt donatam esse oportere declarant, longè scilicet tenuissimam lucidámque & mobilem, existimandum necessariò foret. Is nimirum spiritus, qui neruoso in genere vniuerso, & cuius princeps portio in cerebri ventriculis inhabitare visus est, vel nihil vsquam conspectus indendus illi vniuerso foret. Age verò & cur quale constructum est construendum fuerit neruosum genus inquiramus: nam & res ipsa per se digna est quæ quàm diligentissimè inspiciatur, & rectè ea inspecta sensum qui animali fit, spiritus illi inexistentis esse omnem, liquidò pateat.

Capvt XI.

Neruosum genus ita constructum esse vniuersum, vt quæ in singulis eius portionibus spiritus percipienda erāt, & in ipsis percipiuntur, optimè percipi possint omnia.

ALIENO in loco atque inter contraria genitos spiritus, & ad cognata ne elabatur néve à contrariis oblædatur, corpore (quæ facta videntur) vndique quidem obtegendus, at non imo in eo recondendus vniuersus fuit, vel si minus inde elabatur minusque etiam ibi offendatur. Siquidem ibi positus externarum partiū offensiones nihil ad eum delatas nihil prorsus sentiat, itaque & nihil vitet. Necessariò igitur vel extremæ corporis superficiei immiscendus fuit. Sed validas modò caloris frigorísque vires, & percutientium rerum in ea percepturus ictus, neruis & cute contegi potuit durioribus, ibi modò extenuatis vtrísque magis, vbi exquisitius sentiendæ illæ erant in extremis nimirum digitis: minus itaque in iis obtectus minusque defensus, magis omninò ab externis rebus in iis passus, longè quàm alia in quauis externa corporis parte exquisitiùs illarum vires actionésque percipit. Minimè verò & in parte itidem, qua cibi assumendi sentiendíque erant, duris densísque indi potuit rebus. Nisi enim proprias ciborum naturas propriásque is sentiat vires, res interdum deglutiat, quæ vel pacto nullo vel longè inuerti queant ægerrimè, & quæ exitium animali inferant: languentes verò illæ segnésque (neque enim robustiores vigentésque languens animalium calor inuertat exuperétque) nequaquam in spiritum agant durioribus conrectum rebus. Laxissimæ igitur carni mollissimísque indendus fuit neruis, quos vel languidissimę ciborum vires permeent peruadántque, vt non vigentē modò agentémque ab ambiente illis calorem inditum frigusque linguæ inexistens spiritus percipiat, sed propriè insuper naturæ vires, qualescunque eæ sint, vt à quibus nimis constringitur dilatatúrve, à propria videlicet dimouetur spiritus dispositione, respuat eos reiiciátque.

Quoniam prætereà cibi assumi poterant corrumpi iam cœpti, quorum scilicet calor bene quidem immutatos & à spiritus substantia diuersus factus esset, at non ita tamen vt eius actio spiritui linguæ inexistēti à priore diuersa facta videri posset: vt qui mollibus quidem (vt dictū est) laxísque inditus rebus, & quas vel languentes

ciborum vires permeent, (ab iis itaque pati immutaríque videtur) at contectus omninò ab illis defensúsque, nec à languidissimis pati, nec quasuis agentium naturarum earúmque actionum differentias percipere potest. Si itaque ei quæuis caloris immutatio percipienda est, nudo ipsi, cute nulla nullísque contecto neruis, calor ipse, elabens nimirum tenuitas apponenda est immiscendáque. Et quoniam insuper (vt suo amplius declarabitur loco) aer itidem admittendus spirituíque immiscendus erat. ísque nisi purus tenuísque, & spiritus omninò substantiæ proximus sit cognatúsque, vel nullo temporis momento prosternat eum perdátque: patens vtrique, & non procul ab ore ad cerebri vsque ventriculos, ad spiritus ipsius sedem, & ad spiritum ipsum præbendus aditus fuit, vt spiritus ab eis contactus propriã ipsorum naturam percipiat, aliena itaque, à quibus adeò promptè exitio datur, aufugiat declinétque, cognata similiáque, à quibus refici ac viuificari videtur, sectetur amplexetúrque, & quantus qualísque dari oportuit datus videtur. Nares itaque ori appositæ, per quas vtrique ad cerebri ventriculos, ad spiritus vniuersitatem ascensus patet. Tum etiam quia non quæ contingit modò sentire opus habet spiritus, sed remota etiam, quò ad nutrimentum, quod non vt plantis, sic & animalibus itidem appositum est, ire, & contraria quæve oblædunt vitare, & similia cognatáque & quæ ipsum fouent sectari queat.

Luci itidem ad spiritum aditus dandus fuit, quæ à rebus quas attingit relucens omnibus, & ab omnium specie affecta, eam ipsi afferat, & res omnino ostendat omnes. Itaque & huic itidem ipse omninò contingendus fuit spiritus nulla prorsus contectus re: à quauis enim reiiciatur obscuretúrque. At nequaquam ad ventriculos vsque patefaciendus ei aditus fuit. Nam si (cuiusmodi inspirando aëri factus videtur) angustus flexuosúsque esset factus, & qui ibi modò pateret vbi admittenda esset lux, obscuretur ea, atque inuisibilis fiat, & nequaquam perpetuò spectari ea posset, si amplus rectúsque factus foret, & ab externarum rerum viribus oblædatur, & ipse elabatur spiritus. Itaque ipse foras ad lucem excipiendam emittendus fuit spiritus, at rebus includendus, quæ spiritum quidem retineant coerceántque, & ab ambientis viribus tueantur, at quæ tamen lucem admittant quamuis: patefaciendum nimirum luci ad spiritum iter, ipséque spiritus calidis transpicuísque indendus humoribus, & transpicuis illi retinendi fuere tunicis, quo in oculis factum videtur modo. Tum & quæ nulla ostenderet lux, seu non præsens, seu ab oppositis intercepta prohibitáque rebus sentire itidem opus habens spiritus, vt amica similiaque adire, noxia alienaque vitare atque effugere posset, nec alia ad potens ratione, nisi motum modò percipiens, à cõmotis illis aëri datum: non quidem in aperto ponendus fuit, quod nimirum nonnisi maximè necessariò fieri oportuit. Eóque etiam minus, quòd in aperto liberóque positus loco, non satis commodè aëris motum percipiat, qui scilicet vt percipiatur, vnus idemque seruetur, nihilque imminuatur, quin robustior assiduè fiat oportet, aër scilicet, cui inditus est nihil dissoluatur nihilque à seipso segregetur, quin in seipsum assiduè magis colligatur. Itaque (quod factum itidem videtur) cuius pars, per quam aëris motus spiritui communicandus est, non benè tantùm extenuanda, sed aures ei circumponendæ fuere, in quibus, qui eas subit aër in angustius assiduè cogeretur, itaque vnus idemque perpetuò seruaretur assiduéque magis in seipsum colligeretur.

Capvt XII.

Principem spiritus portionem, eiúsque veluti vniuersitatem (quod factum videtur) in cerebri ventriculis locandam fuisse.

Nisi (vt dictum est) quos singulæ spiritus portiones percipiuntur res, vni eæ omnes eidémque communicentur, haudquaquam earum differentiæ, & quę magis amplexandæ magísve reiiciendæ sint dignoscatur: rectè enim Aristoteles, quod diiudicat, vnum oportere esse, decernit. Præterea & quæ spiritui perceptæ sunt vires, earum cognitio memoriáque retinenda est conseruandáque. Nam si nulla ea remaneat, iisdem à rebus sępius offendamur, & ab iis, quæ bonæ sunt iucundæque abstineamus, perpetuò omnino quales singulæ sunt inscij ancipitésque, magno assiduè incommodo singularum vires experiamur. Adhuc remotarum etiam rerum vires, earúmque amplius, quæ non vniuersæ innotuere, quarum scilicet non omnes cõditiones, sed quædam modò, aut vna tantùm manifesta est reliquæ latent, hæ itidem intelligendæ sunt, vt à quibus bono quopiam affici possemus, eo potiamur, & quæ malum quippiam inferant, videamus id reiiciamúsque. Præterea & futurę necessitates præuidendæ: & res quibus iis & præsentibus etiam occurramus comparandę. & quibus comparentur artibus intelligendum, & longè omninò plurima ad vitam conseruandam commodéque degendam conficienda sunt opera, proindéq; & organa quibus ea fiant excogitanda: quæ nisi eorum quæ spiritus percipit memoria seruetur, eáque omnia veluti ante oculos, vbi libet, ponere queat, conficere ignoret prorsus.

Nam (vt suo amplius explicabitur loco) quæ rerum conditiones, & quæ omninò res sensu perceptæ nõ sunt, earum cognitionem non aliunde, sed ex his modò, quæ sensu perceptæ sunt, sibi comparare potest spiritus. Tum internis externísque in corporis partibus lõgè plurima, maximéque ad vitæ conseruationem necessaria spiritus portionibus illis inexistentibus operanda sunt conficiẽdáque, quæ nõ nisi aliarum multarum, & omniũ quædam ministerio atque ope, summáque omnium operantium concordia operari conficeréque queant Et portiones omnino singulæ, vt mala molestáque quæ sunt amoliantur, & quibus opus habent vt consequantur & seruẽtur omnino, reliquarum omnium assidua ope atque opera indigeant.

Itaque non (quod dictum est) vna modò reliquarum omnium necessitates laborésque percipiat & modum, quo iis occurrendum est, inueniat oportet, sed vt iuxta eius vnius arbitrium reliquæ operentur omnes, quos scilicet motus edendos illa decernit, & quos illa omnino edit motus, hæ illos edant omnes, ab illa nimirum vna reliquæ commoueantur omnes, necesse est. Nisi enim id fiat, propriis singulæ muneribus propriísque operibus & proprio intentæ bono, nihil aliarum molestias laborésque curent, ac ne percipiant quidem. Quin nec quæ singulis conficienda sunt conficere sciant: quæ scilicet non vno simplicíque & vniformi motu, quali spiritus portio quæuis natura moueri videtur, sed longe plurimis maximéque difformibus, quales ea tantùm spiritus portio edere sciat, quæ perceptas res veluti ante oculos ponere, & in iis motus, quibus quæ conficienda sunt rectè confici queant intueri potest. Postremò è concalefactis præsertim adapertísque partibus assiduè spiritus elabitur, itaque imminuitur assiduè, & propterea si seruandus reficiendus assiduè nutriendúsque est, alienæ nimirum res in seipsum inuertendæ spiritui sunt.

Quoniam igitur munera spiritui obeunda sunt, quæ non omnes nec diuersæ ipsius portiones obire queant, sed vna tantùm & bene quidem magna, ac ita in seipsam collecta: vt quæ sentit vniuersa ea simul sentiat omnia: & quæ nullis ab externarum rerum viribus exagitata nihilque ab eis passa, & ne in propria quidem sede vectanda commouendáque impedita defatigatáque vnquam, quæ omnino nullis à propriis passionibus diuexata nullísque in propriis operationibus occupata cum sit, reliquarum passionibus motibúsque percipiendis vacare possit, nihilque è propria sede elapsa vnquam, itaque diu eadem durans illorum memo-

memoriam retinere conseruaréque,& ,vbi licet, recolere etiam queat. vtique ipsius sedes in eiusmodi neruosi generis portione, tantáque & talis construenda, itaq; obtegenda locandáque, & portiones reliquæ ei annectendæ, & ex ea veluti producendæ fuere: cuiusmodi cerebrum est, & quomodo constructum obrectúmque & locatum videtur. In magnæ scilicet benéque corpulentæ molis profunditate, etsi plures, at ita sibiipsis continuæ, vt vna omnes videri queant, & benè omnes amplæ construendæ fuere cauitates, & moles ipsa benè coniectæ benéque munitæ corporis parti, capiti nimirum indenda, & ceruici hoc superponendum fuit: à qua sustineretur vectaretúrque & flecteretur, & portiones illi reliquæ singularúmque cauitates illius cauitatibus vnïendæ.

Postremò, & rebus quę inuchendę, & è quibus reficiendus est spiritus, aditus aperiendus. Siquidem in crassæ corpulentæque & benè contectæ rei profunditate inclusa spiritus portio, itaque nihil vnquam ab externarum rerum viribus exagitata, nihilque in propria sede & corporis parte, cui ea indita est, vectāda commouendáque detenta defatigatáque, reliquarū portionum passionibus motibúsque & iis omnino percipiendis vacare potest. Illæ enim omnes dilatationes (vt dictum est) fiunt, constrictionésque, & harum nulla sine motu fieri potest. Et quòd nullus adeò corpulenta è re elabendi ei patet exitus, proindéque nihil imminuitur vnquam, sed diù eadem durat & benè ampla residet in sede, benéque mobilis est, motuum, quibus commouetur, memoriam cognitionémque diù seruare, & vbi libet recolere eos potest. Et quòd portionum reliquarum sedes ipsius sedi, & ipsi omnino portiones reliquæ continuæ sunt, & spiritus multò quàm aqua, & aer etiam ipse tenuior multóque ad motum promptior: vtique, veluti qui in aquæ aerísque portione quauis fiunt motus, vniuersæ ei aquæ vniuersóque communicantur aëri, ita & qui in portionibus vniuersitati, & illis qui in hac fiunt motus communicari possunt. Postremò & quòd inspirati aëris portio, exhalationésque, quæ in ventriculo ventréque fiunt, & quæ è sanguine in plexu retiformi contento ab eiúsque motu exagitato exhalat euaporatio, benè s. tenues res, & quæ si spiritui immisceantur, & copia ab eo excedantur, exuperentur ab eo in spiritúmque agantur, cerebri ventriculos assiduè subeunt: vtique quæ magna ipsius in iis inhabitat portio, portiones reliquas, & se etiam ipsam, vbi opus est, reficere potest.

Itaque (vt dictum est) quòd spiritus portionum, cui reliquarum passiones rerúmque omnium vires & reliquæ percipiendę sunt conditiones, motuúmque quibus, à singulis commotus est, memoria cognitióque seruanda retinendáque est, & ex iis remotarum & præsentium etiam, at quarum non omnes cōditiones manifestę sunt, quæ latent, intelligendæ sunt omnes, & modus insuper, quo quæ spiritus portiones patiuntur mala, reiiciantur, & quibus opus habent, comparentur, motus nimirum inueniendi sunt, quibus illa omnia peragantur, & singulæ spiritus portiones iis commouendæ, denique quia re fiendæ sunt omnes: vtique spiritus vniuersitas eiusmodi sedi, itaque constructæ, cuiusmodi cerebrum est, & quomodo cerebrum constructum videtur, & cerebro omninò indenda fuit. Itaque quoniam, si qui in animali fit sensus, corporis vniuersi vel partium, in quibus fieri videtur, aut internarum cuiusuis, ex iis quæ paulò crassiores manifestæque sunt formæ naturæque attribuatur, si vni omninò non assignetur spiritui, nec modus, quoque diuersis in corporis partibus sentiuntur, sentiri possint, nec quo quæ in singulis percipiuntur vni eidémq; omnia percipiantur innotescántque, nec quo ita in rerum singularum sensu animal afficiatur, vti affici videtur, nec quo præteritarum passionum præteritorúmque motuum memoria seruetur, & singuli, vbi libitum est, recolantur, intelligere licet, manifestissimus verò is fit, si spiritui neruoso in genere contento assignetur, & ita corpus vniuersum constructum est, vt quæ sentienda intelligendaque sunt, inexistens spiritus sentire intelligeréque optimè possit omnia: vtique vel si non partiū, in quibus motus fit, naturis, ac & ipsi spiritui attribuendus sit, nondum intuitis, motum itidem non corporis vniuersi, singularúmve eius partium formæ, sed & ipsum spiritui neruoso in genere contento attribuendum esse statuere liceat, age tamen ipso etiam in motu id inquiramus. Conditiones nimirum, quibus substantiā, cui animalium motus attribuēdus est, donatam esse oportet, tum & num iis corporis partium moles, an vero modò spiritus neruoso generi inexistens donatus sit, intueamur.

Capvt XIII.

Qualem esse oportet quæ animalis corpus commouet substantiam, & spiritum omninò eam esse neruoso generi inexistentem.

Qvoniam calor vel si propria natura mobilis est, & summopere motu gaudet, nō subiecto in qualíuis, sed ei modò inexistēs, quod tenuissimum, proindéque & leuissimum fuerit, moueri videtur, itaque entia nulla prorsus, at ea modò moueri apparent quæ summa donata sunt tenuitate, & motus, quos externæ corporis partes, & internarum etiam quædam edunt, sentientis intelligentísq; & huius omninò arbitrio imperióque eos edunt, quæ nimirum ibi modò mouentur, vbi sentiens intelligénsve amplexandum quid reiiciendúmve decernit, & quos sentiens summopere edi appetit, si intelligens non edendos statuit, nihil eos edunt, & motus nequaquam simplices vniformésque, sed qui mille assiduè variandi sint modis, quorum omninò rationem modúmque nisi vna eadémque intelligenti sit mouens, ignoret hæc prorsus. Præterea & quoniam parti cuiuis, cui laboriosus difficilísve quispiam edendus sit motus, & ad quem edendum partium reliquarum opus habeat ope, promptissimè inseruire videntur omnes, & quapiam molestia affecta, si non reliquæ omnes, at brachia certè manúsque statim ad eum conuolant, quod molestiam infert vt amoliantur, quin, vt ne quædam offendantur, seipsas aduenientibus obiiciunt ictibus: liquidò vtique patet, substantiam, cui motuum edendorum facultas attribuenda est, lōgè tenuissimam sibique ipsi continuam omnem, & non sibiipsi modò, sed sentiendi intelligētique vnam eandémque esse oportere. Neque enim nisi summa donata sit tenuitate, vel si nulla ipsi corporis moles vectanda foret, seipsam commouere queat: nec nisi sibiipsi continua, & non sibi modò, sed sentienti intelligentique vna eadémque sit, quos edēdos illæ decernunt motus, benè interdum laboriosos molestósque, & nequaquam (vt dictum est) simplices vniformésque, qualibus vnis mobilia entia natura moueri gaudent, & moueri videntur, sed qui assiduè immutandi sint edere velint sciántve.

Substantiam ergo, cui animalium corpora commouendi facultas tribuenda est, huiusmodi esse cùm oporteat, liquidò patet, nec corporis partium, quæ motus edere videntur, neque iis inexistentium neruosi generis portionum, naturam esse. Nam vtræque longè corpulentiores sunt longéque grauiores quàm vt à propriis naturis moueri queant: & ratiocinandi facultatem iis indere cùm non liceat, nullos prorsus iis motus, at eos certè minus qui ratione quadam edi videntur attribuere iis licet. Neruosum præterea genus (cui omnium consensus motus edendi facultatem attribuit, & necessariò attribuenda est, siquidem eæ modò partes moueri videntur, quibus quæpiam ipsius portio indita est, & ea abscissa offensáve, nullo amplius commouentur motu) manifestè sui natura immobile est demortuúmque. Nam cerebrum, à quo manifestè principes ipsius portiones deriuant, & à quo mouendi facultas iis indi videtur, sui natura penitus immobile est: & nerui quiuis, si quispiā eos subeat humor, spiritui nimirū, qua in eos illabatur, via obstruatur, sese mouēdi facultate spoliatur omni, & ea rursus donātur, si humor discutiatur, si. qua in eos illabatur spiritus, via aperiatur. Id ꝙ pulcherrimè Galeo.

nos docet, dum digito illam restituit, non digito, sed spinalis medullæ portioni, è qua, qui eũ fertur in digitũ, exoritur neruus, proindéque & neruo ipsi rebus appositis, à quibus neruo inexistens humor, qui ne spiritus eum subiret obstabat, in flatũ ageretur omnis. Vt (quod dictum est) substantiam inquirentibus, cui qui animali fit motus, attribuendus esset, vel si neruoso generi spiritus nullus inesse visus foret, à quo ipsius portiones, quæ commoueri videntur, commoueantur, necessariò iis omnibus indendus foret. At age, num (quod dictum est) si non omnes, at insignes certè partium motus intelligentis imperiò fiant, num scilicet, quos principes neruosi generis portiones edunt motus, iuxta vniuersitatis in cerebri ventriculis residentis decreta eos edant, vel satis (vt videtur) conspectum, amplius inspiciamus: tum & modum, qoo ad quos quantósque collibitum ei est illas agat motus, & quo singulæ spiritus portiones corporis partes, quibus inexistunt, commoueant, siquidem & is declarandus est. Et is amplius, quò è quibusuis in quasuis, & ex iosterioribus io superiores vasorum partes succos quosuis iis inexistens agit spiritus, satis quidem (vt existimo) in eo expositum commentario, in quo animal voiuersum ab vnica animæ substantia gubernari declaratum est, quantum præsentem ad inquisitiooem pertinet, intueamur.

Capvt XIIII.

Spiritus portiones omnes vniuersitatis arbitrio, & ab ipsa omninò moueri vniuersitate.

Spiritvs portiones, quæ neruis musculisque insunt, quos edunt motus, vniuersitatis arbitrio eos edere, & inde (vt dictum est) intelligere licet, quod motus edunt, quos nõ quæuis spiritus portio, sed ea modò cui ratiocinandi facoltas tributa est edere sciat, & quòd quos illa edendos motus decernit, vel si summis ij laboribus summísque edendi sint molestiis, statim eos portiones quibus edendi sunt, edunt omnes, & à quibus abstinendum statuit, vel si somma ab iis voluprate afficiantur summáve exoluantur molestia, abstineaot ab iis tamen. Præterea, & quòd vniuersitate vehementer affecta, vehementer videlicer quid appetente exhorrentéve, motus portiones edunt, quos nihil illa commota & propriis omnino viribus edere nequeant prorsus. Præterea, & quòd oauigationis ciborúmque, qui stomachum olim fecere, memoria & conspectus amplius nauseam stomachúmque facit. Quoniam enim motuum qui in portionibus fiunt, non ipsis in portionibus, sed omnium vna in vniuersitate memoria seruatur: vtique quos hæc illorum excitat in vniuersitate exciter, & ab ea portioni communicentur quæ illis olim ab ipsa commota fuit oportet. Quin & quæ venarum arteriarúmque & reliquorum vasorum fibris insunt spiritus portiones, vel si quòd assiduè succos, quibus oblectantur, attrahunt, & qui molesti sunt expellunt, assiduéque illas expandunt contrahúntque, nollo vnquam voluptatis molestiæque, qua impulsæ illa omnia operantur, vniuersitati facto sensu, nullámque hæc illarum motus sistendi immutandive facultatem obtinere videtur, itaque suspicari licet, propriu illas moueri arbitrio, vniuersitatis tamẽ arbitrio & ipsas moueri existimandum est.

Siquidem lætitia timoréque & affectionibus aliis agitata vniuersitate, summopere pulsus immutari videntur, & perpetuò tales fiunt quales ad præsentia mala amolienda aptissimi sunt, vel si pulsantem portionem nihil eam attingaot, & quales ea modò edere sciat spiritus portio, cui & partium singularum mala, & modus insuper, quo propulsanda ea sunt, notus sit. Id verò & alij multi, & præcipuè qui spiritu imminuto, aliud malum nullum animali passio fiunt, manifestè declarat. Quooiam enim (vt dictum est) propterea frequentiores fiunt, vt maior euaporationis copia, qua præcipuè spiritos reficitur, è sanguine in arteria in plexum retiformem complicata contento, educatur: vtique si spiritus ei existens proprio arbitrio frequentius eas agitet, & vniuersitatis imminutionem, & frequentiore arteriæ agitatiooe copiosiorem euaporationem educi ex eaque illam nutriri, res omnino intelligat oportet, quæ qui vniuersitati manifestissima sint, vel ipsis intuemur oculis, at qui portioni plexui retiformi ioexistenti nota sint, longè ægertimè imaginari licet. Præterea, & quod vbi necessitas quæpiam portionem quampiam certa quapiam ratiooe pulsare cogit, eadem & reliquæ vel si uulla & ipsas ita pulsare necessitas impellat, pulsãt omnes: vt dicto in pulsu, & in eo itidem qui pulmone inflammato fit, & in aliis intueri licet. Propterea enim ille freqoentior vbique fit, quòd sese vt citò reficiat vniuersitas sanguinem in plexu retiformi contentum freqoentius exagitat, & hic veluti ferrans, quòd tumefactus induratúsque pulmo nihil sese expandentibus arteriis cedit, itaque si æquè expandantur vniuersæ, necessariò iis inexistens spiritus comprimatur. Id igitoe ne fiat, aut vt minus fiat, non æquè arteriæ vniuersæ, sed alia parte magis, alia minus, quomodo & pulmonem tumefactum esse, existimate licet, amplificari eas oportet.

Itaque quoniam & reliquæ eadem expandontur ratione, benè rationi congruum est portiones itidem arteriarum fibris inexistentes iuxta vniuersitatis imperium eas expandere. Neque enim si proprio eas expandant arbitrio, cur qua vni modò celeritate rationéque expandendæ sunt, ea & reliqoæ expandant omnes, à nulla, vt ita expandant, impulsæ necessitate, & iniucundiùs fortè ipsa expandentes, intueri oon licet. Et quæ fibris inexistunt portiones, summa & ipsæ operantur ratione, quæ nimirum (vt in dicto amplius expositum commentario) diuersis vasis eiusdem inexistentes fibris, non omnes simul eas intenduot remittúntue, sed quas oportet taotùm. Itaque reliquis quiescentibus vnas modò, modò alteras, interdum & omnes simul intenduot remittúntve. Quoniam igitur quæ vasorum fibris insunt spiritus portiones quos edunt motus, iuxta vniuersitatis arbitrium eos edunt, & vel si eos sistendi nullam ipsa obtinere videtur facultatem, ipsi tamen eos attribuere licet. Siquidem (vt in dicto amplius declaratum est commentario) eo seipsam, proiodéque & portiones conseruandi, proptereáque & quæ adsunt bona amplexandi maláque amoliendi appetito tenetur, vt quin illa assiduè attrahat, & hæc amoliatur, cohibere sese minimè queat. Et motus omninò, quos in lætitia aliisque affectionibus, à boois scilicet malísque impulsa edit, quæ nihil dum ipsam fooent oblædúntue, at in posterum alterum fieri sperat timétve, quos, quia degenerem eam vilémqoe aut furiosam ostendunt, cohibere summopere appetit, cohibere eùm oequeat, cur quibus, quæ modò oblectant fouéntque, attrahit, & molestia malóque quæ afficiunt, amolitur, quòd eos sistendi impotens viderur, non ab ipsa eos edi existimaodum sit?

Postremò, & quòd si portiones omnes vnius vniuersitatis arbitrio operentur, rectius omninò opereotur, & modus, quo huic illarum omnium passiones, & illis omnibus singulis huius motus nullo temporis momento communicentur, satis est, vt existimo, declararus: vtique quos singolæ edunt motus, iuxta vniuersitatis decreta eos edere, & non rationem modò modúmqoe quo edendi sunt, ab ea singulis præberi sed moueri omninò ab ea singolas, existimare licet. Etenim vniuersitatis arbitrio portiones vt moueantur, aut illius hæ intellectionis participes assiduè fiant, & quos edendos illa præcipit motus, libenter hæ edant, quòd ipsam vt communem omnium parentem reginámque obseruant venerantúrque, & quæ præcipit omnia in commune omnium bonum præcipere intelligunt, aut inuitas illas ad quos collibitom est, hæc agat motus, oportet. At qui illud fiat, qui scilicet vniuersitas in cerebri ventriculis resideos portionibus, manibus, latiogíque, & reliquis inexistentibus corporis partibus

tibus modum ratlonémque, qua motus immutandi aſsiduè ſunt, indat, longè obſcuriſsimum eſt, quomodo verò quos ipſa edit motua his communicet, clariſsimè in motibus aquæ aeriſque portioni euiuis ioditis intueri licer. Nam ſi à quantulouis aete & quanrulauis impulſo vi, non ſubſequentem modò ſed circumfluum aerem vniuerſum impelli, iiſdémque commoueri motibus, in ſonis ſentimus omnibus, quos nimirum vehementiotes quidem è ptoximo, eaque è parte, in quam aer impellic, at eoſdem prorſus & è longinquo & vndequaque ſentimus, vtique & à commota à ſpiritus vniuerſitare contiguas poitiones, & multò etiam tobuſtios impelli, iiſdémque agirati motibus, arbittandum eſt, quæ nimirum, quòd denſis renitentibuſque continentur in rebus, proindéque (quod aeri licet) veluti in latera diffundi, & impelleitis motum, vel ſi languidiſſimus is ſit, præuenire noo poſſunt, quouis ab vniuerſicaris impulſu propellantut, ciúſque commoueantur motibus, oportet.

Capvt XV.

Quomodo ſpiritus corpus commouet.

NOovM porrò, quo portiones ſingulæ partes, quibus inſunt, quibus collibirum elt, agitent moribus, quo videlicet ſecum eas geiter, ſi exponamus, nihilominus ſuperflui ſimus, quàm ſi & modum, quo parres ipſæ circumpoſita tegumenta, quibus ipſæ commouentur, commoueât moribus, exponamus: idem enim vtérque elt. Ar is fortè inſpiciendus eſt, quo tantulus ſpirirus tantam membrorum molem ſuſtioear vectetque. Rerum nimirum omniom conditoris Dei ſapientia ſuſpicienda eſt, admixandáque, qui ita animalium corpora conſtruxit, vt eorum partes, vel ſi graues ſint omnea deorſumque omnes vergant, veluti mutuò ſe ipſas ſulcianc ſuſtineántque, itaque ſingulæ reliquarum pondus ſpiritui imminuant, & ad alias commoueodas adiumenro ſint, & alterum modò crus cùm vectet, cotpus vniuerſum quò collibitum eſt, agac. Nec tamen vel adeò concinnè conſtructum nactus ſpiritus tegumentum, diu id vectare ſuſtinerêue poteſt, quòd magno omninò labore & ſuſtinet & vectat, & è concalefactis præſertim partibua aſsiduè elabens, ita randem imminuitur vt earum oneri ſuſtinendo impar fiat. Itaque quiete & refectione opua habens reliquis è ſedibus in eam ſe ſe vniuerius recipit, in qua nullum ei ſuſtinédum eſt onus, & in qua res adſunt è quibus refici queat, io cetebri ſcilicer ventriculos: proindeque quales ſui oatura illæ ſunt immobiles fiuot demotruæque.

Capvt XVI.

Quomodo ſpiritus ſuccos vaſis inexiſteutes è quauis ipſorum parte in quamuis agit.

QVONIAM ſanguinem ſuccóſque alios & res omoinò omues quæ vaſis inſont, vel benè graues corpulentáſque ex inferioribos ad ſuperiores cotporis partes agi videmus, & non alia id ratione fieri exiſtimate licet, niſi inferioribua vaſorum partibus ita aſsiduè conſtrictis, vt nullo præinexiſtentibus rebus reliquo ſacto loco, neceſſariò io ſuperiorem adigantur, & cùm venis tum vaſis reliquis omnibus fibræ, & (vt Galeno & nobis etiam in dicto expoſitom eſt commentario) benè eæ vatiæ eaque iotertextæ ſuur ratione, vr inteuſæ in vnum colligantur, proindéque & vaſa, quibus intertextæ ſunt, intendantor conſtringantúrque: vtique vbi ſanguis ſuperiores ad partes agendus eſt, inferiores fibrarum venarúmq;, quibus affixæ ſunc, partes conſtringi, itaque & ſanguinem in ſuperiorem agi illarum partem, aſsiduéque id, dum ſanguis quas ad partes agendus eſt agatur, fieri neceſſatiò exiſtimandom eſt. Et quoniam & ſanguis & ſucci reliqui eas ad corporis partea agi videnrur quæ ipſis opus habent, & noxij qui ſunt grauéſque ex omnibus expelli, & fibtarũ oaturæ oec ſeſe intẽdendi conſtringendique ſacultas, neque is indi poteſt ſenſus, quo circumpoſitarum partium neceſsitates vt ſentiant donatas eſſe oportear: neceſſariò vtique ſubſtaoria iis indenda eſt, quæ ſui natura benè mobilis & exquiſitiſsimo donara ſir ſenſu, & quæ & vaſorum fibtis & neruoſo generi inexiſtat vniuerſo. Neque enim niſi partibus inſit omnibus, omnium neceſsitarea percipiat, & niſi mobilis ſit, nequaquam circumpoſitas fibras, vt libet, intendat remittátve.

Intendit portò remittítque, non pondere eas grauana leuanſque, ſed per eas means. Copioſior enim in ipſas illapſus, quàm vt qui ipſis ineſt porus liberum patentemque ſpiritui præbeat tranſitum, itaque ne vlterius progrediatur fibratum caro obſtat impellit eam ſpiritus ſecumque agit. Nam etſi vaſis denſiores durioréſque ſunt fibræ, cedunr tamen, & ſe expandi extendíque ſinunt. Itaque quòd dum extenduntur, dum ſcilicer in longius protrahuorur ſpatium, in ſe ipſas contrahuntur, quæ præſertim vaſia intertextæ ſunt, quæ anguſtiori quam ipſa ſunt appenſa ſunt rei, & in anguſtius etiam deſinunt: vtique & vaſa conſtringantur, inexiſtentéſq; ſucci in quam ſpititus tendit partem protrudantur, oportet. Vbi ſeilicet è veua è iecinore emergente cor verſus ſanguis mitrendus eſt, fibras venæ pati intertexras, quæ iecur verſus, ſanguinis omninò, qui ducendus eſt, veluti à tergo eſt, modò, qui dictus eſt, intendens colligénſque, ita & venæ partem intendir coſtriogirque, vt nullus inexiſtenti ſanguini, vel multò quàm opus eſt anguſtior relinquarut locus.

Itaque inde is depulſus, anteriorem in partem & cor verſus, in patentem nimirum adigitur locum, quem poſteà & ipſum eodem modo occludens ſpiritus vlterius etiam agit, oec loco cedencem fugientémque ſectari ceſſat voquàm, donec quò decretum eſt eum egerit. Itaque modus, quo & exterui interniique animalium motus fiunt, ſi ab inexiſtence & motu ſpiritu fiant, ipſis (ni fallor) oculis intueri licet. Rationes modò id ſinant, quibus perſuaſus Ariſtoteles nequaqoã à corporea motaque anima animalium corpora moueri côrendit. Age itaque hæ primùm examinentur. Neque enim, & quæ animam ex ſe mobilem, & totam ipſam motam, ſe ipſam totam, & cotpua ſecum mouere neganc, eędem illia, quæ cælum ab immotis motoribus, & omne quod mouetur ab aliquo tandem immobili moueri oportere aſtruunt, quòd nihil ex ſe mobile eſſe poſsit, quod torom motum ſe ipſum moueat totum, ſatis (reor) in ſuperioribus reiectæ commentariis, ſed reliquæ, ſi quidem & ipſæ in iiſdem explicatæ non ſunt, tum & modus, quo ab immota anima Ariſtoteli moueotur animalia, exponatur examinetúrque.

Capvt XVII.

Rationes, quibus Ariſtoteles motiuam animam incorpoream ſtatuit atque immotam, exponuntur reiiciunturque.

SI anima (inqoit) corporea ſit, corporum omninò more proprium ipſa motom & proprium item habeat locum ad quem narura ſeratur, & in quo natura quieſcat: quin & vi mooeri queac, & in non naturali eſſe loco. At violentos animæ motus, vel violentaa quietes, ne fingere quidem licet. Vno præterea motu animalia mouerentur, ſi ab aoima corporea & mota ipſa moueantur. Neque enim (quod elementis omnibus omnibúſque negatum eſt corpotibus) pluribus illa contrariíſque motibus mooeri queat. Tum ſi corpos mouet, quòd mouetur ipſa, & locali commouet motu, motu & ipſa locali moueatur, neceſſe eſt. E corpore igitur egreſſa, ſi libet, rurſus illud ſubeat & demortuum iam rurſus vita donet: motui

igitur reuiuiscant. Præterea si se ipsa (inquit) mouet anima,& vt anima itidem moueatur necesse est. Neque enim secundum aliud mouet,& secundum aliud mouetur. Mouet autem vt anima,& vt anima igitur mouetur. At omne,quod mouetur&ab eo recedit à quo mouetur, anima igitur quatenus anima mota à se ipsa & ab animæ recedit natura. His(vt videtur)rationibus adductus Aristoteles motiuam animam & incorpoream statuit & inmotam. Quæ omnes quidem ex iis quæ dicta sunt declaratæ reiectæque videri possunt: at amplius eas tamen explicare soluereque ne grauemur.

Rectè quidem Aristoteles,si corporea ponatur anima, proprium ipsius efflagitat locum: non siquidem corporea existés nulli è primis similis sit cognatáque. At egressa vel extincta anima, ad terram decidere, & vel omni effuso sanguine,proprio nimirum onere imminuto, grauiora fieri animalium corpora intuitus, substantiam viuis iis inesse intelligere poterat,cęlo similem cognatámque,quæ ad ipsum vt ad proprium locum, propriamque tendens vniuersitatem,dum inest,sustinet illa ad cælúmque agit. Cælo porro similis cognatáque conspecta,& summè mobilis & omnibus moueri apta motibus,videri poterat. Quæ enim natura mobilia sunt omnibus mobilia sunt motibus: vt in superioribus declaratum est commentariis, & ignis ipse manifestat, æquè omnibus seruatis viuificatúsque. Nec è corpore egressa rursus subire id velit, quin recta ad cælum,ad propriam nimirum tendat vniuersitatem, veluti tenuia entia quæuis. Absurdissima certè ratio; quin sensui rerúmque naturæ maximè dissentiens aduersáque, quæ,si seipsam moueat anima,& vt anima moueatur, ab animæ eam natura recedere statuit: quæ nimirum inde Aristoteli pendet, quòd alterationi motus secundum locum idem positus est. Non scilicet communi tantùm motus nomine & alteratio & latio Aristoteli appellatur, sed sub eadem vtraque continetur ratione. Itaque quæ alteratis eueniunt,motis itidem quibusuis,vel iis quæ natura mouétur euenire supponit,& perperam prorsus. Siquidem alteratio(vt amplius in superioribus declaratum est commentariis) quàm longissimè à motu differt, & contraria omninò alteratis iisque quæ natura mouentur (de quibus sermo est)eueniunt. Alteratio enim ab aliena fit vi, & quæ alteratur,nihil quidé à proprio loco, at à propria omnia dimouetur natura. At motus à propria motorum editur substantia, nihilque ea dum mouentur à propria recedunt natura,sed in ea magis seruantur, quin neque à proprio forte dimouentur loco.

Neque enim quæ in seipsis,& in proprio & vno eodémque circumuoluuntur in loco,locum mutare videntur. Cælum certè corpúsque ei suppositum ęterno nihílque cessante vnquam deferri motu, & nihil propterea corrumpi, intuenti Aristoteli, nequaquam,ne si se moueat anima,à propria dimoueatur natura, & in cótinuo lapsu fluoréque sit,verendú erat, sed potius mobilis sui natura cóspecta,ne corrúpatur,si à motu cessat vnquam. Nam mobilé ipsi in primis Aristoteli visam fuisse, & aliá omnino à corpore,non suspicari,sed ipsum manifestè id enunciantem audire licet. Ab anima quidem animalium corpus moueri,nihil(inquit)dubitare contingit: manifestè enim ab anima mouetur. At id modo inquirendum, quonam pacto anima mouet. Videtur enim ita mouere, veluti nauta nauim, distincta nimirum à corpore separatáque. Siquidem animalium præcipuè exemplo cælestes etiam orbes,& quæcunque mouentur, à separato distinctoque moueri contendit. Separata porrò à corpore,& corpus mouens,corporea sit necesse est,& mota ipsa corpus moueat. Neque enim incorporea si sit immotaque, modus quo corpus moueat reperiri potest vllus. Vllus certè si sit,vtique ab Aristotele inuentus foret, tanto ab eo studio tantoque inquisitus labore. Nam qui ab eo ponitur, non absurditatum modo plenissimus est, sed ridiculus interdum,interdum qui mente concipi nequeat, & quem ne ipsi quidem Aristoteli placuisse existimare liceat. Verum ne sycophantarum more agere videamur, ipsum Aristotelem illum explicantem audiamus: nec rem paulò altius petere grauemur. Non modus scilicet tantùm,quo animalia Aristoteli mouere placet,explicetur examinetúrque, sed & quæ illum exponens tradidit omnia, si non ad propositum negotium valde necessaria, ad vniuersi certè (vt ipse inquit)contemplationem, & motus etiam ipsius declarationem spectantia.

Capvt XVIII.

Mobilia entia omnia ad motum edendum immoto externo,animalia verò interna etiam Aristoteli opus habent.


VOD (inquit) aliarum motionum initium id sit, quod seipsum mouet, huius autem, quod mobile est, propterea quod primum mouens omni motu vacat, determinatum est prius, cùm de sempiterno motu,vtrum sit nec ne,&si sit,quidnam sit,constitutum est. Hoc autem non solùm vniuersali ratione accipere oportet, sed in singulis etiam & sensilibus, quorum gratia vniuersales quærimus rationes,& quibus illa accommodari oportere existimamus. Etenim & in his manifestum est, non posse quicquam moueri, nisi aliud quiescat. Ac primùm quidem in animalibus: oportet nàmque si pars aliqua moueatur,quiescere quippiam. Et hanc ob causam articulorum flexus animalibus insunt. Flexibus enim vt centro quodam vtuntur: quod tamen non vt in mathematicis verè vnum & impartibile esse oportet. Quandoquidé in illis nullus fit motus, in animalibus verò, in quibus motus fit, vbi mouetur ac flectitur, in duas diuidi videtur. Alia enim eius pars mouetur,alia quiescit. Initium certè eiusmodi est, vt inferiore parte mota ipsum semper quiescat, vt brachio quidé moto cubitus: toto verò membro humerus: & tibia quidem mota genus: toto verò crure, quæ ischia dicitur. Quod igitur vnumquodque in seipso quiescens quippiam habere oportet, vnde motionis est initium, in quo innixum totum simul & per partes moueatur,manifestum est. Verumtamen id quiescens,quod in motis est,ad motum peragendum satis non est, sed alio omnino extrinseco quiescente motúque omni carente opus est. Et operæpretium esse videtur accuratè de eo quod dictum est perscrutari: contemplationem enim quandam habet, non solum ad animalium sed ad ipsius etiam vniuersi motum ad lationem pertinentem. Quéadmodum enim,vt animal moueatur, non interno tantùm immobili,sed externo itidem opus habet, quandoquidem si id super quo mouetur semper cesserit, velut arena muribus,nihil sane progredietur, nullúsque prorsus progressus fiat,nisi iter, neque volatus, aut natatus, nisi aer & mare resistant. Et hoc quidem quod sic immobile est, aliud ab eo quod mouetur necesse est esse, & totum à toto nullámque rei motæ portionem esse. Sin secus fuerit, animal non mouebitur.

Id quod inde manifestum est, quòd si quis nauigium extrinsecus propellat conto ad malum, vel ad aliam ipsius partem innixus, paruo negotio illud mouet contra,si qui id agere contendit, in ipso sit nauigio,minimè illud moueat vnquam,neque si Titius ipse propellat,aut Boreas ex ipso sufflet nauigio: si quidem eo modo quéquam efflare contingat,quod pictores faciút,eum ex seipso quenquam spiritum emittentem fingunt. Siue enim leniter spiritum, siue ita vehementer emittat, vt maximum efficiat ventum, nihil tamen commouebit: quod nimirú,vt quis aliud propellat commoueátque,ad suarú quampiam partium primò inniti oportet, tum & hanc ipsam partem ad externú quippiam quiescere. Qui auté nauigium propellit,cùm ipse in nauigio sit,nullique externo innitatur, rationabiliter nauigium non mouet. Qui verò extrinsecus propellit aut trahit, sanè mouet: nulla enim nauigij pars est. Vt suspicari quis possit,cælum etiam ipsum,quò moueri possit, immotum quippiá oportere esse quod omni penitus motu careat, & quod nulla cæli sit pars,neque in cælo omninò sit. Siue enim motú ipsum cælum mouet,aliquod sanè non motum attingens mouere ipsum necesse est, & id nullá mouentia

partem

» partem esse, siue continuè immotum est id quod mouet, nulla itidem motæ rei erit pars. Quod igitur ad vniuersam naturam sic se habet, vt terra ad animalia, & ad ea quæ per se mouentur, ex huiusmodi quispiam suspicari poterit. Et nequaquam immobile id, aut Atlas (vt poetæ fabulantur) aut terra omninò, cui ille innititur, videri potest. Nulla enim pars vniuersi ponenda esset terra. Tum præterea mouentis robor, & quiescentis æquabiliter se habere oportet: est enim robur & vis, qua quod immotum est manet, sicut qua motor mouet, & quæ æquales sunt vires à se inuicem non patiuntur. Sed quod mouet, vel à motu prohibet, quod agit omninò, virium robore exuperet, necesse est. Quamobrem siue Atlas, siue aliud quippiam sit, quod mouet, ex iis quæ intra cótinentur, terræ omninò vis, qua manet, cæli vim, qua mouetur, excedat oportet: sin minus de medio deque sui ipsius loco dimouebitur terra. Tantùm igitur terræ in quiescendo robur esse oportebit, quãtum cælum vniuersum, & ipsius habet motor. Quòd si hoc fieri non potest: neq; vt cælũ quopiã, quod intus sit, moueatur, fieri poterit: ita vt extra cælum immotum quippiam esse, & quiescens, quod nulla illius pars sit, existimare liceat. Fortè enim inconueniens sit, si motionis principium intus sit. Quamobrem ita existimantibus rectè ab Homero fuisse dictum videri poterit.

» *Sed vobis cælo nunquàm deducere ab alto*
» *Ad terram dabitur summum, omniscium que tonantem.*
» *Non si peruigilis studio, summoque labore*
» *Dij, deæque omnes pariter trahere inde velitis.*

Quod enim immobile est, à nullo moueri contingit. Age verò priusquam modus, quo animalia Aristoteli moueri videntur, exponantur, hæc examinentur. Ita enim veritas magis minoreque innotescet labore.

Capvt XIX.

Mobilia entia ad motum edendum immoto nullo opus habere.

Recta quidem Aristoteles vniuersales rationes singularibus rebus conuenire consentitéq; oportere statuit, & nisi in iis congruãt, reiiciẽdas prorsus esse: quæ scilicet ex iis quæ in singularibus percepta sunt constituendę sunt omnes, vt si eius generis rebus omnibus non conueniant veras esse existimare non liceat. At illud mirari licet, quòd efficiens motus principium (id enim motus æternitatem explicanti Aristoteli inquisitum est) ab immoto motore iis quæ natura mouentur tribui id oportere inde etiam comprobare velit, quod animalia vt moueantur immoto quopiam externo opus habent. Cur enim (quod euenire verè videtur) non ab anima vel ab alia quauis re se se mouendi facultatem illa concipiant, at quæ satis nõ sit, sed immota etiam re opus habeant, super qua moueantur, & à qua veluti fulciantur, non adeo ex se mobilia leuiaque, vt sese in sublimi sustinere queant vniuersa? At detur hoc Aristoteli, & cum mobilia quæ sunt entia, & cælum etiam ipsum immoto externo, & quod nulla eius pars sit cui innitatur opus habere existimandum sit, propterea quòd animalia, & vbi mouentur, & vbi quid propellunt, illo opus habere videntur, consideremus.

Id porrò vt innotescat, & cæli, & animalium, si non constructio naturáque omnis, at ad motum saltem vis inspicienda omninò est. Et siquidem eadem vtrorumque visa fuerit, cælum itidem non externo tantùm, sed interno etiam immoto, veluti & animalia, indigere, rectè Aristoteli positum sit. Sin secus, inconsandos omninò is sit, qui entia diuersissimis operandi viribus donata, eadem ad operandum ope opus habere velit. At animalia non loco fortè magis à cælo, quã sese mouendi facultate & robore distare videntur. Nec propterea quòd illorum motus præ huius motu immobilitas videri potest, sed quòd cælum vniuersum simul & perpetuò incessantérque mouetur, vt motu summopere oblectari seruarique existimandum sit: animalia verò magna eorum quiescente parte mouentur, & non diu moueri possunt, sed modicum quid commota defatigantur, maximéque motum auersantur, & nisi moueri cessent, corrumpantur etiam à motu. Non scilicet (quale cælum existit) animal itidem vniuersum mobile est, sed eius modò (vt dictum est) anima, spiritus nimirum neruoso generi inexistens, corpus verò penitus per se est immobile, & ad terram vergens declinánsque, & quod statim ad terram delabatur, decidátque & immotum ibi iaceat, nisi à spiritu subleuetur sustẽteturque & commoueatur.

Perexiguus porrò existens spiritui, vel summè ipse mobilis, & ad cælum, vt ad propriam tendens vniuersitatem, longè tamen abest vt corpus vniuersum vel eius etiam partes in sublime agere & diu in sublimi sustinere possit, sed earum oneri cedit, & deorsum ipse non à corpore modò vniuerso, sed à partibus etiam detrahitur. Rebus igitur (vt dictum est) opus habet, quæ ad eas sustentandas adiumento sint, quæ scilicet earum ad inferna delapsum prohibeant: terra nimirum indiget, quæ vniuersum ipsum sustineat, eiusque pondus quoquo modo spiritui imminuat, tum & ossibus ac ligamentis, quibus partes innitantur, & à quibus delabẽtes veluti retineantur. Vbi igitur vastum quid & quod impulsum nostrum exuperet, amouendum est, firma immotaque re, magis omninò quam quod propellendum est, retinente opus habemus, quæ ne aliam in partem retro agamur retineat nos & veluti coerceat. Quoniam enim corpore prius contracto, tum eo extenso impulsus fit omnis, & vtramque in partem corpus extẽdi potest: si quod amoliendum est renitatur & impelli se repugnet, nisi magis renitens quippiam obstet, in contrariam omninò partem extendatur. Separatum igitur id ab illo, quod propellendum est, sit oportet. Siquidem qui propellit, id agere omninò videtur, quod propellit videlicet à se ipso, & à re, cui innititur amouere separareque.

Quare qui naui inexistit cuiuis inhæret, vel si Titius sit, minimè nauim propellat. Qui enim cuius veluti pars est, pars permanens, & idem omninò, nihilque à se ipso diuisum, à se ipso separetur? At nõ si Boreas insit flatúmque emittat. Cur enim ab ibi inexistente emissus flatus non æquè nauim propellat atque ab Hyperboreis vsque spirans? Quin si hirundo ea prædita sit vi vt nauim propellere vel alligatam trahere queat, quantumuis naui inclusa sit, vel minimum volandi nacta spatium, dubio procul impellat illã trahatque. Quid enim obstat quin sibi alligatam, & trahere potens, non secum agat? Corpori certè inclusus eiusque mole grauatus ac deorsum detractus spiritus, nulla vsus immoti retinentisque ope, non partes modò quasuis diu sustinet commouétque, sed corpus vniuersum, neque in rectum modò, sed in sublime eleuat & tantisper sustinet. Quòd si corpore exuatur, nequaquam immoto vel externo vel interno opus habeat vllo, sed se ipsum nullo subleuet negotio, & perpetuò, & quibusuis commoueat motibus, & multo etiam promptius per tenuius quàm ipse est corpus, & cui nihil omninò iniri queat, quàm per crassius renitéósque: eaque fortè per illud feratur velocitate, qua cælum ipsum circumuolui videtur, similis ei cognatúsque.

Nec verò, si quæ mouentur immoto omnia, cui innitantur firmenturque, opus habent, & cuius immobilitas eorum quæ mouentur vires exuperet, nihil scilicet contrariam in partem ab iis se se impelli sinat, quin & ascendenti igni & descendenti terræ dandum id sit, dubitare cõtingit. Aer itaque & igni & terræ id præstet, & ignis & terra, ascendendi ille, hæc verò descendendi vires ab aere robúrque sumat, dum veluti contrariam in partem tendens vterque ab eo reiicitur. Hoc enim pacto animalium motus impulsúsque omnes terra Aristoteli adiuuat. Hæc si absurda Peripateticis ridiculáque visa sint, quæ verè mobilia sunt ad motum edendum nullo immoto opus habere videantur oportet. At Conditoris nostri bonitas sapientiáque summè amanda venerandaque, quæ nimirum entibus quibusuis propriam

ex se operandi operationem, sese nimirum conseruandi oblectandique facultatem indidit modúmque & nihil eam aliunde pendentem, sed à propria singulis manantem natura. At age animæ vires, à quibus animalium corpora Aristoteli mouentur, inquirétem exponentémque audiamus Aristotelem.

CAPVT XX.

Quomodo animalium corpora ab anima Aristotelis mouentur.

De animal. mot.


NIMADVERTIMVS (inquit) cogitationem, imaginationem, electionem, voluntaté, & cupiditatem animal mouere: hæc autem omnia ad métem referuntur, & appetitionem. Imaginationem enim, sensúsque eundem habent cum mente locum, cum iudicandi habeant facultaté. Voluntas verò, & ira, & cupiditas appetitiones sunt: electio autem cõmunis est cogitationis, & appetitionis. Quapropter etiam ipsum quod eligi potest. Nõ enim omnium, quæ intelliguntur, electio est, sed eorum modò, quæ & appetuntur. Mouetur itaq; animal appetitione, vel electione, alteratione tamen aliqua per sensum aut imaginationé, aut cogitationé facta: sensus scilicet, & imaginatio, & cogitatio animal alterant. Sensus enim statim alteratio quędã est, imaginatio auté, & cogitatio rerum, quarum sunt, habent potestaté. Cogitata enim species calidi, siue frigidi, siue suauis, siue formidabilis, id quodammodo existit, quod vnaquæq; res iccirco sola cogitatione perhorrescunt, & expauescunt. Omnia auté ista perturbationes sunt, alterationésque. Et organicas quidé partes affectiones præparant, appetitio auté affectiones, & appetitionem imaginatio. Hęc autem, vel cogitatione, vel sensu efficitur. Principium igitur in agẽdi genere ipsum sanè est, quod consectandum, aut declinandũ est. Calor autem, & frigus eorum cogitationé, aut imaginationem necessariò sequuntur. Tristificum namque declinandum, iucundũ verò consectandum: verũ isthuc in exiguis valdè obscurum. Sunt autem tristifica, & iucunda ferè omnia cum frigore, & calore: quod profectò in affectionibus est manifestum. Cõfidentiæ enim, & pauores, & venereĩ motus, & reliqua in corpore tristifica, & iucunda, alia quidem in partibus cum frigore, & calore sunt, alia verò in vniuerso corpore: memoria autem & spes iis ipsis tanquam simulacris vtẽtes alias quidem minus, alias verò magis eorum caussæ sunt, & ipsæ scilicet calorem efficiũt, & frigus, corpúsque alterant. Quapropter recta (inquit) ratione constructa sunt, quæ intrinsecus iacent, & ad initia instrumentalium partium, vt commutentur, & ex compactis mollia fiant, & ex mollibus compacta, nerui nimirũ, qui à corde Aristoteli exoriuntur, indeque ad organicas partes, ad manus, pedésq; feruntur, quorum natura & mollescere & extẽdi, & durescẽre, & contrahi apta existit. Animalia præterea spiritum (inquit) connatũ habere, & ab eo robur ad motum sumere videntur. Isque ad animalis principium, ad motricem nimirum animæ vim simili modo se habere videtur, vt in flexionibus punctum, quod mouet, & mouetur ad ipsum immobile, & cordi inest iis quibus adest cor, aliis verò in parte, quæ cordi proportione respõdet, ibi nimirum singulis, vbi motiuæ animæ vis.

Hic verò & ipse (inquit) percõmodè se habet, vt moueri possit, & robur præstare. Motiuum namque opera sunt impulsus, & attractio. Iccirco motus instrumẽtum tum augeri, tum contrahi posse oportet, quod scilicet auctum impellat, contractum verò retrahat: talis autem est spiritus natura: excrescere enim, & contrahi potest. Quę cum hoc contingant modo, & cum actiuum, & patibile talem habeãt naturam qualẽ sæpe diximus, quãdo certè contigerit, vt aliud quidem patibile sit, aliud verò actiuum, neutrique desit aliquid, quod ad eorum definitioné requiratur, confestim aliud quidé agitur, aliud verò patitur. Quamobrem si nihil (vt ita dicatur) intelligit, quòd incendendũ est, & incedit, nisi quid obstiterit: quemadmodum spõtaneæ appellatæ machinæ parua mutatione facta mouentur, laxatis, sese que mutuò impellentibus vertebris, ita & animalia mouentur. Siquidem eiusmodi habẽt instrumenta, cùm neruorum, tum ossiũ naturam, & hæc quidem tanquam ibi ligna, & ferrum, neruos autem, vt vertebras, quibus solutis, relaxatísque mouentur. Verumtamen in spontaneis quidé illis nulla fit motus diuersitas, quòd nihil inalterantur, quin si maiores fierẽ, aut minores, iidem tamen fierent motus, in animalibus autem immutãtur. Idẽ enim in iis maius, & minus fieri potest, figurásque permutare, auctis partibus ob calorem, rursúmque contractis propter frigus, alteratis omninò. Quòd autem parua mutatio in principio facta, magnas in extremis facit differentias, non est obscurum. Siquidem temone paululum translato, magna proræ fit trãspositio. Cum igitur, vel ob caloré, vel ob frigus, vel aliam eiusmodi affectionem alteratio in corde facta fuerit, magna sanè in corpore differentia fiet, cum ruboribus, palloribus, tum horroribus, & tremoribus, alijsque huiusmodi. Vniuersa igitur Aristotelis de animalium motione ratiocinatio huiusmodi videtur (liceat enim breuiùs, quàm ab eo factum est, prolixius omninò, minúsque distinctè, quàm vt facilè intelligi possit, expositam illam colligere, & veluti ante oculos ponere, vt ipsius sententia magis manifesta fiat, & commodius examinari possit.) Anima, quæ sentit, & quæ intelligit, animal mouet, quòd quæ sentit, vel intelligit, vbi vel bona, sectandáque, vel mala, & declinanda ea decernit, imaginationem statim commouet, quæ commota appetitum excitat, ab appetitu verò affectiones fiunt, calor nimirũ, & frigus, à quibus spiritus, neruiq; cordi, vbi scilicet affectiones fiunt, inexistentes inalterantur, & spiritus quidem veluti expanditur, amplificaturque, aut constringitur, & in angustius agitur, nerui verò, vel extenduntur, & longiores fiunt, vel contrahuntur, & breuiores fiunt. Iis porro immutatis, animal moueatur necesse est. Siquidem amplificati, extensique impellunt, imminuti cõtrà, contractique retrahunt: motus autem omnis, aut impulsus est, aut attractio, aut ex iis compositus.

CAPVT XXI.

Si vera sit Aristotelis ratiocinatio, animalium motum non animæ, sed calori, frigorique vel spiritus potius, neruorúmque incremento, decrementóque tribuendum esse: at vanam omninò, falsámque illam esse, vtpote quæ neruos à corde exoriri supponat.

SI quidem vera sit Aristotelis ratiocinatio, animalium motus non animæ, sed calori, frigorique, vel spiritus potius, neruorúmque incremento, decrementóque tribuendus sit, à quibus nimirum proximè, nullóque medio animal mouetur. Nã si ab anima illi augentur, imminuunturque, non quidem à propria animæ substantia, naturáq;, sed à quapiam eius operatione, quæ nullam quidem ipsa caloré, frigúsque faciendi facultatem habeat, at quàm perobscuro quodam modo calor Aristoteli consequitur, frigúsque. Vt si quidem calor ab anima fiat, ex accidente quodã fiat: & si propterea animalium motus principiũ animæ dandum est, non summè modo remotum id sit, & magis mehercule, quàm Medeæ malorũ abietum Pelio in nemore incisio, sed ex accidẽte etiam, & quod pacto nullo in localis motus genere poni possit. Quàm longissimè igitur ab eo, quod hic inquiritur, remotũ, hoc est à proximo, & à proprio, & efficiente. At vana omnino, falsaq; est, quæ nimirum neruorum principium cor esse, & ab eo vt à proprio fonte eos emanare supponit. Siquidẽ neruos non à corde, sed à cerebro exoriri, & ex iis vnum modò, & perexiguum eum ad cor, veluti reliqua ad viscera deferri, cuiuis intueri licet, & vel nihil conspectum manifestum est tamen. Siquidem nerui nihil prorsus cordi simile habẽt rubro, sanguineóq;, albi ipsi, penitúsq; exãgues: at cerebro ita similes, vt qui nõ lõgiùs ab eo profecti, ad externásq; delati partes paulò aridiores facti sunt, durioréśque, nihil prorsus à cerebro differãt.

At Ari-

At Aristoteli non nerui modò omnes à corde emanent necesse est, sed arteriæ, venæque in super, manifestè & ipsæ moueri conspectæ, & attrahere, eiicereque. Quę cor quidem subeuntes, at summopere & ipsæ cordis substantiæ dissimiles cum sint, non ab eo exoriri, sed ad eum sanguinis importandi, eaportandíque gratia (id quod reliquis visceribus, reliquisque corporis partibus paulò minus præstant) deferri manifestè apparent. Tum & intestina nihil minus, vesicæque omnes, quorum nullum cum corde commercium aliquod habere videtur, & quibus omnibus, nec certis earum partibus, sed vniversis motiua indenda est substantia. Siquidem non certis partibus, sed vniuersa, quæ commoda suot, necessariaque attrahere, superflua verò, noxiáque eiicere, attrahere nimirum, impelleréque videntur. Quod igitur dictum est, vana omnino, falsáque ratiocinatio Aristotelis omnis iudicanda est, qua animalia omnia ab anima cordi inexistente moueri astruit: vtpote quæ id supponat, quod sensus ipse falsum esse ostendis. Vt ne ex animandæ quidem positiones quibus ea innititur, videri possint. Ad singularum tamen fallacia, infirmitásque manifesta vt fiat, examinentur singulæ.

Capvt XXII.

Ab incorporea immotáque anima, & iudicante tantum appetentéque calorem, & frigus excitari non posse, & si excitetur, nec statim, nec ab eius iudicio vnóque appetitu vtrúmque excitari posse.

Anima vbi quæ sentit & quæ intelligit bona amplexandáque, vel mala declinandáque iudicat, vbi appetit omnino ea auersarúrve, corpus calefieri & frigefieri & mille affici modis, ipsis passim intueri licet oculis: & si corporea mobilísq; (qualis nobis posita est) ea sit, & per vniuersum corpus deferri agitaréque id queat, & (quod nobis facere videtur) venis inexistentem sanguinem perpetuò secum ferat oculis etiam ipsis videre liceat, quę in singulis animę iudiciis singulísque eiusdē appetitionibus animali eueniaot, cuius nimirū aduentu statim partes incalescunt, & recessu calore destituuntur. At si (vt Aristoteli placet) incorporea ea sit & immota, vnoq; in corde residēs aliud nihil agat, sed decernat modò quæ sectāda amplectandáque, & quæ declināda sint amolliēdáq;, & appetat etiam illa, hæc verò auersetur, quomodo eius iudicium appetitúq; calor cōsequatur & frigus est perobscurū & quod nulla concipi queat imaginatione, quodque non enunciandū modò Aristoteli erat, sed apertissimè explicādū, neque anaie id expectāres perpetuò in alium reiiciendi eramus locum. Vel hic enim aptissimus, vbi adeò obscura adeóque expetenda res aperiretur, vel in quo animā affectibus obnoxiā corporis partiū formā esse contendit. At is vtrobique in alium nos locum inque aliud reiicit tempus, nec locum nec tempus his aptius nancisci cum posset vllum, à rei scilicet reiectus difficultate. Quem enim effingat modum, quo incorporea atque immota anima, neque igitur calida ipsa, nec motu corpus exagitans calorem illi indat, & nullo temporis momento.

Verum enim quidem, quod Aristoteles subdit, vbi actiuum & passiuum simul sunt, statim quidem illud agere, hoc verò pati, statim nimirum agere illud & hoc pati quid, & à propria quid dimoueri incipie natura. At non simul actionem illum perficit, & hoc in alienam agitur naturam, quod præsertim agenti substantiæ non proximum sit cognatúmque, sed si non penitus repugnaos, in eius certè ac contrarij medio collocatum, & veluti à natura media constitutum, æquè nimirum calefieri & frigefieri aptum (cuiusmodi non nerui modò, sed spiritus etiam ipse Aristoteli videtur) tale quod est, vt inalteretur tempore opus est: eóque amplius si agens natura vehemens non sit robustáque, cuiusmodi calor frigúsque, quod anima quid appetente fit, videri non potest. Neque igitur subita hac immutatione summè opus habens Aristoteles (statim enim intelligit vel sentit anima & corpus mouet) tam nullo temporis momento fieri illam absolutè proferre est ausus. Sed simul (inquit) vt ita dicatur intelligit & mouet. At esto, detur hoc Aristoteli, & anima quid eligente & appetente vel auersante, calor in corde & frigus statim fiat, non certè ab vno illius iudicio vnoque appetitu & calor fiat & frigus. Contrariæ enim affectiones à contrariis fiant rebus summa est necessitas. At non in singulis modò animæ iudiciis atque appetitionibus calorem fieri & frigus, dandum Aristoteli est, sed veluti per vices calorem modò, modò frigus & vtrúmque vehemens modò, modò languidum. Siquidem motus omnis extensis modò Aristoteli fit neruis, modò verò cōtractis, & modò incitari, modò tardari, & nerui non ab inexistente substantia, neque alia à re, sed à calore extendi & à frigore contrahi videntur.

Capvt XXIII.

Vt calor & frigus ab vno animæ appetitu in corde fiant, & nerui ab iis extendantur contrahantúrque, non tamen propterea animalia moueri posse, neque verò eorum partes per se neruis solutis laxatísque.

At neque si illa etiam omnia dentur Aristoteli, appetente nimirum aut auersante quid anima calor in corde fiat & frigus, & veluti per vices spiritum illud amplificet neruósque extendat, vtrosque hoc imminuat contrahátque: propterea animalium motus ratio satis explicata videri potest. Siquidem quæ continent, vbi quæ continentur maiora fiunt, amplificari quidem ab iis ac tumefieri, & propterea ampliore etiam loco donari apparent, non tamen vna modò ex parte, sed vndique, & nequaquam à loco, in quo posita erant, dimoueri & in anteriorem propelli. Contrà, si minora quæ continentur fiant, quæ contioent contrahi quidem & proprij loci parte cedere, at minimè eum totum deserere videntur. Id quod thorax declarat, qui pulmone ab inspirato aëre dilatato manifestè intumescere & ampliorem locum occupare, aere verò expirato & pulmone contracto contrahi & loco cedere videtur, at nihil anteriorem agi in locum. Id tantùm continentia, contentis maioribus aut minoribus factis, pati possunt quod & pati videntur, aliud nihil prorsus. Amplificari itaque & ipsa possunt & maiora fieri vndique, vel vndique contrahi imminuíque, minimè verò locum mutare, & in anteriorem progredi aut posteriorem.

Et quæ itidem extendentur contrahuntúrque, vbi extenduntur, in proximum itidem extendi locum, & vbi contrahuntur, proprij loci parte decedere, minimè verò ex eo demigrare & eum deserere, inque anteriorem vel posteriorem ferri videntur vnquam. Eò itaque minùs (quod Aristoteli spiritus neruíque facere videntur) quibus indita sunt, vel propellant, vel retrahant. Vt pacto nullo spiritu quantumuis & quouis aucto modo, & neruis quantumuis extensis contractísque, vel solutis laxatísque, animal impelli aut retrahi, loco omninò dimoueri possit. Eius itaque motus latio sit oportet, qualis ascendentis est ignis & cæli etiam ipsius, quorum motus neque ipsis vniuersis, neque vlla eorum parte, vel aucta, vel imminuta, nec extensa aut contracta, nec per impulsum omnino fit aut attractionem. Minùs etiam animal moueri intelligere licet, quòd nerui, quibus illius partes veluti vinculis quibusdam alligatæ sunt, laxentur soluantúrque, eæque illis solutis per se & sponte moueantur sua, machinarum more quæ spontaneæ dicuntur, quæ laxatis solutísque & sese mutuò impellentibus vertebris moueri videntur. Tantùm enim abest vt neruorum solutione laxationéque ad motum edendum partes opus habeant, vt nisi benè ij contenti benéque robusti sint, nihil prorsus moueri, nec sese sustinere possint partes, graues sui natura immobilésque cùm sint, & manifestè à neruis sustentatæ motæque. Minimè præterea mutuò impulsu,

veluti machinarũ vertebræ, sic & animalium partes; sed singulæ ferè per se reliquis quiescentibus omnibus, extremæ præsertim moueri videntur.

Capvt XXIIII.

Nec si aucto, imminutóque spiritu, & neruis extensis contractisque animalia moueantur, motus omnis eiúsque diuersitatis rationem Aristoteli explicatam esse.

NEc verò si id itidem detur Aristoteli, & spiritos neruorúmque incrementum animal in anteriorem, eorum verò decrementum in posteriorem agat locum, propterea motus omnis, sed eius modò ratio explicata est, quo partes extenduntur, esto & quo contrahuntur, & simplici quodam atque vniformi modo, & veluti natura, & qui nullo voluntatis imperio sisti variarive posit. Aliorum modus, qui longè plurimi longéque fiunt diuersissimi, & qui assiduè & mille variati modis, & veluti è motibos multis compositi videntur, & qui verè in nostra sunt potestate, & externum nullum prorsus appetente vel auersante anima, & qui non ab anima quauis fiant, sed ab assueta tantùm & edocta illis moueri, nequaquam ab Aristotele ostensus viderur. Quin quàm longissimè abest, vt ostendi ab eo posit, qui calori & frigori spiritum illi amplificanti neruósque extendenti, vtrosque huic per vices contrahenti motũ & tribuat omnem, temere scilicet agentibus naturis, & quæ nec actionem sistere, nec eam variare, aut sciant, aot velint, & tandiù agant tantúmque, quandiù viuunt & quantum possunt.

Si quid enim aliud, motus certè substantiæ summo sensu summáque præditæ cognitione committendus est, quæ videlicer & quæ adiuuant quæque oblædunt sentiat, & quibus ea modis, quibus nimirum motibus & quantis comparanda sint reiiciendáque intelligat. Non siquidem alia operatione vlla efficere quid animal potest. At neque substantia alia quæ sectanda sunt vel declinanda, & quibus vtraque motibus intelligat, alia verò eos edat. Et manifestè huiusmodi commissus videtur. Is enim perpetuò tantúsque edi apparet, qualis quantoque opus est, & vbi noua quædam & insueta conficienda sunt, manifestè meditari videtur mouens substantia, quibus conficienda sint motibus: vt in artibus quæ manu fiunt omnibus, & in cantibus videre est saltibúsque, & motus quosdam non nisi longo vsu longáque rectè edit disciplina. Nec quomodo partes mouendæ sint, sciat tantùm oportet mouens substantia, sed quocunq; visum est modo mouere illas posit. Mille igitur flectere modis sciat oportet, totidemque reflectere, & simul complicare atque in gyrum agere, & cæptum, vbi oportet, sistere, aliúmque, & longè à priore diuersum auspicari. His enim modis omnibus animaliũ partes moueri videntur.

Capvt XXV.

Modicam principij immutationem ad motuum diuersitatem satis esse non posse.

NEc verò modicam principij immutationem ad tantam motuum diuersitatem varietatémque satis esse dixerint Peripatetici, & temonis id proræque exemplo comprobent, in qua scilicet permagnus fieri videtur, qui perexiguus in temone, in motionis nimirum principio fit motus. Verum enim quidem est, eorũ, quæ commouentur, parte, qua primùm mota reliquæ mouentur, exiguum quid immutata, summopere extremam alteram immutari: at nunquam, vt visum est, vel spiritus Aristoteli (qui dubio procul primum corporeũ mouens primúmque corporeum motum ipsi ponitur) locali motu moueri, vel nerui ab eo agitari commoueríque videtur, sed vtrosque calefieri & frigefieri, inalterari omninò. Iis porrò quæ inalterantur, secus ac iis quæ mouentur, euenire apparet: extrema scilicet sui parte multò minus inalterari quàm ea quæ principij locum obtinet, vtpote quæ ab agente alterantéque absit magis: vt modica inalteratio in illorum principio facta nulla aut perexigua in extremis fiat, & à qua nulla extensio impulsúsque, nec contractio attractioque fieri possit vlla.

Tum vt detur Peripateticis, omnibus spiritum moueri motibus quibus extremæ animalium partes mouentur, & nerui ab eo emanent, eique appensi commoueãtur ab eo, minimè tamen, qui tanta motuum diuersitas in extremis fiat, causam explicent vnquam. Etenim quæ altera sui parte mota mouentur, si quidem rigida sunt contentáque, nihil vnquàm inflecti videntur: mollia autem quæ sunt flectíque apta, altera eorum parte quouis commota agitataque modo, vel quiescit altera, vel multò languidiùs, neque iisdem mouetur motibus, sed aliis atque aliis confusis omninò, ac temere, non ratione mensuráque vlla, qua somma extremæ partes moueri videntur. Vt pacto nullo, vel si quibusuis spiritus cõmoueatur motibus, & nerui ab eo, vt à proprio principio agantur, & qualesuis ipsi existant, iis ab eo flecti modis possint. Extremæ præterea animalium partes nihil vel principio, vel mediis commotis, ipsæ per se commoueri apparent, vt necessariò neruorum portionibus, à quibus singulæ illæ mouentur, mouens principium indendum sit. At age tamen Aristotelem audiamus vno in corde id collocantem. Fortè enim aliquid afferat, quod ibi modò locandum id esse statuat, & ibi modò residens motus, qui in reliquis fiunt partibus edere posit omnes.

Capvt XXVI.

Motiuam animæ vim vno in corde Aristoteli collocari.

PRimvm, inqoit, animal mouens, hoc est motiuam animæ vim in aliquo quidem principio esse, necesse est, minimèque iis in flexibus, qoi alterius quidem initium, sed alterius finis videntur: cuiosmodi brachiorum crurumque flexus visi sunt, qui membris qnidem ioferioribus motus principium præbere, at idem ipsi à superioribus habere videntur, & quorum nullus prorsus totos immotos, totúsque principium videri potest. Brachio enim & membro quouis commoto, flexus cui inniti & à quo motus principium habere videtur, pars quidem quiescit & pars mouetur, quæ scilicet in commoto est. Vt (quod dictnm est) natura eo, vt vno & vt dnobus vti videatur. Verùm in eo principio primum mouens omninò locandum est, qood nullius sit finis, sed principium omnium. Quoniam igitur & dextræ & sinistræ animalis partes, & superiores & inferiores, & anteriores & posteriores, & harum qoæ contrariæ inter se sunt, simul & nequaquàm quòd dextræ aut snperiores qoiescant sinistræ ant inferiores moueri videntur, sed semper in snperiori vtraque immotum principium cui illæ inoitantur inest: necesse est aliud præter has esse, quod non motum moueat (illæ enim motæ mouent) & cui illæ innitantur, idque io medio illarum omnium esse, in eoque animam locari, aliud quidem à dicta magnitodine existens, verum in ea collocatum, hoc est in corde, cui illa omnia euenire videntur. Et recta hoc, inquit, profectò accidit ratione: siquidem hoc itidem sensitiuum esse asserimus. Idcirco loco, qui circa principium est, alterato immutatóque, simul & continuę partes, nerui scilicet (qui à corde enasci Aristoteli videntur) cùm extenduntur tum contrahuntur. Et vna hac in parte cum resideat anima, miniméque iis quæ aliis in partibus geruntur intersit, rectè tamen fieri omnia. Veluti enim in ciuitate rectè instituta, vbi certus ordo semel est constitutus, nihil singulis quæ geruntur adesse principem oportet, vnoquoqoe, quod mandatum est quodque ad se pertinet agente, & aliud post aliud consuetudine efficitur:

De anim. mot. c. 6.

Sic in

Sie in animalibus non quidem consuetudine, sed natura singulæ partes suum obeuot munus vt nihil opus sit vnicuique animam interesse, sed ea certo in corporis principio consistente, alia quidem viuere, quia sunt annexa, propium autem opus efficere per naturam.

Capvt XXVII.

Animam è semine eductam non vno in corde sed in neruoso genere vniuerso inhabitare.

VNIVERSA Aristotelis vno in corde animā locantis tatiocinatio inde pendere videtur, quòd quæcunque mouentur, immoto quopiā cui innitantur opus habeant. Etsi quidem verum id sit, non ineoncinnè sanè, partem, eui, quæ mouētur, omnes innixæ moueantur, in medio dextrarum sinistrarumque, & superiorum inferiorumque locandam esse, ratiocinatos sit: illæ enim omnes, & contrariæ (vt inquit) quæ sunt, simul interdum moueri videntur. Verùm nulla huiusmodi animali inesse apparet. Nam cor illarum quidem omnium medium, at nequaquàm immotum videri potest, assiduo incessanteque agitatum motu. Minus etiam spiritus cordi inexistens, nec si sit tantulo tantas corporis partes simul inniti Aristoteli placere potest, vt pote qui eorum quæ mouentur vires ab eius quod manet robore superari oportere summè contendat. Vt vel hinc intelligere Aristoteles potuerit, vel si quæ mouentur omnia ad motum edendum immoto opus habeant, minimè id vnum animalibus inesse: neque igitur vno in corporis loco animam ponendam esse, & si non in vniuerso corpore, in singulis saltem flexibus. Id quod in de animalium incessu à re ipsa (vt videtur) quam scilicet proximius ibi attingit tādem admonitus facere videtur, & quod faciendum omnino esse, animalia multa, exanguia præsertim Aristoteli itē declarant, quæ in partes multas incisa, singulis diu viuere & singulis moueri videntur, iisdémque prorsus motibus quibus integra mouebantur. Vel ipsi enim Aristoteli propterea id fieri videtur, quòd principium hoc est motiua animæ vis singulis illis insit.

Nam quod positionis tenax subdit, propterea multis eorum in partibus motiuum inesse principium, quòd illorum quodque perinde constitutum sit ac si quippiam ex animalibus multis compositum sit, & per absurdum est & contra proprium etiam dogma. Neque enim animali vni multas inesse animas intelligere licet: & vel ipse animalibus omnibus easdem aut similes datas esse partes omnes, principes præsertim, contendit, & si quibusdam desint quædam, at quæ iis proportione respondeant adesse. Et in viuentibus (vt dictum est) perfectissimisque animalibus partes per se singulę seorsumque ab aliis moueri videntur: vt dubitare nō liceat, motiuā animæ vim, quin animā ipsam singulis inexistere. Tantūq; abest vt ciuitatis rectè cōstitutæ principisq; exemplo anima vna tātùm in parte tesideote partes per se singulas moueri posse edocti simus, vt eo præcipuè partibus, quæ mouentur, singulis animam inesse, admoneamor. Rectè enim Aristoteli ciuitatis more animal gubernari videtur, & verè ciuitati persimile animal est, penè & idem. Etenim veluti ciuitas hominum cætus est, iisdem aut cōtignis inhabitans in domibus, & veluti domo in vna è multis cōposita partibus, sic & animal nō aliud videtur, nisi anima corpori vniuerso eiusq; partibus singulis inexistens. Et veluti in ciuitate princeps est locus, & princeps ibi sedes, quam qui vel per vices obtinet, quæ ad totius ciuitatis salutem spectant considerat, & quæ geri oportet mandat, nec verò domibus ea, aut viis, sed qui in iis degunt ciuibus, qui non alia re vlla à principe differunt, nisi quòd huic decernere mandaréque, illis verò parere & quæ præcepta sunt exequi datum est, at neque ciuibus omnibus, sed iis modò, qui vbi quid est peragendum, ibi sunt collocati, & qui satis non sint, & aliis vt eò accurrant mandat, & si res vrget, ipse etiam aduolat princeps: sic & in animalibus pars est, in qua quæ residet anima, quæ ad animalis conseruationē necessaria sunt & prouidet & peragi statuit decernitque, non corporis partibus & nihil percipientibus & penitus immobilibus, & quæ si natura operentur ad terram delabantur, & perpetuo immobiles ibi iaceant, sed sibi ipsi illis inexistenti, eique sui ipsius portioni, quę parti inest, qua propositus motus edi optimè potest, & ea vbi satia non est, aliis opem vt ferant, mandat, & ipsa etiam, quæ principem locum obtinet, eò conuolat vniuersa. Vt id modò à ciuitate differre animal videri possit, quòd qui in ea degunt ciues, quique illam constituunt, eodē quidem omnes prędita ingenio, & homines omnino omnes sunt, & qui vnum omnes videri possint, at separati à seipsis disiunctique, & singuli per se existentes: in animalibus verò quæ inest anima nihil verè à seipsa separata diuisáque, sed maximè sibi ipsi continua maximéque vnita, & vna omnino, at quæ tamen, quòd diuersis inexistit partibus, in multas diuisa & ipsa videri possit.

Rectè igitur (quod dictum est) ciuitati persimile, & illius more gubernari animal Aristoteli videtur: at non rectè vna tantùm in corporis parte animam vniuersam locandam esse, reliquas exanimes inanésque faciendas. Neque enim ciuitatis principísque exemplum id nos admonet, sed in vna quidem parte principem animam, & quæ decernit ac statuit, residere, in reliquis verò, in quibúscunque animæ operationes edi videntur, ipsam quidem eandem animam, at quæ principi illi ciuium more pareat, eósque edat motus, quos edi decretum illi sit statutúmque. Non ciuibus (inquam) quibus nihil simile habent conferendæ erant corporis partes, sed domibus vtique, quæ id ciuibus præstant quod animæ illæ, ciuibus verò, quæ illis proportione respondent animæ portiones diuersis positæ in locis. Vel è solo igitur animalium motu intelligere licet, non corporis vniuersi cordísve formam esse animam, nec substantiam omnino in corde, vt in principe sede residentem, sed aliam à corpore, & in cerebro quidem præcipuè inhabitare, sed neruoso generi vniuerso inexistere. Huiusmodi enim existens, & externas & internas corporis partes commouens, & quæ in animali peraguntur omnia peragens, conspicua est manifestáque. At corporis aut cordis forma si sit, vel vno si in corde resideat, ne externorum quidem motuum, & summè illorum simplicium opifex videri potest. Nam internos, quibus quæ necessaria sunt attrahit, & superflua noxiaque eiicit, quibus scilicet vasa omnia, vt libet, dilatat constringitque, tantum abest edere vt possit, vt quæuis docere nos professus Aristoteles illorum tamen rationem explicare tentauit nusquam: vtpote qui nisi vasis singulis sentiens mobilisque inexistat substantia, & organis insuper prædita quibus dilatare illa queat contraheréque modo nullo edi possint.

Capvt XXVIII.

Spiritum in cerebri ventriculis & in neruoso genere contentum animæ è semine eductæ substantiam esse mors declarat, quæ crasso aere ventriculos subeunte & insignibus neruis offensis statim consequitur.

QVIN & mors, quæ crasso aëre inspirato, aut insignibus neruis, vel rebus è neruis intertextis offensis, nihil corde ipso aut vlla alia corporis parte oblæsa statim consequitur, non corporis vniuersi, vel cordis ipsius formam, sed spiritum in ventriculis neruosóque genere contentum animæ è semine eductæ substantiam esse apertissime declarat. Cuius nimirum causa, ille si sit anima illa, itque inhabiter in rebus, vel nihil quæsita inuenta sit, at quæ si vel corpori vniuerso, vel cordi ipsi, vt propriæ insit materię, si corporis omnino, aut cordis sit forma, aut etiam substantia cordi inexistens, qualiscunque ea ponatur, nulla inueniri queat ratione. Non scilicet si ex dicta anima corporéque, vt è forma & materia compositum sit animal, quod igitur vniuersum vt exitio detur, vniuersa eius corporis substantia corrumpenda sit, tantulus qui

inspiratur aër, seu pulmonem is modò & cor, seu cerebrum, seu vtrúmque subeat, tam nullo temporis momento illorum vllum vel animal vniuersum perdat. Longè est enim illorum singulorum natura dispositióque robustior quàm vt ab aere quouis & quandiuuis agente perdi queat: & quæ ab inspirato aëre corrumpuntur animalia nihil prorsus illorum vllo immutato corrumpi videntur. Minus etiam si alia à cordis substantia anima illa sit, at cordi inexistat in eoque inhabitet, si præsertim (qualis Aristoteli ponitur) penitus incorporea sit nullique inhæreat corpori. Nam quæ talia sunt nulla ea corporea à re corrumpi immutarique possunt. Tum per pulmonem & ipsum per cor ad illam delatus aër benè omninò tenuis ad illam deueniat.

Nulla itidem ratio reddi queat, cur integris interdū abscissis membris, modò sine graui insignium neruorum offensione id fiat, nihil ferè oblædi animal videtur, at neruis quibusdam musculisque & ventriculo, rebus scilicet, quibus nerui intertexti sunt, & quæ magna ex parte è neruis constant, sauciis vel contusis modò constrictísque subitò interit animal. Neque enim neruorum magis quàm carnium reliquarúmque rerum substantiæ animalium vita inhærere videri potest. Quin ossi proximum neruosum genus omne cùm sit, vitæ per se sensúsque & motus reliquis corporis partibus omnibus minus particeps esse maximè est rationi congruum. Perobscura igitur & huius & illius mortis causa & quæ ratione nulla Aristoteli innotescere possit. At nobis vel nihil quæsita (vt dictum est) manifesta sit. Longè nimirum tenuissimus spiritus, vbi vel ipsius vniuersitas in cerebri ventriculis inhabitans à crassiore inspirato aëre, vel quæuis ipsius portio in quauis neruosi generis portione contenta ab externis ictibus impulsibúsque quauis omninò occasione in angustius cogitur comprimitúrque, à propria nimirum tenuitate propriáque remouetur natura, corrumpitur, inque aliud abit ens, veluti & flammæ angustis inclusæ in rebus, quæ scilicet propterea nullo extinguuntur temporis momento, quod quæ ex iis assiduè tenuitas elabitur, fumúsque nullum inde elabendi aditum nactus iis immiscetur, itaque eas suffocat. Et vapores in angustius coacti quacunque id factum sit occasione, corrumpuntur omnes, & in aquas concrescunt.

Nec ea modò corrumpitur perpetuò spiritus portio quæ princeps comprimitur, sed spiritus omninò omnis. Summè enim sibi ipsi vnitus continuúsque, & summa donatus cùm sit tenuitate, quæ ipsius portioni, cuius passiones induntur motúsque, vniuerso (vt dictum est) communicantur: itaque perpetuò ad laborantem sui portionem statim conuolat vniuersus, quæ eam infestant amoliturus. Plurimus igitur interdum & angustum illapsus in locum, comprimatur ibi suffocetúrque necesse est. Nec verò summa nobis cognitione præditus spiritus non seipsum copiosiorem, quàm opus est, in laborantes afflictásque ingerat partes, aut in iis, dum quæ eum infestant amoliatur, vel summopere ab his afflictus tortúsque, non remaneat, & non ad internecionem vsque cum his depugnet. Non siquidem vel prudentia, vel moderatione maiore interna quàm externa, aut alio omninò in illis quàm in his agere eum ingenio existimare licet. Nos certè homines, vbi nostrorum quempiam magno quopiam malo opprimi sentimus, non quot commodè id amoliamur, sed omnes aduolamus: nec quisquam quin accurrat, aut ratione vlla retineri, aut vllo coerceri potest malo, nec vt sese inde retrahat, priusquā reiectū illud sit, vel si tot aduolarint, vt sibi ipsis impedimento sint, & sese mutuo opprimant, adigi potest. Et optima id ratione rerum Conditor spiritui indidit ingenium, vt è partibus, quibus inexistit, quantumuis in iis diuexetur, nusquam decedat tamen, sed in iis cum rebus quę molestiam inferunt, ad internecionem vsque depugnet, &, vbi ope is indiget, reliquus ad eum conuolet vniuersus, nihil à malo, quod ibi passurus est, reiectus. Nam si qui afflictis inest partibus, molestiā qua in his afficitur pertæsus, deserat eas, aliúsve à malo, quod ibi sustinendum est, deterritus, in eas illabi pigrescat, breui partes omnes corrumpantur.

Corde porrò saucio statim interit animal, non quòd vni ipsi anima insit, & vnum omninò cor vitæ sit fons, vt antiquioribus visum est omnibus. Siquidem vel Galeni testimonio, viuis è victimis co dempto arísque iam imposito, longiùs ex tandiúque superuixere, quoad sanguinis profluuio commorerentur, & serpentes testudinésque corde extracto superuiuere tamen videntur. Et nuper in illustris Romani viri corpore, qui à diuturno morbo diuexatus defecerat tandem, nulla prorsus cordis portio, sed eius tunica tantum reperta fuit, quòd nimirum ab immoderato illud calore penitus iam absumptum fuerat vniuersum. Quem igitur corde grauissime oblæso, & magna ex parte quin & penitus absumpto iam, superuexisse existimandum necessariò sit. Quod si cordis opus huiúsque vsum paulò diligentius intueare, non grauiter modò illo oblæso, sed (quod dictum est) penitus consumpto, extractóve etiam, aliquādiu animal viuere posse manifestè videas. Quoniam enim (vt suo amplius explicabitur loco) propterea tantùm animali adiectum fuit cor, vt sanguinem in iecinore confectum amplius elaboret, calidiorem scilicet tenuioremque faceret: nec verò vt aliam hic in rem, in quam ille agi non posset, ageretur, sed vt & ipse in carnosum neruosúmque concresceret genus, & ipso illi commisto genus vtrúmque calidus fieret, præterea & vt spiritus ex ipso educeretur longè quàm ex illo copiosior calidiórque & tenuior, eædem omninò, quæ è sanguine vno in iecinore confecto, at copiosiores præstantiorésque fierent res: vtique (quod dictum est) corde quouis modo oblæso demtóve, modo sine graui id spiritus offensione factum sit, animal aliquandiu viuere posse, liquido patet. Itaque quin animalis mors, quæ vel leuissimum cordis vulnus consequitur, non cordis ipsius, sed tunicæ, quæ ipsum ambit, & spiritus omninò, qui longè plurimus ei inest, offensionem consequatur, nulli dubium esse potest. Cum præsertim aliis animalis partibus omnibus, quæ & ipsæ multum continent spiritum, vulneratis (quod si vni cordi vitæ principium, & ipsa omninò insit anima, minimè eueniat) æquè præsens ac corde saucio statim animal commoriatur.

Capvt XXIX.

Idem & mors declarat, quæ dicta anima vehementer affecta sequitur, nulla corporis parte oblæsa.

Mors itidem, quæ corpore nihil vsquam oblæso, sed vel nimiis bonis iisque inexpectatis affluentibus, vel malis & imminentibus etiā vtrisque, nec nobis modò, sed nostris quidem at à nobis diuisis distinctísque consequitur, non corporis vniuersi, nec cordis vnius formam, nec separatam à corpore, at incorpoream, sed & separatam, & corpoream, & talem omnino, qualis nobis posita est, è semine eductam animam esse manifestat. Qua enim imaginatione concipias, aut corpus vniuersum, aut ipsum cor ab imminentibus, & ab alienis etiam bonis malisue corrumpi posse? oportet autem. Neque enim quod è forma materiáque compositum est, aut vniuersum ipsum, aut sola eius forma corrupta videri potest, subiecto, re nimirum ex vtraque composita, incolumi remanente. Idem enim & corruptum esset & non corruptum. Minus etiam intelligas, incorpoream substantiam, quòd aliena bona, aut mala percipiat, corrumpi, aut eius perceptione corpus, cui inexistit, immutari. At si corporea ea quidem, at longè tenuissima, si spiritus omnino sit neruoso in genere inhabitans, huiusmodi eum sensu perceptionéque corrumpi manifestè intelligas. Propriæ scilicet conseruationis (vt suo amplius explicabitur loco) longè appetentissimus spiritus, & celsus sui natura gloriosúsque, rebus succedentibus, quæ quauis ipsum corrumpant ratione, summopere tristatur deiicitúrque & nec ipse ea intueri nec aliis manifesta fieri sustinet. Itaque veluti

absens

absens sese principem vniuersus ad sedem & ad propriā recipit vniuersitatem, tantusque in illa fit vt comprimatur, proindéque & corrumpatur tandem. Et vel respirandi interea fortè pulsandique, & quæuis alia quātumuis ad vitę conseruationem necessaria munera obire negligit, vt qui esse operariue amplius nihil curet.

Magno cōtra quopiā bono, inexpectato pręsertim adueniente, summopere exhilaratur attollitúrque, & præ lætitia gestiens lasciuiensque, & sese beatum ostentādi percupidus, externas ad partes, ad eas præsertim in quibus maximè conspicuus fit, exilit vniuersus. Itaque copiosior in earum angustiis factus quàm vt in propria seruari queat tenuitate, comprimitur corrumpitúrque tandem. Et promptiùs (vt videtur) bono quàm malo rerum successu comprimitur corrūpitúrque spiritus, quòd promptiùs bona quæ eueniūt quàm mala intuetur, proindeque & motibus qui illorum quàm qui horum sectantur iotuitum commouetur, & in angustiorem omnino adigitur locum. Eodem scilicet modo, & malis ingruentibus, & bonis affluētibus in internis, quo & in externis operatur spiritus. Nam & nos homines libentissimè quæ eueniunt occultamus mala, iisque oppressi reliquorum conspectum declinamus, eorum modò consuetudine contenti quibus illa cōmunia sunt, & vel quę maximè ad nostri conseruationem bona sunt necessariaque munera obire negligimus. Bono contra rerū successu exhilarati elatique, quæ euenere bona & nos ipsos ostentādi nullum facimus finem, & ab eorū spectaculo contemplationéque detenti officiorum munerúmque obliuiscimur omnium. Quin & ob irā periere nonnulli, quòd iniuria affectus spiritus eamque propulsandi desiderio accensus, externas ad partes, quibus motus fit, effunditur vniuersus. Itaque tantus in iis fit, vt se ipsum comprimat suffocetque. Spiritum omninò & tenuitatem omnem manifestè loci angustia oppressam perpetuò corrumpi intuitis, & aliud nihil prorsus intuentibus, à quo in tristitia timoréque, & in lætitia atque iracundia corrūpi spiritus queat, & in illis ad cerebri ventriculos, in his externas ad partes vniuersum ipsum confluere intuitis: vtique in vtrisque propterea corrumpi, quòd in vtrisque comprimatur suffoceturque, existimandum videtur.

Capvt XXX.

Temporarius itidem interitus, apoplexia, animæ deliquia, & somnus, idem declarant.

Temporarius itidem interitus, apoplexia, animæ deliquia, & somnus, animam è semine eductam non corporis vniuersi nec cordis formam, sed spiritum omninò esse in cerebri (vt dictum est) ventriculis, vt in principe sede residentem, tum & reliquis neruosi generis portionibus, proindeq; & singulis corporis partibus inexistentem, manifestat. Etenim si corporis vniuersi, aut cordis ipsius forma est huiusmodi anima, vel etiam substantia in corde residēs, & in corde omninò sensus (vt Aristoteli placet) fit, indéque motus omnis pendet, cur reliquo corpore nihil affecto, nec corde ipso oblæso quicquā, sed spinalis medullæ meatu crassitie quapiam occluso euenit apoplexia, temporaria nimirum mors? Est & vbi mors etiā ipsa. Nam ob id fieri apoplexiam, quòd meatus is à crassitie occludatur, & medici consentiunt ad vnum omnes, & eius in primis manifestat curatio, quæ scilicet attenuātibus rebus ibi appositis præcipuè fit. Cur item singulis aliis corporis partibus, vel longissimè à corde remotis malo quopiam afflictis, animę deliquia fiūt? Propterea enim euenire animæ deliquia, animal scilicet sensu omni omniq; destitui motu, quòd laborātem vnam in partem anima dicta cōfluxit omnis, & medicis placet omnibus, & res ipsa declarat. Præcipuè enim insignem partium dolorem deliquia consequi videntur. Cur denique nulla alia corporis parte aliud passa quicquam, sed capite modò multis vel crassioribus vaporibus oppleto, in somnum delabitur animal? Nam à vaporibus ad cerebri ventriculos sublatis, & nequaquam in fluores coactis, iisque ad cor delatis (vt Aristoteli placet) sed spiritum in illis inhabitantem opprimentibus turbantibúsque somnum fieri, satis est (vt existimo) in proprio declaratum commentario.

Non quidem, si qualis Aristoteli videtur anima illa sit, dictis in corporis affectibus veluti demortuum fiat animal, sensu omni omníque destitutum motu. At qualis nobis posita est illa si sit, hæc itidem quomodo eueniant nullo innotescunt labore. Vbi scilicet (vt dictum est) parte in quauis laborat dolétque spiritus, vniuersus ad illam confluit, vt quæ ibi eum infestant amoliatur. Reliquæ igitur sensus motúsque & vitæ auctore destitutæ, sensu motúque & vita tantisper destituūtur dum ad eas illę redeat. Eò autem amplius, vbi insigni oblæsus est in parte, cui scilicet plurimus ipse inest, & quæ spiritui summo est vsui. Cuiusmodi vel in primis spinalis medulla eiusque est cauitas, in qua nimirum paulò minor atque in cerebri ventriculis inhabitat eius portio, & quæ ad infernas corporis partes defertur omnes. Vnde ea insuper ratione, & apoplexia, & animæ deliquia amplius curantur: qui scilicet aliis in corporis partibus reliquus factus est spiritus, cruciatur in eis diuexaturque, vt in eis etiam affligi se sentiens ad eas redeat. Id verò in eo amplius expositum est commentario, in quo animal vniuersum ab vnica animę substantia gubernari expositum est. Et vbi itidem vel se ipsum imminutum refecturus, vel elatos infestantesque vapores inuersurus, reliquis sedibus derelictis in cerebri ventriculos se se colligit spiritus, & (quod dormire dicitur) concidit animal, & veluti demortuum iacet, quòd nimirum quæ ipsum subleuabat substantia, & quæ sentiebat, spiritus nimirum non tantus extremis partibus inest, quantus vt eas subleuet, & vt quasuis rerum actiones sentiat, sit oportet. At è ventriculis quocunque euocatus modo, & per corpus iterum diffusus, reuiuiscere animal videtur, sensu restitutum motuque.

Capvt XXXI.

Quæ in variis animæ affectionibus animalibus eueniunt, animam è semine eductam aliud à corpore, & corpoream mobilémque esse declarant: & cur quæ in timore iracundiáque & verecundia eueniunt eueniant.

Postremò & quæ animalibus in variis animæ affectionibus eueniunt, animam è semine eductam nec corporis vniuersi, nec eius partium formam esse manifestè declarant. Quòd nimirum si talis sit, illorum caussa nulla explicari queat ratione. Itaque (vt dictum est) nusquam eam declarare tentauit Aristoteles, sed perpetuò in alium nos locum inque aliud reiicit tempus. At si alia à corpore, & corporea mobilísque anima illa, qui nobis omninò positus est, si ponatur spiritus, manifestissima fiat. Propterea scilicet imminens malum intuentes, vel præteritum etiam remotúmue imaginantes tremore corripimur, & oculi minimi tristésque fiunt & veluti trepidantes, quòd perterrefacta spiritus vniuersitas portiones reliquas, iis se ipsam vt muniat conuocat omnis, vel eæ turbatam contractámque illam sentientes sponte sua ad illam conuolant. Itaque modica singularum parte in partibus facta, ægrè eas sustinet, & oneri interdum cedit: proindéque, quòd sursum eæ modo à spiritu attolluntur, à propria modò grauitate deorsum detrahuntur, tremere videntur. At quoniam, vel nihil elatæ cōmotęque partes, quin vel bene firmis innixę rebus, hùc modò, modò verò illùc ferri, & tremere omnino vidētur, huiusmodi partiū tremor nō inexistētis spiritus imbecillitati, sed vniuersitatis trepidationi attribuēdus est. Propterea scilicet ita partes contremiscere existimandū est, quòd spiritus vniuersitas ab imminēte malo perterrefacta, nec consistere, nec certo

moueri potest motu, sed veluti amens facta, huc modò, modò illùc fertur. Et quòd (vt suo amplius declaratum est loco) si non motuum omnium, quibus spiritus portiones mouentur, at plurimorum certè ab ipsa iis vniuersitate principium inditur, ipsæ itidem, proindéque & partes, quibus inditæ sunt, hùc modò, modò illùc aguntur, tremere nimirum videntur.

Externæ porrò partes omnes, & eæ præsertim quæ pluribus magísque manifestis abundant venis, albæ frigidæque, & oculi imminuti tristésque fiunt, & trepidare & ipsi videntur, quòd singulis è corporis partibus bona inexistentis spiritus portio ad vniuersitatem confluxit, & quæ reliqua in oculis facta est, veluti reliquæ, vniuersitatis motu commouetur. Et quibus præsentia mala intuentes, iisdem & præterita remotáque imaginantes afficimur modis, quòd res quasuis imaginans motus recolit, quibus eas sentiens commotus est: vt nausea, qua nauigationis memores, & cibos intuentes, qui illam interdum fecere, afficimur, declarant. Et (vt suo expositum est loco) quæ imaginatur spiritus, non alio modo aliáue imaginari potest ratione quàm motus recolens, quibus à singulis commotus est. In iracundia contra corpus omne incalescit, atque adeò accenditur, & oculi turbulenti rubicundique, & flammei apparent, & si Theophrasto credimus, est è quibus flammę effluxere, quòd nimirum acceptam iniuriam ferre impotens spiritus vindictęque ardens cupiditate, & moliens eam parans que, magno per vniuersum corpus effunditur impetu, & in extremas, quibus motus fit, conuolat partes. Iure igitur (quæ eueniunt) & externæ partes rubent incalescúntque omnes, & vniuersum accenditur corpus, & oculi magni turbulentique fiunt, & veluti malum minitantes, qui certè intuentem spiritum valdè turbent, siquidem plurimus in eos cõfluait spiritus, & longè rapidissimo per humores delatus motu, ventorum ritu è mari emergentium, confundit eos & veluti discerpit dilaniatque, qui igitur, veluti turbatum mare intuentem spiritum exagitent molestiáque afficiant. Motu enim is summopere quidem oblectatur, at non rapido certè confusoque, & à quo se ipso diuidatur distrahaturque, sed placido lenique, & à quo sibi ipsi collectus moueatur. Et vbi veluti in flammas acti & flammei omninò igneique apparent oculi, propterea huiusmodi apparent, quòd longè copiosissimus & tantus omninò in eos confluait spiritus, quantum explicatum capere ij nequeant. Itaque adeò se ipsum colligat contrahatque oportet vt visilis fiat lucidúsque. In verecundia itidem erubescimus. Eadem enim iracundiæ verecũdia, indignatio scilicet & ipsa est, at nõ in alios, sed in eos ipsos errantes peccantésque. Itaque veluti in illa, ita & in hac exagitata accensaque spiritus vniuersitas portiones exagitat, & quampiam sui ipsius ad eas effundit partem.

Caput XXXII.

Cur corpori eueniunt, quæ mærore aut letitia affecta huiusmodi anima euenire apparent.

IN sollicitudinibus autem atque in męroribus veluti & in timore summopere lãguet & vix sese sustinet animal, & externæ partes albent omninò frigéntque, & oculi parui tristésque fiunt. Vna omninò partium trepidatione excepta (quæ, quòd nullum in mæroribus spiritus expectat pauetque malum, sed passum modò luget, nulla fit: itaque non in timore trepidat spũs, & veluti illud vitandi modum inquirit, sed illi succumbens iacet torpetque) reliqua quæ in timore, in mærore itidem, at minora certè eueniunt omnia. Nam quod imminet malum multò grauius quàm præteritum spiritum turbat exagitátque. Siquidem quę adeò is existimat adeoq; cara habet propriáque, vt sine iis esse posse desperet, & nolit etiam atque exhorreat, iis post demptis, & veluti sine iis viuere edoctus assuetusque, viuere haud sustinet neque appetit etiam. Eueniũt porrò illa omnia, quòd celsos sui naturá erectusque, & propriæ conseruationis propriique boni summopere appetens spiritus, miser abiectúsque, & cortu[illegible]ni obnoxius videri non sustinet, itaque retrahit [illegible] & veluti abdit.

Lætitia contra affectus, bono nimirum rerum successu exhilaratus elatusque, & nullum iam timens malum, nulliúsque indigens rei, & sese vt oblectet ostentetque curans modò, vniuersum in corpus, & in partes præcipuè effunditur in quibus magis conspicuus fit. Itaque blandè quidem leuiterque, at calent rubentque externę partes omnes, & os præsertim, quin & amplius id fit nitidiusque. Et oculi non multò modò grãdiores, sed multò etiam splendidiores fiunt, & qui, quòd non vt in iracundia tantus in eos illapsus est spiritus, nec adeo rapido & seipsum & humores exagitat motu, vt & veluti flãmeus ipse fiat & humores confundantur & veluti discerpantur, sed tantus modò, vt bene visilis splendidúsq; fiat, adeóque placido commouetur motu, nihil vt humores confundat, qui omninò quòd quæ ab iis relucet lux splendore blando blandóque intuentem spiritum cõmouet motu, summa ipsum afficiunt voluptate, qui præsertim nitore excellunt fulgoréque.

Itaque (vt vnde digressi sumus redeamus) animam è semine eductam corporis formam non esse, sed à corpore separatam distinctamque, ita declaratum existimamus, vt si pluribus id declaremus, superflui ambitiosique videri possimus & simus omninò, cùm præsertim in dicto itidem manifestatum id sit commentario. Rationes modò exponendæ sunt reiiciẽdęque, quæ corpori vniuerso vniuersam animam, & quæ certas eius portiones certis corporis partibus, vt propriam formã inferendam, tum & quę formarum aliarum more incorpoream quidem eam omnem, at præter formarum aliarum morem nulli prorsus corpori inhærere, sed per se existere Aristoteli declarant. Nam diuersis à rationibus in adeò diuersas sententias distractos fuisse Peripateticos, in ipsorum manifestum fiet dictis. Illud tamẽ præmonitos lectores volo, quod & superius, me ab Aristotele in anima è semine educta dissentire, qui voluit corporis esse formam: nam de rationali, modò ipse eam corporis formam esse asserat, parùm discrepo.

Caput XXXIII.

Vnam modo eandémque animam corporis vniuersi, diuersas modò animæ partes diuersarum corporis partium formas esse, modò verò vno cordi animã inexistere omnem Aristoteli visum esse.



ENTIVM (inquit Aristoteles) vnum genus substantia est. Huius autem hæc quidem vt materia, quę secundum se ipsam hoc aliquid videtur, est: altera vt forma & species, secundum quam hoc aliquid illa sit, tertia verò ex iis composita. Maximè autem substantiæ corpora sunt, & horum naturalia. Naturalium porrò alia vita sortita sunt, alia minimè: viuere autem ea dicimus, quæ se nutriendi augendíque obtinent facultatem. Itaque corpus naturale vitę particeps substantia est, & substantia vt composita. Quoniam igitur non simpliciter id corpus, sed tale, vitã enim sortitum est, è corpore nimirum vitaque, vel ex è substãtia compositum quæ viuendi facultatem & ipsam affert vitam, & corpus forma videri non potest, neque enim quę formę conueniunt, vel subiecto inhęrere vel de subiecto dici potest corpus, quin manifestè subiectũ est & materia, necesse est animæ substãtiam, vt formam esse corporis naturalis potentia vitam habentis, organici nimirum. Et alibi, Quoniam, inquit, (quod per se & à corpore distincta si sit anima euenire minimè queat) quęuis animalis pars sese nutriendi, & quę pariter sentiẽdi, iis videlicet facultatibus quæ maximè animæ propriæ sunt, donata est: vtique corpori vniuerso vt propria forma & formarum aliarum ritu incorporea anima sit oportet. 1. de anima tex. 2. & seq.

oportet. Quin & corporis dissolutio corruptióque, & animalis operationum cessatio, quæ animæ eiusdem extinctionémque insequitur, animam corpori vt formam inesse Peripateticis declarat. Siquidem entia quæuis forma abeunte corrumpi apparent omnia, & quas entia edunt operationes, siquidem non solius sunt formæ, quæ scilicet nusquam sola adest, sed compositi sunt omnes, at inexistentis certè formæ opera eduntur omnes: quas igitur quod edere cessat ens, propria præinexistente forma priuatum id esse existimandum est.

Itaque (vt videtur) singulas corporis partes sese nutriendi propriásque passiones sentiendi facultate præditas, quin plantarum partes à propria vniuersitate abstractas viuere tamen suique similes generare & insectorum diuisorum partem vtrámque sentire mouerique singulis omnino animalis partibus substantiam inesse, quæ vitam sensúmq; & motum iis præstaret, intuiti Peripatetici, nihil partium diuersitatem veriti (quæ ne vnam eandemque omnibus formam inderent, summe prohibebat) vnã prorsum eãdémq; animam, ita corpori vniuerso inesse enuntiarunt, veluti aquæ natura integra vniuersæ inest aquæ. Totam itaque animã non corpori modo toti sed cuilibet eius parti indidere. At alibi diuersis in corporis partibus diuersarum rerum naturã sentiri, & diuersis in animæ affectibus diuersas corporis partes immutari, & diuersis omnino in partibus diuersas edi operationes, & quas ab vna eadémq; substantia edi non posse suspicari liceat, fortè & diuersissimis è rebus (qualibus vnam eandémque substantiam vt propriam formam indere ipse in primis prohibet Aristoteles) compositum animalis corpus intuitus, animam (vt videtur) in multas diuidit partes è multisque componit substantiis, & singulas iis indit corporis partibus, quæ propriis à sensilibus pati, vel certis in animæ affectibus præcipuè commoueri immutarique, vel proprias quasdam edere apparent operationes.

Tex.9. Itaque explicata animæ vniuersæ ratione, Oportet (inquit) & in partibus, quod dictum est, speculari. Si quidem oculus animal foret, visus illius substantia quæ secundum formam esset, oculus autem visus materia, & eo deficiente non est amplius oculus, nisi æquiuocè, veluti lapideus, aut pictus. Oportet autem quod in parte in toto viuentis corpore sumere, ἀνάλογον γὰρ ἔχει, vt pars ad partem, sic sensus totus ad totum sentiens corpus, quatenus tale. Patet igitur, quòd anima à corpore separari non possit, vel eius partes quædam, si partibilis est. Quarumdã enim corporis partium quædã animę partes manifestè forma sunt & perfectio. Et alibi cùm animæ substantiã, tum quam ad corpus communionem habeat, inquirens, Vt (inquit) animæ substãtia manifesta

tex.11 fiat, vel in primis num eius passiones operationésq; vnius sint animæ, an ad corpus itidé pertineant & animæ corporisq; communes, itaque nõ vnius animæ, sed cõpositi & animalis omnino sint omnes, considerandum omnino est. Quòd nimirum, si nulla animæ solius opera, nullæque passiones, sed compositi sunt omnes, animam corporis formam esse, ab eo separari non posse, liquidò pateat. Quid enim iners insit defesque? At animæ (inquit) passiones ad vnam omnes corpus itidem pertingere & cum corpore fieri manifestum est, excandescentiam, metum, confidentiam, misericordiam, præterea & gaudium, & amorem, odiúmque. Manifestè enim in iis omnibus corpus quid patitur. Et corporis omninò affectus hos esse omnes, & substãtiæ corpori vt propriæ materiæ inhærentis, inde manifestè intelligere licet, quod vehementissimis interdum manifestissimisque irascendi & metuendi incidentibus causis nihil irascimur nihilque timemus, interdum verò languidissimis obscurissimisque ita inflammamur & timore corripimur, vbi scilicet tumet corpus itaque se habet, veluti & vbi irascimur. Et ampliùs, quòd nullo prorsus formidabili accidente eadem quæ timore correpti patimur, ob talẽ scilicet corporis dispositionem affectionémque. Itaque manifestum est affectus omnes rationes esse materiales, formas nimirum materiæ inditas, & in singulis eorũ rationibus materiã assumendam esse, partiũ scilicet in quibus singuli manifestantur immutationes afferendas esse sanguinis videlicet feruorem in excãdascentiæ definitione.

At alibi animã omnẽ vni indit cordi, partes reliquas exanimes facit, viuere autem, quòd cordi annexæ sunt. Id verò vel si in iis quæ animalium motionis causam explicanti Aristoteli dicta sunt satis conspectum est, at ne grauemur tamen rationes, quibus singulas illius portiones, vitalem, nutritiuam, generatiuam, sensitiuam, imaginatiuam, intellectiuam, præterea & affectibus obnoxiam motiuámque cordi Peripatetici indunt, intueri. Nam iis quæ ibi ab Aristotele allatæ sunt non contenti, aliis etiam & ab ipso depromtis Aristotele, & motiuam & quæ afficitur animam cordi inditam esse, ratiocinantur. Quoniã (inquiunt) cor reliquarum animalis partium primum constituitur, quin ab ipso formato iam partes reliquę omnes efformantur, & calor, cuius opera externæ res in sanguinẽ, in nutrimenti scilicet generationisque materiam inuertuntur, summus cordi inest, & in corde omnino sanguis cõficitur, indéque venæ, quæ sanguinẽ cùm ad reliquas corporis partes nutriendas, tũ & ad seminaria vasa, vt amplius quid in iis agitatus in semen agatur, exportant, producuntur: vtique vitalẽ nutritiuámque & generatiuam animam cordi inesse summè est rationi congruum. Et quoniam nerui omnes qui manifestè sensum singulis afferunt partibus, à corde exoriuntur, tum verò ij qui tactus gustúsque organa sunt: & vbi ij fiunt sensus, ibi reliquos omnes fieri, & communẽ principémque sensum, præterea & phantasiam esse oportet, neque enim siquidem ratione, subiecto itidem alia à sensu videri potest phantasia, & vbi phantasia, intellectus itidẽ ibi sit necesse est, etenim veluti quæ imaginatur phantasia à sensu ea habet omnia, sic ipsa intellectui quæ intelligit omnia subministrat: vtique & sensitiua & imaginatiua ac intellectiua anima cordi indenda est. Et quoniã vix constitutũ cor moueri incipit, & dũ animal viuit moueri nunquã cesset, quin ex animali detractu eóque penitus iam immobili facto, aliquantisper tamen agitatur: vtique & motiuã animã cordi inesse existimãdũ est, summè scilicet mobili visceri, summéq; motu gaudẽti.

Animam vnam modò, & vnius omnem eiusdémque faciens Aristoteles substantiæ, itaque nũ toti modo corpori, sed cuilibet eius parti totam indens, in multas modò illam dissecans partes, & veluti è multis componens substantiis, & singulas propriis indens corporis partibus, partes modò reliquas exanimes faciens, & vni cordi animam indens omnem, quin animæ is substantiam nihil intuitus sit, ne eius quidem amatoribus dubiũ esse existimo, Vt si rationes, quibus eam corpori vt propriam formam indendam astruit, quocúnque id faciat modo, nihil reiteramus, nemo fortè nos incuset. Cui enim animæ is sedem subiectúmque intuitus videri potest, qui eius substantiam nihil prorsus inspexerit, quique in illo assignandu adeò sibi ipsi dissentiat aduersúsque sit? At examinentur tamen singulæ.

Capvt XXXIIII.

Animam è semine eductam, vnam eandémque corpori vniuerso, & cuilibet eius parti vt propriam formam indi non posse.

SI quidem entia quæuis vel quæ è diuersis difformibúsque rebus mutuò sibi ipsis vnitis conglutinatísque, quocunque id factum sit modo, composita sunt, vnum ponenda sunt, & rerum è quibus constant formæ vna vicem obtinere, reliquæ verò materiæ & subiecti, itaque ex anima corporéque, è multis & ipso summéque inter se dissidentibus rebus composito constitutum animal necessariò vnum ponendum sit rectè sanè Peripateticis positum sit, animalium animam è semine eductam formam esse. Siquidem cum corpus vniuersum, tum quæuis eius pars quàm longissimè abest, forma vt videri possit. At non modò illud necessarium, sed ne possibile quidem est. Qui enim è diuersis difformibúsq; rebus quod cõstat ens vnum id sit & vna à substantia constitutum in-

formarúmque? Quin summè similare & vnius modò actionis operationisq; vnius potens ens sit oportet, quod vnum vnaque à substantia constitutum ponendum est. quod varium diuersúmque & difforme apparet, & diuersarum actionũ diuersarúmque potens operationum: à diuersis id naturis & à contrariis insuper, si eius partium actiones operationésque contrariæ sint, constitutũ sit, summa est necessitas. Quoniã enim quodcunq; sunt, & quodcunq; operantur entia, à formis id sunt à formisque id operantur, quæ speciẽ dispositionémque & vires diuersas contrariásque sortita sunt, quin à diuersis ea formis informata, à diuersis nimirum naturis cõstituta sint, dubitare non licet. Animal itaque non è longè tantùm plurimis longéque diuersissimis cõpositum rebus, è summè nimirum mobilibus summéque sentiẽtibus, & è summè itidẽ immobilibus summéq; iuxta Peripateticos stupidis, minimè omniũ vna à substantia cõstitutum informatúmque videri potest. Diuersæ scilicet res vbi sibi ipsis coeunt quidẽ, & quouis etiã iunguntur vniunturq; modo, singulę tamen in propria seruentur natura, nequaquàm vnũ eæ coeunt in ens, at ibi tantùm, vbi ab vna omnes exuperantur natura, & in summè (vt dictum est) similare ens, & nõ eadem modò specie, sed viribus etiã iisdem præditum aguntur omnes.

Animal igitur quantũ ad animam pertinet quæ è semine educitur, eo modo eaque ratione ens vnum ponere licet, quo & nauis: quę scilicet è multis composita est rebus, at quæ, quòd clauis funibusque sibi ipsis affixæ vnitæque sunt, veluti vnum in corpus & ens in vnum actæ apparẽt. Et animali omninò nauis, cui nautæ insunt, persimilis est, & si nihil nautæ conspiciantur, animal omninò videri queat, benè sentiens beneq; mobile, quę scilicet animalis ritu & imminens vitat malũ, & ad remotũ fertur bonum. A manifestis porrò corporis partibus distincta cùm sit anima è semine educta, omnes tamen nutriuntur sentiuntq; quòd nulla prorsus adest corporis pars, cui quępiã neruosi generis portio admixta non sit. Cutis certè, quæ vniuersum contegit corpus, paulò è neruis minùs quàm è carne cõstituta est: & venulas vbique adesse sanguis declarat, qui quauis corporis parte incisa statim erumpit. Iis igitur omnibus anima cùm insit, corpori vniuerso materiam qua nutriri reficique queat affert, & in vniuerso ipsa cum sentiat vniuersum sentire apparet. Et animæ recessu breui corpus vniuersum corrumpitur, non quidem quòd eius forma substantiaque abierit, id enim si fiat nullo temporis momento penitus corrũpatur, nusquàm certè (quod passim euenire videtur, benè pręcipuè compactis corporibus, & frigido sub cælo) diù idem remaneat, aliud nihil passum nihilq; immutatum, sed vita tantùm motúque destitutum, qui scilicet nõ corporis sed inexistentis erat spiritus: sed quòd substantia recesserit, quæ nutrimentum illi refectionemque parabat suggerebatque. Molle enim calidúmque, è quo videlicet calor omnis omnísque statim elabitur tenuitas reficiendum est, si seruandum, in elapsi videlicet caloris elapsæque tenuitatis alius calor aliáque indenda est tenuitas. Quod corpus per se moliri non potest, languens atque immobile.

Caput XXXV.

Minus etiam certas illius animæ portiones certis corporis partibus vt earum formas indi posse.

Mala etiam incusandus videtur Aristoteles animam diuersas in partes dissecans, & earum singulas certis indens corporis partibus. Nam & sibi ipsi, & sensui ampliùs dissentire, & iners insuper ignauúsque id agẽs videri potest. Cui (inquit) sensus inest, huic voluptas & molestia & iucundum & molestum insint oportet: & cui hæc appetitus, siquidem appetitus iucundi est: eadem scilicet sentienti anima quæ appetit & quæ afficitur. Et alibi, Nisi (inquit) vna eademque anima sensilia sentiat omnia, nihil eorum

2. de anima tex. 27.

differentias magis diiudicare queat, quàm tu & ego eorum quæ seorsum ab altero cognorit alter. Vna scilicet eadémque anima sensilia percipit omnia. Et quæ afficitur, velit nolit Aristoteles, non sibi ipsi tantùm omnem, at intelligenti itidem vnam eandémque ponat summè est necessarium: ibi modò indignari illam intuens prædicánsque, vbi contemptam se & iniuria affectam iudicat, aliàs nunquam, & ibi timere vbi malum quippiam imminere intelligit. Nam vt ratiocinari ipsa futuráque præuidere impotens sit, & ab alia substantia quæ reiicienda & quæ formidanda sunt edoceatur, itaque ibi idque indignetur timeatque, vbi & quod intelligens præcipit, quam longissimè Aristoteles abest, modum vt nos quo id fieri queat docere possit. Et alibi vel diuersas edentem animam operationes intuens, & quas vna à substantia edi non posse suspicari liceret, summè tamen in partes illam diuidentes damnat, & vnam eandémque esse omnem sensus testimonio declarat.

Quoniam (inquit) sentire, intelligere, opinari animæ est, præterea & appetere & velle, quin & motus secundum locum animæ opera animalibus fit, præterea & generatio incrementúmque & decrementum, diuersæ omninò operationes ab anima edi videntur, & quas ab vna eadémque substantia edi intelligere non liceat: vtroque dubitare contingit vtrum singulæ vniuersæ sint animæ, & anima omnino vniuersa intelligamus sentiamúsque, & alia operemur patiamúrq;, an aliis eius portionibus alia. Et vtrũ viuere etiã ipsum in horum aliquo est, an in pluribus, an etiã in omnibus, vel aliud ipsius causa est. At si, vt nonnulli dicunt, partibilis est anima, & alia eius portio intelligit, appetit alia, si diuersis omninò è partibus composita est, quid ipsam continet? Neque enim corpus, nam secus videtur. Ab anima scilicet corpus contineri, non animam à corpore: illa enim egressa difflatur, & corrumpitur corpus. Si igitur aliud ipsam vnam facit, id profectò anima sit. At rursus oportebit inquirere, vtrum id vnum sit, an multarũ & ipsum partium. Et si vnum, cur non statim & animam vnum esse ponendum est? Si è partibus compositum iterum quid ipsum continet inquirendũ, & ita in infinitum. Dubitarit pręterea aliquis quam singulæ animæ partes facultatem in corpore habeant. Nam si tota anima totum corpus cõtinet, vtique & à singulis animæ partibus singulas corporis partes contineri conueniat. At hoc impossibili simile est. Quam enim corporis partem intellectus contineat, vel fingere difficile est. Videntur autem & plantarum partes à propria abscissæ vniuersitate, & insectorum etiam animalium partes à se ipsis abscissas viuere, quòd nimirum pars vtraque eandem specie habet animam, itaque pars vtráque sentit, & iuxta locũ quoddã ad tempus mouetur. Et si non diu seruantur, nihil absurdum, siquidem organis carent, quibus, vt natura seruetur, opus est. At nihilominus in vtraque parte omnes insunt animæ partes, & sibi ipsis & animæ vniuersæ eiusdem sunt speciei. Sibi quidem ipsis, quæ diuisis in partibus, vniuersæ autem animæ corpori vniuerso, priusquàm diuideretur, inexistenti.

At vel sentientem modò vnam eandémque esse omnem, & vni eidémque sensilia percipi omnia pulcherrimè intuito, & non ipsis in sensoriis, sed in profundioribus corporis partibus sensum fieri intelligenti interdum Aristoteli, nequaquam diuersas in partes sentiens secanda, & singulis iis propriarum rerum vires sentiendi facultas assignanda, propriísque singulæ subiectis indendæ fuere. Quæuis enim vna quę est substantia, at anima certè amplius, & eadem ab iisdem patiatur, & vni omnis eidémq; indatur subiecto Aristoteli in primis oportet. Itaq; aliis in corporis partibus ab aliis anima pati aliásque actiones sentire visa, nequaquam illæ propriæ sentientis animæ portionum materiæ, & si quidẽ in ipsis res sentiri, non certè & earum differentias iudicari, existimandum Aristoteli fuit. Sed vias sensoria esse atq; aditus statuendũ, quibus ad verè sentientẽ substantiã externarum rerum species viresque & motus deferantur, & hos per illa omnia deferri, quòd sensilia diuersa, & quę

diuersis

diuersis ad animam deferenda sunt viis. Et sensoriorum omnino constructionem, rerúmque, quæ sentiuntur, naturam paulò diligentius intuitus (quod nobis visum est) sensoria non amplius sentientis animæ materiam subiectúmque, sed vias esse quibus ad verè sentientem animam sensilia deferantur, & animam vnam eandémq; sensilia sentire omnia, intuitus foret. Minus etiam propterea quæ afficitur anima dissecanda, eæque ipsius portiones iis corporis partibus vt propriis materiis indendæ Aristoteli fuere, quæ vel solæ vel præcipuè immutari apparent. Id enim agenti, dictarum partium naturis, & ipsis omnino partibus ratiocinandi seséque commouendi & sanguinem ad sese alliciendi & à seipsis expellendi facultates omnino attribuendæ sunt, quibus minimè omnium Aristoteli præditæ videri possunt.

Quoniam enim falsam quidem interdum, at rationem certè (vt visum est) perpetuò affectus insequitur quiuis, si partibus, quæ anima affecta immutantur, vt propriis materiis, quæ ibi affici videntur, inexistunt animæ portiones: vtique partium naturæ, & partes ipsæ ratiocinentur, oportet. Et quoniam variis exagitantur motibus, & calore modò ruboréque, modò verò frigore afficiuntur palloréque, & sanguinis illa accessu, hæc sanguinis recessu fiunt: vtique sese agitandi, & (quod dictum est) sanguinem alliciendi expellendíque facultatem obtineant oportet. At & ratio modúsque aperiendus omnino Aristoteli erat, quo partium naturis & partibus ipsis nulla ab externa re contactis, at futuros tantùm euentus interdum imaginantibus, vti commouentur immutantúrque, commoueri eas immutaríque oporteat. Cur scilicet & quomodò huiusmodi inexistentis naturæ iudicia ex partium immutationes iique consequuntur motus, id explicare si (quod suspicari licet) Aristoteles desperarat, nequaquã è partium immutationibus animam, quæ afficitur, iis vt propriis materiis inesse enuntiandum fuit. Itaque animam multas in partes dissecans, & singulas certis corporis partibus vt proprias indens formas, nihílque quæ id ponenti declaranda erant declarans Aristoteles (quod dictum est) & sibiipsi sensuíque aduersus & iners insuper ignauúsque videri potest.

Alia porrò à corpore cum sit anima è semine educta iuxta corporis tamen naturam dispositionémque perpetuò afficitur, quòd & ipsa iisdem ex humoribus eodémque educta est è sanguine, itaque iuxta propriam ipsius naturam cùm operetur iuxta corporis naturam operari videtur. E crasso nimirum nigróque sanguine tenuissimus (vt suo declarabitur loco) & exiguus educitur spiritus.

Is porrò minimè propria natura firmus miniméque sibiipsi confidens, & ab assiduè subeuntibus fuliginibus nigris tenebricosísque perterrefactus, vel nullo externo imminente malo mala vsquequaque pauet omnia: vt Optimus testatur Galenus. Quod atra (inquit) bilis animæ arcem occupans timorem mœstitiámque & mortis expectationem inducat, mirandum non est, cum videamus in rebus externis nihil nos magis quàm tenebras perhorrescere. Si igitur tenebris simile quippiam rationali parti circumfundatur, hominem semper timere necesse est, vt qui timoris caussam semper in corpore ferat: veluti in flatulento illo morbo, quem hypocondriacum nominant, videre licet. Et in omnibus (idem inquit) animæ alienationibus, si timor atque tristitia perseuerant, atram bilem in caussa esse iudicandum est, è qua scilicet nigra fuliginosáque ad spiritum ascendit exhalatio. Contra è calidissimo nec valde crasso sanguine, non valdè tenuis & summè calidus longéque copiosissimus educitur spiritus, qualis & summè sibiipsi confidat, somméque ad motum promptus sit alacérque, & celsus sui natura erectúsque, & qui à nullo iniuria affici nullíque cedere velit. Non igitur, propterea quòd iuxta corporis naturam affici videtur anima, illi vt propria ipsius forma indenda est. Nam vel alia à corpore existens, at (vt dictum est) ex iisdem educta constitutáq; humoribus, variè illo affecto, non modo diuersè & ipsa afficitur, sed fit etiam diuersa.

Capvt XXXVI.

Minus etiam vni cordi, vt propriam eius formam dictam animam indi posse.

Minvs etiam vni cordi anima omnis indenda partes reliquæ exanimes ponendæ Aristoteli fuere. Et non sensum vllum, sed proprias sectato rationes, & vanas eas falsásque, id positum fuisse, vel ipsis intueri licet oculis: quibus scilicet non cor sed neruosum primùm constitui genus conspicimus. Cor etiam & viscera reliqua, & fœtum omninò vniuersum ab vteri calore post efformari, suo apertissimè declarabitur loco. Et summus qui cordi inest calor, is nihil magis animæ subiectum quàm eius organum cor esse declarat. Iecur certè paulò minùs ac cor calidum, sanguinem in eo confici, è quo nihil ampliùs à corde elaborato plurimæ corporis partes nutriuntur, intuito Aristoteli, vel vtique vitalis anima indenda fuit; vel neutri potius, sed vtrumque animæ organum ponẽdum, quorum opera cibi in sanguinem, & animalis vniuersi nutrimentũ agâtur: anima autem ipsa vasis inesse, quibus cibi in ventriculum ventrémque, tum in iecur, postremò & in corde feruntur. Neque enim à venarum natura è iecinore in cor, & ex vtroque in superiores corporis partes sanguinem efferri existimare Aristoteli licuit. Et quæ corpus gubernat, quæque ex aliis eius partibus in alias, & ex inferioribus ad superiores, semperque, vt vsus poscit, succos agit substantia, ea anima quin sit ambigi certè non potest. Manifestè itidem neruosum genus non à corde sed si à communi procedit principio, à cerebro deriuat vniuersum, cui scilicet perquam simile est, quin vniuersum (vt dictum est) cerebrum paulò quid durius factum videri potest.

Cordi certè nihil simile habet puniceo maximéque sanguineo, & manifestè è sanguine tenuioribus sui partibus spoliato cõfecto album ipsum penitusque exangue. Et quem assiduè motum edere videtur cor, eum non à cordis natura edi, sed à spiritus neruosi generis portionibus, quibus & contectum & adnatum penitusque immistum est cor, assiduus arteriarum satis manifestat motus quæ scilicet quauis in corporis parte, veluti & cor, assiduè agitantur. Et ex animali detractum aliquantisper tamen mouetur cor, quod (vt dictum est) è carnosioribus crassioribúsqua cordis tunicis arteriisque & fibris non statim vt è reliquia, elabitur inexistens spiritus, sed veluti in insectorum animalium parte quauis aliquantisper retinetur. Is porro, dum inest, moueri nunquam cessat. Quoniam igitur nulla prorsus Aristotelis ratio è semine eductam animã corpori vniuerso, vel cuipiam eius parti vt propriam ipsius formam inesse declarat, nulla omnino, quin à corpore separatam distinctamque ponere eã liceat obstat: vtique is ea sit spiritus qui neruoso generi inexistit vniuerso. Nisi fortè Peripatetici quid impediant: quorum rationes, quibus suis positionibus neglectis, animam omnem penitus incorpoream statuunt, nullíque indere videntur subiecto, expendere ne grauemur.

Capvt XXXVII.

Sentientem imaginantémque & intelligentem animam prorsus incorpoream, nullique inhærere subiecto Peripateticis visas esse.

Qvoniam (inquiunt Peripatetici) quæ sentit & quæ diiudicat sentiens anima ea suscipiat ipsa oportet, & ipsa omninò ea fiat, & quæ diiudicat, ibi ea diiudicat vbi ea suscipit sentitque, nam de absentibus iudicium ferre non sensus sed memoriæ est, & contrariorum diiudicat differentias: vtique contraria simul suscipiat oportet, & non vno modo eodémque temporis momento, sed vna prorsus eadémque sui parte, & indiuidua omninò impartibilique. Nam si altera sui parte contrarium alterum, alterum verò altera suscipiat, nihilo magis

2. de anima tex 146

eorum differentias diiudicare queat, quàm ego & tu eorum quæ seorsum separatimque ab altero cognorit alter. Quamobrem incorporea prorsus, prorsúsque impartibilis, & nulli prorsus inhæreat subiecto sentiens anima oportet. Nam si vlli inhæreat, vtique ad eius extensionem extensa, & ipsa quoquomodo corporea, partibilis certè & ipsa fiat, & veluti, cui inhereat, corpus diuersis sui partibus diuersa percipiat, non vna eadémque simul omnia. Phantasia itidem (inquiunt) prorsus incorporea sit, nullique inhæreat subiecto oportet. Nam si quæ à sensu ad eam accedunt figuræ, vt corporea in re in ea describantur, vtique à nouis superaccedentibus præinexistentes tandem deleantur. Id verò nunquam euenire apparet, sed quotuis superadiectis antiquæ nihil delentur tamen: quòd nimirum incorporeo impartibilique quæ suscipiuntur ab ente (quòd nulla eius suscipiũtur in parte, itaque nullum prorsus occupant locum) vel infinita suscipi possunt, nihil à superaccedentibus præinexistentibus passis vnquam. Multò etiam quæ intelligit minùs, vel corporea ipsa poni, vel subiecto vlli indi potest: quæ scilicet multò illis nobilior diuiniórq; & quæ (quod aliarum nulli datum videtur, & quod corporeæ, aut corpori, inexistenti substantiæ dari non potest) seipsam nouit, & ad seipsam conuertitur, & (quod nec visus, nec auditus, nec princeps communisque facit sensus) qualis sui est natura, inquirit & inuenit cognoscitque, itaque eadem inquisitæ inquirens, & inuentæ inueniens, & cognoscenti cognita fit: & quæ insuper nequaquam sentientis appetentisque & imaginantis ritu marcescente corpore marcescit & ipsa, sed magis viget & corpus negligit contemnítque, & non multis modo laboribus virtutis gratia affligit domátque, sed (quod nequaquam faciat, si ei vt proprio inhæreat subiecto, vnúmque ei sit, itaque eo corrupto ipsa itidem corrumpatur, & in non ens abeat) est vbi vniuersum id proiicit mortique exponit.

Animam prorsus incorpoream & per se existentem ponentes, nulli scilicet eam subiecto indentes Peripatetici, multò me hercule amplius inexcusandi videri possunt, quàm vnius eam modi eiusdémque omnem facientes substantiæ, modo verò è substantiis multis eam componentes, & corpori modo vniuerso omnem, singulis modo eius partibus singulas animæ portiones, & vni modo eam cordi indentes omnem. Nam & magis sibiipsi contrarij subiecto eam separant omni, & rem ponunt, quæ humana quidem ratione minimè omnium comprobari queat. Operationum (inquit Aristoteles) quas animal operatur, nulla prorsus solius animæ est, quæ scilicet nusquam sola adest, sed corpori itidem cõmunes sunt omnes, cui nimirum vnum idémque facta est anima. Nullum præterea apud nos prorsus incorporeum ens, quod scilicet & incorporeum sit ipsum, & nulli inhæreat corpori, neque operationes omnino vllas intuiti Peripatetici, quæ à substantia editæ non sint corpori cuipiam inhærente, vel si animal quædam operari parive visum foret, quæ quomodo corporea existente anima operetur patiarúrve, intueri non poterant, non tamen penitus incorporea anima è semine educta ponenda ipsis fuit, sed diligentius res inspicienda, quiescendum nunquam, donec modus inuentus foret, quo quæ operari parique animal videtur, corporea existente anima operetur patiatúrque. Et conspectus is (vt existimare licet) tandem foret. Quòd si perpetuo latuisset, ingenuè rei obscuritati cedendum, & posterioribus, qui eum indagerent, relinquendus: non res proferenda erat multò quàm ille obscurior. At age rationes singulas examinemus.

1. de anima tex. 13.

Capvt XXXVIII.

Nihil obstare Aristotelis rationes, quin anima sentiens corporea poni possit, & vel Peripateticis ipsis ipsique Aristoteli corpoream eam videri.

Ratio (vt dictum est) quæ Aristotelem impulit, vt sentiẽtem animam nulli inderet subiecto, sed prorsus incorpoream poneret, ea manifestè & corpoream & benè partibilem esse declarat. Quoniam enim quæ sentit substantia eorũ quæ sentit actiones & ea omnia ipsa suscipiat & ea omnino ipsa fiat Aristoteli oportet, & quæ contraria simul sentit omnia, vtique & contraria simul omnia suscipiat eáque omnia simul ipsa fiat Aristoteli oportet. At verò quoniam verè incorporea impartibilísque si sit, ne dum contrariorum omnium vires & ipsa omnino contraria simul omnia, sed qui eorum vnum modo suscipiat, idque ipsa fiat, imaginari non licet: vtique & corporea & benè partibilis necessario ponenda est. Corporea quidem vt suscipere queat benè vero partibilis, vt diuersis sui partibus diuersarum naturarum actiones simul percipere, & diuersarum formarum capax sit. Quæ porrò quauis sui parte sentit, vniuersa ea sentire potest anima, quòd (vt satis declaratum existimo) quæ sui sensum animæ indunt, ea quẽdam omnino animæ motum indunt. Et motum vel summè languentem quantulæuis animæ parti inditum vniuersæ communicari posse animæ, satis motus declarat aëris & aquæ etiam parti cuiuis datus. Nam si nullo propemodum temporis momento aeri is vniuerso & vniuersæ communicatur aquæ, dubitare non licet quin & multò me hercule prõptiùs qui animæ portioni cuiuis inditur motus, vniuersæ is communicetur animæ, quæ nimirum vel aëre ipso multo est tenuior multóque ad motum promptior.

At verò (quod dictum est) ab incorporea impartibilique anima contrarias simul formas suscipi, neque ipse (vt videtur) imaginari potest Aristoteles. Impossibile est (ipse inquit) quod vnum atque idem existit, quatenus indiuisibile, & in tempore indiuisibili contrariis moueri motibus. Si enim dulce hoc pacto sensum mouet, & amarum contrario. Si scilicet corpus sit vtrique diuersis sui partibus diuersis motibus moueri possit, & diuersa sentire. Quin etiam impartibilis si sit, at non simul cõtrarij percipiendi sint motus, diuersis temporibus diuersis illis, & contrariis eam moueri, & diuersa contrariáque sentire queat. At impartibilis sensus contrariorum diiudicat differentias: diiudicat autem vbi sentit. Neque enim (vt dictum est) de remotis atque absentibus iudicium proferre potest sensus. Contraria igitur simul sentit. Meritò itaque (inquiunt) dubitatur, quando incorporea, atque impartibilis est anima sensitiua, & sine tempore operatur, quomodo contraria simul suscipit. Quæ dubitatio ad singulos (inquiunt) sensus nihil minùs quàm ad communem pertinet. At de communi dubitat Aristoteles: nam & quæ singuli percipiunt cõmunis itidem percipit, at non è contra. Nũm (inquit Aristoteles) dicere possumus & magnitudine, & numero & tempore indiuisum esse iudicans, sed ratione diuisum? Quatenus igitur vnum indiuisumque differentiam diiudicat, at quatenus multa diuisumque contraria simul percipit. An impossibile est (ipse idem inquit) siquidem potentia idem diuisibile & indiuisibile, at non actu? Idem scilicet potentia diuisibile, atque indiuisibile, & calidum, & frigidum, & album, & nigrum esse potest, at actu vnum quod est, & indiuisum contraria simul esse, id vero impossibile. Et sensus igitur & intellectus indiuisi existentes nequaquam contrarias repugnantésque formas simul suscipiant, sed veluti per vices.

Vel ipse igitur Aristoteles suis hic distinctionibus nihil confidit, at positionis tenax, quod eam labefactat, alia demoliri aggreditur ratione. Sed veluti, inquit, quem vocant punctum, & vnus existit & multi, & vnus quidem & indiuisibilis vt circuli centrum, at diuisibilis plurésque vt linearum multarum terminus est, qui omnium communis existit & in ipso est puncto, separatis etiam seiunctísque lineis. Huiusmodi communis princepésque apparet sensus. Licet enim vnus sit ipse indiuisibilísque, vt tamen & ipse sensoriorum omnium cõmunis terminus est multa videri potest. Quatenus igitur vnus indiuisibilisque iudicium fert, quatenus verò multa, contraria suscipit. Siquidem sensoria, veluti lineæ,

neæ, nec latitudinem nec profunditatem habeant vllam, poterat vtique communis principíque sensus illorum omnium communis Aristoteli visus terminus, veluti circuli centrum, impartibilis videri. Sed quoniam sensoria benè lata omnia benéque profunda & benè omnino partibilia Aristoteli visa sunt, communis eorum terminus partibilis & ipse videri debuit. Siquidem terminus rei cùm sit pars, cuius est terminus, eiusdem illi naturæ conditionísque vt sit summè est necessarium. Vt centri linearúmque exemplum corporeum omnino partibilémque sensum Aristoteli declaret.

Et ipse idem Aristoteles alibi de eodem dubitans, idque, quo dictum est, modo soluens, in eo acquiescere minimè videtur, sed alia id explicare tentat ratione. Vtrum (inquit) vt indiuiduum quoddam actu vnum est ipsum sensitiuum dulcis & albi, sed cùm actu diuisum fuerit alterum est? Centrum fortè inuenies, quod vnum quidem actu, at vt linearum terminus plura fieri videtur. Nequaquam verò exemplo contentus subdit? An quemadmodum in ipsis contingit rebus, ita & in anima. Vnum enim atque idem album est, & alia multa. Si nãq; non separabiles à seinuicem sunt passiones, alterum tamen vnicuique est esse. Similiter igitur & in anima ponendum est, vnum numero, atque idem esse id quod sentit, secundum esse autem aliud, horum quidem genere, illorum verò specie. Quamobrem vno sentiet atque eodem, ratione autem non eadem. Per quæ quod dubitatur explicatum non esse, vel ipsi fatentur Peripatetici.

Vt enim vnum (inquit Aphrodisiæus) atque idem existens sensitiuum plura esse possit, secundum rationes, & potentias suas, non tamen contraria simul recipere iure censebitur. Non siquidem pomum ipsum quoniam dulce & album simul esse potest, idcirco album simul & nigrum, aut dulce simul & amarum esse itidem potest. Nec verum (inquit) videtur quod retro dictum est magis videlicet eiusdem generis quàm diuersi sensum fieri posse sensitiuum enim minus contrariorum quàm eorum, quæ nihil commune habent susceptiuum videtur. Quæ porrò non simul percipit sensus, contraria etiam illa diiudicare minimè potest. Siquidem memoriæ est non sensus officium, separatim seorsúmque percipere, & quæ separatim percepta sunt diiudicare. Neque ipsi igitur Aphrodisiæo vnum, atque impartibile quod est, contraria simul suscipere posse videtur. At qui se Aristoteli sacramento obstrinxerat, & ne errantem quidem illũ deserere, sed vel in præcipitium actum sectari decreuerat, quo potest modo cadentem ruentémque subleuat sustinétque, & qua potest dirigit ratione.

Licet (inquit) sensus per passionem quandam fieri videatur, ipse tamen iudicium quoddam est & iudicio constare videtur. Aliud porrò in passione est contrariũ, in iudicio aliud. Nam in passione album nigro est contrarium, quæ simul in eodem subiecto esse minimè possunt, iudicio autem albi, quod est album, & nigri, quod est nigrum, contraria non sunt. Simul enim huiusmodi iudicia vera existunt: contraria verò iudicia simul esse vera non possunt. Iudicio enim albi, quod est album, id contrarium iudicium est, quod album nigrum ponit, quæ certè nunquam in sensus iudicia simul esse possunt, illa autem plerunque sunt simul. Rectè sanè si sensus non sui ipsius passionis, sed alterius cuiuspiam rei iudicium sit. Quoniam verò non de aliis vllis iudicium profert sensus, at de iis modò à quibus ipse patitur ipséque commouetur, & ibi modò insuper vbi patitur cõmouetúrque, si contraria diiudicat, quin à contrariis simul patiatur contrariísque simul commoueatur motib. effugere nullo licet pacto. Qui penitus incorporeus penitúsque impartibilis si sit, ne ab altero quidem pati, nec vllo omnino commoueri potest motu.

In proprio certè Aphrodisiæus commentario nequaquam incorporeum atque impartibilem sensum, nulliq; inhærentem & ad subiecti nullius extensionem extensum contraria percipere ponit, sed vt sensorij formam & sensorio immersum, & corporeum & bene partibilẽ factum, diuersis sui partibus diuersa percipere. Sensoriũ (inquit) per aliam atque aliam partem simul affectiones quæ à contrariis sensibilibus simul proficiscuntur, excipiet. Quandoquidem nullo pacto fieri potest vt contrariæ affectiones in eadem parte generentur: sed sensorio per diuersas partes à sensilibus patiente, eodémque quo patitur modo in postremum sensum affectiones trãsmittente, postremóque itidem per partes affecto, vna eadémque vis ex omni sensorio eiúsque partibus contraria simul sentit diiudicátque. Rectè sane, vt Peripatetico licet. Non igitur, quò contraria simul percipiat, incorporea atque impartibilis ponenda est anima sensitiua: quæ scilicet sensorio immersa ad eiúsque extensionẽ extensa, multa simul & diuersa ea inter se contrariáque sentire potest, diuersis sui partibus à diuersis illis passa commotáque, & quę quauis sui parte passa est commotáque, vniuersa patitur commouetúrque. Vt veluti præstigiis captus Aphrodisiæus videri possit, qui proprium etiam sensum, & veritati illum satis congruentem in hominis gratiam dimittere non vereatur.

Sed quid ego Aphrodisiæum affero, sensum sensoriorum formam ponentem, & sibi ipsi in re tanta dissentiẽtem? ipse id ante omnes facere videtur Aristoteles. Potẽtia (inquit) quæ sentit, est quidem in subiecto primo sensorio, vt forma omnis suo in subiecto: at esse alterum organi, alterum potentiæ, organũ enim magnitudo & corpus, potentia verò ratio & forma ipsius. Et sensitiuum (inquit) potẽtia est quale sensile actu, & ab ipso patitur, non simile existens: at vbi passum fuerit, simile factum est, & est quale illud. Hoc nunquã de incorporea impartibilique dixerit anima: neque enim vel calida ipsa fiat frigidáque, vel dulcis amaráque, vel alba nigráque. Tũ si oculus (inquit) animal esset, visus ipsius esset anima. Etenim ipse est oculi substantia, quæ secundum formam, veluti oculus visus materia. Et illa abeunte non est amplius oculus, nisi æquiuocè, vt lapideus aut pictus. Oportet autem quod in parte est, & in toto corpore esse, ἀνάλογον γὰρ ἔχει, vt pars ad partem, sic vniuersus sensus ad vniuersum corpus sensitiuum, quatenus tale, & vt oculus, pupilla, & visus, sic animal, corpus, & anima: animam itaque à corpore inseparabilem esse, vel partes saltem ipsius quasdam, siquidem partibilis est. Quarundam enim corporis partium quædam animæ partes manifestè forma sunt & perfectio, vt visus oculi.

Neque est quòd diutius immorer in recensendis Aristotelis locis, in quibus sentientem animam singulis in sensoriis vt propriam illorum formam ponit, & vniuersam ipsam, & singulas eius partes in corpore vniuerso, singulisq; eius partibus, vt in propriis collocat subiectis. Passim enim corpori, vt propriæ materiæ animã indit, & vnam corpori facit: operationésque (vt dictum est) omnes & ipsam etiam intellectionem compositi communes esse statuit, non animæ videlicet solius (quæ sola nulla est Aristoteli vspiam) sed corporis itidem cui nimirũ anima vt propriæ materiæ coit & vnum facta est, formarum omnium more quæ vbi materiæ coeunt vnum illẽ fiunt omnes, & vnum illi factæ operantur vt vnum. Animam igitur sensitiuam incorpoream atque impartibilẽ Aristoteles faciens, multis incusandus videtur modis. Primùm quòd rem (vt dictum est) ponit, quæ nulla concipi queat imaginatione, & quam admittere omnino anima non potest. Tũ quòd, si talis sit, minimè nos docere queat quo sentiat modo. Siquidem per sensilis formæ receptionem, & per passionem perque assimilationem sensus fieri Aristoteli videtur, quorum nullũ prorsus in incorporea impartibilique re fieri potest. Postremò quòd sibi ipsi propriísq; positionibus summè dissentiens summéque aduersus talem illam ponit.

Caput XXXIX.

Praue phantasiam incorpoream impartibilémque Peripateticis positam esse.


HANTASIAM porrò, animæ scilicet portionem facultatémve, in qua rerũ sensu perceptarũ memoria seruatur, & quæ, vbi liber, imaginari eas potest, propterea incorpoream im-

pertibilémque Peripatetici ponentes, quòd corporea si sit, inrueri non liceet, qui tot, tantarumque rerum omnium imagines in ea pingi queant & nouis essiduè supetaccedentibus nihil antiquæ deleantut, summopere incusandi videtur. Nam (quòd faciendum omnino erat) nequaquam è sensilium viribus actionibúsque, nec è pessionibus, quas anima ab illis patitur, sed è dictæ portionis oomine, quomodo eorum, quæ sentiens petcepit, memoria in illa seruetur, iteque & illius substentiam colligete videntur. Non scilicet, quòd phantasia eorum quæ conspecta sunt, stetionem permansionémq; significat, proptetea eotum reliquorúmque eriam sensilium imagines in anime pingi, supponendum Peripeteticis erat. Sed sensilium omoium actiones, & quas ab iis passiones quásque anima patitur immutationes intuendæ erant, tum modus inquirendus, quo earum cognitio memoriáque seruari, & ees, vbi liber, anima imaginati potest. Id si factum Peripateticis foret, siquidem lucis colorúmque, non eertè, & reliquorum sensilium memoriam propterea in anima seruari, & quæ eb iis passa est, vbi libet, eam imaginari, & quodammodo sentite statuissent, quòd singulorum imagines io ipsa pictæ fotent. Cui enim caloris frigorísque ectiones, vel sapores odorésque, aut aeris impulsus pingi posse videri potest? Quin vel si ea modò phantasia imaginetur, quæ visu percipiuntur, & quæ pingi omnino apta sunt, & nisi ea in phantasia pingantur, modus, quo imaginari ee anima possit nullus inueniri queat, itaque necessario pingenda essent, non tamen propterea incorporea impartibilísque, sed corporea omnino ponenda ea esset. Minus enim sensui repugnat, corporeo io ente innumeras pingi imagines quàm in incorporeo vnam modò.

Capvt XL.

Itidem, & rationalem.

Siqvidem rationalis anima ea Aristoteli ponatut, quæ singulis hominibus à Deo creata infunditur, nihil est, quod cum homine disputemus, nobiscum enim facit, incorpoream penitúsque impartibilem eam statuens: at si illam intelligat, quæ belluis inesse & à qua duci videntur, nósque eam suo loco commemoratiuam appellandam diximus, ab eo planè dissentimos. Verùm quia rationalis anima, dum in corpote inexistit, ab illo pendet qoodammodo, idcirco corpoream quadantenus eam nuncupare licet. Siquidem adeò intelligentia homines inter se, & manifestè iuata diuersam corporis vniuersi, & capitis præsertim cerebrique & spiritus amplius in eius ventriculis contenti neturam magnitudinémque, & figurem & ventriculorum etiem positionem eùm differant, ratiocinandi facultas substentiæ penitus incorporeæ nullíque inhæreoti corpori attribui non potest: quæ scilicet nihil id cum attingat nullámque prorsos cum eo eognetionē sortita sit, qui ab ipsius incommodis, ne inata ptoprium ingenium rectè operetur, impediri retardarive queat, intelligete oon licet. Itaque vel si anima, quæ à Deo Optim. Maxim. creeta & hominum corporibus insusa est, cui verè ratiocinandi facultas attribuenda est, incorporea est, quoniam dùm corpori ea inest, non sola ipsa, & per se, nulláque spiritus ope, aut ministerio vsa, intelligit ratiocinatúrque, itaque nôn ƒterim atque insuse est, nec æquè in omnibus ratiocinatur, sed spiritus ope ac ministerio opus habet, qui motus, quibus à rebus sensu percepris commorus est, proindéque & rerum naturas patefaciat ei omnes: vtique (quod sacrosanctæ Ecclesiæ visum est decretúmque) corpori ee vniuerso, & spiritui in primis in cerebri veotriculis contento, vt propria forma proprio subiecto iodenda est.

Nam iuata ipsius caloris tenuitatísque & puritatis diuersitatem, longè diuersissime fit rationandi facultas, & à paulò crassioribus acrioribúsque vaporibus exagitato summopere ea deprauatur, & penitus etiē cortumpitur. Spiritui porrò præcipuè reliquóque corpori vt propria formæ eum inhęreat rationalis anima, inarcescere corpote immutari eam ita posse, vt ad irascendum languidior, ad intelligendum promptior fiat, seorsis declerat spiritus. Minùs etiem proptetea nulli corporis parti, vt proprio subiecto enimam inhætere, inde Peripateticis colligendum fuit, quòd honesti caussa libens multis id affligit laboribus multísque obiectat periculis, & morti etiam eaponit proiicitque, oihil omnino id perdere veretur, quod vtique, si vt proprio inhæreat subiecto, itaque & eo corrupto ipsa itidem corrumpatur, summopere auersetur summóque habeat odio. Nam corpori non vt proprio subiecto, sed vt proprio organo proprióque inexistenti tegumento, quòd eo corrupto seruari ipsa non potest, summo id studio summáque custodiat diligentia. Vt nequaqnam, quòd libens proiiciat id interdum, propretea non vt proprio subiecto aoimam ei inhærere decernendum fit. Cùm præsertim nō humana tantùm id aget anima, quæ corpore dissoluto nihil ipsa corrumpi timeer, aliem & longè beatiorem vitam præsagiens expectánsque, sed ferina etiam, quæ neque aliam præsagit vitem, nec rationis vllius particeps Peripateticis videtur, nihilo ferè, quàm homana minùs dedecore, flagiriaque vel Aristotelis testimooio morte ipse exhorret peiùs, & mori mauult quàm quid seipsa indignum pati operarívc. Nullum Leo periculum, malum vitat oullum, quod torpi sit vitandum fuga, sed libens, alacérque mortem etiam appetit, modò ne timidum se degenerémque ostendet. Nam equus, qui pastoris fraude illectus matrem iniit, ne viuere quidem amplius sustinuit, sed errorem, quem multi fortè nobis ignouissemus, sui ipsios mulctauit ioteritu. Vt nequequā propterea animam corpori, vt proprio subiecto, inhærere eaistimandum non sit, quòd libens ipsa id morti eaponit, sed alia omnino eius rei ratio reddenda est, & suo illa quidem exposita est loco.

At quin hic itidem exponetur, nihil obstat. Non scilicet vbi interimitur, ibi modò cortumpitur spiritus, sed nihilominus vbi ea patitur, vel operatur, quæ eius naturæ propria non sunt. Nam & habitus qualis non ast, & moliò amplius alienas operatus opereriones corrūpi videtur, & multò mehercule peiùs, quàm si ferro perdetur aut morbo. Non enim alieoe vl sceleréve, nec naturæ lege, viribus nimirum quibus obsistere ooo possit, sed propria cortumpitur culpa. Iteque, qui nobilis est generosúsque, eo modo ne corromparur, alio quouis corrumpi sustiner appetítque. Vt qui id opetatur, non illum præter neturem, sed maximè secundum naturam facere, & vel vbi perdere se, ibi seruare se maaimè existimate liceat, qui scilicet à propria dimoueri natura, & pro humeno ferinus fieri, ibi repugnat renititúrque maaimè. Nulla igitur Peripeteticorum ratio obstare videtur, quin corpoream animam è semine eductam ponere liceat.

Capvt XLI.

Corpus animæ organum, quale esse eius species declarat, ponendum esse, vel si ad operationes quasdam edendas inutile animæ sit, & incommodum.

Qvoniam igitur nulla Aristotelis ratio vel incorpoream, vel corporis formam esse animam è semine eductam decleret, animæ organum, quale ipso apparet espectu, tot témque vetiis partibus diuisum distinctumque, & quæ singula ad quædem operanda factæ videorur; corpus sic oportet. Nec id obstet, quòd nequaqnem (quod organa faciunt omnia) aoimam ad quasdam edendas operationes nihil adiuuat, quin (quod ab organorum munere summè est alienum) operantem illam impedit interdum retardetque. Neque enim proprio in loco, atque inter cognatas substantias existenti spiritui, neque ad motum edendum rerúmque [illegible] ntnitum cognitionémque, ad proprias scilicet operationes operandas, quòd itaque

que

que operantem eum perpetuò adiinuet, datum id est, sed alieno in loco, atque inter contraria genito entia, ioter quæ non retentus coercitúsque nullo immoretur temporis momento, & à quibus non benè contectus desensúsqoe penitus statim extinguatur, è quibúsque omnino nusquam satis retentus assiduè elabitur: & à quibus assiduè oblæditur nusquam satis desensus, in quibus omnino multis assiduè imminuitur modis. Itaque si seruandus, necessariò rei includendus fuit benè quidem ealidæ, at benè densæ benéqne eorpnlentæ, multisque insuper onerandus organis, quorum ope res quibus præcipuè nutriri potest, at quas perexiguus ipse longéque tenuissimis propriis viribus nunquam exuperet, in propriam agat naturam. Vt si ad motum rerúmque seosum inutile, & impedimento insuper spiritui id sit, non propterea non eius organũ ponendũ est.



BERNARDINI TELESII

Consentini,

DE RERUM NATURA

iuxta propria principia,

Liber sextus.

CAPVT I.

Albas exanguésque animalis partes prius quam sanguineas efformari, & illas è masculino fœmineóque semine, has è fœmineo sanguine ab vteri calore immutatis constitui.



VONIAM quæ in maternis vteris constituuntur animalia iisdem prorsus principibus partibus, quibus, quæ ex ouis enascuntur, donata sunt omoibus, & in vtrisque pattibus singulis eædem agendi opetandique assignatę sunt vires eadémque eonficiunt opera: vtique iisdem è rebus, & eodem ab agente, eadémque ratione & ordine immutatis vtraque coostituta esse, existimandum omnino est. Proinde quia res, è quibus quæ in ouis fiunt constituuntur animalia, & quæ illarum, in qoas animalis partes, & à qoibus viribus, & qua ratione quoque ordine aguntur ipsis intueri licet oculis · liceat in hotum efformatione illorum intueri constitutionem. Oua ex albo luteóque composita sunt, & album, perexigua modò eius portione, quæ masculi est semen, exeepta, reliquum omne maoifestè fœminæ est opus. Id verò eum à masculino semine id modò differat, quod à virili semine muliebre differre videtur, quod videlicet à tobustiore maris ealore, tenuioribus sui partibus magis spoliatum, magis eonspissatum est magisque eompactum: quin fœminæ semen sit nulli quidem, at Aristoteli omnium minimè negate liceat. Ipsi námque non eandem modò speciem dispositionémque viuiparorum semini, sed naturam etiam eandem oui album sortitum videtur vniuersum, illius nimirum ritu à calore crassescere, & à frigore liquari.

Luteum verò quin sanguini benè proximum sit, & quin sanguinis omnino vicem gerat, ambigi etiam non potest: quod nimirum modieum quid ab incubante animali eoncalefactum, sanguinis speciem naturámque assumit & in absolotum agitur sanguinem. Incubans porrò, à quo ouum in animal immutatur, manifestè vnum modò ealorem ouis indit, aliud nihil, & solo at eerto à calore oua in pullos agi satis ij declarant, qui ouis fimo suppositis & blando moderatóque ignis ealore admotis passim enascuntur. Manifestè etiam prius quàm sanguineæ animalis partes constituantur albæ atque exangues constitui apparent, nec verò tunicæ modo, quibus inuoluitur fœtus, sed venulæ atque arteriolæ & nequaquam è luteo hæ (quod immutatum quidẽ, at integrum etiamnum apparet, & à cuius specie natutáque longissimè absunt) sed ex albo, cuius speciem dispositionémque reserunt. E luteo interea in sanguinem perfectum acto, & io conflatas iam vennlas & arteriolas illapso attractóve sanguineæ animalis partes effici, manifestè apparent. Nec verò, nisi veluti per canales quosdam sanguis ad viscerum constitutionem, sed temère feratur, certa ratione, certóque modo (quod fieri videtur) viscera singula constituantur. Itaque animalium, quæ in vteris fiunt, albas exanguésque partes masculino fœmineóque è semine, sanguineas verò è fœmineo sanguine ab vteri ealote immutatis constitoi, existimandum omnino est.

Quin si in animalium, quæ ex ouis enascuntur, constitutione id visum non foręt, existimandnm tamen esset. Quoniam enim vbi mulier concipit, aliæ nullæ, sed illæ vtero res insunt omnes, nullúmque aliud agens, sed solus vteri adest calor, & semen vtrunque aptissimum in albas exanguésque aoimalis partes agi apparet, quin eæ omnes semen videri possunt magis conspissatum magisque compactum, in sanguineas verò immutari, à languidissimo præsertim vteri calore, à quo liquari quidem ampliùs, vel magis eonspissari, at aliud immutatẽ videri non potest, ineptissimum videtur, cor verò, & ieeur & viseera alia diuerso quidem singula, at maoifestè è sanguine constituta sunt omnia, quæ nimirnm sanguinis speciem referunt, & quæ vix dum confecta sanguinem io seipsis continent & sanguine perpetuò nutriuntur: vtique è sanguine hæc omnia, illas vno è semine effectas esse, existimandum omnino est. Nam etsi vbi concipit mulier non perpetuò proprij seminis emissionem percipit, perpetno tamen eam fieri suspicati licet, sed nullum eius interdum fieri seosum, quòd perexili ealore donatum fœmineum semen nihil spiritnm mordieat. At age rationem ampliùs ae modum inquiramus,

qua semen in tot res adeóque differentes agatur, & spiritus in eo ingeneretur retineatúrque, tum & qua sanguis vterque in sua viscera concrescat & seminis in primis, sanguinísque naturam dispositionémque, præterea & vteri vires ac situm, res nimirum è quibus animalia fiunt, virésque à quibus illæ immutantur, locíque situm vbi veluti efformantur. Neque enim, si horũ quid rectè perspectum non sit, animalium constitutionis ratio satis vnquam innotescat.

Capvt II.

Quæ sanguinis, quæ seminis natura dispositióque, & quæ vteri vires ac situs.

Sangvis (quoniam ex eo semen conficitur, eius primùm natura dispositióque intuẽda est) manifestè benè calidus est, & spiritu tenuitatéque spiritui proxima plenus. Nam vel ex animali detractus calorem fumúmque emittit, & non ita multo post præexistente tenuitate elapsa, in grumum, in crassam scilicet nigricantémque coit rem. Et nequaquam simplex est & similaris, sed veluti è diuersis compositus rebus, itaque ad diuersissimas corporis parteis delatus, & singulis illis diuersis sui partibus appositus, nullo in singulas agitur negotio. Semen itidem è sanguine in venis (quæ quòd in iis sanguis albescere & seminis speciem assumere, & in semen omnino agi incipit, seminariæ dicuntur) & in testibus cùm ab eorum tum & à circunstantium partium calore ampliùs concocto manifestè effectum est. Itaque manifestè sanguis cũ sit ampliùs elaboratus, & pro fluido puniceóque viscosus albúsque factus, quin & ipsum benè calidum plurimóque spiritu & tenuitate spiritui proxima, & in spiritum agi aptissima plenum benéque dissimilare sit, dubitate non licet. Nam etsi dum sanguis amplius concoquitur, inexistentis spiritus ac tenuitatis portionem quampiam ex eo elabi iudicandum est: at maximam certè vtriusque copiam in illo retineri aliámque interea ingenerari existimare etiam licet. Quoniam enim non simul eodémque temporis momento vniuersa sanguinis tenuitas absoluitur, aptáque ad elabendum fit, sed externa omnino prius, eáque elabente statim superficies, è qua educta est, crassescit densatúrque: vtique & præexistens, & qui postea ingeneratur spiritus nullum elabendi aditum nactus retineatur in illo necesse est. Itaque (quod & antiquioribus itidem omnibus visum est, placitúmque) semen spiritu tenuitatéque spiritui proxima plenum sit oportet: præterea & bene dissimilare, è bene dissimilari re, & à moderatissimo confectum calore: à quo videlicet diuersæ quæ sunt res in vnam candémque agi minimè queant, sed in eas modò singulæ, quibus proximæ cognatæque sint.

Vterus porrò si non valdè quidem sui natura calidus, neruosa è substantia confectus, at quia venarum arteriarúmque portionibus multis intertextus est omnis, plurimo scilicet calidissimóque refertur sanguine: quin vbi præsertim (quod perpetuò fit vbi mulier concipit) vteri ostiolum occluditur, nullúmque externo frigori aditum præbet, is ei insit calor, à quo illapsum semen, effusúsque sanguis (id quod venis arteriisque inexistens à circumstantium partium calore vterque, & oui album luteúmque ab incubantis animalis calore pati videtur) liquescat primùm, mox inexistente tenuitate assiduè à calore educta viscosum fiat, tum & compingatur durescátque ambigi non potest. Et interna quidem vteri superficies, quæ semen excipit fœtúmque continet, si extendatur, plana omnino est, at in seipsam contracta cõplicatáque (quomodo à fœtu non distenta perpetuò manet) veluti scrobibus rugísque distincta apparet. Et quùd eò plures eę diuersioréśque & magis sibi ipsis continuæ fiant oportet, quò magis vterus contrahitur. ibi plurimas diuersissimasque, & maximè sibiipsis continuas fieri existimandum est, vbi semen illum subit. Eius enim contingendi desiderio illectus maximè sese contrahit vterus. Et nequaquam is continuus est, sed venis arteriisque, quæ in ipsum desinunt, veluti intercisus interruptúsque. At continuus plerumque spectatur, quia illarum ostiola ibi tantùm reserantur, vbi menstruus sanguis effundendus est, aliâs ita vtero illa coeunt, vt vna eadémque illarum atque vteri fiat superficies.

Capvt III.

Quomodo semen in albas exanguésque res agitur & cerebri ventriculi fiunt.

Semine porrò in vterum coniecto, quòd illius contactu is maximè oblectatur, & vniuersus simul eo frui appetit, colligit sese vniuersus, proindéque eius ostiolum, per quod immissum est, ita occluditur, vt nullus semini exitus, nullus externo frigori ingressus pateat. Et semen, siquidem ab vtero compressum, non in diuersas diffunditur partes, & singulæ certas confluxæ in vteri regulas, & in iis ab vteri calore fusæ, in alias atque alias fluunt, & singulæ propriam in his magnitudinem propriámque nactæ figuram, & fluore quo inexistente fluidæ erant in vapores acto elapsóque in proprias concrescunt res, sed in vnum colligitur vniuersum, ab vteri certè calore liquatum fusúmque in longè plurimos diffluit riuulos. Et quoniam maximè dissimilare, & veluti è tenuitate crassitiéque, & bene vtraque diuersa compositum est semẽ, non simul neque in eosdem vniuersum liquatur fluores. Sed ex assiduè, ipsius partes prius funduntur quæ liquidiores sunt: assiduéque singulæ immisto fluore spoliatæ proprias concrescunt in res. Et quia ita tenues seminis partes crassioribus immistæ erant, vt vel adeò à sese ipsis seiunctæ separatæque, neutræ tamen adhuc puræ factæ sint, sed tenuioribus crassities adhuc quædam & crassioribus quædam insit tenuitas: amplius vtræque dum funduntur non quidem in diuersos liquefiunt fluores, sed quæ tenuioribus crassities & quæ crassioribus inerat tenuitas seorsum ab illis fit. Itaque nec vasa vniformia, nec continua sibique ipsis similia vniuersa fiunt ossa. Sed vasis quidem fibræ, minutissimæ scilicet res, at paulò quã illa sunt densiores duriorésque intertextæ, & ossa multas in partes diuisa sunt. & è quarum singulis res emanẽt minùs quàm ipsa sunt, densæ duræque, quibus sibiipsis mutuò colligantur, & aliæ quæ inter ipsas positæ partes, ne sese mutuò conterant, præstant.

Propriam porrò res, quæ è semine constituuntur, magnitudinem, propriámque singulæ sortiuntur figuram, quòd ita paratum concinnatúmque, tenuitates nimirũ crassitiésque, è quibus compositum erat semen, tanta singulæ eáque sibiipsis immistæ erant ratione, vt certo à calore fusæ singulæ à reliquis seorsum fierent, & inexistente fluore spoliatæ, in tantas singulæ taléśque cõcrescerent res. Nec (vt nobis videtur) amplius quicquã homini inquirendum est: at rerum omnium conditoris Dei sapientia admiranda, qui cum animalibus calorem, easque cælo terræque indidit vires, vt ab iis effectas res in sanguinem ille seménque ageret, quod ab vteri calore fusum in tot taléśque liquefieret fluores, & qui liquidioribus sui partibus elapsis in tantas taléśque concrescerent res. Et quia non vniuersi fluores simul, eodem que temporis momento inexistente tenuitate spoliantur concrescúntque, sed (quod sanguini dum in semen agitur, carnibúsque quæ assantur euenire passim apparet) internis partibus mollibus etiam nunc tenuitatéque plenis, externa superficies tenuitate omni omníque exuta mollicie, adeò densa facta est, vt nullus præinexistenti tenuitati, nec ei quæ interea ingenita est, elabendi exitus pateat: vtique vnis ossibus iisque similibus rebus exceptis (quæ corporis molem sustentatura, tenuitate omni, omníque mollicie spolianda fuere, & quibus duris densísque, & flecti nolentibus repugnantibúsq; & nutrimento apposito abundantibus, neque indi potuit spiritus, neque indendus omnino fuit, vt qui nec seruari in iis neque vllum edere queat motum) reliquis, quæ è

semine

femine fiunt, cerebro, spinali medollæ, neruis, arteriis, venis, œsophago, ventriculo, vesieis, intestinis, viscerum tunicis vel vniuersis, vel si in mollissimis laxissimisque retineri non potest, earum certè fibris spiritus inest omnibus.

Et quia qui ingenetatur spiritus moltò quàm res, è qua constituitur, amplior fit, proindéque maiori indiger loco (id quod io aqua aliisque in rebus quibusois ingenita facit tenuitas) sibi vt is patentem locum faciat, molem, in qua ingenitus est, attollit eleoatque: qui præsertim multus est & oon durissimæ inclusus rei, euiusmodi est, qui cerebro & spinali medullæ inest. Cerebri igitur ventriculi non (vt Galeno placet) à spiritu effecti sunt sese abdente, dum bollæ, quibus inclusus est, in masculini fœmineique seminis permistione rumpuntur, quasi latebras, in quibus delitescat, quærente, qui & effudere sibi illas prorsus impotens sit, & qui nihil expetat magis quàm è latebris euolare: sed à spiritu facti sunt, ampliorem sibi locum parante, proptereáque cerebrum attollente. Eo fermè pacto, quo bullæ in aqua feruente fieri videntur, quæ manifestè à spiritu in ea iogenito fiunt, ampliorem sibi locum egressumque si liceat, moliente, proptereaque superpositam aquam eleoante attollenteqoe. Statim igitur ea residet, si pacto quouis ingenito spiritui egressus patefiat.

Caput IIII.

Quomodo viscera & carnosum constituatur genus.

SVæ portò seminis portio ad venarum arteriarúmque, quæ ad vterum pertinent, orificia defertur (ibi enim modò concipit mulier vbi adaperta ostiola sunt) illis ea affixa, in venas arteriásque agitur. Itaque, quòd hę illis vniuntur vnúmque fiunt, & oe ostiola occludantur prohibent, noo ampliùs temere ex illis in vterum, & certis modò temporibus defluit sanguis, sed assiduè certaqoe ratione & modo in dudum factas influit venulas, à spiritu (vt existimare licet) iis ingenito attractus. Et vniuersus simul in locom delatus vbi iecur constituendus erat, & à robustiore vteri calore magis interea ibique ampliùs fusus liquatúsque, in diuersos secernitur fluores. Et tenuissima quidem illius portio in liquidissimum, & qui aquæ ritu nullo à calore concrescat vnquam, paulò crassior tenuitate, qua eommista fluida videri poterat, elapsa in iecur, quæ hæc crassior est (quòd si qualis à iecinore effluit concrescat, in viscus concrescat nimis corpulentum grauéque) in locum delata plurimis refertum arteriis, & à sanguinis iis inexistentis calore tenuior calidiórque facta, tum tenuitate & ipsa, cuius commistione fluebat, spoliata omni, in lienem concrescit mollem laxúmque. Crassissima nullum (vt videtur) in fluorem liquatur, nec in vnam omnino continuamque rem, sed terræ more inexistente aqua. à qua continebatur, in halitom acta effluxáque omni, in longè & ipsa minutissima disrumpitur frustula.

Hæc portò à multa tenuissimi liquoris portione vnũ in locum collata, in renes ibi cogitur voiuersa. Modo eodem, quo dicta viscera è saoguinẽ in venis contento, cor itidem & pulmo ex eo constituuntur qui in arteriis continetur, è maternis arteriis in fœtus arteriolas influxo. Et cor (vt existimare licet) è crassiore eius portione gignitur, nec sola (fortè enim vna ex ea confectum plus iusto calidum factum foret) sed sanguini è iecinore effluxo commista. Pulmo verò è tenuiore constituitur, & sola, vt videtur. At carnosum genus è liquidissima fit sanguinis portione, quæ è venarum tunicis elapsa, & inexistente tenuitate spoliata statim concrescit: nec in vnã tamen eandémque voiuersa rem benè & ipsa sibiipsi dissimilis, sed tenuiore sui portione in pinguedinem, crassiore in carnes Et è quibus quidem rebus, quibúsq; à viribus, & quo etiam modo cùm animal vniuersum, tũ ex ipsius partes quæ principes videri possunt, & quarum coostitutiooe conspecta reliquarum omnium generatio manifesta fit, his in præsentia explicasse satis sit.

Superest modò, vt cur corpori è tot adeóque differentibus rebus composito indendus spiritus fuerit inquiramus. Quoniam enim (vt in superiore declaratom est cõmentario) animal spiritus est, corpori vt proprio tegumento proprióque organo inclusus, quin non corpus modò vniuersum, sed quæuis eius pars spiritus retinendi conseruandíque gratia constituta sit, quin nullo omnino temere casúve aut frustra, sed quæuis quempiam io vsom adiecta sit dubitare oon licet. Absit enim vt quæ aliorum opificum cuiuis euenire passim videntur, rerũ oĩm conditori Deo vllis in ipsius operib. euenisse suspicari liceat: vt scilicet vel ab agentiũ naturarum viribus, vel à materiæ prauitate victus, eorum quæ enti cuiuis ad sui ipsorum conseruationem bonúmque necessaria sunt commodóve quicquam elargitos non fuerit, aut quicquam vlli adiecerit quod inutile ei sit incommodúmve. At partes quasuis bonas necessariasque spiritui esse existimantibus, nequaquam tamen omnium vsus nobis explicandos est, qui & satis, vt videtur, aliis expositus est, & præsenti labori non præpositus, sed earum tantùm quarum & constitutio inquisita nobis est. Nam modus, quo efformatus iam, & in lucem editus fœtus nutriatur augeatúrqoe, magis manifestus fiet, si eur spiritus corpori indendus fuit, è tot, adeoque differentibus composito rebus, si scilicet qoem viscera singula præbeant vsum conspectum fuerit.

Caput V.

Cur spiritus neruoso Generi indendus, carnosum huic circumponendum, & vena huic arteriaque intertexendæ, & sanguine ea replenda, & osseum genus omnibus subuciendum fuit.

QVONIAM spiritus, si non copioso, at integro certè calore summáque donatus est tenuitate, proindéq; immobilitatem compressionémque summo habet odio summoperéq; exhorret, & motus edendi angustisque & corpulentis è rebus elabendi summo tenetur appetitu summáque donatus est facoltate, & quantulumuis nactus exitum prõptissimè ex omnibus elabitur, & ad cognata similiaque, ad tenuissima scilicet euolat entia. vtique si in loco terræ proximo retinendus, ab eiúsque viribus defendendus erat, benè densæ benéque corpulentæ, & benè etiam calidæ indendus erat rei, quæ nullum ei elabendi aditum nullámque terræ viribus eum attingendi facultatẽ præberet. At hoiusmodi inclusus si foret rei, vel si amplum in ea nactus locum nihil comprimatur, & quosdam etiã edere queat motus, breui omnino corrumpatur elabatúrve Nam si summa ipse donatus tenuitate, nihil à proprio calore immutetur ampliùs, & benè corpulentę benéque calidæ inclusus rei nihil externis è viribus oblædatur, itaque nihil imminutus, nihílque immotatus, vel nulla illapsa re, à qua reficiatur, seruari possit, at ipsius tegumentũ, siquidẽ ab externis naturis nihil oblædatur, à proprio certe calore tenuiore partes in summã assiduè agente tenoitatem, & cum ea assiduè elabente, breui omninò corrumpitur.

Itaque si conseruandum, reficiendom assiduè erit. Et nequaquam plantarum ritu, à re, cui affixum id est, vel quæ præstò vbique adsit, & è terra omnino à sole emollita, vel quasuis acta in plantas reficiendum. Neque enim rei spiritum cootenturæ is indi potuit calor, à quo ens adeo ab ipsius natura dimotum exuperetur in ipsamque agatur. Ex aliorum itaque animalium carnibus restaurandum ill[illegible] fuit, vel è plantarum fœtibus, & ipsis etiam è plantis, at bene mollibus, è rebus omoino multò amplius concoctis multóque proximioribus factis. Et nequaquam ex harum quauis cuiusuis spiritus tegomentum, sed singula è certis quibusdam rebus: quæ igitur diuersis in locis, & labore multo multaque industria, multis nimirum diuersisque comparandæ essent motibus, & quos edere non

nisi benè leui benéque flexibili tegumento, quod scilicet & euehere & flectere vt libet & quibuslibet cōmouere possit motibus, inexistens queat spiritus. Quãobrem quòd ne elabatur, oéve à terræ viribus extinguatur spiritus, benè corpulento benéque deoso includendus erat tegumento, & nutrimentum ei comparare vt posset, benè id leue benéque flexibile esse oportebat: vtique (quod factum videtur) densæ quidem renitentique rei, at benè gracili indendus, & rebus illa obuoluenda fuit à quibus assidnè emolliretur, & ab ambientis viribus protegeretur, & reficeretur etiam fouereturque.

Neruoso itaque generi deoso renitentique & graui, at veluti in minutissima scisso fila, indendus spiritus fuit. At quod & ipse, & perexiguus, qui ipsis indi potuit spiritus, quantulòuis onere succumberet, multa in vnum colligenda. Tum quòd non tot omnino in vnum colligi potuere, quot, vt magnas corporis partes sustinere commouereque possent, colligenda erant (nam quæ ipsorum à rebus, à quibus emollienda reficiendaque sunt, & à carnibus omnino longiùs absunt, rigida inflexibiliàque fiant) carnibus immiscenda fuere, & ex vtrisque sibiipsis commistis musculi componendi, à qoibus magnæ corporis partes commoueantur Et neruoso carnosum circumponendum fuit genus, à quo illud illique inexistens spiritus ab ambientis viribus protegeretur defenderetúrque, & venæ huic arteriæque intertexendæ, sanguisque assiduè in vtrasque immittendus, qui ab ipsarum motu circumpositique carnosi generis calore liquetur, & in vtrumque effusus, genus vtrumque emolliret reficeretque, & vtrumque & spiritum etiam neruoso inexistentem foueret. Siquidem illorum neutri magnus, & qui ambientis vires satis reiiceret, indi potuit calor. Nam si neruoso insit, permodicam quæ ei inest mollitiem nullo propemodum temporis momento, & prius omnino quàm res, è qua reficiendum est, conficiatur ipsumque subeat, in ipsúmque inuertatur, in summam agat tenuitatem eámque educat omnem.

Itaque crassius assiduè duriúsque & breui inflexile prorsus fiat. Et carnosum, siquidem quòd mollius est laxiúsque, fluorem, è quo reficiendum est, promptiùs admittat, tantúsque is assiduè in rebus, in qoibus conficiendus est, conficiatur, quanto quæ ipsius assiduè corrumpitur portio reficienda est: si & ipsi tamen robustus insit calor: nequaquam is fortè tenuioribus ex illo eductis partibus crassiores in carnes compingat, sed illum fortè vniuersum, aut longè maximam illius portionem ampliùs fundat liquétque, & magnam in tenuitatem, reliquam siquidem in carnes, at benè certè densas beneque duras agat, & vel molles si fiant, assiduè tamen duriores fiant. Neque enim sanguinem in vasis contentum in tantos assiduè soluat fluores, vt carnes, in quas concrescunt, portionem, quæ corrupta est, præexistentibus veluti restituant. At languidus si vtrique insit, malorum, quæ dicta sunt, siquidem vllum eueniat, seriùs omninò eueniat. Et (vt suo amplius declarabitur loco) nonnisi calidiore è sanguine (qualis ingrauescente iam ætate fit) refecto vtroque proindéque & calidiore facto id accidit. Nam dum proprius vtrinsque calor exilis est blandúsque, & propterea inexistentem lentè educit tenuitatem, multus interea in vasa influit sanguis, & spiritus eorum fibris insidens, illum agitandi, & pinguissimam illius portionem in semen agendi, & vtrumque in fluores liquandi, & horum vterque suum in genus subeundi, tempus nactus, priusquam alterius portio vlla penitus corrumpatur, alia ex illapsis fluoribus conficitur.

Quod portò dictum est, è fluoribus, in quos sanguis in venis arteriisque funditur, genus vtrumque emolliri reficique, & foueri etiam vtrunque, & spiritum insuper vasis inexistentem, venæ arteriæque, quæ per carnosum genus vniuersum disseminatæ sunt, & vena arteriaque, quæ singulis neruosi generis portionibus, & iis præcipuè apposita est, quæ & duriores factæ, & ambientis viribus magis expositæ sunt, declarat. Quoniam verò non carnosum modò, sed ipsum etiam neruosum genus (cuiusmodi factum est) mollius omnino flexibiliúsque fieri oportuit, quàm vt seipsum sustinere queat vtrumque, & musculi amplius ex vtroque compositi, qui scilicet, quòd magnæ ipsis corporis partes, magnáque interdum pondera sustinenda vectandáque, & cum renitentibus rebus obluctandum erat, itaque nisi firmo cuipiam affixa sint ab eóque retineantur è propria dimoueantur sede: vtique (quod factum videtur) osseum constituendum fuit genus, & si non genus vtrunque vniuersum, at nerui certè omnes affingendi ei fuere.

Capvt VI.

Cur corpori secur indendum & è sanguine constituendum est.



VONIAM verò (vt dictum est) non durum densúmque constituendum fuit, proindéque nec constitutũ est neruosum genus, nec adeò languidus inditus est ei calor, qui à paolo robustioribus diuturnioribúsque motibus concalefactum laxatúmque, amplum inexistenti spiritui egressum præbeat, & carnosum genus benè molle, eóque donatum est calore, à quo molliores ipsius partes à motu præsertim concalefactæ, in fluores magnámque agantur in tenuitatem, itaque & corrumpatur tandem vniuersum: vtique si seruandum animal fuit, & spiritus, & carnosum etiam genus reficiendum fuit, & sanguis vterque ampliùs, multò illis mollior laxiórque & calidior: è quo igitur multò, quàm ex illis promptiùs inexistentem mollitiem omnem in tenuitatem agat, secúmque eam omnem proprius efferat calor. Itaque facultate, modóque illa omnia reficiendi donandus spiritus fuit, vel illorum quædam saltem, si quibusdam (quod fieri videtur) reliqua refici possunt, & sanguinem omnino è quo (vt suo amplius declaratum est loco) carnosum neruosúmque genus, & ipse etiam reficitur spiritus. Sanguis porrò animalium multorum ex aliorum multorum sanguine, & ex eo omnino refici poterat, quem viribus copiáque exuperaret. At neque semper præstò ille adest, & vt natura animantia alia aliis vesci velit, quàm minimo certe aliorum incommodo fieri id velit, proindéque ex integro, quod morti datur, animali, non ex exigua modo ipsius parte. Quod igitur reliquum fuit, aliorum animantium carnes in proprium alimentum sumendæ nonnullis tributæ sunt: at quibus eæ non solæ, vel dari omnino non potuere, plantæ iis plantarúmque fœtus dati sunt, nec proximus quicquam dari potuit.

At quòd nec horum quicquam à seipso & propriis viribus, vel in sanguinem, vel in seipsum agat spiritus, longè (vt dictum est) tenuissimus, proindéque & calore donatus longè exilissimo: itaque organis donandus fuit, quibus & in sanguinem, & in seipsum res agat, adeò à sanguine à propriáque dimotas natura, iecur nimirum, & cor, ex eodem quidem vtrumque sanguine, quem confecturum erat, confectum, at compacto conspissatóque eodem nimirum, quo & sanguis, quem confectorum erat, donatum calore, at magis in seipsum collecto, & propterea robustiore quid facto, qualia omnino visceri, quod sanguinem confecturum est, calor insit oportet. Nam si multò insit vehementior, tenuiorem inditarum rerum portionem in vapores fluorésque crassiorem, siquidem in sanguinem, in multò certè crassiorem agat: si idem qui & sanguini, & sanguinis omnino veluti vniuersitas quædam corpori indita sit, quæ immissas res propria donet natura & in seipsam agat, siquidem diu in propria ipsa seruetur natura, & non statim inexistante,

tenui-

tenuitete elapsa omni in grumum concrescat, quonisim quæ in eam immittuntur res assiduè fluitent, itaque eius sctionem prætersugiant, & quòd eius calor immistarum terum calorem non valdè viribus exuperet, siquidem integer eas subeat, & in proprium ens, in sanguinem seilicet, è quo effusus est, agat, longè certè ægerrimæ & nonnisi diu agens agat, proindeque ob nutrimenti inopiam breui animal deficiat: vtique (quale factum videtur) sanguinem confecturum viscus è sanguine omnino constituendum fuit, at benc in seipsum coacto conspissatóque, & in quo propriæ vires copiosiores robustioréſque quid factæ sint.

Capvt VII.

Et cur ventriculus ventérque, & qualis vterque est faciendus.

Iecinori porrò is inditus cùm sit calor, qui sanguinis calore non valdè robustior sit, qui igitur res modò in sanguinem agat; quæ sanguini benè proximæ sint, nequaquam quę assumuntur res, nihil prius tenuiores, & sanguini proximiores factæ in sanguinem agat, quæ præsertim (quales pleræque sunt) si non & naturæ robore, at dispositione certè summoperè à sanguine dissident, & quæ insuper è partibus constent longè diuersissimis, quarum omnino aliæ ita liquidæ tenuésqoe existaut, ita aliæ densæ crassæque, vt hæ in fluores sanguini similes solui, in eosdem illæ crassescere maximè repugneut maximéque renitantur, & hæ illis adeò commistæ sint, vt puncto fetè in nullo ab illis hæ seorsum sint. Itaque priusquam in iecur deferantur, concoquendæ, & quoad fieri potest, vnum idémque in ens, & sanguini proximius vniuersæ agendæ fuere, & ibi omnino, vnde vapores, in quos tenuissimæ ipsarum partes quiduis concalesactæ soluuntur, recta ad spiritus vniuersitatem efferri, eique immisceri, & in spiritum agi ab ea queant. Nam in iecinore educti, nullum prorsus spiritui commodum afferant, priusquam sanguis conficiatur, elapsis. Quamobrem (quod factum videtur) oris iecinorisque in medio ventriculus constituendus fuit, in quo huiusmodi agantur in ens, & è quo vapores, qui interea è cibis educti sunt, recta ad cerebri efferantur ventriculos.

Ventriculus porrò (quòd res, è quib. & ipse & reliquæ corporis partes & spiritus etiam ipse nutriendus erat, primus excepturus erat, in ipsóque primùm inuertendæ, & si non in perfectum absolutúmque illarum omnium nutrimentum, at proximam certè in rem agendæ, itaque nullæ si ventriculo insint, aut nimiæ, aut contrariis præpotentibúsque donatæ viribus, quarum omnino copia aut robur exuperari in eo non possit, magno animal incommodo magnóque afficiatur malo, nihil aut prauè nutriturus) exquisitissimo donandus fuit sensu: magna scilicet spiritus copia indenda ei fuit, & quę vel leuissimas eius passiones molestiásque omnes, & eas in primis persentiret, quaa nullis, vel nimiis, vel prauis inexistenribua cibis patitur, & vniuersitati in cerebro residenti integras nullóque communicaret temporis momento. Siquidem (vt alibi ampliùs expositum est) si non & quæ minutissimis, longéque à cerebro dimotis neruosi generis portionibus spiritus insunt portiones, reliquæ certè omnes, quos edunt motus, vniuersitatis arbitrio, & ab ipsa omnino commotæ vniuersitate eos edunt omnes. Nec verò nisi quæ singulæ patiuntur mala vniuersitati ea communicent, vel si non quos ipsa decernit, & quibus ipsa illas commnuet, iis singulæ moueantur motibus (quod passim fieri videtur) vna modò laborante, multæ eæque omnino omnes, à quibus quod illam diuexat reiici potest, iisque singulæ commoueantur motibus, quibus reiiciendum id est, vel si bene laboriosi ij siut molestique, sed iis singulæ tantùm quibus propria reiiciant mala propriáve sibi comparent bona, aliarum labores nihil aliis curę sint: non adeò certè sibi ipsis concordes sint, & sibiipsis (quod perpetuò facere videntur) veluti concinnent. At hęc slibi (vt dictum est) amplius.

Quoniam igitur magna spiritus copia ventrieulo indenda est, nequaquam carnoso è genere, cui scilicet nullus inest nullísque indi potest spiritus, nec ex vtroq; sibiipsis commixtis, sed vno è neruoso genere constituendus fuit, & omni fibratum genere donandus: prætetea & œsophago (qui, quòd ex ore ad ventriculum fertur, nec alium in vsum constructua est, nisi vt inexistens spiritus per ipsum ex ore ad ventticulum quæ ibi concoquenda sunt, & quę è ventriculo in oa, & foraa eiicienda suut, inserat efferárque, veluti ventriculi portio quæpiam videri potest) intertexendus fuit, vt (quod fieri videtur) illarum illísque inexistentis spititua ministerio illorum vtrunque, & quemliber vtriusque portionem, prout opus est, relaxare aperiréque, & constringere occludereque, proindéque & quæ in ventriculum immittenda sunt immittere, & quę ex eo eiicienda sunt eiicere vniuersitas posset. Manifestè enim (vt suo ampliùs declarabitur loco) superiore œsophagi parte constricta, qui in eum coniecti sunt cibi in ventrieulum deferuntur, & ventrieulo coustricto, quæ ei insunt exprimuntur omnia, quod omnino molestiam inexistenti portioni infert, propulsare vt possit. Nam & quæ eiicit, propterea eiicit quòd ab iis diuexari illam sentit, & quæ immittit, propterea immittit quòd non à re ventriculo inexistente, & liquidem inexistente, at adeò certè minuta, vt à ventrieulo quantumuis constricto propelli nequeat, vel quam eiiei nolit vniuersitas, quòd minimè eam inexistenti spiritui molestam quin iucundam esse sentiat; & molestiam quæ ab ea afficitur veluti ex accidente quopiam affici, & externis quibusdam immixtis reb. exolui eam posse intelligat, proindéque immittendas eas decernit.

Ab inexistentium scilicet rerum copiam, vel viribus in ventriculo inhabitantem portionem oblædi sentiens vniuersitas, portiones in eius œsophagíque fibtia insidentes iis commouet motibus quibus vehementissime illaa intendat, itaque & valentissime ventriculum primùm, mox eam assiduè œsophagi portionem, in quam illæ actæ sunt, constringat, proindéque exprimantur illæ & veluti eiaculcutur. At molestiam, quam famem sitímque appellamus, quòd illam non ab inexistentibus ventriculo rebus, sed ab acido succo fieri sentit vniuersitas, qui inani eo nihílque suppositam venam, quæ à splene ad eum fertur; comprimente, patens ad eum nactus iter (quod acida faciunt) constringit eum, proindéque & inexistentem comprimit spiritum, & cuius fortè portio quæpiam eum subit, & quæ quantumuis constricto ventriculo extrudi tamen non possit: quòd omnino à re molestiam illam fieri sentit vniuersitas, quam motu nullo amoliri queat, externum quippiam & corpulentum id (à quo scilicet, quod molestiam infert, propellatur) & calidum libentiùs quàm frigidum (quòd cōstrictionis sensus frigoris sensum infert) assumendum & in ventriculum immittendum decernit vniuersitas, & portiones, quibus id assumendum immittendúmque est, iis commouet motibus quibus operandum id est. Et cuius molem deglutiri, & duritiem emolliri exuperarique desperat, & portionibus ori existentibua iniucundum non esse senserit, mandi id primum, tum deglutiri decernit.

Sitim etiam externis à rebus in ventriculum immissis, at frigidis liquidísque sedandam decernit, quòd etsi non vno ab ambientis æstu vnísque à vehementibus diuturnísque motibus, sed ab immissis etiam fit cibis, calidis pręsertim siccísque, à quibus scilicet nimius ventriculo calor, humiditaa nulla inditur, quin præinexistens educitur omnis: quoniam nihil boa spiritui molestos, qui iucundos esse sentit, nequaquam reiiciendos eos, at corū ventriculique calorem, quem molestum spiritui esse sentit, imminuendum, pręterea & ne inexistens spiritus ampliùs comprimatur, ventrieulum emolliendum relaxandúmque, humiditatem scilicet, qua educta constrictus is est durúsque & renitens factus, ei restituendam, frigidas liquidásque res in eum immitten-

das esse, decernit vniuersitas. Itaque liquor nullus, nisi frigidus sit, satis sitim sedat. At cibi calidi quidem amplius (qui scilicet non acidum modo succum repellunt, & ne amplius constringant, prohibent, sed constrictionem iam factam soluunt laxantque) sed frigidi etiam, corpulenti modò sint grauésque, & qui venam per quam acidus succus ad ventriculum fertur ita comprimat, vt nullus ei in illa remaneat locus. Itaque fames vnius constrictionis, sitis concalefactionis etiam sensus videri potest.

Quoniam verò è semine confectus ventriculus minimè eo calore donari potuit, qui inditas res exuperet, & in sanguini proximum ens, in quale agendæ sunt, agat, (quod itidem factum videtur) venæ ei arteriæque multæ intertexendæ, multus nimirum sanguis ei veluti immiscendus, omentúmque multis & ipsum venis, arterijsque distinctum, & benè omninò calidum superponendum. Præterea & alia viscera, & ipsum in primis apponendum fuit iecur, quod nihil interea inditum succum in sanguinem agere cessans, res ventriculo inexistentes immutet concoquatque. At quòd maximè ex dissimilares sunt, & quædam omnino ipsius portio non adeò emolliri attenuarique potuit, vt in sanguinem agi possit, quæ igitur à reliquis secernenda prorsus sit, & nequaquam in ventriculo, quem scilicet assumptis cibis quam primùm exonerari oportebat, vt vacuus alios assumat concoquatque: vtrique ventriculo venter supponendus fuit, & è ventriculo in iecur angustissimus meatus fabricandus, & per quem tenuissimi modò succi in ventriculo confecti portionem ad iecur deferre spiritus queat. At quò reliquam eiciat, bene amplus, nec rectus tamen, sed maximè flexuosus construendus fuit, vt diu in eo immoretur, itaque tenuitas secernatur omnis, omnisque exprimatur, & ad iecur deferatur. Et talis vterque constructus est.

Capvt VIII.

Cur cor etiam pulmóque corpori indendus, & qualis est vterque constituendus, & cur aer inspirandus.

ET quoniam sanguis in iecinore confectus, nō eo adhuc calore eaque donatus est tenuitate, nec in re adeò densa continetur, vt in quem ipse soluitur fluor, si solus ipse in carnes concrescat, ita ex calidæ, mollesque fiant, vt neruosum genus eique inexistentem spiritum satis foueant nimisque non opprimant: minus etiam vt euaporatio ex ipsa elabatur, à qua satis & illa & hoc foueatur, fouendum omnino amplius, & à qua non spiritus modò arteriarum fibris inexistens, si eas illa subit, sed spiritus vniuersitas, quæ in cerebri ventriculis vt in principe sede continetur, indéque & in spinalem medullam, & in neruosum genus effunditur vniuersum, refici queat: cor etiam corpori indendum fuit, in quo longè quam iecur est, cùm robustiore tum verò & copiosiore donato calore sanguis in iecinore confectus multò calidior multóque fiat tenuior, & qui densiore in re continuendus contentúsque, & vehementiore in ea agitatus motu, in longè calidiores lōgéque tenuiores soluatur fluores, & è quibus, iis qui è venis effluxere commistis simúlque in carnosum neruosúmque genus concretis, calidius vtrumq; fiat molliúsque, & euaporationem emittat cùm longè copiosiorem, tum verò & calidiorem tenuiorémque, & quæ cum dictum genus vtrumque magis foueat, tum nō spiritum modò arteriarum fibris (siquidem eas subit) sed ipsius vniuersitatem portionesque omnes, quo videbitur modo, nutriat reficiátque.

At verò quoniā si tanto cor donatum sit calore, quāto sanguinem à iecinore confectum in adeò ardentem rem agat, proximas corporis partes colliquet exurátve oēs: vtiq; minus quidē calidum, & mobile faciendū fuit vt quem proprijs viribus sanguini calorem indere non poterat, motu eū inderet. Quia verò spiritus, à quo solo mobile fieri poterat, sanguineo mollique & laxo omnino visceri indi non poterat, siquidem iecinoris more non alia id è re, sed ex eodem simili ve sanguine, quem confecturum erat, constituendum fuit, rebus spiritu plenis intertexendum fuit obtegendúmque, vt ab iis assiduè dilatatum constrictúmque, attractum illapsúmue sanguinem assiduè eo calore eáque donet tenuitate, vt amplius quid in arterijs agitatus, in eos qui dicti sunt fluores dictámque vniuersus propemodum soluatur in tenuitatem. Et quoniam insuper ex adeo elaborato sanguine quæ elabitur tenuitas ad tanti spiritus refectionē satis non sit, forte & nimis calidus è sola ea spiritus fiat præcépsq; & furiosus, fortè & sanguis in iecinore cōfectus per se crassior sit quàm vt ea in corde tenuitate donari possit, qua vt vniuersus vel maiore sui portione in spiritum agatur donari oportebat: res itaque immiscenda fuit eo tenuior, aër nimirum, qui præsertim tenuior quid factus calidiórque, spiritus assumat naturam, & qui (vt in proprio declaratum est commentario) nisi inspiretur, elabentémque è corde, æquè corpore vniuerso calorem, veluti exitum si exiliat mitigans, reiiciat retundátque, spiritúmque ipsum angusto in loco quasi immobilem factum commoueat agitetque: dubio procul peteat quodcunque in aere degit animal, calore è corpore omni, è mollioribus præsertim calidioribúsque eius partibus elapso, tum vero & spiritu à loci angustia moueri prohibito.

Aër itaque inspirandus omnino fuit, & ad cerebri quidem vētriculos eius portioni (quod factum videtur) iter dandum quæ spiritum commoueat, & euaporationi è sanguine elapsæ adiectus eius ardorem imminuat, & quantitatem augeat, & qui maiore sui copia ad cor delatus, elabentem ex eo calorem reprimat, & in sinistrum etiam eius ventriculum illapsus, sanguinique ibi contēto immistus, tenuiorem eum faciat. At non statim, nihilque immutatus, nihilque debilitatus ad cor aggregandus fuit. Nihil enim frigore exutus, non contingens modò cor, sed vel illud subiens non (quod faciēdum est) eius calorem reprimat intróque agat, & vniat augeátq; sed imminuat debilitétque. Cauum itaque fistulosúmq; viscus, & magno præditum calore, pulmo nimirum cordi veluti circumponendum fuit, quod aerem excipiens nullo illum temporis momento veluti temperet, & cor circumplectens elabentem eius calorem reiiciat coerceátque, quod vel languidissimum faciat frigus, & aeris portiunculam in cor etiam ipsum emittat.

Capvt XIII.

Cur vesica fellea, & lien, renésque corpori indendi fuere.

ET quoniam chili partes, quæ ad iecur delatæ sunt, non eadem omnes dispositione, nec eodem donatæ fuot calore, sed & hoc & illa quam longissime à seipsis dissident, non omnes vnum probúmque, liquidum scilicet dulcémque & puniceum in sanguinem agi potuere, is enim ex iis modo confici potest, quæ veluti mediam dispositionem, mediúmque nactæ sunt calorem. Reliquæ chili partes siquidem in sanguinem, at non probum certè aguntur, sed vel plusquam par est calidiorē crassiorémq;, vel minus, & alios in fluores sanguine calidiores crassioresq;, vel horum alterum vel minus, prout chili partes, è quibus ille conficitur, robustiore languidioréve donatæ calore, & crassiores sint tenuioresve. Quæ scilicet calidiores & crassiores etiam sunt, in sanguinem quidem aguntur & ipsæ, at non dulcem certè, sed subamarū crassúmque & nigrum. Quæ verò multò iis calidiores, at non æque crassæ sunt, atram acidámque in bilem, & in flauam acidámque abeunt. Quæ his modicum quid minùs calidæ minúsque crassæ, at quæ calidiores quidē sunt, quàm vt dulcē agi in fluorem, & tenuiores sunt quàm vt in sanguinem crassescere queant, in vrinam liquantur salsam subamarámq; & albam, nihil in venis ab immistis humoribus intinctam. Quæ tandem crassissimæ sunt, & è quibus inexistentem quidem mollitiem tenuitatémque iecinoris calor educere potuit omnē, at nō certe & duriores par-

rea partes amollite, proíndéque nec alias aliis affigere agglutinatéque: hæ nullum in humorem, nec in ens prorsus vllum fusæ coactæve sunt, sed cinerum ritu tenuitate exutæ omni, seorsum à reliquis singulæ sanguini & ipsæ immistæ in iecinore remansere.

At verò bilis vrrauis, si præstertim quanta est, cum sanguine in vniuersum in corpus influat, magnum animali inferat incommodum. Siquidem amara, & quæ assiduè ex ea elabitur tenuitas, spiritum venis inexistentem diuexet cruciétque, ignis instar illum pungens, & carnea erodat vtrásque, & in quas concrescit, qualis ipsa est amaræ ex fiant flauæque, & euaporatio ex ea elapsa præcipitem spiritum faciat furiosumque. Acida etiam, ex eáque elapsa tenuitas spiritum & ipsa mordeat, & carnes erodat pungátque, & quas constituat, propria eas ipse propriáque donet natura, nigras nimirum eas faciat acidásque: ex euapotatione verò ex ea elapsa minimè mitius conficiatur spiritus minimèque purus, sed & per se obscurus, & nigræ assiduè subeunti euapotationi immistus, semper tristis sémperque veluti metu examinatus, timoris causam in seipso habens. Et quæ dictæ sunt fuligines cineréſve, si in venas à sanguine inferantur, siquidem ex iis elabantur, nullum certè rebus, quibus admisceantur, bonum commodúmque afferant, quin summopere impurent eas oblædántque; quæ scilicet si retineantur, longè plurimæ tandem factæ, si venas non obstruant omnes, duram certè in rem & in lapidem omnino in iis cócrescant. Itaq; (quod dictum est) vel ipso in iecinore amata bili, & cineribus fuliginibúsque sanguis expurgandus fuit. Vesica igitur ob id ipsum fellea dicta, quòd fel, amatam nimitum flauámque bilim attrahit, iecinori indenda fuit, quæ illam veluti emulgeat. Non siquidem viscus amara è hili constituendum fuit (quòd nimirum si corpori insit, non contiguas modò proximásque partes, sed vniuersum corrumpat corpus) sed vesica, eáque perexigua, quæ illam statim eiiciat.

Et lien itidem, qui acidam emulgeat, non longè à iecinore locandus, & tenes etiam ipsi, in quos dicta stulta fuliginésque conferendæ erant, vt ab iis retentæ, ab vrina, a qua ad illos delatæ sunt, in vesicam non deferantur. Nam aquæ similis fluor (quod sanguini immistus nihil eum fœdet, neque elapsus carnes erodat) aut ipse ens constituat vllum, in vapores & languentes eos statim solutus omnis) non vllum proprium in viscus cogeodus, ineptus alioquin concrescere, sed proprium in vas demittendus, in quo aliquantisper retineri possit. Neque enim sine magno animalis incommodo assiduè emitti poterat. At prius tenes dictis fuliginibus cinerib⁹que expurgandus fuit, quæ nimirum in vesicam delatæ, quòd bona earum pars ibi subsideret, breui in lapidem concrescant. Itaque (quod dictum est) tenes itidem non longè à iecinore, & sub eo omnino locandi fuere, vt ad eos maxima dicti humoris portio delata, & per eorum angustias veluti colatæ, immistæque crassitie omni, aut plurima certè crassissimáque eius parte exuta, in vesicam ipsa defflueret, illæ autem renibus affixæ in tenes concrescant, nihil vllam aliam corporis partem malo afficientes vllo.

At reliqua sui portione in venas cum sanguine illabi oportuit. Neque enim grauem corpulentámque rem nullo immistam fluori in superiores etiam corporis partes agere queat spiritus: fortè & sanguis tenuissimis sui partibus assiduè spoliatus veluti in grumum concrescat, nullo fluore madefactus.

Capvt X.

Cur etiam & vasa & varus ea intertexta fibris.



AD ciboa itaque in sui ipsius, & in carnosi neruosique generis vniuersi, & ipsorum in primis in viscerum substantiam inuertendos, satis quæ dicta sunt organa spiritui esse videntur. At nullum hæc præbeant vsum, nisi alia adsint, quibus & quæ opus sunt attrahat, & si quæpiã attracta sint, quæ oblædant grauéntve, reiiciat ea, & quibus bona quæ sunt & retenta commodam agi in rem queant, dum in eam agantur, retineat, tum & quibus, quæ inuetri non potuere vel superflua sunt, eiiciat expellátque, vasa nimirum & veluti canales quidam, quibus inditi succi non aliam nisi in quam illi tendunt partem deferri possint, & quibus occlusis retineantur, constrictis expellantur. Neque eñim vel spiritus ipse per se quouis succis immistus modo secum eos agat, & ex inferioribus ad superiores euehat partes, & retineat, vbi opus est, crassos, graues, fluitantésque, vel visceribus inexistens à seipsis separatis disiunctísque ex aliis in alia trahat, vel ipsa per se illa operentur viscera. Vasa itaque (vt dictũ est) & veluti canales quidam continui sibiipsis, & quibus viscera etiam sibiipsis ita colligantur vniantúrque, vt è quouis in quoduis succi attrahi possint, corpori indenda fuere. Et quoniam ex aliis in alias vasorum partes, ex inferioribus præsertim in superiores non alia ratione res agi possunt, nisi qua quæ succo vniuerso insunt res in alteram eius parteo agi videmus, parte nimirum è qua attrahendæ eæ sunt assiduè cõstricta & veluti manu pressa, proindéque inexistentibus tebus in subsequentes assiduè protrusis, eáque autem ipsa nullam sese constringendi dilatandive obtinent facultatem, immobilia sui natura: vtique spiritus iis indendus fuit, quã pro vt vsus posceret, constringeret ea dilataréve. Et nullo vtrumque labore operari vt posset spiritus, mollissima benéque laxa, & vt quæ ipsis indita erant, indã possent omnia, benè etiam ampla facta sunt vasa.

At quia in illis spiritus retineri non poterat, hæc veiò longè ægerrimè contrahat expandatve, fibræ iis omnibus intertexendæ fuere densæ subtilésque, in quibus scilicet inditus spiritus coerceri, & quas intendere remitteréve, & secum vt libet ferre ia queat: eáque intertexendæ fuere ratione, vt in vnum collectæ ipsa etiam vasa in vnum colligerent, & à seipsis diductæ explicatæque vasa etiam diducerent explicaréntque, sui ipsatũ omnino situm omnem omnémque vasis darenr positionem. Et quia si vnæ insint fibræ, eodémque vasis intertextæ sint modo, quauis eæ ratione ab inexistente spiritu intendantur remittentúrve, & in seipsas cogantur, vel à seipsis diducantur, nequaquam quæ operanda sunt & attrahant & reiiciant & retineant, vasa nimitum modo ex parte vtrauis, modò verò vndique constringant: diuersæ vasis intertexendæ fuere fibræ, in rectum scilicet aliæ, & per vniuersum vasorum longitudinem, per trãsuersum aliæ, aliæ etiam per obliquum ducendæ, iisque quæ operanda sunt & cooperanda sunt ratione, optimè spiritus operatur omnia.

Quoniam enim cùm quæuis corporis pars, tum & ipse assiduè reficiendus est spiritus, proindéque & assiduè tea assumendæ, & ex aliis in alias partes attrahendæ, reiiciendæ verò euomendæque eæ tantùm, quæ vel noxiæ vel nimiæ assumptæ sunt: vtique iis attractio committenda fuit fibris, quæ celetrimè valentissiméque vasa constringerent, rectis nimirum.

Per vniuersam enim vasorum longitudinem productæ, si in vniuersa ea simul contrahantur, vasa etiam vniuersa simul contrahant: & contrahant sese, si (quæ facta videntur) vasorum orificia firmo stabilique & benè angusto, seu quod in angustum agi possit affixa sint principio, à quo scilicet quauis attracta vi abstrahi non possint, & in quo & vasa & fibræ in vnum cogantur. Siquidem angusto firmóque facto vasorum orificio, vbi ab ingestis tebus quæ subsequitur illorum pars distenditor amplificatúrque, si fibrarum ei intertextæ partes & subsequentes amplius (quæ vasis aut nihil dum aut non adeò distentis nihil prorsus aut non adeò à seipsis diductæ sunt) valenter ab inexistente spiritu in longum rectúmque protrahantur, sese illæ contrahant, in eadémque omnino à seipsis fiant distantia, in qua in principio & subsequentes à seipsis distant, itaque & tumefactam vasis partem constringant, inexistentésque ei res comprimant protrudántque oportet. At verò, quia rectis vt attrahat spiritus fibris, firmo (vt visum est) angustóque affigenda sunt principio, tum & vltra vas, in quod

attractio facienda est, si non fibræ, locus certè in quem spiritus progrediatur, præterea & facultas secum fibras protrahendi spiritui adsit, oportet: vbi horum quid abest, vtramque in partem rectis attractio fieri non potest.

Quæ igitur quoniam facienda omnino est, & quia insuper maximè necessaria attractio cùm sit, nequaquam vnis modò committenda fuit fibris, ne si quando fieri iis nequeat nutrimenti inopia pereat animal: transuersæ etiam vasis intertexendæ fuere, quæ veluti circulo con stringentes vtramque propellant in partem, in eámque omnino assiduè, quam inter, fibræque partem, quæ contrahitur, detrudendæ res interpositæ sunt. Languidè porrò hæ protrudunt. Neque enim, vt alteram in partem propellant, omnes simul, sed certæ earum portiones assiduè, eæque tantùm constringendæ sunt, quibus propellendæ res ea ex parte adhærent in quam ambigendæ sunt. Nam si omnes simul contrahantur, proindéque & vasa vniuersa simul constringantur, vel vtranque, vel nullam in partem fiat extrusio. Et quia (vt dictum est, quæ assumuntur attrahuntúrve, tandiù retinenda sunt dum in rem commodam agantur, partésque, à quibus confectæ sunt, iis exaturentur) obliquæ insuper intertexendæ fuere fibræ, quæ, quòd vndique vasa ambiunt, & vndique ea constringunt occludúntque, vel solæ quæ inexistunt retinent, at eò certè arctiùs robustiúsque, rectis etiam transuersisque opem ferentibus, vasa nimirùm & ipsis constringentibus occludentibúsque. Age verò, quò res in aperto magis ponatur, non satis fortè vniuersali explicatione manifestata, & digna omnino quæ manifestissima fiat, spiritum vasorum quorundam fibris insidentem, & cùm quæ diximus munera obeuntem, tum & corporis partes omnes & se etiam ipsum reficientem generantémque intueamur.

Caput XI.

Quomodo spiritus æsofagi, ventriculíque, & ventris fibris inexistens cibos in ventriculum attrahit, & in chilum ibi actos in ventrem demittit, & tenuiorem chili partem in iecur attrahit, crassiorem foras eiicit.

Oesophagus duplici constat tunica, rectis altera atque obliquis fibris intertexta, solis altera transuersis, & rectis transuersisque in ventriculum attrahit, è ventriculo contra transuersis modò eiicit. Quoniam enim circulo (vt diximus) hæ constringunt, vtramque in partem propellunt: at non rectæ itidem. Siquidem quòd ad extremam gulam delatus spiritus quò vlterius progrediatur non habet, vtique nec fibras è ventriculo gulam versus trahere potest is: veluti neque nos filum, quod nobis motis trahendum sit, si spatium, quo progrediamur desit. At è gula in ventriculum valentissimè attrahit spiritus: siquidem & fibræ, per quas vlterius feratur, supersunt, & breui è gula ad ventriculum tractæ spatio vehementer intenduntur. Nam quæ è longinquo trahuntur, & longæ omnino ipsæ sunt, non valdè intendi eæ possunt, quòd spiritus earum pondere grauatus languidè eas trahit, veluti & homines funes quos è longinquo attrahunt. Ventriculo itaque inexistens spiritus, & atræ bilis morsus sentiens, (quæ ventriculo inani, & nihil suppositam venam, quæ à splene ad illius os defertur, grauante, quasi per apertum iter ad illud fertur) fortè & ventriculi ipsius aresactionem principiens, nimis ipse in eo constrictus cibos appetit, quia scilicet internum nullum adest, quo quę molesta sunt reiiciat, externum quid, quo id operetur, expetere atque inquirere videtur.

Ad cibos itaque comparandos seipsum accingit comparatos assumit conteritque. Tum ore toto occluso constrictóque, & in extremam gulam vndique retracto, in eam illos coniicit. Denique rectis ea transuersisque fibris intensis constricta deorsum illos in ventriculũ detrudit, & ne in ventrem defluant infernum ventriculi os occludit, & fibris simul omnibus intensis vniuersum vndique ventriculum constringit: quò, si eorum contactu gaudet, vniuersus eo oblectetur: si molestiam quampiam is infert, quàm citissimè eius vim exuperet. Et iecinoris quidem præcipuè (vt dictum est) splenísque & pulmonis, & sanguinis præterea, qui venis arteriisque ventriculo intertextis inest, earúmque motus ope cibos cõficit: at & ipse etiam maximè opus adiuuat spiritus, copiosior post assumptos cibos cùm in ventriculum vniuersum, tùm verò in intertextas venas arteriasque influens, copiosiorem secũ adducens sanguinem, & validiùs eas commouens. Itaque ventriculo cibis oppresso frequentiores fiunt pulsus: est & vbi reliquæ algent partes, libénsque ab operationibus aliis cessat spiritus omnibus, & si quid aliud operari cogatur, minus bellè concoquit.

Confectos in ventriculo cibos, & in chilum (vt dictũ est) actos, quod ventriculi superest nutricationi, idem ipse spiritus obliquis fibris, quibus intensis ventriculi os occluserat, remissis id aperit, & rectis transuersisque ampliùs intensis. Itaque ventriculo ipso multò in angustius coacto constrictóque in intestina detrudit, è quibus quod chili in sanguinem verti est aptum, tenuissimas nimirum partes, miseraicas dictas venas, quæ ex intestinis in iecur feruntur, modò qui expositus est, constringens in iecur attrahit. Neque enim (vt itidem dictum est) bene crassi maximéque dissimilares cibi adeò verti in ventriculo potuere vt à iecinoris calore in sanguinem agi possint omnes. Neque igitur patens ex intestinis ad iecur facta est via, sed longè angustissima, & per quàm tenuissima tantum res deferri queant. Crassius quod superest, & quod incommodam inuertere desperet rem, eius pondere oppressus, & morsus etiam acrimonia ipse idem eiicit expellitque spiritus non intestinis tantùm quo dictum est modò constrictis, sed musculis etiam multis intestinis suppetias ferentibus, impellentibus nimirum detrudentibusque omnibus, ipso eos omnes commouente atque impellente spiritu.

Caput XII.

Quomodo e iecinore spiritus, splenis, venis, vesicaque fellea fibris inexistens, bilem hic amaram ille verò acidam attrahit, & cur vterque hos attrahit succos, quibúsve reficiatur rebus.

Attractum in iecur chilum, & in sanguinem ibi actum bilémque & amaram & acidam, ipse idem spiritus splenis, venis & vesicæ felleæ fibris inexistens hanc in splenem, in felleam illam vesicam attrahit, secretis (vt existimare licet) separatísque à seipsis in iecinore succis & acido ad splenis venam, amaro ad vesicam felleam confluxo. Felli porro spiritum inesse, & bilem non à vesica ipsa similitudinis ratione, sed à spiritu vesicę inexistente attrahi, satis fibræ declarant vesicæ intertextæ, quibus scilicet nullis, si per se attrahere satis sit, vesica donanda erat. Amarum autem succum vesicæ inexistens spiritus attrahit, quòd in longè ardentissima seminis parte ingenitus (ex huiusmodi enim constituta videtur vesica vniuersa) & ardens ipse amarúsque, amaritie oblectatur, & amara omninò reficiendus est euaporatione. Et qui etiam splenis inest venis acidum attrahit, quòd è seminis calida & ipse portione, & cuius sapor si gustetur acidus sit, eductus est spiritus, & venæ confectæ sunt, proindéque huiusmodi oblectetur reficiatúrque rebus oportet. Et è vaporibus vtrúmque refici è propriis elapsis succis existimandum omninò est. Nam & è felle & quouis è sanguine vapores elabi, & elapsos vesicam felleam, & arterias etiam ipsas subire, existimare óptimè licet, è tepidis fluoribus quibusuis vapores euolare, & vel densissimis in rebus factos exiis elabi iotuentibus.

Caput XIII.

Quomodo spiritus venarum fibris inexistens sanguinem in

nem in illas attrahit omnes, & in res agit, è quibus & ipse, & carnosum, neruosumque, & osseum genus reficitur souetúrque.

SANGVINEM bili vtraque expurgatum iecinoris venis inexistens spiritus, & in eam, quę per iecur diffusa est, & in reliquas attrahit omnes nusquam à se ipsis diuisas disiunctasque, sed ita sibi ipsis contiouas, vt vna videri queant, & amplior quidem alibi, angustior alibi, at vna omnino sunt omnes. Et nihilo in superiores quàm in inferiores portiones segnius attrahit, has, si in illlas agendus est, constringens comprimensque, proindeque hia inexistentem sanguinem veluti extrudēs & in illas propellens. Attrahit autem, quòd summopere eius contactu oblectatur. Itaque quòd venis inexistit vniuersis, in vniuersis eo frui vult. Præinexistente igitur assiduè singulis in portionibus in tenuiores acto res, iisque elapsis, nouus assiduè in singulas agendus est. In venam porro, quæ per iecur (vt dictum est) veluti disseminata est, tũ & in reliquas omnes, proindeque in singulas corporis partes sanguis agendus fuit, quòd tenuiores iecinoris singularumque partium in summam assiduè cum agantur tenuitatem, eaque elabatur omnis, & crassiores vel in fluorem liqueotur, vel in minutissima frustula & veluti in fuligines crassescant, assiduè omnino & iecur & singulæ corporis partes cùm immutentur corrumpantúrque: si animal seruandum, assiduè illæ omnes reficiendæ, & veluti nouæ faciendæ, & souēdæ etiam. Præterea & quòd augendæ sunt partes omnes: neque enim tantę maternis in vteris confici potuere, vt quæ singulis conficienda sunt operandáque, conficere operaríque possint.

Vno verò è sanguine refici augerique & foueri, & illę omnes & ipse etiam fibris inexistens potest spiritus, si (qood existimaudum est) qui è sanguine elabuntur vapores illas subeunt. Persimilis enim iecinoris carnisque sapor, proindéque & natura cùm sit, & iecur manifestè (vt dictum est) è sanguine à principio constitutum cùm sit, assiduéque è sanguine reficiatur, & modicum quid is in venis concoctus in semen cùm agatur, & venis omnino in quibusuis quæpiam ipsius portio in semē acta cũ spectetur (etenim albę viscosæq; res quas sãguini immistas videmus, manifestè semen sunt) quin amplius in venis ab earum motu proximarúmque partium calore concoctus, & in tenuitatem è qua (si venarum fibras ea subit) iis inexistens reficiatur spiritus, & quæ partes, quas attingit, foueat omnes, agi, & in fluores liquari possit, quin in carnosum neruosumque & osseum genus illapsi in ea singula concrescant, ambigere non licet prorsus. Minus etiam ne tenuissimi, at bene tamen dissimilares ij cum sint, ne vel in osseum cōcrescant genus, liquidissimas aquas fluoresque alios densissimaa in res, & ipsos etiam in lapides cōcrescere passim cùm intueamur. Venas porrò (quod dictum est) languidius quidem, at & ipsas arteriarum ritu per vices attolli, comprimique, & Galenus, & ipse etiam sensus paulò diligentius intuentes nos docet, & vel à nullo edoctis, nec intuitia id vnquam, existimare omnino liceat.

Siquidem maximè mobilis, maximéque tenuis spiritus cùm sit, & qui si moueri cesset, vel modicum quid comprimatur, molestia magna magnóque afficiatur malo, venarum eum fibris (angustis nimirum grauibúsque rebus, & quæ nullum ei spatium, in quo moueri queat, præbeant, penè & opprimant) inexistentem desidem in iis torpore existimare non licet, sed (quod in arteriis manifestè facere videtur) in illis etiam quem licet moliri motum, & quatenus licet quæ opprimant amoliri. Fibras itaque & venas eum amplificare subleuaréque maximè est rationi congruum. Minus autem harum quàm illarum amplificatio elatioque manifesta est, quòd illæ ita in se ipsas densatæ vnitæque & duræ omnino rigidæque sunt, vt quauis sui parte elatæ, vniuersæ simul eleuentur, venæ verò ita laxæ mollésque, vt singulæ ipsarum partes ab aliis veluti seiungi & in diuerso fieri situ queant: vt, si quidem & ipsæ fibrarum elationem sectentur, longè certè pigrius longéque sectentur languidius. Vtraque porrò veluti per vices amplificantur cōtrahuntúrque, quòd inexistens spiritus nec à contractis comprimi, nec amplificatas elatásque diu sustinere potest.

CAPVT XIIII.

Sanguis ad cor delatus, amplhisque ibi concoctus, & in easdem, in quas in venis agi visus est, in arteriis itidem actus res, eosdem præstat vsus, & spiritus amplius vniuersitatem in cerebri ventriculis inhabitantem reficit.

SANGVINEM porrò ad cor delatum, & à copiosiore robustioréque ipsius calore motuque insuper multo calidiorem multóque factum tenuiorem, & qui non venis amplius simplicibus laxisque sed arteriis continendus sit duplicibus, benéque densis, ipse idem spiritus illarum inexistens fibris in eam quæ in cor veluti retroflectitur, in eāque quæ in pulmonem fertur, tum & in reliquas agit omnes, nusquam à se ipsis diuisas disiunctásque, sed vnā existentes omnes. Assiduè porrò in vniuersis arteriis sanguinem exagitans spiritus in calidiores quidem tenuioresque, at in easdem (vt existimare licet) in quas in venis agere visus est, agit res, diuersos scilicet in fluores, & in tenuitatem spiritus naturæ benè proximam. Fluores verò singuli, & tenuitas etiam ipsa eosdē, quos fluores, tenuitásque in sanguine in venis contento ingenita præstare visa est, præstat vsus, hæc scilicet spiritum fibris inexistentem, si quidem eam subit, reficit, & carnosum neruosúmque genus souet omne: fluorum verò cor alius, pulmonémque, & reliquum carnosum neruosúmque, & osseum alius reficit genus. At tenuitas, quæ è plexu retiformi, è longissima nimirum angustissimaque, & in se ipsam in retis formam complicata arteria elabitur, cerebri ventriculos, quibus supposita ea est, subiens in iis inhabitantem spiritus vniuersitatem reficit nutritque.

Itaque immiouto spiritu, aliud nihil animali passo, frequentiores Galeni testimonio fiunt pulsus. Sui nimirum defectum percipiens spiritus frequentius eam arteriæ portionem, proindéque & reliquas commouet omnes, vt qua refici se sentit, copiosior ex ea elabatur euaporatio: sibi ipsi omnino timens trepidánsque spiritus, qua licet ratione sibi ipsi affert opem. Longam porrò, & in se ipsam complicatam angustissimámque eam arteriæ portionem (cuiusmodi facta est) oportuit. Neque enim euaporatio quanta, qualique ad tanti talisque spiritus refectionem opus est, è breui ampláque (è qua scilicet sanguis non satis exagitetur) educi, neque in angusto breuique loco, vel longa extendi, vel locari ampla queat. Itaque (quod factum est) constringi eam & in se ipsam complicari oportuit. At verò, quoniam assiduè carnosum neruosúmque, fortè & osseum etiam genus vniuersum (vt dictum est) corrumpitur, itaque ex vniuersis corruptarum partium reliquiæ, quæ in summā tenuitatem, cui ex vniuersis fortè egressus pateat, agi non potuere, extrudendæ, & vniuersa vt reficiantur, nō supremas modò ipsorum partea fluores attingant, sed vniuersa penitus subeant necesse est. Et osseum genus foraminibus quidem distinctum apparet, at bene densum durúmque est, vt partes, quæ foramina continent, ab illapsis fluoribus attingi, minimè verò & reliquas, quæ ab iis absunt, existimare liceat. Carnosum verò neruosumque genus molle quidem laxumque, at pori nulli iis inesse apparent, vel si insint, quòd magna omnino ipsorum portio continua sit, necesse est. Itaque modus, quo tenues quidē, at corporei fluores in illa omnia illabantur, obscurus omnino est. Rectè enim Aristoteles corpus à corpore penetrari non posse decernere videtur. Age illum inquiramus.

CAPVT XXXV.

Quomodo fluores, in quos sanguis seménque in venis ar-

terísque liquatur, ex iis elapsi in carnosum neruosúmque & osseum etiam genus illabantur.



CORPORA, quæ continua duráque, itaque densa sunt, vt quoduis si sese comprimant, nihil amplius in se densari, proindéque nihil alterum alteri cedere, nec vllum ei præbere queat locum, rectè ab horum altero penetrari permearíque alterum Aristoteles pernegat. At si horum alterum molliri laxarique & aperiri omnino quid possit, & emolliendi laxandique & aperiendi facultate donatum sit alterum, prætereáque & tenue minutúmque, vt quos in illo meatus assiduè facit subire eos queat: quin hoc illud subeat permeétque tandem, nunquam (reor) Aristoteles neget, ipse præsertim carnes neruósque ipsos, & animalium etiam pelles, benéque eas crassas densásque, & ligna etiam aquis tepidiusculis præsertim indita penitus madefieri vniuersa, & in ampliorem expandi molem, intuitus.

Itaque quoniam carnosum neruosúmque genus, si quidem continuum, non certè adeo densum durúmque est, vt nihil amplius in seipsum densari possit, & lapidũ ferríque ritu ingruentibus rebus quibuluis renitatur nihilque iis cedat, nec laxari quid appetirique ab iis se sinat, sed sui natura molle est laxúmque, & in angustius cogi, proindéque subeuntibus rebus locum præbere potest, & fluores, qui è venis arteriísque elabuntur (quòd aqua scilicet, vt existimare licet, tenuiores calidiorésq; & magis etiam viscosi glisceríque sunt, proindéque rebus, quas attingunt, magis inhærent magísque afiguntur) molliri laxaríque, & aperire omnino magis, & porò quemuis subire magis quàm aqua apti sunt, & excrementa, quæ è genere vtroque excernenda sunt, vel liquida & ipsa vel longè minutissima sunt, & fluores ab aliis assiduè è vasis effluentibus impelluntur, & illa à rebus quibus insunt adhæréntve assiduè extruduntur: ambigere vtique non licet, quin illi non carnosum modo neruosúmque, sed osseum etiam genus penitus subeant permeéntque vniuersum, & hæc vtroque è genere extrudantur vniuersa.

Nam & si osseum genus densius duriúsque apparet, quàm vt vllis à fluoribus molliri laxarique proindéque & permeari possit, quoniam (vt existimari licet) non perpetuo sed dum mollius est nutritur, & interioræ ossium partes, quæ fluoribus subeundæ permeandæq; sunt (è pinguedine enim, qua cauitas, quæ in eorum medio est, referta apparet, nutriri videntur) non adeò atque externæ duræ densæque sunt, sed ea dispositione donata videri possunt quam fluor quispiam permeet tandem, nulláque ipsorum portio longè foraminibus, quibus distincta est, procul abest, proindeque breuis ipsorum portio fluoribus permeanda est: vtique & ipsum vniuersum à fluore subiri existimare licet. Itaque (quod dictum est) vno è sanguine, at quapiam eius portione in semen acto, tum vtroque diuersos in fluores fuso, & modo, qui dictus est, in carnosum iis neruosúmque & osseum illapsis genus, ea singula nutriri augetique liquido patet. Etenim eodem prorsus modo quo partes nutriuntur augentur etiam. vbi copiosiùs nutriuntur quàm corrumpuntur, vbi scilicet quod apponitur nutrimentum portionũ, quæ ex iis interea defluxit, exuperat. At age, quoniam non perpetuo augetur animal, nec dum augetur æquè perpetuò augetur, incrementi discrimina ante oculos ponamus, tum horum & illius cessationis causam inquiramus.

CAPVT XVI.

Cur non perpetuo, & dum augetur non æquè animal augetur.



VONIAM fœtus dum vtero inest longè maximum, & nuper in lucem editus magnum omninò, at mox minus assiduè, & nullum tandẽ suscipit incrementum, itaque tantulus conceptus nouem mensium spatio in benè grandem excrescit fœtum, & in lucem is editus, magnitudinis, quæ ei debetur, medietatem alteram annorum trium, alteram vero quindecim, aut plurium etiam spatio adipiscitur, tum nihil ampliùs augetur, quin imminui tandem videtur, & discriminum horum omnium causa diuersæ sanguinis, è quo scilicet partes singulæ nutriuntur, naturæ dispositionique, & harum diuersitas diuersis iecinoris, à quo sanguis conficitur, propriísque conditionibus donatur omnibus, necessariò attribuenda est viribus: vtiq; illa vt innotescat, infantilis puerilisque & senilis iecinoris natura, & sanguinis conditiones inspiciendæ sunt omnes. Neq; enim ambigere licet quin eas omnes iecinoris illi indiderit natura, minus etiam ne incrementis excessus iis, quæ infantili puerilique, defectus verò iis attribuendus sit conditionibus, quæ senili sanguini inesse visæ sunt. At eò certè minùs, si sanguinem, è quo copiosissimè animal nutriri rationi congruum visum fuerit, iis quæ infantili puerilique insunt sanguini donatum esse oportere visum sit, & quæ senili insunt, contrariæ his diuersæve appareant.

Age igitur quæ dicta sunt intueamur omnia. Infantile puerileque iecur quoniam mollissimum, eiusque sapor dulcis aut subpinguis, parum omninò à carnis sapore differens, & color puniceus quidem, at ad album magis quàm ad nigrum vergens, & importatum chilum in sanguinẽ agit benè liquidum benéque purum (vt videtur) proindéq; & benè similarem, & eodem quo iecur sapore donatum coloréque, senile contrà, quòd crassum est durúmque, & salsum amarúmve & nigrum, chilúmque in huiusmodi agit sanguinem: vtique exili illud blandóque, hoc verò copioso vehementique calore donatum esse existimandum est. Propterea enim molle illud est, & ipsius color non longè ab albo dissidet, quòd calor languidior est quàm vt molliores tenuiorésque propriç molis importatique chili partes in tenuitatem agat, quam euehere queat. Et propterea dulcis est ipsius, & sanguinis, quem conficit, sapor, quòd qualis dictum est, vtrique inest calor. Senile verò crassum est durúmque, & nigrum salsúmque, & chilum in huiusmodi agit sanguinem, quòd copiosus vehemensque ipsius calor molliores tenuiorésque propriæ molis & importati chili partes in summam agit tenuitatem eámque educit omnem, & qualis quantúsque propriæ inest moli, talem tãtúmque sese sanguini, quem conficit, copiosum scilicet vehementémque indit.

Neque enim, quòd inexistentis caloris portio quæpiam facta in tenuitate assiduè elabitur, imminuitur is quin assiduè augetur. Sui enim ipsius ferax calor, & summo sese amplificandi, & in materiam omnem effundendi appetitu incensus & facultate donatus, assiduè sese generat amplificátque, & in proximam effundit molem. Itaque quam nihil explicare expandetéque potest, copiosius in ea fiat oportet. Eiusmodi porrò sanguinem, cuiusmodi infantilis est puerilisque, bene scilicet liquidum, & non quidem vniuersum penitus similarem (si quidem carnosum quidem præcipuè, at non vnũ ipsum, sed neruosum etiam osseúmque nutriendum est genus) sed singulas eius portiones, quæ singula in genera agendç sunt, bene sibi ipsis similes, & singulas, & eam præsertim, quç in carnem agenda est, calore perblando, & carnis calori persimili donatum oportere esse summè est rationi congruum. Nisi etiam bene liquidæ eæ sint omnes, nequaquam in fluores liquentur, quibus è venis arteriísque exitus, & in res in quas agendi ij sunt ingressus pateat: etsi dissimilares sint, nequaquam vniuersæ in vnum eúmque omnino liquentur fluorem, qui in rem, in quam agendus est, concrescat, sed in longe diuersus, & quorum reliqui inutiles sint, molestique. Et si quæ præsertim in carnes agenda est, paulò robustiore & a carniũ diuerso donata sit calore, siquidem in carnes concrescat, longè ægrius concrescat, quiduis certè eas viribus si exuperet, in alias omnino concrescat res, & quæ illius molestæ sint noxiæque.

Itaque quoniam & sensus & ratio itidem manifestat, propterea infantilem puerilémque sanguinẽ ad animal nutriendum aptissimum, senile verò ineptissimum esse, quòd benè ille liquidus, benéque similaris & moderatè

calidus

calidus est, hic verò crassus dissimilarisque & longè calidior, & propterea talem vtrumque esse, quòd infantile puerileque iecur exili blandoque, senile verò copioso vehementique donatum est calore: statuere vtique licet, propterea conceptum adeò breui temporis spatio tantùm in vtero excrescere in fœtum, quòd menstruus sanguis, quo fœtus nutritur, affatim in dudum effotmatum confluit iecur & exilissimus blandissimusq; huius calor nihil magis liquidiores quàm corpulentiores illius fundens partes, in vnum benéque eum liquidum beneq; similarem vtrasque agit fluorem. Et propterea fœtus in lucem editus, si non tantum, at magnum omnino suscipit incrementum, quòd nulla dum aut permodica spoliatum iecur tenuitate mollissimum adhuc, proindéque & exilissimus est ipsius calor, & qui nec lactis, nec aliorum (si qui alij assumpti sunt cibi) nec chili etiam ipsius, dum in ventriculo illos & hunc in sanguinem agit molliores partes in tenuitatem agere possit, sed æquè illos & hunc fundens, vniuersum in chilum illos omnes, & vniuersum hunc in sanguinem agit bene liquidum benéque similarem, qui omnino vniuersus carnosi neruosique & ossei generis nutritioni bonus sit commodúsque.

Propterea iuniorum corpora minùs assiduè, & nihil tandem augentur, quòd ampliore assiduè molliciei copia spoliatum quàm auctum iecur, proindeque densius ipsum assiduè duriusque, & copiosior vehementiórque ipsius calor factus, ciborum is & chili amplius ex iis cõfecti copiosiorem molliciei portionem in summam agit tenuitatem, itaque non liquidum purúmque in sanguinem, & qui vniuersus dicta in genera agi possit, sed in impurum omnino, & cuius portio quæpiam crassior sit calidiorque, quàm vt ex ea refici illa queant. Itaque corpora, nihil copiosius refecta quàm corrupta, nihil amplius augentur. Et extrema in senectute imminui etiam videntur, quòd iecinore densissimo tandem, proindéque eius calore copiosissimo facto, crassissimus impurissimúsque fit sanguis, & cuius permodica portio partium nutritioni bona sit: quæ igitur parcius nutritæ, quàm corruptæ, imminuantur oportet.

Et, vt dictum est, ita euenire omnia, non scilicet sanguinem quemuis, sed liquidum modò dulcémque animalis nutritioni aptum esse, proindeque eò magis minúsque id augeri, quò iecur mollius laxiúsque, vel durius, densiúsque, & eius calor exilior languidiórque, vel copiosior robustiórque, proindeque magis minúsque molliores is chili sanguinísque partes attenuat in summámque agit tenuitatem; quò scilicet liquidior minúsque calidior crassiórue & calidior fiat sanguis; & omninò copiosius animal nutriri, proindéque maius suscipere incrementum, quò mollius & minus calidum sortitum sit iecur, & quò liquidiorem conficiat sanguinem; eóque verúmque minus, quò crassius calidiusque sit iecur, crassiorémque & calidiorem conficiat sanguinem, & crassius assiduè fieri iecur: si in iis quæ dicta sunt, satis conspectum non est, in animalibus quibusuis passim intueri licet. Iuniorum enim carnosiorumque iecur molle laxúmque, & minus ad nigrum vergens, dulcéque aut pingue, seniorum contrà macilentorumque crassum durúmque, & nigrum salsumque, vel amarum etiã intuearis gustésque. Et Galeni testimonio senum corpora biliosis, salsísque repleta sunt excremẽtis, iis nimirum sanguinis partibus, quæ quòd nimis crassæ calidæque sunt, nullam in corporis partium agi potuere.

Et manifestè propterea hominum corpora, qui boreales incolunt terras, magna albáque & mollia sunt, parua contra nigraque, & duriora eorum qui in meridionalibus degunt regionibus, quod languidissimus breuissimúsque ambiens calor permodicam in illis, in his contra diuturnus robustusq; mollitiem omnem in summam agit tenuitatem. Nec verò quoniam senum plerique deterius concoquere videntur, propterea imminutum in iis iecinoris calorem existimet quis: nihilo enim minus, quin magis fortè plus iusto eo aucto quàm imminuto prauæ in ventriculo cõcoctiones fiunt. Nam vehemens calor veluti entia reliqua, vel quę nõ valdè dissimili donata sunt dispositione, sic & cibos non eadem vniuersos immutat ratione. Non scilicet ille vniuersos in ens agit, quod ita à se ipso dissideat, veluti & cibi è quibus conficitur, sed molliores partes nullo propemodum temporis momento, multóque omnino prius in fluores & in summam etiam agit tenuitatem quàm duriores emolliat, itaque quo temporis spatio longè illas molliores, nihil duriores minus duras, quin duriores interdum facit, inexistente mollicie spolians omni, quaa proin multo ægrius in chilum, in mollem scilicet fluidamque agat rem.

At imminutus calor, quòd paulatim lenteque agit, simul propemodum molliores in fluores, & duriores, si non fluidas & ipsas, ita certè molles laxasque facit, vt facti fluores penitus illas subeant penitúsque illis immisceantur, itaque ens ex vtrisque fiat, parum à se ipso diuersum, & bene omnino molle, quale lõgè promptius in chilum agatur vniuersum, & bene eum vniformem, & qui in liquidum dulcemque vniuersus agatur sanguinem. Nam quia è cibis fit, quorum partea aliæ duræ densæque, molles aliæ laxæque, in sanguinem illæ quidem concrescunt, at crassum salsumque & nigrum, hæ verò in bene liquidos beneque calidos, proindéque & salsos liquantur fluores, & qui nullam in corporis partem cõcrescere queant: quales hydropicis inesse videntur. Etenim ab exuperante calore, & qui (quod dictũ est) molliores ciborum partes in aquas fundat, illos fieri, inde intelligere licet, quòd hydropicorum nulla alij medicorum ope, at ij modò curantur, qui crassos durósque, & quos vel vehemens calor in aquam fundere nequeat: liquidas verò res, à quibus illi emolliãtur nullas prorsus, cibos omnino assumunt, qui, quòd iecinoribus viribus repugnant renituntúrque, illas veluti moderantur imminuuntque.

Itaque (quod dictum est) plus iusto auctus iecinoris calor citius fortè, at deterius certè quàm imminutus cibos concoquit, & senilis concoctionis vitium magis caloris excessui quàm defectui attribuendum videtur. Quòd si quidem & huic, non certè eius, qui à iecinore aduenit, sed eius caloris imbecillitati tribuendus est, quem pinguedo iecinori superposita in ipsum effundit, à quo summopere ciborum concoctio adiuuatur (quæ scilicet aresacta iam penè & assumpta, moltò exiliorem multóque languidiorem in ventriculum immittit calorem) & ventriculi insuper gracilitati. Neque enim bene iam aresacto benéque gracili facto, quatenus corpulẽto, ab appositis visceribus indi potest calor. Ac vnde digressi sumus redeamus: suo enim hæc, si licuerit, amplius explicabuntur loco.

Capvt XVII.

Cur eadem partium singularum, itaque & animalis vniuersi remanet forma, & illarum nullam eandem remanere augerique. Itaque partium incrementum in similes at grandiores immutationem videri posse.

QVANTVMVIS porrò magnę dissimilaresq; corporis partes, è quibus animal constare videtur, caput, brachia, manusque, & reliquæ, corpúsque ipsum vniuersum incremẽtum capiat, nihil tamen nec illarum nec huius figura immutari videtur, sed eadem perpetuo remanet, quòd fluores singuli res, in quas concrescunt, è quibus illæ componuntur, quæ in ipsas primùm concreuere ratione, eadẽ perpetuo ipsas subeunt, & in ipsas concrescunt. Itaque eadem eæ, qua confectæ sunt, auctæ etiam ratione, propptereaque eandem cùm retineant figuram, & quæ ex ipsis componuntur partes, proindéque & corpus vniuersum, quam à principio sortitum est, eandem perpetuo figuram retineat oportet. Itaque si (vt Aristoteli placet) ea modo animalis pars augetur, quæ nunquam corrumpitur, sed eadem perpetuo remanet, si non & osseum etiam genus, quin crassior modò eius portio, externa tantùm forma augetur. Nam interna & propria corporis

substantia assiduè cum materia, cui insidet, corrumpitur, assiduéq; alia in corruptæ locum succedit: quin ipsa partium singularum corporísque vniuersi forma naturáque proprius nimirùm illarum huiusque calor assiduè & singulas illas & vniuersum hoc immutat, in aliudque assiduè agit ens. Nec immobilis scilicet (vt superius expositum est) torpere, nec comprimi sustinens calor materiam, cui insidet, quam euehere nequeat, & à qua quiduis comprimatur, quam omnino non summa donauit tenuitate, leuem vt eam faciat laxámque, assiduè attenuat, nullamque eam attenuandi finem facit, donec adeo tenuē leuemque fecerit, nihil vt ab ea comprimatur nullóque eam euehat labore.

Itaque (quod dictum est) proprius entium calor (nisi adeo ea densa duráque sint, adeóque ipse langueat, nihil vt illa ipse emollire attenuareque possit) assidue ea immutat omnia, & si non vniuersa, at quam licet ipsorum portionem in summam agit tenuitatem, in eaque è singulis ipse euolat. Itaque (vt dictum est) crassint fortè ossium portio reliquarum animalis partium nulla prorsus eadem remanet: vt si rem in animali augeri statuendum sit, quæ eadem perpetuo remaneat, osseum eam genus aut externam formam esse statuendum sit omnino. At verò, quòd pars, qua aucta partes reliquæ augeantur omnes, (id enim, qui quod augetur, id perpetuò remanere oportere ponunt, manifestè ponunt) reliquarum omnium princeps ea, & veluti vniuersitas quædam sit, & reliquas omnes contineat, ab ea omnino omnes dependeant oportet: vtique nec osseum eam genus, minus etiam externam formam esse statuere licet. Siquidem hæc veluti ex accidente quodam partibus corporis accidere, & veluti accidens quoddam esse videtur: illud nec idem prorsus, quod à principio constitutum est, permanet, sed certum vsque ad tempus ipsius dispositio, proindeque & naturæ robur naturáque ipsa assiduè immutatur, & longè ignobilissimum est & veluti demortuum, nihilque aliud præstat omnino, nisi quòd res, quę animal constituunt, veluti sustinet fulcitque.

Quoniam igitur res quę eadem permanens augeatur, ab eiusque incremento partium reliquarum incrementum dependeat, nulla animalia corpori inest: vtique si eius incrementum vniuersi ipsius immutationem, at non aliam in naturam, aliúdve in ens, sed maiorem modo in molem esse statuamus, incusandi fortè non simus. Nam si (vt dictum est) assiduè partes singulæ corrumpuntur, in aliasque aguntur res, quoniam dum eæ corrumpuntur, ex illapsis fluoribus aliæ, adeóque iis similes fiūt, vt ipsæ eædem videri queant: liceat vtique partes, quæ assiduè in corruptarum locum succedunt, easdem iis ponere: id quod & flammis, quæ assiduè fiunt, tribuimus. Flammæ enim nullo propemodum temporis momento eædem cùm seruentur, sed quæuis vix facta in summam, proindeque & inuisilem tenuitatem cùm agatur sursumque efferatur, quòd priusquam in illam agatur accedentem materiam in sui similem agit, eadem perpetuò remanere videtur.

Capvt XVIII.

Cur animal in masculum fœminámque diuidendum fuit.

At quoniam nullis naturæ artibus adeò seruari animal potuit, vt æternum vel diuturnum saltem fieret, assiduè & ab ambiētis & à proprio amplius calore imminutum: si seruādum, organis facultatéque seipsum generādi & veluti nonū faciendi donandum fuit, longéque vtrísque dissimillimis, & quæ animali vni dari non possunt. Neque enim animal idē (quæ ad fœtum constituendū maximè necessaria videntur) semen cōficiat spiritu, aut re spiritui proxima plenū, adeóque viscosum compactumq;, vt ingenitum spiritū retinere & veluti coercere, & in bene duros benéque densos neruos ossaq; compingi queat, & fœtum etiam gerat atque alat. Illud enim vt possit, magno opus habet calore, qui vbi adest, superfluitas humiditasq; ibi adesse multa nō potest, maximè ad fœtum nutriendum necessaria. Non siquidē è proprio parentis alimento nutriendus is erat: periret enim, aut summo certè animal quodq; afficiatur incōmodo, proprio nutrimēto ablato. Et quoniā insuper tum gestationis tēpore tum partus, tum etiā educationis, plurimi labores plurimæque perferandæ erāt molestiæ, & quæ ne victuā rebusq; aliis quæ ad vitā conseruandam necessariæ sunt cōparandis vacare prohibeat: vtriq; veluti in duo animal quodque (quo factū videtur modo) secandū fuit, & propria vtriq; assignanda munera, & ad illa obeunda vis dāda, atque organa, & ea omnino, quæ data videntur.

Liceat verò in hominibus intueri ea, nō multo modò nobis magis manifesta, sed per se etiā distincta magis. Masculo igitur, (cui semen quale dictum est conficiendum erat, & in fœminam emittendum, alimentáque & sibi & fœminæ etiam in gerēda nutriendáque prole occupatæ & proli ipsi comparanda, & propterea labores multi multáq; substinenda erant incommoda, nec cęterorum modò animalium, sed prauorum in primis hominum propulsandæ erant iniuriæ) magnus est datus calor, qui & mēbrum genitale foras propellat, & sanguinem multum benéque omnem cōpactum conficiat, & è quo semen corpusq; vniuersum bene densum, benéque firmum constitui, & plurimus beneque calidus spiritus educi queat. Corpus nimirum ad labores omnes omnesque ambientis vires perferendas aptum dādum illi fuit, & inuictus intrepidúsque animus, alacerque ad pericula omnia subeunda, ne damno iniuriaue afficiatur.

Fœminæ autem, (cui masculinum semen suscipiendū erat & spiritus quidem in eo absoluendus, esto & ingenerandus, at nequaquam educendus tamen, & gerenda nutriendaque proles, & vita sub tecto agenda, rerúmque à masculo importatarum cura habenda, & oblectandus reficiendúsque omnino masculus externis laboribus molestiisque, & contemplatione defatigatus) languens inditus est calor, qui neque genitale vas foras propellere, nec é semine spiritum educere queat, & qui appositos cibos in fluidum aquosumque sanguinem inuertat, & cuius etiam pars eiicienda omnino sit, inepta in carnes crassescere, qua igitur nullo aut perexiguo fœminæ incommodo fœtus nutriri possit, è proba verò vtilique corpus constituatur mole, humidúmque & læue, grabumque, & spiritus perexiguus miniméque ardens educatur. Infirmum scilicet inutilique succo redundans, at politum elegansque corpus tribuendum fuit, & mitis timidúsque animus, qualis ad rerum prolisque conseruationem, & masculi obsequium oblectamentumque aptus est.

Coeundi autem appetitus stimulúsque ingens vtrique, qualis datus videtur, dandus omnino fuit, & voluptas coeuntibus illa omnium, quas animal percipit, longè maxima, tum erga prolem vt proprium opus propriámque conseruationem incredibilis amor. Nisi enim tanto tamque assiduo stimulo, tantísque voluptatum illecebris vtrúmque ad generationem tractū foret, animalium omniū genera defecissent, opus alioquin laboriosum molestúmque negligētibus & fugientibus etiam omnibus.

Capvt XIX.

Cur membrum genitale & masculo, & fœmina, quale datum videtur, dandum fuit, quoque modo semen, & tanta cum voluptate tantaque emittunt vi.

In intimum porrò vterum semen immissurum masculinum pudendum (in quo scillicet fœtus gerendus fernandúsque erat, & ex vtero insuper fœmineum extracturum vterū itaque valentet confricaturum) non foras modò producendum fuit, sed bene longum crassumque & durum renitensque faciendum: non adeò tamen vt nihil omnino ipsum cedat vnquam. Huiusmodi enim si fit, si vterū nō disrumpat, summa certè afficiat molestia, nihil

certè

certè oblectet. Contrectari enim confricarique vterus vult, veluti & masculinum pudẽdum, at non à durissima nihilq; cedente re, veluti neque masculinum pudendũ. Non itaque ex osse constituẽdum fuit: eóque etiam minus, quòd nullus ossi spiritus, nec res spiritum continẽs indi poterat, indenda omninò. Nam & semen emittendum (quod à mobili omnino substantia faciendum est) & summa emittendum cum voluptate. Molestum etiam incommodúmque onos pudendum sit prominens sempérque erectum & durum. Quòd igitur quale factum est, tale omnino faciendum fuit, ibi videlicet modò vt intumesceret erigeretúrque & durum fieret reniténsq;, vbi coeundum erat: nihil alias porrectum, at demissum, humiléque penè & nihil prominens: è neruoso scilicet constituendum fuit corpore, quod è pubis ossibus enascitur, & seminis meatui incumbit, omníque vacuum est humore, & aliis neruis intertexendum arteriísque & venis, quæ spiritu sanguinéque vacuæ iaceant concidántque, tumescant erigantúrque, & duriores etiam fiant, benè illis refertæ: veluti vtres multo immisso aëre.

Influit verò in pudendum spiritus, secúmque (quo dictum est modo) sanguinem importat, & ad excernendũ semen accingitur, vel eius copia grauatus, vel acrimonia stimulatus, vel à voluptate potius, qua ab eius morsu afficitur, vehementiorem ad morsum illectus. Siquidem testibus astilibúsque nimio semine refertis, stimulo certè quodam at iocundo eo spiritus agitari videtur, vel rẽ intuens, aut conspectam iam recolens, cuius contactu confricationéque valdè oblectetur. Semen autem emittit, & in longum etiam summáque cum voluptate eiaculatur, quòd spiritus vasis, quibus semen inest, inexistẽs à voluptate illectus, quæ in pudendo vniuerso vterum confricante, simúlque ab eodem confricato, at extrema precipuè in parte plurimo spiritu, miniméque obtecto referta percipitur, vniuersus in eam conuolat, voluptate vt vniuersus fruatur. Vasa igitur, per quæ eò fertur, & per quæ meat, quo dictum est modo constringit: & lentè quidem primùm, is modò expellens, qui vasis semen continentibus inest, & à dicta modo tractus voluptate. At mox copiosior assiduè factus, spiritui vasis, per quæ semen fertur, inexistenti commistus, maximéque vniuersus feminis morsu oblectatus & morderi amplius appetens, veluti fugiens illud insectatur, vasáque multo constringit arctiùs.

Semen itaque magna exprimit vi (veluti nos aquam vtre valenter compresso constrictóque) & summa (vt diximus) cum voluptate, plurimus ipse, & nulla ferè intermedia re à semine benè iam concalefacto commorsus. Immobile porrò, & veluti demortuum in seminis emissione fit animal, quòd à voluptate, quæ summa in extremo pudendo fit & percipitur, illectus spiritus è reliquis corporis partibus in illam confluit vniuersus: itaque spiritu reliquæ destitutæ, motu etiam vitáque destituuntur. Et crebro à coitu animalium omnium imminuitur robur, quòd è concalefacto adapertóque pudendo plurimus elabitur spiritus. Eodem & vterus modo semen emittit, & minore quidem à minus eo calido minúsque mordaci voluptate afficitur.

Capvt XX.

Cur non mulier quæuis, & cuiuis commista viro, nec vsquequaque concipit, & igneum calorem ab animalium Solisque calore diuersum non esse.

Non igitur mulier quæuis concipit, & quæ concipit, non viro cuiuis commista, nec vsquequaque concipit, sed ibi tantùm vbi spiritus semini ingeneratur, miniméque inde educitur, & vbi is vnde sanguinem hauriat habet. Non igitur vbi nimia confricatione nimiáque seminis admissione veluti exaturatus est vterus, alioue incommodo affectus, aut vbi quod immistum est semen aquæ instar nullũ sui sensum vtero facit, vbi omninò vterus, quacunque id eueniat occasione, semen non complectitur retinétque, seu scilicet quòd nimis fluxile nimísque liquidum idest, vel quòd nimis leuia nimísque lubricus est vterus, seu quòd iam diù effluxis menstruis, venarum arteriarúmq; ad vterum pertinentium ostiola, quibus præcipuè semẽ affigi videtur, penitus occlusa sunt, itaque vna eadémque vteri totius facta est superficies, & læuissima omnis: quacunque demum occasione vtero semen adhærere affigíque non potest, vel si affigatur, at venarum, arteriarúmque ostiolis occlusis, sanguis ex illis nullus educi queat, neque vbi adeo languet vteri calor, & spiritum in semine ingenerare impotens sit, aut non adeò conpingitur crassescítque semen, vt ingenitum spiritum retineat coerceátque, seu seminis id seu vteri vitio eueniat, & minus etiam, vbi nimius vteri calor, quem semini ingenerat spiritum, nimia donat tenuitate, vel elabenti exitum patefacit, educit omnino eum.

Non igitur ad animalium plantarúmque generationem ineptus est ignis, quòd eius calor ab animalium & à cælesti calore diuersus sit, sed quòd nimis est vehemẽs, & qui è quacunque re spiritum, quem ingenerat, educit omnem, & minus tenuem eum faciens, & latum ei egressum apetiens patefaciénsque: quæ vbi vel animaliũ vteri, vel ipse facit Sol, & ipsa animalia generant nulla. At ignis contra moderatis vbi agit viribus, quibus videlicet spiritum, quem ingenerat, non educit, & ipse animalia generat, veluti & Sol. Itaque quantumuis sæuientibus frigoribus, & Sole è moto quantumuis, in locis blande ab igne calefactis, nihilò ferè minus animalia sponte enascuntur quàm vbi ipse agit Sol: & ex ouis etiam pulli oriuntur, si leniter blandéque calefiant, tantũmodo videlicet, vt spiritus ingeneretur, at nullus elabẽti egressus fiat, sed retineatur ibi & coerceatur. Et cypriis in fornacibus, à longè scilicet ardentissimo igne, pyraustæ constitui videntur, summus videlicet modo diuturnúsque calor in densissimo ære spiritum ingeneret, at neque is è crassissima maximéque viscosa re educat illum. Intereunt autem illæ ab igne amotæ, quòd non ampliùs calefactum æs durescit densatúrque, & inexistentem spiritum comprimit. Insecta certè aquæ immersa penitúsque demortua, spiritu scilicet interempto, at nequaquam corpore etiam corrupto deprauatóque, si igni admoueas, vel calidiore obtegas cinere, rursus reuiuiscere videas, in elapsi nimirum interemptique locum alio ab ignis cineríque calore ingenito spiritu. Quin & aliis etiam animalibus idem euenire passim intueri licet.

Quoniam igitur igneus etiam, vbi moderatus est, animalia & ipse, veluti Solis animaliúmque calor, generat, & quæ ab hoc constituta sunt seruat ille fouétque ac viuificat, & immoderatus animalium Solísque calor ad animalium generationem nihilominùs quàm igneus ineptus apparet: quin hic illi cognatus similísque & idẽ omnino sit, & quin propterea vt ille animalia non generet, quòd è proximo agens vehementius agit quàm vt animal constituatur, agendum foret, & quin si qua oportet ratione ipsius actio moderetur, animalia & ipse plãtásque, & alia quæ à Sole fiunt, generet omnia, nulli quidem, at Aristoteli omnium minimè dubitare licet: cui (vt visum est) spiritus in humido ingenitus retentúsque in eo, animal videtur, neque enim Sole minus in humido quouis ignis illum generat, sed vehementius agens educit illũ, retinendum omnino coercendúmque, si constituendum est animal: & cui insuper qui à cælo, & ab ipso fit calor Sole, nequaquam à cæli Solísque emanat substantia, at id modò præstat Sol, quò ignem aerémque cõmouet, conteritque, & illius partes disgregat detruditq. Qui enim cõmotu in igne fieri, & ab ipso huc igne deferri visus calor, ab igneo is atque elementari diuersus videri potest? At eò redeamus, vnde digressi sumus, & modus, quo animalia, quæ non è semine neque à simili, sed è terra ipsa oriri videntur, vel satis ex iis, quæ dicta sunt patefactus, amplius etiam manifestetur.

Capvt XXI.

Quomodo animalia, quæ sponte oriuntur, constituuntur.

VONIAM longè robustißimus Sol terram non in entia modò, quæ terræ Solique media, sed in ea itidem quæ Soli benè proxima cognataque, & quæ eadem qua Sol natura eadémque donata sunt specie, in tenuißimos nimirũ calidißimosque vapores, & in ipsum etiam inuertit ignem, & supremæ terræ partes, vel quæ benè similares apparent, summopere sibi ipsis dißimiles sunt, & diuersa è tenuitate diuersâque è crassitie composiṭæ, vt entia declarant, quæ suprema præsertim in terra fiunt, quæ omnia diuersis è partibus constãt, quin & partes ipsæ diuersa donatæ sunt dispositione: ambigere vtique non licet quin Sol è terra animalia cõstituere queat, vel si longè diuersißimis ea è partibus & sibi ipsis penitùs cõmistis composita sint. At neque modus quo constituãtur ampliùs inquirendus videri posset, satis, vt existimo, superius conspectus. Neque enim dubium esse potest, quin ea rõe eoque & ipsa fiant modo, quo quæ è semine maternis in vteris constituuntur. At quòd è quibus fiunt res non æquè ac animaliũ semen & sanguis, nec vires à quibus cõstituuntur æquè ac vteri natura manifestæ nobis sunt, seorsum ipsorũ constitutionem intueri ne grauemur.

Vbi igitur quampiam terræ portionem, aut aliud ens quoduis ita Sol concionauit, iisq; in id ipse agit viribus, vt alias eius partes viscosum in fluorem, & qui animaliũ semini, in paulò liquidiorẽ alias, & qui sanguini similis sit, agat: neque horum alterum in altera materiæ parte, in altera alterum, & neutrum verè vnum eundéque vniuersum, sed vtromque materia in vniuersa, beneque vtrumque dißimilarẽ, & quorũ vterque sosus liquatúsque ampliùs in diuersos solutus fluores, & qui inexistẽte tenuitate spoliari proprias singuli cõcrescãt in res: vbi inquam huiosmodi parata est materia, cúmque ei indidit asiduéq; indit calorẽ Sol, qui (quod vterus facit) è molliore viscosi fluoris portione inexistentem tenuitatẽ educat omnem, itaque veluti in fistulã, canalémque quempiam eam agat, in crassiore spiritũ ingeneret quidem, & nequaquã ex vniuersa eum educat, sed ex extrema modò ipsius superficie, itaque ea cõstricta, qui in reliqua ingeneratur mole, nullum elabendi nactus egressum in ea retineatur coerceatúrq;, & qui liquidiorẽ magis fundat liquẽtque, & singulas eius partes ab aliis secernat, tũ & cõstringat etiam cõpingatque, tenuitatem, qua immista fluidi erãt, educens omnẽ: vbi omninò vteri caloris, quẽ materiæ Sol indidit, asiduéq; indit calor, seminis sanguinisque vicem ipsa præbet materia, si rectè congruant omnia, si s. ea tantaq; materia ita vbique cõcinnata adsit, quanta qualique ad singulas animalis partes constituendas est opus, tandiuque dictus Solis adest calor, quãdio, vt singulæ materiæ partes proprias in animalis partes agantur, adesse oportet: perfectũ diuturnumq; cõstituitur animal. At si horũ quid desit, aut etiam supersit, veluti abortus fit, aut mancum mutilumque, vel superfluis donatum partibus animal fit.

Iure igitur, vere præcipuè atque autumno, & in mollibus humidisque terris animalia exoriri apparent. Nam per hyemem, si viget frigus, spiritus ingenerari non potest, & si quidem ingeneratur viuitq;, at organis carens (quæ scilicet, quia mollia flexibiliaque esse oportet, rigida duraque è re fieri non possunt) statim pereat: si verò pluuiæ, qui ingeneratur spiritus statim è laxißima elabatur re. Per æstatem autem plurimus quidem ingeneratur spiritus, at retineri minimè potest, summo à calore longè factus tenuißimus, & terra ab eodem paßim scissa adapertaque, & qui retinetur spiritus organis is carẽs (quæ, vt dictum est, molliore omninò constituenda sunt è re) animal videri non potest at statim animal fiat, si re, (cui inest) emollita, organis donetur. Est itaque vbi cadentibus pluuiis nullo temporis momento ranæ exoriri videntur, vt cum pluuiis deferri videri posint. Neque igitur crassæ quæ sunt densæq; terræ emolliri nimirum lentæque & flexiles fieri ineptæ, ad animalium, molliũ præsertim, carnosorúmque constitutionem aptæ apparent. Minus etiam aquæ ipsæ, liquidæ præsertim tenuesq; quæ scilicet à calore nullo crassitiem assumere & ingenitum spiritum retinere aptæ sunt. Animal omninò vt constituatur, spiritus ingenerandus est retinendusq; nec is in maximè densa rigidaque, nec maximè laxa liquidáque, sed veluti harum illarumque media, & molli omninò flexibilique in re. Iure igitur non paßim & rata omninò fiunt animalia. Vt enim spiritus commoda aptaque ingeneretur retineaturque in re, & in tot taliaque agatur organa, quot qualibusque indiget, vt seipsum & ipsa etiam conseruet reficiatque organa, multa simul conueniant congruantque oportet: & siquid desit, vel non absoluitur (vt dictum est) sed veluti abortu facto interit animal, vel perficitur quidem, at non ita multò post interit, spiritu s. vel non satis retento defensoque; vel aptis carente organis.

CAPVT XXII.

Quæ constituta sunt animalia, optime constituta esse omnia, & quæ materiæ necessitate eueniunt, melioris gratia facta videri posse.

T quæ constituta sunt, ita sunt constituta omnia, vt meliùs constitui nulla potuerint ratione. Nihil, quod ad proprias edendas operationes, eaque quæ ad propriam spectant conseruationem operanda cõparandáve necessarium sit aut etiam commodum, cuipiam deest. At neque superest quicquã alicui, quod veluti onus non necessarium grauet: vt nunquam satis mirari queas conditoris nostri sapientiam, vel amare aut colere bonitatem. Illud certè & in aliis quidẽ eius operibus quibusuis, at in animaliũ præcipuè constructione omnẽ exuperat admirationẽ, quòd vbiuis quæ materiæ, vt aiunt, necesitate fiunt (quæ scilicet agentibus naturis iuxta proprium ingenium propriasque vires res immutantibus, proindéq; necessario fiũt, & mala incõmodáque apparẽt) cõsulto, & melioris gratia facta videantur, & fiunt omnino. Quod si forte in iis quæ ab arte fiunt interdũ euenit, tum verò artificem non laudibus, sed admiratione dignũ censemus, & veluti diuinum excolimus veneramur quippe qui sui ipsius sapientia adeò materiæ incommoda ac mala superarit, vt incommoda etiam ea & in bona verterit mutaritque.

Flexibile scilicet (vt dictum est) molleque animalis corpus cõstituendũ fuit, & partibus multis diuisum distinctumque, vt motibus multis moueri, & veluti in se ipsum circũuolui, & vel minutißima quæque & durißima apprehendere retinereque posit. At hæc molle factũ minime molliri, quin neque sibi ipsi constare nec se se continere queat, sed diffluat dilabaturq;, grauatũ præsertim quid aut renitens quid præmens. Durum igitur quid singulis animalium partibus, & animali omninò vniuerso indendum fuit, cui partes omnes & vniuersum omninò animal alligetur firmeturque: nec cõtinuum id tamen, sed paßim à se ipso diuisum, vt (quod maxime opus est) paßim & ipsum & quæ ipsi adnexa sunt flecti posint; ossa nimirum, & qualia facta sunt, indenda. Diuisa porrò à se ipsis seiunctaque ossa, nisi bene robustis vinculis sibi ipsis alligentur vnianturque, à se ipsis, commota præsertim agitataque, separentur diuellanturque: quin & si super se ipsis moueantur, dura iam facta aridaque, & ægrè moueantur & mutuo attritu maxime atterantur.

Re igitur flexibili ea quidem, at bene crassa opus fuit: qua sibi inuicem colligata, vel valentißime agitata cõmotaq;, & in oppositas acta partes, nihil tamen à se ipsis discludantur vnquam, sed perpetuo sibi ipsis cohæreant: & vnctuoso insuper quopiam, lubricoque inter ea locato, super quo facilè moueantur, & quod vtriusque ictus excipiens, ne se mutuo atterant, impedimento sit. Talia porrò (qualia esse oportere dictum est) vt fierent, dura nimirum & in multa diuisa, & quæ inter ipsa indenda fuere, vt inderentur, & ligamentis, quæ dicta sunt,

funt, vt sibi ipsis vincirentur, necessario factum est, & quin fieret vitari non poterat. Neque enim summè dissimilare summéque viscosum semen semel, aut iterum solutum, & tenuioribus à crassioribus partibus diuisis, & in neruosas membranosásque concretis res, ita tenuitate omni spoliari potuit, vt quæ relicta esset crassities penitus fundi ampliùs inepta, in durã omnis rem simul compingeretur crassesceretque.

Sed diuersis illa etiamnum prædita partibus, multáque omnino inexistente viscositate mollitieque, & quæ à fœtus atque vteri calore fundi ampliùs separarique posset, & necessario funderetur separareturque, at non tanta tamen quæ & ipsa in continuum quid simul omnis coire, aut longè ab ossibus ferri posset, paolatim itaque ex ossibus vniuersis emuncta, quæ è profundioribus eorum partibus educta est, in certas (vt existimare licet) eorum partes simul confluxit, ibique citius quàm crassities, è qua educta est, compingeretur, tenuioribus sui partibus spoliata seorsum ab ossibus in rem multò, quàm ossa sunt, minùs duram concreuit. Itaque non continua permansere ossa, sed passim diuisa, & inter ipsa viscosum id vnctuosumque confectum. Quæ verò ex externis ossibus effluxit, in res & ipsa concreuit firmas quidem, & bene crassas, at molles flexibilesque, quibus sibi ipsis connectuntur colliganturque ossa. Neque verò in singulis animalium partibus hæc conditoris nostri sapientia patefacienda est: singulas si intueare, in singulis illam elucere videas. Is nimirum Soli datus est calor, qui terram huiusmodi in cibos, isque animalibus, qui cibos in tot tamque dissidentes inuertere possit & necessario inuertat res, & quæ singulæ ad vniuersi corporis constructionem conseruationémque maximè necessaria sint.

Capvt XXIII.

Perfectiora animalia è terra à Sole immutata constitui non posse.

Perfectiora autem animalia, & ipsi præsertim homines quibus nimirum (vt sacræ nos docent litteræ, & humana etiam satis admonet ratio) diuina substantia & Dei ipsius opus vt propria forma indenda erat, quorum omnino corpus, & ipse ampliùs spiritus, quòd substantiæ à Deo creatæ vt proprium subiectum subeundum erat, multo omnino perfectiùs construendum fuit) nequaquam è terra & sub dio à Sole constitui potuere. Vt enim tot tamque diuersæ adeóque molles delicatæque res, & in quarum constitutione ne tantillum quidem peccandum sit, absoluantur seruenturque, & multo etiam magis vt spiritus ingeneretur minimeque educatur aut perdatur, & materia opus est bene diuque parata, & certo & perblando eo, perque moderato & diuturno summeque vniformi calore. Nam paulò vehementior factus molliorea corporis partes colliquet, aut summè arefaciat, & spiritum dubio procul educat, imminutus languidusque frigori & corpus & spiritum perdendum relinquat: vt abortus, qui vteri calore vel aucto vel imminuto passim fiunt, declarant. Perbreui igitur idem blandúsque & temperatus permanens Sol, sed assiduè vel robustior factus vehementiorque, vel languidior debiliórque, & dum permanet, non perpetuò lucens calefaciensque, sed æquali fere tempore sese abdens occultansque ea modò is animalia absoluere aptus videri potest, quæ ab eo constitui videntur, quæ scilicet neque è tam variis, neque è tam mollibus delicatisque constant partibus, & ad quæ absoluenda non adeò diuturno opus est calore. Neque vel imperfectiora quæ sunt animalia, profundiore in terra, cui idé propemodùm perpetuò inest calor, constitui videntur, quòd ipsa itidem terra, quin eadem vniuersa sit, parum abest, itaque quæ in ea fiunt entia bene sibi ipsis similia apparent. At ad animalium constitutionem re opus est sibi ipsi dissimili, & quæ veluti è tenuitate crassitieque, & bene vtraque diuersa composita sit.

Capvt XXIIII.

Vt plantarum constitutio innotescat, num ipsarum corporis vt propriæ materiæ, an vt tegumento organóque anima insit, inquirendum: & quibus inquirendum est in rebus.

Plantarvm constitutionem inspecturis (id quod animalium generationem inquirentibus factum est) num quæ vel omnium consensu illis etiam anima inest, eo insit pacto quo formæ omnes propriis materiis, an diuersa distinctaque à corpore, corpori & ipsa vt primo tegumento proprióque inexistat organo, inspiciendum. Fortè enim non adeò diuersis partibus, nec tot organis distinctæ plantæ, nec adeò varias adeóque manifestas edentes operationes, non satis ex iis, quibus animalium animam à corpore distinctam esse declaratum est, ex anima corporéque & ipsæ, vt è diuersis distinctisque rebus, compositæ videri possunt. Et ignotum id si sit, si scilicet rerum (è quibus compositæ sunt) natura manifesta non sit, nequaquam earum vel generatio vel ingenium innotescat vnquam: Id porrò non aliunde, at è plantarum compositione earúmque actionibus & passionibus, tum & è Sole, à quo, & è terra, à qua constituuntur, postremo & ex operationibus quas operantur, habendum omnino est. Si scilicet è diuersis rebus compositæ illæ videantur, & non eadem singulis agere, nec eadem pati, tum & ab eo modò Sole, à quo spiritus ingenerari & nequaquam educi possit, eaque modo è terra, quæ in rem agi queat mollem viscosamque, in qua videlicet & spiritus ingenerari, & ingenitus retineri coercerique, & quæ ab inexistente eo constringi dilatarique possit, constitui visæ fuerint, tum & operationes operari, quæ conspectarum corpora partium propriæ videri non possint: nequaquã à natura vnica cõstitutas esse, & earum corpori vt propriæ materiæ animam inhærere, existimare licet, sed necessario spiritus & ipsis indendus erit, qualis animalibus inditus est: operationes modò illi, quæ à plantis edi videntur, conueniant.

Capvt XXV.

Plantarum partes, actiones, passiones, operationésque à quo præcipue Sole, quaue è terra enascantur.

Plantæ è supremo cortice duro densoque, & ex alio ei supposito bene molli benéque flexibili, variisque intertexto fibris, tum è ligno bene crasso benéque duro constare videntur. Et non modò (quod animalia faciunt) semen conficere apparent, è quo ipsæ enascantur, sed quibosdam ramulis abscissis, & solo etiam cortice sese in aliis generare producereque, at non alia tamen parte quantumuis magna amplaque, cui cortex detractus sit. Et quantauis ligni parte abscissa viuere & fœtum edere, cortex modò circuncisus ne sit, vno verò cortice vel tãtillum, at circulo abscisso arescere interireque videntur omnes. Enascuntur autem à verno præcipue Sole, tum & ab autumnali, ab æstiuo nusquam, neque etiam ab hyberno, nisi vbi hic viget, languet ille. Et in terra pulcherrimè exoriuntur molli tenuique, in crassa duráque, in lapidosa nimirùm arenosaque nullæ omnino fiunt, nullæ etiam in nimis tenui nimisque humida, & quę non terra magis quam aqua videri possit, cuiusmodi lutum est, pertaræ perque breues in valde densa valdéque tenaci: & enatæ quæ sunt cõstitutæque succum exhaurire, & quæ superflua sunt noxiáque expellere eiicereque apparent.

CAPVT XXVI.

Plantarum corpori animam vt proprio tegumento organóque inesse, & spiritum esse illum paulo, quam qui animalibus inest, crassiorem.



VONIAM igitur è diuersis partibus constitutæ sunt plantæ, & diuersis illis diuersa agũt diuersáque patiuotur, nequaquam à natura vnica, ab inexisteute nimirum auima, vt earum forma constitutæ, neque vnum omninò videri possunt. Vna enim illa existens vnum modo constituat eos, & vnum modo id idémque vniuersum agat, vnúmqoe & idem patiatur, eo solo fortè interiecto discrimine quòd robustios ea sui agat parte, & ægrius quidem patiatur, at passum magis oblædatur, cui copiosior ipsa inexistit, crassiore nimirum densioréque: cæli more, quod vniuersum ab vno eodémque constitutum calore ea sui parte vehementiùs calefacit, qua sibi ipsi collectum cõspissatúmque est magis. Magis igitur ligno inciso quàm cortice intereaot plantæ, magísque ligno terræ aot plaotæ commisso, qoàm cortice illæ viuant, & se etiam ipsas coostitoant, sui scilicet loogè densiori copiosior inest quæ in plantis agit natura.

Et qoooiam nullæ ab eo sole plantæ constituuotur, à quo vel nõ ingeneratur spiritus, vel ingenitus edocitor, oullæque ea in terra, quę oon iu mollem viscosámqne & flexibilem agi qoeat rem, & quæ oon adeò compingatur crassescatque, vt elabentem spiritũ retinere queat coercetéque, sed ab eo illæ modò sole fiunt, à quo spiritus ingeneretur miniméq; educatur, eáque modò in terra, quæ in rem agatur mollem viscosámque, & in qua spiritus retineri coercerique, & quam constringere dilataréque inexisteos ipse possit spiritus, quoniam omnino alimẽtum illæ attrahere, quo non elabentes modò sui partes reficiantur, sed augeantor exerescántque & fœtus ferãt, quæ in propriam plantæ substantiã agi non potuere (cuiusmodi quæ lachrymæ gummíque dicuntur videri possunt) eiicere, operationes inquam operari videntur, quæ à benè modò sentiente benèque mobili, nec valde omnino ab ea, qoæ animalibus ioesse visa est, differẽte substantia edantur: aliam omnino substantiam à conspectis corporis partibus illis inesse existimandum est, & talem prorsus qualis animalibus inesse visa est, sensu nimirum benè exquisito præditam, & benè etiam mobilem, quæ illis inesistens & deficieotiam sentiat, & familiare ab alieno dignoscat, & quæ opus sunt, & vbi opus suut, attrahat, & molesta noxiáque eiiciat.

Et inesse omnino, nec vniuersæ tamẽ plantæ, sed sole cortici eiusque fibris, inde apertissimè intelligere licet, quòd vno (vt dictum est) cortice vel tantillum circoncisi arescunt plantæ intereuntque, via nimirum, qua nutrimeotum suggeritur, & substantia, quæ id attrahit, intercisa, & quòd solus cortex rei, vode nutrimentum hauriri queat, commistus non viuit modò, sed vniuersam etiam constiroit plantam. Vt vere secundus cortex, cui fibræ intertextæ sunt, planta videri possit, veluti animal neruosom in animalibus geuus, cui scilicet vt proprio tegumento proprióque organo spiritus inexistit. Primũ verò corticem superpositum esse existimandum est, vt secundum illum tueatur contegátque, ne ambientis viribus ille expositus, & ab exsuperantibus frigoribus & exsuperaotibus ab æstibus durescat rigeatque & inclusum spiritum opprimat, carnium itaqoe subire vicem. Et lignum inditum fuit, cui firmo, duróque veluti ossi hæreat cortex firmetúrque.

Id itaque modo ab animali differre plantam decernendum est, quod calidior illius tenuiórque spiritus calidiori etiã molliorique corpori inditus est, longéq; pluribus distiocto organis, quòd fortè lõgè pluribus vti sciat inexistens artifex, pluribus certè opus habeat: quibus & alia, qoæ ad eius conseruatiooẽ necessaria sunt, & cibos cõparet assumptósque in adeò remotam agat rem. Huius longè minùs calidus spiritus, longéque minus tenuis corpori itidẽ inditus est loogè minus calido, & crassiori duriorique, & longè porioribus distincto organis, & solis fortè fibris, plurious fortè vti nesciens, miniméque pluribus indigens, cui scilicet comparandũ uihil sit, sed appositum modò, & à Sole paratum iam concinnatúmque alimentum attrahendum, & modicum quid immutandum, siquidem non & ipsum magna ex parte à Sole factum est.

CAPVT XXVII.

Quomodo constituuntur plantæ.



VONIAM igitur eædem animalibos plantæ apparent, iisdémque è rebus & ab eodem constitui Sole, eodem omnioo, quo illæ, modo constitui existimaodum est. Satis itaqoe iu animalium generatione conspecta illarum cõstitutio, nihil ea ampliùs explicanda esset. At seorsom tamen & ipsa intueuda, & iu quibosdã ab illa differens, & quæ benè perspecta, eorũ quæ plãris eueniunt omnium causas manifestet. Et qooniam satis earum partes, è quibus cõpositæ suot, & Sol à quo, & terra etiam qua è constituontor, coospecta est: si enascentes modò plantas intueamot, aperta earom cõstitutio fiat. Enascentes, emergeotésque plantæ albæ omnes apparent reouésq;, & veluti aqua modicum quid crassa facta compactáque, tum & paulatim compingi omnes durescereque, & nigrescere ampliùs earum superficies. Mollis nimitum tenuisq; terra à blando moderatóque Sole longè mollior facta longéqoe teooior, proindéq; & alba in maiorémque acta molem, proptereaque maiore iodigens loco, & grauis quidem & quæ sponte sua deorsum delabatur, at oequaquam adeò tenuis, vt terram aquæ ritu subire qoeat, quaque versus diffunditur, sed io superiorem præcipuè partẽ, molliorem magísque apertam, & in plantã cõcrescit, è partibus quibos dictum est, compositam. Non ęqoè enim à Sole terra iouersa, nec eadem vniuersa donata tenuitate, dum ampliùs ab eodem funditur liquescitq;, quæ similia insunt eiusdémque substantiæ simul fundũtur, & io vnum confluunt omnia. Fortè igitur, quæ minus crassa inerãt, primum liquefacta in externam plantę effluxere superficiem: at maximè ibi Soli exposita, tenuitatéqoe exuta omni in corticem concreuere crassum nigrúmque.

Paolò crassiora paolò post fusa (minus itaque propria natura à sole pati apta, ab externo cortice contecta defensáqoe) non mollia modò remansere, sed spiritu etiam plena. Nam neque tenuitate omni spoliari potuere, & prius quàm interna absolueretur aptáqoe ad elabendũ fieret, coostricta illa fuere & viscosa facta, vt posteà ingenito spiritui egressus pateret uullus. Crassissima in imo, & veloti in medio retenta (summè itaque, & per se ipsa Soli repugnantia, maximéque defensa contectáque) à Sole immutantur longè languidissimo, tenuitate nimirum, at adeò lentè paulatímque spoliantur, vt uihil vnquam adeò constringantur, vt elabenti illi egressum aboegent, qoæ igitur partibus, qoæ amplios attenuari potuere, attenuatis elapsísque omuibus, beoè in seipsa densentur compinguntúrque, & benè dura fiant. Quæ sub terra remansere eodem modo ipsa & funduntur & concrescunt at minus à Sole passa, minúsque inexistente teouitatè spoliata, molliora remanent albioráque. Eadem qua terra, ratione plantarum itidem semen in plantam agitur, plantæ uaturæ longè proximiùs, quin & spiritu fortè, aut re spiritoi proxima refertum. Quoniam scilicet succus, quo plantæ nutriuntur, non longè ab earum abest natora, quio quadam teouitate exutus in plãtam concrescit, & ex eo manifestè fit semeu, vbi copiosior is, qoàm quo ad plantæ nutrimentum opus est, attrahitur, minimè retinetur, sed vt superfluus ad extremas plaotæ partes emittitur, & in iis amplius à Sole cõcoctus inexistentéque tenuitate spoliatus, io semeu cõcrescit, itaque plantæ rationes omnes semini insunt: vtique si à Sole eæ veluti excitẽtur, si scilicet semen à Sole fundator, factúsq; fluor modo, qui dictus est, cõpingatur, & spiritꝰ interea in eo absoluatur, nutrimẽtúq; quod

spiritus

spiritus attrahat, adsit, plāta è semine fiat, iis nimirum rebus restitutis absolutisve, quibus demptis, aut non absolutis, è planta aut plantæ proxima re in semen transfierat, è semine planta fit.

Vbi itaque non in præexistētis plantæ truncum stipitemque superabundans succus, sed è radicibus ipsius in aliam defertur partem, alia constituitur planta. Eodem etiam modo, quo plantæ cōstitutæ visæ sunt, eodémque è fluore nutriri etiam videntur. Molles scilicet laxasque in illarum radices illapsum fluorē, ampliúsque in iis à Solis & à proprio etiam calore fusum reliquis plantæ venis inexistens spiritus, eo propemodum modo è radicibus attrahit, quo maternis è venis fœtus venis insidens spiritus sanguinem attrahere visus est, & sanguinis itidem more in plātæ venis amplius fusus fluor, & ex iis exudās emissusue in omnes plantę partes diffunditur, in omnesque concrescit.

Capvt XXVIII.

Terram ipsam in ipsas agi plantas, minime in vapores actam prius, vt Peripateticis placere videtur.



EX quibus non è vaporibus à Sole è terra eductis, & à terræ postea frigore gelatis compactisque (vt Peripateticis placere videtur) plantas constitui, sed terrā ipsam in ipsas agi plantas liquido patet. Manifestè enim è seminibus (quibus, quæ in plantas agitur, terra similis facta est cognataque, & quorum omnino vicem ea subit) nō vapores, sed ipsæ exoriri videntur plantæ, & nequaquam ea in terra præcipuè constitui, in qua res vaporibus crassior ingenerari ægrè queat, non scilicet in maximè humidis maximéque mollibus, neque in aquis ipsis, minus etiam in longè crassissimis, sed veluti in harum illarumque mediis. At neque modum, quo vapores in plantas concrescant, minus etiam quo factæ constitutæque è vaporis nutriantur, quo nimirum è longè tenuissima re bene corpulenta, benéque crassa res fiat reficiaturque, intueri licet.

Capvt XXIX.

Quæ plantis enascentibus fœtumque procreantibus & occidentibus eueniunt.



EX iis itidem, quæ dicta sunt, non quæ enascentibus modò plātis, sed quæ fœtum etiam procreantibus occidentibúsque eueniant, exposita, & eorum causa manifestata videtur. At res vt vniuersa, quantum per nos fieri potest, aperta fiat, repetere ea omnia eorúmque causas ampliùs explicare non grauabimur. Vere (vt dictum est) plantæ enasci videntur omnes, & enatæ constitutæque valdè augeri, & grauidæ etiā fieri. Aestate grandiores nullæ quidē enasci apparent, at enatæ constitutæque augeri, humiles verò temporariæque arescere interireque omnes, nisi sub frigido cœlo, vel in summè humidis terris positæ sint. Autumno rursus paulò ac vere minus enascuntur augēturque quid, & quædam fœtum etiam reiterant interdum. Hyeme nec spōte sua vllæ oriuntur, nec quæ per autumnum exortæ sunt viuunt, nisi sub temperato calidóque cælo, sub quo nouæ etiam assiduè enascuntur, & quæ è semine eductę sunt, valentes nimirū robustæque viuunt quidē, at non augentur. Terra verò ea præcipuè in plantas agi videtur omnes, quæ tenuis est mollisque, at crassa duraque vel nihil prorsus, vel lōge ægerrime, & paulò minus quæ valdè densa est valdéque tenax, ægerrimè itidem quæ nimis humida est, & veluti ex aqua & terra composita. Et quæ in crassa & tenaci & viscosa fiunt plantæ, perbreues fiunt, at quarum fœtus, & quæ ipsa & sapore excellant & odore: grandiores contra, quæ in aquosis fiunt palustribúsque, at minùs sapidæ minúsque odoræ. Et denique in summis diuturnisque æstibus squaloribusque, & in summis etiam frigoribus summeq; pluuiis constitutionibus plantę interire omnes apparēt.

Capvt XXX.

Cur quæ plantis euenire visa sunt eueniant.



QVæ plantarum generationi & plantis ipsis euenire videntur, eorum omnium causa apertà manifestáque vt fiat, res ante oculos ponenda est, è qua constitui visæ sunt. Siquidem è quibus constituuntur entia, ex iisdem seruari augerique apparent. Quoniā igitur è tenui albáque re paulatim concreta, nec tenuitate omni exuta plantæ constitui visæ sunt, ab eo vtique Sole, & ea è terra & constituantur & seruentur augeanturque, & fœtum procreent oportet, à quo & è qua proba illa multáque educitur, & quo diximus modo concrescat: ibi verò seruentur tantùm, nō & augeantur etiā fœtúmque ferant: vbi tantā ea fit modo, quanta earum satis est nutricationis imminuantur & & intereant etiam, vbi minus ea aut nulla fit, vel facta prius quàm in plantam concrescat, aut plantæ eam attrahant, ampliùs attenuatur aut crassescit ampliùs, & multò etiam promptiùs, si quæ plantis inexistit tenuitas, vel educatur, vel cogatur constringaturque. Itaque iure vere præcipuè enascuntur, augentur, pubescunt, & grauidæ insuper fiunt. Blandissimus enim verni solis tepor talis omnino est, vt terram in huiusmodi agat rē, & qui ex externa modò eius parte tenuitatem educat omnem, in corticemque eam agat, & non & ex internis etiā ab externa contectis, & prius quàm quæ illis inest absoluatur elabaturque omnia, constricta hac & viscosa tenacíque facta: & terra ipsa in huiusmodi inuertitem nihil repugnat, mollior ab accedente iam Sole facta.

Iure etiam per æstatem grandiores diuturnæque satis magnum capiunt incrementum, at humiles temporariæque nullæ ampliùs exoriuntur, & enatæ intereunt omnes, nisi in frigidis benéque humidis terris. Robustus siquidem Sol multam quidem facit tenuitatem, aptamque quæ in plantas concrescat, at temporis momento in vapores eam attenuat, plantarum nutricationi penitùs ineptos. Neque igitur plantæ enasci possunt, neq; enatę nutriri, nisi quę è profundo attrahunt, & robustæ quæ sunt, factam tenuitatem fibris priùs attrahentes quam in vapores agantur, & in frigidis & bene humidis terris, quibus nimirum quę inest humiditas non adeò vniuersa attenuari potest, vt nulla eius portio in plātas cōcrescere possit. Iure itidem autumno humiles temporariæque paulò minùs quam vere enascuntur. Nam & eædem Solis vires, & eandem penè in terram agunt, tenuitate scilicet quam ęstiuus Sol ingenuit bene refertam & pluuiis madefactā: neque enim ante quàm talis fiat plantę enascuntur vllę. At breues immoderatique & longè inęqualissimi autumni nō tantum grandioribus suggerunt succum, quanto vt valdè augeantur fœtumque ferant opus habēt. Sed & iterum grauidę interdum fiunt, vbi præsertim diuturnus est autumnus, & plantæ nouæ terrę commissę paulò ac vere minùs feliciter viuunt. Iure etiam hyeme in temperatis mollibúsque at bene cultis terris & seruantur & enascuntur plantę: neque enim impotens ibi Sol mollem madentemque terram inuertere.

Et quę multùm subigitur multóque spargitur terra fimo, vel à lāguentissimo Sole pulcherrimè in plātas agitur, ad solis actionē excipiendā plantámq; emittendam multù aptior facta, & rei commista tenui calidáque. Et iure plantę nullę in longè crassissimis durissimisque, & in valde viscosis tenacibúsque terris, quę nimirùm & ęgerrimè attenuantur, & affluentem tenuitatem veluti retinent coercentque, via tenuissimę factę egressum demùm prębentes. Et iure quę in huiusmodi fiunt breues fiunt, at quarum fœtus (vt dictum est) & quę ipsę & sapore excellant & odore, è re constituta altæque diu à Sole cōcocta elaborataque magno nimirum donata calore. Et iure nullę in humidissima maximéq; lutosa terra. Non vnum enim existens lutum, sed è terra & aqua compositū, vbi non vniuersum simul attenuatur, aqua

primùm attenuatur, & sola dum inest, in longè sanè tenuiorem rem quàm vt in plantam concrescat. Quin si res in huiusmodi terra ingeneretur in plantam concrescere minimè inepta, emergere ex ea certè non posset, quæ scilicet nulla se se cõtinendi facultate donata, quãtumuis à se ipsa dimota separatáque, statim in se ipsam concidat, & germen molle adhuc fluidumque & ponderis nullius potens inflectat opprimatque, emergere omnino prohibeat: vt hac etiam ratione ad plantarum constitutionem ineptum sit lutum. Et quæ in humidis terris fiũt plantę, iure & ipsæ ipsarúmq; fœtus magnitudine quidem exsuperant, at sapore & odore exsuperantur. Nam è copiosa quidem constituuntur nutriunturq; tenuitate, at nequaquam diuturnam solis morata actionem, sed ex adaperta molliq́ue terra statim elapsa, non bellè omnino concocta.

Et iure in summis æstibus summisque squalloribus, & in maximis etiam frigoribus maximisque inundationibus plantæ omnes arent intereuntque. In illis enim vel è longæuis magnísque plantis tenuitatem Sol educit omnem, & quam in supposita ipse ingenerat terra tẽporis momento in vapores soluit longè tenuissimos: in his verò & plantarum calor extinguitur omnis, omnísque cõpingitur & gelatur tenuitas, adeóque vniuersa cõstringitur planta, vt nullus illabenti succo meatus pateat, terráque maximè constricta, & rigens nullum elabenti tenuitati egressum præbet, si quidem non & ipsa gelata compactaque est omnis. Terra verò maximè aquis madente, non illam Sol à superfusis aquis defensam, sed ipsas inuertit aquas. Neque enim nundum in vapores actis aquis (quod vel à languidissimo fit Sole) supposita terra in tenuitatem agatur vllam. At aquæ (vt dictum est) ineptæ ipsæ in plantas, earúmque compingi refectionem, multò fiunt ineptiores amplius etiã attenuatę.

Capvt XXXI.

Testes quibus adiecti sunt non vt necessarios, sed melioris gratia Aristoteli adiectos esse, & semen nulla testium opera in viuiparis coitus tempore confici.

De ani. mal. ge. lib. 1. c. 4.

VONSAM verò longè à nobis diuersus, & testium vires, & seminis confectionem atque vsum, & animę generationem, & animã ipsam Aristoteles tradit, vt clarius veritas eluceat, eius etiam explicanda est excutiendáq; sententia. Quæcunque, inquit, natura facit, aut quia necessaria sunt ea facit, aut quia melius ita est. Testes porrò ad generationem necessarios non esse, inde intelligere licet, q̃ & serpentes & pisces nullis prędití testibus, semen tamen (vt manifestè intueri licet) cõficiunt, & coeunt, & generãt. Melioris igitur gratia iis quibus adiecti sunt, tributos esse existimandum est. Veluti scilicet quæ animalia voraciora cibique auidiora esse oportuit, rectũ iis intestinũ datum est, sic itidem quæ ad venerẽ propensiora celerioraque, seminarij meatus recti iis dati sunt latique, & testes aut nulli prorsus aut intus adiecti. Quæ verò castiora esse conuenit, iis, ne vehementi assiduáque stimulentur libidine, meatus dati sunt multis reuolutionib. multisque obuoluti anfractibus (veluti & intestinũ bene flexuosum iis quæ magis sobria esse oportuit) & testes extra appensi. Non quidem vt seminarij meatus pars, aut quos is subeat, sed qui motũ excrementi genitalis stabiliorem faciant, & qui meatui adiecti, ita ex eo pendeãt, vt põdera quæ à textricibus filis appendũtur è filis ipsis, idemque omnino quod pondera operentur, meatum nimirum intendant, eiusque replicationem in eodem seruent situ. Nisi enim id pręstent testes, retrahat sese meatus, maximéq; in se ipsum cõplicetur, vt egredienti semini egressus nullus pateat. Quo incommodo nisi afficiantur exsecta, generent vtique. Et iam taurus statim à castratione iniens, nondum scilicet retractis complicatisque poris, coiit impleuitque.

Nam quæ nec adeò ad venerem prõpta, veluti pisces, nec adeò tarda lentáq;, veluti viuipara, ipseq; in primis homo, sed quæ velut horũ illorúmque media sunt, cuiusmodi & aues sunt, & quæ ouum pariunt, quadrupeda, iis testes intus inditi sunt, & meat⁹ seminarij pars sunt, semen in se ipsis recipiunt: quod in auium genere, quæ non perpetuò, sed certis modo temporibus coeunt, patet. Ii enim benè grãdes coitus tempore, aliás verò adeò obscuros testes habent, vt habeant nec ne incertum sit. Propterea scilicet non coitus tempore vel serpentibus vel piscibus conficiendum esse semen, sed paratum iam inesse oportere, & meatum, quo effluat, latum iis omnibus rectumque dãdum, quòd lubrici cùm sint, nullisque organis, quibus sese mutuo connectant, prædití, si quidem coire inngique, minimè certè, dum sanguis in semen agatur, simul iuncta immorari queant. Eóque pisces minus non modo sese complicare longè ineptissimi, sed in aquis, in infirma scilicet instabilique degentes re, & qui insuper pereant omnino, nisi (quod dum coeunt semenq; conficiunt facere nequeunt) mare branchiis assiduè attrahant. Auibus etiam semen intus paratum inesse oportet, testésque intus indi & meatus partem esse, nec valdè scilicet complicari, nec frigefieri constringíque meatum: etenim & ipsarum coitus diuturnus esse non potest. Quæ verò castiora esse decet, & quæ nullo negocio iungi possunt, & bene diu alteri alter superstare, iis semen minimè præparari oportuit, sed coitus tempore confici. Meatus itaq; & valde obuoluti dãdi, & foras cum testibus extendendi fuere, vt à frigore constricti occlusique paulatim calefierent aperirenturque, & non priùs quàm semen conficeretur colligereturque. Pisces itaque vix fœminas cõtingentes semen emittũt, & serpẽtes paulò post. Auium quoque coitus longè breuissimus, vt viuiparorum diuturnus tardúsque.

Capvt XXXII.

Quid Aristoteli semen sit, & fœminis non aliud à sanguine mestruo semen confici, & materiam modò ad generationem a fœmina conferri.

SEMINIS postea naturam, & quid sit omnino semen, & nũ è masculino semine vt è materia fœtus cõstituatur, an formę id agentisq; modò principij vicem præstet, & num fœmina & ipsa semen emittat, vnúmque ex ambobus seminibus mistum fiat, an semen nullum à fœmina secernatur, & si nullum, vtrum non aliud quippiam ad generationẽ fœmina cõferat, sed locum modò præbeat, an aliud, idque quonã pacto & quomodo inquirens Aristoteles, Semen (inquit) præter naturã corpori minimè inest, omnibus enim inest, & natura ex eo ipso exoritur. Secundum naturam porrò existens nullaque animalis existens pars aut alimentum sit, aut colliquamentum, aut excrementũ: neq; enim præter hæc quippiã corpori inesse apparet. Et alimentũ quidẽ non esse, inde intueri licet, q̃ alimẽtum aduentitiũ est. Minùs etiã colliquamentũ sit: sunt enim ea omnia præter naturam, nec quicquã quod secundũ naturã sit ex eis constitui potest. Superest, vt excrementum sit. Excrementum porrò aut vtilis alimenti est, aut inutilis. Huius nõ sit: quibus enim plurimus inutilis inest succus, morbo affectis senibusq;, aut nullũ iis aut perexiguum cõficitur semen. Vtilis itaque alimenti excrementum & reliquiæ semen sit oportet. Sanguinem porrò in sanguinario genere vltimum alimentũ esse, in exangui autẽ sanguini proportionale antea declarãtum est. Aut igitur sanguis, aut proportionale, aut ex iis aliquid est. De ani. mal. ge. lib. 1. c. 19.

Quod apertiùs explicans, Quoniam, inquit, à sanguine concocto, & modo quodam digesto pars quæque cõstituitur, semen autem concoctum & aliud à sanguine factum emittitur, nam vbi nimio plus emittitur, & vt concoquatur spatium non datur, sanguinea specie emittitur: constat semen sanguinei alimenti, quod vltimum in membra digeritur excrementum esse. Et quoniã debilioribus infirmioribúsque plus excrementi minúsque concocti fieri, idque cruętum humorem esse necesse est, infirmius autem debiliusq; secundum naturã, qđ minus

caloris

caloris adipiscatur, & tale (vt dictum est) fœmina existit: necesse itidem est secretionem sanguineam, quæ in fœminis fit, excrementum & ipsam esse, ea autem menstruorum effusio est. Quoniam igitur quale semen à masculis, tale menstruus sanguis fœminis, fieri autem non potest vt duæ simul secretiones agantur: ideò semen ad generationem à fœmina non conferri manifestum est. Nam si semen esset, menstrua non essent: nunc ideò illud deest, quia hæc sunt. Indicio etiam est non tale semen à fœmina emitti, quale à masculo, nec ex amborũ mistura fœtum constitui, quòd sæpenumero fœminæ concipiunt sine ea quæ per coitum fit voluptate, rursúsq; cum ea ipsa voluptate paríque profusionis vtriusque concursu nihilò magis concipitur, nisi menstruorum humor sit modicè temperatus, neque scilicet nihil omninò effluente sanguine menstruo, nec cum valdè fluit, sed vbi fluere desierit, vbi videlicet vis, quæ in maris genitura continetur, nec alimento & materia ex qua animal constituatur caret, nec ea adest eius copia isque eius effluxus vt cum eo maris quoque semen effundatur.

Nec quod ea interdum fœminæ voluptate, qua mares, afficiuntur, semen illas emittere existimare licet. Humor enim, qui ea vtero effluit, nequaquam seminalis est, sed vteri proprius & vteri excretio, quæ aliis euenit, aliis non. Eueniunt autem, quòd plurimùm dixerim iis quæ albæ & magis fœminæ sunt, non autem iis quæ fuscæ sunt viragineǽque. Illud etiam indicat, semen omnino à fœmina non emitti, quod cùm per coitum similis voluptas eiusdem loci, pudendi nimirùm contrectatione fœminis atque maribus eueniat, humor tamen non inde, è fœmineo scilicet pudendo, veluti è masculino emittitur, sed vel è penitioribus partibus, vel ea vtero ipso & in vtero retinetur. Tum præterea, quòd non omnibus, sed quibus vterus ad septum transuersum est, & partus non ex ouo. Indicium itidem semen in menstruis esse, quòd simul (vt dictum est) maribus semen fieri incipit, & fœminis menstrua innotescunt. Genituram itaque & agens omnino principium à fœmina ad generationem non conferri, sed materiam & eam sanguinem menstruum esse, cùm ex supradictis, tum etiam ratione vniuersalique indagatione constat. Esse enim quod generat & ex quo necesse est, idque quamuis vnum, formæ quidẽ & rationis diuersitate differre oportet. At verò in iis, quæ distinctas eas potentias obtinent, corpus etiã & materiã diuersam esse agentis & patientis. Quod si mas est vt mouens & agens, fœmina qua fœmina & patiens, sequitur vt ad maris genituram fœmina nõ & ipsa genituram, sed materiam conferat: quod & fieri ita videtur. Natura enim menstruorum pro prima materia est.

Capvt XXXIII.

Masculinum semẽ nulla Aristotelis fœtus pars fit, sed vis in eo contenta menstrua mouet, & in animal agit.

Rursus, inquit, apertum itidem id, de quo differendum deinceps sit, factum videtur. Quemadmodum videlicet ad generationem mas conferat, & quonam pacto semen maris causa eius quod gignitur fit, verum vt insitum inexistẽnsque, & protinus inde cum fœminæ materia mistũ, an nihil ad eius constitutionem seminis moles corpúsque cõferat, sed motus modo & vis in eo contenta ipsa est quæ constituit, quod autem constituitur & formam recipit, reliquum excrementi fœminæi est. Atque vt ratione sic effectis quoque comprobare videtur. Nam cum in vniuersum animo complectimur non ita effici vnum ex patiente agentéque videtur, vt quod agit in eo, quod efficitur, insit, nec omnino ea eo quod mouet, & quod mouetur, quicquam constitui. At fœmina quidem, qua fœmina, patiens est: mas verò, qua mas, agens & motus principium. Itaque si extrema vtriúsque sumantur, qua alterum agens & mouens, alterum patiens & quod mouetur, quod ex iis constituitur non alia ratione vnũ est, nisi qua lectus è fabro & ligno, aut sphæra è cera & forma. Facta etiam rationi consentiunt. Siquidem mares nonnulli per coitum nec membrum quidem vllum in fœminam inderc visuntur, sed contra fœmina in marem: vt in quibusdam insectis fit. Quod enim in iis quæ indunt semen in fœmina, idem in mari ipso vapor virtúsq; efficit, fœmina particulam suam, quæ fœminis capax est, admouente. Vnde fit, vt genus id animalium diũ coeat. Id certè, quod auibus, & piscibus ouiparis euenit, maximo indicio est, nihil tale à mare emitti, quod in eo quod genitum est insit, sed virtute tantùm contenta in genitura viuificari, vt de insectis dictum est: quorum fœmina in marem transfigit, si siquidem subuentanea oua ferat, & ouo nondum è croceo in album mutato coeat, fœcunda ex subuentaneis redduntur, & quæ etiam ex alio coitu concepit, si luteis existentibus dum ouis cum alio coierit, similes ei, qui cum postea coiit, pullos omnes edit: quòd videlicet non admiscetur, nec constitutionem subit maris semen, sed sua facultate materiam contentam in fœmina qualitate quadam afficit. Hoc idem in generatione quoque ouiparorum pisciũ euenit. Vbi enim fœmina oua ediderit, mas semen aspergit, & quæcunque attingit fœcunda efficiuntur, quæ non attigit, remanet infœcunda, quasi non ad quantitatem mas conferat, sed ad qualitatem.

Patet igitur ex iis (inquit) nec fœminam ita vt marem conferre ad generationem, sed marem principium motus fœminam materiam præstare. Itaque partum in fœmina contineri necesse est. Nam & faber ligno & figulus limo adest. Hinc etiam quemadmodum mas ad generationem conferat acceperis. Nec enim mas omnis semen emittit, & quibus emittitur maribus, nulla pars fœtus hoc est. Nec à fabro quicquam secedit ad lignum, neque pars vlla artis fabrilis in eo quod efficitur est: sed forma & species ab illo per motum in materia existit. Atque anima, in qua forma & scientia est, manum mouet: manus autem instrumentaque materiam. Itaque maris emittentis natura eõ semine quasi instrumento vtitur, at actu habente motum, quo sanguinem menstruum commoueat, & in animal agat: Et hoc pacto vbi ex vtero non egreditur in spiritum resoluitur. Naturam enim humidam habet aquosámque. Placet itaque Aristoteli (liceat enim, vt melius vniuersa ipsius de semine sententia simul innotescat, breuiter eius decreta repetere) tale in masculis sanguinis excrementum esse semen, quale in fœminis menstrua sunt, & in viuiparis animalibus coitus tempore à pudendi motu confici, nihilque ad eius confectionẽ testes conferre, at id modo eos præstare, quòd vasa, in quibus fit, intendunt, & ne in seipsa complicentur prohibẽt, & nullam omnino fœtus partẽ masculinum fieri semen, sed agens modo principium apportare, materiam omnem à fœmina præberi & menstruũ sanguinẽ eam esse, ea itaque in animal, aut in animalis principiũ acta, vel exilire masculinũ semen, vel in spiritũ resolui, animã igitur verè masculi opus esse, corpus verò fœminæ. Quæ quidẽ omnia, aut pleraque ita à Galeno confutata reiectáque sunt, & ab anatome aperta manifestáq; vt nec reiiciẽda nec aperienda magis videri possint. At res vt vniuersa, quãtum per nos fieri potest, in aperto ponatur, nobis itidẽ examinãda visa sunt omnia.

Capvt XXXXIIII.

Meatum seminarium testes subire, & in testibus absolui semen, minimèque coitus tempore, sed præparatum inesse, nec excrementum videri posse semen.

Meatvm seminarium testes subire, & semen in testibus perfici absoluique, & nequaquam coitus tempore à pudendi motu confici, sed paratum præexistere, ipsis intueri licet oculis. Siquidem vel dum testes non subiit sanguis, sed meatui adhuc inexistit, albescentem quidem eum videas, & ad seminis naturam inuerti cœptum, at nondum tamen in absolutum semen actum. Tum non ipsos modo testes, sed astites etiam glandulosos (qui propterea inter testes pudendúmque siti sunt, quò

semen, quod testium nutricationi superest, excipiant (et uertq;) semine refertos passim intueri licet. E semine scilicet constitutæ venę testesq; semine itidem nutriendæ sunt reficiendæque. Itaque & in ipsis conficiendum semen veluti in iecinore sanguis, & suus itidem tenuior puriórque in corde: & veluti è suis hæc succis constituta apparent, sic itidem & venæ testésque è semine. Nec videri queas quid à conspissato semine, vel venę differant, vel testes. Ad coitum itaque impellimur, non à generatiua inexistente potentia, vt Aristoteli videtur, quæ in corde ei residens, qui pudendum ad seminis confectionẽ excitet, nunquam recte declaret, sed ab inexistente seminis copia, qua & vasa & testes turgent, & ipsi etiam astites. Spiritus videlicet iis inexistẽs in angustius actus pressusque, & seminis etiam acrimonia commotsus stimulatuſque eiicere id apperit, & vbi bene illa turgent, vel solo fœminæ aspectu, vel imaginatione eiicit (ula, & vbi rebus aliis intentus vigilans id non facit, ab externis ociosus in somnis & pudendo nihil cõmoto id facit.

Est & vbi pudendum manu cõtrectans manifeste sentias, si vel temporis momento amplius contrectes, egressurum semen, remanet autem pudendo non amplius cõtrectato: reponitur igitur seruatúrque. At neq; modico momentaneóque pudendi motu sanguinem in vasis seminariis satis longè à pudendo positis adeò immutari posse existimãdum Aristoteli fuit, vt in semen ageretur album viscosumque & maximè spiritu plenũ. Mirum sanè cum piscibus paratum insit semen, siue ab anni tempore, siue ab ipsis, in quibus fit, venis confectum, non & viuiparis, iisque omnibus quæ testibus donata sunt, inexistere. Vt enim nihil ad seminis confectionẽ conferãt testes, at vasa modò intendant, impedimento certè nec vasis nec ambientis calori sunt, quo minus semen conficiant. Sed quid ego in re immoror, quæ adeò sensui patet? Licet (vt dictum est) de mortuorum animalium non seminarios modò meatus, sed astites etiam semine refertos intueri. Assiduè scilicet in animalibus omnibus sanguis in semen agitur, omnisque in omnibus inuertatur venis, si diu in omnibus immoretur. At in reliquis à subsequentibus veluti præreptus sanguis, itaque earum actionẽ nihil immoratus, minima immutatur parte, qua venæ omnes nutriuntur. Solis in seminariis dictis venis vniuersus ille immutari incipit: & perfectè iis in animalibus omnibus, veluti & piscibus, tandẽ immutetur inq; absolutum agatur semen, nisi & ipsis surripiatur.

Infirmissima certè per se Aristotelis ratio, qua testes non necessarios declarat, propterea quia non omnibus insunt. Quoniã enim nõ æquè omnibus elaboratũ compactúmq; cõficiendũ, nec assiduè in dies omnibus emittendũ est semẽ, sed bene aliis fluidum liquidúmq;, & id parandi lõgissimum datũ est tẽpus, aliis bene concoctũ benéq; conspissatũ assiduéque emittendũ, & propterea assiduè itidẽ absoluendum. solis illis meatus satis fuere, his nequaquã. Neque enim ad adeò cõcocti seminis celerẽ confectionem satis soli esse poterant lati graciléſq;, sed testes adiiciendi fuere, qui longè maiore præditi calore longéque magis cõpacti angustiq; celeriter bene cõpactum cõficerent semen. Testes porrò meatui veluti pondus, à quo intẽdatur, & ne in se ipsum complicetur prohibeatur, appendens Arist. multos incusandus videtur modis. Primùm enim bene firmæ benéque stabili rei ita inhærentem infixumque meatũ eum intueretur, vt nulla ipsius portio nulla à re è proprio dimoueri posset situ: nequaquã põdus ei vllum, à quo detraheretur, proindéq; intenderetur, & ne in se ipsum cõplicaretur, obstaret appendendum ei fuit. Tum si id omnino agendum visum foret, non vnum, & extrema in parte, sed in singulis ipsius reuolutionibus inflexionibúsq; singula appendẽda fuere põdera, & quæ nequaquã (quod testes à corpo, cui insunt, pati vidẽtur) aliis à rebus, sed ab vnis ipsos meatus portionibus, ne deorsum delabantur, retineatur. Nã si ab aliis substineantur, itaque nihil meatum grauẽt, nihil etiã eum intendant. Id certè modo si præstarẽt testes, si scilicet meatus modo intenderent & in se ipsos complicari illos prohiberent, sanguini igitur à pudendi motu in semen acto egressum præberẽt: nequaquã testiũ ablatione adeo homines lãguerent, adeóque immutarẽtur, penè & in aliã transirent naturã, at id tantum fortè Aristoteli pateretur, q; à generatiua potentia ad coitũ non stimularentur, at nihilo cæteris viuerent neque tristiores neque debiliores, neq; minus viri, quin fortè magis etiã, nulla sanguinis portione in semẽ acta emissaq;.

At alibi Aristoteles, Vna (inquit) parte opportuna mutata vniuersæ animalis constitutionis forma summopere immutatur. Idque in spadonibus intueri licet, qui vna parte truncata iam à pristina forma discedũt, parúmque à fœminæ specie distãt. Cuius rei causa est, q; partes nõnullæ principia sunt: principio autẽ mutato, multa ex iis quæ sequuntur, cõmutari dimoueriq. necesse est. Aristoteli igitur in primis princeps pars testes videntur. Et ea qui priuantur parte longè fiunt languidiores, quòd organo priuantur à quo res fiat cuius contactus (quòd spiritum proximiùs fortè quàm res alia quæuis ad propriã agit operationem) spiritum excitat exhilaratque & viuificat. Itaque illa priuatus summopere is mœret languetq; & torpet. Testes itaque semini veluti vltimã imponunt manum: proptereáque id ipsi conficiunt eo vt alantur. Non igitur huiusmodi excrementum masculinum semẽ videri potest, cuiusmodi fœminarum menstrua, neque excrementum omnino, si id existit excrementum, quod in bonam commodamque, & in eam omnino rem, quæ proposita est, verti non potuit, & quod immutantis inuertentisq; naturæ vim exuperet: cuiusmodi fœminarũ sunt menstrua. Sanguis itaque in venis testibusque ad proprium ipsorum nutrimentum ampliùs elaboratus concoctusque semen est.

Capvt XXXV.

Non menstruum sanguinem, sed humiditatem, quam coeuntes fœminæ emittunt, fœmineum esse semen.

Svmmopere itidem mirati Aristotelem licet, qui qui coeuntes fœminas humiditatem, quæ nihil prorsus à puerorum, eorũque qui frigidũ sortiti sunt corpus, à masculino omnino semine, at non bene concocto benéque cõpacto differret, eadẽque, qua mares, emittere cum voluptate, eaque emissa eodem lãguere modo cum intueretur, & qua seminaria fœminarum vasa, testesque nihilo interdum mẽnùs, quàm marium, refertos esse intueri poterat, nõ eam tamen, sed mẽstruum sanguinem (qui quam longissimè à seminis specie naturaque abest, & qui nihil vtero confricato, & nulla cum voluptate, quin sensu cũ nullo certis ex eo effluit temporibus) fœmineum semen esse statuat, & ab iudiciis id rationibúsque persuasus statuat, quæ infirmissimæ sunt inanesque omnes. Non s. si nulla interdũ ea percepta voluptate, qua in humiditatis illius emissione affici fœminæ solent, concipiunt tamen, & ea emissa non perpetuo concipiunt, propterea non semen illam esse existimandum est. Fortè enim vbi concipiunt, perpetuo illam fœminæ emittũt: at nulla interdum cum voluptate emittunt, q; non dũ eo donata est calore à quo mordax fiat. Nã vel maribus, quibus, aut vbi non bene concoquitur semẽ, perexigua id cũ voluptate emittitur. Tum (quod fieri interdum posse minimè pernegarim) vt vnum masculinum semen ad fœtus constitutionem satis interdum sit, cur vbi & fœminę illa adest humiditas, quę (vt dictum est) à marium semine non bene dum concocto nihil prorsus differt, non & ipsa fœtus constitutioni bona sit cõmodáq;, & ex ipsa masculino semini cõmista, veluti è galli semine ouorúmque albumine vnum factis, albæ exanguésque fœtus partes constituantur? Et quòd non perpetuò humiditate illa emissa fœminæ concipiunt, id non semen illam non esse, sed vnam ipsam ad fœtus constitutionem satis non esse, menstruoque etiam sanguine opus esse declarat.

Quapropter simul maribus semen, & fœminis menstrua fiunt. Et quòd non masculini seminis ritu foras & ipsa emittitur, sed in vtero, in loco nimirum retinetur, in quem & masculinum semen conicitur, & in quo fœtus con-

cõstituitor, secus atque Aristoteli videtur, nõ vteri illam excretioné, sed semen esse manifestissimè declarat. Et nequaquã (quod Aristoteli supponitur) candidiores modò & quæ fœminæ sunt magis humiditatem illam emitũt, sed fuscæ nihilò minùs, & si non copiosiorem, longè certè calidiorem magísque mordacem. Itaque borealem plagam incolentes, quæ albissimæ sunt omnes, valdè ad venerem segnes: at quæ in meridionali degunt, fuscæ omnes, assidua vehementíque pruriunt libidine, molto scilicet beneq; mordaci repletæ semine, & quod emittentes summa afficiuntur voluptate. Itaque veluti mares fœminæ itidem semen conficiunt, at nequaquam adeò concoctum compactũmque, vt neruosum ex eo osseúmque genus constitui, & spiritos in eo ingenitos contineri queat. Quamobrem solæ fœminæ per se non concipiunt, sed masculino etiam opus est semine, quod fœmineo immistum compingat id: non quòd (vt Aristoteli placet) masculi modò sensitiuam animam fœtui indere possint. Cur enim nihil ea illæ, quam hi, minus præditæ, non & ipsæ eam generent?

Capvt XXXVI.

Masculinum semen non agens modo principium, vt Aristoteli placet, ad fœtus constitutionem afferre, sed ex eo albas exanguésque animalis partes constitui omnes.

Ratio itidem indiciáque, quæ nullam fœtus partem è masculino semine, sed vniuersum è sanguine menstruo constitui Aristoteli declarant, illa quidem & ipsa quod quæritur sumere videntur, & hæc infirma sunt omnia. Masculum enim illa agens & artificis vicem, fœminam verò patiens & materiæ vicem præstare supponens, quod quæritur, & nusquam probatum est, supponit. Neque enim rationis aut partium diuersitate manifestatum id esse dixerit: nam eadem & maris & fœminæ ratio, & eædem omninò vtriusque partes omnes, vel genitales ipsæ, id modò à seipsis ipsarum quædam differẽtes, quod à maiore in masculis calore extra emitti potuere, at nõ in fœminis à languidiore illo, vt Galenus nos docet. In quibus itaque robustius fieri potuit, & qui sat as propellere eas posset, & protulit tandem foras, è fœminis mares facti sunt, nihilóque aliis minus fœcundi. Id verò nostris etiam temporibus nostrísque in regionibus euenisse compertum est. Illo itaque vno differentes, illo vno differentes operationes operantur. Semen scilicet vtræque conficiunt emittúntq;, & masculinæ foras quò protractæ sunt, proprium in vterum fœminæ, in quem earũ seminaria vasa feruntur: quin eundem vtræque in locũ, in eum scilicet in quo fœtus constituẽdus est, qui vtriusque simul opera constituendus seorsum in vtroque cõstitui non potuit, sed in altero tantùm, & in quem vtriusque feratur semen.

Et indicia (vt ita omnia eueniant, vti euenire tradit Aristoteles) non quod declarandum est, declarant. Vt enim in sectorum maribus non ea seminis copia conficiatur, quæ partium, quæ connutriendæ sunt, nutritioné exuperet, itaque eius portionem fœmineum in vterum inijcere nequeant, & fœmineum semen, quò ampliùs concoquatur absoluatúrque masculinum in corpus immittendum sit: non propterea quod aliorum generũ maribus conficitur, nullo id ad fœtus constitutionem vsui esse existimandum est. Quin, quòd vnis illud insectis, reliquorum generum nulli euenit, sed in omnibus mares in fœminas semen emittunt, non vim modò in eo contentam, sed molem etiam ad fœtuum generationem necessariam esse existimandum omnino est. Illo enim modo minore masculi & fœminæ etiam labore incommodóque fœtus constitueretur: siquidem neque illi (quod magno interdum animalis fit malo) semen emittendum, neque huic ex vtero id eiiciendum esset. Minus etiam quòd croceis quidem dum existentibus ouis, at perfectã iam nactis magnitudinem, si coeat gallina, oua è subuẽtaneis fœcunda fiunt, & quòd piscium oua propriam & ipsa adepta magnitudiné fœcũda & ipsa fiũt, vnũ modo fœmineũ semé immutãdi vim masculino à semine, nõ & molé etiã afferre statuere licet. Manifestè.n. masculinum auium pisciúmq; semen fœmineo immiscetur, & vnum fit. Itaque nihil dum non ab incubãte gallina fuso, quod à gallo immissum est semen, separatum distinctúmque ab oui albumine, à gallinę q; semine, multóq; illud quàm hoc lucidius densiúsque, & fundi magis repugnans conspicitur, fusum verò penitus reliquo albumini immistum, & veluti in vnum idémque vtrúmque actum ens: vt intelligere non liceat, qui à reliquo albumine secerni postea separaríque aut ea eo elabi queat.

Ita nimirum rerum conditori Deo prouisum est, vt quo in animalium genere non ea masculis inest sanguinis copia, eaue in semen illum inuertendi facultas, vt qui venarum superest nutricationi, in fœtus generatione materiam ad neruosi generis constitutionem afferat (quod insectorum nonnullis euenire dictum est) fœminæ facultas tributa est modúsque, quo in masculi corpus articulum cum eo & semen immittant, vt ibi absoluatur, magis videlicet compingatur, spiritúsque in eo aut res spiritui proxima ingeneretur. Et in quo animalium genere semen quidem maribus superest, at exiguũ, fœminis id conficiendi facultas magna data est, tempúsque benè illud concoquendi elaborandique: quod ouiparorum generi contingere videtur. At nequaquam tamen exiguum id quod generatiuam galli vim Aristoteli affert, quodque in oui albumine manifestè conspicitur, nullam id fœtus partem fieri dixerit. Cur enim oui albumini persimile, & aptius etiam in neruosum cogi genus, quod omnino ad partis cuiuspiam constitutioné naturæ vti queat, magno id eiiciat labore? Sui etiam oblitus & perperam omnino colligit Aristoteles, inde & agens modò, & quod immutat principium, non & materiale itidem, & quod immutatur à masculino semine præberi, quòd si quę compressa est gallina, ab alio postea luteis dum existentibus ouis comprimatur, pullus ei similis fit, qui secundo loco compressit. Propterea enim id euenire videtur, quòd primi seminis vis à repugnante menstrui sanguinis natura debilitata imminutáque, ab integris secundi viribus exuperetur. Nam si qui similes fœtus fiunt, agens etiam attribuendum est principium, vtique fœmineo id attribuẽdum sit semini. Manifestè enim cùm aliis in animalibus, tum verò in multis matri magis quàm patri similes fieri fœtus intueri licet: quorum scilicet qui ex equina generantur matre, ad equinam magis speciem, ad asininam contra, qui ex asinina fiunt matre, accedere videntur.

At esto liceat Aristoteli sui ipsius (vt dictum est) oblito rationibus vti quæ maximè ipsius positiones deiiciãt euertántque, non tamen quod vult astruere videtur. Non scilicet nullis propriis viribus fœmineum donatum est semen, & nihil repugnans nihílque contra agens à masculino semine immutari se sinit, sed natura & ipsum bene robusta præditum, nihil interdum à masculino patitur, quàm in id ipsum agit magis. Itaque vtroque ab altero imminuto debilitatóque, secundò coeunti integrum superueniens, vtrumque veluti in propriam agit naturam, pullúsque secundò coeunti similis fit. Nec verò si nullam fœmineo semini masculinum adiiciat molem, secundus tertiúsque coitus (quod euenire ipse affirmat Aristoteles) grandiorem efficiat fœtum. Auctus enim calor fortiorem quidem generosiorémque, at non certè & grandiorem, quin minorem fortè constituat fœtum: copiosior enim calor factus copiosiorem educat teouitatem, Quamobrem (vt dictum est) mirari summopere Aristotelem licet, qui pulcherrimè naturæ industriam contemplatus: prudentis patrisfamilias ritu, qui tritici nil proiicit, sed ita id parat disponitque vt quod optimum est, liberis id ingenuísque, deterius seruis, vilissimum quod est animalibus detur quæ domi aluntur, sic & ipsam eorum, è quibus vtile quid confici potest, nihil proiicere vnquam, sed retinere omnia, & ad ea ad quæ commoda esse possunt iis vti cùm prædicet, & masculinum semen ad albas exanguésque animalium partes constituendas longè aptissimum cùm intueatur,

& magno labore abiiciendum intelligat, & qui insuper ouorum albumen, eadem qua semen specie iisdémque donatum viribus sentiat intelligátque, & pullos ex eo constitui intueatur: masculinum semen nullam fœtus partem fieri, sed vel in spiritum resolui, vel ex vtero eiici contendat.

Nam si fieri id interdum videtur, feminis difformitati attribui poterat & attribuendum omnino erat. Benè enim dissimilare id cum sit, vel sæpius ab vteri calore fusum in longè assiduè diuersissimas agatur res oportet. Itaque vbi quæpiam eius portio in rem agitur, quæ aliarum nulli coire queat, ab aliis ea secreta separatáque, & vtero incommoda molestaque, excrementorum aliorum ritu foras eiicitur. Quamobrem non agens modò principium, sed materiam itidem, quin hanc vnam cõstituendo fœtui masculinum semen præbere, & illius efficientiam non feminis naturæ, à qua semen immutari non potest, sed vteri calori, qui manifestè semen vtrumque & menstruum etiam sanguinem immutat, & in albas illud exanguésque, hanc in sanguineas agit animalis partes, tribuendum esse existimandum omnino est. Nisi Aristotelis obstent rationes, quibus animam masculino semini inexistentem, seu patrem potius, qui eam confecit, fœtum efformare decernit. Age igitur explicentur ipsæ examinentúrque.

Capvt XXXVII.

Anima masculino semini inexistens, vel pater potius, qui eam conficit. fœtum Aristotelis constituit.

de anim. gen. l. 2 ca. 1.

Corporea, inquit, partes, aut extrinsecus aliquid agens, aut genituræ & semini inexistens, idq́; aut animæ pars, aut anima, aut animam habens generat. Sed ab alio extrinsecus agente viscera effici, aut alia membra, remotum à ratione videtur. Fieri enim non potest vt moueat quod non tangit, & quod non mouetur, vt patiatur immoretúrque. In ipso igitur conceptu aliquid iam inest quod animalis partes constituit, nequaquam ab eo abiunctum separatúmque, sed eius & ipsum existens pars: siquidem nihil omnino animali inesse videtur quod totius pars non sit. Quoniam verò nulla animæ pars est, quæ alicui corporis parti non insit, nulláque omnino corporis pars, eius forma & perfectio quædam animæ pars non sit: statim animata sit pars illa oportet, semini adhuc inexistens. At hoc impossibile videtur. Omne enim animatum ex semine, seminis igitur semen sit, & sic in infinitum. Quod igitur partes generat, nec animali inexistere eiúsque pars esse videri potest, nec extremũ quid esse. At fortè horum quid non simpliciter dictum est. Non scilicet vndequaque verum est, ab externo fieri non posse: nam est vt possit. Externum videlicet nullũ nullo medio nullóque organo vsum efficere quid potest: at organo vsum potest. Generans itaque, seu semen dicas, seu partem, nihil refert, quatenus motum in seipso habet, quem ille mouet. Eo scilicet modo à non contingente patre menstruus sanguis in vtero mouetur, quo ligneæ imagines quæ sponte moueri videntur. Prima enim earum à contingente mora, vel recedente illo reliquæ ex ordine mouentur, facultate nimirum primæ illi indita, qua reliquas moueat, facultate vt moueri possint præditas: & cùm prima mouetur, statim aliæ actu mobiles fiunt. Sic & patet nil menstruum sanguinem contingens, motu quem semini indidit, mouet illum. Veluti igitur in spontaneis illis quodammodo id mouet, quod nihil tunc tangit, sed ante tetigit: sic id quod semen efficit mouet cùm aliquid tetigerit, quãuis adhuc nõ tãgit, & motus qui inest, veluti ars, quæ ab ipsa fiunt mouet. Non scilicet contingens artifex, quę efficit facit, sed motum organis indens. Patet igitur (inquit) aliquid esse quod efficit, sed non ita vt hoc quicquam, nec perfectum id inexistere.

Capvt XXXVIII.

Fœtum ab anima masculino semini inexistente constitui non posse.

Recte quidem Aristoteles entia nulla, quæ nec ipsa nec ipsorum actiones attingunt immutare, itaque & entia nulla, à quibus nihil continguntur, immutari posse, enunciat, & vt illa agant, hæc patiantur, sibiipsis perpetuò contigua fieri non oportere, sed satis esse decernit, si illorũ vis actióque ad hæc deferatur. Nam ignis, quæ nihil ipse neque ipsius attingunt vires, nihil prorsus immutat: at vel longè amota quæ sunt, sed in quæ propriam effundant actionem, in ignem agit omnia. Rectè igitur fœtus animæque generationem & fœtus omnino constitutionem explicasse Aristoteles videri poterit, si semini animam ipsa actu perfectámque, & euiusmodi ipsi inest patri, inditam esse declaret. Nam quæ non contactu, sed medio organóque agunt, si ei præsertim non assiduè adhæreant, sed confecto organo recedunt, ibi tantũ sui simile cõstituunt, vbi organum itidem mediúmque, quod contingunt & quo agunt, actu perfectúmque & sui omnino simile effecerint. Id dum potentia remanet, quàm longissimè abest externum agẽs eius vt opera actu quid constituat. Siquidem non verè externi agentis est actio, quod nimirum non contingit, sed contingentis organi mediiq́; Id porrò vt actu quid faciat, quod ipsum potentia est, fieri omnino non posse Peripatetici inprimis cõtendunt. At actu, & perfectam animam semini inesse summè quidem id volens expeténsque, nusquam (vt visum est) affirmare audet Aristoteles, quin contrarium passim apertéque enuntiat.

Nulla, inquit, animæ pars, quæ alicui corporis parti non insit. At partem hanc, animatam videlicet, & animal constituendi vi præditam semini inesse impossibile omnino. Animatum enim omne ex semine, inquit: semen igitur antè semen, & sic in infinitum. Et haud ita multò post, Pater, inquit, aliquid semini inesse, quod efficit, sed non ita, vt hoc quicquam, nec perfectum id existere. Et paulò post, De Anima, inquit, quemadmodum eam conceptus & genitura habeant, & quemadmodum non habeant, definitum iam est. Potentia enim habẽt, actu verò non habent. Et paucis interiectis, Ars, inquit, principium formáque eius quod efficitur, sed in alio, motus autem naturæ in ipso est, ab altera perfectus natura, quæ actu obtinet formam. Sed habeat ne semen animam néc ne, ratio eadem atque de partibus reddenda est. Nec enim alia vlla esse potest in alio, nisi in eo cuius est: neque pars vlla esse potest qua particeps animæ non sit, nisi æquiuocè, vt mortui oculus. Semen igitur & habere animam, & esse potentia, palàm est. Sed enim huius pars nulla generationis causa est, sed quod primum extrinsecus mouit id causa est: quod scilicet vniuocum est, id generat, vt homo hominem. Nec verò ea potentia semen animam habere dixerit quis, quæ ad actum vt agatur veluti materia opus habeat circa quam operetur, veluti non speculans Geometer. Talis enim si semini insit perfecta vtique sit absolutáque: veluti quiunis non operans artifex. — de anim. gen. l. 2. cap.

At talis inesse Aristoteli minimè visa est miniméque videri potest. Qui enim vel corporis vniuersi, vel cordis vnius forma perfectióque semini, vt propriæ materiæ, inhæreat aut insit omnino? Nec verò si modò vllo actu perfectáque anima semini inesse Aristoteli visa foret, externum vniuocum agens indagandum ei erat, à quo fœtui anima indatur, & ipse omnino constituatur fœtus. Vt pacto nullo effugere peripatetici queant, quin ab anima potentia existente imperfectáque anima actu perfectáque Aristoteli generetur: quo neque absurdius quicquam, nec propriis positionibus magis aduersum poni Aristoteli queat, cui scilicet (& rectè quidem) ens nullum quicquam agere placet, quod eius naturam dignitatémque exuperet. Et vel lignearum imaginum

ginum

ginum exemplum sdmonere Aristutelem poterat, nequaquam à motu virtutéque semini à patre indita in menstruo sanguine animam actu existentem perfectámque generari posse. Non siquidem illarum vlla, quem à priore languentem imperfectúmque accepit motum, vehementem eum perfectúmque, sed languidiorem omninu minúsque perfectum succedenti indere videtur: vt si motu, quo pater sanguinem in semen egit, vel quo semen ipsum commouit, animam actu in eo perfectámque generare non potuit, quam longissimè abesse semen existimsndum est, vt in saoguine menstruo illam generet, languidiùs nimirum agens io magis repugnante magisque imperfecta re: vt ratione oulla à oatura semiol inexistente fœtus cuostitui Aristoteli possit. Nec modus itaque, quo illius partes generat formátque inspiciendus esset. At inspiciatur tamen & ipse.

Capvt XXXIX.

Generatiua anima semini inexistens calore & frigore, vt organis, vsa, è sanguine menstruo singulas fœtus partes Aristotelis constituit, & cor ante alias omnes, aliarum principium.

de anim. gen. l. 2. ca. 1. Qvaecvnqva, inquit Aristoteles, natura, aot arte efficiuntur, vtiqoe ab eo quod actu, & ex eo qood potentia tale est fiunt. Semen igitur tale est, motumque & principium tale habet, vt motu peracto pars quæque existat, eadémque animata. Neque eoim quæ aoims caret animalia pars fit. Simul autem pstes similares atque organicæ fiunt. Et veluti neqoe securim oeque iostrumeotum aliud vllum ab igne solo factum esle diximus, sic nec pudendom, nec manum, nec carnem quidem ipsam: nam eius quoque aliquod officium est. Dora igitur, mollia, lenta, rigida, & quæcunque aliæ affectiooes partiboa animatis insunt, à calore & frigore effici possunt: at ratio, qua iam caro aut os est, non potest, sed à mutu proficiscente ab eo quod genuit, & quod id, quod faciendum est, actu existit, efficitur, veluti quæ arte fiunt. Ferrum enim durum aot molle à calore vel frigore fit, at verò ensis à motu instrumentorum, qoi artis obtinet rationem. Et alibi, Quooiam (inquit) semen vtilis alimenti excrementium est, eo vtique mouetur motu iuxta quem corpus augetur. Vbi itaqoe vterum subierit sangoinem menstruum componit, eodémqoe quo ipsum mouetur commouet motu, minimè en moueri ineptum: vt qui & ipse vtilis alimenti excrementum sit, omnésque corporia partes, & qoibus etiam mares à fœminis differũt, potentia habeat. Quoniam videlicet ita psratus erat sanguia, vt ex eo corporis partes omnes constituerentur augerentúrque, & id modo semen, & menstrua à sanguine differunt, qobd illud magis concoctum magísque laboratom, hæc minus. Veluti igitur acto illud in se partes habena omnes, hæc eas poteotia existentia actu facit omnes. Itaqoe paulò post, Partium (inquit) secretio, non (vt quibusdam placet) fit, qobd similia ad similia feruotur: qood nimirum si fiat singula seorsum à reliquis fiat, eáque omnia simul, ossa, carnes, nerui, sed qood meostruos sanguis potentia animal est, partésque omes potentia ei insuot, actu verò nullæ, propterea singulæ ex eo fiunt, & quod actiuum & passiuum vbi coierit, eo modo actiuum agit, eóqoe passiuum patitur, quo illud actiuum est & hoc passiuum, id scilicet eóque fit modo quod & quo illud facere hoc fieri aptum est, & statim agunt.

Fœmina igitur materism præbet, mas verò motus ptincipium. Veluti autem quæ arte fiunt organis fiunt, vel organorum motu, artis videlicet actione, ars verò factorum forma in alio: sic nutritiuæ animæ potentia, veluti postea nutrimeoto auget, sic & à principio constituit calore & frigore, vt organis vsa. In iis enim illius motus & ratione quadam constituit. Ex eadem enim materia è qua postes augetur, à principiu etiam constituitur. Eadem videlicet facultas & à principio generat, & postea nutrit, robustior iam & maior facta non alia vlla re inter se differentes. Hæc autem generatiua & nutritiua anima est, & animalibus & plantis inexistit. Et oon ita multo post, Tantus, inquit, calor spermatico excremento inest, talémque habena motom & actionem, quæ commensurata sit ad cuiuslibet partis constitutionem. Qubd si superaoerit aut defecerit, aut peiora facit aut manca mutiláq;: similiter vt iis agitor, quæ foris igne ad cibum, aut alium ad vsum coquũtur. Sed in iis motũ caloris nos moderamur, in illis gignentis natura accommodat. Vbi autem conceptus coierit, id fit quod in fatis. Primum eoim principium ipsis etiam inest semioibus. Vbi verò potentia id existens secretum fuerit, ab eo & stipes & radix exoritur. Sic & in cõceptibus omnea quodammodo partes potentia insunt: at principium veluti ante pedes magis & promprios actu fieri. Cor igitur primum separatur & actu fit. Idque non sensui modò manifestum sed ratio etiam ipsa declarat. Nam vbi à semine & à menstruo sanguine secretum fuerit, ipsum seipsum guberner oportet, quo se outriat constituátqoe. Non igitur nutritiua modo vis, sed factiua itidem cordi insit oecesse est. Signum etiam cor primum fieri, & in eo vitæ principium situm esse, id esse potest, qnod vltimum moritur.

Capvt XL.

Sanguinem menstruum à substantia semini inexistente in animalis partes agi non posse, nec cor primum, sed neruosum constitutus genus, & vteri omnino calorem fœtus opificem esse.

Rectè quidem Aristuteles, quæ natura fiunt omnia à similitalique actu fieri enunciat, & rectè itidem its paratum esse saoguinem, vt ex eo & nutriri & augeri, esto & à principio etiam corporis partes constitui queant omnes, & menstruum sanguinem poteotia animal esse, in snimal oimirum agi posse. Optimè etiam vbi actiuum & pasiuum coeunt, eo modu actiuum agere eóque pasiuum pati asserit, quo illud actiuum est & hoc pasiuum, & id omnioo eoque modo agi, quod & quo illud facere hoc fieri aptum est. Vt si semini quid ioesse Aristoteles demonstret, quod actu animal sit, vel eius pars aliqua quæ reliquas generare possit, vel naturam omnino, & vim aliquam quæ sanguinem meostruum io animal agere queat, rectè fœtus cunstitutionem semini asignasse videri possit, sin minus, non rectè. Age itaque semini ioexistentes substantias manifestaotem illum aodiamus. Inest (inquit) in omnium semine quod facit vt fœcunda sint semina, quod calor vocatur: idque non ignis, non alia talis facultas, sed spiritus qui in semine spumosóque corpore contioetur, & natura, quæ in eo spiritu est, proportione respondens elemeoto stellarum. Qusmobrem ignis oullum animal generat, nec quicquã iocombustia constirui videtur, siue humida fiant siue sicca. At verò Solis & animalium calor, non modo qui in semine continetor, verùm etiam si quid excrementi sit, tameo idquoque principium habet vitale. 1 de gē. an. cap. 3. Et alibi, Generantur (inquit) in terra humoréque animalia & plantæ, quoniam humor in terra, spiritus in humore, calor animalis in voiuerso inest: ita vt quodammodo pleoa animæ sint omnia. lib. 3. de gen. an. cap. 11. Quamobrem consistont celeriter, cùm calor ille comprehensus siue exceptus est. Comprehenditur autem & humoribus corporeis incalescentibus efficitur veluti spumosa bulla.

Nusquam igitur semini, vel rebus omnino aliis, è quibus animalia constituuntur, aliam inesse substantiam iotueri potest Aristoteles, nisi spiritum, calorem videlicet tenuissimo inexistentem subiecto. At longè is languidissimua, qui imperfectum incoctúmque menstruum sanguinem, quẽ eius opifex anima, tot tantorúmq; viscerum vsa opera, in commudã vllam rẽ inuertere desperat, proptereáq; vt inutilẽ eiecerat incõmodáq; non in san-

guineas modò animalis agat partes, sed in neruosum osteumque itidem genus omne, inque ipsum ampliùs spiritum, nunquam satis explicet Aristoteles. At non inuertendus modò (vt dictum est) menstruus sanguis calori est semini inexistenti, sed è venis ad vterum pertinentibus emulgendus. Neque enim ex eo fœtus constitui potest qui in vterum delapsus est, qui nimirum nullo ibi temporis momento in grumum abiit, vt optimus testatur Galenus: vt facultate omnino spiritus semini inexistens donandus sit, sanguinem è venis arteriisque exugendi. Hac verò non alia ratione donari queat nisi qua factum videtur, propriis videlicet & ipse venis propriisque indatur arteriis, hæque vteri venis arteriisque omnibus connectantur, & veluti vnum ipsis factæ ipsarum ostiola occludi prohibeant, propriis itaque venis arteriisque inexistens spiritus ex vteri venis arteriisque, quo nobis expositum est modo, sanguinem assiduè attrahat: è quo è venis effluxo, & in cordis, reliquorúmque viscerum integumenta illa pso, in eisque compacto, & cor & viscera reliqua constituantur: nec alia omnino ratione efformari ea imaginari licet.


Venas itaque arteriásque præexistere oportet, & ipsum iis insidentem spiritum, tum & viscerum singulorum tunicas. Nisi enim extractus à spiritu sanguis velutí canalibus quibusdam certam angustámque in sedem feratur, nec singulæ illius portiones ea modò in loca cōfluant, in quibus, quæ ex ipsis constituenda sunt, viscera constitui oportet, nec recta etiam certáque compingantur specie. Et neruosum omnino primum constitui genus, sensus ipse testatur. In abortibus enim, qui haud ita multo post conceptiones fiunt, inque ouis modicum quid à gallina calefactis, nulla dum sanguinea existente re, & inuolucra integumentáque, quibus & fœtus vniuersus & singula contineantur viscera, & venæ insuper atque arteriolæ conspiciuntur. Vt dubitare liceat nulli, neruosum (vt dictum est) primum genus eique inexistentem constitui spiritum, & fœtus opificem vteri omnino calorem esse: qui scilicet manifestè semen in neruosum genus & sanguinem in viscera agit, & qui spiritus etiam ipsius semini inexistentis, & substantiam perficit, & copiam summopere adauget. Neque enim vel spiritum, qui semini inexistit, tenuiorem ab vteri calore fieri, nec dum externa ab eo seminis tenuitas in vapores agitur, & in neruos compingitur semen, internam in spiritum agi dubitare licet. Nec vero, quòd animalis partes omnes summa cum ratione constitutæ videntur, summáque arte (qua nulla prorsus vti videtur calor, temerè vsquequaque, & effusis agens viribus) alia ab inexistente spiritu semini substantia indenda Aristoteli fuit, quæ fœtum efformantis constituentisque caloris vires moderetur. Ab vno enim benéque vniformi ignis calore, vel quæ benè vniformia apparent, in longè diuersas agi res intuito, & pulcherrimè seminis sanguinisque naturam contemplato, & ita paratum vtrumque intuito, vt ab animalium calore in corporis partes omnes agi posset, nihil verendum erat, ne in vtero in eas ageretur: minus etiam ne constitutæ eæ in propria seruarentur natura, nihil vel ab vteri, vel à proprio calore ampliùs arefactæ, immutatæve, quas scilicet assiduè nouo illapso succo nutriri videret.

Conditoris tantùm nostri industria suspicienda Aristoteli erat, qui talem tantúmque animalium omnium corporibus fœminarúmque vteris calorem, eámque rebus externis dispositionem indidit, vt in partium singularum constitutionem nutritionémque ab illo agi possent. At is nihil Dei Optim. Maxim. sapientiam suspiciens vspiam, substantiam ipse & corpori vniuerso, & semini indit, quæ calori frigoríque imperet, eorúmque actionem, vt libet, moderetur, intendat scilicet, vbi opus est: nihil vsquam ille declarans, qua ratione, quóve modo eius imperio naturæ illæ adeò promptè obtemperent, & nihil inde amotæ actionem sistant, nihílque admotæ eam intendant, declarandum omnino. Stupidæ enim Aristoteli naturæ agentes, & proprias vires cohibendi, & actionem omnino agendique modum immutandi insciæ, impotentésque, nec qui illius imperio aut voluntati obsequantur, nec, si velint, qui possint, intueri licet.

Nobis quidem non alia ratione illarum vis actióque immutari potest, nisi vel longiùs amotis illis, vel proximioribus factis: quæ incorporea Aristoteli anima nusquam moliri posse videtur. Reliquarum porrò animalis partium vltimò moritur cor, non quòd (vt Aristoteli placet) vitæ principium in eo situm sit, sed quòd animalis vitæ motúsque auctor spiritus crassissimæ eius tunicæ fibrísque longè inest plurimus, ægerriméque inde elabitur.

Quandiu itaque is inest, viuitque, tandiu & cor viuere videtur, assiduè ab eo constrictum dilatatúmq;. Firma certè ratio si sit, anguillis serpentibúsque in caudis vitæ principium indendum sit: quæ scilicet à reliquis corporis partibus abscissæ, & demortuis iam iis, penitúsque immobilibus factis, viuere, mouerique videntur.

BERNAR-



BERNARDINI TELESII Consentini,

DE RERUM NATURA iuxta propria principia,

Liber septimus.

CAPUT I.

Inquirendum esse quomodo anima sentit, & quomodo intelligit, & quomodo bona vel praua fit.

ANIMAL ex anima & corpore, vt è distinctis diuersísque rebus constare, & animal, quantum ad animam è semine eductam pertinet, spiritum esse corpori, vt proprio tegumento propriòque inclusum organo, satis (vt existimo) in superioribus declaratum est commentatiis. & vtriusque itidem generatio manifestata est. Spiritus modò passiones operationésque aperiendæ essent, modus scilicet quo rerum, quæ vniuersæ, externa nimirum specie internisque viribus in spiritum agunt, speciem naturámque & motus percipit, quod sentire dicitur: tum & quo earum, quæ vel externa modò specie, vel internis modò viribus spiritui innotuere, quod ignotum est percipit, quod intelligere dicitur: postremo & modus, quo ab iis quæ sentit & quæ intelligit cupiditatibus odiísve, & aliis huiusmodi afficitur passionibus, & iuxta eas ad operationes commouetur, quæ & ipsæ bonæ prauæque, & virtutum vitiorúmve, & prout has vel illas operatur, bonus & ipse prauúsve & virtutibus donatus vitiosúsve dicitur, & mensura insuper, qua rectè vt operetur probúsque vt sit vel fiat afficiendus est commouendúsque spiritus, summè omnia inquiri dignissima, & quibus (si liceat) explicatis labori huic finis imponi possit.

CAPUT II.

Quæ & quomodo sentit spiritus, & quid sit sensus.

QVONIAM præsentes modò vigentésque, eas nimirum modò caloris & frigoris vires, quæ ad spiritum peruenire queant quanis contectum carne, neruis inclusum quibusuis, externa in superficie vniuersa, at clarius certè in molliore ea gracilioréve, in ea scilicet, à qua dictarum naturarum actiones minus reiiciantur minúsque retundantur, percipit spiritus: remotas illas, & quæ ad spiritum non perueniant, nusquam prorsus: languentes verò (cuiusmodi quæ cibis inesse videntur) nonnisi linguæ, laxissimæ nimirum carni mollissimísque neruis, rebus omnino illi inexistens, quas permeent illæ exuperéntque, itaque iis inexistentem attingant spiritum: languidiores adhuc (cuiusmodi, quæ aëri lucique insunt existunt) in cerebri modò ventriculis, inque humoribus oculo inexistentibus, iis scilicet in locis, ad quæ non aëris modò lucisque viribus, sed aëri ipsi ipsique luci patens facta est via, in quibus omnino aër ipse & ipsa lux spiritum ipsum attingat nulla contectum carne, cute nulla, itaque & aëris & lucis vires integræ, nihilque ab intermediis rebus retractæ, ipsum contingant spiritum: & violentas aëris impulsiones externa in cute vniuersa, at languentes eas in auribus modò, quin in cerebri modò percipit ventriculis, ibi nimirum quo (vt suo iam ampliùs explicabitur loco) facilius illæ & robustiores perueniant, & vbi commodius inexistenti communicentur spiritui: quoniam omnino eas modò rerum actiones aërísque impulsiones, iisque in partibus percipit spiritus, quæ ad ipsum iis inexistentem perueniant, & quæ ipsum nihil attingunt, nihil eas sentit vsquam, & quæ rerum vires moderatæ blandæque sunt, mirifica spiritū afficiunt voluptate, eædémq; auctæ robustioresq; aut proximiores factæ summo cum dolore & cum malo etiam summo spiritui percipiuntur: vtique manifestum est, propterea rerum vires actionésque, & aëris impulsiones spiritum sentire, quòd ipse ab iis patiatur immutetúrque & commoueatur spiritus. Summè nimirùm is tenuis nequaquam, quæ carnes neruósque, à quibus obtegitur, subiere, itaque ipsum corripuere spiritum vires, non ipse ab iis oppugnetur, & in ampliùs angustiúsque agatur, non patiatur omnino quid & quid immutetur, & summè viuus (id quod velentibus quæ demortua apparèt datum videtur) quas patitur passiones, & quibus immutatur immutationibus non percipiat eas sentiátque, & summè insuper mobilis ab impulsione quauis ad motum non agatur, & quo ab aliis commouetur motu eo se moueri non sentiat.

Rerum portò quæ in spiritum agunt, & non quidem in aliud ipsum agūt ens, sed eius naturam oppugnant & dispositionem immutant, & quæ nouos agunt ad motus, cùm sit sensus, ibi omnino is cùm fiat, vbi externarū rerum actiones impulsionèsque spiritum attingunt immutántque & commouent: vtique vel illarum actio impulsióque, vel spiritus spatio commotióque, vel illarū harúmque perceptio sensus sit oportet. At actio impulsioque videri non potest: quæ scilicet non spiritus est, sed naturarum quæ spiritum subiere & spiritum oppugnant, rerúmque, quæ eum impellunt commouéntque. Minus etiam passio ipsa, ipsáque immutatio, nec motus ipse. Manifestè enim aliud à sensu passio est immutatioq; & motus etiam ipse, & non perpetuo simul, sed ab illo seorsum, & immutatio interdum fit & motus. Nam quæ dubio procul assiduè in spiritu fit immutatio, & à qua ad corruptionem tandem agitur, & aliæ multæ, & benè ex magnæ, & à quibus statim exitio spiritus detur, nullo interdum fiunt cum sensu: nec motus, quibus assiduè in cerebri ventriculis tunicísque, & in arteriis vasísque omnibus, multis omnino in corporis partibus assiduè mouetur, moueri iis se sentit spiritus. Superest itaque vt rerum actionum aërísque impulsionem & propriorum passionum propriarúmque immutationum & propriarum motuum perceptio sensus fit, & horum magis. Propterea enim illas percipit, quòd ab illis pa-

Capvt V.

In rerum sensu, à quibus propriæ naturæ non restituitur spiritus, propterea voluptate eum affici, quod dum ab iis patitur immutatúrque ad motum, ad propriam scilicet agitur operationem.

Spiritvm substantiam nimirum longè tenuissimam, & calore (si eius robur spectetur) benè magno, atqui, quòd tenuissimo inest subiecto, summè exilis sit summèque langueat, præditam, in cerebri ventriculis vt in principe sede, tum & in neruoso genere vniuerso contineri, & animalium animæ è semine eductæ substantiam esse, & sensum, qui in animali fit, motúmque, & voluptatem, quæ illos consequitur, dolorémque ipsius esse omnem, & mobilem sui natura, motum scilicet propriam ipsius esse operationem, summoperéque eo oblectari seruarique, huiusmodi nimirum spiritum esse, vt vel à languidissimis agentium naturarum viribus pati queat immutarique, & vt quiduis commotus summa afficiatur voluptate, & naturarum, quas sentit, id esse ingenium ac vim, vt rerum quas subeunt naturam statim oppugnent, & dispositionem simul in ampliùs angustiúsve agant, aliud nihil immutent nec immutare queant, quoniam satis omnia in superioribus declarata sunt commentariis, nequaquam amplius declaranda, at tantum, quòd iis rectè inspectis, quod inquiritur manifestum fit, in memoriam ea (quod factum videtur) reuocanda. Huiusmodi porrò spiritu natura, & huiusmodi rerum, quæ sentiuntur, vires cùm sint actionésque, eásque rerum naturas cùm sentiat modo spiritus, à quibus patitur immutatúrque: vtique ab iis, quæ sentit, in ampliùs angustiúsve agatur oportet. Et id omninò tantum ab iis, quæ sentit, pati spiritum, & quæ gustantur & quæ continguntur declarant omnia. Manifestè enim ab acerbis austerísque rebus linguam, seipsum scilicet linguæ inexistentem constringi & in angustum cogi sentit spiritus, à dulcibus contra pinguibúsque fundi inque amplius agi, & eatenus omnino (vt suo amplius declarabitur loco) rerum sapores, proprias scilicet rerum actiones ille percipit, quatenus dilatare se ab iis constringique percipit, à quibus neutrum patitur, insipidæ ex videntur omnes.

Ab iis itidem, quæ continguntur, si paulò robustioribus præditæ sint viribus, in quibus continguntur partibus dilatari fundíque, vel constringi & in angustum agi se manifestè sentit spiritus, & quę horum neutrum agũt, nullum prorsus sui faciunt sensum: vt qui spiritui ab agentibus naturis passo fit sensus, quin is non alterius rei vllius, sed sui ipsius dilatationis constrictionísque sit, ambigere non liceat. Quoniam igitur ab iis quæ sentit, quòd ab omnibus patitur, dilatetur, constringatúrve ab omnibus spiritus oportet, & dum horum alterũ patitur, commoueatur omnino quid necesse est (qui enim nihil commotus in ampliùs angustiúsve agatur) vtique à rebus, quas sentit, pati simul, & ad motum, ad propriam videlicet agi videtur operationem. Itaque à quibus patitur, dilatatur scilicet constringitúrque, propterea voluptate spiritus afficitur, quod ad propriam ab iis operationem, ad motum nimirum agitur. Et propterea omnino in rerum sensu, à quibus propriæ naturæ restitui videri non potest, voluptate spiritum affici, quòd commoueatur, voluptas declarat, qua mirifica in sonorũ perceptione afficitur. Siquidem sonos non aliud esse, nisi aeris motus ad spiritum delatos, & spiritui communicatos, & antiquioribus visum est placitúmque omnibus, & suo nobis apertissimè declarabitur loco. Quæ porrò non à reditu ad naturam, sed à propria operatione spiritui fit voluptas, diuersis ab operationibus, aut diuersis modis fieri, aut diuersa omnino esse non potest: siquidem substantiæ vnius vna est operatio.

Nec propterea à rebus, quas sentit, voluptate affectus, quòd ab iis in amplius angustiúsve agatur, à quibus id patitur, voluptate ab omnibus, quin summa à quibusdã afficitur molestia, quòd nimirum vt dilatatus cõstrictúsque voluptate afficiatur, id modò dilatandus est constringendúsve, vt commoueri se, non (quod ab immoderatis rerum viribus patitur spiritus) à propria etiam natura propriáque dispositione dimoueri, ad corruptionẽ scilicet agi se sentiat. Id enim vbi fit, vbi videlicet nõ cõmotionis modò, sed immutationis corruptionísque sensus, & ampliùs is spiritui fit, summo is dolore summáque afficitur molestia. Itaque graues cibi omnes molestique qui nihil spiritus naturam oppugnare, at eius modò dispositionem plus iusto immutare, immoderatè scilicet in ampliùs angustiúsve agere videntur, pinguissimi nimirũ acerbíque suauissimi contra, qui blandè illorum alterum agunt, dulces nimirum acidíque, eóque ampliùs simul commisti. Nam vbi alter modò agit, itaque vel dilatatur vel constringitur modò spiritus, id dilatatur constringitúrque, quod ab altero dilatari constringíque potest, nihil vlterius aut modicum qui dilatatus constrictúsve, nulla is amplius, aut modica voluptate, quin molestia quadam, quodam certè afficitur fastidio, iam diù à propria dimotus dispositione, & nullo ampliùs commotus motu ar voluptate summa, si simul illi, & quadam agant ratione. Siquidem assiduè quod ab altero constrictum est, id ab altero dilatatum magis commouetur, & minus à propria dimouetur dispositione, & quod assiduè ab ea recedit, assiduè itidem ad eam redit.

Et voluptatem nullam nullámque spiritui molestiam cibi inferunt, qui iidem quibus ipse & lingua vel proximis donati sunt viribus: itaque insipidi videntur dicuntúrque, quòd nihil linguam, eíque inexistentem spiritũ dilatantes constringentésue, nullo eum cõmouent motu. Et ciborum quorumuis seminis si non cuiusuis, at eius certè contactus ampliùs spiritum oblectat, quod benè concoctum est benéque mordax factum plurimò nimirum, benéque eo calido refertum spiritu. Vt enim nõ aptioribus id, neque aliis omnino quàm cibi quidam & quædam vina spiritum blandè commouendi donatũ sit, viribus, at maiorẽ fortè eius portionem proximius certè quem commouet, attingit. Nam minus concoctũ quod est, eiusmodi & fœminarum, & eorum omnium qui frigidum sortiti sunt corpus, existit, quod languido donatũ est calore, itaque modicum quid spiritum cõmouet, exili cum voluptate, penè & nullo elabitur cũ sensu. Quin acribus mordacibúsque vaporibus in partibus ingenitis, quòd iis inexistens spiritus ab inhærentibus illis, & diu assiduéque agentibus mordetur, & veluti eroditur, eodem, quo & vasis semine turgentibus, stimulo eodémque exagitatur pruritu & partibus confricatis, summa, & eadem penè, qua in seminis emissione, voluptate afficitur, siquidem eodem & in his modo, quo & in vasis, è quibus elabitur semen, à præterlabẽtibus vaporibus cõmouetur spiritus. At vnde digressi sumus, redeamus, & vniuersalem Aristotelis de sensu sentẽtiam explicemus.

Capvt VI.

Qualis sit anima sensitiua, & quomodo Aristoteli sentiat.

Sensvs (inquit) potẽtia est. non enim semper sentit, sed sensibilibus opus habet, à quibus motus & ad actum actus fiat actu sensus. Quoniã verò omne quod ad actum agitur tale est ipsum potentia, & ab eo agitur quod tale est actu: sensitiuum igitur potẽtia est quale sensile actu: & priusquam à sensili passum est, dissimile, passum verò simile. At pati sensum à sensibilibus non propriè dictum intelligas: non siquidem corrumpitur sensus potentia, dum fit actu, sed perficitur potius. Fit autem similis sensilibus, ipsorum formas absque materia suscipiens, veluti cera annuli formam absque auro, sic & visus ab habente colorem, colorem tantùm absque materia: nec tamen ipsorum fit veluti materia. Stupida siquidem materia nec sentit, nec iudicare potest, sensus verò sensilia & sentit & iudicat. Nihil scilicet anima modo vllo percipere Aristoteli visa est vsquam, nisi quæ ipsi induuntur, &

a. de anim. tex. 52. & seq.

quæ ipsa fit. Et modum itsque, quo intelligit, edocens, ea itidem intelligere statuit, quæ ipsa fit, itaqoe quę sentit, potentia esse omnia, vtque ea sentiat actu ea facienda esse, eorum scilicet formas suscipiendi sacultate donata esse, & suscipere omninu eas, eæque fieri ipsa, vbi in ipsam eæ agunt. Pati igitur anima ab iis quæ sentit visa est Aristoteli, at nihil eam tamen ab illis corrumpi vnquam, quin perfici magis, summa ab illis voluptate affectam intuito: id seorsum ab aliis entibus euenite animæ seositiuæ visum illi est, vt rerum formss omniũ suscipiat, nihil ab illarum vlla corrupta vnquam, nec à propria dimota natura, nec illatum vllius prorsus materia facta. Idque inde colligir, quòd non materiæ mote, nullos illas cum sensu nullóque suscipit cum iudicio, sed suscipere se eas sentit iudicátque, vt in propria permanens natura alia fieri possit. Simul igitur & pati à sensibilibus (siquidem quod potentia est actu fit) & persici, quòd quæ fieri potest, & quæ potentia est, ea fit omoia, nihil à propria dimota natuta.

Capvt VII.

Animam non quomodo Aristoteli placet sentire.

NOn temere quidem, nulláque tatione, qoæ sensit quæque intelligit anima eorum formas suscipere & ea quodammodo fieri Aristoteli videtur. Quæ enim nullo modo ipsi insunt, nec ad ipsam delata sunt vnquam, ea vt percipiat pacto nollo fieri potest. Quæ igitur animæ sentienda percipiendáque sunt, necessariò eorum natura substantiáque aliquo modo animæ indenda, at non eoúsque tamen vt ea ipsa fiat. Non siquidem vt ignis naturam virésque sentiat spiritus, ignis natura penitus assumenda est, ignísq; ipse faciendus, sed vel modicum quid ab eo calefactus dilatatúsque, calefaciendi eum dilatandíque saculrate præditum optimè sentit. Rectè igitur Aristoteles terum formas, quæ nullo modo nullaque ratione animæ insunt nulla eas ratione ab anima percipi posse intuitus, non rectè quas sentit, verè animam eas suscipere, eásque ipsam fieri statuit, quas scilicet vel modicum quid ab eia passa, & modicum qoid immutata penitus sentit percipítque. Rectè itidem ab iis quæ sentit anima perfici videtut, summa ab eorum multis voloptate affecta. Quin & modus interdum quo ab iis perficiatur conspectus Aristoteli videri potest, & siquidē sui ipsius propriarúmque positionum memori diligentius iospectus is foret conspectus (teor) tandem fotet.

Quoniam vetò non ptopriæ animæ substantiæ conseruationem perfectionémve, sed propriam operationem voluptas Aristoteli consequitur, summa in quorundam sensu voluptate animam affici, & ab exuperantibus sensilium formis, ab iis nimirum quæ penitus susceptæ sunt, penitus destrui penitúsque corrumpi intuito, nequaquā à sensilibus perfici, quòd eorum formas suscipiat, eáque ipsa fiat, sed qoòd ab iis ad propriam agatur operationē existimandum illi omniuo fuit. Et nulla qoidem ratione sensus Aristoteli impugnandus erat vllus, summè cos iocusanti, qui sensu post habito rationem insequantur: at multò certè mious manifestus, qui est, obscura ratione, languidáque, & quæ proptiis etiam positionibus aduerserur, reiiciendus fuit. Ab exoperantibus nimirũ sensilium formis, ab iis videlicer quæ penitus eam occuparunt, penitúsque ab ea suscepta sunt (neque enim robustissimæ quæ sunt, at quas vel è longinquo vel breui agentes reiicit anima, sed vel langoidissimæ, at quæ penitus eam subeunt occupántque, quæ omninò penitus ab ea suscipiuntor, exuperantes Aristoteli videri pnoique debent) corrumpi animam intuenti enuotiatíque, qoin ab omnibus, quæ eam occupent, corrumpatut atq; exitio detut dubitare non licuit. Itaqoe si à quibusdam commota taotùm affectáqoe illa appateat, non & eorrupta itidem, non penitus animæ susceptæ eæ videre debuere, veluti ueque aliis entibus uaturæ, à quibus immutata ea quid, at non penitus corrupta sunt, inque alia acta entia.

Nec verò noo entium reliquorum more exterois susceptis formis animam corrumpi statuat, quòd reliqua quidem entia non puras sincerásque, sed cum materia omnes & nullo cum sensu, anima verò formas uulla cũ msteria & cum sensu suscipit iudicióque: uihil enim sensui propriisque etiam positionibus magis aduersum proferre Aristoteles queat. Vel oculis scilicet ipsis intueri licet, quæ externis ab agentibus entia in qoæuis induntur formæ, nulla eas cum materia, sed puras nudásque indi, quæ scilicet non entis, cui præinexistont, commistione contactúque, sed nudis modò eius viriboa actionéque, & eodem prorsus agentibus modo quo & in sensoria ipsamque agunt in animam. Tum ne formæ quidem ipsæ externo ab ageute immitti Aristoteli videntur, sed singolæ è propriæ materiæ sinu educi: vt nec ipsæ quidem suscipi, nec mareriam vllam secum afferte videri possint. Ipse itidem sensus & propriæ itidem positiones Aristoteli manifestare potuere, quæ patiuntur entia quodam cum sensu pati. Nam & mutuò sese exhorrere aufugeréque entia intoeri poterat, & calorem frigoris aduentu sese colligere intróqoe agere, & è cõtra, conspectum Aristoteli est positúmque: quibus igitos, velit nolit, sensum attriboant necesse est. Quid enim quas non sentit vires ens, eaa reformidet vitétqoe vllum? Quod igitur dictum est, nequaquam à sensilium formis animam perfici Aristoteli existimandum fuit, quòd eas ipsa suscipiat eáque actu ipsa fiat, sed quòd ad propriam ab iis agitur operationem.

Nec verò conspectum id positúmque Aristoteli dixerint: formarum enim susceptionem, earúmque cognitionem sensúmqoe propriam esse anima operationē visam ei esse positámque. Manifestè enim animæ substantiam eo propemodum modo à susceptis formis perfici Aristoteli placet, quo tabella, in qua figuræ multæ depingi queant, si in ea describantur omnes, perficiatur: passa nimirum à sensilibos, non operationem ipsa operata vllam: & sensum (vt visum est) sensilibua similem fieri statuit, passum ab iis immuratúmqoe. Passio porrò cum Aristotelis sit seosus, vel per passionem saltem fiat immotationémque, & summè eam dolorificam interdum, & quæ exitium etiam inferat: qui operatio itidem, quæ & voluptatem & robur operaodi animæ Aristoteli etiam indit, & quæ à proprio animæ ingenio fluæ, poni possit, nusquam Aristoteles explicet. Nobis id obiici non potest. Nam si qooniam externis à rebos aliod nihil pati anima potest, nisi constriogi dilatative, itaque quibus à rebus patitur, ab iisdem & ad motum, ad propriam nimitum illa agitur operationem, nequaquam tamen (quod Aristoteli fiat necesse est) si formarum susceptio cognitióque, & sensus propria animæ operatio ponatur, vel passio ipsa, vel eius percepiio animæ operatio posita est vnquam. Age verò, qooniam non quomodo Aristoteli placet sentit anima, seorsum eorum natura actióque, quæ vniuerso in corpore, & quæ certis eius in partibus percipiuntur, quæ, ptopterea quòd in eis solis quædam sentiuntur, sensotia dicuntur, explicentur.

Capvt VIII.

Non ea tantum, quæ vniuerso in corpore percipiuntur, ab anima contingente contactáque, & tactu omnino percipi, sed magis etiam, quæ in lingua, naribus, oculísque sentiuntur, & sensus omnino omnes, vno auditu excepto, tactus esse.

QVæ vniuerso in corpore sentiuntur, propterea quòd ibi sensum modò faciant, vbi contingunrur contingúntque, tactilia ab antiquioribus dicta sunt, & animæ portio seu facultas, quæ illa sentit, tactus, quæ verò in liogua percipiuntur, sapores, & animæ facultas, quæ eos percipit, gustus, quæ in naribus, odores, & quæ eos sentiat, odoratus, olfactúsqoe, & visus, quæ lucem, caloresque in oculis intuetur, auditus, quæ sooos in auribus percipit.

cipit. Rectè quidem, diuersarum enim rerum vires actionésque, & quæ non eadem in parte nec modo eodē percipi videntur, propriis singulæ vocibus appellandæ sunt: at non rectè iidem, quæ ab vna eadémque anima, & vna eadémq; eius facultate, & vno insuper percipiūtur modo, pluribus ea animæ viribus & modis itidem pluribus percipi, & gustum olfactúmque & visum à tactu diuersum posuere, qui non tactus modò sunt omnes, sed multò etiam quàm qui tactus dicitur exquisitiores. Non scilicet ea modò, quæ vniuerso in corpore percipiuntur, & quę tactilia (vt dictum est) dicuntur, propterea percipiuntur, quòd eorum actio & vis substantiáque spiritum contingit, sed magis quæ in lingua, & multò etiam magis quæ per nares, & quæ in oculis percipiuntur.

Vnus sonus, commotus nimirum aër ad spiritum nō defertur, cúmque nō contingit, sed quo dictum est modo impellit: quæ sentiuntur reliqua, non alio modo spiritum immutant nec immutare possunt, nisi contingentia illum. Vt non gustus modò, qui antiquioribus itidem tactus visus est, manifestè ciborum contactu fieri visus, sed multò odoratus ampliùs visúsque tactus poni debeat. Quoniam verò quę linguæ apposita inexistentem spiritum contingunt immutántque & commouent, aliis corporis partibus indita infixáque nihil ad spiritum illis inexistentem perueniunt, & lux itidem atque aër, quantumuis reliquis corporis partibus vniantur, spiritum tamen non attingunt, nisi per oculorum tunicas pérque nares ad eum deferantur, & diuersæ ciborum lucísque & inspirati aëris sunt vires naturáque: seorsum omnino ciborum lucísque atque aëris contactus perceptionésque inspiciendæ sunt. Liceat verò vsitatis singulas vocibus, eorum nimirum quæ vniuerso in corpore percipiuntur contactum sensúmque, tactum, eorum quę in lingua gustum, eorum quæ per nares, odoratum, eorum verò quæ in oculis, visum appellare.

CAPVT IX.

Quæ vniuerso in corpore sentitur.

LONGE tenuissimus spiritus (vt in superioribus expositum est commentariis) & a calore quouis, & quouis à frigore educi, destrui, extinguíve aptus, vel imo in corpore recondendus videri poterat, vel externa eius superficies summè duranda. At horum alterum factum si foret, statim animal corrumperetur. Nihil enim partium, externarum præsertim, quæ alienarum rerum actioni expositæ sunt, passiones & ipse patiens, nihilque eas sentiens, nihil ea, à quibus illæ fiunt, declinet: corrumpantur itaque illæ, & ipse itidem paulò pòst pereat spiritus. Neque enim integumento spoliatus spiritus, & veluti carcere adaperto ambientis sustineat vires, aut non ipse statim euolet. Corpori igitur vniuerso, & externæ imprimis eius superficiei indendus fuit, & molles quidem partes internæ omnes faciendæ, quæ scilicet ab externis obtectæ defensæque nonnisi ab inexistentibus rebus pati possent, quarum vel languentes vires spiritui percipiendæ sunt, vt similes cognatásque retineat, alienas contrariásque eiiciat expellátque: diù enim retentæ, partes tandem quibus inhærent, oblædant corrumpántque. At externæ partes, earúmque præsertim superficies, qualis facta videtur, crassiuscula omnino facienda fuit, & quam nonnisi robusti caloris frigorísque vires, à quibus solis perdi poterat, permeent peruadántque & ad inexistentē spiritum deferantur: quas igitur, nihil dum illis magnum quid passis, ipse itidem sentiens patiénsque spiritus ea, à quibus fiunt, declinet. Neque enim externarum partium corruptionis sensus spiritui dandus fuit, cuius scilicet frustra datus sit, sed earum immutationis.

Vniuerso itaque in corpore, & vel externa eius in superficie duriuscula (vt dictum est) facta vigentes viuásque agentium naturarum vires sentit spiritus, à quibus nimirum in vniuersa illa ipse patitur immutatúrque: languentes nihil in externis percipit: quæ videlicet ab eorum duritie crassitiéque rejectæ nihil ad spiritum perueniunt nihilque eum immutant. Vniuerso itidem corpore, & vel externis in partibus rerum quas contingit, dispositionem, tenuitatem scilicet crassitiémque, & quæ horū sunt generum percipit spiritus. Vel enim quę continguntur neruis, inexistentique cedunt spiritui, vel renituntur resistúntque, & neruos spiritúmq; in angustius agunt constringúntque. Quod si quid aliud, vbi spiritus patitur, pati se sentit, & læuitatem itidem atque asperitatem, partium scilicet æqualitatem & inæqualitatem: æquabile enim quantumuis & modo quouis à spiritu contrectatum, nihil eum separat nihilque distrahit: inæquabile verò difforméque, vel leuiter compressum vel contactum modò, spiritum diuidit & veluti discerpit: quæ & ipsa vbi patitur spiritus, non modò pati se ea sentit, sed summa cum voluptate vel molestia. Quin & rerum leuitatem grauitatémque spiritus percipit pondúsque. Vel enim quod subleuandum est substinendúmque nullo subleuat substinétque labore, & nihil prorsus ab eo deprimitur, vel ægrè & subleuat & substinet, ab eiusque pondere opprimitur grauatúrque. At licet corporum (vt dictum est) conspissationem sitúmque & pondus percipiat spiritus, minimè per se ea sentit, sed veluti ex accidenti quodam. Neque enim vel tenuitatem crassitiémque, & quæ horum sunt generum, nisi comprimat, neque æquabilitatē atque inæquabilitatē, si veluti in puncto contingat, nec pondus nisi subleuet substineátque. Solas agentium naturarum vires propriè & per se sentit spiritus, à quibus scilicet quouis modo contactus patitur immutatúrque: vt earum modo sensus per se videri possit, aliorum omnium veluti ex accidente.

CAPVT X.

Quæ in lingua sentiuntur, & quid sit sapor.

AT verò quoniam (vt in superioribus expositum est commētariis) cùm corpus vniuersum tum ipse assiduè imminuitur spiritus, itaq; vt vterque reficiatur res assumendæ sunt quæ in vtrumque è languido animalium calore exuperari inuertique possint: & huiusmodi ciborum omnium naturam esse cùm oporteat, vnóque excepto igne, reliquorum nostrorum entium vires, vel quæ robustissimæ sunt, & quæ mollissimis animalium corporibus inditæ penitus ea corrumpant perdántque, quòd ab amplioribus ambientis viribus assiduè rejectæ retusæque nihil cutem subire, proindéque nec spiritui densioribus in rebus contento innotescere possunt, proindéque externis in corporis partibus propriarum rerum virtū nulla prorsus, at earum modò quæ ab ambiente iis inditæ sunt sentitur actio: vtique ne res assumerentur quæ animalium vires exuperent, organo assumendæ fuere benè molli benéque laxo, quod scilicet non externæ tantùm robustæque rerum vires, sed propriæ itidem, vel ab aliis imminutæ rejectæque permeent peruadántque, lingua nimirum. Ei igitur inexistens spiritus non vigentes modo viuásque rerum vires, sed languentes eas penè & demortuas, & veluti stertentes, non scilicet externum modò calorem externúmque frigus ab ambientis rebus inditum, sed internam itidem naturam, vel (quod dictū est) ab externa rejectam exuperatámque, & vtriusque actiones simul percipit.

Externus porrò calor externúmq; frigus nullum spiritui saporis sensum facit, quòd ab vtroque & natura & dispositio immutatur, calent nimirum vel frigescit, & vel in ampliùs expanditur, vel in angustius cogitur, at nō ex æquo immutationem vtramque percipit spiritus, sed illas longè promptius longéque clarius. Quin vbi paulò vehementius ipsius natura immutatur, dispositionis immutationes nihil ille sentit: & ibi omnino tantùm manifestæ hæ fiunt, vbi summopere illæ languēt. Vt cibi potionésq; declarāt: quæ quibusuis donatę viribus, quantūuis

scilicet sapidæ sint, si feruentes gelidæve assumantur, magno quidem calore frigoréve, at nullo spiritum afficiũt sapore, magnum videlicet sui ipsius naturæ, at nullum dispositionis immutationis spiritui sensum inferunt. Itaque vel si alienæ, quæ perperuò cibis insunt, naturæ dispositionem & ipsæ immutent, proptereaque sapidas & ipsas esse oporteat, nullũ tamen saporis sensum faciunt, quòd in robustiore propriæ naturæ immutatione dispositionis immutatio penitus latet. Manifestissima aotem fit in propriis ciborum potionumq; actionibus qoibusuis, quod propriæ illorum vires à longè ampliotibus ambientis viribus relectæ retusæque adeò languẽt, vt (quod externæ naturæ nunquam pati videntur) tactum omnẽ penitus lateant, proindéque nihil linguam nec inexistẽtem itidem spiritum propria afficiont natura: qnin illorum multi nihil fortè linguæ ipsius, at inexistentis modò spiritus dispositinnem immutant.

Itaque non adeò vehementer propria natora immutata, vt ipsius modo immutationi intentus fit spiritus, dispositionis immutationem perbellè percipit. Et vel cutem ipsam; & quas ea contingit carnes, res omnino, quæ multò quàm lingua est duriores suot deosioréſque, nihil (quod sentire liceat) ab appositis medicamentis concalefactas frigefactásve molliri ab iis liquarique, & in ampliùs expaodi vel durari constringique & in angustius cogi cum intueamur, & manifestè si oon à cibis quibosuis, ab iis certè qui paulò robustioribos dooati sunt viribus, in qualibus ipsorum actiones & agendi modus inspiciendus omnino est, lingua inexisténsque spiritus cùm dilatetur fundaturque vel compingatur constringatúrque, & vel veluti læuigetur vel exasperetur mordicetúrque atque erodatur, linguæ omoino dispositio cum immutetur, calefieri verò frigefierique, à nullis hoc quidem, à perpaucis illud cùm sentiamus, & ab iis modò quibus (cuiusmodi aromatum multis alliisque & cæpis ioesse videtur) robustissimus inest calor: patet vtiqoe oon linguæ inexistentisque spiritus naturam, sed dispositionem à saporibus immutati, & saporũ sensum propriæ ciborum naturæ actionis, vel spiritus passionis, & ipsius omnino dilatationum constrictionúmque sensum esse.

At age modò, vel si nihil sibiipsi discors sensus vniuersi naturam & sensum singulorum substãtiam modúmq;, quo singuli seotiunt, posuisse videatur Aristoteles, itaq; illis exposuis reiectisque, sensibus singulis natura indita Aristoteli est modúsque, quo singuli ei sentiant, nihil ampliùs exponendos videri posset: quoniam quæ singularia sunt non satis fortè vniuersali ratione inspici possunt, & multò maoifestius singulari propriaque inspiciãtur inspectione, quæ seorsum degustus singulorúmque sensuum natura, & de singulorum sentiendi ratione, multóque etiam diligentius quæ de saporum constitutione naturaque Aristoteles tradidit, expooantur examinentúrque & ipsa.

Capvt XI.

Quomodo anima sapores Aristoteli sentiat, & in quibus illum explicans incusandus videri potest.

1. de anim. te 104 GVatva (inqoit) Aristoteles potestatẽ habet gustabilis excipiendi diiodicandiq; per similitudinem ad ipsom gustabile, quę fit alteratinne quadam, & potenria omnino gustabili similis est, fit autem actu similis, passus ab illo immutatusque. Sensitiuam animam non magis sensilia potẽtia esse, quàm eorum quoduis entia reliqua omnia, miniméque sensum fieri, quòd actu id anima fiat, à quo patitur immutaturq;, sed vt sentiat, quamuis sensilis actionẽ & modicã sentientis animę passionẽ fatis esse, ita declaratũ videtur, vt siogulis io sensilib. ampliùs si declaremus, superflui, & nõ veritatis manifestãdæ studio, sed vel Arist. odio vel ambitione tracti homioem insectari videri possumus. Nihil etiam ampliùs iocusandus videtur Aristoteles sensus singulos à propriis sensilibus perfici statuens, quòd singuli propriorum sensilium formas, quæ potentia sont, suscipiunt, actíque eæ fiunt, nihil ab illis corrupti, satis vt videtur damnatos, sensum vniuersum qua dictum est ratio oe perficiẽs. Nisi fortè ampliùs reprehendendos ille videatur, quòd siogulorum sensiũ perceptio non vnioersali, sed propria ratione, oec verbia nmoino, sed ipsis demonstranda erat rebus: quæ nimirum gustabilium sont formæ, & quomodo eas suscipit eæque anima fit, declarandum erat.

Singulares siquidem res seosui manifestandæ sunt aperiendæque: id fieri si non potest, vniuersalis illa ratio improbanda prorsus reiiciendáque. Vel ipsius enim Aristotelis testimonio eæ modo vniuersales rationes firmæ sunt veræque, quibos siogularia congruuot cnosentiúntque. Id etiam communiter io sensilium omnium & in tactilium præcipuè gustabiliúmque perceptiooe mirari Aristotelem licet, quòd à gustu ea excipi diiudicariq; per similitudioem ad ipsum gustabile, quæ alteratione quadam fiat, decernens, gustum, & sentientẽ animam omoem oecessario corpoream ponendam esse oon animaduertit, Qui enim incorporea si sit, formarũ, quæ materiæ penitus immersæ sunt omnes, actiooẽ sentiat, easqoe ipsa suscipiat, & ea omnioo ipsa fiat, passa, immutatáque ab illis? At quoniam longè à nobis diuersus Aristoteles oequaquam (quod nobis factum est) sapores caloris voius actiooes esse omnes decernit, nec cuiusnis molis dispositioni, sed vni eos indit aqoæ humiditati, eorúmque efficientiã terræ attribuit siccitati, & calor in eorum coostitutione nihil aliud agere ei videtur, nisi quòd hanc illi afficit vnitque, & dulcem amatúmq; eorũ extremos ille ponit, reliquos ex his sibi commistis fieri decernit: Age rationes, quæ eum huiusmodi vt poneret sapores impulere, exponãtur examinentorque. Nam qoi sapor cuius quantique caloris actio sit, eo proprio nobis declaratum est commentario.

Capvt XII.

Saporum materiam aquæ humiditatem, efficientem causam terræ siccitatem, & dulcem amariúmque illorum extremos esse, reliquos ex his sibi ipsis commistis Aristoteli fieri, & horum medios esse videri.

MAterram, quæ oatoram quampiam susceptura est, eius ipsam penitus expertam oportere esse satis alibi declaratum supponenti Aristoteli, & quæ nec actu oec potestate humida sunt, quæ scilicet assumpta mansáque nihil emolliuntor nihilque humescunt, sed in propria duritie propriáque seruantur siccitate, nullum ab iis saporis sensum nobis fieri sentienti, itaque saporum materiam & iosipidam sui natura & humidam oportere esse intelligenti, & aëris humiditatem longè tenuiorem quam vt sapor affici ei possit vllus, intueoti (quod reliquum fuit) aquæ humiditatem saporum materiam pooendam esse visum est. Tum quoniam ex insipida sapida ea vt fieret, contrarias scilicet vt assumeret vires, contraria à oatura, itaque à siccitate immuranda, crassities nimirum quæpiã adiicienda Aristoteli erat, & ab igois siccitate (quòd non ipsa, sed calor propria est ignis natura, & nullam omnino ab eo aquæ crassitiem indi, quin in summam eam agi tenuitatem intueretur) fieri id oon posse iudicanti, aquæ humiditatem à terræ siccitate immutari, & ex insipida sapidam fieri, & hanc efficieotem saporum causam ponendam esse visum est.

Et quoniam inepta per se terræ siccitas aquæ humiditati affigi, & calor ad saporum coofectionem conferre quid Aristoteli visus erat, caloris opera aquæ humiditati terræ siccitatem affigi, proindéque calorem saporum veluti concausam esse visum illi est. Itaque saporem defioiens, Sapor, inquit, affectio est aquæ humiditati à terræ siccitate indita. Id etiam, vt modo, qui dictus est, sapores constitoi statueret, Aristotelẽ induxisse videtur, quòd insipida per se propriáque natura aqua per sal

cioe-

cineréisque, per terræ scilicet species colata, salsa fit amaraque, & quòd passim è terra amaræ acidæque emanant aquæ. Nec verò, quòd terra saporem quempiam sortita sit (nam & ipsa, & reliqua simplicia corpora, veluti & aqua, saporis penitus sunt expertia, & si quæpiam illius portio sapida est, humiditatis ea ad mistiune huiusmodi Aristoteli facta est) sed quòd terram aqua pertransiens ab illius afficitur siccitate: & diuersos terram pertranseuntes aquæ assumunt Aristoteli sapores, quòd diuersa siccitatis copia iis immiscetur: Saporem porrò extremos dulcem esse amarúmque, reliquos horum medios, & ex horum omnium commistione, veluti & colores ex albi nigrique complexo, exoriri ille decernit.

Capvt XIII.

Rerum omnium opificis Dei potentiam æmulatus, & rerum naturæ sibique ipsi contrarius, ex aqua terráque, insipida vtraque sapores constituit Aristoteles.

Rerqvis rebus natura indens Aristoteles cum ipsarum opifice Deo mihi quidem de sapientia contendere videtur, alias ipsas faciens atque à Deo factæ sunt: at sapores cõstituens, modis multis potentiam etiam illius æmulari apparet. Ex aqua enim & terra, insipida vtraque, & neutra ipsarum à calore aliud passa quicquam, nisi quòd per se simul voiri ineptæ illius opera vnitæ sunt iunctæque, sapores constituens, è non ente omnino è nihilóque ipsos educit creatque, & quas calori Deus indidit vires penitus eidemit, & quæ frigoris sunt attribuit. Siquidem calor, ipsius imprimis Aristotelis testimonio, quæ diuersi sunt generis seiungit segregátque, & humiditatem perpetuò è siccitate educit extrahitque omnem, nõ huic illam agglutinat. Tum & calorem cibis inexistentem (à quo non entium modò actiones omnes edi, sed entia ipsa omnia constitui Aristoteli etiam videntur) interdum stertentem in illis nihilque agentem facit Aristoteles, & siccitatem (quam fecundis præsertim in corporibus nulla prorsus agendi vi donat, sed penitus inertem & caloris frigorisque opus esse decernit) actionum multarum & benè vehementium potentem facit, & languidissimis, vt videtur, rationibus. Non propterea scilicet cibi, qui sicci sui natura densique sunt, dum nihil conteruntur nihilque molliores fiũt, nullo linguam afficiunt sapore, quòd insipidi sunt, & sapidi vt fiãt quæpiam iis immiscenda est humiditas, & contritis illis ad apertísque linguam immutandi afficiendique vis inditur, quæ sapor dicitur, quòd linguæ humiditati, quo illos subeat, patefactus est aditus, & illos omnino hæc subit (qui enim adeo nullo temporis momento linguæ humiditas vim saporémque ab illis assumat, qui nullus ipsis inexistit, aut ipsa saporem illis indat quàm longissimè à proprio dissidentem?) sed manifestè propterea nihil dum contriti, nullo linguam sapore afficiunt, nihilque eam immutant, quòd propria ipsorum natura, & proprius ipsorum calor à longè amplioribus ambientis viribus reiectus, retusúsque in ipsorum præsertim superficie veluti stertit, & proprias is vires manifestare & agere omnino vt queat, veluti excitandus, & veluti in aperto ponendus est: moles scilicet, cui inest, in minutissima frustula disrumpenda, internus nimirum calor, & qui non adeò ab ambientis viribus retusus est, excitandus, & linguæ admouendus. Id porrò vbi factũ est, isque agit calor, vtique & eius manifestatur actio, sapor nimirum, qui præinexistebat quidem, & à molis densitate reiectus latebat, manifestus fit. Et præinexistẽtem saporem in contritis cibis excitari, vel in mollibus iis humidísque, & qui nihil contriti magno tamen linguam afficiunt sapore sentire licet. Eo námque horum itidem sapor magis manifestus fit, quo magis graciles magísque minuti fiant.

Quoniam igitur inanis est Aristotelis ratio, qua saporum materiam aquæ humiditatem esse astruit, vtique nihil ea, qua illorum efficientem siccitatem declarat, reiiciends est: vniuersa enim ab illa pendet & illam supponit. At Aristoteles tamen amplius incusandus. qui scilicet alibi (vt dictum est) siccitatem inertem prorsus, & fecundis præsertim in corporibus actionis omnis expertem, & sapores non iuxta humiditatis siccitatisque, sed iuxta caloris frigorisque immutationes immutati, & alios atque alios fieri intuitus cùm sit prædicarétque, & benè diuersas benéque vehementes saporum vires actionésque, & quæ caloris frigorisque propriæ, & calori omnino frigorive attribuendæ sint cùm perseoserit, veluti sui ipsius eorúmque quæ sensu percæperat oblitus, illorum opificium siccitati attribuerit. Quoniam (inquit) quatuor determinatæ sunt causæ elementorum, harum autem secundum coniugationes: & elementa quatuor accidit esse. Quarum duæ quidem actiuæ, caliditas & frigiditas, duæ autem passiuæ, siccitas & humiditas. Fides autem horum ex inductione. Videntur enim in omnibus caliditas quidem & frigiditas terminantes & copulantes & transmutantes, & quæ eiusdem generis & quæ non eiusdem, & humectantes & exsiccantes, & indurantes & mollificantes: sicca autem & humida terminata, & alias dictas passiones patientia, & ipsa secundum se, & quæcunque communia ex ambobus corpora constant. Tum alibi, Perspicimus (inquit) decerptorum pomorum sapores à calore immutari, seu Soli seu igni ea exponantur: vt appareat non ab aqua eiusmodi factos sapores trahere, sed in ipsius pomis permutari, cùm austeros ex dulcibus, tum amaros & omnimodos factos, quin & excocti ad omnia saporum genera (vt ita dicatur) transmutantur. Et frigus (inquit) & congelatio sapores obtundit, & odores euanescere facit, quia calorum, qui architectatur & mouet, frigus gelúque interimunt. 4. Meteo. 1.

Quin & id incusandus videri Aristoteles potest: quòd qui humiditate, & qui siccitate exoperante sapores fiãt nusquam declarat. Quoniam enim siccitas humiditati indita sapores ei indit omnes, itaque horum diuersitas diuersæ siccitatis copiæ attribuenda est: vtique saporum exortum constitutionémque exponenti, qui ipsorum à maiore, & qui à minore siccitatis copia fit, declarandum omnino erat. Tum quòd si non reliquorum omnium, at extremorum certè, & è quorum cõmistione reliqui fiũt omnes, natura & ratio, qua à seipsis adeò dissident, quàm fieri potest distinctissimè manifestanda Aristot. erat, & quòd, vt sapores modo, quo ipse fieri decreuit, fieri vt declaretur, ampliùs certè declarandũ, & iuxta diuersam humiditatis siccitatisque copiam differre illos, & ibi singulos perpetuò fieri augeríque, vbi ea illarum excedit, cuius maiori copiæ assignatus is sit, demonstrandũ. At age quando Aristoteli explicatum id non est, Aphrodisæum id explicantem audiamus. Fortè enim rectè si id agat saporum confectionem siccitati tribuendam declaret. Propterea (inquit Aphrodisæus) dulcissimæ hyemales pluuiæ, æstiuæ minus, & minus etiam autumnales, flante borea dulces potabilésque, austro amariores salsioresque, dulces præterea in alluuionibus atque inundationibus, in siccitatibus verò squalloribúsque salsæ amaræque, quòd hyeme, quoniam humida est terra, exhalationes puræ ascendunt, nihilque ipsius siccitati commistæ, æstate autem, quoniam terra non adeò humiditate referta est, cum ipsius exhalationibus superfluitates itidẽ ascendunt, à quibus aqua inficiatur. Flante borea potabiles fiunt, quoniam à frigidis, humidisq; spirat locis: austro verò amaræ, quoniam à squalloribus arentibúsque, itaque terrenæ naturæ multum cum exhalationibus ascendit. Idem & in siccis accidit constitutionibus, contrarium in pluuiis, atque in inundationibus.

Itaque in vniuersum humiditas dulcis Aphrodisæo, amara siccitas videtur, & pura illa impermistáque dulcissima esse, amarescere verò & salsa fieri siccitati commistã. puram porrò ascendere humiditatem, vbi multa ea terræ inest, at vbi exigua ea adest, siccitatem etiam ei immisceri. Rectè quidem Aphrodisæus in rerum saporúmque, qui illis insunt, differentiis, naturas à quibus constituantur inquirit, & rectè itidem extremos sapores contrariis assignat naturis: at non rectè, vt

videtur,in aquis,ipsarúmque illod saporibus, quæ scilicet,qualibus singulæ à rebus constituantur, quales omnino fiot, non satis prospectum dùm ac ne inquisitum homini erat, & quarum sapores languidissimi sunt omnes, & exile quid inter se differunt, & vel in iis parum naturas, à quibus constituantur,qoarum opera sunt,intuetur. Si in rebus, quibus sapores insunt, & in saporibus ipsis ipsorúmque differentiis agentes ipsorum causæ inquirendæ sunt, res, quarum naturæ manifestæ nobis sunt, & quibus summi vel summis proximi benè omnino manifesti sapores insunt. inspiciendæ gustandæque sunt: nec verò integræ illæ modo nihilque passæ, sed immutatæ amplius, & à manifestis immutatæ naturis. Et siquidem humidissimæ quæ sunt res, eædem & dulcissimæ,amarissimæ verò siccissimæ quæ sunt, & singulæ quò humidiores fiunt eo dulciores, eò itidem amariores,singulæ percipiantur,quò siccinres fiunt, quncunque vtræque calore frignrève donentur, vel si obscurus dùm dulcedinis opifex sit(quæ nimirum, neque aquæ insit humiditati, oeque à siccitate, quæ amaritiē inferre visa est, illi indi qoeat) liceat tamen Aristotelis positiones tueri, saporúmque opificium siccitati attribuere. Sin sapores singuli aquæ dispositione in quauis, & vel dulcissimus in rebus siccis, & in longè liquidissimis longè amarissimus inesse, at ibi modo singuli vbi certus adsit calor, itsque singulos immutari, prout ipsorum immuteter calor appareat, deferendæ omnino Aristotelis positiones sunt saporúmque efficientia calori assignanda erit.

Nec dubitare licet, quin factum id Aphrodisiæo foret, si in quibus oportebat saporum differentiæ inspectæ illi forent. Quin vel in aquarum differentiis si rerū, è quibus illæ constituantur, natura paulò diligentiùs inspecta foret,quod dictum est intueri potetat. Non scilicet siccis exustisque è terris siccæ impuræque exhalationes, & ea humidis humidæ nullisque cum fuliginibus, sed contra tenuissimæ,humidissimæque & purissimæ ex illis, crassissimæ ex his impurissimæque ascendūt. Id verò & in proprio de pluuiis declaratum est commētario, & vel ipsis intueri licet oculis. Manifestè enim in crassis arentibúsque terris tenuis purúsque aër, crassus impurúsque in humidis palustribúsque. Crassa nimirum quæ est densaque terra,tenuissimis tantùm vaporibus egressum præbet: at è molli laxáque & aquosa, vel crassissimi & fuligines etiam elabuntur. Vt amaritiem,quæ æstiuis autumnalibúsque iis omnino inest aquis, quæ è vaporibus factæ sunt, è siccis exustisque terris eductis, nequaquam ab inexistente crassitie, sed à nimia vaporum concoctione facta esse existimandum sit. Vapores certè, è quibus salsæ amaræque aquæ fieri Aphrodisiæo videntur, nimirum concocti sunt omnes. Vt, quod dictū est,vel ex aquarum differentiis,è quibus imprimis sapores à siccitate fieri Peripateticis manifestari videtur, caloris ens & benè robusti salsum amarúmque actiones esse liquidò patear.

CAPVT XIIII.

Dulcem amarúmque saporum extremos non esse, miniméque ex iis reliquos campom.

APORUM porrò extremos dulcē amarúmque,reliquos horum medios Aristoteles ponens, & è dolci amarūque sibiipsis commistis eos educens, sui similis videri potest, & idem omnino qui ex insipidis rebus sapores educit omnes. Eiusdem enim è sibiipsis commixtis rebus naturam educere, quæ illarum insit nulli, & è calidis dilatantibúsque res componere, quæ frigoris sensum præbent, constringuot certè. Dulcis amaro benè proximus est, itaque mel amplius concoctum amarum assumit saporē, & vterque quibus apponitur res emollit laxátque: acerbus verò austerúsque & acidus constringunt durántque omnes. Vt nonnisi Aristoteli suisque qui ipsius sententias quasuis Dei decretorum instar venerantur, è dulci amaróque compositi saporis illi videri possiot.

CAPVT XV.

Quid sit odor, & quomodo spiritus eum percipit, & cur tanta ab ea voluptate afficiatur molestiave.

VONIAM quæ odorem spirant res bene in longum eos effuodunt, & rebus quas semel attingunt indunt omnibus, itaque natura iis insit,quæ sese amplificandi effundendíque, & aëri rebúsque aliis quibusuis indendi omnibus facultatem obtineat,oportet,& entium nulli prorsus natura alia vlla,cui præsertim huiusmodi vis attribui queat, sed vnus modò inexistit calorisque quibusuis donatus sit viribus,dum robustiores naturæ,& à quibus ipsius actio reiiciatur exuperetúrque,obuiæ nō fiunt,sese amplificādi effundendiq;,&rebus,quas attingit,indēdi omnibus, nullum facit finem: vtique qui à rebus efflatur odor proprij ipsarum caloris actio is sit oportet. Quòd si amplius intueri id placet, & in odorabilium rerum viribus dispositioneque,& in odorū prætcrea differentiis, quæ vel iisdem in rebus,at modicū quid magis,minúsve constrictis laxatisue maximè fiunt,intueri licet. Quoniam.q.eæ præcipue res odorem spirant, quibus robustus inest calor,& quæ patentem ei egressum præbent, laxæ scilicet apertæque quæ sunt,quibus cōtra languidior inest calor & è quibus nullus elabenti exitus patet,densæ videlicet quæ sunt,nullum prorsus,nisi combustæ fortè, benè scilicet amplius inexistenti calori exitu patefacto, & robustiore eo forte facto odorem emittuut,& è quibus, vel modicore à frigore constrictis nullus vel longè languidissimus spirat odor, è contrectatis iis calefactisve,è laxioribus nimirū factis benè magnus, eóque assiduè maior,quò magis laxentur magisque illa apperiantur, quò scilicet inexistenti calori exitus magis patefiat: liquidò vtique patear,odorem caloris eaterris à rebus aëri inditi actionem & ipsum omninò esse calorem.

Nihil porrò aliud à sapore odor cùm differat, nisi quod proprij illæ ciborum, hic verò caloris actio est, aeri ab alienis rebus inditi, vtique (quod sapor in lingua inexistentem, & tactilium rerum omnium calor in spiritum, quem attingit, quauis in corporis parte is contineatur, agere visus est) in amplius angustiúsve eum agat oportet. Quamobrē vbi adeò blandè leuitérque illorum alterum agit,vt commoueri modò se oñ & à propria dispositione dimoueri sentiat spiritus, iucundissimus ei est, molestissimus contra, vbi illorum alterum adeò vehementer agit,vt propriam dispositionem immutari,itaque & corrumpi se sentiat spiritus. Nam calorem quemuis diuersas aliorum calorum vires horrere, itaque aduenientes eas reformidantem sese propriámq; contrahere molem, satis est, vt videtur, superius conspectum. Et propterea omninò odores sentire adeòque iis oblectari spiritum,quòdiu amplius ab iis angustiúsve agatur, itaque commoueatur, inde etiam intelligere licet, quòd odor nullus diu oblectat, quin nec diu sentitur,& dum oblectat sentitúrque non æque perpetuo oblectat, nec æquè perpetuò sentitur, sed & voluptas & sensus quem facit assiduè imminuitur obscuratúrque. Neque enim ambigere licet quin propterea id eueniat, quod ab odorum singulis in amplius angustiúsve actus spiritus, qui à singulis amplificari constringive potuit, nihil amplius amplificetur constringatúrve, itaque nec commoueatur. At non veluti ab iis, quæ contingit gustátque spiritus, sic & ab inspirato aëre propterea tātùm voluptate molestiáve afficitur, quòd moderatè ab eo immoderatève in amplius angustiúsve agitur, sed multò fortè amplius, quòd quoniam non, vt illorum, sic & caloris aëri inditi actio modo quædam, & benè ab intermediis rebus reiecta, sed calor ipse, & ipse etiam cui insidet aër ad spiritum peruenit penitúsque ei immiscetur.

Itaq; si oñ æquè omnibus, at omnibus certè emollitis quid laxatisque, & penitus sibi ipsis commistis omnibus, mollius laxiúsque vniuersum sit ens, & in quod longè copiosiorem sese tādem immittat calor. Vt existimare licet

liceat, putrescentes iam carnes non propterea spiritui etiam in ventriculo contento graues esse molestasque, quòd imminutus sit earum calor (quod factum non esse manifestè earum sapor declarat, qui nihil languidior nihilque interdum diuersus factus sentitur) sed quòd longè factus sit copiosior. Nam (vt superius dictum est) calores singuli, qui virium robore, & multò (vt videtur) ampliùs, qui copia à seipsis differunt (quòd quales singuli facti sunt, se ipsos conseruandi amplificandique, itaque & molem vniuersam occupandi appetitu studióque flagrant singuli) aliis omnibus contrarij sunt, omnésque se se mutuo oppugnant & è propriis eiiciunt sedibus. At age quid odor Aristoteli sit intueamur. Quoniam enim, quæ singulis ab odoribus in spiritu immutatio fiat sentire non licet, & (vt nobis quidem videtur) res alia nulla adest, quæ illorum vires differentiásque manifestare queat: vtique (quod saporum differentias inquirentibus factum est) qui odor cuius caloris actio sit inquirendum non videtur.

Capvt XVI.

Siccis sapidi natura aquæ aerisq; humiditati indita odores exoriri Aristoteli visum esse perperam prorsus, & caloris ipsos etiam actiones esse.

De sens. & sensil.



Vum & odorum materia humiditas, at non aquæ tantùm, sed aeris etiam, & efficiens siccitas Aristoteli visa est, at non pura, sed quæ aquæ humiditati immista & sapida iam facta sit. Manifestum est, inquit, quod illud, quod in aqua sapor est, hoc in aqua & aere odor est, siccitas nimirum, at non pura, sed aquæ humiditati iam immista. Et odorum exortum explicans, Est, inquit, odor sapidæ siccitatis natura aquæ aerísque humiditati indita. Huiusmodi porrò siccitati odorum confectionem tribuendam esse inde colligit, quòd eorum, quæ sapida non sunt, nullum prorsus odorum est. Sibi ipsi itaque similis Aristoteles longè ignauissimæ naturæ, & quę nusquam se se effundere nec agere omnino videtur quid, quin quæ illi proximiùs ipsius calorisque & frigoris ingenium intuito, caloris frigorisque opus visa est, vires assignat, quæ nullo temporis momento quàm longissimè & quaquauersus sese effundunt & rebus indontur, quibus siccitas nulla affigi potest, tenuissimis scilicet vaporibus, & aeri ipsi & quę ab aere in cerebri ventriculos illatæ spiritum viuificãt, prosternunt & penitus etiam interimunt, & quas postremo ipsemet (vt dictum est) à calore rebus indi affirmat, & à frigore propterea aboleri, quòd calorem id, cuius illæ opus sunt, interimit.

Capvt XVII.

Visionis ratio manifesta vt fiat, lucis ingenium actionemque & passionem inspiciendam esse.



Voniam non vt reliquis in sensoriis, ita & in oculis vnum modò percipit spiritus, sed præter colorum genus (quod antiquioribus proprium visus obiectum visum est) lucem itidem multóque (vt videtur) prius multóque pręstantius, & quod substantiam, quæ videt, pati immutarique, itaque & contingi ab iis, quæ videt, manifestum quidem est, & antiquiorum optimis visum potissimumque, at num rerum, quę spectatur, species oculos subeant seseque videnti substantię indant, an ipsa ad res effundatur easque veluti circumplexa earum imaginibus efformetur, non satis dum declaratum videri potest, antiquioréesque summopere inter se decertãt: vtique modum quo visio fiat, & visionis omnino rationem inquirentibus, illorũ vtrũque primùm inquirendum est: num scilicet coloris genus, an lux proprium visus obiectum & primò visile sit, & num rerum imaginibus ad videntem substãtiam delatis, an ipsa ad illas egressa illarum species percipiat. Antiquiorum itaque rationes, quibus non lucem (vt nobis placet) sed colores visus obiectum, & quibus non rerum species ad videntem substantiã deferri, sed ipsam ad res effundi astruunt, exponendæ reiiciendæque videri possent.

At quoniam si non Sol modò flammæque lucem quaquauersus emittendi, sed ipsa itidem, quæ ab iis effulget lux, se ipsam quaquauersus effundẽdi, & à rebus ad quas defertur omnibus eousque relucendi potens, & eousq; omnino ab aliis ad alias relucere conspecta sit, quousq; ab earum tumoribus atque opacitate interrupta obumbrataque penitus obscuretur, præterea & à coloribus quos attingit intingi illa omnibus, & corneæ portio quæ pupillæ superposita est humorésque oculo inexistẽtes luci peruij appareant: vtique simul & visionis ratio, cuius scilicet rei perceptio ea fit & quomodo fiat innotescat, & dictæ antiquiorum rationes nullo reiiciantur negotio, qui in ne reiiciendę quidem sint. Quis enim colores nullos prorsus vnquam seorsum à luce, & à luce non illustratos, ineptos nimirum qui sese propriámve speciem effundant, lucem verò omnem à rebus ad quas defertur quibusuis quaquauersus relucere, & ab earum omnium colore intingi inque oculos illabi intuitus, nõ proprium solúmque visus obiectum, & solam omnino visilem esse lucem, colores verò non per se propriisque viribus ad oculos deferri (quòd nimirum si fiat nulla etiam à luce illustrati illos subeant, videntique substantiæ in illis inhabitanti spectentur) sed propterea oculos subire, proptereáq; spiritui manifestari intelligat, quòd quæ ipsos contingit lux ab ipsorum specie intingatur, & secum eam ad spiritum deferat? Illorum itaque vtrúmque, lucis scilicet ingenium actióque & passio, vel satis alibi declarata, hîc itidem declaranda est. Nam corneę portionem, quæ pupillam occludit, humorésque oculo inexistentes luci peruios esse omnes, satis ipse declarat sensus.

Capvt XVIII.

Lucem quamuis, & vbiuis factam è quouis sui ipsius puncto quaquauersum se se effundere, & coloribus, quos attingit, colorari omnibus.



Voniam lux (vt in superioribus expositũ est commentariis) rectà quidem modò à solis nostrísque à flammis effulgere apparet, nec vsquam prorsus ferri videtur quò rectà ferri non potest, quò scilicet vt feratur inflecti ipsam oporteat, at quouis ab illorum puncto quaquauersus effundi, itaque quantulæuis flammulæ sint, in ambiente aere spectantur illæ vniuerso, & quæ in specula, in res scilicet incidit lux bene densas benéque æquabiles & bene etiã nitidas, quòd vlterius progredi non potest, assiduéque à super accedente augetur, proindéque copiosissima fit, & quòd nullis à tumoribus nullísque à maculis interrumpitur obumbratúrve, nihil ipsis propterea imminuitur robur, nihil minus relucet splendida quàm ipso effulget à Sole, & dum ab huiusmodi ad huiusmodi fertur res nullum relucendi finem facere videtur: vtique & ad tenuia inæquabiliaque entia delatam imminui quidem in iis obscurarique quid, & ab iis itidem ad alia huiusmodi tandiu relucere, & tandiu ab aliis ad alia ferri, dum penitus non obscuretur penitúsque deficiat, vel si quæ ad huiusmodi res defertur lux nusquam id agere appareat, existimandum omnino esset. Siquidem quæ agunt naturæ, quantumuis imminuantur debilitéturque, dum non penitus pereunt, iuxta proprium ingenium agere nunquam cessant. Eò itaque ampliùs, quòd sole nondum exorto, & penitus iam abdito, & sole exorto ibi itidem si non splendida vigensque, at clara certè benéque visilis spectatur lux, quò rectà (quò sola ferri videtur progrediens) nisi ab aere ipso, & à rebus ad quas delata est, quibusuis sæpius illa relucеat, deuenire minimè queat.

Et quoniam insuper in minutissimis penè & indiuisibilibus specillis, & vbiuis iis positis Sol vniuersus, &

vniuersum spectatur cælum: vtique & quæ ipso effulget à Sole, & quæ itidem à cælo refulget, à quouis illa Solis, & à quouis sui ipsius hæc puncto quaqueuersus relucet, itaque veluti in innumeras pyramides lucem quamuis effundi, & in quouis aeris puncto in pyramidis cuspide illarum quampiam desinere, ad aëris omnino punctum quoduis lucem vniuersam ferri, & in quouis vniuersam spectari posse, liquido patet. Manifestè itidem dicta in pūcta delata lux, haudquaquam veluti iter sistit, sed sese in iis singulis explicat, & quæuis ipsius portio cæptum iter rectà prosequitur, itaque è quauis factarum pyramidom cuspide in inuersas pyramides effunditur, & eo usque eæ effunduntur, donec in opacum quippiam deferantur. Nam si obscurum in locum (in quo scilicet qualisuis eum subit lux, conspicua fiat) per foramen in pyramidis formam factum lucem admittas, id transuectam statim in inuersæ pyramidis formam sese effundere, & rerum, à quibus relucet, imagines in oppositis parietibus, at inuersas, superiores nimirum partes inferiores, & dextras sinistras factas videas. Præterea, & quoniam transpicua colorata quæuis permeans lux ipsorum intingitur coloribus, & per viridia adueniens folia viridis fit, & res illa superuecta paulo robustioribus coloratas coloribus, & relucens etiam ab iis, nō quidem statim in iis elapsa relucénsve, nec aërem omnino permeans (in quo scilicet, quòd copiosa nusquam fit, nusquam itidem quæ robustissima non est visilis fit) sed ad densum quippiam delata singulorum coloribus intincta apparet, & nequaquam nulla in densi latitudine (quod vtique fieri oporteat, si à rerum modo coloribus intingatur, quarum scilicet superficiem modo attingit) sed bene amplo in illius spatio, vt ambigere non liceat, quin non à coloribus tantum, sed à luce intincta fit ab illis relucente: patet vtique lucem à coloribus, quos attigit, intingi omnibus.

Capvt XIX.

Vna luce conspecta, rerum omnium colores imaginésque spectari posse, & quomodo illa spiritus spectetur.



VONIAM igitur lux non à sole modò, sed à seipsa quibusuis in rebus facta, à quouis sui ipsius itaque & rerum ipsarum puncto quouis quaque versus sese effundit, & a rerum quas attingit coloribus coloratur omnibus, & quæ pupillæ superposita est corneæ portio, oculóque inexistentes humores luci peruij sunt omnes: patet vtique vna luce in oculos illapsa rerum omnium colores, proptereáque & imagines, & quæ spectantur omnia spiritui oculis inexistenti conspici posse, & proprerea omnino quæ luci exposita sunt, spectari omnia, quòd ab omnibus illa eluceat coloribus, quibus collorata sunt, intincta omnibus. Itaque & omnium imaginibus efformata, & corneam pupillæ superpositam, tum & pupillam transuecta lux, spiritum subit in oculis contentum, & quibus ipsa intincta est coloribus, iis illum intingit omnibus, & iuxta singulorum vires magis minúsve illum dilatat constringitve (siquidem & id agit color vllus) diuersis certè commouet motibus. Longè enim illæ tenuissimus sensúque præditos longè exquisitissimo vel summè exili summéq; languida à luce intingi, à propriaque dispositione dimoueri & commoueri potest, & quas patitur immutationes motúsque quibus commouetur, percipit eos omnes. Quoniam enim lux caloris species est, itaque cum calore oculos subit, vtique ab ipsa itidem spiritum oculis inexistentem ita dilatari constringique & commoueri existimandum est, veluti singulis externis corporis partibus, & in lingua præcipuè reliquis à sensilibus illa is omnino pati visus est: & manifestè à coloribus illa pati spiritus videtur. Age porrò, num oculo in vniuerso, an quapiam in ipsius parte, & in qua omnino visio fiat, & reliqua, quæ ad visionem spectant, loquitamus. At oculi prius constructio inspiciatur, qua scilicet ignota, non satis illa innotescere queant.

Capvt XX.

Oculi constructio.



VONIAM oculus (vt patet) spherica figura donatus est, prestat vtique eius constructionis explicationem ab eius veluti centro auspicari. Oculi in medio & veluti in centro humor inexistit, qui quoniam glaciei purissimique crystalli instar albus est, quin candidus potius nitidúsque, & summè æquabilis lubricúsque, glacialis crystallinúsque à nostris dictus est. At centri is vicem spherico in oculo obtinens, perfectè tamē sphericus non est, sed in lentis morem minus in anteriora posterioráque, quàm in latera prominet protuberátque. Nec humor dictus humoris more ex oculo exemptus diffluit conciditque, sed seipsum continet: nec durus tamen est, sed comprimenti cedit, mollis omnino est. Anteriori eius parte tunicula adnata est, instar tenuissimæ cæparum pelliculæ tenuis, egregiéque pellucida, & cornu instar benè polliti lucens splendensque: & nihil ea posteriores crystallini partes attingens, sed ad circulum delata, qui amplissimus in crystallini latitudine describi potest, finit ibi. Pelliculam hanc & anteriorem crystallini sedem humor ambit benè tenuis transpicuúsque, & qui, quòd aquæ persimilis est, aqueus à nostris dicitur. Is anteriorē modò crystallini partem ambit, ibique desinit vbi & dicta pellicula semiglobi formam nanciscitur. Huius verò humoris posterior pars quũ plana constet superficie, sinus obstat, in quem anterior crystallini humoris pars, anterior nimirum crystallini tuber immergitur, anterior gibba est, dimidiatique globi modo rotunda, iuxta oculi nimirum formam. Posteriori crystallini sedi vniuersæ humor circumfusus est, qui longè, quàm crystallinus, minus albus minúsque nitidus, & longè est mollior, & qui, quoniam vulgaris vitri ab igne liquefacti speciem consistentiámque refert, vitreus dicitur.

Is porrò aquei more ad amplissimū cristallini circulū delatus nihil vlterius progreditur. Dimidium itaque & ipse exprimit globum, nisi quòd anterior eius pars sinū & ipsa habet, in quem posterior crystallini tuber immittitur: posterior gibba omnino dimidiatéque globi modo rotunda est, iuxta oculi nimirum & ipsa formam. Continentur porro humores hi, posterior quidem vitrei pars ab anteriore, & ab aqueo seorsum pertenui tunicula, & quæ aranearum telis nihilo crassior videri possit, cum illis verò simul tunicis duabus, quarum altera vuea dicitur, dura altera corneáque, tum & tunicula, quæ ab vuea in amplissimum crystallini circulum immissa veluti illorum interstitium fit, & ne sibi ipsis commisceantur prohibet. Et vuea quidem neque perfectè spherica est, neque integra omnino, sed ad anteriorem oculi acta partem, eóque omnino, vbi iridis ipsa propemodum coloribus colorati videtur, itaque iris dicitur, non nihil introrsum comprimitur, vt eius superficies pro conuexa atque orbiculari plana fiat, atque à cornea, cui hucvsque veluti cōtigua fuerat, multum abscedit, & foramine insuper satis amplo rotundóque peruia fit, quod pupilla appellatur: altera verò integra quidem, & perfectè spherica omnis permanet, dum ad anteriorem oculi regionē ad eúmque omnino circulum, in quo (vt dictum est) iridis colores apparent, & ad eum delata pellucida fit, cornu instar bene polliti nitidique facti, itaque cornea dicitur.

Capvt XXI.

Oculorum humoribus, tunicisque, quæ proxime eos continent, spiritum inesse.



Ec verò dicti modo humores, sed spiritus itidem multus oculis inest. Itaque non modò inde manifestum fit, quòd (vt sæpe dictum est) non perpetuo eadem oculorum magnitudo, neque idem apparet splendor, sed minimi interdum langui-

langoidique & obseuri sunt, grandes interdum alacresqoe & splendidi, sed multò etiam (vt Galeno itidem placet) ampliùs, quòd viuo in animali oculus vehementer tensus somméque plenos, oulla omnino eius pars laaa corrugataue apparet, at illo mortuo, nibilq; dum aqueo effinao, minor laausque & rugosus oculus fit, substantiæ nimirum abscessu longè tenuissimæ, & quæ elabens visum lateat fugiatqne. Quin oculorum altero occluso alterius pupilla amplificatur dilatatorque, & veluti inflatur, copiosiore scilicet spiritu in vueam illapso. Nam propterea popillam dilatari, quòd maior spiritus copia voeam subiit, si dissecto animali in inferiores vueæ partes insuffles, ipsis intueare oculis: siquidem iuxta immissi flatus quantitatẽ pupillã diduci amplificatique cernas. Copiosior nimirũ io vneam illapsus spiritus, quòd ampliore iodiget loco, ita eã exteodit, vt nulla eius pars in se ipsam concidere complicarive possit, sed summè omnes intendantur, itaque in angustins ipsæ agantur, ab iis verò contenta pupilla amplior fiat, cribri foraminum instar, quæ omnia filis, à quibus continentur, intensis multò fiunt ampliora.

1. de cau sis sym- pt. ca. 2.

Et anoosissimis (ioquit Galenos) cornea tooica rugosissima interdum fit, adeóque, vt alij nihil prorsus, alij verò male & vix videant. Incidentibus enim aliis super alias rugis, tunicaqoe ob eam caosam duplicata, spiritu prætetea pauciore ad pnpillam effluente pro proportione, oculi iis impediuntur. Id ipsum enim, quod spiritus parcior à principio affluat, in causa potissimom est vt pupilla corrugetur. Et affectus (inquit) quem φθίσιν appellant, solius est imminotæ pupillæ, nihil cornea priuatim affecta. Accidit verò propter spiritus inopiam, vel meatibus scilicet obstructis, aot propter senilem imbecillitatem, visorio nimirum in oculo emollito liquefactoque, & eius substantia in tunicam, quæ posteriorem vitrei partem ambit molli membrana, & cum aliqua itidem nerui substantia in vneam diffuso. Qui longè plurimus assiduè in illum influit spiritus, cùm dictas in tuoicas, eamque, qoæ anteriori crystallini sedi adnata est, tum in humores illabitor omnes: & in vitreum quidem neruo ex ipso, in crystallinum verò, eique inhærentem tuniculam, è tunicula in amplissimum eius circulom ab vuea immissum, in aqneum pupillámqne ex vuea ipsa.

2. de vsu par. c. 9.

CAPVT XXII.

Visionem non vniuerso in oculo, sed vna modo in eius parte, & in qua fieri existimandum sit.

VISIO porrò vniuerso ne in oculo, an quapiam in eius parte, & in qoa fiat, è mndo omnino quo fit, è rerúmque quæ spectãtur specie magnitudineque diiudicandum est. Lux nimirum, quæ rerum imagines spiritui intuendas affert, si vniuerso in oculo æquè ampla & æquè clara, & spiritus ipse æquè viuerso inesse visus sit, vniuerso in oculo visionem fieri decernendum: sin vna in eius parte multo quàm in reliquis magis amplificari illustrarique lux & spiritns longè ei plurimus inexistere conspectus sit, vna in ea aut præcipuè visionem fieri statuendum omoino est. Quoniam enim rerum species magnitudóque, ipsæ nimirum res propterea spectantur, quòd ad eas delata lux carum enloribus afficitur, itaque affecta ad coroeam relucet, eamque & pupillam transuecta oculo inexistenti spiritui immiscetur, & rerum, quæ spectantnt, longè plurimarum cùm color exilis languidusque est, & à quo per exiguum quid lux immntetur, qui igitur ægerrimè spiritui innotescat, tum verò ingens magnitndo, & quæ pupillam immensum quid exuperet, quarum omoino imagines quantæ spectantur pupillam subire iotelligere non liceat: lucem pupillam transuectam loogè clariorem, & in qua vel lãguidissimus eius color spectari possit summéque amplificari necessario existimandum est.

Itaque (quod dictũ est) ea vna, aut præcipua in oculi parte, in qua longè illa clarissima longéque fit amplissima, visionem fieri sommè est ratiooi congruum. Id verò certè positũ si sit, vniuerso in oculo eam fieri existimare non licet. Nam si singulæ eius partes spiritu plenæ, & bene luci peruiæ, at longè diuersum ad pupillam spatium situmque, & longè diuersam nactæ illæ dispositionem, nec æquè pupillam subeunti loci expositæ sunt omnes, nec in omnibus eadem fit lux, sed minor in aliis languidiorque, io aliis verò clarior copiosiorque & amplior. Talis porrò fit in iis, quæ longius à pupilla absunt, & cùm densiores, tum verò & albiores splendidioresque sunt. Nam vt in amplius diffundatur spatium & copiosa vt fiat robustáque, & splendida, bene compacta, benéque nitida reopus habet lux. At neque eundem in omnes oculi partes spiritum illapsum esse, nec omoibus eundem inexistere existimare licet, sed copiosiorem in iis, in quas & promptius confluere & commodius contineri qoeat. Nam multns benéque in se ipsum collectus spiritus sit oportet, vt longè languidissimæ lucis actiones percipiat, & vniuersitati eas vt communicet in cerebri ventriculis resideoti. Quoniam enim longè teouissimus spiritus quantusuis fiat, nihil tamen externas rerum vires reiicit, nihilque motibus, qui ei induntur, pigrius commouetur, sed æquè ab iis ac summè exiguus si fit summéque exilis, patitur commouetúrque, & cuiusuis eius portioois passiones motusqoe omnes reliquis omnibus, cooriguis præsertim, communicanrut omnes: vbi multus ipse sit, vel si non vniuersus simul quid patiatur vniuersúsque simul commoueatur, proprias ibi passiones propriósque motus magis percipiat magísque iis commoueatur, & multo robustior proprias vniuersitati passiones propriósque commnnicet motos oportet. Et manifestè vbi exiguus is adest, parum ibi sentit, nihil proprias passiones voiuersitati communicat, & prauè etiam intelligit.

Quamobrem in ea oculi parte visionem fieri existimandum est, quæ pnpillæ è regione pulcherrimè posita sit, in qua lux cùm clarissima, tum verò & amplissima fiat, & cui insuper plurimus insit spiritus, benéque is spiritui, qui meatui, in quem visorios vterque coit, & cerebri ampliùs inexistit ventriculis, contiouus vnúsque sit, qui scilicet breui & quàm fieri potest recta ab eo emanarit, itaque eius affectiones passionésque & motus quiois, quòd neqoe in looga neque perplexa in re imminuti immutative sunt, integri sincerique ad spiritus vniuersitatem defetunrnr. Crystallinus porrò ad lucem quidẽ excipiendam, & bene eam amplificatam illustratámque, & ad ampliùs amplificandam illustrandámque pulcherrimè quidem positus videtur. Siqoidem è pupillæ regione & bene ab ea amotus est, & eius pupillæqoe in medio aqueus positus est: itaque pupillam transuecta lux recta ad eum fertur, spatiúmque sese amplificandi, & rem nacta, in qua multa simul colligi queat, bene ampla benéque ad eum aduenit clara. Et connexus summéque æquabilis, & bene compactus albusque & nitidus is eum sit, quæ aqueo in vniuerso, in eiusque concauo fit lux, omnis in illo suscipitur, summéque integra, nihil scilicet intercisa vnquam & copiosior, proindeq; & robustior amplior que fit, & nihil eius color fœdatur, aut spleodor imminoitur, quin augetur magis.

At (quod dictum est) ad lucem excipiẽdam, qoalemque excipit seroandam, & ad amplificandam illustrandámque polcherrimè positus constructúsque crystallinus cùm sit, neqoaquam tamen io eo visionem fieri existimare licet. Neque enim in bene denso spiritus, multus præsertim, commodè inhabitare poterit, mious etiã inhabitantis passiones motúsque, qua oportet facilitate, spiritus vniuersitati communicare. Quoniam enim bene densa benéque continua æquabilisque suprema crystallini apparet superficies, & talem omnino ad lucem, & integram eam continuámque excipiendam factam esse oportuit: nequaquam, si quis crystallino inexistit spiritus, è vitreo eum, sed ea altera tunicula, & ex ea quæ in amplissimom eius circulom immissa est, illapsum esse existimare licet. Vt non ad videntem spiritum contioendum constructus crystallinus videri queat, sed vt in ipso talis tantaque fiat lux, qualem quantamque vt

exterarum rerum imagines in ea spectari possint fieri oportet, indeque ad spiritum immittatur remittatúrve, contiguis inhabitantem in rebus. Nec verò vel adnata in tunica, vel in ea quæ in amplissimum ipsius circulum immissa est, visionem fieri suspicari licet. Neque enim in longè vtrisque gracillimis tantus inest spiritus, quantus vt lucis affectiones omnes earúmque percipiat differentias, nec ita vniuersitati in cerebri ventriculis inhabitanti vnitus continuusque, quomodo, vt proprias passiones propriósque motus integros sinceròsque ei communicet, sit oportet. Nec, si à crystallino ad circulum ipsum ambientem relucet lux, qualis in crystallino facta est ad eam relucet.

Itaq; superest, vt vel in aqueo, vel in vitreo visio fiat. Siquidem huiusmodi (vt dictum est) crystallini consistentia apparet, vt & densi & non densi speculi vicem præbeat, ab eo nimirum resiliat eumque permeet lux, & ad lucem admittendam amplificandámque, & ad spiritum continendum bene vterque aptus, & modo eodem vterque crystallino appositus est. Et potius quidem in aqueo fieri inde suspicari licet, quòd Solis fulgori lucíque subeunti cuiuis magis expositus est aqueus: itaque, quæ ad eum à crystallino resilit, clariorem in eo quam in vitreo, quæ crystallinum transuecta ad eum defertur, luce spectari existimare licet. At qui aqueo spiritus inest, & ipse non bene spiritus vniuersitati continuus vnusque est, bene longo benéque angusto & summè perplexo itinere ad illam delatus, vt siquidē ipsius passiones motusque communicari illi possint, interrupti certè immutatíque communicentur, & quæ crystallinum permeat lux, nequaquam in eo imminui obscurarive, quin amplior etiam clariorque fieri quàm qua ab eo resilit, videtur. Manifestè enim quæ crystallino supponuntur res, ampliores omnes clarioresque apparent. Rerū præterea colores imaginésque, languentem nimirum fœdatamque, qui conspecturus est spiritus lucem, nequaquam ita solis fulgori exponendus est, vt illam ab hoc seorsum admittere non possit: multò enim ab hoc quàm ab illa magis exagitatus commotúsque, minus illius percipiat actiones. Et manifestè, quæ fulgente Solis in luce longè ægerrimè, facillimè optiméque in languente illa intuemur.

Itaque ita locandus & veluti abdendus spiritus fuit, vt reliquis exclusis quamlibet admittere queat lucem. Id verò eò commodius fiat, quò longius à cornea amoueatur. Siquidem cum ciliorum palpebrarumque obobiectu, tum verò pupillæ commutatione id fit. Et ne in oculi ima quæpiam feratur lux, illorum obiectus quiuis, & quæuis huius immutatio præstat: at ne pupillam pupillæque proximas res, & veluti eius vestibulum subeat, non nisi magnus ille, & tanta hæc fortè, vt luci vniuersæ aditus occludatur. Horum, ne in vitreo fiat visio, nullum prorsus prohibet. Siquidem quæ in crystallino fit lux, copiosissima amplissimáque ad vitreum defertur, & copiosior etiam in eo fit amplior que, & spiritus longè plurimus inest, lōgissiméque à pupilla amotus, & summè vniuersitati continuus vnusque, & breui rectáque ab ea progressus. Summa præterea crystallinū copia exuperans vitreus, non illum modo nutriendi reficiendíque gratia illi circumfusus videri potest. Nec qui copiosissimus è visorio in eo fuso in vitreum spiritus immissus apparet, propterea inditum esse iudicandum est, vt spiritus in aqueo existēris passiones affectionésque percipiat, & spiritus vniuersitati eas cōmunicet, nequaquam illi continuus vnitusque, rei inexistens quæ illius domicilio nusquam hæreat continuáque sit, sed à bene corpulenta benéq; densa ab eo seclusa re. Vt multis rationibus in vitreo quàm in aqueo commodius præstantiúsque lucem à spiritu spectari, & in eo visionem fieri intelligere liceat.

Capvt XXIII.

Quomodo ea omnia in situ, in quo nobis opposita sunt, spectantur.



O porrò in situ, in quo nobis oppositæ sunt, res spectantur omnes, quæ scilicet dextris oculi partibus oppositæ sunt, dextris oppositæ, & sinistris, quæ sinistris: non quòd quæ ab illis relucent luces directæ oculos subeunt, & quę è partibus resiliere, quæ dextris oculi partib. oppositę sunt, ad dextras feruntur, & ad sinistras, quæ è sinistris (neque enim si ita oculos subeant res, quæ pupillam vel tantillum excedunt, simul vsquam spectentur omnes) sed quòd quæ à re quæ spectatur relucet lux, vniuersa quidem vnum in pupilla coit in punctum, tum veluti sese explicat, & in inuersæ pyramidis formam effusa ad crystallinū fertur. Itaque quæ à rerum partibus resiliere luces dextris oculi partibus oppositis, in sinistris oculi partibus fiunt, & è contra. At crystallinum illæ permeantes, quòd sentis in morem inflexus is est, inflectuntur & ipsæ, itaque in cōtraria feruntur: & ipso fortè in crystallino vel modicum quid ipsum transuectæ, vnum rursus coeunt in punctum, tum singulæ rectà pergentes à se ipsis iterum diducuntur, pristinúmq; ad oculum nāciscuntur situm, quæ scilicet è rerum partibus resiliere, quæ dextris oculi partibus oppositæ erant, in dextris oculi partibus fiunt, & in sinistris quę è sinistris.

Nam id itidem esse lucis ingeniū, vt in punctū coacta iter in eo haud sistat, sed in eo veluti sese explicet, & rectà pergat vniuersa, itaque quauis factarum pyramydū cuspide alia inuersa exoriatur pyramis, & vt ad transpicua, at paulò crassiora, & in quibus copiosa fiat, delata lux, subeat ea quidem, at non recta omnis, sed ea modò ipsius pars quæ directa aduenit, quæ verò obliqua iter veluti inflectat, eo nimirū feratur quo densi superficies, quin quo extrema lucis ipsius facies, quæ in illa facta est, rectà spectat, manifestè omnia intueare, si obscurum in locum (in quo scilicet quæuis, quæ eum subit lux, conspicua fiat) per foramen in inuersæ pyramidis formam factū, externam lucem admictas. Etenim illud eam transuectam statim in inuersæ pyramidis formam sese effundere, itaq; externarum rerū, à quibus relucet, imagines in ambientibus parietibus, at inuersas, superiores nimirum earum partes inferiores, & dextras sinistras factas intueare, & è cōtra. Hoc verò & in superioribus satis est, vt existimo, declaratum commentariis, & si transpicuum quid conuexum luci exponas, manifestissimum fiet. Siquidem illud hanc transuectam vnum omnem coisse in punctum manifestè videas, & in id omnino, quo conuexi superficies, quin quo extrema lucis facies in eo facta rectà spectat.

Capvt XXIIII.

Quomodo maiora quæ sunt, maiora, & propinquiora remotioribus ampliora, eaque propemodum, quæ sunt singula magnitudine, donata apparent.

ET maiora quę sunt, minoribus, & omnia proximiora facta se ipsis remotioribus ampliora apparent, quòd quæ ab amplioribus propinquioribusque rebus relucent luces ad maiorem in pupilla coeunt angulum, & ad maiorem à se ipsis diducuntur, & in aqueum progrediuntur, itaque & in ipso, & in crystallino, tum & vitreo ampliores fiunt. Scilicet prout quæ à rebus ad pupillā relucet lux amplior angustiorue fit, ita & lux è puncto, in quod coit, rectà progrediens vniuersa magis minúsve expanditur, & inuersa, in quā progreditur, pyramis amplior fit angustiórve: itaque prout à maioribus minoribúsque, & propinquioribus remotioribúsque rebus relucet lux, ita vitrei inexistentisque spiritus maiorē cę minorémve portionem attringunt, propriáq; afficiunt specie, & maiores spectantur minorésque. Propterea enim quæ sentit spiritus, maiora minoráve diiudicat, quòd maior minórve ipsius portio ab iis immutatur. Fortè & quæ à rebus relucet lux singularum magnitudinē in sui ipsius magnitudine profunditatéque manifestat. Quoniam enim (vt dictum est) ab illarum puncto quouis illa relucet, &

vel

vel vbi lo vnum coit punctum vniuersa ibi fit, itaqoe & rerum à quibus relocet imagines & ipse in eodem fiunt puncto, & ambigere non licer, quin & ibi & vbicunque fit lux & vbicunque spiritum contingit & spiritui spectatur qualis est quantaque, talem eam tantámque spiritus sentiat spectérque: vtque (quod dictum est) in lucis itidem copia rerum magnitudinem spiritum intueri existimate licer.

Et vel vastissimi montes quanti sunt nobis apparent, qubd pupillam transuecta lux in amplius assidue diffunditor, assiduéqoe in crassioribus benéque nitidis humoribos copiosior fit splendidiórque: itaque ad vitreum delata, bene ampla, & tanta propemodum quantæ ipsæ funt res, spiritui appatere potest, assueto præsertim edoctóque è lucis quantitate, qoam in vitreo percipit, rei, cuius illa imaginem affert, magnitudinem metiri sentiréque. Nec tamen vastissimorum montium imaginem vniuersam oculos simul subire contendam, proximorum præsertim à quibus nimirum vniuersis, ab extremisque ipsorum partibus quæ relucet lux, siquidem omnis ad pupillam deferri queat, at subire eam certè haud queat, rectà modò progredi apta. Nec lineari id tantùm ratione, sed ipso manifestum fit sensu. Neqoe enim paulò ampliora quæ sunt, è proximò rectè vniuersa, nihilque commotis oculis intueri licet. At vel vastissimorum montiũ imago vniuersa & quanta est, oculos subire videtur, quod tanta ij facilitate aguntur, tantáque commouentur celeritate, adeóque insensile quid iis commotis, alia atque alia eos subit lux, vt multi qui sunt vnus videatur aspectus, temporis nimirum momento nullóque facti labore. Vt vastissima quæ sunt, & non nisi multis intuemur aspectibus, vnico conspecta esse videantur, seorsum scilicet conspectas magnitudines vnam omnes faciens spiritus, vel maximarum rerum iotuetur qoantitatem.

Capvt XXV.

Quomodo spatium, quod inter res quæ spectantur, & nos, & quod ipsas interest res, earúmque inæqualitatem intuetur spiritus.

Qvum & spatiom, quod nos inter & quas intuemur res, tùm quod ipsas iotet est res, modo eodem quo res ipsas earumque magnitudinem percipit spiritus. Quoniam enim non densis modo à rebos, sed (vt dictum est) ab ipso itidem aëre relucet lux, nequaquam, quæ conspectis relucet à rebus, sola ipsa vnquam, & ab ea seorsum, quæ ab intermedio relocet aëre, oculos subit, sed vtraque perpetuò simul, & huic omnino veluti annexa, & veluti huius illa à tergo. Nam si quæ à Sole emanat lux, ad quas rectà ferrur res, simol eodemq; temporis momento ad eas fertur omnes, & ab omnibus simul eodémq; temporis momento ad res, quas recta spectat, relucet omnes, itaque, quas relocet ad res illarũ imagines in iis omnibus simul cóspicuas facit: at quod longè quidem rapidissimo, & qui visum etiã ipsum præueniat, sed motu omnino ad quas accedit res, ad eas accedit illa omnes, necessario ordine quodam, & (quod facere videtur) prius omnino ad propinquiores effundatur resiliátqoe oportet, Neque enim ne id fiat (quod fieri passim videmus) quæ spectantur res quo locatæ sunt, locatæ appareant ordine.

At propterea quæ in speculis spectaotur, veluti inuersa spectantur, eæ scilicet ipsarum partes, quæ speculo quidem proximiores, at nobis remotiores sunt, quæ contra proximiores nobis, at speculo remotiores, postremæ spectantur, qubd quæ à rei partibus, quæ à speculo minus distant, relucet lux, prius quàm quæ à remotioribus relucet ad speculum fertur, & prius ab eo ad nos retrofertur. Et propterea etiam, si quæ speculum contingit, ab eo retrahas rem, non amplius eius imaginem in speculi superficie, sed intra speculũ & in puncto intueare, tanto à superficie spatio distante, quanto quæ retracta est res ab ea distat, qubd lux, quæ ab intermedio relucet aëre, eam quæ à retracta relucet re, & ad speculum accedens & ab eo ad nos recedens præcedit, itaque quia illa à speculi superficie relucet, puncto hæc, qood intrà speculum positum appateat, tantóque ab eius superficie remotum spatio, quanto ab ea retracta est res, spectetur oportet.

Rerum itidem inæqualitatem modo eodem iotuetur spiritus. Quæ enim prominent & proximiora sunt, proximiora, quæ verò penitiora magísque in imo sunt, quod longior ab iis aduenit lux, quæ omnino magis absunt, qualia sunt, remotiora intuetur spiritus. Et quoniam quæ spectantur res, qub magis in longinquo spectantur, eb obscuriores appatent minorésque: vtique si superficies quæpiam non vno eodemque omnis, sed aliis sui partibus clarioribus magísque agentibus, aliis verò obscurioribus lenguidioribúsque colorata sit coloribus, vel si colore quidem nullo & locis modo distincta sit æquè quidem distantibus, & quæ ab iis continentur spatia, nequaquam sibi ipsis æqualia, sed secundum primo & secundo tertium, itaque deinceps quod assiduè subsequitur præcedente angustius sit, huiusmodi superficies quantumuis æqoabiles sint, eodémque vniuersæ spacio à nobis distent, inæquabiles, & non æquè à nobis distantes appatent, sed illius quidem, quæ clarioribus coloratæ coloribus sunt, partes proximiores, remotiores verb obscuriores quæ sunt. quod nimirum propinquarum illæ rerum ritu visum magis exagitant, illæ verb remotarum more languidius. Alterius itidem spatia ampliora quæ sunt, proximiora, remotiora verò quæ sunt, minora apparent, rerum & ipsa exemplo, quæ vel maximè sibi ipsis æqualia, at longo ordine locata si sint, nequaquam sibi ipsis æqualia, sed quæ propius, maiora, minora verb, quæ longius locacata sunt, appatent. Quod scilicet minora quæ sunt, minora appareant, sed non spatiorum angustiæ, quæ è longinquo iotuentes latere potest, sed ipsorum distantiæ attribuit spiritus.

Capvt XXVI.

Quomodo motum mansionémque, tum numerum intuetur spiritus, & nec figuras, nec magnitudines, nec numerum, nec motum propria esse visus obiecta, & quomodo ea sentiunt reliqui sensus.

Rervm porrb motum mansionemque propterea percipit spiritus, quòd earum ad nos & ad sese ipsas intuetur distantiam, quæ scilicet vel nobis, vel sibi ipsis propinquiora remotioráve fieri, moueri, quæ verb æquè à nobis & à seipsis perpetub distare intuetur, in eodem perpetuò permanere loco diiudicat. Itaque quæ in angusto conclusóque loco & immoto omnino cuipiam propinqua sunt dimota minimè latent, at non quæ in vasto apertóque sunt in loco, sed eorum motus diù occultus est. Numerũ verb percipit spiritus, quòd res à seipsis distinctas separatásque videt. Itaque & figuras, & magnitudinem, & numerum, & motum, mansionémque Intuetur spiritus, quòd veloti lucis subiecta facta, & luci vnita, & veluti lucis affectiones quædam, à luce omnino ad spiritum deferuntur. At non propria esse visus obiecta inde patet, quod nihil, vt talia sunt, visum commouent. Sentiũt & hæc reliqui itidem sensus, at minus etiam qoàm visus propriè. Neque enim eorum obiectis æquè ac luci vniũtur vnúmqoe illis fiunt. Et magnitudinem quidem contingens gustáosque spiritus percipit, quod magna aut parua ipsios portio commouetor, figuram quod talis, numerum quòd non continua, motum quod non eadem perpetuo, mansionem contrà quod eadem perpetub. Sic itidem & odoratus auditúsque magnitudinem, quod multus ipse aut valdè, numerum, quòd non assiduè motum, quod non augetur vel imminuitur qui in ipso fit motus, mansionem verb, quod idem stabilisque atque vniformis fit.

Capvt XXVII.

Qua lux, & cur spiritum oblectat, quáve molestia afficit,

& cur tenebræ spiritum offendunt, & quæ alia spectantur, cur aut iucunda aut molesta sunt.

OBLECTAT autem summopere spiritũ lux, & ipsa illum commouens agitásque, & cognata amplius similisque: at non integra purissimáque. Manifestè enim ab vtraque summopere visus offenditur, & penitus etiam corrumpitur, quòd, vt existimandum est, ampliùs quidem ab illa, quæ scilicet robustioris caloris facies est, at & ab hac etiam humores nimis exagitati nimisque fusi, & liquidiores omnino facti immistũ spiritũ nimis exagitãt, & magis separant segregantq;: at minus fouent minorémque suscipiunt lucis copiã, & in quãta, quibus affecta est, colores conspicui nõ fiant. Quoniã enim nullo prorsus à frigore visus imminui, at ab albedine quauis debilitari tandem quid, & à summa penitus corrũpi videtur, & propterea omnino, quòd nimis ab ea diffunditur dilataturq; (siquidẽ nigredo, cui omnium consensus visum constringendi facultatem attribuit, oculis apposita, ne corrumpatur, Xenophontis testimonio, præstat: cujus scilicet militũ per niues iter facientiũ visus nisi nigrarũ rerũ obiectu subeũtis albedinis vires repressæ forẽt, nisi scilicet colore immisso qui visum cõstringit, ne nimis ab albedine diffunderetur, prouisum foret, penitus corruptus foret) & albedo caloris species & veluti facies, proindéque nusquam à calore distincta, sed vbique ipse ea sit calor: vtique quas edere videtur illa actiones, calori eæ attribuendæ sunt omnes, itaque & malum, quod albedo visui infert, à calore id inferri, humores si non omnes, eorum certẽ quempiã, vel ipsum etiam spiritũ nimis diffundente. Fundere enim modo liquareq; quę attingit, aliud nihil immutare videtur calor.

Nec quòd calor rebus aliis albis & ipsi etiam inexistens niui nullum sui sensum facit vnquam, propterea verẽdum est ne humores iisque immistum spiritum fundere queat dilatareque, & fundat omnino dilaretque, agros ab eo (vt alibi dictum est) fermentari, molliri nimirum fundique, bullasque attolli intuentibus, & à calore bene frigidis indito cibis linguã spiritúmq; fundi dilatarique sentientibus. Nec tamen & eorum qui diuturnis in tenebris conclusi, & repentè summæ expositi albedini, statim visus penitus corrumpitur, propterea eum corrumpi existimandum videtur, quòd subeuntis albedinis calor humores nimis liquarit nimisque spiritum diffunderit (neque enim intelligere licet, cur ij promptius, quos iam diù nulla attigit albedo, quàm quos assiduè ea subit, ab eius liquentur calore) sed potius fortè, quòd nouo albedinis conspectu nimis exhilaratus spiritus, tantus ad eam intuendam confluxit, vt mutuo sese compresserit. Itaq; & humores substantiæ præsentia destituti, quæ perpetuo iis inhærens penitúsque eius naturæ immista, & perpetuo eas cõmouens, summopere eos & fouebat & oblectabat, immutentur omnino quid & quid patiãtur, proindeq; & visus corrumpatur oportet. Nam si sensoriorũ reliquorum, eorũ præsertim quæ multis diuersisque è rebus constructa sunt, & organorũ etiã, quæ à nobis fiunt, quæ præsertim, quòd eorũ ope ac ministerio varium difficiléque conficiendum est opus, multis diuersisque è rebus componenda fuere, si quæ earum non rectè confecta positaue sit, nequaquã, quod conficiẽdum est, cõfici potest opus, ne, si quæuis oculi pars quiduis immutetur, visus corrumpatur ambigere nulli licet: at iis certè minus, qui oculi constructionem causamque, cur ita construendus fuerit, paulò diligentius intuiti sunt.

At age, vnde digressi sumus redeamus: & quando integram purissimamq; lucem spiritui molestam esse grauémque satis est (vt videtur) declaratum, quæ qualísque eum oblectat, & reliqua quæ proposita sunt exponamus. Quoniam spiritus, vel si à rebus, à quibus ad motum agitur fouetúrque, voluptate afficitur, & lux manifestè id agit, at robustissima purissimáque quæ est, non modò nihil spiritum oblectat, sed molestia maloque afficit, & propterea (vt visum est) quòd humores iisque immistum spiritum nimis exagitat, & liquidiores illos faciens, ne spiritum satis foueant, prohibet: vtique ab ea summa afficiatur voluptate oportet, quæ blandè humores ipsumque iis immistum commouet spiritum, & quæ & ipsa eum fouet, & modicum quid humores fundens nihil, quin & ipsi idem agant, prohibent. Tenebræ contra & tenebris proxima lux tristitiam spiritui molestiámque inferunt & in angustum illæ eum agunt. Nam si non propriis id agunt viribus, at quòd propriæ ipsius speciei aduersæ sunt, & quod lucis rerumque aspectum (qui spiritu longè iucundissimus, longéque est necessarissimus, & quo dempto seruari desperat) ei adimit, summopere eum turbant & veluti examinant, itaque vt sese contrahat præstant, & (quod dictum est) veluti ex accidente quodam cõstringunt. Cætera verò, quæ non vt colorata oblectant, neque igitur quibuscunque, at certis tantùm colorata coloribus, propterea oblectant, quòd ad nostri conseruationem commodumque, vel voluptatem spectant, quòd omnino quoddam nobis pollicentur bonum, vel etiam quòd diu ipsa seruari posse apparent. Adeo enim grata, adeóque nobis amica est conseruatio, vt quibuscunque inesse appareat rebus, iucunda ea nobis sit.

Propterea igitur & animalia, & pulchra omnia oblectant, quòd diuturnam illa omnia conseruationem pollicentur rectè efformata singulis nimirum prædita partibus ad proprium obeundum munus aptissimis, & quarum nulla alterius locum occupet vel opus impediat, sed quarum singulæ propria sede contentæ mira ratione sibi ipsis conueniant & veluti cõcinnant, & singulæ reliquarum opus adiuuent, nec propriam inuideãt laborem, & propriam singulæ nactæ naturam, venustissimis omnes vsque singulæ exornatæ sint coloribus, qui partium conseruationem præseferant & robur. Deformia contra turpiaque summopere offendunt, quòd breui corruptum iri apparent. Qui enim, quæ è partibus, quarum nulla ad propriũm obeundum munus constructa sit, & quæ nulla sibi ipsis mensura rationeque congruat, sed adeo alteram excedat exuperetque altera, vt non vnius eiusdémque, sed diuersorum animalium partes videri queant, & quæ omnes è pessimis cõfectæ succis, deterrimo eoq; omnino donatæ sint colore, qui proximam singularum denunciet corruptionem, diu conseruari posse sperare liceat? Age porrò quæ reliqua sunt, modus nimirum, quo spiritu ex oculis effuso visio Galeno fiat, tum & quæ visionis rationem tractanti Aristoteli posita sunt, explicentur tenuanturque, vel si satis ille à Peripateticis reiectus videri possit.

CAPVT XXVIII.

Visio spiritu ex oculis egresso, & aere, qui inter res quæ spectantur spiritumque medius est, a spiritu inalterato, sentiendique facultate, & spiritus omnino natura donato Galeno 7. 8.

COAPVS (inquit Galenus) quod videtur, aut mittens de se aliquid, propriam sui nobis dignotionem ostendit, aut si ipsum nihil mittit, expectat aliquam ad se à nobis sensificam venire facultatem. Vtrum horũ sit verius, hoc iudicabitur modo. Per exiguũ pupillæ foramen visio fit. Quod quidem si expectaret portionem aliquam, aut facultatẽ, aut imaginem, aut qualitatem ex corporibus extrinsecus obiectis ad se accedere, nunquam eius, quod videtur magnitudinem perciperemus. Verbi causa, vasti alicuius montis tam magnum siquidem spectrum, quantus ipse est mons, in oculos nostros ingredi oporteret: quod penitus est absurdum. Vt omittam interim, quòd vel in vno eodemq; tẽporis momento, etiam si innumerabiles sint qui viderent, ad singulos eædem imagines ferrentur. Cùm verò visorius etiam spiritus nequeat fluore suo tantùm extendi, vt omnes visui expositas res circunfusus complecteretur (nam quid aliud esset quàm commentitia illa stoicorum gutta, quæ cum toto maiori commisce-

commiſcetur?) Reſtat igitur adhuc vt aer circunfuſus tale inſtrumentum nobis fit, quo tempore videmus, quale eſt ſemper neruus in corpore. Siquidem eodem pacto aer nos ambiens à ſpiritus viſiui occurſu, quo à ſolis fulgore affici videtur. Nam & ille ſupremo aeris termino contacto ſtatim vim ſuam fulgidam in totum diſpergit, & noſtra per viſorios neruos acies progreſſa ſpirituali ſubſtantia prædita, cùm in aerem incidit, primo appulſu in eum alterationem inducit, quæ longè latèque, in continuum ſcilicet nos ambiens corpus ſparſa, ſepcutè in totum diffunditus: id quod liquido etiam in vi ſolis ineſſe conſpicimus.

Rerum ſcilicet quæ ſentientem animam non contingunt, nec vires ei nec ſpeciem percipi poſſe exiſtimanti Galeno, nihilque (vt videtur) è rebus quæ ſpectantur ſimulachra emanate intuito, & cerebri vnius propriam eſſe ſentiendi vim, neruis verò eatenus eam ineſſe quatenus à cerebro ea donentur, quatenus ſcilicet à cerebro immutentur in eiúſque agantur naturam, itaque immutatos non ipſos modò externarum rerum vires ſpeciémque percipere, ſed cerebro ſentiendam eam præbere ſtatuenti, neceſſariò (vt dictum eſt) quo rerum imagines ſpectentur, vel anima ipſa, vel aliquod eius organum ad res ſpectandas emittendum Galeno fuit, quod eas intuitum earum ſpeciem animæ communicaret, ſpiritus nimirum, qui oculis ineſſe, & qui ſi non animæ ipſius ſubſtantia, at præcipuum eius organum Galeno viſus eſt, & qui longè ad exiliendum aptiſsimus videri poteſt. Non tantus porrò ille cùm videretur, qui & ad valdè remotas vaſtaſque res ferri, eaſque ambire complectíque poſſet (quod reliquum fuit) emittendus quidem ex oculis, at non ad res vſque ſed modicum quid egreſſo, & non longè omnino ab oculis facto, vis ei à Galeno intermedium aerem inalterandi, in propriamq; agendi naturam indenda fuit, quo ſentiendi vi donatus contiguarũ ipſe rerũ imagines intueretur omnes, & ſpiritui, à quo ſentiens factus ſit, non continuus ei modò vniuſque, ſed vnus omnino ei factus ſpectandas præberet. Viſio itaq; eo omnino fiat modo, quo reliqui ſenſus omnes, eo tantum interiecto diſcrimine, quòd illa vt fiat non viſorij nerui à cerebro inalterandi ſunt (qui fortè cerebro perſimiles nihil, quo ſentiant, amplius immutandi cerebro ſunt) ſed aer à ſpiritu ex oculis egreſſo in propria agendus naturam. Patet, inquit, ſimilem quandam affectionem vtriſque contingere, & neruo & aeri, qui quidem ex ſui ipſarum natura ſimilitudinem quandam iam habent, ad eam ſcilicet rem vterque à qua inalterãdus eſt. Subdit, Itaque & ad rem immutantem exquiſitę aſsimilantur.

Caput XXIX.

Viſionem quomodo Galeno placet fieri non poſſe.



QVONIAM, vt rerum ſpecies ſpectentur, vel ſpecies ipſæ oculos ſubeant & videnti animæ ſeſe intuendas præbeant, ipſi ſcilicet vniantur animæ, vel anima ipſa, aut res benè ei proxima, & cuius paſsiones cognitioneſq; animæ innoteſcant omnes, ex oculis egrediatur, & ad res quæ ſpectãdæ ſunt delata eas veluti circumplectatur, vniuerſas omnino eas contingat oportet: rectè vtique Galeno modum, quo rerum imagines, quantæ res ſunt, quantæq; ſpectantur, oculorum pupillam ſubire queant, & quo rei eiuſdẽ imago ad innumeros ſimul homines feratur, & quo inſuper longè plurimæ imagines vnum in punctum ſimul delatę ſeſe mutuo non confundant, intueri impotenti, & ſpiritum, vel animæ ſubſtantiam, vel maximè propriũ ipſius organum exiſtimanti, is ad res contingendas egredi viſus eſt. Et rectè itidem ſpiritum ad remotiſsimos vaſtiſſimoſq; montes effundi, eoſque vniuerſos circumplecti non poſſe iudicanti, neceſſario (quod reliquum fuit) intermedius aer à ſpiritus vi inalterandus, & ſpiritus natura donandus, & in ſpiritum omnino agendus Galeno fuit. At vt nihil modò rationem, qua ſenſum is ficti ſtatuit, dãnem, ſatis alibi damnatam reiectamque id certè ſummopere Galenum mouiſſem, quòd difficultates dum vitat, quę nullo exuperentur negotio, non plures multòque ſubit peiores, & à quibus nuſquam ſeſe explicet, ſed in barathra mehercule libens ille ſeſe dimittit, è quibus euadẽdi nulla ſit ſpes. Non ſcilicet è rebus, quibus quãtiſque vis, à luce modò conſpectæ eæ ſint, earũ imagines ne emanẽt, & ne per aerem nihil à ſpiritu inalteratum quaque verſus ferãtur, & oculorum tunicas pupillamq; ſubeant, & ſpiritui inſuper oculis inexiſtenti quãtæ propemodum ſunt appareant, verendũ Galeno fuit, vaſtiſsimarũ rerũ (& quas, ſpiritumq; ex oculis elabentẽ intermedius qui fit aer à ſpiritu inalterari Galeno videri non poteſt, vel penitus ei abditus, vel ab iis defenſus rebus, quas ſpiritus permeare exuperateque minimè queat) ſimulachra minutiſsimis inſpecillis, tum verò & pictorum induſtria minima quæ ſunt, & quæ contigua nihil excedunt, vaſta ſumméque prominentia apparere intuito.

Hęc multóque amplius ſumma conditoris noſtri cùm aliarum in rerum, tum verò in animalium conſtructione ſapientia bene Galeno conſpecta, perſuadere homini poterat modum ab eo inuentum eſſe, quo quãtæ ſunt rerum imagines ſpiritui oculis inexiſtenti, vel ſi tantæ eos illæ non ſubeant, videri poſſent: & diligẽter Galeno inquiſitus, conſpectus dubio procul foret. At vel montibus ipſis oculi potius patefaciendi erant quàm ſpiritus ad illorum ſpecies percipiendas emittendus: multò ſiquidem grauioribus is emittatur incõmodis, quàm illi in oculos recipiantur. Qui enim, qui nec corpore quidẽ obtectus defenſuſque ſpiritus, vel languentes ambientis vires ſubſtinere poteſt, ſed ad paulolum iis exuperantibus exitio datur, ex oculis egreſſus, nec à ventis vllis diſsipetur, nec ab vllis frigoribus æſtiboſq; extinguatur? Nec verò à ſumma id ſpiritui datum eſſe tenuitate dixerint Academici, quia ſcilicet penè incorporeus cùm ſit, ab huiuſmodi natutis penè impatibilis ſit. Manifeſtè enim quò ille tenuiore exiſtat, eò diſsipetur corrumpaturq; promptius. At non facultas modò ſpiritui roburq; dandum, quo ab aeris ambientis ſe viribus tueatur, ſed quibus eum vniuerſum inalteret, & (quod ne quidem ipſi Soli datum videtur) temporis eum momẽto in propriam agat naturam. Vinculis certè quibuſdam, vbi emittitur, alligandus erit ſpiritus, quibus ne ad cæleſtes, cognatas ſubſtantias, ad quas aſsiduè tanto rẽdit ſtudio, euolet, & quibus imaginibus perceptis in oculos retrahatur: neque enim libens ipſe eos ſubeat. Nec verò ea tantùm quæ ex oculorum regione, ſed nihil minus, quæ ex obliquo, & quæ à tergo poſita ſunt, perpetuo nullaque ſpeculorũ opera intueatur, ſi propterea intueatur, quod aerem circumfuſum in propriam agat naturam, iſque, quæ contingit percipitque, ſpiritui communicet. Non ſiquidem motu inalterare, ſed ſubſtantia Galeno videre, vt non eum modo, in quem veluti rectà fertur, ſed vniuerſum æquè inalteret. Multò mehercule hæc abſurda atque impoſsibilia magis Galeno videri debuere, quàm non montis cuiuſuis imaginem, ſed montes ipſos pupillæ foramen ſubire.

Caput XXX.

Colorem proprium viſus ſenſile Ariſtoteli eſſe, & non contactu ſed tranſpicui intermedij opera viſum mouere, & proprij id coloris expers eſſe, & tranſpicuitatem colorum materiam, & colorem tranſpicui terminati extremum eſſe.



PROPRIVM viſus ſenſile color eſt, inquit Ariſtoteles. Mouet autem viſum, nõ tactilium more, contingens ipſum, ſed tranſpicui cuiuſpiam intermedij opera, vel aeris ſcilicet, vel aquæ, quod à colore motũ, & ad oculos protẽſum, quo à colore commotũ eſt motu, eodẽ oculos, tranſpicuos & ipſos, viſumq; cõmouet. Itaq; colores oculis appoſiti & cõtingẽtes oculos nihil ſpectãtur. Quin & odores ſoniq; intimis illi indiri natib. hiq; in auribus ediri, propterea vel nihil prorſus, vel lõgè ægerrimè ſẽtiri Ariſt. videntur,

quòd & ipsi, vt percipiantur, intermedij aeris opera opus habent. At transpicui motiuus color, non cuiusuis motiuus est, sed perfecti tantum actuque existentis, à luce scilicet collustrati. Per se enim imperfectum, & non actu, sed potentia modo transpicuum est: perficitur autẽ actúque fit, vbi à luce collustratur: vt lux transpicui perfectio, & veluti color, & propterea quodammodo visilis etiam videri possit. Colores porro delatura suscepturaque transpicoa, proprii coloris expertia oportere esse visa Aristoteli sunt, materiarum reliquarum omniũ more, quæ omnis naturæ, quam susceptæ sunt, expertes factæ videntur, ne alienas aduenientes ea reiiciat propriámque materiam subire prohibeat. Et transpicuitas colorom materia visa Aristoteli est: siquidem materiam eandem & in densis & in non densis corporibus coloris susceptioam esse oportet. Quoniam igitur aqua & aer eolorem in seipsis suscipere videntur, quia transpicua eùm sint lucem suscipere videntur quæ ipsorum velnti color est, transpicuitas colorum materia ponenda est. Et alibi, Minime (inquit) propterea quod aqua & aer proprium colorem sortita non sunt, neque ab intrinseco proprii coloris causam habent, sed ab extrinseco eam recipiunt, at densa, quæ terminata dicuntur, proprium habent colorem & ab extrinseeo colorantur, diuersa natura coloris susceptiua in altero iudicanda est. Manifestum igitur, inquit, quod hic & ibi idem est coloris capax, transpicuum videlicet. Quoniam igitur colorum materia transpicuitas illi visa est, & corpora quæuis colorata videntur, eorum præcipuà superficies extremúmque, corpora omnia transpicuitatis participia Aristoteli visa sunt, & propterea colorem transpicui terminati superficiem extremúmque, & superficies per se visiles esse, quia in seipsis colorem babent.

Capvt XXXI.

Non colorem, sed lucem proprium esse visus sensile.

NOn colorem, sed lucem proprium visus sensile, & solem per se visilem esse lucem, vsque adeo manifestum est, vt si à firmissima quapiã ratione impulsus Aristoteles luce omissa colorem primo visilem poòat, damnandus tamen videri queat, qui nimirum sensu dimisso rationes sectetur. Siquidem sensus ipse primò illam & per se visilem, colores siquidem visiles, at secundo à luce loco, & lucis omnino opera visiles declarat, solam illã seorsumq; à coloribus, & vel minimam longissiméque amoram, colores verò per se, & à luce non illustratos nullos intuitus vnquam. Nulla igitur ratione id ponens, sed veluti suo iure assumens Aristoteles, mihi quidem non damnandus modò, sed (vt alibi dictum est) vel præstigiis captus, vel Dei ipsius potentiam æmulari velle videtur, aliud rebus ingeoiũ aliásque indens vires, quàm quibus ab illo donatæ videntur. Colorem porrò ne secundo quidem loco visilem, sed prorsus sui natura inuisilem, sese scilicet propriámque speciem effundendi impotentem esse, & propterea videri, quòd quæ sola visilis est lux ab eo intingatur, itaque eius speciem secom ad spiritum deferat, diuersi, qui in nubibus marique spectantur, colores apertissime deelarant. Quoniam enim vel omnium consensu, vel sensus ipsius testimonio, vno eodémque nubes omnes & albo omnino dooatæ sunt eolore, itaque (vt alibi dictum est) in seipsas illæ spissatæ in aquam grandinémque & niuem, in beoe scilicet albas coguntur res, & marina itidem aqua alba est omnis: ambigere non licet, quin si ipsarum spectetur color, albos perpetuò spectetur.

Propterea igitur nobes non albę omnes, sed omnibus ab albo ad nigrum vsque obscurúmque coloratæ apparent coloribus, & mare, quod humillimum est, album, paulò profundius factum viride, tum ceruleum, postremò & nigrum spectaior obscurúmque, quòd non rerum eolores, sed lux spectatur ab iis quidem intincta colorataque, & non solis, sed à materiæ insuper, quam subit, nigredine. Itaque quò profundior ea fit, qoo scilicet maiorem eius molem subeat lux, magísque eius nigredini immisceatur, eò amplius cãdor obscuratur ad nigrúmq; agitur. Quio & in eo damnandos videtur Aristoteles, quòd colorum perceptionem non tactilium more contactu, sed motu aeri à colore indito, eóq; videoti animæ communicato fieri decernit. Neque eoim imaginari licet, qui motus à colore, à maximè nimirum immobili demortuaque re aeri indi possit, & multo etiam minus, qui oculos issubire iisque inexistentem videntem substãtiam commouere queat. Quod si non id agere colorem, sed qua lux nobis donata est facultate, sese scilicet effundendi multiplicandíque & aërem propria specie afficiẽdi, itaque & oculos subeundi, inexistentíque spiritui sese indendi potentem intelligat, colorem omnino non à luce ad videntem substãtiam deferri, sed propriis ipsum viribus sese ad illam effundere statuat, itaque id modò lucem præstare, quòd aerem ad colorum speciem suscipiendam aptum facit: interrogandus omnino fit Aristoteles, quam nam aeri lucis præsentia conditionem iodit, qua non donatus colorum actionem speciémqoe vel reiicit vel non admittit, at donatus nullo eam suscipit temporis momento, alia enim ipsa à luce Peripaticis fit oportet. Nam si sola ipsa indita colores spectantur, ipsimet, quod summe pernegant, ponant, lucem nimirum primo visilem, & colores non aeri sed luci propriam speciem indere, itaque in luce spectari, & siquidem visiles, secundo certè loco.

At vero (quod superest) si tenuiorem à luce aërem, & propterea ad colores suscipiendos aptum fieri dixerint, declarent oportet, qui à minima interdum luce circumfluus aer vniuersus nullo temporis momento tenuior, caque amora nullo itidem temporis momento crassior fiat Et non propterea omnino colores in luce spectari, quòd ab ca aer tenuior fiat, inde liquidò patet, quòd quauis in aeris tenuitate, at nulla à luce illustrata, nullus spectatur color, & quauis in crassitie statim qui adsunt omnes, simul ac tantula in ipso fit lox. Quin & inde liquidò patet, non colores, sed lucem modò visilem esse, colores nimirum propriam speciem effundeodi impotentes, & propterea eam spiritui spectari, quòd lox eam deferat. quoniam quæ transpicuæ non sunt res, quæ scilicet lucem non admittunt, ita oculis admotæ, vt lux oulla ad illas accedere ab illisque ad oculos relucere queat, nihil prorsus ipsarum spectantur colores, at earum, quæ luci peruiæ sunt, pulcherrimè. Propterea enim illi nihil spectantur, sed, vt conspicui fiant, panlulum ab oculis amouendi, itaque omnino locandi suot, vt quæpiam ad eos adueniat lux, & ad oculos ab iis relucere queat, quòd sese effundendi prorsus impotens est color. at hi optimè cónspicioutur, qood lux quæ res, quibus insunt, permeat (quod passim pati videtur) ab ipsarum intingitur colorıbus, & eas traosuecta oculos sobit, itaque spiritui intuendos illos præbet.

Capvt XXXII.

Aerem & aquam nequaquam coloris expertes esse, nec esse omnino oportere, quo colores suscipiant deferantque.

AEris itidem aquísque, transpicuis omnino, perquæ colores spectantur, propterea proprium colorem auferens Aristoteles, quòd si is inexistat, alienis veluti aditum obsæpiat, suscipique eos, & deferri obstet, nimius propriatum positionum, nimius propriæ sapientię amator videri potest, qui nimirum rebus ipsis aduersas illas repugnantesque intuitos, non illas deserandas demoliendásque, vel corrigendas saltem, sed res ipsas immutandas aliaque specie donandas, Deum scilicet earum conditorem, veluti in earum cooftructione errantem, corrigendum statuit. Neque enim adeò omnibus manifestum aeris aquarúmque alborem non illi conspectom fuisse crediderim vnquàm, nec credi omnino potest. Passim enim & aquam.

& aerem

& aerem, albos esse enunciat, & spumam niuemque propterea albas declarat, quod multus vtrique inditus sit aer. Et sermonem de coloribus instituens (siue ipse, siue is eius auditor Theophrastus commentarium confecerit, qui ipsemet Aristoteles videri queat) prima corpora omnia, & aquam inprimis, atque aerem albo donat colore. Et conspecta omnino Aristoteli aqua (quis enim id neget?) si non lucida, colorata visa sit, necesse est, vt non tam colorem aeri, aquisve inditum negare videri possit, quàm non inditum fuisse docere, quod igitur dictum est, illarum conditorem Deum errantem corrigere. At non tantum homini audendum, nec id propositum omnino erat, sed res ipsas intueri, & quales visæ sunt, tales eas ponere, tum modum rationémq; inquirere, qua talibus iis existentibus, quæ euenire videntur, eueniant. Coloratus itaque conspectus aer, coloratos omnino Aristoteli ponendus erat: tum ratio, qua coloratus cum sit, colores tamen omnes nullo suscipiat negotio, nihílq; illorũ immutet illos, inquirẽda, nihil verito, quin, quod fieri videret, fieri posset. & dubio procul paulò diligentius inspecta, conspecta ea foret. Albus enim cõspectus aer, & albore adeo exili donatus, vt in non spissato illo ægerrimè is cõspici possit, vtique coloribus ille aliis omnibus peruius, nullúmque illorum reiiciendi aut immutandi potens Aristoteli videri potuit, naturas præsertim alias omnes, & lucem in primis colorésq; ipsos, qui summè languent, non à contrariis modò, sed a similibus & paulò robustioribus nullo negotio nulloq; tẽporis momento adeo exuperari obscurarique intuenti prædicantque, vt visum lateant. Albus nimirum (vt in superioribus declaratum est commẽtariis) color, materia verò nigra cùm sit, vtique entium, quæ ex iis constat, quoduis, & albo, vel nigro, vel medio quopiam colore coloratum sit, necesse est.

Capvt XXXIII.

Colorum materiam non transpicuitatem tenuitatemque, sed materiam esse omnem, quauis ea dispositione donata sit.

Quoniam igitur in transpicuis tenuibusq;, exilis is quidem, at proprius eorum quibusuis color inesse visus est, veluti & in opacis, & qui per illa ad oculos deferuntur colores, minimè in ipsis, vt in propria materia, nec alio omnino modo, quàm in densis opacisq; iidẽ suscipi visi sunt: nequaquã transpicuitas tenuitasq; magis quàm opacitas crassitiesque colorum materia ponenda est, sed æque vtraq; vel opacitas etiã magis, vel si minus promptè alienos ea suscipiat. Propterea id enim euenit, quòd robustior proprius rei color, non à quouis obscuratur, sed à præpotentibus tãtùm. Quin & illud incusandi Peripatetici videri possunt, quod cõmunem colorum materiã transpicuitatem cùm statuãt, vniuersam eam penè incoloratam ponunt. Esto enim communis agentium naturarum materiæ more nullo proprio colore communis colorum materia donanda sit, ne inexistẽs is alienos reiiciat: at illius itidẽ more alienis eam semper coloratam esse oportebãt, nullamque eius portionum illis omnibus denudari vnquam. At Peripateticis longè maxima longéque nobilissima trãspicuitatis portio, quid portio? transpicuitas ipsa vniuersa, vniuersa colorum materia perpetuo colore caret, nec colorari etiam potest vnquam, cælestes orbes, sublunarisq;, & hic terræ proximus aer, & aquæ insuper elementum. Nam si a luce perfici illorum transpicuitatem dixerint, non coloris amplius, sed lucis subiectum sit transpicuitas. Eo præterea incommodo premi Peripatetici videntur, quòd corporibus quibusuis, quæ colorata videntur, trãspicuitatem indant oportet, & (vt visum est) indunt omnibus: quo neque absurdius quicquam, nec possibile minus poni potest. Siquidem trãspicuitas (vt vel ipsum nomen declarat) tenuitas summa est puraque, & quam lux vniuersam permeat, & in qua vniuersa luceat. Quæ igitur lucem penitus non admittunt, quantumuis eorum superficies à luce illustretur, minimè ea transpicua poni possunt. At neque in corporum superficie tantùm color inesse apparet, sed nihilo minus quàm extremæ, penitiores eorum partes, quibus nullam omnino inesse transpicuitatem existimare licet, coloratæ videntur: vt ratione nulla transpicui terminari extremum, & superficiei idem (vt Aristoteli placet) color poni possit.

Capvt XXXIIII.

Auditum spiritu ab extremo aere commoto fieri, & sonos omnino omnes aeris motus esse, horumque perceptionem sonorum esse perceptionem.

Avditvs & ipse spiritu fieri videtur commoto, at nequaquam ille ab externa vlla re constricto, vel dilatato, nec alterato omnino, aut contracto, sed verè ad motum ab externo aere acto. Continuus videlicet & longè tenuissimus, longéque ad motum aptissimus cùm sit aer, quauis sui parte impulsus cõmotusque, vniuersus is commouetur: veluti aqua quasi puncto interdum agitata commotaq; vniuersa agitatur. Quin multò etiam aer promptius, multóque maius in spatium, multò aqua tenuior multóque ad motum promptior. Vel longissimè itaque amotus à nobis aer, vbi impellitur dimouetúrque, nos ambiẽtem aerem nostrisque inclusum auribus impellit dimouetque. Is verò in auris intimum, ad pergracilem sanè adactus pelliculam, quæ externo aeri ad cerebrum spiritumque ingressum occludit, pelliculam neruúmque ad eam delatum feriens impellensque, neruo inexistẽtem, & per hunc in ventriculis contentum spiritum commouet vniuersum, continuum & ipsum eà existentem, multóque quàm aer est tenuiorem, minusque moueri pigrescentem. Commoueri porrò se sentiens spiritus, sonos exaudire videtur. Et huiusmodi motuum perceptiones auditum esse, & quo dictum est modo fieri, sonorum omnium exortus, & ipsa amplius aurium manifestat constructio. Soni videlicet, qui fiunt omnes, vel corporibus sese mutuo violenterque percutientibus fiunt, vel vno saltem celeriter per aerem delato, animalium verò voces aere confertim violenterque expirato, & veluti dearticulato, aere scilicet commoto soni omnes. Neque enim aliud pati à corporum concursu, vel ab eorum latione aer videri potest, nisi quòd vel violenter exploditur vel impellitur, violẽter mouetur omnino, eoque mouetur motu qui circumfluo etiam communicari possit. Neque igitur, vbi lentè sese corpora feriunt sonum edunt vllum: quòd nimirum non is aeri, qui exploditur, datur motus, qui si quidem circumfluo communicari possit, ad aerémque auribus inclusum deferri, spiritui etiam (quod, vt sonus fiat, fieri omnino oportet) auditorio inexistenti neruo, & per hunc in ventriculis contento detur. At neque mollia laxáque (cuiusmodi lanæ existunt spongiæque) quauis in se ipsas ferantur vi, sonũ edunt vllum, quòd nimirum non eiicitur inclusus aer, sed illorum poros subit cauitatesque: neque vbi acus acum ferit, quòd perexiguus, qui eiicitur aer, circumfluum nihil commouet. Sonus enim vt fiat, is omnino aeri dandus est motus, qui ad spiritũ in ventriculis contentum perueniat. Id verò quacunque fiat ratione, sonus itidem fit.

Vel vbi igitur tenuissimi vapores, & modicum quid ab aeris natura dissidentes in densum nullum, neque in se ipsos impacti quicquam, at per aerem modò paulò celerius delati, vt eius cessionem & quasi fugam præueniant, aerem itaque impellent, sonum & ipsi quaque edũt versus. Nã crassiores spissatique in nubes, vbi in se ipsos violenter feruntur, & mutuò se ipsos feriunt percutiuntque, tonitrum, ingentem nimiũ faciũt sonum, at qui tamen non valdè in longum feratur, quòd sese ferientes nubes magna quidem vi aerem explodunt, at non valdè in longum eum proiiciunt. Pilæ verò ferreæ quæ ignis vi æneis è tormentis excutiuntur, non

adeo fortè magnom, sed multò certè in longius, quòd in longum ipsæ, & summa delatæ velocitate, in longom, & summa aerem propellunt vi. Et vbi, quæ sese mutoo percutiunt, corpora coocaua vtraque sunt, vel eorom etiam alterum, inexistensque aer vehementius commotus est, quàm vt ad eius extremū adactus motum sistat, sed diu in eo cōmoueatur: diu ibi remaoet sonus, & tandio omnino quandiu & motus. Et vbi, qui fit motus, vehemens dum ad aerem peruenit, densæ leuique & concauæ inclusum rei (neque igitur datum motum sistere, nec vlterius progredi potest aer, nec poros vllos vllásve subire latebras, neq; in latera diffundi dissipatiq;, à denso duróque terentus reiectusque, & æquè vndique coercitus) resiliat itaq; inde & retroflectatur oporter vnus idemq; remanens, nihilque ab æquabili & leui diuolsus separatusq; re, & motum velori muruò datum aeri proximo, à quo illud accepit, restituat, idem reiteratur reflectiturque sonus, quem Echo vocant. Quin & externo interdū nullo commoto, sonus tamen quidā & quasi ū bilus exauditor, ꝙ nimitū ab alieno spiritu in cerebro ingenito exitumque fortè quærēte, commoto ibi omnino agitatoque (oeque enim immobilis torpeat) noster itidem commouetur agitaturque spiritus. Et manu multóque amplius cornu auribus apposito sonus itidem sentitur, quòd propria natura mobilis aer, in aure conturque inclusus exituque carens, & exitum fortè liberumque & patentem locum quærens, nequaquam arcto contentus angustoque, validius motum concitat & autem ferit.

Caput XXXV.

Animalium itidem voces aeris motus esse, earumque differentias omnes iuxta diuersam expirati aeris tenuitatem arteriarúmque, per quas expiratur, dispositionem magnitudinémque, & expirantis animæ voluntatem virésque fieri.

Animalium itidem voces aeris & ipsæ motus esse, manifestè apparet. Manifestè enim qui expiratur aer vbi à lingua labiisque veluti effingitur effortnarurqoe & figuratur, certaq; vi & certa emittitur ratione, voa fit. Neque igitur quæ aerem non admittunt animalia sonum edunt vllum, & quæ edunt ibi modo edere videntur vbi aerem expiraot, tandiuque in omnibus durat sonus, quādiu, qui inspiratus est aer, at eo absumpto, nouus omnino inspirandus est, si sonus edendus. Et vel eorundem animalium voces iuxta aerem qnem expirant, & iuxta organorum, arteriæ præsertim magnitudinem dispositionemque, & spiritus emittentis voluntatē virésque variantur, magnæ nimirū paruæq;, & tardæ celeresque, & leoes asperæque, & flexibiles fiunt & veluti tigentes. Arteriæ videlicet musculisque, qoi circa laringem sunt, ioexistens spiritus, variè arteriam laringémq; constringens dilatansque, & varia vi non eundē expellens aerem, sed qui tenuitate crassitieque valde interdum differant, sonoa edir magnitudine & celeritate summè inter se differentes. Nam & multum & exiguum aerem, & celeriter vtrūque & tardè emittere potest. Vbi itaque varianda, & certa quadā voa emittenda est, meditari videtur spiritus quo illam edat modo: quantum videlicet arteria latinaque constringēda sit dilarandaq; tum qua celeritate emittendus sit aer, illasque cōstringendi dilatandique, & aerem eiiciendi rationem modumq; tandiu immutat, qooad quam propositum est edat vocem. At & lenitate itidem atque asperitate eiusdem etiā generis animalium voces summè inter se differre videntur: aliæ nimirum vniformes ipsæ esse æquabilesque, & vno eodemq; motu vnitum collectūmque spiritum cōmouere, aliæ sibi ipsis difformes inæquabilesque, & vel eædem variis spiritum mouere motibus eumque veloti discerpere dilaniareque.

Id verò propterea eoenire videtur, quòd arteriarum aliæ læues æquabilesq;, per quas igitur, qui efflatur aer, nihil à se ipso diuisus oibilque à prominēte vllo discerptus vnquam, sed vuus idemque perpetuo remanēs vno eodemque vniuersus ipse mouetur motu, & spiritū etiā vniuersum vno commouet, eodémq; asperè aliæ ipsæ inæquabilesque, & tumoribus multis veluti intercisæ interruptæque, neque igitur, qui per illas effertur aer, vnus omnino effertur, sed veluti in molos diuisus separatusq;, & propterea diuersis ipse commotus motibus, iisdemq; spiritum cōmouens, omnibus, illum veluti dilaniat discerpitque. Horum præterea voces veluti flexibiles videtur, facilè nimitum variātur, & è magnis paruæ & celeres fiunt è tardis: veloti regentes aliæ vnum eundemque perpetuo seruātes tonum in alios transire ioeptæ, quod nimirum molles illorū arteriæ, & quas inexistēs spiritus nullo oegotio dilatet cōtrahatque, aerē itaque quantū vult, & qua vult, eapellat ratione, doræ hæ tenitentesq;, & quas ægrè vel contrahat vel d:latat spiritus, è quibus igitor vno tantū modo rationeque vna aer efflerur, & vnus idéque edator sonus. Propterea igitur & puellæ, & pueri, & qui frigidas incolunt terras, io vniuersum qut humido sunt corpore, acutam omnes celerēque, & bene flexibilē leuemque emittunt vocem, ꝙ arteriā fortiti sunt augustā mollēque, qualem facilè dimouet spiritus, & æquabilem insupet leuemque: contra grandiores natu, calido præsertim qui sunt corpore, quique sub calido degunt cælo, in vniuersum quorum corpus arefactū est, tardam omnes mloiemque flcaibilem & asperā emittunt vocem, quòd eorum arteriæ latæ sunt tenitētesque, quales ægrè dimouet spiritus, plurimisque distinctæ sunt tumoribus.

Caput XXXVI.

Sonorum perceptionem, motuum, quibus ab externo aere spiritus in ventriculis commouetur, perceptionem omnino esse, & ex iis qua dicta sunt & ex auriū constructione patere.

Voniam igitur soni qui fiont omues, ipsæque in primis animalium voces, manifestè ab aere cōmoto fieri, & aeris omnino motoa sequi videntur omnes, sonos, quos percipit spiritus, motus eiusdem esse ab externo aere ei datos, dubitare minimè licet. Neque enim aliod in spiritū in ventriculis contentū externi aeris motoa agat, at illū dimoueat modo eodēque agitet motu. Et id omnino fieri autium cōstructio manifestat. Propterea enim parulæ prominentesq;, & veluti in elicē factæ sunt, vt aerē illæ multum cōtineant, & vndique is coercitus quaois impulsua vi nihil tamen diffundatur, sed & ipse, & qui ipsi datur motoa, vous seruetur idéque, nec lāguescar vnquam, minori assiduè aeri datus, & veloti ab auriom anfractibus duritieque assiduè robur sumens. Et propterea auris extremū pergracilis pellicula occludit, neruúsque ad eam defertur vt facilè ea impellatur, eaq; impulsa & neruus & neruo inexistēs spiritus cōmoueatur, & ab hoc vniuersus io vētriculis cōtentus cōtinuus (vt dictū est) & summè tenuis summéq; propria natura mobilis. Quin & ossæ appositę sunt res, in iucudis formā altera, altera vero in malleoli, eoque locatæ modo, vt pellicula impulsa malleolus in iucudē adigatur incudemque feriat, quo scilicet aerem spiritumque, qui in ipsius incudisque medio est, expellat, is itaq; nerū amplios, & si qua in ventriculos illabi potest, spiritum etiam ibi conteutū feriat. Et hūc omninō omnem, & reliquum etiā quauis in corporis parte existentem, verè à sonis commoueri, ipsis penè intueri licet oculis. Manifestè enim à sonis quibusdam exhilarari diffundique ipsum sentimus, contrahi ab aliis tristitiáque affici, & lacrymas etiam excuti, tis nimirum exagitari spiritum motibus, quibus & gaudens exagitatur, & mœrens, à quibusdam etiam ad quietem agi sedarique & cōponi, exagitari ab aliis, & veluti furens fieri videtur. Adolescentes à Phrigio tibicine io furorem actos & insana petagentes Dorico cantu sedauit Damon: non ampliùs scilicet insulso illo commotus est spiritus motu, sed concinoo & venusto. Continere nos ipsos interdum minimè possumus, quin quibusdam perceptis

perceptis sonis vniuersum corpus commoueamus agitemúrque, eaque ratione & motu quo sonus factus est, eo nimirum qui ab externo aëre spiritui datus est. Ab ipsa itaque admoniti edoctique homines re, à sonis spiritum maximè exagitari commouerique vbi summè commoueri illum volunt, & vel in furorem vel in summam agi lætitiam, sonis vtuntur omnes.

Capvt XXXVII.

Modo, qui expositus est, Aristoteli eidem sonos auditúmque fieri visum esse.



NIHIL etiam à nobis diuersus sonorum, & auditus naturam Aristoteles ponit. Nam & sonos aeris motus esse enunciat, & auditum aëri cognatum similémque, & in capite eum collocat, ab ipsa (reor) admonitus coactúsque re. Manifestè enim aere commotu soni fieri omnes, manifestéque in capite sentiri videntur. Modum itaque, quo incorporea res & in corde residens ab aere commoto patiatur similisque illi fiat, inuenire impotens Aristoteles, necessario audientem animam aëri cognatam statuit. At obiter, & aliud penè agens, nec modum vlterius, quo sonos percipiat, tradit vllum, veritus (vt existimare licet) ne manifestè rem afferret summè propriis principiis propriísque positionibus aduersam repugnantémque. Vt nunquam satis mirari hominem queas, qui cùm & odorantem & audientem animam in capite residere, & aëri cognatas similésque ab aere passas immutatásque viderit posueritque, non vniuersam animam sentientem ibi collocarit, & aeris naturæ similem fecerit, pulcherrimè ratiocinatus, animam sentientem vnam esse eandémque omnem.

Capvt XXXVIII.

Cur soni spiritum oblectant, & cur noui amplius, & cur diuersi simul editi, at non valde à seipsis dissidentes, & cur minores tardioresque



QVONIAM igitur soni motus sunt ab externo aere in spiritum facti: propterea, si cum ratione fiant, summopere illi spiritum oblectãt, quòd ad motum ad propriam scilicet eum agant operationem, impotẽtem per se (vt videtur) in oblongis variéque difformibus & angustis ventriculis moueri, & propterea, vt videtur, quòd quæ mobilia sunt omnia, vt moueantur loco opus habẽt in quo moueri possint, nihil à seipsis diuisa separatáque, nec in seipsa acta conspissatáq; vnquã, nihil omnino à propria dimota natura. Neque igitur benè ad motum aptus & summopere motu gaudens, & seruari motu terris proximus visus aer, à seipso moueri videtur. Et propterea (vt superius dictũ est) quòd in montiũ inclusus ille interuallis, si moueatur vel à seipso diuidatur, vel in seipsum conspissetur. At spiritus eo insuper impedimento, ne moueatur, retineri videtur, quòd non à stabilibus firmisq; rebus, sed à runieis continetur, quæ, ne concidant, sustinendæ omnino sint subleuandæque, & quas spiritus per se subleuare impotens videtur, & nisi ab inspirati aeris vi subleuentur spiritum opprimant, vt in de respirationis vsu commentario explicatum est. vt non nisi ab externo aere impulsum in illis contentum spiritum moueri posse existimandum sit. Meritò igitur summa à sonis afficitur spiritus voluptate, à quibus nimirũ ad propriã agitur operationẽ: & à nouis amplius (quòd à nouo motu veluti excitatus spiritus attentius operatur) at qui à seipsis nõ valdè dissideãt, quales dissoni dicuntur, quòd propria mobilis natura, quò magis mouetur, dũ non propterea non violenter à seipso segregetur, & veluti discerpatur, eò oblectatur magis.

Magis porrò mouetur multis simul quàm vnico cõmotus moto, vel si non omnibus illis vniuersus ipsis cõmoueatur, sed quasi singulæ eius partes illis singulis. Qui enim quauis in eius parte motus fiunt, ij (vt alibi expositũ est) vniuerso communicantur. Fortè & amplius, quòd aeris more in vtre inclusi, ventriculos vniuersos, quantuluscunque iis inexistat, replẽs spiritus, à quouis fere impellatur motu, quæ eius pars extremis illis inest, extremásque contingit tunicas, in eas adigatur, ab eisque in subsequentem reflectatur oportet. Vbi igitur spiritus vniuersus, vniuersa scilicet eius latitudo simul, eadémque impellitur omnis vi, quæ extremas tunicas contingit eius portio, simul ad eas adacta omnis, omnis itidem simul ab iis resiliat oportet. Et minimè illa quidem, incorporeæ rectáque delatæ lucis exemplo, in seipsam resilit, eundémque in locum, quem scilicet subsequens, & vehementiore delata motu occupauit iam repleuitque omnem, sed flatuum ventorúmque in densum quid impactorum more, vel superius vel etiam inferius acta quid, at idem omnino perspatiam. Neque enim aliud in quod vel regrediatur vel se recipiat adest. Eodem itaque illa eum subsequente facta in spatio, & quod ab earum altera repleri videtur omne, vtraque comprimatur & veluti conculcetur necesse est: at multò certè minus si diuersæ eius partes à diuersa impellantur vi. Quæ enim vehementius impulsæ sunt, citius eæ, ab aliisque seorsum reflexæ & minore omnino indigentes loco minus subsequentes comprimant, minúsque ab iis comprimantur ipsæ: at moderatè illud tamen certáque ratione.

Nam si spiritus pars à multò quàm reliquæ vehementiore impellatur motu, violentérque à reliquis abstrahatur segregatúrque, discerpi diuaricarique videtur spiritus: id quod & à dissonis sonis & à vocis itidem asperitate pati videtur. Neque enim aliud vel illi vel hæ quàm nimia motuum inæquabilitas videri potest. Et modo quidem nullo nullaque à seipso segregari seiungique spiritus vult ratione, sed sibi ipsi perpetuò hærere vnitúsque esse. At paulatim ille lentéque segregatus, multo minus (vt passim sentire licet) dolet, quin gaudet etiam, diuidi, vel non sentiens, vel non curans, nullo id fieri malo edoctus: at moueri percipiens, id quod & à consonis sonis & à leni habet voce. Ad propriam scilicet agi operationem, at nequaquam tamen à propria dimoueri natura spiritus vult. Propterea igitur & parui & tardi soni magis illum quàm magni celerésque oblectãt, quòd hi spiritum vniuersum, summáque in vasa adigunt vi, vt non adeo is motu (siquidem adeò celeri gaudet) oblectetur, quam concussus doleat. Et vbi languet minimo tardissimóque gaudet sono est vbi & silẽtio. Quippe is nimirum motus sunúsque spiritum in vasa adigit cõcuritque: at valens vbi est atque integer, eoque etiam crassior si sit, vel vehementer sustinet collisionem, quæ vel languidissima summè imminutum summéque tenuẽ spiritum summa afficit molestia.

Capvt XXXIX.

Quomodo sonorum quantitatem & distantiam percipiat spiritus.



SONI porrò iuxta primò cõmoti aëris quantitatem magni paruique spiritui sentiuntur, nõ quod maior minórve illius porrò aures subeat, vel quòd, qui ab illo aeri auribus incluso inditur motus, non vniuerso ipsi, sed maiori minorive ipsius indatur portioni. Quoniam enim quantulouis aere commoto circũfluus aer vniuersus cõmouetur, vt sonus declarat, qui, quantulusuis fiat, in vniuerso sentitur aere: vtique quantitatis aeris portione commota, eadem, & tanta omnino aeris quantitas aures subeat, quantam ipsarum cauitas admittit, & vniuerso omnino, qui in ipsis cõtinetur, externi aeris motus æquè communicetur necesse est. Propterea itaque illud fieri censendũ, quòd, veluti, qui aeris pũcto cuiuis datur motus, circũfluo is aeri vniuerso cõmunicatur, ita & qui vastissimæ illius inditur moli, vniuersus is circumflui aeris vniuersi cuiuis communicatur puncto: quoduis scilicet illius punctũ inditũ motũ singulis circumflui aeris cõmunicat punctis. Itaque quanta aeris moles commouetur, tantus perpetuò circunfluo aeri inditur motus. Et vel si is, qui è proximò,

& qui è longinquo ad nos sonus, aeris scilicet aduenit motus, æquè vterque langueat tandem, illum tamen è proximo, hunc verò è longinqno aduenire diiudicat spiritus, quòd qui aeris portioni cuinis inditur motus, circunfluo quidem is aeri communicatur vniuerso, at non statim cetrè nullóque temporis momento, sed spatio omnino quopiam interiecto.

Nec interea tamen nihil ille commouetur. Longe enim tenuissimns maximéque sibi ipsi continuus cùm sit, vtique statim ac illa commota est, & simul omnino circunfluos aer vniuersus commoueatur necesse est. Itaque prinsquam illius motus ad nos perueniat, aeríque auribus incluso communicetur, is qui in intermedio interea factns est aere illi communicetur necesse est, bene quidem languens, & qni manifestnm sonum non faciat: at quòd & ipse illum pelliculamque & spiritum etiam commouet omnino quid, & quid omninò impellit quépiam omnino impulsinnis commotionisque sensum spiritui facit. Itaque vel si & qui è proximo, & qui è longinquo aduenit motus, æquè vterque langueat tandem, quoniam illum breuiorem, hunc verò diuturniorē esse percipit spiritus: è ptoximo illnm, hunc è lōginquo aduenire diiudicat. Veluti scilicet terum quæ spectantur, non speciem modo magnitudinémque, sed distantiam etiam percipit spiritus, & propterea omnino, quòd non ab illis modo, sed ab intermedio itidem aere relucet lux, & non illarum modo, sed huius iridem specie intincta oculos subit, itaq; huius itidē, & prius omnino quàm illatum magnitudinē spiritui intuendam præbet: sic & sonorum non magnitudinem tātùm celeritatémque, sed & distanriam etiam percipit spiritus, quòd non is modò motns, qui aeri primò cōmoto, & qui manifestum sonū facit, sed iis itidē, & prius, quàm ille, qui (vt dictum est) in inrermedio factus est aere, spiritui communicatur.



BERNARDINI TELESII

Consentini,

DE RERVM NATVRA

iuxta propria principia,

Liber octauus.

CAPVT I.

Spiritum rerum, quas sentit, similitudinem diuersitatémque sentire, & quæ idem agunt, vt vnum, quæ verò diuersa, vt diuersa sentire.

RES porrò omnes propterea percipiens spiritus, quòd ipse ab omnibns patitur commouetúrque, earum itidem similitudinem percipit & dissimilitudinem. Quę scilicer idem in ipsum agunt, & à quibus idem ipse patitur, vt vnum ea omnia, atque vt idem percipit statuitque, at diuersa, quæ diuersa agunt, & à quibus patitur diuersa. Quæ igitur in longè plurimis posita rebus idē agunt, & à quibus idē patitur, vt vnum idémque percipit ea omnia, & vnum omnino esse ea omnia statuit: quæ contra diuersa agunt, & à quibus diuersa patitur, vel si enti vni insint, vt diuersa sentit dinersaq; statuit. Idem itaq; ab ignibus quibusuis passus eodémq; ab omnibus commotus motu, omnes vt vnum sentit omnésque vnum statuit, & niues itidem omnes niuem vnam, eadē ab omnibus passus, eodémq; ab omnibus commotus motu, diuersa verò ab homine vno passus, diuersóq; ab eo cōmotus motu, vnum ipsum nec sentit nec statuit, sed è multis compositum rebus. At nec ea modò, quæ tota ipsa penitus sibi ipsis similia vnum idémq; omnia, & eodē in spiritum agunt modo, vt vnū ea sentit spiritus vnumq; ea statuit, sed quæ etiam inter se in quibusdam differunt, si in quopiam conueniant, in eo vt vnnm illa sentit, & vnum itidem illa statuit: id nimirum qnod idem agit, & à quo idem ipse patitur spiritus eodemq; commouetur motu. Et vbi itaque quotuis intuetur homines, vel bene in multis inter se eos differentes, omnes tamen vt vnum hominē sentit vnúmq; esse statuit: in eo scilicet inter se congruentes conuenientesq;, & idē in eo ab illis passus, quo homines sunt, quatenus scilicet iisdem è partibus composita, iisdemq; & operandi & patiēdi donati sunt viribus, sese scilicet mouendi sentiendiq; facultate donati sunt, similitudinem nimirū intuetur spiritus quæ hominibus, inest omnibus, ab iis seorsum quæ illorū insunt singulis. Sic iridem & equos leonésque, quin & leones equosque, & homines vel magnum quid inter se distantes, at in eo, quo animalia sunt, conuenientes congruentésq;, vt vnū eos omnes sentit vnumque omnes statuit, & quæ omnibns inesse & omnibus euenire sentit, cōmuni ea omnia homini equo & leoni attribuit, atque animali, & hominis & equi leonisque, & animalis esse ea sentit statuitque. Quæ similia omnino in multis sentit spiritus ab iis seorsum quæ in iisdem diuersa percipit, in vnū ea colligit connectitque, & vnū esse ea omnia statuit, & quæ diuersa vel ente in vno sentit, vt diuersa sentit diuersaq; statuit, & quæ similibus entibns inesse aut euenire sentit, communi illorū naturæ attribuit ea omnia. Quæ scilicet hominib. inesse omnibus, & quæ omnibus euenire sentit, ea homini attribuit omnia, omniáq; hominis esse statuit: at non quæ singulis seorsum ab aliis, sed illis modó ea attribuit quibus inesse sentit, & quorum propria esse videntur.

CAPVT II.

Spiritum quæ sentit, imaginari, memorarique, & reminisci.

AT & passionum quas patitur, motuúmq; quibus mouetur, neqnaqnam simul ac pati moueríque cessat statim eorum obliuiscitur, nihilq; eos recolere spiritus potest, sed in summè ipso sentiente summéq; mobili (vbi præsertim validè à quibusdā cōmotus est, & sępe, & diu) motuum passionumq; quibus commutus, & quas passus est, habitus quidā, & quædam cognitio, quæ memoria dicitur, & ipsi penè remanent

maneot motus, quibus vbi vult, moueri potest, & mouetur omnino. Quæcunqoe igitur sensu percipimus, imaginari ea licet omnia, & nauigationis memores, nausea afficimur, & horribile quid imaginaotes, nihil interdum minus quàm id conspicientes tremore corripimur. Quallis nimirum saltandi caneudique & citharam pulsandi, artésque omnioo quasuis addiscentibus nobis motuum, qoibus in illis mouemur, cognitio remanet, talis eorum itidem, quibus à sensibilibus agitamur. Neque enim vel substantia alia in illis, in his varo alia, vel alia mouetur ratione, sed idem vbique spiritus, eodémque commouetur modo. Quio & (quod reminisci dicitur) rerum itidé, quarum cuiuspiam modb partis, & perexigua interdum cognitio seruata est, eas etiam imaginari, & veluti aote oculos ponere potest spiritus, quarum memoria nulla superesse videtur. Motum enim, cuius cognitio seruata est, sæpius diligentérque eccolens, sd reliquos, quibus cũ illo moueri solebat, veluti excitor & quasi manuducitur. Id vero & in externis, quos didicimus, euenire motibus passim iotueri licet: quorum scilicet portionis quantulæuis interdum cognitione remanente, vbi ea sæpe intentéque mouemur, reliquatum itidem cognitio emergit, quæ scilicet oon penitus euanuerat, sed veluti latebat.

Capvt III.

Rerum, quarum conditio quæpiam manifesta, reliquæ occultæ sunt, has itidem ut sentire spiritum in rebus quibus illa inest, & quæ tota percepta sunt, quod intelligere dicitur.

AT non modò res sensu perceptas, motúsque quibus ab iis commotus est, ab seotes itidem cessantésque recolere, & quoquo sentire pacto, & ab absentibus itidem, quo expositum est modo, pati commouerique, & vel præsentiũ, vel absentium illarum, passionúmque & motuum, quas ab illis passus quibusque commotus est, similitudinem intueri spiritui datum videtur, sed rerum itidem, quarum cõditio quæpiam manifesta, reliquæ occultæ sunt, has itidem iis intueri io rebus, quibus illa inesse conspecta fit, & quæ totæ præceptæ ei sunt, quòd intelligere vulgo dicitur, quódque (vt postea dicemus) existimari, vel potius commemorari diceodum est. Non scilicet quæ sentit spiritus vel vnum sunt omnia, vel vnum etiam singula, sed maximè à seipsis differunt entia, & siogulis us multa insunt, quæ maximè à seipsis diuersa sunt, & quæ singula seorsum à reliquis percipi possunt. Ens nioumm quoduis & natura, & dispositione, & specie propria, propriisque agendi operandique & patieodi facultatibus aptitudinéque donatum est: proprias videlicet singula actiones propriásque edunt operationes, & proprias etiã patiuntur passiones, & horum quoduis per se manifestũ esse, & à reliquis seorsum percipi potest, iis præsertim in entibos quibus integræ insunt naturæ: quæ igitur propriam iis dispositionem propriámque speciem & proprias agendi operandique facultates indiderę. Nam quę ab imminutis constituta sunt naturis (quòd vel propriam ex dispositionem, vel propriam speciem agendi operandíque facultates indere non potuere, vel impuras obscurásque indidere) quantumuis vna ipsoru conditio innotuerit, nequaquam reliquæ, quæ illis eoite solent, inqoirendæ in iis sunt: quæ scilicet vel nullæ insunt, vel obscurissimæ sunt: sed co tantùm io ente quod à natura constitutum est materiam peoitus exuperaote, & quæ igitur enti, quod constituit, propriam dispositioné, propriámque speciem, & proprias agendi operandíque facultates indidit omnes, itaque nusquam ea à seipsis separantur, & nusquam latent, sed perpetuo manifestè sunt, & sibiipsis coeunt omnes.

Quod si non multis in entibus, nec quouis eriam in igne, in eo certe qui à calore penitus exuperante accensus est factum apparet: qoi scilicet & teouis & lucidus & bene mobilis est, & quæ attiogit emollit liquefacitque, & quæ penitus vniuersa exuperat in summam agit tenuitatem, quę oon vniuersa in fumum einerésque, dispositione scilicet, qua maximè calor gaudet, & propria caloris specie, & iisagẽdi operandiq; viribus donatus est, quæ caloris propriæ sũt, caloris omnio cõditiones facultatésque illi insunt omnes, perpetuóque sibi ipsis in illo omnes coeunt. Quoniam igitur io igoe (qui perfectus est) quouis conditiones hæ omoes perpetuo, in entium verò aliorum nullo eatum vlla, qualia io igne spectatur, conspicitur, & harum oulla seorsum à reliquis conspecta est vnquam, omnes ignis proprias esse intelligit spiritus. Itaque vbi harum quampiam percipit, reliquas ei annectit voitque omoes. Enti nimirum, quod lucidum coospectum est summum ei calorem, & emolliendi liquefaciendique facultatem attribuit: & si attenuari quid emolliríque, vel si fumus modo einisque coospectus fit, ab igne ignéaque natura vtrumque factũ esse iudicat, ab illo vno vtrumque fieri perpetuo intuitus, ab alio nullo vnquam. Et si quid insuper propria vi moueri conspectum sit, ab ignea id natura moueri statuit: quòd vnus ignis igoeáque res, aliæ nullæ à seipsis moueri visæ sunt. Sic & entium reliquorum conditiones omnes, & entia omoioo ipsa vniuersa innotescunt, vel voa modb ipsorum conditione maoifestata, vbi ens Inuentum fuerit, cui ioessa ea visa sit, & quod vniuersum, cuius scilicet coodiriones omnes spiritui perceptæ sunt.

Neque enim ambigere licet, quin iis illa copulata conluoctáque sit, quibus perpetuo coisse & à quibus seorsum coospecta est nunquam, nec quin huiusmodi omnioo insit enti, cuiusmodi voi perpetub coisse, & à quo seorsum visa est nunquam. Itaque (liceat enim tanti momenti ees apertissimi vt fiat, vel quæ satis declarata sunt amplius explicare, & repetere quæ dicta sunt) si entis cuiuspiam species ionotuerit, natura viréfque igootę sint, vt & ipsæ inootescant res omnino inueoienda est quæ eandem sortita sit speciem, & quæ penitos iooo-tuerit, cuius scilicet noo species modò, sed actio passióque & operatio percepta fit: ea porro inuenta, entis itidem, cuius species modo percepta est, oatura viréfque inspectæ sunt. Eædem enim sint oportet, quæ entis penitus ooti suot: siquidem quæ vtrique ioesse visa est coonditio, huiusmodi eotibus omnibus, aliis verò nullis ioesse cõspecta est voquam. Et vbi contra actio modò, aut etiam passio operatióve manifesta fit, ipsum verò penitus ignotum sit ens, si quę illarum habetur, in ente penitus ooto conspiciatur, reliquæ omnes & ens etiam ipsum vniuersum maoifestum fiat. Neque enim aliud fit, quàm cuius quæ habetur actio passióue, aut operatio perpetuò, alterius verò nullius visa est esse. Et quoniam contrariæ quę sunt naturæ, perpetub contrarias ex actiones contrariásque edere operationes & contrariæ hæ atqoe illæ à contrariis conspectæ sunt edi natoris, propterea contrarias actiones operationesue intuitus spiritus, à cootrariis eas naturis edi, & contrariis perceptis naturis, contrarias eas actiones operationésque edituras nofcit.

Quoniam verò, & quædam eotibus inessa visa sunt omnibus, & oulli quædam, hæc itidem qoalia visa sont, talia sentit: eoti nimirum hæc oulli omnibus illa inesse. Quoniam scilicet enti cuiuis summum proprij boni propriæque conseruationis appetitum inesse sentit, itaque omnia propria similiáque, à quibus souentur seruan túrque, sectari amplexaríque, contraria vero, & à quibus corrumpuntur, aufugere auersatíque, ena omne boouum appetere statuit. Et quoniam quæ percepta sunt, vel alba percepta sunt, vel oon alba, quod album simul fit & non album nullom omoioo vnquam, enti prorsus oulli vt quid fit & id non fit attribuere potest, sed omnia aut esse quid aut non esse id sentit. Quæ demum entibus ioesse sentit omnibus, omnibus eaindit, & nulli itidem quæ nulli: & si quid ponatur, qood iis quæ sentit aduersum fit contrariúmque, & quod simul eum iis stare non possit, sed si ponatur, ea quæ sentit, vel quæ ex iis necessario emanant & pendent ex iis destruantur, id non esse & esse non posse statuit, nec quæ non seotit admittere,

nec quæ sentit reiicere aut potens aut volens. Ratio omnino omnis quæ quid ponit, ea eorum id ponit similitudine, quæ sensu percæpta sunt, & quæ quid reiicit, propterea id reiicit, quòd iis quæ sensu percæpta sunt aduersum id est contrariúmque, nec alio modo aliáve ratione vlla intelligere licet quid, aut ratio vlla confici nobis potest. Siquidem conclusio omnis alicui innitatur, & ab aliquo pendeat, & contineatur in aliquo necessa est, quod admiserit vel statim admittat spiritus. Huiusmodi sensu percæptum sit summè est necessarium. Itaque intellectionis cuiusuis principium, similitudo est sensu percæpta, intellectio verò ipsa (quæ verè intellectio non est, sed vt inferius dicetur, existimatio, vel potius commemoratio quædam) sensus quidam, imperfectus nimirum & per similitudinem; non scilicet à re quæ intelligitur, quæ nimirum penitus spiritum latet longéque interdum abest gentium, sed à sensu factus, quem similibus à rebus fieri percæpit spiritus, & cuius cognitio memoriáque benè dum ei inhæret, eius nimirum recolitio quædam. Itaque huiusmodi intellectio longè est sensu imperfectior.


Id verò, & quæ dicta sunt omnia (siquidem amplius declaranda videri possunt, ipso, vt videtur, percæpta sensu) inde manifestissima fiunt omnia, quòd non alia vlla, at ea modò, quæ sensu percipi apta sunt, & percipi non possunt, seu remota occultáve, aut languidissimis donata viribus, & quæ, quòd nihil nos immutant, nullum sui ipsarum sensum nobis faciunt, intelligere quærimus, nec alia omnino ratione, quàm eorum (vt dictum est) quæ percæpimus ope ac similitudine: & quòd quæ sensu percipimus aut percipi possunt, nihil ea vlterius ratione intelligere curamus dignamúrve, vt quæ scilicet multò quàm ratione vlla intelligi queant, proximius percæpta sint præstantiúsque. Nec verò lunam Soli se supponentem, proptereaque eius aspectum terris adimentem qui intueatur, quive à Solis contactu exuratur, aut eius motum magnitudinémque conspiciat metiriq; queat, si cur amplius terris non luceat Sol, eiúsve naturam virésque, aut motum magnitudinémque ratione intelligere queat, minus is stupidus minúsve fit ridiculus, quàm qui cur non amplius lux conspiciatur, cui densum quid opacúmque opponi viderit, aut qui ab igne torrefactus eius naturam virésque inquirat, quive præ oculis præque manibus quæ habet, quibus ea moueantur motibus, quantaque sint, ratione intelligendum existimet.

CAPVT IIII.

Scientiarum omnium & geometriæ ipsius principia à sensu haberi, vel proxima eorum, quæ sensu percæpta sunt, similitudine, & conclusiones omnes ex iis pendere.

GE verò, vt clarius etiam res innotescat, scientiarum principia, tum & earum conclusiones inspiciamus: & num à sensu illa habeantur, vel ea eorum quæ sensu percæpta sunt, similitudine, quæ omnibus aperta sit manifestaque, & quæ sese ipsa omnibus intuendam offerat, & hæc à illis iuxta nobis expositum modum pendeant omnes, consideremus. Et quoniam omnium consensu exquisitissima est Geometria, ab ipsa itaque doctrinæ ordinem & quasi modum sumpsisse videtur Aristoteles: num ipsa hoc pacto opus suum conficiat intueamur. Quoniam igitur magnitudines, & quæ magnitudinibus insunt accidúntque, pũcta, lineas, superficies, angulos, figurasque, res omnino tractat valdè à communi hominum sensu remotas, & quarum ne nomina quidem omnibus innotuere, & multæ singulorum species sunt: his primum nomina indit, & quid singulæ sint, solius sensus simplici opera visa ponit. Neque enim vel circulum, vel triangulum ponens, vel horum species, aliud agit, nisi quòd quæ circulo triangulisque & illorum singulis inesse sentit, ea illis illorúmque singulis attribuit. Quoniam videlicet circuli omnes altero circini latere super centrum fixo circũducto altero cõficiuntur, & nequaquam proximioribus illis vel remotioribus sibiipsis factis quid vnquam, spatium itaque, quod à centro ad circumferentiam est, non æquale modò, quum vnum omnino idémque videtur omne: propterea, quæ illud conficiunt, lineæ sibiipsis æquales ponuntur omnes. Tum quoniam quædam conficienda sunt, quæ confici posse sensus ipse demonstrat, & vt confecta supponi nihil impedit, obstat nihil, at fieri posse & confecta esse peruicaci homini probari non potest (veluti à puncto ad punctum lineam ducere, & cẽtro quolibet, etiam spatio itidem quantouis circulum describere) hæc fieri posse, & vt facta esse postulat.

Et quoniam insuper quædam quantitatibus insunt, quæ non quidem penitus percipit sensus, at quin percæperit senseritque parum deest, & cuius rationem haberi nolit anima, quæ itaque vel audiens vel cogitans nullo admittit negotio, non secus ac quæ sentit percæpitq;, nihil scilicet iis repugnantia nihilque diffidentia, at lõgè simillima, penè & eadem, & quæ denique esse nihil anima ambigat, si non sensu penitus percæpta, at eò minus cuius (vt dictum est) rationem haberi nolit: hæc quoque postulat, & si talia non sunt, nec postulanda sunt, postulat autem, vel demonstrare impotens, vel negligens à sensu penè percæpta. Postulat itaque Euclides lineas concursuras, in quas quæ incidit, recta duos angulos duobus rectis minores eadem ex parte effecerit: quod nimirum futurum, ipsis, si in immensum lineæ protrahantur, intueri licet oculis, demonstrare longè esset laboriosum. Longo itaque sermone à Ptolemæo factum tradunt. Illud fortè non oportebat, rectos scilicet angulos omnes sibi inuicem æquales esse. Neque enim æquè sensui patere facillimè demonstrari posse videtur. Esto enim super lineã (a b) linea (c d) & super lineã (e f) linea (g h) ad æquales vtraq; rectósq; incidat angulos, angulus itaq; (a d c) æqualis sit angulo (c d b) & (e h g) æqualis angulo (g h f) rectique omnes, tum lineæ (e f, & (g h) lineis (a b) & (c d) angulique (e h g g h f) angulis (a d c c d b) superponantur: si linea (g h) super lineam (c d) non cadat, vnáque illi fiat, nec angulus (e g h) angulo (a d c) congruat, idémque illi sit, sed linea (h g) seorsum à linea (c d) cadat, veluti linea (g d) erit vtique angulus (g d b) æqualis angulo (g d a) maior itaque angulo (a d c) proptereáque & (c d b) pars nimirum toto.



Rectè illud Euclides, duas videlicet rectas superficiẽ non concludere. Neque enim superficies, quæ rectis duabus contineatur, conspecta est vlla vnquam: at neq; contineri posse vllã imaginari licet. At & alia sunt, quæ quãtitatibus inesse omnibus omnibúsque accidere nullus ignorat, nec qui quantitates conspexit, ignorare potest vllus: veluti totum sui parte maius esse, & quæ vni atque eidem æqualia sunt, inter se æqualia esse, vel solo scilicet percæpta sensu, vel eorum quæ sensu percæpta sunt similitudine, quæ neminem latere queat, & quæ nihil quæsita omnibus sese ipsa ostendat aperiatque. Hæc itaque quoque ponit, & sensu in singularibus percæpta omnibus, vniuersali attribuit magnitudinis naturæ. Quoniam scilicet quæcunque conspecta sunt, ea omnia tota ipsa quauis sui parte maiora visa sunt, propterea totum omne sui parte maius esse enuntiat. Quæ præterea vni atque eidem æqualia sunt, inter se æqualia ponit: magnitudo enim vtrique par, veluti vtriusque mensura facta, æquè vtrumque continet. Tum præterea, quòd quæ sibiipsis æqualia sunt ea, vbi sibiipsis applicantur, nihil altera alteram excedit. sed quò ad magnitudinem vna eadémque vtraque videtur, & quæ igitur vni atque eidem æquales sunt, vnæ atque eædem videntur: sibi etiam ipsis vnæ eædémque videantur necesse est.

His positis principiis, quæ (vt visum est) vel à sensu habentur, vel ex iis quæ sensus percepit pendent, nullóque innotescunt labore: ex horum similitudine, & ea quæ sensui ignota sunt inquirit, & modo qui dictus est sentit. Super datam itaque rectam lineam terminatam triangulum, æquilaterũ constituere inquirens edocensque, Linea (inquit) super quam triangulus æquilaterus constituendus est, esto (a b) altero eius puncto, (a) centro, spa-

tio

rio vero (a b)circulus deſcribatur (a c d) tnm rurſus (b) centro,ſpatio verò(b a)circulus deſcribatur(a c e)á pũcto vbi ſe circoli contingunt,quod(c) eſt , ducantur ad centra(a)&(b)lineæ(c a)&(c b).Quoniam igitur linea (a b)lineæ(b c) æqualis eſt (vtraque enim à centro circuli(a c e)ad eius circunſerentiam)& lineæ itidem(a c) nam vtraque à centto (b c d)ad eius circumfetentiã:& lineæ igitur(b c)&(a c)inter ſe æquales. vni.n.atque eidem(a b)vtraque æqualis. Æquilaterus igitur triangulus ſuper datam rectam lineam (a b) conſtitutus eſt.Demunſtratio hęc omois,vel à ſenſu,vel ab eorum quę ſenſu percepta ſunt,ſimilitudine habetur. Proprea enim lineæ à cenrro ad circumſerentiam æquales , quòd circulus (vt dictnm eſt) confici viſus eſt circini latcribus oihil vnquam vel proximioribus ſibiipſis factis quid vel remotioribus: itaque ſpariũ , quod à centro ad circumferentiam , circini videlicet laterum diſtantia vna viſa eſt atque eadem. Propterea itidem duæ lineæ vni atque eidem æquales,ſibi etiam ipſis æquales,quòd veluti mẽſura eadem commenſuratæ, æquè ab ea contioeri viſæ ſunt,& quòd magnitudo quæuis alteri æqualis, vna illi atque eadem viſa eſt.Sic & quæ ſequuntur omnes,eo tãtum interiecto diſcrimine , quòd non vt prima à ſolis pendeut principiis,ſed à præcedentibus itidem.Nec tamen propterea minus certæ appatent , aut minus omnino eas admittit ſpiritus. Quæ enim iis,quæ ſenſu percepta ſunt,verè ſimilia videntut,non ſecus ac illamet admittit.

Capvt V.

Concluſiones naturales in eo mathematicis præſtare, quòd hæ à ſigno omnes,illæ verò à proprus cauſis propriiſque manant principiis.

AT licet à ſimili mathematicæ itidem concluſiones , veluti & naturales,conficiantur,in eo certè natutales pręſtare videntur,quòd à propriis hę ptincipiis & à propris manant cauſis, at mathematicæ à ſigno omnes. Neque enim,quòd extrinſecus angulus duob. intrinſecis æqualis eſt,ptopterea tres trianguli anguli duobus tectis æquales ſunt: nã extrinſeco dempto,ſiue àprincipio non conſtituto,duobus nihilominus rectis æquales ſunt. Neque itidẽ propterea lineæ æquales,quòd à centro ad circumferentiã: nam & circulo dempto,ſiue à ptiocipio non conſtituto, æquales nihilominus ſunt. Itaque æqualitas , quam extrinſecus angulus duobus intrinſecis ſortitus eſt,linearúmque à centto ad circumſerenriam exitns, quòd tres trianguli anguli duobus rectis lineæque ſibiipſis æquales ſint , non cauſa ſed ſignum atque indicium ſunt : at quòd calor aquas euaporaodi,& aquæ à calore in vapores agi aptæ ſint,nou à ſigno quopiam habemus , ſed à propria caloris aquatúmque natura , iam diu ſenſu percepta cognitaque,à ſimili igitur magis propria,magiſq; à propria cauſa propriaque rei natura & ſubſtantia,naturales quàm mathematicæ. Nec verò illæ minus certæ eſſe debent,quæ veræ ſunt.Siquidem,& ipſæ ex iis conficiendæ ſuot principiis quæ ſenſus perceperit , vel ea eorum,quæ ſenſus percepit,ſimilitudine,quæ nihil quæſita ſeſe offerat apetiatque, & quæ nihil decipere nos queat.

Capvt VI.

Cur defatigatur,dum intelligit, ſpiritus , & cur obliuiſcitur,& cur decipitur,& intellectionem,vel ſi ſubſtantia eſt à Deo in nos immiſſa,at ſpiritus omnino ope ac miniſterio ei illam indi.

PRoptarea igitur defatigatur , dum intelligit ,proptereáque decipiturſpiritus,quòd ſimilitudinem,motus omnino,quibuscum eo olim ab ente commotus eſt , à cuius conditione,quam habet,modò commouetur,quærat inueniátque neceſſe eſt:qui (quò iam diu iis commotua non eſt) ſi non penitus periere,ita certè latent , vt quo eos inueniat(quod maximè ſpiritui moleſtum eſt laborioſúmq;, at quod fieri manifeſtè ſentimus)ſeſevniuerſus colligat cootrahátque,& variis laborioſiſq; exagitetur motibus oportet.Et quæ intelligit obliuiſcitur ſpiritus,quòd non idem perpetuò durans,& multis aſſiduè commotus multiſque intentus motibus , quoſdam ſibi orienti communicare negligat ipſe occidens:quibus nimitum,vel non valdè,vel non ſæpe commotus eſt , quibuſuis oon valdè oblectatur. Et decipi intelligens potes,decipitúrque interdum, quòd quæ rebus inſunt non vnis omnia inſunt, & quæ iosunt , uon perpetuo neque omnibus eiuſdem generis rebus inſunt. Non ſcilicet nix modò alba , ſed alia præterea multa, nec maſculini omnes aut perpetuò batbati muſiciue.Itaque decipitur,vbi quod album conſpexit niuem iudicat,& vbi imberbem , non maſculum, vel oon muſicum , non hominem: vbi omnino non ex eorum intelligit ſimilitudine , quæ propria rei peoitus petcepræ ſunt , quæ ſcilicet eius generis indiuiduis omnibus ſoliſque inſunt , & ſempet , aliis verò nullis prorſus vnquam. Prærerea , & quod entium, quæ apud nos ſunt , nullum propemodum vere ſimilare eſt, ſed quoduis fere , nec diſpoſitione tantum , ſed naturis quædam diuerſa donata ſunt , at adeo latentibus , vix vt perfici poſſint , proindéque quæ partium ſunt actiones paſſionéſque , voiuerſis ioterdum attribuuntur entibus.

Quoniam igitut qoæ intelligimus eorum quæ ſenſu percæpta ſunt,ſimilitudinc intelligimus omnia, & intelligentes defatigamur decipimurque , & eorum quæ intelleximus obluiſcimur: patet vtique vel ſi (vt alibi dictum eſt) non ſpiritus in homine ſed ſubſtaotia,quę Dei eſt opus iotelligit,at ſpititus certè opera miniſterióque, & quatenus ei immiſſa eiuſque cognitioois veluti particeps facta eſt,eam intelligere , & (quod ſacræ diuinæ litteræ teſtantur) ne iuxta propriam naturam operetur tertena ab operatione eã turbari. Neque enim,ne id fiat, ſenſus ope indigeat vlla,aut ea modo intelligat quæ ſenſu percipi poſſunt , aut laborer intelligens , vel eorum, quæ ſemel intellecta ſunt, obliuiſcatur vnquam , aut in vllius decipiatur intellectione. Sed nihil,quæ ſenſu percæpta ſunt,recolẽs vnquam,nulláque omoino vſa ratiocinatione,non reliqua modo entia quæuis , ſed ſe etiam ipſam,& quæ nullo percipi poſſunt ſenſu, diuinas nimirum ſubſtantias omnes,& Deum etiam ipſum,proprium nimitum opificem propriúmque parentem nullo temporis momento nullóque intueatur labore,& ſimul fortè omnia , nihil certè in vllius intellectione decipiatur vnquam : ita omnino operetur conſpiciátque omnia , quomodo reliquæ diuinæ ſubſtantiæ & animæ etiam ipſæ , quæ corpore exolutæ ad ipſum euolarunt Deum, & quomodo corpori reunitæ diuino iam penitúſque impatibili , & eius vnius proprio ſubiecto facto operaturam eſſe , non ſacræ modò diuinæ literæ,ſed humanæ etiam rationes alibi à nobis poſitæ nos admonent edocéntque.

Capvt VII.

Diuerſam videri cognitionem,quod diuerſa comparatur ſimilitudine.

EX eotum porrò ſimilitudine , quæ ſenſu percæpta ſunt , comparata cognirio omnis , non vna eadémque videtur omnis, ſed adeo à ſeipſa diuerſa , vt non omnis animæ vnius videri poſſit: quòd nimirum quæ intelligere quærit ſpiritus , iis quæ ſenſu percæpta ſunt , æquè ſimilia cùm non ſint , non æquè propinqua , oec æquè etiam certa ſimilitudine intelligi poſſunt omnia. Quoniam ſcilicet ſimilia , quæ ſingularibus ineſſe percæpit , connectere coniungetéque , vel que diuerſa ſentit , ſeparare ſeiungetéque, vniuerſales nimitum communéſque naturas atque affectiones intueri nequaquam contentus eſt ſpiritus

sed rei insuper non penitus sensu perceptæ, quod ignotum occultúmque est intelligere, & quoquo intueri vult pacto, res itaque adeò inter se diuersas, adeò scilicet iis, quæ sensu percepta sunt, magis minúsve propinquas, non eadem intelligere potest similitudine, sed vniuersalia communiáque illa, singularibus, quæ vltro sese statímque intuenda præbent, conspectis, conspiciuntur & ipsa, nihilóque minus talia esse credit spiritus quã singularia ipsa, ex ipsis collecta contentáque, & conspecta in ipsis. Penè itaque ab ipso illa percepta sensu, non similitudine aut ratiocinatione omnino vlla, sed natura haberi videntur. Non scilicet, vt totum quoduis sui parte maius esse intelligat spiritus, & quæ vni atque eidem æqualia sunt, inter se etiam æqualia esse, & nullum omnino dari, quod simul & affirmare liceat & negare, & circulum omnem vnica linea contineri, ab eiusque centro ad circumferentiam ductas lineas æquales esse, & niuem omnem albam frigidamque, & lucidum calidúmque ignem, & hominem bipedem, hæc inquam omnia aliaque his similia vt intelligat spiritus, nulla ei inquirenda est similitudo. Ipsa enim sese statim offert aperitque, adeoque propinquam vt latere non possit, ad eoque certam vt nihilominus vera illa esse iudicet spiritus quàm quæ sentit: ex iis scilicet confecta, & in iis (vt dictum est) contenta perceptáque.

Vniuersales itaque naturas affectionesque satis intelligit spiritus singularia intuens, propinquissima scilicet apertissimaque, & certissima similitudine atque vnica. At neque adeò propinqua apertaque, neque vnica omnino amplius, quod ignotum occultumque sensu est. Neque enim quod quid sit omnino ignorat vlli id conferre potest. Multiplici igitur similitudine, vel duplici saltem, & remota interdum perobscuraque altera id intelligendum est. Quoniam scilicet non vniuersam rem vnquam, & quæ penitus sensui ignota sit, intelligere quærimus, at rei semper, cuius quid sensu perceptum est, id quod ignotum est, vel scilicet ente noto eius naturam actionémque aut operationem inquiremus, vel harum aliqua nota, ens ipsum, & reliquas etiam eius conditiones: propterea vbi ipsum innotuit ens, illę verò ignorantur, motus, quibus simul cum eo, quo noto ab ente modò commouemur, olim commoti sumus, inquirimus, iisque inuentis, conditiones, à quibus facti ij sunt, enti, quod habemus, attribuimus omnes. Sic itidem vbi propriæ conditiones omnes, vel earum vna quæpiam innotuit, reliquæ verò, vel ipsum etiam ignoratur ens, motus, quibus cum motu à conditione nota facto, simul olim commoti sumus, inquirimus, iisque inuentis, ens, quod ignotum dum est, idem illi iisdémque conditionibus omnibus donatum esse decernimus, à quo illis commoti fuimus motibus. Et propterea omnino, quòd eorundem entium eædem perpetuo conditiones actionesque esse visæ sunt, & conditiones actionesque eędem iisdem inesse & ab iisdem edi entibus, & quæ entis cuiuspiam proprię sunt, nequaquam à seipsis separari diuidique posse, multis nimirum similitudinibus, & obscuris nonnullis miniméque simplicibus. Lucidum videlicet, quod conspicitur, ignis videtur, quòd lux communi ignis naturæ attributa est: at hoc factum, quòd ignes singuli lucidi visi sunt. Quod igitur ignotum est, non vna simplicique & aperta intelligi potest similitudine, sed multis (vt visum est) & perobscuris nonnullis, & veluti duplicibus. Itaque cognitio non vna eademque videtur omnis, verè vna cùm sit, & rerum sensu perceptarum similitudine comparata omnis, & sensus omnino quidem omnis.

Capvt VIII.

Rationes, quæ Peripateticos impulere, vt sentientem intelligentémque animam diuersa ponerent substantia, & vtramque earum, siquidem substantia vnius facerent, at multis donarent facultatibus.

Qvoniam verò, non vt nobis, sic itidem & Aristoteli suisque ab vna eademque anima, vel si vna, at non vna certè eademque facultate pręsentes rerum actiones sentire & absentes recolere videtur, & similia quę in sensibilibus cõspecta sunt omnibus, ab iis seorsum, quæ singulorũ propria visa sunt, colligere atque in vnum agere vniuersales nimirum naturas constituere atque intelligere, & quod sensui occultum est ignotumque è rerum sensu perceptarum similitudine percipere, & in necessariis id veréque existentibus, & in contingentibus rebus, & quæ non perpetuo fiunt, non scilicet, quę sentit anima, eadẽ imaginari intelligere, scire, atq; opinari, sed siquidẽ vna eademq; sentire atque imaginari, at non eadẽ facultate, & quæ intelligit ratiocinaturque, longè à sentiente atque imaginante diuersa esse, & longè illis prestantior longeque diuinior substantia, & quæ nequaquam connata illis videri possit, sed deforis accedere Peripateticis videtur: vtique rationes quæ eos impulere vt huiusmodi substantiam humanæ animæ adiicerẽt, & vt substantiæ vni plures facultates pluresque attribuerent operationes, & multas omnino illam facerent, explicandas examinandasque esse duximus. Nihil propterea negantes aliam à spiritu è semine educto (cuius, qui in animali sit sensus, visus est esse omnis) substantiam homini inesse, & verè eam diuinã, & ab ipso infusam Deo, & quæ spiritui præsertim indita, ciúsque ope ac ministerio vsa, & eius præcipuè facta forma, cum eo simul intelligat, & vt quædam, quæ ab illa non informatus perfectúsque nihil intelligere curet, & intelligere nequeat prorsus, intelligere appetat intelligatque, præstet. Quin positum id nobis est, & ponendum omnino videtur, neque à sacris modò literis edoctis, sed ab humanis etiam admonitis rationibus inesse eam, &, quæ dicta sunt, præstare omnia.

At causam rationésque, quæ, vt sentienti substantiæ illam adiicerent, Peripateticos impulere, inanes esse omnes, & sentientem omnino animam, vt similitudinem colligat, & ex iis quæ sentit occulta quædam cognoscat, nulla alterius substantiæ ope opus habere asseueramus, & declarari posse existimamus declarandúmque proposuimus. Quoniã (inquiunt) & homines & animalia longè plurima, quæ sensere recolere ea & absentia omnino imaginari possunt, at non infantes, nec muscæ vermesq; (neque igitur vel hi certum iter propositum habere vllum, sed temere huc modò modò illuc ferri videntur, & illi vel semel atque iterum à flammis combusti manus eis admouere minimè cessant) tum præterea, quòd in somnis ea quæ in vigilia percæpimus omnia, & oculis clausis vel colores ipsos percipere intuerique videmur, & quòd absentia vbiuis imaginari licet, at non sentire, quæ non adsunt, & quòd vbi præsentia percipimus perraò decipimur, at absentia imaginantes plerunque: vtique quæ præsentia sentit substantia, diuersa ab ea, quæ absentia recolit, ponenda est, vel diuersa saltem eã percipere facultate. Vna enim si sit, vnáque prædita vi, semper vtique & in omnibus eodémque percipiat modo. Et quoniam insuper quas percæpere homines res, conferre inter se eas videntur, similiáque, quæ illis omnibus inexistunt, seorsum ab iis, quæ singularum sunt propria, colligere connectereque: ipsas nimirum rerum formas è rebus atque è materia cui insunt, eximere, easque exutas & per se existentes, itaque nihil à seipsis differentes, sed quàm simillimas, quin easdem omnino sibiipsis factas (siquidem quæ rebus sub eadem specie contentis, quæ scilicet ab iisdem constitutæ sunt formis, diuersitas inest, à materia ea est omnis, à formis nulla prorsus) vniuersales omnino immaterialésque rerum formas constituere intuerique, tum etiã, quòd quæ sensui ignota sunt occultáq;, similitudine & ratiocinatione inquirere & intelligere videtur homo, operatiões scilicet operari, quæ neq; sensui neque ipsi etiã attribui possint imaginationi.

Ineptus enim sensus remotas occultásque & non in ipsum agentes res percipere & conferre itidem quas percepit, & omnino ab alio ad aliud transire, in iis quæ percipit perpetuò fixus hærénsque. Ea quæ imaginatur sub-

ſubſtantia,ſiquidem ab iis ad alia tranſire, veluti & quæ colligit ratiocinaturque,apta eſt,at diuerſa,quæ tractat, tractat ratione. Hæc enim ſimilitudines præſertim colligens perrarò péique ægrè decipitur, & vbi decipitur, rerum inconſtantia non ſui decipitur culpa, eáque modo intelligit ac de his ratiocinatur quæ ſunt, vel quæ quin ſint nihil prohibet, & ſemper his quæ quauis intelligit ratiocinatione aſſentit, ſempérque ab his commouetur. At quæ imaginatur, decipitur plerunque, & quæcunque collibitum eſt imaginari poteſt, & Centimanum Gigen, terræque biatus, & tremenda quæcunque: neque ab his, quæ imaginatur, vel commouetur, vel aſſentit omnino iis quicquam. Horribilia igitur imaginantes quæuis, nihil commouemur tamē: at ea intelligentes, vel etiam opinantes, nihilò fermè minus quàm imminentia intuentes. Nec ſentiens igitur anima, nec imaginans per ſe ſimilitudines colligere ratiocinarique potens videri poteſt, quin neque ſimul iunctæ. Et diuerſam omnino à ſentiente atque imaginante colligentem ratiocinantémq eſſe, inde (inquiunt) intelligere licet, quòd, vno homine excepto, animalia reliqua ratiocinationis, opinioniſq. omnis penitus expertia ſunt. Id verò inde (inquiunt) manifeſtum eſt, quòd omni illa fide omníque carent confidentia. Nam ſi vlla illis ratiocinandi, aut opinandi vis ineſſet, fides vtique illis aliqua confidentiáque indi poſſet.

Alia igitur humanæ animæ ſubſtantia neceſſariò adiicienda eſt, & lōgè ea quàm ſenſus eſt atque imaginatio præſtantior diuiniórque: quæ benè ſui natura agilis multiſque mobilis motibus, quæ ſenſus percæpit, conferre, & quæ ſimilia omnibus inſunt, ab iis ſeorſum quę ſingulorum propria ſunt, in vnum agere, formas nimirū materiæ immerſas ea cauere denudáréque omni, & pro ſingularibus materialibúſque vniuerſales eas immaterialéſque facere poſſit, & quæ harum ope ignotum percipiat, intellectus ſcilicet: ſiquidem percæptio illa omnis intellectio dicitur. Quin & is itidem diuidendus diſtrahendúſque Peripateticis videtur. Quoniam enim quæ colligit ſubſtantia, & quæ vniuerſalia conſtituit intelligitque ſui ipſorum oblitis nulla vti videtur ratiocinatione, ſed vnico intuitu, veluti & ſenſus, percipere, alia omnino à ratiocinante videtur. Tum & ipſa itidem ratiocinans duplex ponenda. Quoniam enim nonniſi per ſimilitudinem atque affinitatem quandam cognitio animæ, veluti & ſenſibus, aduenit, & quæ intelligit anima ſummè inter ſe natura differunt (alia enim neceſſaria ſunt æternáque, & in quibus igitur error nullus committendus ſit, caduca alia, & quæ & eſſe & non eſſe poſſint, in quibus itaque neceſſariò errandum animæ interdum ſit) non vna eadémque ſubſtantia, aut non vna ſaltem eademque ſui parte vtraque intelligere poteſt. Et ipſam igitur ratiocinantem in ſcientem atque opinantē diuidunt, & ſcientiarum principia animæ verè intelligenti, & conſtituenda & intelligenda aſſignant, earum verò concluſiones veræ ac neceſſariæ quæ ſunt, ſcienti, non neceſſarias verò nec ſemper veras opinanti.

Quoniam igitur quæ in homine fit cognitio, & diuerſarum eſſe rerum diuerſóque fieri modo, & omnino diuerſa eſſe ipſa videntur: propterea & ſcientem (vt viſum eſt) animam vel in duas Peripatetici ſecant, vel duabus illam donant potentiis, & intellectum deforis illi adiiciunt, & vel ipſam in plures dilaniant, vel pluribus onerant facultatibus. At è multis omnino, ſumméque à ſe ipſis diſſidentibus ſubſtantiis animam componentes nequaquam multarum illam faciunt partium vel ſubſtantiarum, ſed vnius omnino ſubſtantiæ, deteriores videlicet præſtantioribus aſſiduè, vt materias ſubiicientes. Vbi (inquiunt) naturali ſentiens accedit, vt propriæ materiæ illi vnitur iungitúrque, & ſentienti imaginans, huic verò intellectus potentia, cuius (vt videtur) ratiocinari eſt, intellectui poſtremò potentia agens copulatur: neque vlterius progreſſa eſt natura. Neque enim forma ad eſt, cui agens, vt materia, ſubiiciendus ſit. Vel multis igitur ſuperaccedentibus ſubſtantiis vna tamen & ſubſtantiæ vnius aſſiduè remanet anima, quòd quæ præexiſtit accidentis ſubſtantiæ materia ſit, nequaquam tamen propria ſpoliata. Vna itaque tot ſubſtantiis ſuperaccedentibus remanet anima (vnum enim quod ē forma & materia) at multis prædita facultatibus, tot nimirum quot inextitere ſubſtantiæ.

CAPVT IX.

Quoniam quæ cognoſcit homo, differre ea inter ſe, eorúmque dignoſcit differentias, propterea vna eadémque ſubſtantia omnia Ariſtoteli percipiat neceſſe eſt.



NAM eandémque in homine ſubſtantiam, & præſentia & abſentia percipere, quæque percæpta ſunt cōferre inter ſe, & quæ ſimilia in omnib. viſa ſunt, colligere, & ab iis ſeorſum quæ ſingulorum propria ſunt intueri, ignotúmque rei quod eſt, & in neceſſariis id veréque exiſtentibus rebus, & in iis quæ modò fiunt & modò nō fiunt, intelligere, inde Ariſtoteli primis patere poteſt, quò diuerſa ea eſſe & quibus differant homo cognoſcit omnia. Vnus (ipſe inquit Ariſtoteles) atque adeo impartibilis ſenſus ſenſilia percipiat omnia neceſſe eſt. Nam ſi vel ſenſus diuerſi, vel idem etiam, at diuerſis ſui partibus illa percipiat: non magis illorum differentias diiudicet, quàm ego & tu eorum quæ ſeorſum ſeparatímque percæpimus. Adeo ſcilicet quod diiudicat vnum eſſe oportere Ariſtoteli viſum eſt, vt ne in partes quidem diuidi poſſe viſum ſit. Quòd nimirum partibile ſi ſit, non vniuerſum fortè ſimul omnia percipiat, ſed alia ſui parte alia. Id verò ſi fiat, ſi ſcilicet quæ percipiuntur non vni eidémque percipiantur innoteſcantq; omnia: nequaquā ſimilia ne ſint an diſſimilia diuerſáque diiudicare queat. Nam quod diiudicat (inquit) vnum prorſus ſit oportet, & vno inſuper. Quoniam igitur quæ cognoſcit homo differre ea inter ſe, & quibus differant, cognoſcit omnia, vna omnino atque impartibilis ſubſtantia omnia Ariſtoteli percipiat neceſſe eſt. Proprius itaque canon, longéque is pulcherrimus firmiſſimúſque, prius quàm tot homini inderet ſubſtantias, deſtruendus Ariſtoteli erat. Nec verò vnam eandémque tot adiectis ſubſtantiis remanere Peripatetici dixerint, quòd aſſiduè, quæ ſuperuenit, præexiſtenti vnum ſit, eius facta forma.

Nam præterquàm quòd qui incorporea res materia fieri poſſit imaginari non licet: oportet autem (vel ipſe enim ſenſus incorporeus, vt viſum eſt, Peripateticis videtur, ipſáque etiam naturalis facultas, & niſi tales ſint nequaquam illis vel intellectus agens, vel etiam potētia, vt propriæ materiæ indi queant, nulli prorſus corpori hærere, vel eo etiam quauis vti ratione Ariſtoteli apti) nequaquam eo modo forma vlla enti vlli indi videtur, vt præexiſtentis formæ, vel ſubſtantia, vel vlla omnino remaneat facultas: at id modò euenire interdum, imminui nimirum accedentis exuperantíſque formæ vis à cōtraria repugnante paſſa debilitatáque. Et ni illud fiat (niſi ſcilicet præexiſtens natura penitus corrumpatur) minimè, quod conſtituitur, ens verè vnum ſit, ſed è multis compoſitum, & entia omnino multa, & quorum ſingulas ſuas proprias habeant vires propriáſque operentur operationes, nullum autem quæ aliarum ſunt. Et vbi igitur intellectus ſenſui atque imaginationi accedit, corrumpatur ſenſus atque imaginatio, omníſque eorum facultas, & ea modò intellectus intelligat, quæ ſui natura intelligere aptus eſt, alia nulla oportet. Tum minimè omnium Ariſtoteli liceat, ſubſtantiam vnam multis onerare potentiis. Quoniam enim ne duplex quidem motus corpori vlli dandus homini videtur, qui (vt dictum eſt) vna omnes videri poſſunt operatio, & ſubſtantiæ vni vnam modò (vt videtur) operationem aſſignandam eſſe contendit: vnam itidem facultatem ſubſtantiæ vni attribuat neceſſe eſt. Plures enim attribuens, operationes itidem attribuit multas, & vnam illam multas omnino facit. Quod niſi dictus Ariſtotelis canon obſtaret, præſtaret, reor (quod antiquioribus, poſtremo & Galeno factum eſt) tot homini indere animas, quot operationes

operari videtur. At vnde digressi sumus redeamus: & vel satis omnibus Aristotelis rationibus, quibus è diuersis substantiis humanam animam componi contendit, ab ipsomet simul reiectis, singulæ amplius reiiciantur.

Capvt X.

Sentientem substantiam imaginanti eandem esse, & inanes esse Peripateticorum rationes contrarium astruentes.

Sentientem substantiã vel in iis omnibus in quibus à Peripateticis imaginanti differens videtur, ab ea diuersam ponendam non esse, vtriusque passio operatioq; manifestat. Quoniam enim quæ à seipsis differunt substantiæ nequaquã iisdem à rebus easdem patiuntur passiones iisdémque Aristoteli commouentur motibus, sed propriis à rebus singulæ proprias patiuntur passiones propriisque commouentur motibus, & ne Peripateticis quidem ipsis aliud videri potest sensus, nisi passionum motuúmque quas sentiens substantia patitur quibúsque externis à rebus commouetur perceptio, nec imaginatio ipsa aliud nisi dictarum passionum dictorúmque motuum memoria, nec iners ea, sed quæ illos recolit reperitque, itaque triste quid horribileque imaginantes modo eodem, quo sentientes, intuentésque commouẽtur exhorrescimúsq; & contremiscimus, & nauigationi memores, veluti nauigantes, nausea afficitur, & propterea omnino, vel Aristotelis testimonio, quorum desiderio tenemur, diù ea libentèrque imaginamur, quòd imaginatio obscurus quidem languidúsque, at sensus omnino quidam est, obscuriore nimirum languidioréque ab absentibus, at eodem omnino, quo à præsentibus, commouetur anima motu: vtique imaginantem substantiam à sentiente diuersam esse existimare non licet. Eóque etiam minus, quòd languidius commouetur imaginans. Summè enim rationi congruum est, præsens agénsque vt vis vehementius, quàm ipsa eadem absens nihilque agens, animam immutet.

Mirari certè Peripateticos licet, inde à sentiente diuersam imaginantem astruentes, quòd illa animalibus omnibus, at non & hæc itidem inest. Quoniam enim præsentium agentiúmque rerum vires, & proprias omnino passiones percipere vsque adeò facile promptúmque est, vt nõ animalium modò animis, sed entibus quibusuis tributum id sit, at cessantes eas recolere, & absentium nihilque agentium rerum vires percipere, & quibus semel commota est motibus iisdem, vbi libet, moueri, non entis, nec verò spiritus cuiusuis, sed bene modò sentientis, & bene sui naturæ agilis mobilisque, & cui præteritos motus recolere vacet: vtique vel si infantibus muscísque & vermibus sentiens quidem, at non & imaginans itidem inesse visa sit, non propterea ab illa hanc diuersam esse statuendum fuit. Forte enim eadem & sentit, & imaginatur reliquis in omnibus: at in his sentit modò, quòd non eam propriæ naturæ propriæue dispositionis mensuram, qua, vt imaginetur, donatam esse oportet, nacta est, vel ab interno aliquo malo exagitatæ conflictatæque (id quod sentienti itidem intelligentíque vsu interdum euenit) imaginari non vacat, vel etiam, quòd statim absumitur, & prius, quàm sibiipsi orienti, quas passa est passiones, quibúsque commota est motibus, communicet.

Et dictis omnino de caussis nec infantes, nec muscæ, nec vermes valdè imaginari apparent. Siquidem in mollissimo benéque calido infantiũ corpore plurimus quidem assiduè fit spiritus, at statim elabitur vniuersus: & dum remanet, ab assiduo vaporum confluxu exagitatur turbatúrque, itaque perpetuo ferè in iis inuertendis exuperandisque occupatus perpetuo detinetur somno. At & is tamen, siquidem iterum manus flammis admouet, non & tertio itidem quartóque & quinto. Muscis qui inest, longè is (vt existimare licet) tenuissimus est, & qui nouis (vt dictum est) assiduè intentus motibus præsentes rerum consideret, præteritos certè nihil recolat vnquã, itaque nihil certum vnquam sectetur, sed temerè huc modò modò illuc feretur. Nam præteritorum motuum memoria cognitióque vt remaneat, & dum iis mouetur, intentus iis sit spiritus, & cessantes eos sæpius recolat oportet. Contra vermibus qui inest, quòd parum calidus & bene crassus est, ita motus exhorret omnes, vt nec præsentibus à rebus libens commoueatur, nec recolat eos vnquam: itaque rei nullius memor nullã certo sectetur motu. Nam quæ animalibus ratio, quódque malum vitandi bonáque sectandi inest studium, id omne ex iis quæ pridem percæpta sunt cognitáque, & quę spiritui hæscere inest: quibus præteritarum rerum memoria nulla facta est, temerè ea huc illuc ferantur oportet.

At & muscarum tamen vermiúmque spiritus eò assiduè promptè ferri videtur, vbi commodius fouueri oblectarique queat, nec vel sępius inde reiectus redire eò cessat. Itaque non propterea quòd infantum muscarúmq; & vermium animę sentire quidem, at non & imaginari itidem videntur, substantiam quæ imaginetur à sentiente diuersam esse existimandum est. Minus etiam, quòd quæ præsentia percipit perrarò, pérque ægrè decipitur, quæ verò absentia imaginetur, persæpè & perfacilè. Nõ siquidem integra vsquequáque illæsáque prętereritarum passionum prętereritorúmque motuum cognitio seruatur, sed aliæ interdum pro aliis passiones motúsque apparẽt: et non qui à præsentibus induntur rebus. Non scilicet vel præsentis agentis caloris vel frigoris actio spiritum lateat, & vbi dilatatur, constringi se sentiat. Tum vbi præsens inque eum agens sentire contentus est spiritus, rei in ipsum agentis actionem speciémque modò percipit, nihil eas ab illa separans vel rebus aliis adiiciens: at qui imaginatur id insuper. Decipitur itaque, & quæ seorsum sensit, seorsumque esse volunt, iungens connecténsque, & separans quæ iuncta sensit, & seiungi omnino nolunt.

Diuersam porrò à sentiente imaginantem inde astruẽtes, quòd hæc vbilibet, & vel in sonis quæuis, & oculis clausis colores etiam intuetur, at illa rebus in ipsam agentibus, vt sentiat opus habet, quod quæritur somnum. Quærentes enim non quæ præsentia percipit, ab ea quæ absentia recolit diuersa sit, inde diuersam declarant, quòd quæ præsentia sentit ipsis opus habet rebus (præsentes nimirum res sentit) at non quæ absentia imaginãtur. Propterea igitur diuersam, quod hæc absentis, præsentis illa percipiat, at hoc quærebatur. Si substantiã, quæ præsentes rerum vires percipit, non ipsam sed aliã eas recolere imaginaríque declaratum Peripatetici velint, vtique sentientis ignauia quæpiam, & alterius ad eas recolendas aptitudo & vis, tum & modus insuper quo earum cognitio ab illa huic communicetur aperiẽdus omnino iis est. Horum quid non explicantibus, nequaquam non ipsam quæ à præsentibus rerum viribus immutatur, sed aliam eius passiones recolere declaratum fit vnquam.

Mirari itidem Peripateticos licet è vocum significationibus idem declarantes. Siquidem rerum naturam indagantes non earum nomina temerè interdum posita, sed res ipsas ipsarúmque intueri oportebat ingeniũ. Tum contrarium omnino eius quod volunt astruunt. Diuersus (inquiunt) ab imaginatione sensus ponendus est, siquidem vbi exquisitiore sensu quid perpendimus, nequaquam eius imaginationem habere dicimur, sed sensum: vbi contra hebetius quid obscuriusque sentimus, id ex imaginatione quadam nobis ita videri asserere solemus. Minimè igitur à sensu diuersa imaginatio, sed sensus omnino, at obscurus (vt dictum est) languidiúsque. Nihil itaque à Peripateticis allatum videtur, quod aliam in nobis substantiam præsentia sentire, aliam absentia imaginari declaret.

Capvt XI.

Minimè intellectum à sensu diuersum hominum indendum Aristo-

Aristoteli fuisse, qui vniuersale constituat intelligátque: nam ipsimet Aristoteli & sensus vniuersale componit percipitque, & intellectus singulare intelligit.

MINIME etiam intellectus à sensu diuersus humanæ animæ adiiciendus Aristoteli fuit, qui bene sui natura agilis mobilisque singularia quæ sensus percipit colligat & in vnum agat, penitus scilicet immaterialis ipse formas materia omni cauat, & puras eas nudásque intueatur, quales nihil omnino inter se differentes, non singulæ singulorum amplios, sed omnium vna eadémque videntur: quòd nimirum in iis, quæ percipit, sensus hærens, & ineptus omnino ab alio ad aliud transire, & quod vnum idémque in multis diuersisq; est, colligere intuerique, singulares modò materiæque conditionibus obuolutas formas percipere possit. Nam & ipsimet Aristoteli & sensus vniuersale è singularibus colligit percipitque, & intellectus singularia intelligit. Itaque modum inquirens, quo vniuersales illæ immediatæque propositiones, è quibus demonstrationes conficiuntur, innotescant, & qui illas cognoscit habitus, qui nimirum vniuersales naturas constituit intelligitque.

2. Post. cap. vi. Dubitare (inquit) contingit, num immediatorũ principiorum cognitio iam inde à primo ortu insita nobis fuerit, & latuerit nos, an adultis iam confirmatisque accesserit. Nam & inexistere, at latere, absurdum: quando nec demonstratio, nec scientia omnino cognitióque vlla multò, quàm quæ principiorum est, minus exquisita, quæ nobis insit, nos latet. Et non habentibus illam accedere, nobis, qui doctrinam omnem ex præexistenti fieri cognitione posuimus, dicere minimè licet. Nihil enim principiis prius nihilque superius. Manifestum itaque, quòd neque à principio insitam illam congenitámque habere nos, nec ignorantibus postea accedere possibile est, nisi habitus quidam potentiáve nobis insit, iuxta quam, nihil ea prius præcognoscentibus, cognoscere liceat. Huiusmodi enim facultati principiorum cognitio attribuenda omnino est. Ea porrò animalibus omnibus ingenita videtur. Omnibus enim discernendi iudicandíque vis, quam sensum vocant, inest, at non ex æquo omnibus. Aliis enim eorũ quæ sensere imagines satis diu remanẽt, aliis autem nihil prorsus, aut longè obscurissimæ. Quib. non remanent, nulla iis præter præsentium rerũ sensum cognitio inesse potest: at quibus remanent tenoras etiã illas intuẽtur & quoquo sentiunt pacto, quarum videlicet simulacra in seipsis habent. Alia non hoc tantùm, sed quæ in memoria condiderunt conferunt ea inter se, & similia similibus connectunt coniungúntque, & in vnum agunt. E sensu igitur memoria exoritur, & è memoria sæpius præsertim facta peritia atque experientia. Memoriæ enim multæ numero experientia vna est. Veratrũ scilicet hoc bilem trahere sensu primùm percipio: deinde & recordor. Iterum aliud id operari sentio, & iterũ memini, & rursus aliud atque aliud. E pluribus demum sensionibus memoriisque multis factis experientia peritiáque vna congregatur, qua veratrum bilem trahere scitur. Qua in dies aliis sensionibus memorúsque aucta, tandem vniuersale enuntiatum in anima reponitur seruatúrque, veratrum omne bilem trahit.

Quod igitur dictum est, è sensu memoria, è memoria experientia, ex experiẽtia vniuersalis cognitio exoritur, quæ & artis & scientiæ principium est. Artis quidem, si circa ea sit quæ oriuntur, & occidunt, scientiæ verò, si circa ea quæ vera sunt. Neque igitur iam inde à primo ortu principia sciuimus, neque ab aliis illa cognitionibus habitibúsque quàm ipsa sunt, notioribus, sed à sensu ac memoria congregantur. Ea videlicet, quæ sentit anima prædita est facultate, vt sensilib. etiã rebus præterlabẽtibus, earum tamẽ imagines excipere & memoriæ reponere, quódq; in singularib. simile cõmunéq; & vniuersale est intelligere atq; in vnũ agere possit. Singulare enim (inquit) sentitur, at sẽsus vniuersalis est, veluti hominis, non autẽ Calliæ hominis. Vbi videlicet Socratem quis intuetur, hominẽ quoq; intuetur. Neque enim vt idem prorsus & Socratem & hominem sentit, sed vbi Socratem intuetur, id in Socrate videt quod in aliis quoque hominibus simile communéque est. Patet itaque (inquit) quòd principia inductione cognosci necesse est. Sensus enim eo modo vniuersale constituit, Quod scilicet albis quæ cõspexit inesse omnibus sensit, albo id attribuit omni. En à re ipsa & ab ipso ductus coactúsque Aristoteles sensu, vniuersalis constitutionem cognitionémque omnẽ sensui attribuit, inuitus quidem nolénsque: cui ab intellectu illud confici summopere placebat, & demonstrandũ proposuerat, at ab ipsa (vt dictum est) victus re, quæ adeò sese aperit ostentatque, vt non conspici vel occultari vllo possit pacto.

Modum porrò inquirens, quod intelligit intellectus, Quoniam (inquit) aliud est aqua, aliud quod aquæ esse est & aquæ essentia, aqua enim id est, quod è materia & forma concretum est, aquæ autem essentia id iuxta quod aqua est, aquæ nimirũ natura formáque, quod enim sunt entia, non iuxta materiam, sed iuxta formam sunt: diuersa hæc, vel diuersis sui partibus diuersisque facultatibus, vel magis vna eadémque, at diuerso se habente modo percipit intellectus. Ad aquæ scilicet essentiam intelligendam solus ipse sufficit intellectus, at non ad eius quoque materiam & reliqua quæ aquæ insunt, è quibus aqua ratio conficitur. Sed ad hæc percipienda aliqua sensus ope indiget. At eadem tamen parte, eadémq; omnino facultate, qua aquæ essentiam, aquam etiam vniuersam intelligit. Nisi enim idem omnino intellectus vtramque percipiat, nequaquam aquæ essentiam ab aqua diuersam esse intelligat. Vnus itaque atque idem intellectus vtramque intelligit, at diuerso se habens modo. Id quod linea pati videtur, quæ vna eadémque existens, at modò recta modò curua facta, diuerso modo sese habere videtur. — de anim. lib. 3.

Præterea & rationum modos nos edocens, plurimarum singulares esse conclusiones declarat, & nihil illas minus veras minúsque intellectui admittendas quàm quæ vniuersalium sunt. Non scilicet minus aquam hanc quàm aquam ipsam à calore euaporabilem intelligit intellectus, nec minus Socratem rationalem quàm hominem. Et quæ hominibus aguntur, ab intellectu ea omnia intelligi enumerat, & ab intellectu omnino moueri homines id intelligente appetentéque, cuius gratia mouentur, singulare nimirum. Nec ab eo qui vniuersalia speculatur, hunc qui quæ agenda sunt intelligit, vel substantia vel re alia vlla, at eò tãtùm diuersum ponit Aristoteles, quòd sola illi speculatio, nõ alius vllus propositus est finis, huic verò præter speculationẽ externũ aliquid, cuius appetẽs operatur. Rationis (inquit) opus est, vtrum hoc an illud agendum sit considerare perpenderéque. Minimè igitur (vt dictum est) intellectus à sensu diuersus homini ab Aristotele indendus fuit, qui è singularibus (quæ sola percipit sensus) vniuersales colligat naturas eásque intelligat. Nam & sensus Aristoteli inprimis vniuersale componit percipitque, & intellectus nihil minus singulare quàm vniuersale intelligit: vt idem vterque Aristoteli operans idem alteri alter ponendus omnino sit.

CAPVT XII.

Rationes quibus vniuersale à sensu confici & à sensu percipi Peripatetici negant reiiciuntur, & à sensu vtrumque operari declaratur.

NEC verò vniuersale à sensu Aristoteli constitui percipive, vel operari omnino hæc posse sensum Peripatetici negent, propterea quòd sermonem ille absoluens, & veluti quæ dicta erant corrigens vniuersalis compositionem cognitionémque intellectui attribuerit. Quoniam (inquit) habituum, qui ad intelligentiam pertinent, alij semper veri sunt, alij non semper. non semper veri opinio & ratiocinatio, semper veri scientia & intellectus: & principia scientiæ cognosci non possunt, quæ nimirum ex assumptionibus præcognitis sit, a quibus principia haberi nõ

possunt, nihil enim iis prius nihilque superius: superest itaque vt intellectus ea cognoscat. Eóque etiā amplius, quòd principia exquisitius cognosci, quàm ea, quæ ex ipsis sunt, oportet. Solus autem intellectus scientia omni exquisitior est. Nullam ipse afferens causam, cur, quod visum fuerat, non à sensu ea cognosci possent. At sui illā explicant. Quoniam (inquiunt) id est vniuersale quod simile & idem in singularibus inest & vnum omnino in multis: id vt constituatur, quæ similia in singularibus conspecta sunt, ab iis seorsum, quæ singulorum propria apparent, in vnum agenda sunt vniendáque omnia. Id autem sensus minimè præstare potest. Singularia enim modò percipere is videtur, inque iis quæ percipit hærere, minimè verò quæ præsertim non simul percipit conferre, & quæ similia omnibus insunt, ab iis quæ singulorum propria apparent, seiungere separaréque & in vnū agere vniréque. Similitudinem itaque quæ singularibus inest, & puram illam, id scilicet quod vnum in omnibus & simile in diuersis visum est, seorsum à reliquis quæ singulorum propria sunt, intueri, non sensus, sed sublātiæ alterius opus esse existimandum est, intellectus nimirum, qui bene sui natura agilis & bene mobilis, & cōferre quæ sensus percipit, quæque similia sunt in vnum agere, & separare quæ diuersa sunt, & omnino ab alio ad aliud transire possit. Modus itaque (inquiunt) quo vniuersale constituitur cognoscitúrque, inductio quidem est, eiúsque assumptiones sensus ipsi ponunt, qui scilicet singularia percipiunt: at conclusio intellectus est, & ab intellectu cōficitur, quòd (vt dictum est) solus is & conferre & colligere & separare possit. Quòd si quando (inquiunt) sensus vniuersale Aristoteli percipit, non purum ipsum sincerúmque, & penitus à singulari seiunctum, quale intellectus intelligit, sed singulari confusum commistúmque, & ad singulare vergens, & in singulari omnino, & quòd non verè vniuersale videri possit, percipit.

Nimia sanè religione Aristoteli adstricti Peripatetici, qui & sibiipsis & sensui repugnantem illum intuiti venerari tamen non desistunt, & quæ manifestè is propriæ positionis tuendæ gratia protulit, propriis ea absurditatibus propriisque figmentis stabilire nihil verentur. Rationis itaque (inquiūt) quæ vniuersale constituit, assumptiones ipsi ponunt sensus (ipsi enim singularia percipiunt) at eius conclusio intellectus opus est. Homo nimirum Socratem Calliámque & Platonem bipedes visu percipit, & ex iis quos visu bipedes percæpit hominem bipedem statuit: at non visu sed intellectu visus ab albo hoc & illo & illo dilatari, & à nigris illis constringi se percipit. Decernitur itaque album omne dilatare, & nigrum omne constringere, sed non à visu, at ab alia homini inexistente substantia, & quæ albi nigrique actionem minimè ipsa percipit, quòd visus conferre quæ percipit non possit: figmenta nimirum figmentis tegentes. Quæ enim substantia album omne dilatare & nigrū constringere vel statuere vel cognoscere omnino possit, nisi quæ à nigro constricta est ipsa & ab albo dilatata? aut quæ rationis vllius conclusionem, quæ in assumptionibus omnino continetur, & quæ necessario ex assumptionibus emanat, constituere aut intelligere queat, nisi quæ assumptiones percipit? At & ipsi itidem, qui sensum conferre & similia connectere posse negant, iidem id illum operari affirmant. Vt enim non id vniuersale quod intellectus intelligit sensus itidem percipiat, sed magis singulari confusum commistúmque, at è singularibus omnino collectum id vt sit summè est necessariū. Sensus itaque quæ percipit conferendi similiáque colligendi facultate Peripateticis etiā præditus est. Vnū porrò eundémque vniuersalem hominem vbique à nobis percipi, non duplicem, & magis alterum singulari confusum commistúmque, quem cum singulari aliquo sensu percipiamus, puriorem alterum magísque à singulari seiunctum, quem nullo singulari conspecto intellectu cōprehendamus, minimè declarandum videtur. Neque enim quispiam (reor) alium vniuersalem hominem, magísque aut minus singulari confusum percipit, vbi singularem aliquem intuetur, alium verò, vbi per se illum animo concipit: sed vnum vbique modóque eodem singulari confusum, vel ab eo separatum.

At fortè, vel minus id demonstrantibus Peripateticis, ineptus omnino est sensus, quæ percipit, conferre similiáque connectere. Ipsum itaque per se, ipsiúsque naturam virésque, & num verè ea operari non possit intueamur, ipsius scilicet circa præsentia operationem. Obscurius enim languidiúsque, at eodem omnino modo eadémque ratione qua circa præsentia operatur, circa absentia itidem eum operari existimandum est. Veluti igitur vbi plures intuetur homines confert inter se illos, quis enim id neget? & quod omnibus simile atque idem cōspectum est, omnibus attribuit, at non quæ singulorū propria apparent, omnes itaque bipedes ponit, at non omnes vel varus, vel vatios, quòd omnes bipedes vidit, at non omnes vel varos, vel vatios: sic absentes illos recolens, vel non simul etiam conspectos, at omnes bipedes recordatus omnes bipedes statuit, & simpliciter bipedem hominem omnem, quorum nimirum nullum nō bipedem conspexit, at non omnes vel varus, vel vatios, quòd non omnes vatios conspexit vel varos. Hoc quin possit sensus, nullum (vt opinor) Peripateticorum obstat decretum: quin propriæ eorum positiones hoc vt possit ponunt. Quoniam enim eorum, quæ percæpta sunt, & quæ ab iis passus vel circa ea operatus est sensus, in ipsomet memoria Peripateticis residet omnibus: vtique quæ præsentia percipit, & quæ à præsentibus passus est, & quæ circa præsentia operatus est, & quæ de præsentibus decreuit, obscurius quidem (vt dictum est) languidiúsque, at absentia itidem percipit, & ab absentibus patitur, & circa absentia operatur, & de absentibus decernit. Neque enim quæ ipse percępit sensus, & quorum cognitio memoriáque in ipso reposita est, non ipsum, sed aliam substantiam absentia ea recolere & circa ea operari existimare licet, eodem præsertim (vt dictum est) modo ab absentibus affici immutaríque animal conspicientibus, quo à præsentibus illis passum est immutatúmque. Sensus itaque, qui præsentes homines omnes bipedes videt & bipedes decernit, absentes itidem bipedes videt & bipedes decernit. Satis hæc (reor) sensum, quæ sentit, conferre, & quæ similia visa sunt connectere, & vniuersale omnino constituere Peripatetici declarant. At si amplius manifestari id expetant, bruta, quæ ipsis vocantur, id ipsis apertissimè manifestant: quæ solo ipsis prædita sensu, & vniuersales naturas omnes vniuersalésque quasdam cognitiones paulò fortè quàm homines habēt minus. Neque enim quin hominem illa & leonem & animal etiam plantámque, & huius ad illud differentiam, & ignem calefacere, aëremque & aquas cedere dignoscant dubitare licet. Singularium scilicet quæ percæpit sensus illorúmque speciei actionisque memor confert illa inter se, & quæ similia in illis conspecta sunt colligit, inque vnum agit & separat quæ diuersa sunt. Vt superfluè omnino alia ab Aristotele humanæ animæ indita videri possit substantia, propterea indita vt rerum similitudinem intueatur colligátque.

Capvt XIII.

Non propterea intellectus à sensu diuersus ponendus Aristoteli fuit, quòd si singulare intelligit, non propria id vi, sed sensus ope intelligit.

Vinime etiam à sensu diuersum poni Aristoteli intellectū potuisse Peripatetici dixerint, quòd si singulare intelligere visus est, nō propria id vi, nec solus omnino intellectus, sed cum sensu & aliqua sensus ope, vel scilicet sensui coniunctus, vel eo vt organo vsus intelligere visus sit. Nam, quod quæritur, sumunt. Quæritur enim, vnus ne idémque sensui sit intellectus, & num qualis Aristoteli ponitur intellectus homini insit: & inde vnus atque idem sensui colligitur, quòd singulare, quod sensus est obiectum, percipit. Diuersum itaque si ponant, quòd non solus intellectus, sed cum sensu illud percipit, iam inesse illum homini, & à sensu diuersum sumunt, qui num insit, & à sensu diuersus sit, inquiritur. Prius scilicet intel-

lectum

lectum & à sensu diuersum humanæ animæ inesse demonstrandum Aristoteli erat, & nequaquam ea iis quæ percipiuntur id astruendum: quæ nimirum vni cognita omnia, si non temere superfluéque alter adiiciendus est vnum homini inesse declarant. Tum modus quo, quæ alterius sunt, percipiat, operetúrque alter, & multò quã Peripateticis factum est, apertius explicandus. Non siquidem qui incorporeus immaterialisque intellectus materialia intelligat, & à materialibus igitur quoquo modo patiatur & materialis fiat, (nam & intellectum quoque modo ab iis quæ intelligit pati eáque in seipso suscipere & ea omnia fieti Aristoteli placet) satis declaratum videri potest, propterea ea illum intelligere pronunciantibus, quòd sensui atque imaginationi iungatur & vtriusque terminus sit, eo fermè pacto quo communis princepsque sensus, quæ sensus singuli percipiunt, illis iunctus illorúmque existens terminus ea omnia & sensuum singulorum percipit passiones.

Esto enim sensilium omnium communis terminus fit sensus, non (vt nobis visum est) quòd vna eadémque animæ substantia sensoriis inexistat omnibus, itaq; vna eadémq; sensilium omnium percipiat actiones, sed (vt Aristoteli placet) quòd sensoria omnia singulíque qui illis inexistunt sensus ad communem sensum vnum existentem, & seorsum longéque ab illis positum, vt ad communem ferantur terminum, veluti ad centrum lineæ, is itaque communis omnium terminus quæ illi percipiunt & quæ patiuntur, percipiat patiatúrque & ipse ea omnia: at nequaquam modus ea iis patet quo intellectus quæ sensus sunt percipiat. Neque enim ea intellectui ad sensum imaginationémque, quæ communi sensui ad sensus singulos est, cognatio esse Aristoteli videtur. Communis siquidem sensus sensuum singulorum, veluti centrum linearum ad ipsum delatarum, positus Aristoteli terminus non eiusdem modò illis ponitur naturæ, sed idem omnino illis omnibus, qui igitur quæ illi percipiunt & quę illi patiuntur percipere patique & ipse queat, & necessariò etiam percipiat, patiatúrque & ipse. At intellectus quàm longissimè à sensus natura Aristoteli dimotus, neque iungi illi neque illius terminus fieri potest. Non igitur quòd sensui iungatur intellectus & quòd sensus terminus fiat, quæ seorsus sunt, & singularia percipere posse videtur.

At neque quòd eo vt organo vtatur. Vt enim incorporeus sit Aristoteli sensus, corporeo certè organo opus habet, & sine eo nihil Aristoteli sentire potest. Et intellectus itaque si sensus ministerio vtatur, corporeo omnino vtatur organo: quod (vt dictum est) minimè Aristoteli placet. Tum neque modum (reor) explicent Peripatetici vnquam, quo incorporea nullique corpori hærés substantia, vel alterius sit ipsa organum, vel alia simili aut re omnino vlla vt organo vtatur, explicandum omnino. Neque enim adeò res à sensu dimota sola enunciatione contenta videri potest. Alius itaque Peripateticis modus, aliáque indaganda est ratio, qua intellectus singularia intelligat. Et nisi in sensus naturam illum agant materialémque omnino faciant, nunquam (vt mihi quidem videtur) illam inueniant. Non siquidem imaginari licet, qui incorporea atque immaterialia substantia & materia nulli inhærens formas penitus materiæ immersas illarúmque insuper sentiat actiones: nisi enim id fiat minimè illarum natura innotescat & vis. Nequaquam igitur alius à sensu intellectus poni Aristoteli potuisse videtur, quòd licet singulare intelligat, non propria ipse id vi, sed sensus ope intelligit.

Capvt XIIII.

Substantiam quæ sentit in homine, ratiocinari, & animalia reliqua ratiocinationis non prorsus expertia esse.



ATIONES quibus non eandem in homine substantiam singularia percipere & conferre ea inter se, similiáque quæ iis insunt colligere inque vnum agere, vniuersales nimirum natura constituere Peripatetici astruunt, satis (reor) superius reiectę sunt: eæ modò soluendæ, quibus quod rei ignotum est, non ab ea ipsa percipi, intelligíque, quæ, quod notum est, sentit contendunt, siquidem non & ipsæ reiectæ sunt confutatæque omnes. Quoniam enim propterea præcipuè ratiocinandi facultas sensui Peripateticis abnegata est, quòd non bene is sui natura agilis mobilisque, & qui quę percipit, conferre inter se ea dijudicaréque queat (quę ratiocinandi substantię operanda omnino sunt,) sed in iis quę percipit perperam hætere visus iis est, & liquido illa omnia sensus operari conspectus est: nequaquam ratiocinationis expers ponédus est, quòd illa operandi impotens sit. At age diligentius res inspiciatur.

Fortè enim ea modò agilitate donatus sit, quo similia, quæ in rebus conspecta sunt, conferre inter se inque vnum colligere, & quæ percipit imaginari recoleréve ea omnia possit: at nequaquam horum similitudine quæ non percepit percipere. Id porrò non alia, aut proximiore ratione manifestum fieri potest, quã eorum quæ inquirimus, tum & medij quo ea intelligimus inspectione. Nam si illa sensus obiecta & sensui omnino percipienda, hoc verò sensui perceptum esse appareat, quin quę sentit substantia ratiocinetur dubitare nõ licet. Quę igitur inquirimus, & medium, quo ea intelligimus vel sępius vtrumque conspectum iterum ante oculos ponere ne grauemur.

Quę vniuersa sensui occulta ignotáque sunt, substantia ea nulla quę sint aut qualia inquirere videtur, quę nimirum pacto nullo innotescere possunt: at ea modo quorum quid sensui apertum est & ignotum quid. Quæ scilicet integra innotescere possunt, si quę horum nota sunt, in aliis quę penitus innotuerunt, quę scilicet vniuersa sensu percępimus inuenta sint: quòd (vt dictũ est) quæ sui natura, & in ente quopiam iuncta sunt, perpetuo iuncta esse volunt. Vbi igitur quid rei cuiuspiam habemus, & quod ignotum est inquirimus, in re penitus nota inquirimus, eóque in hac inuento, quę ei in re penitus nota annexa sunt iunctáque annectimus omnia. Hoc porrò alia substantia nulla, sed ea tantùm operetur, quæ & rem penitus percæpit, quæque eius memoriam seruat: & quę insuper, quod rei non penitus notæ notum est, sentit percipitque. Non scilicet quæ iuncta sensit sensus contraria esse oportere, vel quæ contraria sensit sensus contraria esse oportere, non sensus ipse sed alia decernat substantia. Vel rationis itaque penitus expertibus reliquis conspectis animalibus, quę in homine sentit, eandem & ratiocinari existimandum foret, absolutionem quid factam, quàm in illis est, perfectiorémque. Eò igitur magis, quòd vel Aristoteli ipsi ratiocinari illa illorúmque actiones multę & prudentiæ & sanctitatis etiam veréque fortitudinis plenæ videntur: aliis & lõgè illorũ peritissimis nõ hoc tantùm, sed nihilo ferè quàm homines minus animalia omnia, aut pleraque propria affectiones passionésque & necessitates omnes conferre inter se consiliáque inire, eáque de animalibus multa recensent, in quibus manifestè ratiocinari, & illa etiam omnia operari videntur.

Ratiocinationis (inquit Aristoteles) est, vtrum hoc an illud agendum sit considerare. Quin igitur animalia omnia aut pleraque quadam ratiocinãdi vel existimandi (vt dicemus) commemorãdiq; facultate donata sint ambigi nõ potest. Eorum enim lõgè plurima plurimis in actionibus quid agẽdum sit manifestè cõsiderare & veluti perpẽdere, & plerumq; quos pręstat seligere agereq;, & eorum opera omnia summa industria summáq; arte cõfecta esse videtur. Natura, inquit, duce ea operãtur per agũtq;: at rationis omnia omnisque opinionis expertia esse inde manifestum fit, quòd nulla fides confidentia nulla illorum vlli indi potest. Nam si ratiocinandi vis vlla illis inesset, vtique persuasione aliqua capi & confidẽtia omnino aliqua indi illis posset. Rectè sanè, si nihil persuaderi illis potest, neque vlla indi confidentia, si nihil omnino quibusuis hominum factis de propria natura feritatéque deponunt, rationis prorsus expertia esse

existimandum est. Nam quæ ratiucinari possunt, ea sæpius præsertim admunita edoctáque bene sibiipsis euenturuoi quid, aut necessariò etiam subeundum, amplectitur id, aut æquu tandem animu sustinent, & à quibus sibi benefactum vident benefieri etiam sperant confidútque, & supplicia affectavbi patere recusant iterum peccare abstinent, persoaderi sibi umnino sinunt, itaque & mansoescunt. Quædam igitur ratiocinandi digouscẽdíque vis animalibus insit oportet. Nam & blanditiis beneficiisque allici capíque videntur, & non modò benefacturibus confidere, sed amare etiam eos colereque, & pugnas etiam pro eis pugnare, gratiamque habere & vbi licet referre etiam, & vel quæ summopere appetunt auersari, aut non agere, pœnis ob ea affecta, & vel minis terreri, eaque interdum illorum multa discere, quæ non multis huminum discere liceat.

Nec verò si ratiucinandi è prætetitis nimirum rerum actionibus earum similiúmque nihil dum agentes vires intelligendi dignoscendíque vis animalibus tributa non sit (quæ eorum longè plurimis manifestè inesse viderur) præteritarum passionum præteritorumque motuum cognitiu, memoriáque indenda iis erat vlla. Neque enim alium ea in vsum indita videri potest, nisi vt vel nihil à præsentibus contacta passáque rebus, earum vires dignuscat tamen. Itaque alienas ess, & à quibus oblædantur, nihil amplius ab iis uffensa auersentur declinéntque similes verò cognatásque, & à quibus adiuuentur, nihil hæsitantia sectentur ampleantúrque, eadem scilicet ab iisdem vel à similibus sese passura cognoscentia. Nec ambigere licet quin in præcipitia quæuis & densa in quæuis passim ituant, nisi nullum vbi adest densum cui innitantur, & à quu ne delabantur veluti reiiciantur, sese substinere & densa permeate non posse dignoscant, & ea iis omnino quę sensu percæpere. Minus etiam ea peragant ob quæ peragenda vel in primis ratiocinandi vis tradita hominibus viderur. Nec victum scilcet, qui non omnibus semper præstò adest, sed eorum multis magna plerumque industria comparandus est, comparent, nec prolem ibi edant, vbi commodè tutóque eam edant & rectè eam educeot ac instituant etiam. Nam & id itidẽ eorum multis faciendum est, & fieri etiam vedetur, & summa hæc omnia industria prudentiáque ab animalib. fieri ipse inprimis Aristoteles prædicat. Vt nusquam satis hominem mirari queas, qui cũ summa ratione animalia vti intuitus sit prædicétque, nullã illã iis postea & à nulla vt videtur impulsus necessitate inesse decernat.

Capvt XV.

Animam à Deo Opt. Max. creatã, & singulis hominibus infusam vniuerse quidem singulorum corpori, at spiritui præcipuè, vt propriam formam inditam esse: itaque substantiam, quæ in homine ratiocinatur, non vnam simplicémque esse, sed ex anima à Deo creata & è spiritu è semine educto compositam esse: & facultatem ignotas rerum conditiones ex earum similitudine, quæ in ente penitus noto conspecta sunt, cognoscendi, nõ ratiocinandi, intelligendíque, sed existimandi vel commemorandi potius appellandam esse.


T vel si quas sensus nun percipit rerum conditiones, ea earum quæ enti insunt, quod penitus sensui innotuit, similitudine percipit, eã omnino facultatem, quæ humanæ animæ propria videtur, & rationalis dicitur, reliquorum itidem animalium animam sortitam esse manifestè intuemur: nõ tamen & ipsam veluti humanum, rationalem esse dicamus vnquam, animalium nimirum spiritum (is enim animalium animæ substantia visus est esse) rationalem & ipsum, veluti humanum ponamus. Nec propterea modò quòd humanus (quia multò quàm ferinus purior est & copiosior, vt existimandum est, & ad motus reculendos multò commodiorem nactus est locum, propter eáque qui in ipso fiunt motus nullis à fuliginibus interrumpuntur, confunduntúrque vnquam, itaque integros eos puróstque recolit spiritus) adeo ferinu præstantius ratiocinatur, vt huic ille collatus ratiocinandi prorsus impotens videri possit: sed multò amplius, quòd humanus non solus ipse, sed cum anima simul à Deo creata, & hominum singulis infusa ratiocinatur, quin vnus ei idémque factus videri potest. Quoniã enim quæ homo sentit & quæ appetit, operationésque quas iuxta sensum appetitúmque operatur, non alia corporis pars, sed vnus modo sentit appetitq; atque operatur spiritus, & prauas huius appetitiones operationésque animæ ab ipso creatæ morte Deus punit: vtique (vt superius dictum est) nisi proprium operum osorem iniquumue Deum existimare velimus: necessariu animam ab ipsu creatam, & hominum singulis infusam, vniuerso quidem singulorũ curpori, vt Sacrosãcta Ecclesia docet, at spiritui præcipuè, vt propriã formam, inditam esse iudicandum est, facultatémque ei tributã, quin munus impositum esse, vt (formarum reliquarũ ritu, quæ materiarũ quas subeunt viribus reiectis corruptisq;, & vnũ omnino illis factæ, propriarũ actionũ operationúmque potentes illas faciunt) anima itidem à Deo creata & spiritui indita proprium ei ingenium propriósque inderet mores.

Itaque non vlterius prauas Deóque inuisas, sed probas Deoq; gratias, & quæ diuinæ animæ propriæ videri possent operetur operationes. Et propterea omnino, vt vt quæ nihil spiritus vitibus illecebrísque cederet, sed prauas illũ ad voluptates prauásque ad operationes ruentem cohiberet reprimerétque, & ad probas Deoque gratas ageret, proprium ea ad opificem ad cognatásque vt rediret substãtias, æternóque cũ his longéque beatissimo frueretur æuo. Quæ cõtra propriæ originis propriæque dignitatis & muneris à Deo impositi oblita spiritus viribus succumberet, proindéque nullis eum voluptatibus nullisque reiiceret ab operationibus, quin veluti ipsius assumpto ingenio, iisdem quibus ille voluptatibus iisdemque oblectaretur operationibus, & quæuis spiritui sectãti obsequeretur, vt in terræ ima deiecta proprij opificis propriique parentis, & cognatarum substãtiarũ, quibus adeò dissimilis facta est, totuitu orbata, quibus digna est, perpetuo lueret pœnas. Itaque quoniam quæ in homine ratiocinatur substantia ea anima à Deo infusa, & è spiritu è semine educto (qui sui natura rationalis nõ est) è diuina nimirum immortalique altera & è sensili mortalique altera cõposita est substantia, & quoniam homo (quod cæteris animalibus denegatum est) non sensilia modò mortaliáque, quę ad pręsentem modo sui ipsius pertinent conseruationem intelligit appetitque, sed diuina etiam immortaliáque, & quæ ad æternam sui ipsius spectant conseruationẽ intelligit appetítque duplex vtique homini appetitus & duplex indendus videtur intellectus, & spiritui quidẽ præcipue vterq;, at ab anima alter à Deo opt. max. creata, à spiritus ipsius natura altera. Siquidem quæ intelligẽdi vis non hominibus modò, sed animalibus etiam inesse appater, sentienti substantiæ & spiritui omnino indita est omnis.

Et duplex quidem homini appetendi vis antiquioribus etiam indita est: & altera eaque, omnino, quæ spiritui attribui potest, sensiles res, & quæ bona apparent, vel si verè bona non sint præsentémque modò appetit conseruationem, proptereáque sensitiuus appetitus appellatus est, altera diuina immortaliáque, & futuram æternámque sui ipsius appetit conseruationem, & voluntas nuncupata est. At incusandi videri possunt, quòd nõ & intelligendi vim duplicẽ fecere, sed eã omnẽ vnam eandemque posuere & cõfuso nomine intellectũ appellarũt. Manifestè enim bene à seipsa diuersa cùm sit (quod nobis factũ est) distinguẽda omnino erat: & altera vni homini indenda (quæ scilicet vni ei ab anima à Deo creata indita erat, & qua (vt dictum est) diuina immortaliáque, & quæ ad æternam sui ipsius conseruationem spectant, intelligit: altera spiritui etiã tribuenda, qua is sensiles modo res, & quæ ad præsentem modo sui ipsius cõseruationem pertinent, intelligit, ignotas nimirũ rerum conditiones ex earum similitudine quæ in ente penitus sensu percepta innotuere, percipit: quã non hominũ modò, sed multorũ etiam animaliũ spiritus sortitus videtur, proptereaque in iis nõ ratiocinãdi intelligẽdíq.

(quo-

(quomodu, quæ animæ à Deu creatæ, quæ vna certè verè rationalis est, ioest, appellatut nũcupãda est, sed existimandi cognuscendique, vel, si placet, commemurandi. Nam occultarum terum inquisitio inuentióque cõmemoratio quædã est. Manifestè enim (vt visum est) quæ ignotum quid inquirit substantia, noo aliud operatur, sed quæ in ente, quod non vniuersum innutuit, notas habet conditiones, quu in ente penitus ei nuto coospectæ funt, commemuratur.

Quoniam igitur duplici intelligendi facultate præditus est homo, ptoindéque non sensile taorùm apparénsque bonum, sed verum etiam æternúmque intelligit, & horum alterum contratiom interdum apparet alteri, & homo ad vtrumque appetendum liber est, liberúmque atbittium habere dicitur: si quud verè bonũ est eligit meretor, sin malum demeretur. Id reliquis animalibus euenite non potest. Vnum enim modò bonum eom cognoscant, idque modò cùm appetant, proindéque ad id modò cùm ferantur, nec mereri ne demereri possunt. Itaque vbi sacræ diuinæ literæ intellectum animalibus demunt, intellectum iis demunt quem anima à Deo creata homioibus indit, non eom qui verè intellectus oon est, sed (vt dictum est) veluti commemoratio quædam, & qui animalibus ioesse videtur. At vnde digressi sumus redeamus, & rationes reliquæ, quæ humanam animam in multas Aristoteli diuidunt, inspiciantur perpendaotúrqoe.

Capvt XVI.

Substantiã quæ ratiocinatur, nequaquam à sentiente diuersam ponendam esse, quòd quæ ratiocinatur ab alio ad aliud transit, quæ verò sentit hæret.

NON eandem postremò substantiam in homine sentire rariocinaríque, præsentia nimirum agentiáque & remota nihilque agentia percipere pooentes Peripatetici, quòd quæ præsentia percipit hæreat, quæ verò absentia inquirit ab alio ad aliud transeat, nihilóminus incusandi videntur quàm si diuersum ponant artificem, qui eandem quidem materiam eundémque in vsum, sed diuersu positam situ diuersis organis & diuerso omnino tractet modo. Non modus scilicet quo res cognoscuntur, sed ipsæ iotuendæ sunt res. Eædem enim quæ sunt, eidem omoino substãtiæ cognoscendæ percipiendǽque Aristoteli præsertim sunt. Modus & cognitionis etiam præstantia si diuersa earum positione varietur, minimè à diuersa substantia percipi illas arguit: veluti neque artificem diuersum, qui materiam eandem, at alio situ locatam, aliáque distantia, non iisdem organis, nec eadem omnino tractet ratione. Quòd si cognoscendi itidem modus iotuendus est, non mansio tantùm transitúsque, sed in quibus mansio, & quibus à rebus ad quas transitus fit, iotueodum ìnsuper, & multò etiam prius multóque diligentius, & diuersis iis conspectis, à diuersa substantia percipi ponendum. Sin eædem visę fiot omnes vel non eodem cognitæ modo, ab eadem eas substantia percipi statuendũ omnino est. Peripateticis præsertim (vt dictum est) quibus nimirum cognitio omnis similitudine & cognatione quadam fit, & quibus propterea è diuersis substantiis anima componi videtur, quòd diuersas percipit res.

Res igitur in quibus hæret, & à quibus, & ad quas transit anima, & quas insuper ratiocinatione inquirit intelligitque, inspiciendæ, & si eædem visæ sint omnes, substantiam omnino eandem manere, hærere & transire, sentire nimirum ratiocinaríque existimaodum est. At nihil prorsus differre illæ omoes videntur, sed omnes sensiles esse, & sensu comprehensæ esse omnes, vel comprehendi saltem posse. Transitus scilicet qui fit, à re (vt dictum est) fit cuius quid sensu percæptum est: & non ab ea vniuersa, sed ab ea eius parte, vel cõditione vel actione quæ sensoi innotuit, ad rem penitus sensu percæptã, cui id insit, quod in re, quæ non vniuersa innotuit, notũ habemus, vt quęcunque ei in re penitus sensu percępta iuncta esse sensimus, in re itidem quæ non vniuersa innotuit iungamus annectamúsque. Nihil igitur vspiam videre est quòd non sensile & quod etiam sensu percæptum non sit, nisi id modò quod inquiritur. Quod ipsum, si dum ratiocinatione inquiritur, sensui maoifestetur, oihil amplius ratiocinatione id intelligere anima laborat, sed magis etiam acquiescit quàm si ratiocinatione innotuisset: quod inquirebat nimirum nacta, & præstantiore quodam modo quàm quo inquirebat. Non quidẽ, si à sentiente diuersa sit intelligens superius dicta, aut non à sensu pendeat, & (vt dictum est) imperfectior ea sit, & per similitudinem, sed anima adhuc ratiocinatione id intelligere inquirat. Veluti vbi attingere quid expetit anima, minimè eo conspecto acquiescit, sed ardentius etiam interdum attingere studet, nititúrque. Vt liquidò pateat, eandem & sentire & ratiocinari substantiam, intellectionémque (vt dictum est) sensu esse posteriorem.

Eædem autem existentes diuerso fiunt modo, quòd eadem quidem res, at modo longè diuerso animæ illas percipienti expositæ sunt. Præsentes nimirum hæ inque animam ipsam agentes ipsámque immutantes animam, quas igitur vt percipiat earum modò excipienda illi est attendendáque actio, in eis scilicet vel attingendis vel intuendis hærendum immorandúmque. At quæ remotæ occultæque sunt, nihilque in ipsam agunt, nequaquam vel intueos eas, vel attingẽs, vel earum excipiens actiones, percipiet eas vnquam.

Alia itaque via aliáque cognitio earum, & quasi sensus indagandus est ratione. Id nimirum (vt dictum est) quod in re non penitus nota habemus, in re penitus nota ioquitendum, vt quæ ei iuncta vniráque esse visa sunt, in ignota etiam re iuncta esse vniráque intelligantur. Non igitur quæ ratiocinatur substantia à sentiente diuersa ponenda est, quòd quæ ratiocinatur ab alio ad aliud trãseat, hæreat verò quæ sentit immoretúrque, sed eadem omnino & sentire & ratiocinari, quòd eædẽ res & sentiuntur & intelligantur, & vbi sentiuntur, oihil eas intelligere curat anima.

Capvt XVII.

Imaginantem intelligenti & sibiipsi intelligentem omnem eandem esse: diuersa autem imaginanti atque intelligenti, & intelligenti etiam ipsi euenire, quòd res diuerso modo animæ expositas, & non eundem tractant in vsum.



QVONIAM igitur quæ præsentia percipit substantia eadem & absentia illa recolere & conferre inter se, & quæ similia sunt colligere, & vbi non vniuersa res innotuit, quod ignotum est, similitudine percipere quæ sentit, nimirum eadem & imaginari & intelligere & ratiocinari visa est: vna eadémque imaginaoti intelligens ratiocinánsque & intelligenti ratiocinans ponenda omnino sit, si quæ vni eidémque idem sibiipsis itidem vnum sunt. Non igitur Peripateticorum rationes, quibus intelligentẽ ab imaginante diuersam ponũt, & quibus intelligentẽ etiã ipsam dissecant dilaniántque reiiciendæ: quæ nimirum cùm manifestè vanam astruunt rem, tum satis ex iis quæ dicta sunt quæque dicentur reiectæ videri possunt. At modus tãtùm ratióque explicanda (siquidem & ipsa explicata non est) cur vna eadémque cùm imaginetur colligátque & ratiocinetur anima, easdémq; vniuersas tractet res, perfacilè imaginans decipiatur, & quæ nec sunt nec esse possunt imaginetur, nihilque ab iis commoueatur, ac ne assentiat iis interdum, at quæ ratiocinatur ægrius decipiatur, nihil omnino quæ colligit, & vtraque iis quæ intelligit, assentiat omnibus, & à quibusdã commoueatur etiam. Quoniam scilicet quæ sentit anima, quæ sensit recolere ea omnia conferréque inter se, & similia quæ io illis sunt colligere, inque vnum agere, & diuersa separare, & vbi quid non vniuersum conspectum est quod eius occultum remanet, id quod innotuit in re penitus percæpta intuens, intelligere visa est, quæ sentit nimirũ imaginari & intelligere & ratiocinari: facilè & imaginans & ratiocinans etiam decipi potest, quòd mo-

tuum qui à sensilibus in spiritu facti sunt cognitio ita obscuratur interdum, vt bene præsertim sibiipsis similes qui sunt, iisdem prorsus proindéque & res, à quibus fiunt, eædem videri possint & videantur interdum. Et imaginans seorsum, quòd præteritos motus recolenti iuncti ij interdum obuij fiunt, quibus seorsum mota est: intelligens verò, quòd benè diuersis & contrariis interdum entibus, si non veræ eædem, at persimiles, & quæ è longinquo præsertim percæptæ eædem videri possunt, insunt conditiones, itaque enti indi possunt, cuius non sunt. Præterea & quòd entia apud nos fortè omnia è lõgè diuersis composita sunt partibus: itaque quæ certarum illorum partium actiones sunt passionésq; vniuersis attribui possunt. Postremò & quòd quæ apud nos fiunt eueniúntque non necessariò fiunt nec necessariò eueniunt, sed non fieri & non euenire possunt, & quæ facta sunt assiduè diuersisque corrumpuntur modis. Itaque illorum exortum constitutionémque & euentum permanentiámque ex iis quæ fieri eueniréque plerunq; percæpimus, ratiocinantes facilè decipi possumus.

At colligens perrarò pérque ægrè decipitur, quòd nec obscura confusaque recolit, neque sensui occultũ quod est similitudine inquirit, obscura interdum remotaque, & in rebus quæ non semper eodem eueniunt modo, sed similia in singularibus dudum manifestéque percæpta colligit modò, quæ igitur id tantùm ponit quod sentit vel quod dudum sensit. Perrarò iisdem pèrque ægrè quæ necessariò & quæ semper eodem modo fiunt intelligit, vbi similitudine intelligit certa propinquáque. At quæuis intelligat, quoniam eorum intelligit similitudine quæ sensu percæpta sunt, non quæcunque vult, & qualia igitur nunquam sensu percæpit & nec sunt nec esse possunt, sed ea modò quæ sensu percæptis similia aut sunt aut esse possunt. Et iis itaque perpetuo assentit & commouetur ab iis interdum, quæ nimirum esse aut euentura omnino existimet iis similia quæ sensu percæpit. At quæ imaginantur quodlibet, sensu modò id percæptum, eiúsque cognitio memoriáque seruata sit: quæ scilicet sensit, omnia recolere & quasi ante oculos ponere intuerique, & quæ insuper seorsum percæpit & iuncta esse noluot, iungere & separare quæ iuncta sensit & iuncta esse volunt. Quoniam enim quæ percæpit, ea omnia in seipsa habet, & vbi libet, quòve libet modo, vel simul scilicet omnia, vel seorsum singula recolere potest, quæ etiam diuersa separatáque percæpit, nihil minus quàm similia, agglutinare ea connectereque, & è multis diuersisque vnum cõponere potest, & quod ente in quouis percæpit, id ei demere aliisve apponere, quæ demum percæpit omnia, vt libet commiscere confunderéque, atque vnire & separare diuideréque. Et Centimanos igitur, & semicapras monoculósque viros, atque alatos serpentes effingere potest: at nequaquam & assentiri iis multóque etiam minus ab iis commoueri ab ipsamet effictis, & quæ nullis, quæ sensit, similia, neque esse euẽtura, neque esse etiam posse videantur. Propterea igitur vna existens eadémque anima, & easdem omnino percipiens, res diuersæ in earum percæptione efficitur, diuersáque ipsi eueniunt, quòd non modo eodem expositas eas neque eundem in vsum tractat. Nam & præsentes inque ipsam agentes, & remotas nihilque agentes, & percæptas tamen, interdum etiam & ignotas, & in propria interdum eas natura intueri contenta est: interdum etiam & ab ea illas amouere. Et quòd rerum ipsarum inconstans instabilisque & diuersa est natura.

Capvt XVIII.

Sui oblitum Aristotelem imaginationem homini inditam statuere, vt intellectu, vel passionibus, vel morbis, vel somno oppresso illa hominem regeret: ab vnáque omnino substantia perpetuo homines gubernari.

SVi certè oblitus Aristoteles, imaginationẽ propterea hominibus inditam statuit, vt intellectu vel passionibus, vel somnu oppresso, illa homines gubernet. Penitus enim incorporeus nullique corpori hærens, ac ne corporeo quidem organo vllo vtens Aristoteli intellectus, minimè aut sensus affectionibus passionibúsque (sensus enim, non intellectus, affectiones passionésque sunt omnes) aut corporis morbis, aut etiam somno opprimatur, aut turbetur omninò quicquam. Multò certè quàm imaginatio minus, quæ sensus assecla comésque, & vnũ penè sensui Peripateticis etiam visa, & quæ magnam omninò corporibus cognationem affinitatémque habeat, & sensua & corporis affectionum particeps sit necesse est. Tum homines etiam ipsos gubernãs imaginatio interdum ratiocinandi facultate necessario donanda est. Nam vel vbi quæ maximè rationi aduersari videntur agunt homines, ad quæ ab imaginatione Aristoteli impellantur oportet, ratiocinatione omnino aliqua duce & duplici interdum agere videntur. Siquidem & num agendum id sit ratiocinantur, nec agere vnquam aggrediuntur, nisi pensitatis prius impellentibus retrahentibúsque caussis agendum statuatur. Tum vbi id decretum est, consilium innititur quo agendũ sit modo. Non quidẽ si quæ ratiocinatur non eadem imaginanti sit. Neque enim modum illa inquirat quo agendum id sit, quod cõtra eius consilium & repugnante ea inuitaque agi decretum est. Nec quiescat homo vnquam, si non vna eadémque substantia, & vna omninò eadémque vi, quæ proposita sunt cognoscat appetátque omnia.

Nam diuersæ homini si insint substantiæ vtique & diuersa appetãt & perpetuo inter se pugnent oportet: Neque enim altera proprij boni propriæque voluptatis oblita alterius studium sequatur vnquam. Nec verò ab altera alteram vel persuasam vel coactã dicant victámq;. Irrationalis enim Aristoteli imaginatio sensúsq., nec per suasione vlla à ratione allici, nec rationem ipsi blãditiis vllis allicere queãt. At neque sensus imaginatióq. rationi Peripateticis repugnat vnquã, rationi a materiæ subiectáque illis cum sint. Tũ nulla corporis pars aut inexistẽs substantia ad opus vllũ inuita trahi apparet: sed, vbi deliberata est res, homo vniuersus promptè ad agendũ moueri videtur. Ibi scilicet (vt suo amplius expositum est loco) secum ipsa pugnare anima videtur, vbi non vnum bonum, sed plura, & quæ non simul consequi liceat, proposita sunt, quod præligat nimirũ anceps dubiáque. Id quod & ibi itidem nihil minus pati videtur, vbi plura proposita sunt, & generis etiam eiusdẽ honesta, vel plura vtilia, aut etiam dulcia plura, & quæ eodẽ insuper sensu percipienda sunt. Tandiúq; secum ipsa pugnare videtur fluctuaréque, dum alteri anteferat alterum, & cõtempto omnino altero alterum amplexandum sectandómq; statuat. Idque vbi factum est, nihil amplius secum pugnat, nihil fluctuat nihilque hæret, sed veluti vinculis soluta ad id quod selectum est agendum fruẽdúmque accurrit. Vt ab vna eadémque substantia perpetuò homines gubernari eandémque omnino imaginanti ratiocinantem esse manifestum sit. Nulla igitur vel Aristotelia vel suorũ ratio obstare videtur, quin quæ sentit eadem intelligat anima. Intellectus itaque naturã explicans ne audiẽdus quidem esset Aristoteles: rem scilicet superfluam tractãs inuehénsque. At audiatur tamen. Fortè enim res etiam ipsa per se, & absurditatum plena, & ab Aristotele omnino efficta, & sui vbíque Aristoteles similis, suo videlicet vbique arbitratu res componens, videri poterit.

Capvt XVIIII.

Intellectũ Aristoteli potentia esse, & vbi intelligit, pati, at non corruptiuam passionem sed perfectiuam potius, nullámque ipsum propriam formam sortitum, nec ens actu, nec corpus omnino esse, nec corpore pro organo vti, sed potentiam modò, aptitudinémque ad formas suscipiendas, & formarum omniò esse locum.

QVONIAM (inquit Aristoteles) nõ statim, nec semper, neque eadem intelligit intellectus, sed alias alia, non actu eum esse sed potentia, cuiusmodi & sensus est, & pati, vbi intelligit, existi-

existimandum omnino est. Neque enim è potentia ad actum agatur, nulla intercedente passione. Minimè porrò, vbi intelligit actuque fit, corrumpi visus, sed perfici absoluique magis, non verè pati, quin passionis propriæ dictæ impatibilis prorsus, & nulla ipse præditus forma sit oportet. Siquidem propria si insit, alterius aduētu (quæcunque ea sit) pereat intellectus in aliud actus Tex. 5. eos. Et aliarum susceptiuus, & potentia talis, at nequaquam actu quid esse, & sic se ad intelligibilia babere, quemadmodum ad sensibilia se habet sensus. Veluti scilicet eorum quæ sentiuntur nihil actu est sensus, sed potentia omnia: sic & intellectus ea quæ intelliguntur, potentia esse omnia, actu eorum nihil. Qooniam igitur omnia intelligit, omnia potentia eum esse, actu nihil, nec Tex. 4. & 5. propriam omnino habere formam oportet. Quæ nimirum si inexistat, alienas reiiciat, & aditum iis obsepiat obstruatque. Vt nulla prorsus alia sit eius natura, nihilque ipse aliud sit nisi potentia aptitudoque ad formas suscipiendas. Intellectus igitur nihil eorum quæ intel- Tex. 6. ligit actu prius quàm ea intelligat eaque ipse fiat. Quapropter neque corpori immisceri illum dixeris. Corpori enim immistus, necessario eius qualitatibus afficiatur, & calidus fiat frigidúsq;, vel si (quod sensus facit) corpore pro organo vtatur. Penitus itaque impermistus penitusque incorporeus intellectus, & id modo existés, aptitudo nimirũ (vt dictum) potentiaque ad formas suscipiendas, & veluti formarum locus & receptaculum.

Tex. 7. Non similiter porrò sensui intellectum pati, nullaque prorsus corporeo vti ipsum organo, inde intelligere, licet, quòd vbi quod summè intelligibile est, intellexerit, quæ minus intelligibilia sunt, nihil deterius sed præstantius etiã intelligere videtur. Id quod sensus minimè facere apparet. Excellenti enim sensibili percæpto, obiectus quod est languidiusque minus percipit: à robustiore nimirum illius actione passo dissolutoque, pene & corrupto organo. At formas vbi susceperit eæque ipse Tex. 8. factus fuerit, non amplius potentia tantùm, sed actu est intellectus, & per se intelligere & operari potens, nulla externa opus habens ope. Et non formas modò, quas susceperit, quæque ipse factus est, sed se etiam ipsum intelligit, qui scilicet susceptis formis idem factus est. Illas Tex. 13. itaque intelligens, & se etiam ipsum intelligit. Illud fortè dubitaret quis: si simplex atque impartibilis est intellectus, nullique admistus materiæ, & nulli omnino Tex. 14. commune habens quid, quomodo intelligit? Siquidem intelligere pati est quoddam. Quæ enim patiuntur, communem agentibus materiam sortita sunt. Neque igitur quodlibet à quolibet patitur, nec in quodlibet agit quodlibet: at ea modò in se ipsa mutuo agunt, & mutuo à se ipsis patiuntur, quibus communis subest materia. At eo (quod sæpe dictum est) tollenda est dubitatio. Nõ scilicet corrompitur formas suscipiens intellectus, sed perficitur magis, è potẽtia ad proprium actum propriaque actus perfectionem, eaque omnia factus, ad quæ comparatus erat: eo fermè pacto, quo tabella, vbi figuræ in ea depinguntur, quæ in ea pingenda erant. Veluti igitur hoc vbi fit, minimè corrumpi tabella videri potest: sic neque intellectus vbi intellectilia, quæ potentia est, & ad quæ suscipiẽda factus est, suscipit, illaque ipse fit, minimè eum pati, sed perfici potius absoluique existimandum est.

Capvt XX.

Si intellectio formarum susceptione (vt Aristoteli videtur) fiat, rectè propria forma carere, & à formis, quas suscipit, non pati, sed perfici visus sit: at corporeus omnino miniméque sensui dissimilis ponendus sit.

Propterea (vt videtur) & propria forma priuandus esse intellectus, & neque actu ens, neque corporeus faciendus, nec corpori vllo modo immiscendus, sed potentia tantùm esse aptitudoque ad formas suscipiendas, & pati quidem ab illis, & non in aliud ens agi, sed perfici absoluique ad id actus, ad quod factus erat paratusque Aristoteli visus est, quòd intellectio itidem, veluti & sensus, formarum susceptione fieri visa est, idque modò animam percipere quod suscipit, & quod fit, aliud nihil. Neque igitur, vel quæ pacto nullo percepta sunt, pacto vllo ab anima cognosci, nec quæ etiam adsunt, & in animã ipsam agunt, at nihil eam immutant, æquè ei, vel eius organis calida aut frigida. Rectè hæc quidem. Neque enim à quibus nihil patitur nihilque immutatur, nec passa immutatáque est vnquam, vllo ea pacto percipere anima potest. Et si vel modica formarum actio, modicaue ipsius passio, immutatioque ad illarum naturam percipiendam animæ satis non sit, sed illæ, vt sensus vel intellectio fiat, suscipiendæ omnino sint: vtique & propria ipsam forma carere, & à formis quas percipit non verè pati, sed primæ materiæ more perfici absoluique, statuere liceat. Siquidem formas suscepturam omnes propria eam carere oportet. Nam propriam obtinens ægrè alienas, & non nisi coacta deuictaque & corrupta etiam suscipiat. Et ad formas suscipiendas facta si sit parataque nequaquam eas suscipiens corrumpatur, sed perficiatur absoluaturque. Et magno studio (quod Aristoteli factum videtur) substantia inquirenda sit, quæ formas sensu perceptas materia omni exuat: neque enim materiæ dum immersæ formarum vicem subeant, formæque ipsæ sint. Intellectus nimirum penitus immaterialis, fortiorque ipse existens omnes, summéque propria natura actiuus, qui materiæ immersas formas, & cum aliqua materiæ conditione à sensu perceptas, sui ipsius illas similes & penitus immateriales faciat.

Id modò incusandus videri posset Aristoteles, quòd animam formas suscepturã incorpoream statuerit. Quod enim vel formam, vel aliud quiduis suscepturũ est eos, aut passurum quid vel è quo aliquid constituendum, corporeum id sit maximè est necessarium. Nec imaginari licet formas, aut aliud quiduis ab incorporea nullique affixa corpori re suscipi posse. Neque ipsa igitur materia incorporea videri potest, Peripateticorum præstantissimis minimè videtor. Et qui incorpoream illam ponunt, huc acti atque illuc, modum tamen, quo corpus constituant generentque, inuenire nullum possunt. Et quantumuis eum inquirant, nunquam (reor) inueniant. Qui enim ex incorporeis rebus corpus constituatur? Minus mehercule hoc possibile, quàm è non substantiis substantiam constitui: quod vel summè exhorrere Peripaterici videntur. At vt materia incorporea formas suscipere possit, anima certè non potest: quæ nimirum plures simul & contrarias etiam suscipere videtur. Et ipse igitur (vt visum est) Aristoteles inuitus quidem, propriisque præsentibus positionibus aduersus contrariúsque subiecto tandem sensum donat, multúmque eum non ratione tantùm, sed subiecto itidem facit; vt variis sui partibus varia suscipere & varia pati & variis moueri possit motibus. Nec verò non similiter sensui pati intellectus, & non eodem sensui modo formas, quas intelligit, suscipere, aut magis incorporeus, vel sensui omnino dissimilis videatur, quòd summè intellecto intellecto, ad minus intellectile suscipiendum intelligendúmque nihil ignauior fiat, quin promptius id suscipiat exquisitiusque intelligat. Secus ac sensus, qui excellenti sensili suscepto percepióque languidius quod est obscuriusque, vix suscipit & vix percipit. Vt enim sensilia intellectiliaque, & vtrorumque perceptiones rectè contulerit Aristoteles, minimè ex iis sensui dissimilem, aut alium omnino à sensu intellectum declarasse videtor.

Quoniam enim non alias res sentit anima, alias verò intelligit, sed easdem prorsus & sentit & intelligit, idq; modò à sensilibus intellectiles differre videntur, quòd præsentes illæ propriáque innotescunt actione, hæ verò remotæ occultæque & similitudine quadam intelliguntur, & quæ intelliguntur omnes, si præsentes fiant sentiantur itidem omnes: nequaquam quæ sentit anima intelligenti dissimilis, vel non eadem propterea ponenda fuit, quòd quæ sentit ab excellentibus præsertim summisque sensilibus magis quàm ab intellectilibus com-

mouetur magísque patitur, & ab illorum susceptione sensúque ad languidiorem sensilium perceptionem debilior fit ignauiórque: at non quæ intelligit, sed summè intellectili suscepto intellectóque minus intellectile promptius suscipit exquisitiúsque intelligit. Vel idem enim sensus, & ab iisdem insuper rebus, at non æquè propinquis non eodem patitur modo, sed à quibus proximis summè immutatur validissimísque exagitatur motibus, à remotis iisdem insensile quid mouetur. Non scilicet à passionis perceptionisve diuersitate (quæ, vt dictum est, vel eodem in sensu & à rebus iisdem at variè distantibus summa fieri videtur) sed à rerum quæ percipiuntur diuersitate animæ dissimilitudo declaranda Aristoteli erat quæ intelliguntur, nimirum iis, quæ sentiuntur, diuersa esse dissimiliaque, & quæ non ab eadem suscipi queant percipique substantia. Et hoc ni fiat, nunquam quæ præsentes res sentit anima, ab ea quæ easdem absentes intelligit, diuersa poni poterit.

At vel si nihil sensilium intellectiliumque natura, nihilque sensus intellectúsque similitudo dissimilitudóque à rerum quæ sentiuntur intelliguntúrque similitudine vel dissimilitudine, sed ab iis modo quæ ab vtraque anima patitur, & à diuerso passionis cognitionisq; modo inspicienda sit, nequaquam tamen ea dissimilitudine Aristoteli conspecta sensui dissimilis intellectus ponendus est. Non siquidem quæ conferenda erant collata Aristoteli sunt. Non scilicet summè quod est intelligibile excellenti sensibili, minimè verò intelligibile minimè sensibili proportione respōdere videtur. Sed siquidem quæ summè intellectum mouent summéque intelliguntur, iis quæ sensum summè mouent summéque sentiuntur, & quæ parum intellectum mouent, parúmq; intelliguntur, iis quæ parum sensum mouent parúmque sentiuntur conferenda sunt (quod vtique faciendum videtur; neque enim iuxta earum nomina temerè interdū perperámque posita, sed iuxta earum vires actionésque res æstimandæ sunt conferendæque) summè sensibili nō summè intelligibile (si id summè intelligibile est, quod summè est à sensu dimotum, & quod remota obscuráq. intelligendum est similitudine & via intelligi interdum potest) sed quod minimè est intelligibile, quod nimirum parum ab iis quæ sensu percipiuntur dimotum, si non propria ipsum actione, at similitudine propinqua intelligitur apertáque: minimè verò sensibili, quod nimirum vix sensum mouet longéque sentitur ægerrimè, summè intelligibile conferendum est, quod & ipsum obscurè multóque intelligitur labore.

Quod si quæ conferenda sunt conferantur, non modò nihil sensui dissimilis, sed idem prorsus sensui videri poterit intellectus. Veluti scilicet summè intellectili suscepto intellectóque, quod minus intellectile est prōptius suscipit faciliúsque intelligit intellectus: sic itidem & sensus summè languente summéque ignauo sensili suscæpto percæptóque, vehemens robustúmque nullo labore longéque sentit exquisitiùs. Et veluti ab exuperantibus sensilibus immutatus commotúsque sensus languētes eorundem actiones ægerrimè percipit: sic & intellectus aperta propinquaque intelligere assuetus, quæ summè remota summéque sunt obscura, siquidem ea intelligit, obscurè summóque intelligit labore. Vt si (quod dictum est) quæ conferenda sunt collata Aristoteli fuerint, similes à similibus & sensus & intellectus visæ essent passiones, similésque similium cognitiones, & eadē omnino sentiens intelligens anima, nulla alia vnquam intelligens, nisi quæ si præsentia fiant, sentiat omnia. Eadem certè ratione quæ intelliguntur formæ & quæ sentiuntur, suscipi si videntur: vtraque si hæ non nisi à corporea anima suscipi posse visæ sunt, illæ itidem à corporea suscipiantur oportet. At detur hoc Aristoteli, reliqua modo rectè illa posita fiant. Si scilicet formarum susceptione intellectio fieri, & non verè à formis, quas intelligit, pati anima, sed illarum materia existens perfici ab illis absoluique videatur, & forma carens & impatibilis videatur intellectus.

Capvt XXI.

Animam nec sentire nec intelligere, quod formas suscipiat, sed quod ab eis patiatur immuteturque, & propterea & perfectam & maximè patibilem ponendam esse: & quomodo sentiens intelligénsque oblectetur perficiatúrque.

Sentientem animam, spiritum nimirum, à rebus quas sentit verè pati immutarique, satis (vt opinor) suo declaratum est loco: ne declarandum quidem. Quis enim à calore dilatari constringique à frigore, & ab exuperantie vtroque corrumpi eum non sentit? At neque quæ sentiens patitur, imaginantem eum intelligentémque itidem pati ambigere licet. Longè enim quidem languidiores obscurioresque, at eædem certè passiones, quas sentiens passus iidémque motus, quibus sentiēs motus est, imaginātem intelligentémque sequi videntur. Nec aliud omnino imaginās intelligénsque agere videtur quam passiones motúsque, quas quibúsque à præsentibus rebus passus commotúsque est, recolere. Nauigationis itaque (vt sæpe dictum) memores paulò minus quàm nauigantes nausea afficimur: & horribile quid imaginantes intelligentésque paulò minus quam id intuentes tremore corripimur rigoréque. Easdem scilicet passiones ab imaginatis intellectisque rebus patitur spiritus, iisdémq; ab iis commouetur motibus, quas quibúsque à præsentibus agentibúsque passus est. Vt nisi nimis sibi placens Aristoteles sensum etiam ipsum propriis positionibus posthabendum iudicasset, iis, quæ sentiens & imaginans intelligénsque anima patitur, conspectis, minimè eam à formis quas percipit, vt earum materiam, ad eásque suscipiendas factam paratámque perfici & impatibilem, sed ipsam per se existentem perfectámque & summè patibilem ponat, quæ adeò à nihil vel exile quid agentibus rebus patiatur immuteturque & corrumpatur etiā.

Vere porro passus corruptúsque interdum à formis, quas intelligit, spiritus, & nequaquam vnquam propterea intelligens, quod eas suscipiat illæque ipse fiat, minimè earum materia minimèque earum susceptione perfici videri potest. At sensus intellectionísque appetentissimus, & summè in vtroque oblectari acquiescereque, & præstantior omnino in vtroque perfectiórque fieri visus cùm sit, perfectio inquirenda, quàm à sensu atque intellectione is habet. An satis ea superius conspecta est? Et sentire scilicet & intelligere appetit spiritus, summopetéque & sentiens & intelligens oblectatur & perficitur etiam, quod (vt expositum est) multo quidem robustius sentiens, at & imaginans & intelligēs itidem ad motum, ad propriam agi videtur operationē. Longe scilicet languidius ab iis quæ imaginatur intelligitque quàm ab iisdem sensu perceptis, at dilatari cōstringique, ad motum omnino agi videtur. Et amplius etiam, quòd longè plurimis modis corrumpi cùm possit spiritus, & quibus non nisi externarum rerum vsu viribúsque occurrere possit: vtique rerum omnium vires, & sui ipsius, & proprij tegumenti propriique organi naturam cōstructionémque cognoscendi appetitu teneatur, & earum cognitione non modò summopere gaudeat, sed ad sui ipsius conseruationem aptior factus cùm sit, perfectior etiam factus sibi ipsi videatur oportet, & sit omnino. Non quod potentia modò, & imperfectus per se existens ab accedente substantia actu perfectúsque fiat, sed quòd actu quidem existens, at sui ipsius corporis cui insidet, & rerum aliarum naturæ inscius, ab earum sensu intellectionéque, & sui ipsius, & corporis, & illarum omnium naturæ viriúmque sciens, itaque & seipsum quoad licet conseruandi potens fit.

Quoniam igitur nec sensus nec intellectus formarum susceptione, nec earum materia, nec formæ omnino potentia, & quæ à susceptis iis perficiatur, sed perfecta actúque existens visa anima, & sentire quidem ab earum viribus exile quid passa, intelligere verò, vbi à re aliqua,

at non

at non ab vojuersa ea, sed ab vna modò eiua conditione quæpiam patiıur, & à reliquia, quæ occulıæ sunt nihilq; agu:t, idem pati imaginatur, quod à rei quæ vniuersa egit, & eoi dicta conditio inesse visa sit, conditionibus reliquis passa est: intellectum explicans Aristoteles, qui rerũ ormas à sensu percepras, miniméque omnibus ab eo materię conditionibus exutas, talesque factas, quales intelligi videntur, huiusmodi ipse eas faciat, & intellectui porentia eas indar, talis ipse sui natura existeoa agendique vi præditus, ne audiendus quidem videri posset. At veritas vt vndique eluceat, audiatur tamen.

Capvt XXII.

Intellectum potentia actu is facit, qui actu est perfectusque, & qui quæ ille fieri potest, facere ipse illum potest omnia: multóque, quàm ille, hunc separabilem immistúmque & impatibilem esse magis.

3. de anima. Tex. 17. POtantia (inquit) existens intellectus humanua atque imperfectus, si ad actum agendus perficiendúsque est, ab intellectu actu existenre perfectóque absoluẽdus: rerum omniũ natura constantium riru, quæ omnes, quod sunt, potentia prius existentes ab eo perficiuntur absoluuntutque, quod actu tale est & perfectum. Veloti igitur in omni natura hoc quidem materia est omnia, quæ naturæ illius sont, fieri apta, illud verò causa, & efficiẽs eadem omnia facere posens: sic & humanæ animæ nequaquam solus intellectus porentia, sed aliıer itidem insir oporret actu existens perfectúsque, & omnia, quæ intellectus potentia fieri poterat, facere eum potena, formas nimirũ quas non habet, & quas suscipere aptus est, illi indere omnea, artis more in maretiam agenıis oolla præditam forma, at formas suscipere aptam omnes. Neque enim aptitodo & potentia modò iotellectui humano indeoda, sed actua perfectióqoe, ad quam suscipiendam factus erat paratúsque, adiicienda itidem fuit. Tex. 18. Duplex igitur homanæ animæ inexistere videtur intellectus: alıer omnia fieri potens, alter verò omnia facete, vt habitus quidam & velotilox. Nam & lox visum potentia, & colorea potentia, visum actu, & colores itidem actu facit. Sic intellectus actu non modò intellectũ potentia perficit ad actomqoe agit, sed quæ porentia intellectilia sunt actu intellectilia facit. Actu scilicet existens intellectus intellectum porentia, vt propriam materiam, subiens actu eum facit, formarum omoium more propriaa materias subeuntium. Et formas sensu percæptas, miniméque dũ materia exutas, & aptas factas, vt suscipi intelligique ab iotellectu potentia queant, penitus ipse immaterialis formęq; existẽt omnes, & summè actiuus materię eas cõditionib. denodat omnibua, talésq;, qoales ipsi inexistũt, & quales ipseest, illas facit. Qood vbi factũ est, vbi liber speculari possumus. Siquidẽ intellectus actu oon, vt ars, seorsum à materia, sed intellectui potẽtia totus intextus immarsusque, & vnum illi factus est (vnom enim, quod est forma, & materia) & verè separabilis iotellectus actu impermistusque atque impatibilis. Tex 19. Licet enim & alter itidem eadem omnia habere visua fit: at actu existẽs præstantiore quodam modo ea habet. Vsquequaque enim patiente ageos & principiom omnioo materia honorabilios est nobiliusque. Id etiam seorsum ab iotellectu potentia habet agens, quòd eius substantiæ prorsus admista est porentia, nec eius operatio à substantia differt quid, sed hæc illi eadem. Non scilicet hoc modò modò illud intelligit, sed simul omnia, & ab intellectione cessat nunquã. Et propterea ea, quæ non hoc intelligit modo, quæ scilicet corpori inclusos intelligit, eo exclusus minimè memoria tenet, quòd non solus ipse ea intellexit, sed cum alio intellectu, cum imagioatione videlicet omnia, cuiua ratiocinati est, & amare, & odio prosequi, & pasşiones omnino omnes. Hic porrò eum corpore occidit, & sine hoc nihil ille corpori inclusus intelligit.

Capvt XXIII.

Nec intellectum agentem, nec formas à sensu perceptas, & ab agente materia conditionibus exutas, nec harum similes ab his ex intellectu potẽtia eductas eius formas fieri.

REctu quidem quæ potentia quid sunt, ad actum vt agantur & actu id vt fiant, eo vtique omnia opus habere statuit Aristotelea, quod ipsum actu tale sit perfectumque. Neque enim vel materia ipsa vllam sibi comparet formam, vel actu quod est agendique vi præditum materiæ in quam agit & quam exuperat, oon propriam, sed alieoam iodat naturam. Rectè itidem inde humanam animam potentia intelligentem astruit, quòd non simul ac corpori ingenita est, sed nisi adulta iam benéque confirmata iotelligit. Et si vbi intelligere incępit, perpetuò atque incessanter eadémque intelligat: rectè etiam substantia ioquisita Aristoteli sit actu intelligens perfectaque, à quu perfecta illa sit & ad actum acta iotelligeodique facultate donata. At quoniam intelligeos facta nequaquam perpetuo intelligit, sed persæpe & diu ab intellectione cessat summopereque ab ea defatigatur: nequaqoam ea illam potentia esse existimandum fuit, quæ ad actum vt agatur forma donanda sit, actu intelligente. Qua nimirum dooata non statim modo sed iocessanter etiam intelligeret, entium itidem omnium natura constantium more, quæ potentia quid existeotia, vbi actu id fiunt, statim atque incessanter iuxta actus quem recipiunt ingenium Aristoteli in primis operantur. Ignis (ioquit) poteotia existena, vbi actu factus est, statim igois operatur operationem, eamque, dum existit ignis, operari nunquam cessat. Et intellectus igitur potentia actu factua statim iuxta actum, quem recipit, operetur. Intelligat itaque statim, nihilque ab intellectione cesset vnquam: multóque etiam magis quàm entia quæuis alia, alterius formæ ipse incapax, & ab intellectu formatus maximè actiuo, cuiusque operatio eadem substantiæ existit.

Intelligere (inquiũt) in nostra est potestate, quoniam intellectus agens non quemadmodum ars seorsum à materia, sed totus intellectui potentia intextus immersusque, veluti si artifex propriæ insit materiæ. 3. de anima. Ad hoc si factum sit, non vbi collibitum est modo intelligamus, sed semper: oeque enim iners artifex agens. At neque ab intellectu potentia id agens patiatur, quod formæ interdom nonnullę in materiam agentea à contraria & æquè robusta occupatam forma. Passa itaque & debilitata agens forma, non integra ampliùs fit ceráque subiectum subit, sed veluti imminuta inexistentique formæ commista. Impatibilis enim agens maximéque actious, & intellectus potentia forma omni denudatus impermistusque atque incorporeua, & patùm quid ab agentis natura remotus: quem itaqoé agens exemplo robustissimæ formæ, & in materlam agẽtis nihil repugnantem, temporis momẽto, nihilque imminutus immutatúsque occupet. Vsquequaque igitur iuxta propriam operetur naturam, & nunquam à propria cesset operatione, multò etiam quàm reliquæ formæ minus (quæ omnes, vt dictum est, simul ac quamuis occuparũt materiam, iuxta proprium operantur ingenium, & dum existunt, operari nunquam cessant) maximè propriè maximéque morigerè materiæ inditus, & quæ vt dictum est exiguum quid ab ipsius natura absit nihil igitur repugnante obluctanteque materia quod ex ipsis compositum est iuxta agentis operetur ingenium, nihil videlicet passus nihilqoe immutatus aut impeditus agens, semper & omnia simul intelligat, & nonquam defatigetur. Propria siquidem operatio non tantùm nihil operantis vires imminuit, nec oblædit sobstantiam, at robur addit, maximéque ens omne in propria conseruat natura, summaque iosuper afficit voluptate. Et multo etiam, quàm entia reliqua agentem magis illa conseruet, cuiua operationi

substantia eadem Aristoteli existit. Tum neque obliuiscatur vllius vnquam. Formæ enim ipse existens omnes, si alicuius obliuiscatur, sui ipsius obliuisci videatur, vel ea, quæ est, non esse.

At neque erret vnquã. Si quidem entium, vel in quibus diuersa ab operatione substantia est, nullum prauè propriam operari videtur operationem, eò agens amplius rectè illam perpetuo edat, in quo nihil prorsus ab operatione substantia Aristoteli differt. Vt nisi formæ quæ ipsi insunt, ipseque omnino agens non perpetuo idem sit, sed diuersus à seipso interdum fiat, nunquam erret, nunquam videlicet alias ab iis, quæ ipse est, formas intelligat vllas. Nec verò nõ & ipsi hæc addubitant
« Peripatetici, & Theophrastus ipse. Si sociatus congeni-
« tusq; est. Qui monet (inquit) statim mouere oportebat.
Et semper inexistens, cur non semper monet? & vnde nobis obliuio & error fallaciáque? An culpã haber permistio? Eædem omnino Peripateticos angustiæ præmãt, si non ipse agens sese intellectui potentia indat, vnúmque illi fiat, sed id modò agens præstet quòd rerum formas sensu perceptas & in imaginatione repositas nec dũ penitus materia exutas suo ipse eas fulgore illustret, & sui similes faciat, penitus nimirum immateriales taléisque factas intellectui potentia affigat vniatque, vel tales illæ factæ sui similes ex intellectu potentia educãt iuxta Peripateticorum positiones. Formas enim quæ factus est, quocunque ex sit factus modo, perpetuo intelligere eum oportet, & nequaquam eas intelligẽrem defatigari vnquam. Neque enim esse nec obliuisci. Non siquidẽ veluti in illius superficie depictæ eæ sunt, è qua igitur deleri queant: sed illas vt propriam formam suscepit, eæque ipse factus est. Sui itaque obliuisci, quin esse omnino desinere videatur, si formarum quæ semel factus est obliuiscatur. Neque erret etiam vnquam. Neque enim formæ, quæ non est, fiat, vel quæ factus est, aliæ pro aliis videantur.

Capvt XXIIII.

Intellectus potentia agentem, vt propriam formam, accedere Aristoteli visum esse: & humanam animam propria natura intelligentem non esse.



AT intellectum potentia ab agente, vt à propria forma, perfici Aristoteli placuisse existimandum est omnino. Explicata itaque intellectus potentia, ingenio naturáque, agentem illi necessario adiiciendum ratiocinatur, quòd nulla in natura, nullóque in genere, materia, & potentia sola cõstituta sit, & inerta ea imperfectáque relicta, sed natura genereve in quolibet substantia itidem, à qua illa per-
3. de anima. « ficiatur absoluatúrque, conspiciatur. Quoniam (inquit)
» in omni natura hoc quidem vt materia vnoquoque in
« genere, quæ eius generis quæ sunt, fieri omnia potest,
« illud causa, & efficiẽs, quod illam ea omnia facere po-
« test: humanæ itidem animæ differentias has inesse ne-
« cesse est. Quoniam ergo intellectus, qui omnia fieri
« potest, inesse visus est: is itidem necessario indendus vi-
« detur, qui illum ea omnia facere possit. Et multò is se-
« parabilis immistusque, & impatibilis magis quàm ille,
« nulláque prorsus potentia admista, idem & substãtia &
» operatione fit oportet. Vsquequaq; enim efficiens patiẽ
« te & principium materia præstãtius est honorabiliusq;.
« Et alibi, Cogitare (inquit) & amare, & odio prosequi, nõ
« illius (agentis videlicet: de eo enim ibi est sermo) sed
« illum continentis (imaginationis scilicet) quatenus illũ
« continet. Quapropter continente corrupto, neq; recor-
« datur, neque amat: neque enim illius sunt hæc, sed com-
« munis (id est permistionis) quæ iã periit. Intellectus autẽ
« fortè diuinius quiddam est, & impatibile.

Et causam inquirens, cur eorum quæ in vita egimus nihil recordamur, neque inimicitias vlciscimur, neque iis, quorum desiderio summè tenebamur, apparemus vn-
« quam, Propterea (inquit) post mortem non reminisci-
» mur, quòd impatibilis quidẽ hic est intellectus: at alius,
» sine quo hic nihil intelligit, corruptibilis. Intellectui igitur potentia agens, vt propria forma, copulari vnirique, & suprema omnino animæ nostræ portio & forma Aristoteli videtur. Nam si vel agentẽ intellectui potentia non vniri, vel si nos non agentem, quem vnum verè immortalem æternúmq; statuit, iudicaret Aristoteles: ne inquirendum quidem erat, cur eorum, quæ in vita egimus, nihil recordamur. At quæstio, intellectus vtriusq; natura coniunctionéq; explicata, & hominũ facta ea sue ma, summè opportuna, summéq; etiã necessaria. Immo e talibus enim iis statutis quærendum omninò erat, cur eorum, quorum tanto in vita studio tenebantur, memoriam omnem deposuere. Et solutio dictis conuenien-
tissima. Nos (inquit) verè intellectus agens sumus. At is «
vbi in viuis nobis ab alio ad aliud fertur, vbique vel a- «
more afficitur, vel odio. Et vbi quę hic fiũt intelligit, nõ «
solus afficitur, nec solus intelligit, sed cũ alio ea omnia, «
cũ imaginatione videlicet, & imaginationi permistus, «
quæ cũ corpore occidit. Iure igitur quæ solus per se in- «
telligere non potest, corpore exolutus, ab iisque, quorũ «
ope, & quibus cum ea intellexit, separatus solus ipse per «
se existens intelligere non potest. «

Eadem & Theophrastus (si Themistio credimus) quæ «
ab Aristotele tradita sunt retractans, Rectè illud quidẽ, «
inquit, quod in omni natura inueniri dicebamus, hoc «
quidem vt materiam & potentiã esse, illud verò vt cau- «
sam & efficiens, & quòd semper efficiẽs patiẽte, & prin- «
cipium omnino materia honorabilius est præstantiusq;. «
At id considerandum, qualesnam duæ naturæ illæ sint, «
quibus ratio hominis atque mens constat, & quale itidẽ «
id sit quod intellectui agẽti subiicitur: mistũ enim quo- «
dammodo & quasi concretum videri intellectum ex a- «
gente & potentia. At siue ipse agens, vt propria forma, «
intellectum subit, siue rerũ formas sensu perceptas materia ab ipso exutas illi vt propriam formã indit, siue illæ huiusmodi factæ sui similes ex intellectu potentia educunt: semel illum quouismodo formis donatum perfectumq; & actu factum, semper vtique (vt visum est) & simul omnia intelligere oportebat, siquidem ea intelligit quę factus est: minimẽq; intelligendo defatigari, propria enim operatio nec vires, vt dictum est, imminuit, nec substãtiam immutat, quin robur auget maximéque substantiam conseruat: nec obliuisci, non scilicet quod est non esse: nec errare vnquã, aliud scilicet quàm quod est esse. Quæ quoniam omnia non interdum, sed assiduè patitur quæ intelligit anima: nec vniuersa ipsa, nec eius portio vlla sui natura intelligens videri potest, cuius videlicet propria operatio intellectio sit. Passio igitur quædam intellectio sit oportet: & si quidẽ operatio, ac ad quam non à propria ipsius substantia, sed à passione omnino quapiam agatur, qua penitus vacat quę propriis viribus iuxta propriam operatur naturam.

Capvt XXV.

Nequaquam, vt Peripateticorum nonnullis placet, propterea intellectum, dum intelligit, defatigari & obliuisci decipique, quòd in hominum corpus illapsus veluti in soporem deiiciatur.

NEc verò propterea intellectum non semper intelligere, & dũ intelligit defatigari & obliuisci interdum decipique dixerint Peripatetici, quòd in corpus illapsus, intellectuique potentia inditus vnitusque minimè, qualis sui natura erat, actu nimirum intelligens, & non aliud operatione, aliud substantia existens remanet, sed formis, quas ipse erat, si non penitus deletis abolitisque, at obscuratis sanè & veluti caligine quadam aspersis in rerum omnium inscitiam, & veluti in soporem veternumque deiectus sit, è quo vt excitetur, & formæ, quæ erat, rursus eluceant, sensu omnino atque imaginatione opus habeat è qua illas hauriat, vel vt propriæ obscuratæ (vt dictum est) aut in soporem deiectæ ab iis, quæ sensu perceptæ in imaginatione repositæ sunt, illustrentur aut expergefiant. Non assiduè igitur eum intelligere defatigarique dum intelligit, quòd corpori immersus,

quasi

quasi in aliam actos naturam libens flectat: & propterea etiam obliuisci, quòd quæ flertebant formæ non benè expergefactæ iterum in somnum delapsæ, iterum ab iis quæ in imaginatione repositæ sunt expergefaciēdæ sint: & decipi interdum, quòd veluti somno oppressus intellectus non diligenter formas, quas suscipit à quibusue expergefit, intueatur. Nugæ enim hæc, & figmenta, vix poëtis ipsis concedenda, & quæ singula angustiæ excipiant multò etiam quàm quas effugere student minus superabiles.

Primùm enim penitus immaterialis nullique prorsus corpori connenire potens agens, nullúmque externum, at ea modò quæ ipse est intelligens, qui à corpore oblædatur, aut corpori inclusus in sui ipsius inscitiam delabatur, declarant oportet. Tum quoniam intellectus vterque immortalis Aristoteli existit, propereáque ingenitos etiam ei fit necesse est: nisi alia vterque atque alia subeat corpora (quod Aristoteli minimè placet) infinito iam tempore per se vterque extitit nihil alteri cōmistus. Inest quidem intellectus potentia segnisque, & veluti non ens: agens verò moltò (vt videtur) perfectior absolutiórque quàm postea illi vnitus factus est. Per se igitur existere potens cur illi iungi velit, à quo incommoda multa, bonum habeat nullum, quærendū omnino. Ea enim modo copulari vnirique inter se velle videntur, quæ aut seorsum esse non possunt, vel quibus vnitis iunctisque melius est. Tum si vel illius illecebris captus, vel occasione alia quauis vniri illi velit, ar non propterea hominum corpora subeūda illis fuit. Quid enim obstet, quin vbiuis propriam materiam nihilque eam repugnantem subeat agens? Nam si eam dixerint intellectus potentia naturam esse, vt nonnisi corpori inclusus, & à formis quas sensus atque imaginatio haber perfici possit: is itaque qui prius à corpore separatus quàm formas vllas susceperit, vel qui corpus subiit tenorio quopiam, visus præsertim, orbatum, non infinito tantùm tempore potentia materiáque formę expers, qualis nulla alia vel temporis spectatur momento, extitit, sed infinito itidem tempore erit. At neque quomodo, aut qui, eùm ad corpus, & ad sensitiuam animam penitus incorporei nullique corpori inhærentes intellectus accedāt, Peripatetici explicent, motum omnem incorporeis abnegantes rebus, neque etiam quomodo, agens præsertim. Nam potentia (inquiunt) magis animæ cognatus videtur, & prior, in ipso forsitan primo ortu comprehensus. Neque nobis magis obscura hæc quàm Peripateticis videntur. Ipse itaque Theophrastus, Si sociatus, inquit, cōgenitúsque intellectus, qui mouet, statim mouere oportebat, & semper. Si verò posterius accedit, quicum aut quomodo generatio hæc absoluitur?

CAPVT XXVI.

Explicandum itidem Peripateticis esse, vnúsne sit intellectus vterque, an plures. Et illorum nonnullis ab his fortè incommodis reiectis non intellectum, sed cogitatiuam substantiam hominis formam positam esse.

AEGERRIME (reor) difficultates quæ expositæ sunt Peripatetici diluant. Vel ipsius igitur Theophrasti hæc inquirentis tractantisque oratio plena dubitationum contentionisque & disceptationis Themistio videtur. At illud vel inprimis quærendum fortè etiam ægriùs: num scilicet plures sit intellectus potentia, & plures itidem agentes, an vnicus hic modò, molti illi. Quodcunque enim ponant, magnas ponant absurditates. Plures scilicet si sint vtrique, vel alter etiam modò, infinitum actu necessariò ponēdum, summè ab Aristotele reiectum explosúmque: si vnicus vterque, vel alter etiam tantùm, modum, quo hominum intellectio & ipsimet à seipsis differant homines, intueri non licet. Neque enim possibiles à seipsis re differunt vlla, eiusdem omnes naturæ nulláque affecti materia, nec corpore vllo pro organo vtentes, ab eodémque omnes informari perfectique agente. Hæc fortè incommoda vitantes Peripateticorum nonnulli non intellectum supremam hominis formam (qualē Aristoteli positam esse vel ipsi visum est Theophrasto) esse & hominis essentiam non ab intellectu præberi contendunt, sed aliam homini indunt substantiam: quæ materialium formarum longe nobilissima, supremaque animæ sensitiuæ potentia, vera hominis forma sit, & à qua singulorum propria suum singuli habeant esse, & è qua omnino & organico corpore, vt è forma & materia, homo conflatur. Nam ex homine & intellectu non hominem, neque vt è materia & forma, sed veluti è natura & nauì diuinius quid componi, intelligentem nimirum hominem.

Non itaque esse ab intellectu homini præberi, sed ratiocinari atque intelligere, & ab vno eodémque hominibus omnibus: non siquidem in plures quasi secandus in possibilem agentémque diuidendus iis intellectus videtur. Eo autem eum intelligere modo quo intelligentiæ reliquæ, quarum eum io numero reponunt: quod nimirum id eas in se ipso rerumque habeat rationes. At illarum infimam ignobilissimámque hoc sortitam, vt extra se progrediatur & ad humana corpora delabatur, in quibus propriam perfectionem amittat omnem, inque omnium quæ in seipsa habet & sui etiam ipsius decidat ignorationē. Minimè itaque intellectus actu amplius remanet, at potentia tantum, & tabellæ non depictæ similis. Rursus porrò perficitur actúque fit, quòd non ex vniuerso ipso ideæ formæque deletæ sunt, neque vniuersus omnino intellectus à corpore oppressus & veluti in veternum deiectus: sed præstantissima ipsius pars nihil de propria natura immutata, & ideas formásque in seipsa retinens seruánsque omnes ab iis quæ sensu percæptæ & imaginatione repositæ sunt, occasione sumpta & veluti ab iis commota excitatáque in alteras eas partes, è qua quasi deletæ erant, reponat. Verè (vt ille inquit) miseri infelicésve & serui natura Peripatetici, qui Aristotelem substantiam, quæ nulla homini inest, ei indentem in maximas difficultates coniectum, & intellectum omnino, qualem Aristoteles homini indit, indi non posse intuiti minimè (quod oportebat, si nō hominis decreta, sed rerum naturam intueri propositum iis erat) missum illum faciunt, sed labantes illius positiones propriis figmentis fulcire nituntur. At nec id agunt tamen, & Aristotelem omnino inertiæ damnant, aliam, & quā iis intuitus non sit, homini indentes formam, & nequaquam difficultates, à quibus reiecti illam commēti sunt, effugientes, vt sequens manifestabit sermo.

CAPVT XXVII.

Vel si cogitatiua hominis sit forma, idem tamen intelligere hominibus sit omnibus: & cogitatiuam nusquam Aristoteli conspectam fuisse.

SIQVIDEM non hominibus idem est esse, quod non ab intellectu vno id omnes, sed à sua quisque habeat cogitatiua: at intelligere idem omnibus esse negare minimè licet. Quin ipsi inprimis manifestè ponunt, ab intellectu vno eodēque id omnibus præbentes. Neque enim rerum formas à sensu perceptas & in imaginatione repositas diuersas in diuersis hominibus esse, vel intellectum diuerso ab iis modo in diuersis excitari ponere licet. Minimè igitur id illis incommodum amolitur cogitatiua, cuius fortè gratia vel inprimis ipsam commenti sunt. Nam Aristoteli penitus ignotam fuisse cogitatiuam, & intellectum supremam humanæ animæ partem, verámque hominis formam visam fuisse, minimè nobis declarandum. Summo enim ille studio summáque diligentia substantias facultatésque, quæ homini insunt, inquirens explicánsque nihil cogitatiuæ meminit vsquam: quæ, vera hominis si sit forma, quam diligentissimè explicanda erant. At in sensus imaginationésque natura declarata, & modò quo à seipsis & à singulis rationalibus differunt facultatibus, nulla omnino vsquā cogitatiuæ facta mentione

intellectus naturā manifestat, apertissiméq; animæ nostræ partē eum facit. At neq; intelligentiarū numerū inquirens colligensq; Arist. singulis suos singulos assignās orbes, de intellectu humano, aut de humano vsquā meminit orbe, qui vel in primis inquirēdus erat. Nisi enim non vna sit continuaque intelligentia, at in partes diuisa, & quæ vel cum hominibus singulis oriantur occidantque, vel quæ è morientibus in nascentes paresque eos numero migrent (quod nunquam, reor, ponant) nequaquam hominum corporibus, aut animis indi potest, sed alius omnino assignandus ei est orbis, miniméque is ab hominibus remotus, aer nimirum, in quo homines degunt, & cui multo quàm terræ commodius substātia huiusmodi indi queat. Perpetuus itaque ibi continuusq; existens intellectus hominum corpora omnia subeat, nusquam vel ortus vel interemptus: quod mundi animæ euenire nonnullis videtur.

At hoc prætérquam quòd minimè Aristoteli placet, qui scilicet aeri & reliquis primis corporibus præter propriā formam propriamq; substātiam inesse quid pernegat: per se id absurdū, poetarumq; figmentis persimile apparet. Non scilicet adeo nobilis substantia, qualis intelligentia videtur, orbi indenda est, qui passim interrūpatur immuteturq; & corrumpatur. Tum si per spatium hoc vniuersum diffusa quæcunq; in eo sunt necessario subit: non hominū modò animas corporaq;, sed reliquorum etiam animalium, plantásque & saxa subeat, in quibus multo etiam corrumpatur magis. Si declinare hæc queat, & declinet malum declinans, neq; hominum itidem animas subeat, in quibus sui ipsius illam capit obliuio, penè & corrumpitur. Illud etiam absurdius, è præstātioribus videlicet atque ignobilioribus partibus incorpoream & maximè vnam componi substantiam. Aristoteles certè id non ausus duplicem potius intellectum humanæ animæ indendum censuit. His quidem seorsum, aliisq; his similibus angustiis cogitatiuę humanæque intelligentiæ inuentores opprimi videntur, minimè illis libri in quibus hærere cōflictariq; Aristoteles visus est. Summopere itaq; incusandi, qui dum Aristoteli erranti hærere pertinaciter volūt, & eum deserunt, & incōmodo, cuius fortè gratia id fecere, minimè vitato alia multa ipsi subeunt nihil illo minora.

Capvt XXVIII.

Vel si hominibus singulis singuli insint intellectus agētes, illorū tamen intelligentiæ discriminis causam Peripateticis reddi minimè posse: nobis verò manifestissimam eam esse.

At vt agens itidem proprius singulis insit hominibus, singulorum itaque hominū intelligente proprium sit: nō certè discriminis, quod inter eorum intelligentias spectatur longè maximum, causam Peripatetici assignare queant vnquam. Quoniam enim re nulla prorsus à seipsis possibiles differunt, sed eiusdem sunt omnes naturę, & qui vnus omnes videri possint, veréque vnus sint omnes, & multò agens amplius, & ne possibilis quidem ipse corpore vllo pro organo vtitur, & si quid ad intellectionem sensus confert, sensúsque affecla imaginatio, nihil id diuersum in diuersis est hominibus, sed idē prorsus in omnibus, quales enim sunt rerum formæ, tales hominibus omnibus, eædemque prorsus hominibus sentiuntur omnibus, & quales sentiūtur tales in imaginatione reponūtur, nihilque prorsus in sentiendis iis à seipsis differunt homines, sed omnes modo eodē eas percipiunt, & eędē quæ sunt eædem vidētur omnibus: formis itaq; iisdē ab omnibus sensu perceptis, iisdemq; in imaginatione repositis, in omnibus ab agente eodē materię cōditionibus denudatis, eidemque intellectui potentia affixis, qui in diuersis hominibus diuersæ hār intueri minimè licet. Nobis nullus neque in hoc labor.

Quoniā enim passionū motuumq;, quibus alias commotus est spiritus, recolitione intellectio fit, & spiritus longè à seipsis calore tenuitateque & puritate differunt, in longéq; diuersissimis collocati sunt operāturque cerebri ventriculis, nec æquè ab externis rebus commoti sunt omnes, nec præteritorū motuum cognitio motusq; ipsi æquè in omnibus remansere, nec æquè ad eos recolendos prompti, nec æquè aptum locū nacti sunt omnes: longè intelligant diuersissime necesse est. Nam etsi (vt dictum est) non spiritus ipse in hominibus, sed substātia à Deo immissa intelligit: quoniā dum in corpore ea inhabitat agentib. naturis & corruptioni omnino obnoxio spiritus ministerio atque opera intelligit, itaq; ea modò intelligit quę è rerum sensu perceptarū similitudine intelligi possunt, & quæ spiritus ei intelligenda veluti offert aut ministrat: vtique prout spiritus ad motus recolendos similitudinésq; dignoscendas aptior ineptiorve fuerit, præstantius ipsa deteriúsve, & (quod passim euenire videtur) iuxta spiritus omnino naturam intelligat oportet. Age verò quæ cuilibet spiritus naturæ intelligētia, & à quibus corporis naturis dispositionibusq; singuli illi fiant, inquirere ne grauemur. Res enim si non vniversa loco conueniens, at quæ fortè non nisi modo quo sentit quoue imaginatur, & quo intelligit spiritus, exposito, rectè explicari poterat, longè certè inquiri dignissima, quin hic inquiratur, nihil impedimento esse debet.

Capvt XXIX.

Spiritus calore inter se tenuitateque & puritate differre nitoreque, & quibus horum exuperans ad intelligendum aptior ineptiorne sit.

Maximæ diuersis maximéque dissimilaribus è rebus, & à maximè diuerso & languēte omnino calore educti hominū spiritus, non, vt cælestes orbes (quibus persimiles conspecti sunt) eodē omnes naturæ robore eadéque tenuitate donatos esse, eóque tantùm inter se differre, quòd in aliis magis in seipsos collecti conspissatique sint, in aliis minus, sed calore tenuitatéque, & puritate insuper nitoreque summè inter se diuersos esse, alios nimirum aliis multo calidiores tenuioresque, & puriores nitidioresque, minus scilicet ab immistis fuliginibus fœdatos obscuratosq; esse existimare oportet. Quoniam enim à calore quouis tenuitas vel summa conflci, ab eaque crassities, in qua ingenita est, confertim inde copiosaque vndique & magna erumpente vi in minutissima quædam frustula dirrompi, in fuligines nimirū agi, & cum illa ex efferri conspectæ sunt: quin in ciborū cōctionibus, quæ in animalium corporibus fiunt, & tenuitati quæ ad cerebri efferuntur ventriculos, immistæ ipsi immisceantur spiritui, itaque spiritus ipsius continuitatem interrumpant tenuitatemque imputent, & nitorem fœdent obscurentque, ambigere non licet. His porrò cōditionibus inter se cùm differant spiritus: vtique & patiendi & operandi, intelligendi omnino facultate inter se differant necesse est. Et si modū, quo intellectio ratiocinatioque fiat, ante oculos ponamus, qui spiritus ad intelligendū promptior aptiorque, & qui puriùs omnino intelligat, manifestū fiat. Quoniā scilicet intellectio ratiocinatioque rerum sensu perceptarum similitudine fit, & rerum quæ perceptæ sunt, nequaquam imagines, sed motuū modò, quibus ab iis cōmotus est, cognitio memoriaque in spiritu remanet, itaque vbi quas is sensit res imaginatur, nequaquam earū imagines intueri, sed motus, quibus ab iis cōmotus est spiritū recolere visum est: vtique qui spiritus ad motus recolēdos promptior est, is ad intelligēdum promptior fit necesse est, calidior nimirum qui est, tenuiorque, segnior contrà frigidior, crassiorque. Liceat enim (quando non spirituū natura dispositioque, sed differentiæ hìc inquiruntur, quibus iuxta harum vtramque inter se differunt spiritus, & adeo calore tenuitateque ab aliis alij exuperātur, vt illis hi collati frigidi crassique videri possint) frigidos eos crassosque appellare.

Nec à ratione res ipsa dissentire videtur. In calido siquidem corpore propriot perspicaciorq; vsquequaque

spiritus,

spiritus, & calidis in morbis excitari exacuique intelligentia, & qui iis vexantur maximè mente celeres atque adeò præcipites fieri videorut: in frigido cõtra corpore hebes torpidúsq; spiritus, & cerebro perfrigerato Galeni testimonio letargo homines afficiuntur, & memoriæ intelligẽtiæq; iactura fit. At si quo calidior tenuiorq; fit spiritus, eò ad motus recolẽdos & ad intelligendũ promptior, nõ & aptior itidẽ fit. Quando enim præteritorum præsentiumq; motuũ collatione intellectio fit: vbi adeò ardẽs tenuisq; ad motus scilicet prõptus factus est, adeóque nouis moueri assiduè motibus festinat spiritus, vt præsentes cũ præteritis conferre nihil curet, prauè certè intelligit, motuũ similitudines, vel nihil vel nõ satis intuens, proindeq; similes enuncians qui similes non sunt. Is itaq; ad intelligendũ & promptus & aptus erit, is scilicet rectè intelliget spiritus, qui calidus quidẽ tenuisq; & moderatè vtrumq; est. Et quoniã insuper sibi ipsi continuus nitidusque qui est spiritus, à nullis scilicet fuliginibus maculisve interruptus obscuratúsve & fœdatus, continuas integrásq;, nihil videlicet vel interruptas vel reiectas rerum percipit actiones, & continuis ab iis nihilq; interruptis immutatisve cõmouetur motibus, itaque quales sunt tales percipit res, & qui rebus ab iisdem in eo fiunt motus perpetuo apparent iidem, & diuersi qui à diuersis: purus qui est nitidusq;, purius omnino is intelligit distinctiusq;, qui contra ab immistis fuliginibus interruptus, vel à tenebris quibusuis fœdatus est (quod qui in ipso fiunt, nec continui, nec vigentes fiunt motus: est & vbi qui ab iisdẽ fiunt rebus, non iidem & similes, qui a diuersis fiunt, quin & cõtinui clariq; qui facti sunt, dũ recolũtur, interrũpi, obscurarique, itaq; pro aliis videri possint) confusè is perplexéque intelligit.

Nec verò vel insensibilis rei cõmistione summopere spiritus intelligentiam, & motus, qui in eo fiunt, vel recoluntur, interrumpi immutariq; mirari licet: vel ipsam solis lucem aerem longè tenuissimis vaporibus obsitum permeantem, & à speculis paulò crassiore spiritu afflatis resilientem diuersam factam, & aerẽ per interruptas res commotum adeo diuersus edentẽ sonos adeo scilicet diuersis motibus spiritũ commouentẽ sentiẽtibus. Quæ certè eueniunt, rationi, quæ exposita est, nihil dissentiũt vsquam. Perplexa scilicet turbulentaq; eorum omnium ratio est, qui visceribus immoderatè calidis donati sunt, siquidem ab exuperante calore præcipuè fuligines fieri visæ sunt: puta contra eorum tranquilláque, quorum spiritus purissimus, à quorũ scilicet moderato calore nullas aut perpaucas fuligines fieri existimare licet. Quod igitur dictum est, moderato calore moderataq; tenuitate donatos qui est spiritus, promptus aptusque ad intelligẽdum, qui verò iis excedit, præceps is est instabilisque: & purus qui est splendidusque, exquisitè is distinctéque intelligit, frigidus contra crassusque, segnis ineptusque ad intelligendum, impurus obscurusque indistinctè intelligit perplexéque.

Capvt XXX.

Qui calidus est, non perpetuo & tenuem etiam purúmque esse spiritum, & qualis esse possit inquirendum. At prius quibus reficitur è rebus.

QVONTAM verò nequaquam qui calore exuperat spiritus, tenuitate itidem puritatéque & splendore perpetuo exuperat, sed vaporum more è terra à sole doctorũ qui calore interdum præstat tenuitate superatur puritatéque, & (vt alibi satis declaratũ est, & iam iam amplius declarabitur) multa ex dictis oppositionibus coniugia oriri possunt, vt non maioris modò minorisve ratione inter se differãt spiritus, sed iuxta coniugia itidem: vtrique quales constitui, quæ nimirum ex dictis qualitatibus coire inter se queãt (neq; enim omnes & quæ sibi ipsis oppositæ sunt) inquirendum, tum etiam, & à quibus tales constituãtur. Nam si (vt dictum est) non loco omnino conueniens, at dignissima inquiri res, quàm diligentissimè inquirenda est. Et illud igitur prius, è quibus videlicet, & à quo nutriatur reficiaturque spiritus. Neque enim, vt reliqua ferè omnia è quibus est, refici etiam spiritus potest, adeo in neruoso genere exiccato arefactóque semine, vt tenuitas nulla ampliùs inde educi queat.

Capvt XXXI.

E quibus & à quibus reficitur spiritus.



VONTAM (vt in superioribus expositum est commentatiis) spiritus assiduè imminuitur, itaque, si seruandus, reficiendus assiduè est, & vel si proprius ipsius calor magnus omnino est, at quòd tenuissimo inditus subiecto longè exilissimus, proinde & languidissimus factus est, & qui non res quasuis & vbiuis positas, sed eas modò exuperet, & in se ipsum agat, quæ exiguum quid ab ipso dissideor & quas copia summopere excedat & veluti circũplectatur: vtrique calidis tenuibúsque è rebus quibusuis, quibus ad cerebri ventriculos ipsumq; ad spiritus vniuersitatem patefactus est aditus, quæ illos scilicet subeunt ipsique immiscẽtur spiritui, & ex aere omnino quem assiduè inspiramus, & è vaporibus qui ea assumptis cibis à ventriculi ventrisque calore assiduè educuntur, & ex euaporatione amplius quæ è venis arteriisque quibusuis, quæ cerebri ventriculos attingunt, ex eaque præcipuè labitur, quæ sub cerebri base innumeris flexibus in retis morem, vnde nomen adepta est, complicata est, spiritum refici maximè est rationi congruum. Nec propterea modò, quod illorum singula magnã habent ad spiritum cognationẽ, & singulis ad cerebri ventriculos patefactus est aditus: sed & amplius fortè, quòd iuxta singulorum diuersitatẽ immutationemque diuersi fiunt assiduéq; immutantur spiritus. Bene videlicet sui natura calidus beneq; tenuis est aer, & qui, in spiritum vt agatur, frigore modò, quo à præpotente terræ natura affectus est, cauendus & modicum quid amplius attenuandus, & manifestus ei per nares ad cerebri ventriculos patefactus est meatus.

Et ad spiritum quampiam ipsius portionem efferri, spiritui immisceri in ipsumque agi spiritum, cùm odorum, aeris scilicet ab aliena quapiã natura affecti perceptio, & quas iuxta hanc animal patitur passiones, tum & quæ in hominum diuerso sub aere degentium ingeniis corporibusque diuersitas spectatur, & morborum, qui aeris vitio concipiuntur, malignitas manifestè declarat. Non scilicet tanta ab odoribus quibusdam voluptate, & tanta contra à quibusdam molestia animal afficiatur, vt ab illis veluti viuificetur, ab his cõtra penitus exitio detur, & nullo vtrũque temporis momento, nisi aeris, qui inspiratur portio quæpiam cerebri ventriculos subeat ipsique immisceatur spiritui, animalis nimirum parti, quæ vna ab aeris viribus pati immutarique & exuperari potest, & cuius qui in animali fit sẽsus est omnis, & quæ omnino ipsum est animal. Minus etiã, nisi spiritus ex aere qui inspiratur reficiatur, adeò qui diuerso sub aere geniti educatique sunt, intelligendi morúsque edendi facultate, & corporis robore coloreque inter se differẽt: & sub tenui puroque illo bene intelligentes, benéque ad motus omnes prompti, & robusto benéque colorato sint corpore, sub crasso contra impuróque, mente hebetes & torpidi segnesque, & infirmo omnino corpore, & colore colorato, qui proximam denunciet corruptionẽ. Manifestè enim propterea cuiusmodi vtrique sunt, fiunt, quòd tenuis purúsque aer copiosior ventriculos subit, & in huiusmodi statim vniuersus agitur spiritũ, qui igitur motus, quibus à sensilibus cõmotus est, puros nulloq ue recolat labore, & valẽtissimè corpus moueat, & rectè nutriat gubernétque: è crasso contra impuroque (quòd minor eius copia ventriculos subit longéque inuertitur ægrius & non vniuersus in spiritum agitur) modicus crassusque & impurus conficitur spiritus, qui igitur omnem ad motum ineptus nullum propriorum munerum (quæ scilicet omnia motu obeunda sunt perficiendáque) rectè obire queat.

Et morbi aëris vitio concepti nulla medicorum ope curari posse videntur, quòd non viscus vllum, nec venis inexistens humor, sed ipse vitiatus est spiritus. Itaque vt curentur, nó (quod medicis fit) vllus euacuandus est humor, sed præinexistés spiritus fouendus, & tenuior omnino faciendus, & alius multúsque is & tenuis purúsque ingeneràdus. Quod è propriis odoribus & cibis potionibúsque fit: è quibus statim euaporatio multa & tenuis puráque educatur. Idque vbi interdú factum est, vbi scilicet multus probúsq; ingeneratus est spiritus, superati sunt morbi. Vapores itidem, quos assiduè è cibis ventriculi ventrísque educit calor, bene spiritui proximi sunt, bene scilicet calidi benéque tenues, & latum iis œsophagus, meatúsque qui ex ore ad nares indéque ad cerebri ascendit ventriculos, ad spiritum præbet iter. Et spiritui omnino eos immisceri, in ipsúq; agi spiritú, inde liquidò patet, quòd vbi longa inedia magnísque confecti sumus laboribus, vbi videlicet valdè imminutus est spiritus: quantulouis cibo vinóque assumpto, nullo temporis momento refici & veluti viuificari videmur. Neque enim ratione alia vlla id euenire intelligere licet, nisi quòd tenuitas, quæ cibo vinóque inerat, è contrito illo & è contrectato cómotóque hoc, ex vtrisque omnino concalefactis adapertísque quid egressum nacta ad cerebri elata ventriculos, & spiritui immista bene ipsi proxima in ipsum statim acta est spiritum.

Præterea, & quòd post assumptos cibos quosuis somnus nos occupat, cóque longior profundiórque, quo magis ij flatuléti sint, quo scilicet copiosiores ex iis crassiorésque exhalent vapores: & succi nonnulli non soporé modò stuporémq;, sed mortem etiam inferút. Propterea enim illud, quòd (vt in proprio declaratum est commétario) spiritus vniuersitate vaporum, qui in ciborum cócoctione fiunt, copia oppressa portiones quæ reliquis in corporis partibus resident, illi opem vt ferant ad ventriculos confluunt omnes, tandiúque ibi immorantur quoad vapores exuperentur & in spiritú agantur. Idque vbi factum est, proprias singulæ redeunt ad sedes, & viribus & copia auctæ. Et succi qui, quòd exitium inferunt, venenosi dicuntur, nó propriis id viribus, nec (vt medicis videtur) proprio inferunt frigore. Hoc enim (vt alibi declaratum est) nostrorú entium nulli prorsus inest: & si illis, adeóque insit robustum, vt ventriculi calorem exuperet extinguátque, summam (quod frigidæ potiones faciunt) inexistenti spiritui molestiam inferant, nihilque exuperati, proindéque in nullos acti vapores nullum prorsus faciant somnum. Illorum etiá sapor, non cuiusmodi cóplurium est, amarus sit insipidusve. Propterea itaque soporem exitiúmque inferunt, quòd longè plurimi longéque crassissimi ex iis exhalant vapores, & qui (quòd plurea assiduè facti à spiritu, qui assiduè in ventriculos confluit, exuperari non possunt) alius assiduè, atque alius, & vniuersus tandem ad illos conduit: itaque vniuersus in vnum actus, non magis fortè à vaporum copia crassitiéque, atque à seipso comprimitur suffocatúrque spiritus.

Id verò inde intelligere licet, quòd crassiore aere inspirato (cuiusmodi qui è fossis iam diu conclusis & sulphureis è cauernis exhalat esse existimate licet) statim sensu motúque animal destitui, & demortuú omnino apparet: & nisi statim in frigidá iniiciatur, penitus moriatur, & in eam iniectum veluti reuiuiscit. Propterea id enim quòd spiritus vniuersitate ab inspirato aere oppressa portiones reliquæ omnes ad eá confluxere: tú singulæ sui parté, quæ propriis in sedibus reliqua facta erat, à frigida correptam, molestia nimirum affectam sentientes, illi opem vt ferant ad suas singulæ redeunt sedes. Itaque vniuersitas non amplius ab iis cópressa, & inspirata crassitie deuicta, tandem propriæ restituitur naturæ. Et (vt existimare licet) ingens ille dolor, & mors etiam, quæ nullo propemodum temporis momento neruorum, quibus multus inest spiritus, non incisionem, sed compunctioné consequitur, non adeò neruorú præinexistentisq; spiritus vulnus, sed huius consequitur compressionem. Siquidé neruis recisis (spiritui nimirú, quo elabatur, patefacto aditu) si non penitus cessat dolor, imminuitur certè, & animal non cómoritur. Et membris, quibus nerui infixi sunt, abscisis, proinde & neruis, & præinexistente spiritu & ipso etiam animali maius passo malú, non adeò ac compunctis in neruis dolet & non interimit animal.

Itaque quoniam quacunq; occasione & quauis in corporis parte multum in sesplum spissatur spiritus nó summa modò molestia afficitur, sed penitus corrumpitur, & vaporibus è vétriculo ventréque ad caput sublatis, moltis præsertim crassisque (vt alibi declaratum est) summopere spiritus vniuersitatis offenditur, ad eámque spiritus portiones vndique confluunt omnes: vtique soporé mortémque, quæ quibusdam assumtis cibis animal corripit, non ab illorum natura viribúsque, sed à vaporibus fieri ex iis ad cerebri ventriculos elatis, spiritusq; vniuersitatis in iis inhabitante, immistis, & ab ea exuperari repugnantibus, proindéque è vaporibus è cibis eductis spiritum refici omnino existimandum est. Neque enim nullum illos in vsum, sed in malum omnino incommodúmque, ad spiritum efferri existimare licet.

Quòd si amplius id intueri libet, in dolore intueri licet, quem vapores, qui ex acribus exhalant cibis, capiti inferunt. Quoniam enim cerebro ii molesti esse non possunt, cuius scilicet substantiam nihil ij attingant, nec si attingant oblædant quicquam, & quòd nullum prorsus propriarum passionú animali sensum prebet: vtique spiritui, qui in cerebri ventriculi inhabitat, & cui vapores immiscentur, & qui à tenuitate quauis exuperari potest, & cuius sensus, qui animali fit, est omnis, dolorifici sint necesse est. Postremò & ex euaporatione, quæ è venis arteriísque quibusuis, quæ cerebri ventriculos attingunt, & ex ea amplius, quæ (vt dictum est) sub cerebri base in retiformem plexum complicata est, spiritum refici tum arteriæ longitudo angustiáque & situs, tú euaporationis natura, & pulsuó immutatio quæ Galeni testimonio spiritum imminuto malum aliud nullum animali passo fit, manifestissimè declarat. Propterea enim tanta talisq; facta & ibi locata est arteria, vt è lóga ea benéque agitata multa tenuisq. & pura educatur exhalatio: & propterea sub cerebri ventriculis collocata, vt ad eos illa efferatur.

Et propterea imminuto spiritu frequentiores fiút pulsus, quòd imminutum se is sentiens, & refici summopere apperés, procuránsque, & ex euaporatione inprimis (vt existimare licet) è plexu retiformi elapsa id fieri sentiés, frequentius arteriam, quæ in eum complicata est, itaque reliquas ita pulsat omnes. Nam (vt alibi dictum est) quoa vna in parte spiritus ædit pulsus, si præsertim magnum quempiam in vsum magnáve quapiam necessitate impulsus tales ibi edat, in reliquis etiam huiusmodi edit omnibus. Quoniam igitur ex aëre, quem inspiramus, vaporibúsque è rebus sublatis, quæ ventriculo ventrique insunt, & ex euaporatione quæ è sanguine in plexu retiformi contento exhalat, ab ipsomet spiritum, & à cerebri insuper substantia motúque amplius concoctis reficitur nutritúrque spiritus: vtique diuerso ex aere diuersisque è vaporibus, & diuersa imprimis ex euapotatione, & diuersa à cerebri natura motúque, proindéque & diuerso è sanguine, & diuerso ab arteriarum motu, diuersáq. earum densitate diuersum constitui spiritum existimandú omnino est. Age verò, quando (vt dictum est) non calore magis, quam tenuitate puritatéque inter se differunt spiritus: qui calor quàm tenuitatem quamtúmve puram, & è quali educat re, vel satis superius, & in commentario itidem de pluuiis declaratum, vt quæcunque ad tantæ rei explicationem pertinent veluti ante oculos posita sint, repetere ne grauemur.

Capvt XXXII.

Qui calor, quam tenuitatem, quámve puram, è quali educat re.



VONIAM (vt in superioribus declaratum est commétariis) quibusuis viribus donatus sit calor, quam subit molem eoúsque attenuat, quoad ita tenuem leuámque facit, nullo vt eam euehat labore, & vbi talem eam fecit, nihil vt tenuiorem faciat immoratur, sed mansionis compressio-

nísque

nisque impatiens egressum molitur, eumque nactus facta in tenuitaie statim elabitur: patet vtique tenuitatis dioersitatem non diuerso caloris robori, sed diuersæ rerum in quibus fit dispositioni tribuendam esse, & calorem quemuis è crassis densisque rebos, & quæ summæ modo tenuitati exitum præbeant, in tenuiore, è mollibus contra laxisque, & è quibos tenuitati cuiuis exitos pateat, in crassiore omnino exilire subiecto (nisi forte iis præditus sit viribus calor, quibus factam tenuitatem nullo temporis momento summã faciat) & è rebus, quæ veluti medias dispositiones sortitæ sont, robustiorem calorem qui scilicet magis eas laxet, & qui grauius etiã onus substineat, in minus tenoi, languidiorẽ contra, qui scilicet minus eas aperiat, & qui leuissimam modò substineat molem, in magis tenui elabi tenuitate. Et bene dissimilaribus è rebus, quæ scilicet è bene tenuibus beneque crassis partibus, & ita sibi ipsis immistis compositæ suot, vt nusquam alteræ seorsum ab alteris spectari queât, quæuis eæ sint dispositione, puriorẽ laguidior, impuriorem verò robustior educit tenuitatẽ calor. Magnis enim is agens viribus, tenuiores partes prius in summã agit tenuitatẽ, quã in crassiores ita laxet, vt elabenti illi exitus pateat. Nullum itaque ex his illa egressum nacta, & sommopere in harum angustiis compressa, confertim ex vniuersis si nul magnâque erompit vi. Itaque in longè minutissima eas frustula, & quæ sensum omnẽ lateât, at longè etiam crassissima distrumpit, secumque ea effert omnia: proindeque (quod dictum est) robustior calor nõ in crassiure modò, sed in impuriore etiam elabitur tenuitate. Itaque quales spiritus fiant inquirentibus non rerum modo, è quibus fiũt, quibus similes fieri existimãdum est, aeris inquam vaporumque, & euaporationis natura dispositioque & puritas, sed rerũ insuper, è quibos eæ exhalant, terræ scilicet ciborumque & sanguinis natura dispositióq;, & vniformitas difformitásque, & caloris, à quo illæ ingenerantur, robur inspiciendum est.

Capvt XXXIII.

Quibus in terris, quibúsque in corporibus moderatè calidi, tenues, purique & calidiores, tenuioresque & impuriores, tum & calidi crassique & impuri spiritus fiant. & fieri hos omnes posse, minime vero calidos crassósque & puros.



Vontam (vt dictum est) ex aeris qui inspiratur portione quapiam, & è vaporibus, qoi assiduè è ventriculo ventréque ascendunt, & ex euaporatione amplius, qoæ è plexu retiformi exhalat, reficitur spiritus, & illis hunc similem fieri existimandũ est, neque enim à languidissimo huius calore penitus illa exuperari penitúsque propriis exui conditionibus existimare licet: vtiq; qui crassas incolũt terras, & qui iecinore, corde, cerebroq; moderatè calidis crassisque, & dẽsis donati sunt arteriis, & qoibus hę, proindéq; & ipsum etiã cerebrũ moderato cõmouetur motu, calidũ iis tenuemq; & purum spiritũ inesse rationi cõsentaneum est. Crassis eoim è terris tenuis omnino porusque educitur aer, & à moderato iecinoris ventriculiq; calorẽ tennes, puriq; ex inexistentib. cibis nõ valdè prę sertim laxis dissimilaribusq; educuntur vapores, & calidus crassusque & purus conficitur sanguis. Et ex hoc, dẽsis præsertim contento in arteriis, nec vehementi exagitatis motu, calida, tenuis puráque exhalat eoaporatio, & in qua à moderato præsertim cerebri calore motúq; fuligines nullę fiant. Et moderatè calida crassioraq; qui sortiti sunt viscera, quòd huiusmodi conficiunt sanguinem: vtique & cerebrom etiam arteriásqoe (quæ scilicet è sanguinis portione quadam assiduè reficiuntur) huiusmodi sortitos esse, & moderato eas itaque & cerebrum commoueri oportet motu. Nihil enim à calore sanguini inexistente commorsus spiritus, nihil itaque amoliri opus habens appetensque, eo fortè tantùm arterias commouet motum, quo eorum modò onus reiiciat. At qui easdem quas, ij incolunt terras, easdémque & modo eodem pulsantes arterias, iecur verò cerebrumque & cor, vel illorum alterũ paulò calidios nacti sunt, spiritus in iis non calidiores modò tenuioresque, sed impuriores etiam fieri oportet. Quoniam enim res, qoas illorum vtrumuis concoquit, bene dissimilares dũ sunt, si vehemens sit alterius calor, queat vtique crassioribus earum partibus oihil dum laxatis adapertisq; tenuiores iis inexistentes in summam agerę tenuitatem, & quæ ab illis coerceri comprimique nõ subsistens exitúmque ex vniuersis illis moliens in munitissimas illas disrumpat frustula. Qui contra molles incolunt terras, & quibus viscera mollia quidem, at magna beneque calida, & corpulentus multique caloris capax ventriculus, & arteriæ insunt molles laxæque, & vehemẽtiore & hę & cerebrũ exagitatur motu: iis spiritum inesse existimandum est calidum quidem, at crassiorem impurioremque, rebus scilicet, è quibus reficitur, similem. Quoniã enim è mollibus, itaque dissimilaribus terris, quem inspirant, exhalat aer: vtique & crassus & impurus sit oportet, & vapores insuper, qui è cibis ventriculo ioexistentibus euaporatioqoe, quæ è sanguine in plexu retiformi contento exhalat. Nam & illi & hęc è bene dissimilari re, & bene robusto educta est à calore & è bene laxis hæc elapsa arteriis. Et fortè, dum in spiritum in ventriculis aguntur, à robustiore cerebri calore motúque aliæ in singulis fuligines fiunt. Nam bene dissimilares eas dum esse omnes, & vel à lãguido cerebri calore motuque tenuiores earũ partes in summam prius agit tenuitatem quàm crassiores, in quibus illæ continebantur, ita laxentur aperiantur que, vt elabenti illi exitus pateat, existimare licet.

Et quibus omnino quopiam à medicamento vnum modò cerebrom plos iusto crassius calidiusque factum est, turbulenti iis perplexique, fuliginosi nimirum spiritus inesse videntur. Et quibus magna molliaque & bene calida viscera, itaque & copiosus liquidúsque inest sanguis: ventriculus iis corpulẽtus, & cerebrum plus iusto calidum & arteriæ molles laxæque insunt, sanguini scilicet, è quo assiduè singula reficiuntur, similia sint oportet. Et frequentiores in iis fiunt pulsus, qoòd arteriis infideos spiritus à nimio fortè sanguinis iis inexistentis calore molestia quapiam afficitur. E liquido certè eo laxoque ne nimis euolet calor, frequentiore à frigidi aeris immistione retinendus omnino est. Spiritus porrò qui expositi sunt, qoin fieri queant omnes nihil (vt videtur) obstat. Neqoe enim caloti tenuitas puritásque & impuritas, nec crassities etiam impuritasque coire ineptæ sunt. At calidus crassusque & purus confici fortè non potest. Robustus enim calor (à quali vapores, è quibus calidus conficiatur spiritus, faciendi omnino sunt) dissimilaribus è rebus vt crassam educat tenuitatem, non certè vniformem eam, nec puram educat vnquam: & qoibus ex arteriis crassa elabitur euaporatio, quin fuligines ex iis elabantur, fieri non potest. Quibus certè è terris crassus enascitur aer, robustiore sub sole fuliginosus etiam fieri videtur.

Capvt XXXIIII.

Et in quibus frigidi, crassi, impurique, tum & frigidi, tenues, purique: & fieri vtrosque hos, at non crassos simul purósque, nec tenues impurósque.



Vt verò molles incolunt terras, & mollibus quidẽ, at nõ calidas visceribus, & cerebro huiusmodi, & laxis adapertisque donati sunt arteriis, frigidum in iis crassumque & impurum spiritum fieri existimandum est. Nam res è quibus reficitur crassæ omnes frigidæque sunt & impuræ, è mollissimis maximéque dissimilaribus rebus à non robusto factæ calore. Nã aer quiuis prę vaporibus, qui è vẽtriculo plexuq; retiformi ad spiritum efferuntur, & præ ipso amplius spiritu frigidus omnino videri potest. Et (vt dictũ est) in adeò tenuib. rebus quouis à calore fuligines fieri possunt: & quibus parùm calida molliáq; insunt viscera, itaque & parum calidus liquidusque ioest

sanguis, eetebrum etiam parum calidum molleque, & arteriæ laxæ insint, & languidos ex edát pulsus oportet. Nam & ipse, qui eas attollit, languidus est spiritus, & vehemétius vt attollat, nullam habet occasionem, nihil ab inexistente sanguine commorsus, & nullo, ne calor euolet, imminéte periculo. Qui verò tenui sub cælo degunt, & viscera frigida crassaque, itaque & cerebrū huiusmodi, & densas fortiti sunt arterias, & quæ moderatè pulsent, frigidum quidem iis & tennem pulsúmque spiritum fieri existimate licet. Nam & sanguinem iis inesse iudicandū est, qualia viscera sunt, frigidum crassumque, & à nulla & ipse, vt vehementius pulset, stimulatur necessitate. At (quod superius dictum est) si horum itidem secinoti cetebtoue paulò robustior insit calor, & qui in rebus, quas cōcoquit, fuligines facere queat: frigidus in iis adhuc quidem tenuisque, at non purus fiat spiritus. Et quin huiusmodi itidem spiritus confici talesque esse queant, nihil itidem (vt videtur) obstat. Nam langueuti calori crassities atque impuritas simul, & tenuitas puritasque, tum & tenuitas itidem impuritasque fieri cōite potest: minimè verò crassi simul puriq; fiant. Vt enim dictum est, mollibus dissimilaribusq; è rebus calor omnino nullus crassam vniformemque & puram educat euaporationem: & quæ tenuitati non bene dum tenui factæ patent arteriæ, quio fuliginibus etiam ex pateant ambigere non licet. Quòd si viscerum naturas dispositionésque sibi ipsis dissidentes, & cerebri itidem arteriarumque naturam dispositionémque, & motum minimè illis congruentem quidam fortiti sint, & aetem inspirent vapotibus euaporationique dissimilem: spiritus etiam in iis naturam dispositionémque iuxta illarum immutationes immutari oportet.

Capvt XXXV.

Spiritus inter se copia itidem, tum & capitis ventriculorúque, in quibus continetur, magnitudine figuraque differre.

Vrn & ob diuersam copiam summopere à seipsis differunt spiritus. Itaque singuli nihil prorsus immutati, at copiosiores tantùm facti non modò robustius singulas corporis partes commouent, & ad quæuis peragenda multo fiunt alacriores, motúsque, quibus olim à sensilibus commoti sunt, multo recolunt promptius: sed præsentea etiā, & quibus modò commouentur, longè percipiunt exquisitius, illorumque ad hos similitudinem dissimilitudinéque rectius intuentur, præstantius nimirum sentiunt præstantiúsque ratiocinantur. Imminuti verò nō modò languidius corpus commouent: sed multo pigrius deteriúsque præteritos motus recolunt, longéque obscurius præsentiū actiones percipiunt. Itaque dormientes, modico scilicet externis in partibus facto spiritu, non nisi vehementes illas ac ne has quidem interdum sentiunt. Et vbi diuturno à morbo diuturnâvè ab inedia vel diuturnioée à motu imminutus est spiritus, vel è cerebri vētriculis magna vniuersitatis portio ad quampiam corporis partem spiritui ibi laborantī opem latura confluxit, parùm sentit, multóque ratiocinatur deterius, quin ratiocinandi penitus impotens fit. Quòd nimirum languens iam, & veluti sibi ipsi timens spiritus, nec moueri, ad quos à præsentibus sensilibus agitur, moueri, & minus hos cum iis, quibus olim commotus est, conferre vacat, nec valet. Et fortè etiam, quòd iu copiosiore, magisque in seipsum collecto spiritu magis quàm in exili & parùm sibi ipsi vuito manifesti fiunt motus. Neque enim ne adeò spiritus spissetur, déseraturque, vt sensilium actiones reiiciat, vereri licet.

Copiosiores porrò fiunt spiritus à terum quibus nutriuntur copia bonitateque, & amplius fortè à viscerum, à quibus illæ fiunt, magnitudine roboreque. Quin & iisdem prorsus conditionibus viribúsque, & copia etiam donati qui sunt spiritus, at in cerebri ventriculis, qui & magnitudine & figura inter se differant, inhabitant, longè aliis alij præstantius ratiocinantur deteriúsve. Itaque quibus cerebrū ita percussum est, vt nihil prorsus ipsius substantia dispositiove, sed ventriculorum modò immutatus sit situs, è bene omnino intelligentibus veluti dementes facti sunt. Quia scilicet (vt dictum est) intellectio præteritorum motuum recolitione cum fiat, vtique nisi locus ad motus recolendos aptus spiritui adsit, in quo videlicet motibus, quibus olim commotus est, integris benéque à seipsis distinctis moueri queat, rectè ratiocinati nequeat prorsus. Nec mirum adeò à minimis, quæ spiritus constitutionem intellectionemque attingunt, eius & substantiam & intellectionem immutari. Nam & reliqua entia quæuis, multóque quàm spiritus est minus tenuia minúsque patibilia, & quibus operationes multo quàm ratiocinatio est faciliores simpliciorésque edendæ sunt, vel minima rerum quæ ad ipsorum generationem operationémve spectent, immutatione longè diuersa ipsa fieri longéque diuersas edere videntur operationes. Multò itaque amplius rerum, quæ quauis ratione ad spiritum intellectionemque, ad longè scilicet tenuissimam maximéque patibilem substantiam operationemque pertinent longè omnium difficilimam, quauis immutata, summopere immutari vtrūq; oportet.

Capvt XXXVI.

Non intelligentia modo spiritus inter se differre, quòd calore tenuitateque & puritate differant, sed motibus etiam & bonitate prauitateque, virtutibus nimirum vitiisque.

Ne verò intelligentia modò propterea inter se differūt spiritus, quòd calore tenuitateque & puritate inter se differunt, sed motibus etiā & bonitate prauitateque, iis nimirum operādi facultatibus, quæ rectè vbi operantur virtutes dicūtur. Vbi scilicet quæ ad propriam conseruationem perfectionemque spectant operari sciunt, & quin ea operentur, & quæ propriam substantiam oblædunt corrumpuntque aut fœdant non operentur, neque à molestiis laboribusque aut periculis retardati, neque à voluptatibus allici possunt vllis: vitia contra, vbi vel illa operandi ignaræ sunt, vel operari pigrescunt reformidantve, à molestiis laboribusque aut periculis, nunquam operatea excipiunt, reiectæ, vel à voluptate illectæ, à quibus perdantur aut peiores fiant, operari nihil verentur. Propterea enim vel moderatæ, vel segnes effrenesue facultates fiunt, quòd spiritus, cuius sunt, vel moderatè calidus tenuisque & purus, vel iusto plus aut minus calidior tenniorque & impurus factus est. Et omnino quoniam vel si à cupiditatibus odiisque ad huiusmodi operationes operādas impellitur spiritus, nunquam tamen aut pertarò certè eas operari aggreditur, quin prius ope randæ ne eæ fiot ratiocinetur & operandas decernat: vtique probæ is qui rectè, prauas verò qui perperam ratiocinatur, operetur oportet. Illas nimirum, qui moderatè calidus tenuisque & purus, has contra, qui plus iusto aut minus calidus tenuisve, & qui impurus est.



BERNARDINI TELESII

Consentini,

DE RERUM NATURA

iuxta propria principia,

Liber nonus.

CAPVT I.

Passiones, quibus ab iis, quæ sentit, & quæ intelligit, afficitur spiritus, tum & mensuram, qua, vt bonum, cuius gratia afficitur operatúrque, consequatur boniśque ipse sit, affici operarique oportet, inquirendas, ac inquirendam esse.

V æ sentit & quæ intelligit spiritus, prætерea & modus quo sentit & quo intelligit, satis est (vt existimo) in superioribus explicatus commentariis. Cupiditates modò odiáque, & aliæ huiusmodi explicande remanent passiones, quibus ab iis quæ sentit & quę intelligit afficitur spiritus, & ad operationes operãdas commonetur, quæ ipsæ bonæ prauæve, & virtutum vitiorúmve, & qui eas operantur spiritus boni prauive, & virtutibus vitiisue donati dicuntur. Præterea & mensura, qua bonum, cuius gratia afficiuntur cõmouentúrq; & operantur spiritus, vt consequantur probíque fint, afficiendi cõmouendíque sunt, inquirenda est. Nam si natura, proindéque (vt dictum est) boni cuiuspiam consequendi gratia afficiuntur commouenturque & operantur: quoniam operationum, quas iuxta affectus operantur spiritus, non iucundæ omnes, & quæ laboribus periculísque edantur nullis, sed vel summè fortè necessariæ summéque salutares, supremæ certè quæ sunt nobilissimæque, sommè molestæ summéq. sunt laboriosæ, & multis magnísque obsep:æ periculis: quas igitur vel nullas, vel minores quam oportet operentur, & iucundæ quæ sunt, & à quibus operandis abstrahi nolint spiritus, non puræ sunt sinceræque, & quas ipsi per se operentur spiritus, sed quas vt edant, cum alienis repugnantibúsque & oblædentibus confictandum pugnandúmque sit rebus, & vel alienæ assumendæ, vel propriæ emittendæ, & quibus proprium in vsum opus habent aliis tribuendæ, quas igitur si nulla operentur mensura, magno sui ipsorum incommodo magnóque operentur malo, & quamuis à malis, quæ immoderatos deficientésue affectus operationésque excipere, quatenus affici operaríq; oporteat, admoneri possunt, tamen, quoniã non spiritus quiuis futuros euentus in præteritis intueri apti sunt, & vel qui id etiam possunt, quòd magis à præsentibus quàm à futuris, & ab iis omnino quæ sentiunt, quàm ab iis quæ intelligunt commouentur rebus, itaque plerique parum quæ præsentes voluptates præsentésque molestias molestiæ maláque vel quies bonáque exceptura sint, intuẽtes à pręsentibus nos voluptatibus, & quas magni excepturi sint dolores, allici nos sinimus, operationésque, à quibus illis afficimur, operandi nullum facimus finem: vel præsentes molestias præsentésque pertæsi labores, & à præsentibus deterriti periculis, vel nihil vel minus quàm oportet operationes operamur, quæ magnum in posterum nobis pariant bonum, & quòd omnino, si, quas diximus, operationes nimiæ imminutæve vbi eduntur, malas esse cuiuis quidem notũ est, at terminus certè ad quem contractæ extensæue bonæ sint, plerisque ignotus est: Vtrique (quod dictum est) mensura, & veluti canon quidam inquirendus est, quo illarum excessum defectúmque proximius dignoscamus.

Nec verò (quod in aliis fortasse quibusdam facere licet) vt in illius cognitione conquiescamus. Sed siquidẽ natura, qua oportet, mensura afficimur commouemurque, ea vt semper afficiamur commoueamúrque: sin verò plus minúsue, vt affectus, & quas iuxta eos edimus operationes, intendamus remittamúsue, tantum omnino afficiamur commoueamúrqoe, quantum affecti commoríque bonum, cuius gratia afficimur commouemúrque, & purum id nullique admistum malo consequamur. Nam si id est spiritus ingenium, vt quædam sentiens intelligénsve statim ea appetat auersetúrum, & vel sectanda vel declinanda reiiciendáque decernat, & amplexetur omnino vel reiiciat, & quædam ne appetãt auersetúrue contineri nequeat, quædam verò alia vt appetat impelli non posit: at inditas certè appetitiones odiáque excitare reprimeréque potest, & magis minúsve operari in eius omnino est potestate. Nec verò præsentes modò affectus singulos singulásque pręsentes operationes, sed futuras etiam omnes, quin ipsam, quæ afficitur, facultatem coercendi extendendíque, & veluti naturam ita vel ita appetendi operandíque sibi indendi facultate donatus est spiritus. Et manifestè qui à malis, quæ immoderatè vel segnius operantes excepere, affectus operationésque intẽdẽdas remittendasue esse admoniti, eousque eas intendunt remittúntve, quousque propositum consequantur bonum, nullóque ab iis malo afficiantur, qua oportet tandem mensura natura afficiuntur commouentúrque & operantur. Quoniam verò qua spiritus afficiendi, & qua iuxta affectus operandum iis est, mensura haberi non potest, nisi quæ ij appetunt bona, sui ne ipsorum gratia singula, an vt ipsorum opera aliud consequantur bonum, appetenda sint omnia, itaque reliqua, quæ bona apparent appetuntúrque, eatenus bona expetendaque sint, quatenus quòd verè bonum veréque est expetendum procurant notum fiat: vtique illud inptimis, & bonum omnino, cuius consequendi gratia tot spiritui appetitus inditi sunt, inquirendum. Quod nimirum manifestum si fiat, mensura etiam, qua affectus & quæ eos insequuntur operationes extendendæ sint coercendæve, conspicua etiam fit: tantos nimirum affectus tantásque operationes oporteat esse, quantis propositum comparetur bonum.

CAPVT II.

Spiritum, vt proprium supremúmque bonum, sui ipsius conseruationem appetere, reliqua quæ appetit bona illius omnino gratia appetere omnia.

SPIRITVS molta quidem diuersaq; sppetere, & multa diuersaque auersari, & multas diuersasque operario petationes, & singulas, vel boni cuiuspiam consequendi, vel cuiuspiā mali repellendi gratia, multi omoino spiritui inesse appetitos odiaque multa, & bona multa appetere multaq; auersari videtur mala. At eius tamen sffectus omnes, omnesque operationes voom eundémque propositum habeta scopū, & vnius omnino boni consequendi gratia, quibus afficitur passiooibus, & qoas operatur operstiones, omnib. affici operatiq; omnes, & vnū omnino proprium, supremumq; esse spiritus bonū, & cuius gratia reliqua appetantur cōquitantiurq; omnia, ambigi non potest. Siquidem manifestè bonorum, quæ spiritus appetit, quoduis, si nimium fiat, satietatem tandem molestiamue afferat. Absit verò per se bonum quod est iocundúmque, satietate id vnquam molestiàve vt afficiat vlla, vel vt incommodum malumque sit vnquam: quin quò maius id sit diuturniusque, eò melius sit iucundiusque, & magis assiduè expetitur. Multa præterea diuerlaqoe cum sint, quæ spiritus apperit bona, si noo vnius omnia eiusdémque boni conseqoendi, sed sui ipsotum gratia singula appetat sectetutque, itaque diuersi fiot eius appetitus: nūquam ij sibi ipsis coocordes fiant, & nunquam omninn (quod facete interdum videtur) maoifestorum bonorum teliquis contemptis omnibus voiuersus ad vnum feratut spiritus, sed perpetuo in quæ proposita sunt omnia distrahatur, & si quidem vno ex iis potiri contentus sit, eò perpetuo potiri velit, quod iucundus appateat vtiliusue, quin (quod dictum est) nullum omnino præligat voqusm, vt qui canonem, quo quid prçeligendum sit habeat nullum. Nam si alterius & vnius omnino eiusdémque boni gratis reliqua apperantut omnia, in promptu quidem is est. Id oimirum perpetuo reliquis antehabendum statuat, quod ad supremum comparandum bonum magis confert, vel si minus ipsum per se expetendum appateat, & molestiis etiam multis multisque comparandum sit laboribus. Vnum porrò, quæ afficitur, facultas bonum cùm appetat quæratque, & si quidem seotienti intelligentique eadem ea non est, at sentientis certè intelligentisque in ministerium indita spiritui cùm sit, & propteraa omnino, vt quæ bona hæc percipit, appetat ea ipsa sectetutque & quæ mala huic visa sunt, auersetur repellatque: quin boni eiusdem cōsequendi gratia, cuius & sentiens intelligansque spiritui tributa sit, dubitare non licet.

Quoniam igitur vel omnium consensu propterea sentiens indita est intelligensque, vt bona, & quæ spiritum fouent seruantque, & mala & quæ spiritū oblædunt corrumpuntque dignoscant, & quæ afficitur facultas perpetuo illa appetit sectaturque, & hæc auersatur reiicitque: vtique se ipsum conseruandi gratia spititum ea donatū esse, & supremum omoino booum, quod ea appetit sectaturque, spiritus consetuationem esse, liquido patet. Non iners nimirum neque impotens, nec malus omninn artifex rerum conditor, & qui quæ ipse constituit entia seruati neglexetit, vel modum iis facultatemque, qua seruent se, largiri nequiuerit nolueritve: sed longè sapientissimus potentissimusque & optimus, qoæ danda singulis fuere, vt quamdiu licet seruentur, singulis ea trsdidit omnia. Itaque è cootrariis, & quæ sese mutuo perdsnt destruantqoe entibus cùm mundum construxisset: alianarum actionum, & sui ipsorum passionum sensum illis indidit omnibus. Et bene blaodum beneque iucundum rerum, quæ fouent seroantque, & bene tristem amatúmqoe earum, quæ oblædunt cortumpuntque a quo illas sectarentur amplexanturque, has declinarent aufugerentque. At animalium spiritui præteritarum iosuper passionum memoriam, vt quæ bona malaue semel percepta foterit, nihil ea sentiens, nihilqoe rursus ab iis passus, bona malaue esse sciret, tum & illorum appetitum & horum odium.

Itaque bonum, cuius consequendi gratia afficitur commoueturqua spititus, ipsius consetuationem essa ambigi non potest. Nec verò spiritus modò, sed ens prçeterea quoduis oon aliod consequi appetereue potest bonum, nisi vt in propria seruetur natura, qoale omoino est, tale perpetuo vt permaneat: nec malum aliud vllum pati, nisi vt corrumpatur. Et quæ io Solem agitur terra, summum omnino ea patitur malum: quæ scilicet in non ens agitur. Neque enim quæ remanet materiæ moles, sed quæ perit natura, Terra est. Quòd si reliqua, quæ bona nobis videntur & quæ apperimus, diligentius inspicias, conseruationis gratia experi omnia manifestè videas, & quę spiritus appetit auersaturque & operatur, propterea ea sppetere auersarique & operari, quòd sui ipsius conseruationem apperat procuretqoe, satis sequēs maoifestabit sermo. Nec verò quòd id inquirimus bonum, quod natura ducu & propriis viribus consequi spititus potest, incusandi propterea simus. Siquidem rerum naturam inquirētibus id spiritus bonum; quod à propria ipsius natura & à propriis viribus babere potest, ioquirendum omnioo est.

Tum coospectum id, nihilo nos ad verum bominis bonum, & quod immensa Dei bonitas vel proprij filij sanguine nobis comparatum voluit, & quod summa ipsius benignitas iis nostris concessit operationibus, quas io ipsius obsequium bonoremq; operemur, nobis comparandum segniores ineptioresve, quin multo alacriores faciat promptioresque. Qnoniam enim quibus operationibus iuxta naturam editis momentaneum summéque incertum bonum consequitur, nō purum omnino & in quo peoitus conquiescere liceat, iisdem propemodum (vt videbitur) iuxta Dei præcepta, & in Dei obsequium gloriamque editis, & hanc degentibus vitam summa certaque qnies, & in aliam actis summa æternaqoe comparatur beatitudo: vtique nisi nō impij modò ferique, sed penitus stupidi penitusque stolidi simus, naturæ vires bonáque, & naturam ipsam contemnamus, pene & auersemur, summam verò Dei potentiam bonitatémque & Deum ipsum summè vaneremur summéq; amemus & iuxta eius præcepta assiduè operemur, vt quod suis ipse pollicitus est bonum, nobis compatemus. Age igitur institutum opus prosequamur.

CAPVT III.

A quibus afficitur commouetur que spiritus.

HOMINVM spiritus, qualiscunque sit, entiū animaliúmque reliqootum tiru se ipsum conseruandi propriamqoa operationem operandi, motus nimirum edendi seseque iis oblectandi, se ipsum omnino conseruandi summè est appetens. Siquidem (vt in superioribus declaratum est commentatiis) propria operatio ens quoduis summè conseruat summáque afficit voluptate, & voluptas non rei alterius, sed vnius conseruationis est sensus. Itaque quòd alieno in loco & inter contraria genitus entia, & corpori inditus est spiritus, à quo nec adeò ab illorum viribus protegi, nec adeo retineri potest, quin assiduè ab illis oblædatur assidoéque elabatur, proindeque & imminuatur assiduè, & quòd corpus etiā ipsum; nec ab ambiētibus modò viribus, sed à proprio etiā calore assiduè immutator corrūpiturque, itaqoe breui vtrumq; pereat, nisi res sibi compater spiritus, à qoibus illę reiiciantur, & quibus & corpus & ipsa itidem reficiantur, & nunqoam adeo illa reiici adeoq; ipse & corpus refici potest, quin assiduè & ipse & corpus ab illi oblædatur imminuaturque, itaq; penitus vtrumq; pereat tandem, nisi veluti nouū vtromq; fiat, aliud s. corpus generetor aliusq; ei spiritos indatur, & quòd corpori inclusus bene grsui, beneqoe vniuerso denso, & in quo oollum adeo pateotem liberumque nactos sit locū, vbi ipse per se propriisq; viribus, & nullsm corporis molem secū vectans, nihilque à continētibus eum rebus grsoatus oppressusque motum, à quo voluptate afficiatur, edere qoeat, sed (vt suo amplius loco expositum est) moto vt oblectetur ab aliis commouendus sit rebus: vtiqoe rerum omniom vires sentire intelligereue, & quæ modum ipsi facultatémque præbent sese à frigoribus æstibusque protegendi outriendiq; & unuū factēdi, & quę eum cōmouent & adpro-

ad propriam agunt operationem, appetat ea spiritus omnia sectetúrque, & iis affluentibus summopere gaudeat & veluti exultet, quíque iis ipsum donant summopere eos amet colátque, deficientibúsque contra iis moereat & veluti deiiciatur, vehementérque odio habeat, & puniri etiam appetat qui eorum quopiam & libertate amplius vitáque ipsum priuare procurant.

Tum quòd singuli per se, & ab aliis seorsum, & nihil omnino sese mutuò adiuuantes, siquidem viuere, non cómodam verò nec securam degere queant vitam, neque enim, quæ ad eam conseruandam necessaria sunt, singuli sibiipsis comparare omnia, nec per seipsos singuli, nullàque aliorum ope malis necessitatibúsque, quibus assiduè opprimûtur, nec seipsos singuli ab aliorum animalium & à prauorum hominum violentia superbiáque satis tueri confidant queantve, & quia quod temporis à cumparãdis superest rebus remitti exhilararique & oblectari vult spiritus, idque vt fiat aliorum omnino opus est ope præsentiáque: vtique hominum societates & conuictum etiam familiaritatémque & beneuolentiam præterea appetat procurétque oportet. Et quòd in consanguineis quidem cognatísque & amicis amplius, at in hominibus omnino, si nullum ab iis timeat malum, seruari videtur omnibus, & illorum bona sibi itidem commoda, horum verò non incommoda futura intelligit, & quòd à prauis hominibus malum timet, eóque amplius quo potentiores fiant, & quæ bona maláve aliis euenere sibiipsis singuli euenire posse intelligunt: vtique cognatorum quidem amicorúmque amplius, at hominum omnino omnium salutem appetat procurétque, & eorum bonis lætetur, malis verò tristetur oportet, & summo odio prosequatur maláque iis euenire optet & procuret etiam, quibus nullum malum nullámque qui merentur iniuriam dinexsut eos opprimúntve, afflictos verò oppressósque & miseros omnino omnes subleuare adiuuaréque appetat procurétque, idque si non liceat, at eorum certè miseriis infortuniísque doleat tristetúrque. Et quia non ibi tantùm corrumpi videtur spiritus, vbi occidit perítque, sed nihilò penè minus vbi alios propria natura puriore iísque amplioribus donatos bonis intuetur, quæ ad spiritum conseruandum perficiendúmque commoda sunt, vbi omnino æquè atque alij conseruari perficique aptus cùm sit, alios conseruari a ptiores perfectiorésque, proindéque in iis sui ipsius corruptionem intuetur: vtique, quæ in aliis intuetur bona appetat procurétque, & non alios modò (si aliorum culpa iis donatus non est) sed se etiam ipsum odio habeat, & propriam prauitatem ignauiámque damnet, sua si culpa iis careat, oportet.

Postremò & quòd adeò sui ipsius conseruationẽ puritatémque appetit, adeóque sui ipsius corruptionem impuritatémque exhorret auersatúrque spiritus, vt vel summè conseruari aptus purúsque si fit, & iis, quæ ad sui ipsius conseruationem pertinent, summè affluat omnibus, at non talis appareat, vehementer indignetur summáque afficiatur molestia, & corruptioni obnoxius impurúsque, & bonorum, quæ ad sui ipsius conseruationẽ opus sunt, inops si sit omnium, purus tamen bonúsque, & omnibus, quæ diximus, bonis affluens videri haberíque appetit, & talis visus habitúsque summè gaudet & veluti exultat, quòd nimirum, qualis aliis videtur habetúrque, talis quoquomodo fieri videtur. proindéque gloriosus sui natura celsúsque & erectus apparet spiritus, neque enim aliæ eius conditiones aut res omnino aliæ vllæ honores gloriámque & obsequium spiritui pariũt, nisi quæ spiritum conseruari aptum purúmque, & operationum, quæ humani spiritus propriæ sunt, scientem potentémque ostendunt, & contemptu ij prorsus sunt, qui corruptioni obnoxij impuríque & operationibus gaudére apparent quæ spiritum corrumpunt inquinántque, ea omnino omnia in aliis honoramus quæ nobisipsis appetimus, eáque in aliis contemnimus quæ nobis odio sunt, itaque quoquomodo ab iis corrumpi videtur à quibus contemnitur despicitúrque, & quoquomodo ab iis seruari à quibus honore afficitur: vtique vehementer illis infensus sit summoperéque hos amet, & honores omnino, vt propriæ puritatis præstantiæque, & ad seipsum omnino conseruandum facultatis aptitudinísque iuditium, vehementer appetat, summoque studio procuret oportet.

CAPVT IIII.

Affectuum operationúmque, quæ iuxta affectus eduntur, mensuram spiritus conseruationem oportere esse. Et virtutes spiritus facultates esse, quæ eousque afficiuntur operatúrque, quousque, vt conseruetur spiritus, affici operarique oportet: vitia contra quæ magis minúsve.

QVONIAM igitur quibus cupiditatibus quibusque odiis & aliis huiusmodi passionibus afficitur spiritus, & quas iuxta affectus, quos diximus, operationes operatur, propterea illarum quauis afficitur, & harum operatur quamuis, vt seipsum conseruet propriáq; oblectet operatione, seipsum inquam vt conseruet: vtique mensura, qua afficiendus commouendúsque est, sui ipsius conseruatio sit oportet. eoúsque scilicet afficiendus commouendúsque est spiritus, & eoúsque iuxta affectus operandum spiritui est, dũ quæ editur operatio eius conseruationem procuret & spiritum omnino conseruet: malum verò vbi illa inferre incipit, vel operationes, quibus conseruatur perficiturue spiritus, impedit, vel iucundissima si sit nihil ea vlterius operanda. Contrà vel molestissima quæ sit, & ad spiritus conseruationem perfectionémve necessaria, edenda, & tandiù omnino, quandiù spiritus conseruationi perfectionive bona est commodáque: non à voluptate omnino ad operandum impellendus, neque à dolore ab operationibus reiiciendus, sed à sui ipsius conseruatione vtrumque.

At verò, quòd tanti res momenti, & cuius fortè gratia reliqua inquirenda sunt omnia, proximius inspiciẽda est: singulos affectus, & singulas quæ iuxta eos eduntur operationes distinctius intueri, & quam licet singulis mensuram attribuere tentandum omnino est. Et quoniam moderatè qui afficitur operatúrque spiritus, iuxta virtutem affici operarique, & virtute donatus, qui verò immoderatè afficitur operatúrque, iuxta vitium affici operarique, & vitiosus dicitur, quin ipsi omnino affectus, prout moderati vel effrænes segnésve sunt, virtutes dicuntur vitiáque: vtique & nos communem vsum loquẽdi secuti affectus singulos, singulásque operationes, vel spiritus facultates, quæ afficiuntur operantúrque (neque enim affectus ipsi ipsæue operationes, sed quæ afficiuntur operantúrque res virtutes dicuntur vitiáq;) prout moderatè vel immoderatè afficiuntur operantúrque, virtutes ac vitia dicamus.

Liceat enim, vel si quæ patitur quæque operatur spiritus, vniuersus ea patitur operatúrque & facultates, iuxta quas pati operarique dicitur, ab ipsomet spiritu aliæ non sunt, nec verò veluti ei appensæ, aut quæpiam eius partes, quæ à reliquis distingui queant, sed spiritui vniuerso ita penitus inhærent penitúsq; infixæ sunt, vt nullã spiritus portionem, cui facultates non insint omnes, nec facultatem vllam, à spiritus substãtia repositam inuenire liceat, magis omnino facultates spiritus substantiæ, spirĩtuíque ipsi vnitæ sunt, quàm proprio subiecto natura agens vlla, proindéque non eius facultates, sed ipsimet spiritus vniuersáque eius substantia afficitur operatúrque: quoniam iuxta facultates omnino afficitur operatúrque, propterea scilicet afficitur operatúrque, quòd affici operarique potest, nec refert quicquam, ipsum ne spiritum iuxta quampiam sui facultatem, an facultatem ipsam affici operarique dixeris, & quæ inquiruntur, explicandæque res sunt, commodius magísque explicentur distinctè, & facilius intelligantur, si facultates ipsæ, quàm si spiritus affici operarique ponatur: liceat inquã affectus operationésque omnes, proindéque & virtutes vitiáque facultatibus attribuere, facultatésque nimirum ipsas virtutes vitiaque ponere.

Virtutes quidem, quæ vel natura vel disciplina vel vtraque eoúsque afficiuntur operantúrque, quoúsque ad

spiritus cõseruationẽ perfectionẽmq. affici operarique oportet, nec à volnptate vlla ad operãdũ allici possũt, si earũ operatio oblędit, aut deteriorẽ spiritũ facit, aut etiã ne perficiatur impedimento est, nec à laborib. molestiisve, nec à periculis etiã vllis, quin operẽtur, repelluntur, vbi earum operatione conseruatur perficiatúrve spiritus, sed id omnino perpetuo operantur, quod, vt spiritus conseruetur perficiatúrve, operandum est. Vitia contra easdem esse, vbi operandi suauitate illectæ summo etiam spiritus malo operari minimè cessant, vel operari pigrescunt reformidántve, vbi earum operatio vel seruet vel perficiat spiritum. Age porrò illarum numerum inquiramus.

Capvt V.

Virtutum numerum è facultatum, quæ afficiuntur, operantúrque numero habendum esse: & quæ facultas, quæ virtus sit.

Virtvtes omnes omniáque vitia virtutẽ vnam vnúmque esse vitium manifestissimum quidem est. Quoniam enim virtutis, quã quęrimus, id est munus, vt affectus, & quæ iuxta eos eduntur operationes, prout ad spiritus cõseruationẽ intẽdendæ sunt remittẽdæve, intẽdat remittátve idq. ea modò operari pôt facultas, quæ è præteritis malis, quib. ab immoderatis deficiẽtibúsve operationib. operationibúsque affectus est spiritus, quantas eas fieri oporteat colligere & veluti metiri queat: vtique non quæ appetunt operantúrque, sed vna modò ratiocinans facultas virtus vitiúmque poni debet. Virtus quidem, quæ rectè præteritas passiones præteritásque recolens operationes, & quæ ex iis bona maláve spiritui euenere, tantas illas oportere esse decernit, quantas malo nullo, sed bono, cuius assequendi gratia operatur, puto afficiatur integróque: vitium verò, quæ nihil aut non satis præteritas passiones operationésque recolens nullam præcedentibus mensuram imponit. Nam quæ appetunt, & quę iuxta appetitus operantur facultates, quàm longissimè absunt, vt præteritas recolant passiones, futurasque ex iis præuidere sciant curéntve, sed præsentia tantùm bona maláve appetunt auersantúrque, quæ sentiens intelligénsque appetenda esse auersandáque statuit. At vna tantùm intelligens virtus ponenda cùm sit, quoniam diuersis ea appetendi operandíque facultatibus mensuram modúmque præscribit: vtique veluti in multas secari potest, & tot fieri, quot facultates sunt quæ afficiuntur operantúrque, quibus scilicet omnibus quousque appetendum operandúmque est præscribit, & cuius omnino opera præceptísque appetentes operantésque facultates bonæ & virtutes fiunt. itaque virtutum numerus ex affectuum operationumque, quæ iuxta eas eduntur, numero habẽdus omnino est: in tot nimirum virtutes intelligens diuidenda & tot appellanda vocibus, quot affectus moderandi & operationes, quæ iuxta eos edendę sunt, & quibus omnino spiritus conseruatio perfectióve procuranda est, dirigendæ.

Quoniam igitur (vt diximus) rerum omnium naturas percipere summè est spiritui bonũ summéq. cõmodũ & summè etiã necessariũ, vt molestas noxiásque declinet, & iucundas salutarésque amplexetur, & variis insuper diuersisq, earũ virib. variis diuersisque occurrat necessitatibus, & omniscius omnino, omnia nimirum sentire intueriq. aptus cùm sit spiritus vtique quę rerum omnium naturas virésque sentiẽdas, & quæ sentiri nõ possunt intelligendas præcipit procuratque & intelligit omnino intelligens, virtus omnino, & reliquarum fortè omnium princeps magistrásque, & quæ sapientis dicenda sit. Siquidem, vel omnium consensu, is sapiens est qui rerum omnium naturam & vires inspexit. Tum quoniam assiduè ab ambientis viribus oppugnatur oblęditurque, & assiduè exhalat spiritus, assiduè omnino imminuitur, itaque breui perest, nisi à frigoribus æstibusque se protegat & reficiat assiduè, & nunquam satis defensus refectusque penitùs pereat tandem, nisi veluti nouum se faciat, & quòd nullo per se motu, quo oblectetur, moueri potest, sed vt commoueatur, vel cibi assumendi vel semen emittendum, proindéque & res comparandæ spiritui sunt, quibus frigora ęstusque repellat, & cibi insuper venusque, quibus se nutriat generétque & oblectet: vtique quæ qua oportet diligentia mensuráque ad frigora æstusque vitandos opus quæ sunt, & ad cætera quæ ad spiritus conseruationem commodomque pertinent procuranda faciendaque, & quæ eos tantósque cibos assumendos, qui quantique spiritui boni sunt salutarésque, eamque, & eousque venerem exercendam decernit intelligens, quam exercere liceat, & quæ spiritus conseruetur, virtus omnino, & quæ, vel si vnius sit intelligẽtis præstantia, at (quòd diuersos moderatur affectus) multiplex videri, multis certè appellari nominibus potest, Solertia nimirum, quæ rerum comparandarum, quæ verò earundem fruendarum rationem mensuramque inuenit præscribitque, Liberalitas, quæ ciborum assumptionem, Sobrietas: Castitas verò, quæ veneris vsum coercet dirigitque.

Et quoniam insuper rerum, quæ ad spiritus conseruationem comparandæ sunt, magnis earum multæ laboribus magnisque comparandæ sunt periculis, iisque quauis ratione affatim donatus, nimis interdum exhilaratur diffunditurque & veluti exultat, iisdémque quauis ratione spoliatus nimis interdum tristatur contrahitúrque & deiicitur spiritus, & quòd cúm, quas diximus, res, tum verò & spiritus ipsius salus libertasque à prauorum hominum violentia defendẽda est (neque enim desunt, qui laborum molestiarumque, quibus, quæ dictæ sunt, res comparandæ sunt, impatientes, quas alij sibiipsis cõparatunt, inuadere, & vel dominorum exitio sibi illas vẽdicare nihil vereantur, non aliis propriis vt ij laboribus, nec quæ ad vitam modò substentandam necessaria sunt, sed quæ ad voluptates quasuis & quemuis pertinẽs ad luxum & ministerium etiam quoduis sibi vt præstẽt, vim inferant, & repugnantes vel ipsa puniant morte) quas omnino quæ comparandæ res sunt magnis interdum laboribus comparantur, & prosperis aduersisq; rerum successibus turbatur exagitaturque spiritus, & prauorum hominum violentia, vt reiiciatur puniaturque etiam, vbi oportet, magna subeunda sunt pericula, proindéque horum quoduis plus iusto minúsve factum magnum spiritui inferre potest malum: vtique quæ qua oportet mensura fieri omnia decernit intelligens, ipsa itidem virtus, quæ Fortitudo dicitur Et quia hominum societate, præterea & conuictu familiaritatéq; & beneuolentia summopere opus habet, summopetéque gaudet spiritus: vtique quæ operationes, quibus illæ constituuntur conseruantúrque, operandas rectè statuit intelligens, virtus & ipsa benéque & ipsa multiplex (siquidẽ multis illæ constituendæ sunt conseruandæque operationibus) & quæ omnino in Iustitiam, Veritatem, Beneficentiam, Gratitudinem, Æqualitatem, Mansuetudinẽque & Hilaritatem diuidi possit.

Neque enim sibiipsis coeant homines, nisi singuli ab aliorum omnium securi sint violentia, nec quę ad publicam priuatámque spectant vtilitatem tractari queãt, nisi veraces simus omnes, proindeque singulorum dictis fides haberi possit, nec cum iis libenter viuamus, aut eos amemus vnquàm, qui quibus possunt, & quibus ipsi opus habemus, nos non afficiant bonis, nec iis amplius libenter benefaciamus, qui acceptorum beneficiorum immemores paria & maiora etiam (si liceat) non referãt, nec relaturi appareant, nec cum iis viuere iucundum sit, qui perpetuò plus sibi quàm aliis arrogant, vel qui quauis de causa indignẽtur, excandescãt, vel perpetuò tristes sint. Et quoniam cognatorum quidem amicorũque amplius, ac ciuium etiam, quin hominum omnium bona malaque ad singulos pertinent, & vtraque bona maláq; singulis fieri possũt, & quæ aliis euenere sibiipsis singulis euenire posse intelligunt: vtiq. quæ, vti oportet, aliorum bonis malisque gaudendum dolendúmve decernit intelligens, virtus & ipsa, & quæ in Benignitatem Indignationémque & Misericordiã diuidi possit. Liceat enim quæ alienis gaudeat bonis, quoniam proprio

(vt

(vt videtur) caret, alienn quidem, at non valde remoto fortè nomine Benignitatem appellare, & Indignationẽ, quæ praonrom dolet bonis. Siqnidem prauis indignísve bona euenite vbi intelligit spiritus, indignari videtur, & aliorum, quæ dolet, miseriis manifestè misericordia est. Et quia adeò sui ipsius conseruationem puritatémq; appetit spiritus, vt nunquam, qna ad seipsum conseruandum faculeate aptitudinéque & puritate donatus est, contentus sit, sed si quempiam conseruari potentiorem aptiorémve aut puriorẽ intueatur, quasi in eo propriorum bonorum propriæque puritatis defectũ & sui ipsiua corruptionem intneatur, molestia afficitur, & quibus illi bonis quáque donati sunt puritate se quoque donatum non esse tristatur & donati appetit: vtique qnæ, in alijs bona puritatémque intuetur intelligens, sibi etiam comparandam, & spititum omnino aliorum nullo minus consetuari potentem aptúmve & minua purum faciendum esse decernit intelligens, virtua omnino, & Æmulatio dici potest.

Et quòd quoqnomodo ab iis corrumpl impurarique videtur, à quibus vt corruptioni obnoxius imporúsque tractatur, à qnibus nimirum contemnitur despicitúrque, cóque amplius si nihilo iis conseruati ineptior impuriórve, nihil scilicet despiciendus sit contemnendúsque proindéqne eos odio habet, eorumque fastnm elationémque, deiicere appetit, & quoquomodo ab iis conseruari porusque fieri, à quibus vt conseruari aptus, & vt pnrns, à quibus scilicet in honore habetur, itaque amore eos beneuolentiaque prosequitur, & honores omnino qui scilicet in summè cnnsetuati apto summéque puro præstantur, vehementer appetit, vtique quæ sui cõcemptorea, quo opnrtet, odio prosequi deprimeréque, & sui amatores cultoresque, vti oportet, amandns honorandósque, & quæ quos quantósque oportet honores appetendos deceroit iotelligens, virtns & ipsa, nec vna, simpléxque, sed quæ in Indignationem, Humanitatémque, & Sublimitatem diuidi queat. Nam quòd vniuersa, & singulæ eius partes nomine (vt videtur) carent, vtique nnuis alienísve singulæ appellandæ snnt nominibus. Et aliorum quidem superbiam fastúmque quæ non sustinet, Iodignatio dici potest: (idem enim qui est affectus, vel si circa diuersas sit tes, endem nomine appellari potest) & quæ homines, à quibus amaeur colitnrque, nequaquam contemnendos despiciendósque, sed amandos colendósque statuit, Humanitaa, & quæ honores, summè scilicet sublimem snmméque nobilem rem, & qnæ Deo ipsi conueniar, rectè appetit, Sublimitas omnino dici potest. Quæ verò intelligens, quos diximus, affectus nperationésque omnes, vel nimias vel deficientes decernit, vitium, & quod vel in totidem vel in dupla diuidi vitia queat. Quoniam enim virtus moderatas decernit actiones, vitium è contra, & excedentes eas & deficientes: vtique singulis virtntibus, vel eacum plerísque duplex opponi videtur vitinm. Age verò virtutum singularum vitiorumqne, quæ virtutibus singulis opponuntur, ihgenium mutuúsque proximius diligentiusque intueamur.

Capvt VI.

De Sapientia.

VONIAM cùm entium animalinmqne reliquorum omnium, tum verò & spititus ipsiua corporisque cui inditus est, & sine qno seruari non potest, cognirio propterea spiritni appetitur necessariaque est, vt diuersis illarum viribus diuersisque conditionibus diuersis sui ipsius corporisque, nec præsentibus modò sed futuris etiam necessitaribus occurrat, prætetea & quòd, cuiusmodi cælum videtur, omoiscius sui natura, res nimirum omoes intueri, carúmque ingeoium viresque sentite aptus est spiritus, & quia insuper à substantia à Deo immissa perfectus, vnúmque ei factus assiduè ab ea, nec ad aliarum modò rerum, sed ad Dei ipsius diuinorumq; entium cognitinnem excitatur impellitúrque, siquidem nnn reliquarum modò rerum, sed Dei ipsiua diuinnrúmque entium, prnprij nimirum paientis propriique opificis, & cognatarum substantiarum sapiens illa facta (quia enim id neget?) at veluti in exilium demissa, & in carceres tenebrásque coniecta, & propterea rerum intuitu orbata, & insipiens rerum nmnium facta, propriæ naturæ propriæque perfectinni restitui summa cum anxietate contendat, eámque adepta dum non sit, maximè doleat maximéque crutietur & sibi ipsi displiceat, necesse est: quod inquam non ea modò scire appetit procurátque spiritus, qnæ ad sui ipsius cooseruatiõnẽ quoquomodo spectant, & quæ quoquomodo sentire aptua est, sed eom alia multa, quæ nihil (vt videtur) ad illã conferunt, tum quæ ipsius aciem quàm longissimè exuperent, & quæ spiritus ipse per se, nihilq. à substantia à Deo immissa excitus nec intueri queat, nec fortè appetat, Dei scilicet ipsius reliquorumq. diuinorum entium substaotiam operationémque & beatitudinẽ: patet vtique sapientiam intelligentem esse, quæ rerum omnium naturas facultatésque penitus percipiendas decernit, seu penitus percepit iam penitúsque inspexit, itaque & quę res quæqne earum vires præsentem in vsum bonæ sint commodæque, & qnarum vires, bonæ vt fiant, intendendæ sint remittendæve, & qua id ratione agendnm intelligat, & quæ entium reliquorum, vel earum quæ eiusdem snot generis, & ipsnrum imprimis spirituum differentias dignoscat, & futuros etiam rerum multarum successus fututásque hominum præuideat operationes.

Neqne enim alitet tes eueniunt vllæ quàm earum natura postulat & quàm euenisse conspectæ sunt, nec alias homines operaotur operationes, quam quas eorum ingeninm pollicetur, & quas operati conspecti sunt. Præterea (& multo mehercule prius multóque amplius) quæ Dei ipsius substantiam contemplandam decernit, at nequaquam ratione. Quæ scilicet Mnndum vniuersum quæque in eo continentur entia à longè sapientissimo longéque potentissimo & longè optimo conditore constituta esse declarare potest & declarat omnino: at præterquam quòd vel has Dei conditiones nequaquam iotegras & quantæ sunt, sed longè intuentur minores, quàm longissimè abest vt reliquas intueri queat, multóque amplius illius fulgotem intueos hebetatur, cæcutitque, quam Solis lucem & Solem ipsum visus quiuis. Quæ igitur non, vt reliqnarum rerum, sic Deum ipsum eiúsque substantiam & conditiones ratione intelligendas, sed que ratione cootempta in sactis illas & diuinis litteris & in seipsis omnino Dei verbis intuendas, & quæ amplius illius mandatis præceptísque patendum statuit intelligens Sapientia sit & vera summáque. Quæ nimirum non momentaneum vt illa, multísque obnnxium periculis & assiduis scatens miseriis, & non magnum omnino bonum, sed æternam certámque & puram summámque beatitudinem prncurandam decernit, modúmque insupet eam adipiscendi inuenie.

Nam (quod dictum est) spiritus ipsius, à substantia præsertim à Deo immissa perfecti, rerum omnium intuitum cognitionémque proptiam esse, summus res omnes, vel quarum cognitio nullnm nnbis præstat vsum intueodi sentiendíque, & quas intueri seotiréque non licet, intelligendi appetitus, & voluptas, qua summa illas intuens intelligénsque afficitur, & molestia qua cruciatur, illa fraudatus spiritus, tom & nbseruantia cultúsque & amor erga sapientes, insipientiúmque contẽptus, manifestissimè declarat. Nam si diuitias etiam potentiámque appetimus, iisque donati gaudemus exultamusque, & opulentos potentésqoe obsetuamus: at sapientiã certè appetentes eámq. adepti, nobiliore quodã modo nobis placemus, & opibus potentiáque exuperati (vel si nostra id factum sit culpa) nihil sibi ipsis multi, at mioua sapientes facti, omnes nobis vehementérque indignanmr vehementéq; displicemus, & opulentos quidẽ potentésq; ibi modò excolimus obseruamúsq;, vbi bonum quippiam ab illis speramus, amamus

certè nunquam, ac sapientes, vel iam diu vita defunctos, diuinarum instar entium, veneramur summóque amore prosequimur: quod nimirum propriam in iis spiritus perfectionem propriámque intuemur præstantiam.

Nec verò (quod Peripateticis placet) quoniam rerum aliæ semper sunt, vel eodem saltem modo semper fiunt, aliæ verò nec eædem perpetuo sunt, neque eodem perpetuo modo eueniunt, aut quòd aliæ natura fiunt, nihilque à nobis earum cursus immutari flectique potest, à nobis aliæ aguntur, & aliqua saltem ex parte in nostra sunt potestate: propterea earum cognitio diuersa virtus ponenda appareat, quæ scilicet vnius eiusdémque omnis & eodem modo operantis sit facultatis & sentientis omnino, eorumque, quę penitus percæpta sunt, similitudine, quę non penitus innotuere intelligentis: veluti neque ars, quæ diuersam materiam, & diuersis etiam organis, at eadem spiritus facultate eadémque omnino tractat peritia. Quoniam igitur rerum omnium naturas intuita intelligens Sapientia est, & quæ ad spiritus conseruationem res tractandæ, quæque circa eas edendæ sunt operationes, ita rectè omnino tractentur edantúrque, si cùm rerum aliarum tum verò & spiritus ipsius innotuerit ingenium: liquidò patet, Sapientiam (quod diximus) non singularem sed vniuersalem & totam omnino esse virtutē, reliquas eius veluti species vel partes, & sapientiam omnino omnes, at non rerum omnium sed certarum, determinatarúmque singulas, & earum omnino singulas circa quas singulæ versantur, earúmque nullam per se & ab illis seorsum perfectam absolutámque esse. Ab iisdem enim principiis, & causis cùm emanent constituantúrque omnes, qui non principes illas vniuersalésque naturas rectè inspexerit, longè is aberit vt rei illius ingenium exquisitè intueri queat.

Quòd si fortè quæpiam proprias ei vires manifestauerit, at quam illa ad reliquas cognationē similitudinémque, vel quod sortita sit dissidium, ignotum omnino sit obscurúmque. Vt quod antiquioribus etiam visum est omnibus, sapiens modò, qui est, bonus is virtutibúsque omnibus præditus videri possit. Quin non supremum modò bonum spiritui comparare videtur sapientia, sed diuinis eum entibus & Deo etiam ipsi (quantum licet) similem facere. Nam sapientissimum esse Deum, & virtutum quas Deo inesse intelligere nobis licet principē fortè sapientiam esse, qui Mundi constructionem, & cū entium reliquorum tum animalium constitutionem intuitus non intelligit, non impius modò is seríisque, sed stupidus etiam videri potest. Substantiæ videlicet cùm corpori vniuerso tum verò spiritui inditæ, & (vt dictum est) ab exsuperantibus corporis tenebris viribúsque rerū intuitu orbatæ, & veluti in veternum coniectæ, qua licet ratione res intuendas sapientia præbere eámque veluti excitare, proindéque ad propriam eam agere operationem, & propriæ naturæ propriæque restituere videtur perfectioni.

C a p v t VII.

De Insipientia.

Sapientia (quod vel ipsum nomen declarat) Insipientia opponitur. Itaque quoniam sapientia intelligens visa est, quæ nequaquam præsentium rerum manifestarúmque earum virium sensu, nec præsentis rerum status præsentiúmque necessitatum cognitione contenta, occultas remotásque insuper rerum facultates, & futuros rerum euentus futurásque necessitates intelligere intuerique & præuidere etiam procurat, quin quæ penitus eas percipeat iam, & quatum homini licet, præuidit etiam, præterea & quæ Deum ipsum rerum omnium conditorem, & longè eum sapientissimum longéque optimum & longè potētissimum in humanis etiam rationibus, at multò certè amplius in sacris diuinísque literis intuetur: vtique Insipientia intelligens sit oportet, quæ vel ad intelligēdum inepta vel intelligendi laborem pertæsa, nihil remotas occultásque res, quin ne præsentium quidem non manifestas vires percipere, minus etiam futuros rerum successus futurásque necessitates præuidere, & omnium minimè Deum ipsum eiúsque bonitatem contemplari procurat, sed, vilissimorum animalium ritu, in præsentium rerum sensu ac fruitione acquiescit, & aliorum sese imperio gubernationique subiicit, quæ igitur in illis inhabitare digna sit. At fortè & quæ intelligens, quæ homini innotescere nullo pacto queant, vel quæ ea ratione inquirit, quæ sensu percipi possunt, & sensu omnino percipienda sunt, stulta & ipsa, & Sapientiæ & ipsa opposita, & quæ & ipsa Insipientia dici queat: & illa quidem maximè torpidi maximéque demissi, hæc verò spiritus sit nimis alacris omnísque sibiipsi confidentis.

C a p v t VIII.

De Solertia, & vitiis ei oppositis.

Et quoniam (quod dictum est) vt conseruetur spiritus, à frigoribus æstibusque protegendus & nutriendus est reficiendúsque, proindéque res comparādæ sunt à quibus protegi & quibus nutriri queat, neque enim vel hæ vel illæ præstò vbique adsunt, sed earum pleræque multò ante prouidēdæ, & multis laboribus molestiisque & periculis etiam comparandæ sunt multis: vtrique dictas quæ res, nec verò in præsentem modò, sed in futurum etiam vsum comparandi modum inuenit intelligens, & iuxta eum operandū decernit, virtus omnino, & quæ Solertia dici queat. Et sub ea (quod vel ipsum nomen declarat) artes omnes contineri videri possunt. Siquidem omnes ad vitam necessitates opportunitatésque, & voluptates etiam, ad spiritus omnino bonum comparatæ, vel virtutes singulæ, vel omnes virtutis cuiuspiā opus ponendæ sunt. Mensurā porrò qua res quas diximus, appetendæ comparandǽque sunt, earum nobis vsus declarat. Quoniam enim spiritū protegendi nutriendique gratia appetendæ sunt comparandǽque, quantæ ad spiritum protegendum nutriēdumque satis sunt, & tantæ vt comparētur, labores quiuis & quæuis sustinendæ sunt molestiæ. Siquidem incōmodum malumque quoduis sustineat spiritus potius, quàm vel à frigore æstúve affligi corrumpique & nutrimenti inopia perire velit, vel, quibus mala hæc repellātur, sibi ea comparandi potens, aliis eorum gratia supplex fieri, & aliorum misericordia hæc habere.

At nec tantis fortè comparatis sistendum est spiritui: sed si nullo ipsius malo incommodóque plures comparare liceat, plures etiam comparare appetat procurétque, tum vt commodius iucundiúsque conseruetur, & minus rerum casibus & fortunæ omnino viribus obnoxius sit, tum vero vt amicis bonísque omnibus opem ferendi facultas adsit. Bonæ omnino commodæque & honorificæ opes cum sint, vbi nullo spiritus incommodo ampliores fieri possunt, ampliores faciendæ sunt. At verò quæ rerum, quas diximus, comparandarum cogitationem laborésve, quibus comparandæ sunt, auersata intelligens nihil quæ comparāda sunt, inquirit, nec, siquidem nota ea sunt, comparāda decernit, vitium, & quod Inertia dici queat. Quin & quæ nullum acquirendarum opum finem facit, sed quantisuis accumulatis, plures assiduè, & quibus laboribus molestiisque quibusuis acquirendas decernat, nec verò boni alterius cuiuspiam gratia, sed plures possidendi studio, vitium & ipsa, & quod Solertiam nimis intendens, nullámque spiritui quietem concedens, Anxietas dici possit. Et peior hæc quàm Inertia: quæ nimirum satis supérque opibus affluenti spiritui, illarum gratia labores molestiásque assiduè suscipiendas statuat, quæ scilicet (quòd vehementer spiritum affligunt corrumpúntque) ibi modò suscipiēdæ sunt, vbi, si non suscipiantur, magno quopiam bono priuetur vel maiore malo afficiatur spiritus.

C a p v t IX.

De liberalitate & vitiis ei oppositis.

Ar

AT verò, qoùd qoæ ad sui ipsius conseruationem necessaria sunt frustra sibi spiritus comparârit, nisi in quem comparata sunt vsum iis vtatur, & perpetuò laboret perpetuóque infelix sit, rerúmque inopia tandem pereat, vel pereundi periculum subeat, si quæ magnis diuturnisque laboribus vel parauit ipse, vel comparanda omnino sunt, temerè omnia profundat: vtique intelligens, quæque quantáque in sui ipsius suorúmque conseruationem & voluptatem insuper (si liceat) absumenda sunt, absumi non prohibet; nec gloriæ specie illectus temerè opes dilapidat; proindéque modum sibi facultatemq; seipsum in posterum seruandi aliisque benefaciendi modū præcipit, virtus & ipsa, & quæ quòd spiritus sit nobilis generosique & verè liberi, & qui nullis sese opibus, nullisque fortunæ iniuriis subiiciat) verè Liberalitas dicitur. At nihil opibus, vbi vel in propriam vel in aliorum etiam salutem eæ assumendæ sunt; parcens Liberalitas quoniam non præsentibus modò necessitatibus occurrere propositū ei est, sed prouidere etiam curaréque ne in posterum quibus sese & quos æquum est seruet, desint, vel in magna rerum copia non temerè quibusuis sua elargitur: sed nisi magnum quodpiam malum amoliendum sit, in proprium amicorúmque & bonorū vsum id assiduè absumendum decernit, quo assiduè absumptio incolumes tamen remaneant fortunæ, augendatum omnino opum gratia mala nolls spiritui sustinenda, at (vbi licet) nihil eas imminuendas decernit: luxum certè rerum videlicet non in vllius bonum cōmodúmque, sed in fastum modò absumptionem, perpetuò vel in regia virat fortuna, vt qui res ad hominum conseruationem aptas commodásque in nullum vllius bonum perdat.

Itaque Liberalitati perpetua comes Parsimonia: quæ scilicet non ibi rebus parcit, vbi in cuiuspiam bonum vel etiam voluptatem absumendæ sunt, sed ibi tantùm vbi earum absumptio nullum vlli præbet commodum. Neque igitur ornatum reiicit Parsimonia, vt qui possidentem oblectet honestétque, & reliquas etiam voluptate afficiat, & qui insuper artificum commodo bonóque paratus sit: sed (vt dictum est) rerum absumptionem in nullius vsum factam. Libens porrò & læta, nec in sui ipsius tantùm sed in aliorum etiam bonum proprias opes eùm absumendas decernat Liberalitas, magna quidem eas diligentia seruandas, earúmque incrementum appetendum procurandúmque etiam, vbi nullo aliorū malo incommodóque fieri potest, velit. At quæ intelligens, dum ne opum cumulus imminuatur, vel etiam vt maior fiat, sui ipsius aliorúmve salutis rationem nullā habendam, & aliena etiam rapienda occupandáque esse decernit, & quę contra temerè, & in quoduis cuiuscunque bonum commodumque, vel voluptatem bona omnia profundenda, dilapidandáque statuit, vitium vtraque, & Auaritia illa, hæc Prodigalitas dicitur. Illa quidē quòd quæ, nisi sui ipsius saluti voluptatiue aut aliorum inseruiant commodis, nullius omnino sint pretij, ea & aliorum & sua etiam salute cariora habeat, & vel mēdaa maleficáve esse, & quàm homillima abiectáque fieri, vt ea ampliora possideat, nihil veretur: hæc verò, quòd gloriosæ, & non veræ illi solidæque, sed falsæ inanique sui ipsius suntúmque posthabeat salutem. At peior omnino illa: quæ scilicet spiritum multis perdat modis & alios etiam incommodet, & pusillum omnino abiectúmque facit & ostendit spiritum.

Capvt X.

De sobrietate, & castitate, & vitiis ei oppositis.



T quia voluptate qua summa cibos assumens venerémque exercens afficitur, illectus spiritus nimios prauósve interdum, & qui quantive spiritum eiúsque tegumentum maximè grauent oblędántque, assumit cibos, & venerem, quam non licet, vel eoúsque exercet vt penitus ab ea corrumpatur: vtique quæ eos tantósque assumendos cibos, qui quantique spiritum tegumentúmque benè nutriant, nihilque oblędant tuibentve, & qui insuper censum non exuperent, nec aliis benefaciendi facultatem præripiāt, & quæ eam venerem appetendam exercendámque decernit intelligens, quæ nec spiritum nec alios vllo afficiat incommodo, & quam insuper leges non improbēt (neque enim naturæ vni parendum, neque vna omnino spectanda est natura, sed legibus, diuinis pręsertim, & multò etiam prius, quàm naturę, parendum, & vel humanę religiosissimè obseruandę, à quibus nimirum humana imprimis seruetur societas) quæ inquam in ciborum assumptione, & quæ in veneris vsu non spiritus voluptatem, sed eius conseruationem procurat intelligens, virtus vtraque, & illa quidem Sobrietas, hæc Castitas dicitur. Quæ verò nihil ciborum, & quæ veneris appetitū nihil coercet, sed temerè nulláque mensura, & iuxta appetitum omnino eos assumendos, & hanc exercendam permittit, vitiosa vtraque, & digna omnino quę in porcis lupisque inhabitet, quorum scilicet voluptates tanti æstimat, vt iis dum expleatur spiritus nihil ipsum corrūpi, nihil copias imminui, nihil cognatos amicósque perdi, nihil diuinas humanásque leges & naturam etiam ipsam violare indignatur prohibétque. Et illa quidem Sobrietati Ebrietas, hæc verò Castitati Pudicitiæque opposita Impudicitia dici potest: nec aliud Sobrietati Castitatique vitium opponi videtur. Siquidem qui minores iucundioresque, quàm quos sibi comparare & cōmodam bonámque in rem inuertere queant, & qui venerem, quam per leges virésque licet, minus appetant minúsque exerceant, qui omnino nullo sui nec aliorum incommodo iis voluptatibus frui cùm possint, quibus maximè spiritus oblectatur, non quantis frui licet, bonúmque est & commodum, frui velint, quòd perrari, & nulli fortè inueniantur, nullum iis, vt videtur, impositum est nomen.

Capvt XI.

De fortitudine, & vitiis ei oppositis.

RErum præterea quæ ad vitæ conseruationē commoditatémque pertinent, quòd multæ magnis comparandæ sunt periculis, & maioribus etiam cùm ipsæ, tum spiritus ipsius suorúmque salus libertásque à prauorum hominum defendenda est licentia, & quia non satis interdum defendi potest, sed vel hominum vi dolóve, vel à rerum successibus bonis omnibus priuari potest spiritus, itaque si imminentibus periculis ingruentibúsque succumbat malis, aut à prosperis rerum euentibus se efferri sinat, perpetuò turbetur affligatúrque & corrumpatur omnino, prosperis modò rerum successibus nimis exhilaratus nimisque diffusus, nimis modò aduersis tristatus contractúsque: vtique quibus periculis quæ vel bona comparanda, vel mala repellenda sunt, & quousque rerum successibus commouendus est spiritus, rectè decernit intelligens, virtus omnino, & Fortitudo dici potest. Siquidem, vt ne periculis, quæ conseruationis gratia subeunda sunt, néve à malis etiam vllis frangi nec à bonis vllis nimis commoueri se sinat, fortis omnino constánsque vt sit spiritus, præcipit. Rectè porrò decernat, si bonorum malorumque, quæ comparanda sunt propulsandáque, naturam, rum & periculorum quæ propterea subeunda sunt magnitudinem, præterea & proprias vires rectè perpendat, & bona quidem, sine quibus spiritus seruari non potest, maláque à quibus corrumpatur, periculis quibusuis, reliqua iis comparanda reiiciendáque statuat, quæ, quæ sequuntur mala, illorum magnitudinem non exuperent, vel quæ superaturum se magis speret quàm opprimi ab iis timeat: tum & si nec secundis rerum successibus exultandum, nec aduersis succūbendum, sed vtrosque moderatè ferendos decernat, quæ igitur non modò res ad victum vestitúmque necessarias

comparandas tuendásque, & tum spiritus ipsius, tum eorum, quorum ipsum curam habere oportet, & sine quibus seruari non potest, salutem, sed libertatem etiam dignitatémque defendendam quouis statuat periculo. Nam in seruitutem actus spiritus & propria dignitate spoliatus nihilo (vt dictum est) minus corrumpi minusque morti dari videtur, & nihilò omnino minus corrumpitur occiditque, quàm verè corruptus interéptusque. Quid enim pecorum instar tractatus eáque omnino patiens operánsve, quæ non humano sed pecorino spiritui congruant propriáque sint, non corruptus is & in pecorinum sit actus? Itaque, id patiatur, nihil segnius pericula subeat quæuis, nihilque minus diuidi dilaniatique & interimi sustineat, qui propriæ originis immemor non est spiritus, quàm ne verè interimatur veréque occidat. Et summo quidem, dum diuiditur dilaniaturque & interimitur, dolore summáque afficiatur molestia (qui enim longè nobilissimæ substantiæ sensusque præditæ longè exquisitissimo sui ipsius dilaniatio discerptióque & interitus dolorem summum summámque non inferat molestiam?) at breui præsertim periturus spiritus, non adeò aliena vi affligi occideréque atq; sui ipsius culpa corrumpi, & è nobili diuinóque ignobilis ferinusque fieri exhorreat. Tum ita occidens, quo quomodo seruari apparet, claram nobilémque sui memoriam posteris relinquens.

Neque igitur qui verè fortis est generosusque spiritus periculis turbatur trepidátque vllis: sed malis impendentibus quibusuis nihil à seipso alienatus nihilque exagitatus, ac si nihil illorum ad ipsum pertineat, summa cum quiete summáque attentione non illorum magnitudinem intuetur lugétque, sed modos quibus illis occurri possit inquirit, & quæcunque consideranda sunt considerat, & nihil turbato nihilque trepidanti, qualia sunt talia quæ circumstant mala videntur, & quę patienda sunt nihil trepidans nihilque dimissius patitur: vt qui non malum aliud vllum, non morté etiam ipsam, quæ maiori vi inferatur & quam repellere ipse nó possit, sed sua (vt dictum est) culpa, quæ est, esse desinere, & in vilem agi abiectámque rem, sua omnino corrumpi culpa exhorreat. Nihil itaque in obscuro minus quàm in aperto conspicuóque, ne deterior fiat, pericula subit maláque sustinet: qui scilicet non externæ gloriæ gratia, & ne degener videatur, ea sustinet, sed ne è proprio genere & propria è natura propriáque decidat dignitate. Nec rerum euentu quouis valdè commouetur, nec facultatibus nimirum omnibus spoliatus, & amicis insuper cognatisque orbatus deiicitur frangitúrque, nec bonorum accessione quauis effertur exultátque: sed fortuna in quauis idem penè perpetuò perstat, vt qui seipso suáque virtute fretus contentúsque, & vel solus sibiipsi ad ea quorum gratia bona externa appetuntur omnia, ad se scilicet conseruandum perficiendúmque, confidés, & vnam sui puritatem appetens magnique æstimans, externa bona maláque parui omnino facit, vt quæ non eius substantiam corrumpant fœdántque, nec perficiant nobiliténtve. Et iniurias non quascunque nec quæuis etiam mala vindicanda decernit. sed, dum inferuntur, omnia quidem vitanda repellendáque, illata verò, quæ vel casu vel spiritus ea inferentis morbo pertorbationéve illata sunt, ignoscenda omnia, præsertim, si qui ea intulit, intulisse doleat tristetúrque, ibi nimirum, vbi quæ illata sunt mala, non vt in vilem abiectúmque & contemptum omnino illata sunt, nulláque in posterum alia illatum iri sit suspicio, at non quæ spiritus vitio & spiritus prauitate malignitatéque. Erranti scilicet peccantique, & se peccasse dolenti spiritui ignoscendum omnino, at nequaquam malefico noxióque natura, sed puniendus, & insanabilis perditæque spei si sit, perdendus etiam, si liceat. Siquidem boni à prauorum iniuriis, violentiáque defendendi prorsus seruandíque sunt.

Quæ verò tanti vitam & externa bona maláque existimat intelligens, vt illius amittendæ periculum ne subeat spiritus iniurias quasuis & quæuis ei mala sustinenda decernat, & quibusuis accedentibus bonis prælætitia gestit & veluti exultat, malisque ingruentibus imminentibúsve quibusuis vehementer tristatur & deiicitur, tum & quæ mala nulla nullásque ferendas esse iniurias, sed omnes & periculo quouis propulsandas puniendásque, & nullo rerum successu spiritum timendum statuit, vitium vtraque, & illa quidem Timiditas, hæc verò Audacia dicitur. Et spiritus illa est maximè pusilli maximéque languidi, parum omnino sibi confidentis, hæc verò furentis tumidíque, & qui nimis sibi arroget cõfidátque. Non mali scilicet cuiusuis sed eius modò repellendi gratia spiritui mors appetenda est, quod si patiatur vel verè occidat, vel quo dictum est modo corrũpatur cætera reiicienda quidem omnia, at non summis certè manifestisque periculis. Non temere omnino morti exponendus est spiritus, eóque minus purus qui est generosúsque, & nequaquam nullus rerum successus spiritui sentiendus. Esto enim, bonis accedentibus quibusuis non propterea lasciuiendum ei exultandúmque sit, nec malis etiam ingruentibus quibusuis frangendus deiiciendúsque sit spiritus, quæ nimirum si fiant, maximè (vt dictum est) pusillus & languidus, nihil omnino propriis & internis, sed externis modò bonis confidens appareat, & malo etiam afficiatur spiritus nimis contractus diffusúsve: at peccet omnino, si rebus auctus, quæ sui ipsius conseruationi bonæ commodæque sunt, nihil propterea gaudeat, & se exhilarandi occasionem habés nihil exhilaretur. Et qui maximis opprimitur malis, & quæ proximam minentur corruptionem, si nihil iis tristetur, stupidus is fortè furiosúsve magis quàm fortis videri queat.

Capvt XII.

De iustitia, & vitiis ei oppositis.

At verò, quòd (vt dictum est) singuli per se homines, & à reliquis seorsim si degant, siquidem viuere queant, nec securam certè nec commodam viuant vitam, sed boni à prauis assiduè diuexentur perdantúrque, nec quæ ad vitæ vsum necessaria sunt sibi singuli comparare queant sciántque omnes, longè plurima longéque diuersissimis comparanda modis, at quæ si singula singulis conficienda sint, & rectè & tanta à singulis conficiantur quanta aliis etiã multis satis sint, quibus igitur mutuò permutatis, quæ ad vitæ conseruationem commoditatémque necessaria sunt, reliqua adsint omnia: proindéque in vnum agendi fuimus, vt è multis in vnum coactis, veluti vnum compositum animal, multis diuersisque sui partibus earum laboranti cuiuis reliquis assiduè opẽ ferret, & quæcunque ad vitam commodè degendam opus sunt conficere posset, singulis non seipsas modò, sed alias etiam tutantibus omnes, & non in proprium modò, sed in aliorum etiam omnium vsum laborãtibus propriúmque opus cõficientibus, eo propemodum pacto quo & animalium partes singulæ reliquarum salutem procurant, & reliquis omnibus proprium laborem propriúmque opus communicant. Itaque quòd nequaquam sibiipsis cocãt vnquam homines, quin quàm longissimè mutuó sese aufugiant viténtque, nisi singuli ab aliorum iniuriis tuti securique sint: vtique quæ intelligens nulli ab aliis malum vllum vllúmve inferendum esse incommodum, sed singulos iis contentos esse oportere rebus quas sibi singuli pararint, & aliena inuadentes improbandos puniendósque etiam, si liceat, statuit, virtus quæ Iustitia dicitur, & si non sublimis generosique spiritus, & qui aliis propria communicet bona, at puri certè neque ignobilis, qui nimirum modò ne alij malo vllo afficiantur, nihil aliorum odium, nihil etiam suorum propriúmve commodum curat.

Quæ contra sibiipsi aliísve aliena rapiendi licentiam permittit, vitium quod Iniustitia dicitur, & spiritus multò quàm Luporum Leonúmque & Tigrium est peioris maligniorisque. Nam si aliorum malo illi viuont, at naturam secuti id faciunt, & nequaquam cognatis similibúsque quæ sibiipsis ij compararunt eripere videntur,

cognatis similibúsque quæ sibiipsis ij compararuot eripere videntur, aut in præsentem modò necessitatem. Vilissimus certè maximéque malignos spiritus, qui vel sibiipsi victum parare impotena, vel nunquam satis paratum existimans, aliorum incommodis ae malis ali vel etiam luauriari velit. Fortè & quæ ne vllo quispiam incommodo afficiatur, aut ne qoid aliorum immionantur opes, alios quot & quosuis perdendos decernit intelligens, vitium & ipsa, & quæ (quòd nullis hominum miseriis malis uullis se flecti finat) Rigiditas dici queat. Veluti & quæ leges omnes perpetuo obseruandaa, & iuxta eas perpetuo sententias ferendas decernit: quæ scilicet (quòd res, quarum diuersissimæ sunt conditiones plurimisque inter se eircumstantiis differunt, quæ omnino diuerso modo diuersáque tractandæ essent ratione, vno eodémque omnes modo diiudicant decernúntque) bonæ omnea perpetuò videri non possonr, nee sunt omnino perpetuo bonæ omnes, nisi æquitas, Iustiria nimirum, at noo legalis scriptáque, sed vera supremaque, & quæ scriptam legalémque iustitiam, vel qoæ eædem videntur operationes, si eas diversæ circumstent cooditiones, diuersa diiudicandas ratione admoneat. Quoniam enim non humani modò generis seruator Deus Opt. Maxim. sed Natura etiam ipsa singulorum hominum salutem omnibus curæ esse, & aliorum necessitatibus ac malis occurrendum statuit, eáque omnino erga alios operanda esse singulis quæ erga seipsos ab aliis operari velint admonet præcipitque: vtique qui præsertim non sua culpa, nec ob ignauiam omnioo prauitatémque, sed vel aliorum violentia, vel retum successibus quibus obnoxij omnes sumus, nisi aliorum iis opibus subleuentur misere pereant, nisi non propriis eos tantùm sed aliorum etiam facultatibus seruandos decernamus, noo Dei modò præcepta sed ipsi etiam repugnemus naturæ, & iniusti omnino simus hominúmque socieratem dissoluamus.

Capvt XIII.

De veritate & mendacio,

ET qoia nequaquam homines sibiipsis coeant vnquam, nec secum ipsis colloquantur, aot eorum quæ vel poblicum vel priuatum spectant commodum tractent quicquam, si singulorum dictis fides nulla haberi possit: vtique intelligens, quæ ea quæ enuntiaoda sunt ostendendáque, qualia sunt enuncianda ostendendaque, & promissa quę sunt seruanda, qoæ omnino teliquos nec dictis nec factis decipiendos, sed & interdum spiritus sensum internásque etiam res, cuiusmodi sunt, patefaciendas decernit, virtos, quæ Veritas dicitur, & spiritus est summè nobilis generosique, qui omnino nihil nisi sui ipsius puritaté magnifaciat. Nam propriam esse humani spiritus veritatem, & à mendacio imputari eum fœdaríque inde liquidò patet, quòd intrepidè verax maximè sibiipsi placet maximéque afficitur spiritus voluptate, mentiens verò, qui in vulpinum penitus non sit actus, vehemens in seipsum indignator vehementérque tristatur: vt qui, ne mentiatur, cuiusuis gratiam & bona eriam quæuis despicit auersatúrque ne ille (quod diximus) summè se nobilem generosúmque declaret.

At quæ intelligens non entia vt entia, & entia vt non entia vel alia quàm sunt, & promissa quæ sunt noo seruanda decernit, vitium, quod Mendacium dicitor, & maximè id vilis abiectíque spiritus, & qui nihil sibiipsi propriisque confidat viribus. Manifestè enim propterea mentitur, quòd nō alia ratione hominum gratiam quęque alia appetit adipisci posse confidit. Infelix, qui vt quę parui omnino æstimanda sunt consequatur, nō modò quæ vulpium sunt operari, sed veluti non ens fieri nil reformidat. Vitium etiam fortè, quæ, ne quid quale non est enuntiandum decernat, & seipsum & suos omnes immetito & bonos eriam quosuis à prauis hominibus perditos velit. Quoniam enim nostra nostrorúmque & hominum omnino omnium salus maximè nobis expetenda est, & quouis etiam periculo & malo interdum quouis procuranda, si vt nos nostríque aut alij etiā quiuis à prauorum hominum violentia liberentur, aliquid non quale est enuntiandum sit enuntiandum decernat enuntiétque spiritus, nequaquam impurari eorrumpique videtur: veluti qui mala inferentes atqoe hostes eiusmodi decipiunt artibus. Prauorum omnino potentiorúmque hominum violentiam quin operationibus, à quibus humani generis societas non dissoluatur, reiicere non licet, intueri oon licet. Id porrò vitium quia & ipsum perrarum est, nomine (vt videtur) vacat. At Superstitio fortè non valde improprio nomine appellari queat, vel in qoibus veritas ipsa obseruari colíq; nolit, obseruans eam colénsque.

Capvt XIIII.

Virtutem, quæ hominum familiaritatem conuictúmque & beneuolentiam procurat, Humanitatem dici, & in Beneficentiam, Gratitudinem, Aequabilitatem, Hilaritatémque & Mansuetudinem diuidi posse.

QVONIAM verò (vt dictum est) non ij satis spiritui sunt quibus eam res commoter externorúmque violentiam repellat, sed eis amplius opus habet, quibus propria ipsius suorúmque salus curæ sit, & quibus cum familiariter viuat, quorum omnino opera atque ope & consilio in singulis priuatis necessitatibus subleuetur, & quorum præsentia colloquiisque à molestiis quibus assiduè opprimitur auocatus, & ad iucunda actus multò securiorē multóque commodiorem iucundiorémque degat vitam, proindéque eæ amplius ei operandæ operationes sunt, quibus homines sibi deuinciat & beneuolos faciat, & ad familiaritatem alliciat, eæ nimirum, quæ qua ope alij indigent ea illos adiuuent, & accepta beneficia referant, vel referendi voluntatem ostendant, & quæ celsos sublimésque alios statuant, vel nihil certè deprimant, & ad hilaritatem lætitiámque inoirent, tum & ea quæ perpetuam constantémque beneuolentiam māsuetudioémque polliceantur, quæ omnino aliorum cōseruationem procurent, vel cooseruari eos aptos ostendant: vtique quæ intelligens qua oportet mensura amicos adiuuandos vel remunerandos & hnnorandos, tum & exhilarandos, eorúmque errores & peccata etiam, qua oportet, lenitate ferenda decernit, virtus, quę (quòd hominum offensionem vitat, quin, quòd homines adiuuat oblectatque, & amari ab iis apperit procuratque, quòd omnino, quibus homines gaudent lætique sunt, eas operandas operationes statuit) non immerito in vniuersum Humanitas appellari possit.

At verò, quòd multis id diuersisque agendum sit operationibus, in multas diuidi queat, & in Beneficentiam omnino, Gratitudinem, Æquabilitatem, Hilaritatémque & Mansuetudioem. Siquidem iis præcipuè operationibus moribúsque hominum beneuolentia familiaritásque comparatur. Nam qui aliorum necessitatibus semper præstò adsunt & quam possunt aliis opem semper ferunt, & qui à quibus benefactum sibi est, iis & ipsi (vbi licet) benefaciunt, benefaciendi certè cupidi apparent, tum & qui nulla in re plus sibi boni commodique & honoris quàm aliis tribuit, & qui aliorum gratia paratum se facere ostendit quæ sui ipsius gratia ab aliis fieri velit, & hilaris festiuúsque qui est, proindéque alios ad hilaritatem inuitat atque allicit, & qui nunnisi iusta de causa amicis errantibus peccantibusq;, & non grauissimè indignatur seséque placabilem præstat: carus aliis is sit & gratus, & libenter cum eo alij degant omnes. Age itaque earum singularum, tum & vitiorum quæ opponi eis videntur, ingenium muoúsque separatim intueamur.

Capvt XV.

De beneficentia, vitiisque ei oppositis.

Beneficentia (quod nomen ipsum declarat) intelligens est, quæ aliis benefaciendū decernit, at non temerè id nulláque mensura & delectu nullo, sed quæ cuiuis quidem, vbi non magno proprio ipsius incommodo malóve facere id licet, at amicis bonísque, iis omnino quorum salus bonáque curæ esse nobis debent, & à quibus paria nobis polliceri possumus, labore molestiáque & damno etiam quouis, si quod illis confertur bonum, malū, quod nos excipit, exuperet, si scilicet amplius illi conseruentur quàm nos corrumpamur. Quin & iis, à quibus bonum nullum sperare licet, benefaciendum omnino est. Nec verò propterea tantùm quòd noster id præcipit seruator, sed quòd aliis benefacientes operationem operamur quæ humani spiritus & puri eius generosíque maximè propria est. Itaque & benefacientes & benefactorum memores summè nobis placemus, & aliis præstantiores nobis videmur, & summus omnino, non nos tātùm sed alios etiam seruare apti, & seruantes omnino alios. Differt porrò à Liberalitate & Fortitudine Beneficentia, quòd Liberalitas vnas modo opes vnamque Fortitudo securitatem aliis præstat, Beneficentia verò bona omnia.

Intelligens autem hominum nullis, ac ne amicis quidem cognatísque, vel minus quàm oportet, benefaciendūm decernens, vitium, & quod, vel si nullo alios afficiat malo, at Beneficentię opposita, & benefacere pigrescens prohibénsque, Maleficentia dici potest, & est omnino Maleficentia. Malo enim alios afficit, qui benefacere cùm possit torpet, aut etiam auersatur. Et huiusmodi, qui est spiritus, maleficus sit oportet: neque enim benefacere cesset nolitve, nisi libens malefaciat. Et spiritus est non maximè modò impuri sed summè etiam vilis. Propterea enim aliis malum optat, quòd propriis bonis aliis conseruati aptior fieri desperans aliorum id malis procurat. Vitium etiam fortè & intelligens, quæ cuiuis beneficium quoduis conferendum decernit, & vel alienis prauísque & indignis benè vt faciat, nihil sibiipsi suísque incommodare & malefacere etiam veretur. Siquidem qui temere cuiuis benefacit, is quibus oportet benefaciendi modum sibi præripit. Nam si nostro (vt diximus) incommodo malóque etiam, at nō omnibus nec quoduis conferendum est beneficium. Quoniam verò perrarum id vitium est, nomine (vt videtur) vacat. Spiritus certè est non prauè modò diiudicantis, sed pusilli etiam. Propterea enim fortè cuiuis benefacere appetit, & proprium omnino aliorum quorumuis bono posthabendum decernit, quòd nihil sibiipsi confidens, quibúsnis modis aliorū præsidiū sibi cōparādum statuit, & alios omnino omnes pauens timénsque cuiusuis offensionē æquè ac sui ipsius propriā reformidet corruptionē.

Capvt XVI.

De gratitudine, vitiisque ei oppositis.

At verò, quòd à quibus benefactum nobis est, nisi ipsi itidē (vbi licet) illis benefaciamus, & id dū non liceat amemus saltem eos, & quibus possumus modis excolamus omnibus, nihil amplius benefaciant vllis: isto enim, qui verè beneficus est spiritus, nullius is mercedis nec gloriæ etiā gratia benefaciat, at amari tamen ab iis quibus benefecit vult maximèque nisi ametur indignetur oportet, nā maximè contemni maximeq; vilis haberi videtur cuius vel benefacientis ratio nulla habeatur: tum præterea quòd summè prauis summéque maleficis iis omnino à se benefactū videt qui malis digni sunt omnibus, quid enim alios ament aut alios adiuuent, qui ne iis quidem à quibus benefactum sibi est bene velint? talibus itaque qui sæpius benefecit, quia homines omnes ingenio eodem prędiros existimat, nullis amplius benefacere velit: quia (inquā) nisi iis, à quibus benefactum est gratia habeatur ac referatur etiam (vbi licet) pereat omnino Beneficentia, & mutua ope homines destituti, si quidem conseruari queant, longè certè conseruentur ægerrimè: vtique ea intelligēs, quæ rectè illud fieri decernit, virtus & ipsa, quæ Gratitudo dicitur. Rectè porrò decernat; si, à quibus benefactum est, quouis incommodo & malo etiam quouis paria ac maiora etiam, si liceat, referenda statuat, itaque vel propriam salutem in eius bonū proiicere parata sit, cuius ope seruatum se sentiat, incommoda omnino maláque omnia subeunda substinendáque decernat, vt quibus ab aliis affecta est bonis, ea & maiora etiam (si liceat) eis retribuat, proindéque nihil illis ignobilior deteriórue appareat, & illud si numquam liceat, iis acceptis bonis, quæ referri prorsus, aut ab ipsa certè non possint, at benefactores perpetuò amet, & quibus potest excolat modis, nunquam certè (quod hominum vulgus facit) vt præstantiores superioréſq; odio habeat & perditos etiam velit. Neque enim opibus potentiáque, quibus præsertim non sua caret culpa, sed vna sui puritate exuperari spiritui dolendum est. Itaque nihilo, quàm Beneficentia, minus puri minúsque nobilis spiritus gratitudo est.

Ingratitudo è contra nec gratiam refert, potens eam referre, & à quibus benefactum sibi est, vt præstantiores odit auersatúrque, & perditos etiam vult. Et spiritus est maximè vilis, qui ne se bonis vllis priuet deterior esse & videri etiam nihil reformidat, maximéque maligni qui neque iis à quibus sibi benefactū est bene facere velit, & superbi simul qui præstantiores, & à quibus benefactū sibi est, amare colereque non sustinet, dignus omnino qui hominibus & Deo etiam ipsi inuisus odiosusque fit: & Deo omnino ipsi inuisus odiosusque, qui, quantum in ipso est, quàm ille virtutem maximè exercendam præcipit quamque exercendi nullum facit finem, aufert interimitque. Quin & intelligens, quæ quouis accepto bono obsequia quæuis præstanda & incommoda maláque etiam quæuis sustinēda decernit vitiū forte & ipsa. Siquidem acceptorū beneficiorum magnitudo perpetuò veluti metienda est, & vel magno incommodo ac malo paria & maiora etiā referēda, at nequaquam illorū moles immensum quid exuperanda, vbi magno spiritus malo id fiat, numquam omnino temere nulláque vrgente necessitate, ipsa spiritus salus vel bona, sine quibus ægrè seruetur, proiicienda magnisq; periculis exponēda sunt, sed ibi tantùm, vbi id ne fiat, ea spiritui operanda patiendáque sint, que eius naturæ minimè congruant, & quæ operans patiénsve vel penitus corrumpatur vel in ignobiliorem agatur, deterior omnino fiat. Itaque (quod diximus) vel gratiam referens spiritus mensura quadam vtatur necesse est: eaque cùm acceptorum beneficiorum, tum & rerum, quibus referenda est: magnitudo sit oportet. Et (quod dictum etiam est) cum cumulo omnino reddenda est, at qui certè beneficiorum ipsam molem non exuperet.

Capvt XVII.

De æquabilitate, & vitiis ei oppositis.

Intelligens itidem, quæ nullam ab aliis commodum nullámque operam & honores nullos sibi tribui velit apperarve, quos ipsa aliis, quibus non magnū quid pręstantior sit, tribuendos non statuat, quin quæ vel longè opibus virtutéque superior, at in quotidiano conuictu superioritatis omnis omnisque oblita præstantiæ, nihil aliis supereminere velit, virtus & ipsa, & quæ, quod non ampliora quàm aliis, sed æqualia spiritui appetat bona, non incommodè forte Æquabilitas dici queat. Et spiritus ea est benè magni, & qui non propterea se magnificat, nec in eo omnino gloriandum sibi existimet, quòd maioribus quàm ipse alios afficit ab iis honoribus afficiatur sed quòd verè præstantior aliis est purior-

puriórque. Πλεονεξία verò (liceat enim aliena voce vitiũ Æquabilitati oppositum appellare, quando ea nos carere videmur) intelligens est ea sibi ab aliis commoda operámque & honores arrogans, quos ipsa vel nihil etiam deterioribus tribuere minimè dignetur, & quæ aliis vel familiari in conuictu congressúque superiorem se facere velit procurétque, alios omnino vt inferiores tractet. Et spiritus est qui propriis bonis parum confidat parúmque in propria præstantia conquiescat: neque enim, si talis non sit, aliorum opera conseruari & nobilis fieri velit. Quæ verò intelligens nimia obsequia nimiósque aliis honores decernit, Adulatio dici potest. Et spiritus est maximè vilis maximéque abiecti: qui nimirum vt aliorum sibi gratiam conciliet, nihil eorum bona dictis factísque plus iusto extollere, nihilque sese illis earum ritu subiicere, nihil etiam mentiri amicósque homines decipere vereatur.

Capvt XVIII.

De hilaritate, & vitiis ei oppositis.

Intelligens verò, quæ in iis quæ adsunt & quæ euentura etiam sunt acquiescendum decernit, & præsenti rerum statu contenta, nec valdè de futuro sollicita est anxiaque, virtus & ipsa, quæ Hilaritas dici potest. Et spiritus est cùm rectè intelligentis, tum magni purique & nitidi: qui nimirum rerum euentu, quarum ipse cursum naturámque immutare flecteréve minimè queat, tristari nolit, & qui quibusuis oppressus malis seruari non desperet, & cuius portio nulla, præsertim quæ in cerebri ventriculis inhabitet (cuius cùm reliqui affectus passionésque omnes, tum verò Hilaritas est Tristitiáque, & ad quam fuligines efferri videntur) nihil ab iis turbata deterritáque vnquam, nihil ad eas exuperandas explodendásque sese colligat, aliásve ad opem ferendam conuocet, nihil certè (quod maximè est spiritui graue & molestum, & quod vbi agit tristari videtur) in seipsum conspissetur contrahatúrque vnquam, sed in propria tenuitate propriáque perpetuò gaudeat puritate, quin molestia nulla vnquam nullóque oppressus malo, & nullis intentus laboriosis operationibus, libens perpetuò lasciuiat iocetúrque, explicet nimirum sese effundatque, & blandis quibuslibet motibus commoueatur.

Intelligens contra, quæ nunquam in præsentibus bonis acquiescit, perpetuóque de futuris sollicita est anxiáque, vitium & ipsa, quod Tristitia dici potest. Et spiritus est haud rectè ratiocinantis, & impuri omnino pusilliique: qui nimirum rerum euentu torqueatur, quarum successus in sua non est potestate, quíque perpetuò sibiipsi timeat, perpetuóque immistas fuligines exhorreat paueátque, & in his amoliendis perpetuò sese contrahat remittat certè nunquam, nullisque sese nunquam oblectet iocis. At & quæ intelligens spiritum nunquam contrahi velit, & id ne fiat, vel quibus maximè spiritus conseruetur perficiatúrve negligentia, & vel ea tractanti, & malis quibusuis incidentibus lasciuiendum iocandúmque, vitam omnino omnem in iis operationibus exigendam decernat, quas operans spiritus diffunditur exhilaratúrque vitium & ipsa, quod Scurrilitas dici queat. Remittendus enim exhilarandúsque est spiritus, at ibi certè, vbi eorum quæ ad eius conseruationem perfectionémve pertinent nihil tractandum est, vel vbi diu contractus diúque diuexatus, exhilarari diffundique opus habet. Nam si malis quidem nullis succumbendum lugendumque, non certè iocandum in iis ridendúmque est. Et spiritus id vitium est tenuis fortè, & qui immixtas fuligines exhorreat, proindéque eum iis conflictari auersetur.

Capvt XIX.

De mansuetudine, & vitiis ei oppositis.

At quæ nihil amicis parum obsequentibus, vel etiam offendentibus, multóque peccantibus errantibúsque minus irascendum decernit intelligens, virtus & ipsa, & Mansuetudo dici potest. Et spiritus est summè puri nobilisque: qui nimirum non propterea non indignatur, quòd amari se colique indignum existimet, vel quòd illorum peccata ipsum lateant, sed quòd amicorum vel in ipsum peccantium ipsum veluti miseret: beatus, qui sola sui puritate contentus nihil aliorum erroribus peccatísque torquetur, & quem qui offendere, summè ament colántque necesse est. Quæ contra intelligens vel amicorum hominum peccata, erroresque & cessationes non ferendas, ac (si liceat) puniendas etiam decernit, vitium, quod Iracundia dicitur. Et spiritus est impuri ignobilisque, at qui puritatem affectet nobilitatémque, nec veram tamen existentémque, sed apparentem modò, non esse nimirum fierive, sed videri tantùm purus appetat procurétque. Nam si verè purus sit, proindéque eius puritas nihil ab aliorum cultu obsequióque pendeat nequaquã quibus purus non videtur, vel etiam vt impurus negligitur, grauiter iis irascatur, nullo aut permodico ab iis bono spoliatus. At quia non esse, sed videri tantùm appetit, propterea non excultus summè indignatur, quòd propria puritate propriaque nobilitate spoliari ab iis videtur, & impuratur omnino ab iis ignobilisque fit, ibi impuratus ignobilisque factus, vbi tantùm purus erat nobilisque. Miser, qui totus ab aliis pendet, & quem aliorum errores torquent diuexantque. Quin & intelligens, quæ quibusuis ab aliis modis spiritus offendatur, nihil illis succensendum decernit, nec verò quòd illorũ peccatis se offendi non patiatur, sed quòd offensum se nihil percipit, vitium & ipsa, quod & ipsum, quia perrarum est, nomine (vt videtur) vacat, at Stupiditas dici queat. Stupidi enim omnino est spiritus.

Capvt XX.

De benignitate, & vitiis ei oppositis.

At verò, quoniam non cognatorum modò amicorúmque, sed ciuium itidem & conterraneorum, & hominum propemodum omniũ bona maláque omnia ad singulos pertinent, & singulis commoda incommodáve fieri, & quæ aliis euenere singulis euenire possunt, & manifeste aliorum bonis ac malis perpetuo commouetur spiritus, & vtriusque, nimia vbi apparent, plerunque vehementer tristatur, est verò vbi & gaudet: vtique & intelligens, quæ huiusmodi affectus rectè moderatur dirigitque, virtus & ipsa, & quæ Benignitas dici queat. Quæ nimirum, si, quod Benignitas propriè dicta, non operatur, non proprias scilicet aliis opes communicat, at quibus ipsa benefacere non potest, iis ab aliis benefieri appetit & benefactum esse aliorum omnino bonis gaudet. Rectè porrò quem diximus appetitum intelligens moderatur, si iis cognatorum quidem amicorumque, & ciuium amplius, at hominum etiam omnium bonis gaudendum decernat, quæ si aliis bona commodaque non sint, at nullum certè aliis malum nullúmque afferant incommodum, & quibus, qui donati sunt, indigni non sint, fortè etsi dignioribus tribui possint.

Quoniam enim bona quædam non omnibus, nec verò multis tribui possunt, proindeque indignis ea collata dignis adempta videntur: vtique illorum bonis Benignitas gaudere non potest, quæ scilicet bona omnibus quidem, at dignioribus certè, & quorum bona reliquis commodiora sint, ampliora appetat. Rectè etiam, si iis prauorum bonis, quibus illi aucti mali aliis incommodique esse possint, non modò non gaudendum sed tristandum etiam statuat: non quidem quòd malum illis, sed quòd aliis omnibus, probis præsertim, bona, & salus eripienda est. Itaque quorum opes potentiaque aliis mala est incommodaque: eos siquidem non penitus perdi, at nullis certè opibus

nullâque donari potentia optandum, fortè & procurandum etiam est. Quin nullis fortè illorum malis tristandum, quæ scilicet bonis commoda sint bonáque. Adhuc & si cognatorum quidem amicorúmque, & proborum amplius, at hominum prorsus omnium, à quibus immineat malum, malis ac miseriis tristandum statuat. Nec verò propterea tantùm, quòd illorum omnium mala miseriæque nobis etiam mala incommodaque sunt, sed quòd iisdem & nos obnoxios esse intelligimus.

Intelligens contra, quæ quorumuis bonis quibusuis tristandum, malis gaudendum, nec vllis omnino aliorũ miseriis spiritum commouendum decernit, vitium, & quod Benignitati oppositum, & hominum gaudens malis, Malignitas dici potest. Et spiritus est (vt videtur) impuri, ac vilis, & qui parum sibiipsi confidat parúmque rerum naturam intelligat. Propterea enim aliorum bonis tristatur, quòd iis se donatum non sentit nec donari posse sperat, itaque in illorum bonis propria intuetur mala. Et propterea bonorum malis infortuniísque gaudet, & nullis prorsus hominum quorumuis miseriis cõmouetur, quòd qua ipse puritate, & quibus ipse priuatus est bonis, alios itidem quauis ratione priuari appetit, & priuatos esse gaudet, quam scilicet puritatẽ sesèque conseruandi facultatem nec sortitus est, nec sortiri sperat, eam aliis omnibus adimi apetit & ademptam esse gaudet. Et propterea aliorum miseriis nihil cõmouetur, quòd humanarum rerum instabilitatẽ nõ intelligit. At & quæ quorũuis quibusuis gaudet bonis, & quorumuis quibusuis tristatur malis, & hominum miseriis quibusuis luget intelligens, vitium & ipsa, quod, quoniam pertatis inest, nomine caret, ac Mollities fortè dici queat, quæ nimirum spiritus esse videtur veluti mollis flexibilisque. Quoniam enim hominibus (vt dictum est) omnibus bona appetenda spiritui sunt, & hominum omnium bonis gaudendum: vtique prauorum noxiorúmque, eorum omnino qui malum aliis assiduè moliũtur, & quorum bona mala aliis sunt incommodaque, bonis gaudendum non est, sed tristandum potius. Et hominum malis, quorum fortunæ nihil aut insensile quid nos contingunt, qui valdè tristatur, libens is miser est libénsque corrumpitur. Quorumuis scilicet hominum malis commodus est spiritus, vt cui quorumuis salus commoda sit bonáque, at moderatè tamen vbi nostra tristitia nihil aliis bona est, catenus scilicet quatenus vel nullo vel paruo spiritus malo afficiatur. Quid enim aliorum nos affligamur malis, vbi nihil propterea leuiora illa fiant?

Capvt XXI.

De æmulatione, & vitiis ei oppositis.

Et quoniam non propterea tantùm aliorũ bonis præstantiaque lætatur tristatúrve spiritus, quòd (vt dictum est) ad alios omnes aliorum singulorum fortunæ pertinent, sed & amplius fortè, quòd aliena ad propria confert bona, & ampliora illa intuitus, quòd in illorum excessu propriorum intuetur defectum, tristatur plerunque atque indignatur, & illis donati qui sunt, odio eos habet perditósque vult, est & vbi eorum quidem bonis donari & ipse, & similis eis vel præstantior etiam fieri appetat procurandúmque statuat, nullo eos propterea odio prosequens, quin amans eos coléntque: vtique & quæ huiusmodi affectum moderatur dirigítque intelligens, virtus & ipsa sit, & quæ Æmulatio dici queat. Rectè porrò dirigat, si quorumuis bona quæuis appetenda procurãdáque, at nullo propterea odio qui ea sortiti sunt prosequendos decernat. Neque enim quæ externis etiam bonis ab aliis exuperari non sustinet, si nullo aut modico sui ipsius incommodo nullóque aliorum malo procurandum illud decernat intelligens, damnem eam vnquam incusémque: prauam omnino vitiúmque, quin bonam laudandámque & virtutem eam statuam. At bona quæ in aliis intuetur quæuis spiritui comparanda decernens Æmulatio, multo certè diligentius propria quæ sunt, & quę proximius illius substantiã conseruant perficiúntq́;, & iis modo si exuperetur tristetur spiritus indignetúrq́. Nec verò in eos, à quibus exuperari se intelligit (quid enim eos oderit perditósque velit, aut irascatur omnino iis quibus similis fieri appetit procuratque?) sed vel sibi ipsi, ita si culpa illa donatus non est, vel aliis, si aliorum id factum sit vitio.

Et spiritus (vt videtur) nobilis strenuíque Æmulatio est: qui scilicet quæ in aliis bona intuetur sibi itidem ea omnia deberi intelligit, & sibi omnia vt comparet, nullo scilicet vnquam deterior vt sit, labores nullos nullásque molestias auersatur, nulla etiã declinat pericula, & quas se ipso præstantiores intelligit, non modo nihil eos odit nullúmque iis optat malum, sed amat etiam ac colit, & eorũ salutem appetit procurátque, in quibus nimirũ quę magni æstimat, & quę se quoque adepturum sperat, propria nimirum intueri videtur bona. Quæ contra intelligẽs aliena quidem bona appetit, at quia ea sibi cõparare pigrescit, seu desperat etiã, propterea qui iis donati sunt veluti suę prauitatis testes ostensorésque odio habẽdos, malaque iis omnia desiderãda decernit, vitium omninò, quod Inuidia dicitur. Quid enim odio ij habendi, qui, quia & nos ipsi eorum bona nobis comparemus, nullum nobis impedimentum, quin opem quampiam afferunt, modũ, quo ea ipsi adepti sunt, nobis ostendentes? Et spiritus illud est ignaui prauíque: qui scilicet quam in aliis intuetur magniq́; æstimat præstantiã, eam sibi ipsi cõparandã non statuit procuratque, & qui perditos velit quos bonos & præstãtes videt, & à quibus nec passus est nec vllũ timet malum. Sui scilicet ipsius conseruatio & sese conseruandi facultas & puritas amplius maximè est spiritui appetenda procurandáque, & summa perpetuò vi spiritui enitendum, ne alius quispiam illarum altera ampliore donatus sit, eam nimirum ad se ipsum conseruandum aptitudinem, eámque vt adipiscatur puritatem, quibus maximis humanus spiritus donari potest, esto & indignandum ei sit tristandúmque, id si consequi nõ liceat at non propterea odio ij habendi qui ampliores illas nacti sunt. Neque enim si in illorum veluti valetudine ac puritate nostros morbos nostrámque impuritatem intuemur, illi vt morbosi corruptioníque obnoxij & impuri simus in causa sunt.

Vitium itidem, & quæ bonis quibusuis in aliis conspectis, nihil ea spiritui procuranda affectandaque, ac ne appetenda quidem decernit intelligens, proindéque ad nullos spiritũ excitat motus. Et spiritus est maxime abiecti maximéq́; vilis, & peioris fortè quam cuius Inuidia est. Ignauus enim ille quidem, at non penitus certè degener, qui nimirũ quæ in aliis intuetur bona appetit ea & ipse, iisque se donatum non esse indignatur summáq́; afficitur molestia, quæ igitur sibi etiam conuenire deberique existimat: qui vero nihil illa appetit nihil prorsus ad seipsum illa pertinere, & ad illa consequenda natũ se aptúmve nõ sentit. Siquidem id est spiritus ingenium, vt quæ quam longissimè eius vires conditionémque exuperent, nihil ea tentet ac ne appetat quidẽ, illísque non donatus nihil tristetur mœreátve aut indignetur, ea omnino modo appetat procurandáque statuat, quæ consequi sperat confiditque, & iis modo frustratus indignetur tristetúrque. Itaque qui nullis aliorũ bonis commouetur, nihilq. ea appetit, & nihil procuranda decernit spiritus, summè is vilis atque abiectus, & pecorinus omnino sit oportet. Nec propterea bona quæuis summè expetenda maximóque studio comparanda decernam vnquã, eosue damnẽ qui quædam ne appetunt quidẽ, quæ scilicet summis laboribus summísque comparãda sunt molestiis, & nullis interdum cõparari possunt, & sine quibus optimè conseruari perficíque spiritus queat: sed eos modo qui quæ ad spiritus conseruationẽ perfectionémve maximè pertinent, & sine quibus siquidem viuere at nõ certè in propria natura propriáque dignitate rectè conseruari queat spiritus, & quæ nisi stertamus nobis comparare possimus, ea ne appetimus quidem. Dictum porrò vitiũ nomine (vt videtur) vacat: sed, quòd spiritus est maximè abiecti, non immerito Abiectio dici queat.

Cap.

Capvt XXII.

De sublimitate, & vitiis ei oppositis.



T quoniam honores nihilo penè minus quàm sui ipsius salutem appetit spiritus, & contempui habitus nihilo pene minus quàm ad interitum actus tristatur indignaturque, & à quibus contemni se iniuriaque affici existimat, nō odio modò habet sed maximo eos puniendi desiderio flagrat, & ni id factum sit, indignus qui vita vlterius fruatur sibi ipsi videtur, itaqbe cum ciuibus, amicis, consanguineis, cognatis, cum iis omnino à quibus mutuo amari fouesique oporteat, si quid contemni ab iis iniuriáve affici videmur, nihilò minus atrocia bella gerimus quàm cum hostibus, & cum iis qui bonis nos omnibus & libertate etiam vitaque priuare procurant: vtique quę huiusmodi affectum rectè moderatur dirigitque intelligens, virtus, & quæ (quòd non humilia quæpiam viliaque, nec reliquarum virtutum ritu ea appetenda procurādáque decernit, quæ spiritum in propria conseruent natura, esto & perficiant etiam, sed quæ verè cælestem diuinumque penè & Deo similem, ea omnino re dignum facere procurat, quæ summa à nobis ipsi præstari potest Deo) non immerito Sublimitas dici potest. Rectè porrò moderetur dirigatque: primùm quidem, si honores, non vt per se bonos & per se appetendos procurandósque decernat (qui nimirum nihil ipsi spiritum conseruant nec bono vllo afficiunt) sed vt aliorum bonorum signum indiciumque, & qui spiritum bonis, quibus cōseruetur perficiatúrque omnibus, vel eorum copiam affluentem declarent: tum si non eos, qui opibus potentiáque, externis nimirum bonis præstantur. Quid enim rerum possessione glorietur sublimis generosúsque spiritus, quibus prauissimi affluere possunt homines & persæpè affluunt, & quibus fortunæ plerumque arbitrio & donamur & spoliamur? Quæ, quam vnam se ipsum aliosque conseruandi facultatem spiritui præbent, nisi rectè ea vtatur spiritus, non modò nihil eum aliósque cōseruet, sed vel penitus ipsum perdat vel deteriorem faciat, maloque alios afficiat, ad prauas operationes & à quibus vtrúmque illud fiat operandas alliciens: quæ omnino malæ esse spiritui possint nunquam certè ipsum perficiant nobilitentque, sed eos modò, qui propriis atque internis & summis iis spiritus bonis debentur: quæ scilicet non cōseruant modò spiritum, sed summè eum purum veréque cælestem faciunt, & quibus nullo fortunæ beneficio nullisque rerum successibus, nec ab externa omnino re vlla, sed vel cælestium entium ritu à propria sui ipsius natura vel à sui ipsius studio diligentiáq;, à se ipso vno donari omnino potest, & quæ nullis fortunæ hominumue iniuriia obnoxia sunt.

Honores porrò appetendos procurandósque decernens Sublimitas, qui propriis internisque & summis iis bonis præstantur, multo certè prius multóque amplius bona ipsa appetenda procurandaque decernat oportet. Itaque non virtutum reliquarum more vnos modò affectus operationésque vnas, sed affectus omnes omnesque dirigere operationes, & non particularis vnaque virtus, sed virtus tota & virtutes omnes, omniumque virtutū veluti apex videri potest Sublimitas. Honores autem non vt proprium spiritus bonum, nec vt per se appetens Sublimitas nequaquam, si illis fraudetur spiritus, indignandum tristandumque decernat vnquam. sed honorari dignum, & sui ipsius præstantia puritatéque contentū beatumque esse statuet, & quos honorare quósque obseruare, & quibus obsequi & parere & subditum etiam esse æquum est (seu legibus, seu illorum præstantiæ, aut beneficiis ea debeantur) libenter & honores & obsequia, & ministerium etiam, vbi oportet, amplioraque, quàm oportet, præstanda omnia decernat, nihil propterea spiritum vilem abiectumque, quin nobiliorem sublimioremque fieri existimans, rem nimirum colentem venerantemque, qua & ipse donatus, vel omnino donari aptus sit. Quin & iniuriis etiam acceptis minimè indignandum, nec qui eas intulere perdendos statuet Sublimitas: sed veluti hominum vulgus nec puerulos, nec ebrios insanosque & furiosos, aut penitus stupidos penitusque abiectos homines quouis illato malo, nec calcitrantes etiam asinos vlcisci punireque dignetur, sic Sublimitas neminem prorsus (cui nimirū, qui iniqui sunt prauique, furiosi omnes stupidíque & ferini videntur: qui igitur ne feriant, cauendum, at si ferierint minimè referiendum, sed vt peccantium errantiumque miserendum) & vt quàm longissimè inferiores despiciendos, quin & pro malis bona retribuenda statuet. Nec verò metu, qui nullus sublimi spiritui inesse potest, sed quòd (vt dictum est) indigni videntur, in quos vires exerceat suas, & dignus ipse qui omnibus benefaciat, & qui in ferinos iam actos spiritus humanos facere procuret. Vt si quæ à Deo habemus nostris conferre fas sit, ea omnino spiritus mansuetudo humilitasq;, quam amplexandam seruator noster pręcipit, Sublimitas videri queat.

Quæ contra intelligens honores nullos appetendos, minus etiam procurandos decernit, & nequaquam eorum contemptu, sed quòd nihil eorum pulchritudinem intuetur, quin quòd nihil eos ipsius naturæ deberi conueniréve intelligit: vitium, & longè fortè teterrimum, & quod aliorum omnium origo sit & fons. Nam quæ nihil spiritus originem intuita, viuat is modò atque oblectetur, nihil qualis sit qualísque habeatur curat intelligens, non ea illum agere, ea operari eaque pati, quæ vel pecora ipsa agere operari & pati auersantur dedignanturque, decernere vereatur. Quæ igitur maximè Sublimitati opposita nō immerito Abiectio dici queat. Nam si in eo Sublimitati congruere videtur, quòd & ipsa cōtemptus opprobriaque & iniurias minimè vlciscendas, nihilque aliorum præstantiæ inuidendum, & præstantioribus cedendum, honorésque iis & obsequia præstanda decernit: at non vt illa, quòd iniurios iniquósque homines despicit vlciscique dedignatur, & quòd præstans ipsa sublimisque proprias conditiones in aliis intuerī gaudet, & colit eas amatq; in aliis, sed quòd sese quàm longissimè abesse percipit, vt illatas iniurias repellat, aliorúmque sibi præstantiam comparet, quin vt eam sibi conuenire existimet, vel labores molestiasque, & pericula exhorrens, quibus iniuriæ reiiciendæ præstantiaq; comparanda est. Et pręstantiores, non vt meliores, honorat obseruatque, sed vt robustiores ac potentiores, ob metum omnino, proindeque non bonos ac sapientes, sed opulentos & factiosos, seruorum canumque, & aliorum vilium animalium ritu, quæ à quibus bonum sperāt, vel malum timent, lambunt coluntque. Est igitur Abiectio (vt vel nomen declarat) spiritus maximè abiecti maximéque vilis, & ignaui etiam maximè.

Vitium etiam intelligens, quæ honores quidem appetendos at nequaquam dignum illis spiritum faciendū decernit, quos igitur vel nullis eius bonis, vel iis præstari velit, quæ vel nullis, vel non tantis certè, quantos sibi arrogat honoribus digni sunt: Superbia dici potest. Nec verò in eo modò, à sublimi differt superbus spiritus, quòd honores hic appetit quibus dignus non est, vel multo certè ampliores, sed quòd vt per se bonos & per se expetendos, & vt verum supremúmque bonum eos appetit, proindéq; iis frustratus, veluti bonis omnibus spoliatus maximè indignatur, eosque perdendos appetit procuratque, à quibus spoliari illis videtur. Infelix insipiensque. Neque enim ibi excellit ibique sublimis est spiritus, vbi vel in altissimo ipse positus loco ab aliis suspicitur aliosque ipse despicit, sed vbi verè cæli ipsius diuinorumque entium nactus substantiam, eorúmque operationes operatus, verè cælestis veréque diuinus, & qui ab omnibus suspiciatur dignus factus est, vel aliis etiam subiectus seruiensque & in ima quæuis deiectus. Age porrò (quod reliquum est) quæ ab Aristotele de summo hominis bono, & quæ de virtutib. quibus illud comparandum est, nec verò quæ de singularum ingenio, sed quæ de omnibus in communi tradidit, intueamur. Illud enim & magni laboris opus & maximè necessarium videtur. Tum, si non rectè virtutis ipsius substantiam explicarit, longè ille quidem abesse vide-

ti queat.vt singularum ingenium nos rectè edocuerit.

CAPVT XXIII.

Animæ operationem iuxta virtutem supremum hominis bonum Aristoteli positam, & perperam id factum esse.

1. Ethicorum.

QVONIAM (inquit Aristoteles) omnis cognitio omnisque electio bonum quid spectat, quod nam bonum sit, quod ciuilis ratio expetit, & quæ in re sit omnium rerum agendarum supremum bonum, statuere oportet. Et nomine quidem idem omnibus propemodum positum est, felicitatem enim illud omnes appellant: at quid felicitas sit minimè inter eos constat, sed alij in alio eam ponunt. Aliorum itaque explicatis reiectisque sententiis, Quoniam (inquit) vnicuique actioni & arti id summum propositum est bonum, cuius gratia quæ in ea fiunt, fiunt omnia, vtique si vnus est rerum agendarum finis, iis profecto sit quod illæ spectant bonum: si verò fines plures, & bona etiam plura. Quoniam verò plures sunt fines, aliósque propter alios expetimus, vt diuitias & tibias & organa perspicuum est non eos omnes perfectos esse, proindéque nec bona. At quod optimum est id perfectũ apparet. Si ergo vnum aliquod vndique perfectum est bonũ, hoc illud sit quod quærimus: si autem plura, quod horum perfectius est. At qui id quòd propter se expetitur, eo quod propter aliud expetitur perfectius esse dicimus, & quod nunquã ob aliud expetitur, iis omnibus, quæ propter se & propter aliud expetũtur. Quod igitur perfectũ est, id propter se semper, nunquam propter aliud expetitur: huiusmodi felicitas maximè videtur. At fortè (inquit) summum bonum felicitatem esse omnes consentiunt: at manifestius quid ea sit explicandum est. Et pateat fortè, si hominis opus sumatur. Veluti enim tibicen quique signa fabricantur & artifex quiuis, iisque omninò omnes quibus aliquod opus vel actio proposita est, in opere ipso finem perfectionémque artis statuunt, sic homini, si quod eius est opus & officium, faciendum esse videatur. Verum verò fabri sutorísque certa quædam erunt opera actionésque, hominis autem nullæ erunt, sed iners factus est? An veluti oculi, manus, pedis, & singularum omnino partium suum est munus, sic & homini præter hæc omnia opus aliquod munúsque tribuetur? Itaque inquirendum id est. Et vitæ quidem, qua alitur augetúrque & qua sentit, videri id non potest: hæc enim animalibus omnibus, illa plantis etiam communis est. Superest igitur vt vita sit, quæ iuxta rationem operatur. At si hominis opus animæ operatio est iuxta rationem, vel non sine ratione, & hominis, & studiosi hominis idem genere opus dicimus, veluti Citharœdi, & studiosi Citharœdi & simpliciter hoc in omnibus addita ad opus virtutis excellentia, siquidem pictoris pingere est, probi autem benè, & vnumquodque, iuxta propriam virtutem absoluitur perficitúrque: vtique summum hominis bonum animæ operatio sit iuxta virtutem, & si plures sint virtutes, iuxta optimam perfectámque.

Perperam sanè, & vel eorum (vt videtur) quæ id astruens enuntiarat oblitus: bonorum scilicet, quæ propter aliud expetuntur, nullum perfectum absolutúmque esse bonum, sed id solum quod perpetuò sui ipsius gratia tantùm expetatur. Nam appetentes facultates ab intelligente, quatenus appetere operatique oportet, edoctas virtutes Aristoteli fieri iamiam manifestum fiet, & facultatibus, quibus anima donata est, ad vnam omnibus propterea donatam eam esse, vt iis sui ipsius conseruationẽ procuret, & animæ operationes omnes vnã ipsius conseruationẽ spectare, proindéque non propter se, sed propterea expetẽdas bonásque esse, quòd iis seipsam in propria natura conseruet anima: nulli (vt existimo) at Aristoteli omnium minimè dubium esse potest: qui nimirum id virtutis munus esse enunciat, vt eas, cuius est virtus, propè affectum reddat, in propria nimirum conseruet natura. Nam qui animæ operationes consequitur voluptatis sensus, conseruationis eum esse sensum, satis est (vt videtur) superius declaratum. Itaque (quod dictum est) manifestè sui ipsius propriorúmque decretorum oblitus supremum hominis bonum non ipsius conseruatio sed operatio secundum virtutem positum est.

CAPVT XXIIII.

Animam Aristoteli in rationalem irrationalémque diuisam esse.

Eth. li. 1 cap. 13 & 14.

PROINDE porrò felicitatem manifestandam existimans Aristoteles, Quoniam (inquit) felicitas quædam animæ operatio est secundũ perfectam virtutem: vtique & de virtute ipsa speculandum est, humana inquam, siquidem humanum inquirimus bonum. Humanam autem virtutem non quæ corporis, sed quæ ipsius est animæ, dicimus quòd sit virtus, ipsa etiam anima, quò ad ea, quæ inquiruntur, satis sit, cognoscenda, neque enim anima penitus ignota ipsius innotescere queat virtus. Animam autem non vnam eándémque esse vniuersam, sed alteram eius partem rationis expertem, alteram verò ea præditam esse, in externis sermonibus satis est (inquit) declaratum. Quin & quæ ratione caret non eodem modo vniuersa ea caret, sed quæ corpus nutriendi augendique munus sortita est ea prorsus rationis expers, nullámque habet cum rationali cognationem commerciúmve. Itaque quantumuis magis minúsue corpus nutriendum ratio præcipias, nihilo magis minúsue nutrit. Proptereáque & quòd non hominis propria, sed plantis etiam communis est, nihil est eius virtus hic inquirẽda. Altera verò eius pars quæ appetit, irrationalis quidem & ipsa, at rationis tamen quodammodo particeps videtur: quæ nimirum rationi interdum obtemperat, & ibi solùm tantúmque appetit, vbi quantumque ratio præceperit. Nam (quod dictum est) aliam irrationalem substantiam, quæ rationi aduersetur repugnétque, animæ inesse, inde manifestè intelligere licet, quia (quod substantiæ, quæ vna sit, euenire minimè queat) secum ipsa pugnat, & veluti in diuersa distrahitur anima, ratione nimirum ad bonum honestúmque agente, & alia inexistente substantia, rationi repugnante, & animam ad iudicandum alliciente. Duplex porrò animæ substantia cùm sit, eius etiam virtus duplex & ipsa eadémque, qua & anima discreta differentia sit oportet. Et quæ quidem rationalis sunt partis, rationales, quæ verò alterius, morales dicuntur.

CAPVT XXV.

Animam eiusque virtutem non rectè in rationalem irrationalémque Aristoteli diuisam esse: animæ facultates, siquidem plures sunt, rationales omnino esse omnes.

ANIMAM neque è diuersis substantiis compositam esse, nec facultatibus donatam quæ sibi ipsis aduersæ sunt sibique ipsis repugnent, sed vnam omnino eandémque esse vniuersam, itaque etsi multæ ipsius sint facultates, at ita certè eas sibi ipsis consentientes congruentésque esse, vt vna omnes videri queant, ipsi illud (vt visum est) Aristoteli inprimis placitum est positúmque, & rectè etiam declaratum, hoc videri omnino debuit. Quoniam enim veluti entium reliquorum omnium, sic & animæ facultates nõ aliunde, sed à propria ipsius emanant substantia, itaque inhærent penitúsque insitæ sunt, vt ne cogitatione quidem seiungi ab ea possint, quæ igitur si non vna sint omnes, at sibi ipsis certè maximè similes cognatæque, & maximè perpetuò concordes consentientésque sint oportet, & huiusmodi omninò esse, quin ita sibi ipsis colligatas consentientésque, vt (quod dictum est) vna omnes videri queant, vel pugna, quæ in anima interdum fieri videtur (quæ Aristoteli, vt visum est, & antiquioribus omnibus aliam à ratione substantiam facultatémue

& quæ

& quæ rationi aduersetur, animæ inesse persuasit) omnibus quidem, at Aristoteli in primis declarare potuit.)

Quoniam enim non quocunque iucundo, nec quocunque proposito bono amplexandum ue id sit, secum ipsa pugnate, & in diuersa distrahi anima videtur, sed ibi tantùm, vbi vel vnum quidem suaue propositum est, bonumve vnum, at minimè purum id sincerumque, sed quod molestum malumve quodpiam exceptum appareat, vel suauia bonaue multa, & æquè omnia expetenda, at quibus non omnibus simul, sed vno tantùm potiri liceat, reliquis carendum sit omnibus: tamdiúque secum anima pugnate distrahique videtur, dum præsens bonũ futuro malo præhabendum, vel contra, & quod è bonis omnibus præligendum sit, diiudicet decernatque, & eo facto nequaquam dubia amplius discórsve apparet, neque in diuersa distrahitur amplius, sed maximè sibi ipsi concors ad vnum idémque libens vniuersa fertur, & vnum idémque sectatur amplexaturque vniuersa: & nequaquam secum ipsa pugnate distrahique animam existimare licet, quòd è diuersis partibus composita, vel facultatibus diuersis donata sit, & quarum alia præsens modò iucundum præsénsve intueatur bonum, futurum alia molestum malumve præuideat exhortetúrque, vel bonum hoc aliæ eius parti facultative, illud aliæ innotescat sectandúmque videatur, nequaquam omnino, quòd cùm diuersæ sint animæ partes facultatésve, & bona maláque non omnibus omnia, sed aliis alia, & singula singulis cognoscantur appetanturque, & singulę ad bonum id amplexandum idque malum vitandum, quod ipsis innotuit, animam impellat, vel propterea à pugna desistere, sibique concors anima fieri, & ad vnum vniuersa simul ferri videri Aristoteli potest, quòd partes facultatésve reliquæ re, quam ipsæ expetant & qua summè oblectentur, neglecta, alterius in gratiam rem sectari velint quæ ipsis penitus ignota sit & à qua nulla ipsæ voluptate afficiantur, quin manifestè; dum secum ipsa pugnare & distrahi anima apparet, præsentis iucundi præsentísque boni, & futuri molesti futurique mali, & propositorum bonorum omnium magnitudinẽ metitur, præsens nimirum iucundum pręsénsque bonum, & futurum molestũ futurúmque malum, tum & proposita bona omnia inter se confert, tandiuque hæret & in diuersa fertur, dum præsens ne bonum futuro malo, an contra, & quod ex omnibus præeligendum sit bonis statuat, idque vbi factum est, nihil amplius secum ipsa pugnans, ac ne hæsitãs quidem vel operari auspicatur, vel operandi cogitationem deponit omnem, vniuersa omnino maximè sibi ipsi concors in vnum, idemque fertur: Hæc inquam ita cùm sint, quæ pugna in anima fieri videtur, non diuersarum ipsius partium facultatúmve disceptatio decertatioque sed rationalis vnius fluctuatio distractioq; & perplexio omnibus quidem, at Aristoteli certè amplius videri debet. Manifeste enim propterea secum ipsa pugnate, & in diuersa distrahi anima videtur, ꝙ à iucundo bonove allicitur, & à molesto malove, quod illud exceptrũ illiq; coniunctum apparet, reiicitur, & quòd à diuersis bonis & quæ in vnum agi non possint veluti in diuersa distrahitur, minimèq; præsens ne bonum futuro malo an contra, & quod propositorũ bonorum reliquis maius sit penitúsq; compertũ habet, quorum igitur singulorũ magnitudo veluti dimetiẽda & natura intuenda animæ sit, idque nõ magno modò labore, sed summa etiã cum molestia animæ fit, quæ nimirũ labore nullo nullóque futuri mali metu, & bonis prorsus omnibus frui maximè appetat maximéq; velit, & vbi non licet vehementer dolet.

Propositorum porrò bonorum malorúmque omnium magnitudinem naturámque veluti metiri intuerique, easque inter se conferre, diiudicare omnino conspecta anima, vna ipsa vnaque prædita facultate omnibus quidem, at Aristoteli certè in primis ponenda necessariò est: cui scilicet rerũ differentiæ diuersitatésq; dignoscendæ diudicandæque cui sunt, maximè id vnum esse ens, & vno insuper diiudicare oportere placet, & pulcherrimè etiam declaratum est. Quin & se ipsum latens Aristoteles, appetentem rationali eandem, & rationalem omnino ponit. Quoniam enim rationalis consilio admonitionibusque aut iussu, minus quàm sui natura est magísque appetentem fieri statuit: vtique & ratiocinandi vim ei indit, & rationalem facit. Neque enim, si propterea quòd iuxta sui naturam appetat atque operetur, nulla molestia nullóque malo se affici intelligat, appetendi fruendique finem faciat vllum. Quid enim (quod ipsius naturæ maximè propriũ est, & quod maxima ipsã voluptate afficiat, si id operans nulla molestia nullóque vnquam malo se affici intelligat, operari cesset vnquam? aut qui, si irrationalis sit, rationalis cõsilium admonitionemque percipiat, aut imperium & minas reformidet vnquam? Vna igitur eadémque animæ substantia, & ipsa omnino anima vna eadémque cùm sit vniuersa, eiusque facultates, si quidem non sibi ipsis, sed animę certè substantiæ vnum idémque sint omnes: vna animæ perfectio virtusque vna sit oportet. Quod si, quia multis operationibus, & quę diuersæ videri possunt, modum mensuramque imponit, diuidenda est, at non certè quo Aristoteli diuisa est modo: sed vna omnino eadémque ponenda ea est omnis, tum in tot secãda, quot operationes sint, quas ipsa dirigit moderatúrque vna nimirum intelligens, ac diuersa decernens. At age virtutis vtriusque exortum indagantem audiamus.

Capvt XXVI.

Rationales virtutes disciplina, morales consuetudine comparari Aristoteli videntur.

Dvplex (inquit cùm sit virtus, rationalis altera, altera verò moralis: rationalia quidem vt plurimùm à disciplina ortum habet incrementúmque, itaque & experientia indiget & tempore, moralia verò consuetudine ac moribus, vnde nomen sortita est, comparatur. Ex quo perspicuum est, nullam prorsus moralium virtutum natura nobis ingenerari. Eorum enim, quæ natura insita sunt, nullũ prorsus aliter atque natura operatur consuetudine vlla operari assuescit: vt lapis, qui natura deorsum fertur, numquam in sublime ferri assuescat, nec si millies quidẽ eum quis sursum, vt assuescat, emittat: eodémque modo nec ignis deorsum, nec aliud quicquam, atque ipsius natura ferat, assuescere potest. At nos probas modò modò verò prauas, & quæ oppositorũ sint vitiorũ, operamur operationes. Nõ igitur à natura neq; contra naturã nobis insunt virtutes, sed ad eas percipiendas natura nati sumus, consuetudine autem nobis cõparamus. Quæ præterea à natura nobis tributa sunt, eorũ primùm facultates accipimus, deinde operationes edimus: quod in sensibus manifestũ est. Neque enim ex eo, quod crebrius aut vidimus aut audiuimus, sensus accepimus: sed cõtra cùm sensibus donati essemus, iis postea vsi sumus, nõ cùm vsi essemus, accepimus. At verò virtutes, cùm iuxta eas operati prius simus: quod in cæteris fit artibus. Quæ enim facienda sunt cùm didicimus, ea tum cùm agimus discimus maximè: veluti homines tum architecti sunt maximè cùm edificant, & Citharedi cùm Citharis vtuntur. Similiter iusti, temperantes, fortes efficiuntur maximè, cùm ea facimus quæ iusta sunt, modesta, fortia. Iam ex iisdem rebus oritur virtus omnis & ab iisdem interit: eadémque est ratio artium omnium. Nam ex eo quòd vtantur fidibus, & clari & ignobiles Citharedi existunt: eadémque est ratio artium omnium. Nam ex eo quòd scitè & peritè ædificant, boni architecti futuri sunt, ex eo quòd inscitè, mali. Quod ni ita se haberet, nullus esset nec rationi nec doctrinæ locus: sed omnes vel probi vel mali sint. Eadem virtutum omnium causa. Nam cùm ea facimus quæ ad permutationes quæ inter homines fiunt spectãt, alij iusti, alij iniusti efficimur, & cùm ea omnia quæ grauia sunt molestaque agimus, assuescimusque timere vel præfidere, nonnulli fortes, alij timidi sunt. Similis est & cupiditatum ratio & iracundiæ. Alij enim temperantes, mansueti, plerique intemperati atque iracundi efficimur: ij quia sic, illi quia secus in iis versantur.

2. Ethic. cap. 1.

Atque vt vno verbo claudam, ex similibus actionibus omnes habitus oriuntur.

Capvt XXVII.

Quæ entis cuiusuis conditio entis virtus ponenda: & quæ virtutes animæ natura, quæ vero disciplina consuetudinéve comparatæ dicendæ sunt.

Qvoniam num intelligentis appetentisque animæ virtutes natura nobis insint, an (vt Aristoteli placet) disciplina illæ, hæ verò consuetudine comparentur, quæritur, miniméque idem, quod nobis, Peripateticis itidem virtus videtur, nec satis etiam constat, quas natura nobis virtutes, quas disciplina consuetudoque indit, res omnino occultæ incertæque sunt, & quibus non manifestatis ac firmis disputatio veluti fluctuet & in infinitum progrediatur: vtique primùm quid vniuersa virtus sit, tum quæ eius veluti partes speciésue naturæ, quæ disciplinæ ac consuetudinis opus dicendæ sint (vtroque enim modo inesse animæ videntur) statuere oportet. Nam si in animæ ratione explicanda discordes cum Peripateticis sumus, ac dum natura ne virtus animæ insit, an consuetudine comparetur, inquiritur, quodammodo animæ inquiritur substantia, & ipsa omnino virtus minimè in aperto posita est, sed veluti latet, proindéque ægrè conspiciatur: at eius certè munus atque opus propemodum idem, quod nobis, Aristoteli etiam positum est, miniméq; (vt videtur) occultum vlli dubiumve esse potest. Quis enim, quæ operanti ac reliquis bonum salutémque afferunt, & mala quæuis reiiciunt propulsántque operationes, non virtutis eas ponat operationes? Eam certè nos entium conditionem, quæ, quod virtutis munus atque opus Aristoteli visum est, præstet, si entium virtutem ponamus, vel Peripateticis ipsis rectè posita esse virtus videatur necesse est. Age igitur virtutis ipsius munera, operáque, & virtutis rationem explicantem Aristotelem audiamus.

2. Ethi. cap. 6. „ Oportet (inquit) non solum virtutem habitum esse, sed quinam habitus sit enunciare. Dicendum igitur, quòd virtus quæuis ens, cuius est virtus, & ipsum bene affectum reddit, & ipsius opus rectè conficit: veluti oculi virtus & oculum ipsum bonum facit, & ipsius opus rectè edit, oculi enim virtute rectè cernimus. Similiter & equi virtus equum ipsum bonum facit aptumque ad cursum, & ad eum qui insidet vehendum, hostesque expectandos idoneum facit. Quod si ita est in omnibus vtique hominis virtus habitus sit, quo & homo bonus efficitur, & proprium ipsius munus rectè exequitur. Ea igitur animæ conditio animæ virtus Aristoteli etiam posita est quæ animam ipsam bonam facit, quæ scilicet in propria natura ipsam seruat. Id enim modò bonum est ens quod nihil à propria natura dimotum est, & quæ vt rectè proprias operetur operationes præstat. Itaque si quæpiam animæ conditio, vt bona anima sit, rectéque proprias operetur operationes, præstat, seu natura ea animæ insit seu disciplina consuetudineque comparata sit, ipsi eam imprimis animæ virtutem Peripatetici ponant necesse est. Ipsi etiam Peripatetici eas nobis virtutes natura inesse statuãt oportet, quæ hominibus insunt omnibus, & iuxta quas vt operemur disciplina nulla nullaque consuetudine opus habeamus, sed statim omnes atque editi sumus operamur: disciplina verò & consuetudine eas comparatas esse, quæ non omnibus insunt hominibus, & iuxta quas, vt operari sciamus, ita operari edoceamur assuescamusve oportet.

Ar verò quoniam ea entium conditio entium virtus posita est, quæ, vt bona sint entia, propriásque rectè operentur operationes, præstat, at nequaquam fortè quæ bona entia, & quæ ipsorum operationes probæ sint, satis conspectum, positum certè non est, res omnino non constant, quibus incertis, quæ inquiritur minimè manifesta fieri queat, & quibus cognitis vel non quæsita conspiciatur, qui enim quæ bona sint entia, entium bonitatem ignorantibus, res manifesta fiat, quâ inexistente bona fiunt? vel qui quibus entium bonitas cognita est, res iis ignota sit, quæ bonitatem illis indit? vtique quæ bona entia, & quæ entium operationes probæ sunt, vel illud saltem diligentius inquirendum distinctéque statuendum. Neque enim dubitare licet, quin quæ bona sunt entia, rectè ea proprias edant operationes, & minus fortè, quin earum probitas entium virtus sit.

Capvt XXVIII.

Quæ entia bona, & quæ ipsorum facultates operationésque probæ.

Qvoniam (vt superioribus expositũ est cõmentariis) quæ in cæli terræque medio & in supremis omnino terræ partibus cõstituta sunt entia, è terra omnia cum ab vniuerso cælo tũ verò à Sole ipso constituta sunt effectáque, nec verò ex illa nihil repugnante, & à Sole nihil ab ipsa passo occupata, sed summopere obluctante repugnanteque, vt entium perpauca quædam ab integra summáque Solis natura, sed eorum longè plurima à bene ea retusa imminutaque: & vtriusque vires longè amplissimæ sunt, & quæ, non quoduis oblesæ concidant pereantque omnes, sed quæ bene imminutæ passæque viuant tamen vigeántque, & quæ non certis modò & determinatis acceptis incommodis, certáque & determinata propriarum virium portione adempta imminuantur aliæque fiant, vt multæ quidem vtraque, at certæ tamen determinatæque fiat, sed quoduis oblesæ, aliæ omnino atq; aliæ fiant, vt entium species actionésque declarant, quæ inexistente natura quiduis aucta imminutaue, quin eadem etiam remanente, at magis in se ipsam collecta vel minus, longè diuersæ fiunt, vt verè innumeræ vtraque fieri possint, & fiat omnino vtraque innumeræ, & quarum differentiæ nullo nobis pacto dignosci queant, innumeræ & longè minutissimæ: & quoniam insuper quales, quantæque eius factæ sua singulæ constituunt entia, & id omnino est ens quoduis, quod quæ inexistit & à qua constitutum est natura agens, nequaquam ea modò à se ipsis differunt entia quæ in diuersis generibus posita sunt, sed quæ eodem sub genere nobis locata sunt, nihil interdum à seipsis minus quàm ab iis quæ proximorum sunt generum diuersa sunt. Minimarum videlicet differentiarum, & plurium fortè rerum incapax hominum sensus, vel quæ bene magnum à se ipsis spatium distant, ea vt eadem ponit.

Si igitur, quod factum est, & faciendum omnino videtur, quæ ita sibi ipsis similia sunt, vt eadẽ videri possint, vnum omnia vnóque in genere ponere placet: at non omnia certè, quatenus eius generis sunt, bona ponere licet perfectáque, sed ea modò quæ verè à natura ea constituta sunt, à qua eius generis entia constituenda sunt, cui vel nulla prorsus vel perexigua latitudo assignari potest: quæ à paulò languidiore vel etiam robustiore aut exiliore copiosioréve effecta sunt, si quidem eius generis, at non bona certè, perfectáque ponenda sunt. Non scilicet aurum quod apparet verè aurum est omne, & si quidem aurum, at non bonum certè omne perfectúmque, sed id modò quod à propria puráque auri natura effectum est: quod ab imminuta ea, vel etiam aucta, vel minus sibi ipsi collecta, aut magis, non aurum, sed aliud omnino ens, aut non purum bonúmque. Itaque ea (vt videtur) bona esse entia perfectáque quæ pura sunt, quæ scilicet à tali tantaque constituta sunt natura, à quali quantaque eius generis entia constituenda sunt, statuere licet. Talia porrò quæ sunt, quin ea proprias facultates probas sortita sint omnes, rectéque proprias operentur operationes, nihil est quod amplius declaretur. Quoniã enim (vt alibi dictum est) entium facultates, quibus entiũ operationes attribuuntur omnes, nequaquã ab entiũ substãtia aliæ, nec aliud omnino sũt,

nisi

nisi inexistentis substantiæ vires, vtique & ipsæ, & quas edunt operationes, substantiæ probitatem prauitatémque sectentur, & iuxta substantiæ naturam operentur necesse. Et ita omnino ente in quouis, at in animalibus præcipuè, & in hominibus etiam magis (quorum scilicet operationes magis distinctæ manifestæque sunt) operari videntur. Itaque non modò in diuersis hominibus diuersæ sunt sentiendi intelligendique & sese commouendi facultates, sed in iisdem alias aliæ, semperque iuxta præsentes spiritua substantiæ conditiones. Minus etiam quæ facultates operationésue probæ sint explicãdum videtur. Quoniam enim quæ sentiendi operandíque vires tributæ entibus sunt, nulli dubium est quin propterea tributæ sint, vt sese iis conseruent: vtique eas facultates eásque earum operationes probas esse quæ id operantur, quod ad propriam entium conseruationem commodúmue est, nulli dubium esse potest.

Capvt XXVIIII.

Entium virtutem eorum esse puritatem, itaque animæ virtutes natura inesse: ac diligentius id inquiri oportere.



Vonıam virtus ea entium conditio posita est, quæ vt bona entia sint rectéque propriaa operentur operationes præstat, eaque entia bona visa sunt, quæ à tanta ac tali natuta constituta sunt, à quali quantáque eius genetis entia constituenda sunt, à propria nimirum puráque & siocera, nihílque alienis commixta ab alienísque passa, & quòd omniuo, quæ alia ab entium puritate eorum conditio, vt bona ea sint rectéque proprias edant operationes, præstare queat, imaginari non licet, eòqoe omnia meliota præstantiúsque iuxta propriam naturam operari appatent, quo puriora sunt sinceriotáque: vtique entium virtutem ipsorum puritatem esse liquidò patet. Atqui si entium puritas propria entium virtus propriáque perfectio sit, quin à nulla vsquam diciplina nulláque à consuetudine comparetut, sed ab vna ea indarur natura ambigere non licet. At fortè quia vel qui maximè boni maximéque puti spiritus videri possunt, at parum in sentiendis intelligendísque rerum viribus, parumque in affectibus operationibúsque quæ iuxta eos eduntur dirigendis eserciti assuetique, tardius obscuriúsque sentire intelligeréque, & peius apperere operaríque videutur, quámqui minus boni minúsque puri sunt, at dio diligentérque rerum vires sentire, earúmque differentias percipere diiudicaréque, & quæ earum ocultæ temotæque sunt lotelligere, appetitúsque & quæ iusta eos eduntur operationes, prout oportet, coercere incitaréve assueti sunt, & seientiis omnino atque artibus quibusuia alios prorsus nullos, sed eos tantùm donatos videmus, qui diuturnam iis operam dedere, proindéque vereri liceat animæ puritatem nequaquam virtutem, quarum exortum inquitimua, nec animæ omnino virtutem, sed facultatem potiua ad illas suscipiendas eam esse, & disciplina omnino illas consuetudinéve comparandas esse: age diligentiua, oum quæ sentiendi, intelligendi, appetendi, mooendique animæ insuot facultates, propriorum munerum fungendorun scientes potentésque, perfectæ omnino natuta fiot, an illorum quasi rudes atque impotentes, & illorum veluti peritæ potentésque vt fiaot, propriámque consequantus perfectionem, diu diligentérque singulis operandum fit, intueamur. Ita enim natura ne insint, an studio quopiam compareotur, dignoscemus.

Capvt XXX.

Facultates, quæ animæ insunt, bonas prauásve natura esse: & sentientis intelligentísque virtutem natura prorsus animæ inesse: & cognitionem omnem etiam magis natura quàm experientia comparari.



Vas anima sentiendi, intelligendi, appetendi mouendíque sortita est facultates, nulla eas disciplina oulláque operandi consuetudine, vt propriarum operationum scientes potentésque sint, opus habere, nemo (vt existimo) declarari desideret: sed illud modò, num scilicet, (quod euenire videtur) diù diligentérque operatæ, præstantius singulæ operentur. At ne id quidem consuetudinem præstare, & à nulla omnino disciplina nulláque consuetudine nouas animæ facultates, vel præinexistentibus nouas operandi virea indi, intelligete inde licet, quòd quibus sentiendi iotelligendíque vis languida inest, nulla vnquam industria valens ea fit tobustáque: non scilicet (quæ vt exquisitè sentiat intelligátque sortitum esse oporter spiritum) sentiendi studio tenuior is fiat vnquam, & gracilioribus molliotibúsve tebus obtegatur, nec assiduè intelligens purior ipse, quique in ipso fiunt motus magis distiocti fiaot, oec ad eos recolendos agnoscendósque, & cum præsentibus confereodos agilior apriórque. Itaque si sentiendi intelligendíque studium, vt eaquisitius præsentes agentésque & temotas nihilque ageotes rerum vires percipiat spititus earúmque dignoscar differentias, præstate videtur, nequaquam proptetea illud euenire existimare licet, quod nouas illud animæ vires indat, vel præineaistentes augeat eaacuátue, sed quod animam à reliquis muneribus auocat omoibus, atque vt tota senriendis intelligendísque terum viribua intensa sit, agit. Et manifestè, quæ obiter sentientes intelligeotésque, oon sentimus nec intelligimus, vbi ad eorum sensum intellectionémque, veluri contrabit se spirirus, perbelle senrimus inrelligimúsque. Itaque vel si qui sentiendis intelligendísque rebus diu intenti præstantius sentite intelligeréque videntur, non propterea seotiendi inrelligendique facultates disciplina in iis consuetudinéve præstantiores fieri, & exquisitius sentire intelligetéque eaistimate licet: sed tales perpetuò temanere, quales à principio singuli inditæ sunt, & natura omnioo bonas prauásue esse.

At fortè sentientis quidem intelligentísque virtutem præstantiámque natura singulis inesse, negare noo audeant Petipatetiei, sensilium verò intellectiliúmque terum cognitionem, & scientiam omnino sapientiámque omnem, nequaquam natuta inditam, sed expetientia comparandam contendant. Nec perperam prorsus. Vt enim in superiori expositum est commentario, quæ nobis rerum cognitio inest, vel sensus eam, vel rerum sensu perceptarum similitudo, & seosua omnino eaperientiaque iodidit omnem. Is porrò à quorum viribus, nihil vnquam passus nihilque est immutatus, itaque nihil eas percepit vnquam, nulla hæ ipsi innotescere possunt tatione. At id ptimum admonitos Peripateticos velim, nullam scilicet terum cognitionem, si Atistotelis decretorum memores esse velint, virtutem ipsi poni posse. Nulla enim (quod præcipuum virtutis munus Aristoteli posuum est) bonum vt sit spiritus præstat, quin (quod dictum est) earum quæuis spirirus virtutis præstantiæque est opus earum scilicet quamuis id sibi comparet spititus, qui exquisitè sentit exquisitéque intelligit, bonus omnino qui est purúsque. Tum quòd si propterea terum seosum rerúmque cognitionem non natura, sed experientia compatari statuant Peripatetici, quòd eam sibi vt comparet spitirua illas senserit oportet: vtique operationū, quas animal opetatur, nullas prorsus natura id operari statuaot oporter, quarum scilicet quamuis, vt operetur, eatetnis opus habet tebus circa quas eam edat. Pręterea vt experientiæ eriam sit opus retum cognitio, at quin magis naturæ sit ambigi certè non potest. Nam qui ea præstant, vel semel rerum vires rerúmque successus intuiti, terum omnium scienrea sapientésque fiunt: at crassiore donati qui sunt iogenio, quàm longissimè ij absunt vlla vt diciplina vlláve vt experienria sibi illam

comparent vnquam. Itaqoe (quod dictum est) scientiam ipsam ipsamque sapientiam, siquidem non vna natura, at multò certè ea magis quàm disciplina eaperitntiáque comparati existimate licet.

Capvt XXXI.

Appetentis virtutem vitiúmque natura.



VA sentit intelligítque & appetit spiritus, non variis sui partibus, sed vniuersum etiam ipsum sentire intelligeréque & appetere, quę potest omnino omnia quantulisvis sui partibus pusse, itaque eas singulas facultatibus donatas esse omoibus, & ita has sibiipsis vnitas esse omnes, vna vt omnes videri possint, & sint omnino vna omnes, satis est (vt existimo) alibi declaratum. Et siquidem id est appetentis munus, vt quæ sentiens intelligénsque suauia bonáve, appetenda omoino decernit, appetat, odio contra habeat auersetúrque quæ tristia maláve illis videntur: qui à sentiente intelligentéque alia poni possit appetens, longè ægerrimè intueri licet, adeo nullo temporis momento illarum vtriusque judicium sectata imperiúmqne. Eadem porrò illis si sit, quoniam illatum vtriusque probitas prauitásque natura inesse visa est, quin & appetens natura bona prauáque sit, ambigi non potest. At etsi alia ab illis ponatur, si quod dictum est ipsius est munus, & enrium singulorum virtus rectè vt singula proprium obeant munus propriúmque operentur opus præstat: bona prauáve natura & bona omnino in omnibus sit appetens oportet. Siquidem in omnibus iuxta illorum decretum appetit auersatúrque: nec vnquam illarum alterius imperio parere cessat, nisi vbi sibiipsis illæ concordes non sunt, & quod illatum altera appeteodum odio habendum decernit altera, quin vbi ipsa hæret intelligens, & appetendum ne sit quid an odio habendum exploratum nondum videtur. Itaq; vbi prauè appetit, non ipsius id est vitium, sed vel sentientis vel intelligentis, & huius omnino. Huius enim arbitrio illam appetere, ipsa illi est à natura præscriptum, & manifestè huius perpetuò apperit arbitrio, neque quæ vel summè suauia summéq; appetéda decernit sentiens, appetit ea vnquam, si sentienti intelligens repugnat. Itaque ea tantùm perpetuò appetimus quæ adipisci posse non desperamus, quæ verò vt consequamur nulla prorsus est spes neque appetimus ea vnquam: quòd nimirum quæ frustra appetuntur ea appetenda nō esse perpetuo decernit quæ amens non est mens. Et quæ singulis in operationibus prius quàm eas operari aggrediamur, fieri in nobis sentimus, bona maláque, quæ illas consequi possunt, considerate, & vtrorúmque magnitudinem veluti perpendere conferréque: nec sentienti, nec appetenti, sed voi datum, id est intelligenti.

Ipsa porrò intelligens, vt non eam perpetuò appetēdi mensuram imponat, quam præsens rerum conditio præsensque spiritus vsus postulat, sed quam imponere assueta est, suspicari non licet. Passim enim quæ iam diu assiduè appetenda decreuit, si spiritum ab iis ad corruptionem agi intuita tandem sit, non amplius appetenda, sed odio habenda statuere videtur: quæ contra tristia auersandáque diu visa sunt, si ad spiritus conseruationem necessaria bonáve senserit, tandem appetenda decernit amplexandáque. Et vbi omoino appetendum ne sit quippiam sectandúmque, an declinandum reiiciendúmque, decernendum intelligenti est, nūquam ea decernendi consuetudinem intueri, sed (quod dictum est) bonorum malorúmque, quæ operationes exceptura apparent magnitudinem, & veluti pondus perpetuò metiri, perpetuóque ea appetenda operandáque decernere videtur, quæque pollicentur bona, mala, quæ minari possunt, mole pōderéve exuperēt, nihil quòd cōtraria iis sint, quæ appetēda operandaq; decernere assueta est, faciēs, ac ne cogitans quidē. Itaq; hominū perpauci sibiipsis perpetuò constant, & vel virtutum vel vitiorum perpetuò operantur operationes, sed plerique has modò, modò verò illas. Quòd perpaucorum spiritus ita puris integrisque propriis donatus est conditionibus, vt vnam modò sui puritatem magnifaciat, in eaque vt seruetur, & perfectione, qua donari aptus est, donetur, voluptates opesque quasuis contemnendas, & quosuis labores molestiasque suscipiendas, & pericula etiam subeunda quęuis decernat, vel adeo impurus ignobilisque, vt voluptatibus modò exaturetur opibusq; affluat, & mollem inertemque viuat vitam, nihil se in ferinum agi, nihil etiam breui corruptum iri curet: sed plerúmque veluti horum medius spiritus est, & qui & in propria seruari puritate propriámq; adipisci perfectionem, & voluptatibus frui opibusque affluere appetat, qui igitur in edendis operationibus perpetuo fluctuet, sibique ipsi plerumque dissentiat, modò scilicet quæ vitiorum modò verò quæ virtutum sunt, eas edat.

Et virtutum quidem si quæ operandæ sunt operationes, maximè spiritum conseruare perficeréque videntur, & quæ nisi édantur prorsus corrumpatur prorsusque ferinus fiat spiritus, & quæ non summis laboribus summisque edendę sint periculis, nec voluptatibus summis summisque spiritum priuent opibus: vitium verò, si (vt dictum est) voluptates eæ opesque ampliores pariunt, quàm quibus eæ spiritum priuāt bona, & quàm quæ ipsas excipiunt, aut excipere possunt, mala apparent. Libens autem quæ appetenda operandáque decernere assueta est intelligens, appetenda ea operandáque decernere apparet, quod dum eadem spiritus substantia, idémq; corporis robur, & externarū rerum, circa quas edendæ sunt operationes, cōditio eadē permanet, quę in principio bona visa sunt, talia etiam in posterum apparent. Prætetea, & quòd proba quæ est, & cui vna spiritus puritas perfectióque curæ est, ne ea à quibus spiritum in propria seruari puritate perficique diu intellexit assiduéque intelligit, appetenda operandáque decernat, nullis à voluptatibus nullisque ab opibus allici, nullisque à laboribus periculisque reiici se sinit. Praua verò (quòd tandiu viuere conseruaríque existimat spiritum, dum mollem delicatamque agit vitam, & ibi extingui corrumpíque, vbi voluptatibus carendum, & laboriosa inopsque, agendum ei est vita) operationes perpetuò edendas decernat oportet, quæ, quas magnifacit voluptates opesque afferre visæ sunt, declinandas contra laboriosę quæ sunt, molestæque & damnosæ nihil quam hæ spiritui puritatem perfectionémque afferre queant, nihilque vel bona, quibus illæ spiritum priuent, vel quæ illas exceptura sunt mala intueri sustinens vacansque, voluptatibus opibusque comparandis tota intenta occupatáque. At (quod dictum est) vtraque tamen, quas diu appetere operarique assueta est operationes, si vel spiritus vel corporis natura viresque, vel externarum rerum conditio ita immutetur, vt manifestè non bono amplius ab iis spiritus afficiatur, vel manifestè ad corruptionem agatur, non eas amplius, sed iis contrarias, si contrariis spiritus conseruari perficique, vel à malis, quæ immineot, liberari visus sit, edendas decernit. Itaque quoniam vel vbi iuxta consuetudinem operari videmur, iuxta intelligentis arbitrium operamur, & (vt dictum est) quas intelligentis imperio operamur operationes, seu virtutum eæ sint, seu vitiorum, naturæ omnino eas operamur imperio: vtique & virtutes vitiáque non consuetudine comparari, sed natura inesse existimandum videtur.

Quòd si amplius id declarari placeat, diuersi id infantum mores morumq; immutationes, quę iuxta ætatum immutationes in plerisque fiunt, pręterea & nationum singularum singulorumq; animalium generum propriæ virtutes propriáque vitia apertissimè declarant. Neque enim infantum alij mansueti, verecundi, veraces, liberales, fortes, alij contra iracundi, impudentes, mendaces, auari, timidi, videri possunt, quòd iuxta dictas virtutes vitiáue diu operati, habitum tandem iuxta hæc illásve operandi, & hęc omnino illásve sibi compararint. Minus etiam si virtutes vitiáque consuetudine comparantur,

qui

qui eodem in omnibus propemodum modo iuxta ætatis immutationes hæ in illas, & è contra immutari, aut oationes singulæ iisdem vniuersę propemodum virtutibus, vitiisque perpetuu donentur, aut qui iuxta proprias virtutes propriáque vitia adeo inter se eiusdem generis quæ sunt animalia differant, quin contrariis quædam virtutibus vitiisve donata sint, intueri prorsus non licet. At si natura inesse statuatur, manifestum id fit. Propterea scilicet diuersi sunt mores infantum, quòd & spiritus diuersi sunt, & propterea iuxta ætatum mutationes in omnibus propemodum mores immutantur, quòd & spiritus substantia, & singulę nationes singulaque animalium genera propriis virtutibus propriisque vitiis vniuersa propemodum donata sunt, quòd veluti illorum horumque corpora sibi ipsis similia cognatáque sunt, sic & spiritus, & illorum amplius, quòd eodem à cælo iisdemque è cibis similibus præsertim in corporibus similes cõficiuntur spiritus. Et hominum more, quæ eiusdem generis animalia sunt, summopere inter se differunt, quòd vt corporum natura sic & spiritus substantia diuersa singulis sit, nam singula animalium genera & animalia singula propriis virtutibus propriisque donata esse vitiis vel ipse affirmat Aristoteles. Nec tantam iis ratiocinandi vim inesse existimare licet vt propriæ naturæ vitia dignoscant, eaque vt corrigant, virtutesque quibus donata non sunt, & quę nihil (vt videtur) ad vitę conseruationem pertinent, consequantur, operationes operari velint, quę, quòd ipsorum earum propriæ non sunt, laboriosæ sint molestæque. Itaque & appetentis virtutem vitiúmque natura inesse, nihil amplius (vt videtur) ambigere licet.

Capvt XXXII.

Mouentis itidem.

Ovëntis itidem virtutem vitiúmque (si illa, vt videtur, motus edendi peritia celeritásque, hoc verò imperitia est tarditásque) natura & ipsam animæ inesse minimè declarandum videtur. Nam substantię cuiuis, quæ sui natura mobilis sit, cuiusmodi spiritus visus est, motus quosuis proprios naturalésque esse, & quos igitur edendi peritia vt sit disciplina nulla nullaque opus habeat consuetudine, præterea & ita spiritus alios aliis velociores tardiorésve esse & robustiores magísque agiles, prout & calidiores copiosioresque & tenuiores, & organa nacti sunt flexibiliora, satis est (vt existimo) in superioribus declaratum commentariis. Quin & qui motus, quibus artes cõstant, edendi rationem discit spiritus, nullius eum rationem discere, sed cœptum assiduè sistere, nouúmque assiduè auspicari, satis itidem manifestatum reor. Et quod ad motus edendos rebus, quæque iis adiici celeritas videtur, qui assiduè edunt motus, non consuetudo illam iis adiicit, sed viscerum caloris incrementum, & cùm corporis vniuersi, tum verò & neruorum densitas, quin vna spiritus copia roburque. Quoniam enim calidiora à motu facta viscera plures cõcoquunt cibos, maioremque concoctis iis indunt calorem, itaque copiosiorem calidioremque conficiunt sanguinem: vtique & spiritus in assiduè commotis corporibus copiosior calidiorque fiat. Et quòd inexistentes iis succi in vapores assiduè aguntur omnes, itaque membra omnia, neruíque in primis ficciores densiorésque fiunt: vtique huiusmodi è corporibus minor copia spiritus elabatur oportet (quod dictum omnino est) copiosior iis calidiorque inest spiritus.

Omnifariam præterea motus, quibus animalia quæuis vix in lucem edita mouentur, manifestè spiritum sui natura motuum omnium scientem declarant: & iuxta maiorem minorémve spiritus quantitatem calorémque velocius tardiusve animalia moueri passim intueri licet. Manifestè enim spiritus quantitate caloréve imminuto quauis alterũ euenerit occasione, tardiora fiũt omnia: celeriora cõtra spiritu aucto vel calidiore facto. Quoniam igitur & quæ sentit, & quæ intelligit, & quæ appetit, & quæ mouet operatúrque, facultates omnino quæ spiritui insunt omnes, non ab ita vel ita operandi consuetudine bonas prauasve fieri, nec quas appetunt operantúrque operationes, propterea eas appetere operaríque assuetæ sint, sed qualescunque sunt, sui eas natura appetere operaríque, & quæ appetunt operantúrque, propterea appetere operaríque, quòd appetenda operandáque intelligenti visa sunt, eámque nunquam iuxta decernendi consuetudinem decernere, itaque virtutes vitiáque non cõsuetudine comparari, sed natura inesse, satis est (vt existimo) declaratum: vtique Aristotelis rationes, quibus contrarium astruit, ne examinandæ quidem videri possent. At earum tamen vt infirmitas manifestetur, atque vndique veritas eluceat, examinentur.

Capvt XXXIII.

Reiiciuntur Aristotelis rationes, quibus appetentis virtutes consuetudine comparandi declarat.

Ecte quidem Aristoteles virtutes vitiaque non natura nobis inesse, sed consuetudine cõparari propterea statuat, quòd, quæ natura operantur, easdem perpetuò operantur operationes, eadem verò anima probas modò, & quæ virtutũ, modò prauas, & quæ oppositorum sunt vitiorum, edit operationes, si quæ virtutum sunt, ita à vitiorum differant operationibus, vt ab vna eadémq; substantia vtręque edi non possint, contrariæ omnino hæ illis sint. Neque enim substantia vna vlla contrariis donata sit facultatibus, & iuxta propriam operans naturam, contrarias operetur operationes. Quoniam verò non alia re vlla probæ à prauis Aristoteli differunt operationibus, nisi quòd mensura illæ quadam suóque in tempore, hæ verò mensura nullóque fiunt in tempore, quas igitur cognitione quidem electionéque agens, easque vt liber variandi intendique & remittendi potens, at vna omnino eadémq; edit substantia, & iuxta propriam assiduè operans naturam: perperam virtutes vitiaque, iuxta quæ operationes eduntur, & quorum operationes esse videtur, nõ natura nobis inesse, sed consuetudine comparari statuit, & cùm eorum, quæ manifesta sunt, tũ sui etiam ipsius oblitus. Nam & ipsi etiã Aristoteli (vt visum est) iuxta corporis immutationes animæ etiam mores assiduè immutantur, & è probis vitiosæ fiunt, & è contra. Quantumuis scilicet ita vel ita appetere operaríque spiritu assueto, & quouis ita appetendi operandique habitu ei indito, & propria etiam natura ita appetente operántque: si occasione quauis eius substãtia quid immutetur, calidior nimirum tenuiorque fiat, vel frigidior crassiorque, eius etiam appetitiones operationésque immutantur, & è moderatis effrænes lãguidæve, vel è contra, è probis nimirum prauæ fiunt, vel e contra, semperque iuxta præsentem spiritus naturam.

Praua etiam ratio, quæ quomodo artes, eo & virtutes comparari astruit Aristoteli. Nam & manifestè quod queritur sumit (qui enim ibi tantùm virtutes nobis indi ponit, vbi iuxta eas diu operati sumus, iam virtutes is nõ natura inesse, sed consuetudine comparari ponit) & absurda amplius falsáque. Quoniam enim primæ operationes, à quibus consuetudo ortum habet incrementúmque, consuetudini assignari nulla possunt ratione: res vtique inquirenda Aristoteli erat, à qua impulsus spiritus, illas edidit. Et si quidem ab ea ad easdem perpetuò impelli posse visus esset, et omnino operationes omnes itaque & virtutes vitiaque non consuetudini attribuendæ erant: quæ non modò (quod dictum est) ab operationibus iuxta eius impulsum decretis oritur augeturq; & cõfirmatur, sed interit etiam & veluti in non ens abit, eam verò aliã à spiritus ingenio esse, imaginari non licet. Nam si praui natura interdum qui sunt, ab

ab assiduis iuxta virtutem operationibus probi, contráque probi natura qui sunt, diu vitiorum operari operationes, praui fiunt, non id ita operandi consuetudini, sed intelligentis (vti dictum est) imperio tribuendum est. Quæ ab operationibus iuxta proprium ingenium decretis editisque spiritum malo quopiam affici, quod in posterum ne patiatur, operationes quasuis operandas, vel bono quopiam priuari intuita, quod vt consequatur, quiduis spiritui sustinendum esse existimet, ab illis abstinendum, & contrarias edendas esse decernit, assiduéque iis bonum quodadeò apperir comparati, malúmue quod adeò exhortet reiici intuita, assiduè operandas decernit. Et virtutes omnino vitiáque nulla à consuetudine nobis indi, sed natura inesse, & nequaquam iuxta illam, sed iuxta hanc, vbi licet, perpetuò nos operari, in multis intueri licet. Adsunt enim, qui diu operationes operati contrarias iis ad quas operandas à proprio impellantur ingenio, ab aliena vi, vel à malis, quæ illas excipiunt, coacti simul ac proprio arbitrio, & iuxta proprium ingenium operari licet, statim illas pertæsi ad proprias auidissimè feruntur, vel si summis ab iis bonis se priuari, summisque opprimi se sentiant malis. Quod nimirum robusta quæ est natura, nullus se ab ea admonitionibus, minisve, nec vllis etiam à malis reiici, aut allici à bonis finit, quin iuxta proprium operetur ingenium.

Non igitur (vt Aristoteli videtur) artis more, quibus è rebus oritur virtus ab iisdem & corrumpitur: veluti si qui rectè assiduè cithara vtitur bonus is citharœdus fit, prauus contra qui prauè, sic qui secundum virtutem vitiúmque quidpiam operatur, eam is virtutem idque adipiscatur vitium. Siquidem assidua motuum immutatio, qua artes constant omnes omniáque earum opera conficiuntur, non modò spiritui non propria naturalisque, & prorsus ignota, sed summè etiam molesta est odiosáque, & eius peritus vt fiat spiritus, diciplina consuetudinéque opus habet, & benè ea interdum diuturna laboriosáque: at appetitiones, & quæ iuxta eas eduntur operationes, summè spiritui propriæ naturalésque, & summè etiam, quæ iuxta eius ingenium eduntur, iucundæ, easque vt libet immutandi, intendendi scilicet remittendique, sui natura sciens poténsque est spiritus. Itaque virtutum vitiorúmque omnis artium diciplinæ nulla conferri potest ratione. Quoniam igitur Aristotelis rationes, quibus virtutes vitiaque non natura inesse, sed consuetudine comparari astruit, inanes visæ sunt omnes: vtique ne inspiciendæ quidem videri possent, quibus virtutes vitiáque habitus esse consuetudine comparatos declarare contendit. Qui enim, quæ natura insunt res, habitus ea videri queant à consuetudine inditi? At earum etiam fallacia manifesta vt fiat, ampliúsque, cuiusmodi nobis positæ sunt virtutes vitiáque, facultates esse rectè prauéve proprium munus obeuntes, pateat, eas intueri examinaréque ne grauemur.

Capvt XXXIIII.

Virtutes vitiáque non habitus (vt aristoteli placet) sed facultates esse, rectè illas, has verò prauè proprium munus obeuntes.



Vonian (inquit Aristoteles) tria sunt in anima, perturbationes, facultates, & habitus: ex his tribus vnum aliquod sit virtus, necesse est. Perturbationes autem appello, cupiditatem, iram, excandescentiam, timorem, audaciam, inuidiam, gaudium, amicitiam, odium, desiderium, æmulationem, misericordiam, & omnino ea omnia quæ vel voluptas consequitur vel dolor. facultates autem, quibus ad perturbationes accipiendas apti sumus, dicimus, vt per quas vel irasci possumus, vel dolere, vel misereri: habitus verò sunt, quibus probè vel malè affecti sumus in perturbationibus. Velut cum irascimur, si vehementius, vel parum, malè, sin mediocriter bene affecti sumus, itémque, in cæteris. Ac perturbationes quidem nec virtutes sunt nec vitia: propterea quod ex perturbationibus, nec boni nec improbi nominamur, ex virtutibus & vitiis nominamur, quòd perturbationes nec laudi nobis dantur nec vitio. Nec enim qui timet laudatur, nec qui irascitur, nec qui omnino perturbatur vituperatur, sed qui præter modum. At verò propter virtutes & vitia iurè laudamur aut vituperamur: Iam irascimur & timemus inconsultò, virtutes autem ipsæ consilia sunt, aut res consilio gestæ. Ad hæc perturbationibus moueri dicimur, virtutibus & vitiis non moueri, sed quodammodo affici dicimur, ob cásque causas nec facultates quidem sunt. Neque enim eò vel boni dicimur, vel mali, quod agere possumus, vel laudamur, vel vituperamur. Præterea facultate præditi sumus natura, boni vel improbi non sumus: quod supra ostendimus. Quod si nec facultates, nec perturbationes virtutes sunt, relinquitur vt sint habitus. At nequaquam natura animæ inexistentes, sed à consuetudine ita vel ita afficiendi operandique ei inditi. Nam (vt visum est) è similibus eos actibus fieri statuit, & cui omnino virtus habitus esse, & consuetudine comparari visa est habitus itidem consuetudine comparari virtus oportet.

Non quidem ex iis, quæ iuxta virtutes vitiáque & facultates nobis eueniunt, num hæ illis congruant, & virtutes omninò vitiáque facultates sint, declarandum Aristoteli erat: sed ex iis magis, quæ & illa & hæ operantur, & ex illorum harúmque muneribus. Nam proximus magisque à proprio virtutum vitiorúmque & facultatum ingenio naturáque, & magis à priore (vt ipse inquit) multóque omnino ex iis declaretur exquisitus. Siquidem à diuersis rebus eadem fortè euenire nobis queant eodémque modo afficiamur: at quæ diuersæ sunt res, vt idem operentur, fieri prorsus non potest. Quoniam scilicet non inertes ac segnes, & velut stertentes demortuæque, sed maximè strenuæ gnauæque res Aristoteli inprimis virtutes & vitia ponuntur, eæque virtutes illæ & bonæ ac laudandæ, hæc verò vitia & praua detestandáque, & boni laudandique qui illis, praui contra uituperandique qui his donati sunt, quòd ab illis probæ ac laudandæ, ab iis contra prauæ detestandæque eduntur operationes: virtutum omnino vitiorúmque tum & facultatum operationes, & vtrarúmque interdum Aristoteli erat munus. Et siquidem eædem vtrarúmque operationes minúsque idem visum foret, eædem prorsus hæ illis ponendæ, sin minus, alia omnino inquirenda erat res, quæ quas virtus vitiúmque edit, eas ipsa etiam ederet operationes, cuiusque idem quod virtutis vitiísque esset munus, & hæc virtus ponenda, vitiúmque. At detur hoc Aristoteli, & rectè modò ex iis, quæ iuxta facultates nobis eueniunt, virtutes eas vitiáque non esse collectum sit: non eas, sed habitus omnino quosdam virtutes vitiáque esse declaratum sit. Si siquidem id modò præstent facultates, idque earum sit ingenium, vt ad perturbationes accipiendas aptos nos faciant, & earum opera irasci, dolere, misererique possimus tantum, minimè verò & perturbationes accipiamus, irascamúrque, & misereamur, & doleamus, vel si facultatibus perturbemur quidem, at æquè omnes, & quod alius alij plus minúsve perturbamur, non diuersis id facultatum ipsarum viribus, sed diuersæ perturbandi consuetudini, diuersæque donandum sit disciplinæ, si inquam natura singuli eadémque mensura perturbemur, & id postea alio plus minúsve alius perturbetur, quòd plus minúsve perturbari assuetus sit: verè nec probi nec praui iuxta facultates dicamur, nec laudemur vel vituperemur, & facultates ipsæ nec bonæ & laudendæ, nec malæ detestandæque sint.

Quoniam verò quibus facultatibus perturbari operarique possumus, iisdem vel Aristoteli ipsi perturbamur

mor atque operamur: quin (quod passim fit) iuxta facultates boni vel praui dicendi, & laudandi vituperandiue simus, & quin virtutes vitiáque facultates sint, ne Peripatetici quidem ipsi, nisi positionis tuendæ non veritatis inspiciendæ studio teneantur, negent vnquam. Inde porrò virtutes vitiáque facultatibus attribuenda non esse statuens Aristoteles, quòd illorum operationes consultò fiant, hæ verò irrationales sint & inconsultò operentur (quod alibi, & perperam omnino factum ei est, & quòd nulli prorsus, & omnium certè minimè Aristoteli facere licet) animam in diuersas disseccat partes, & facultates à seipsis, & ab anima etiam, vt videtur, substantias diuersas facit: quæ (vt alibi dictum est) nihil prorsus à seipsis, & minus etiam ab animæ substantia differunt, sed omnes simul vniuersæ insunt animæ, quantulæuis scilicet eius portioni, & puncto cuiuis eæ insunt omnes. Quin si verum intueri libet, nusquam ipsæ existunt, sed à nobis animæ inditæ sunt, dum quæ pati operarique videtur, patiendi ea operandique potentem esse ponimus. Id enim non aliud quicquam dicimus, vbi quæ patitur operatúrque anima, patiendi eas operandique facultatibus donatam esse dicimus, & facere id vt licuerit, & rectè etiam factum sit. Fortè enim clarius in ipsius facultatibus quàm in anima ipsa eius passiones operationésque inspiciantur declarentúrque: at non certè earum vlla facultati vlli (quarum scilicet nulla exilit vnquam) sed ad vnam omnes animæ ipsius substantiæ tribuendæ omnino sunt.

Ipsa enim vniuersa, quauis scilicet sui (vt dictum est) portione, & puncto quouis, & sentit & intelligit, & appetit auersatúrque & mouetur. Itaque, qui facultates inconsultò operari & irrationales esse ponit, ipsam is animam inconsultò operari & irrationalem esse ponit, vel ratiocinandi quidem facultate donatam esse, at nulla ea, vbi quid appetit auersatúrve, & iuxta appetitus odiáque operatur, vti. Quæ ibi præcipuè ratiocinari & consilia inire videtur, vbi iuxta appetitus odiáque operatur, & manifestè à cupiditatibus odiisque ad operandum, ad ea scilicet quæ appetit comparanda, ad eaque quæ odio habet amolienda impellitur: & cui propterea ratiocinandi vis indita videri potest, vt quæ bona appetendáue visa sunt, & quæ appetit omnino sibi comparare, & quæ mala odióque habenda visa sunt, & quæ auersatur omnino amoliri sciat. Tum vt facultates ipsæ appetant odióque habeant, & singulis proprium attributum sit munus, alia scilicet sentiat, intelligat alia & appetat, auersetúrque alia, & moueat alia: non tamen has inconsultò operari dixerit Aristoteles.

Vel ipsi enim quæ appetenda, odióque habenda, & qui edendi sunt motus non ipsæ decernunt facultates, nec sua ipsæ sponte, sed (vt dictum est) sentientis intelligentisque, & huius omnino arbitrio appetunt auersantúrque & motus edunt, ea nimirum perpetuò appetunt auersantúrque, & eos edunt motus, quæ sentiens intelligénsque, quin quæ hæc vna appetenda repellendáque, & quos vna hæc edendos decernit motus. Nam vel quæ suauissima maximéque expetenda sensui videntur, si intelligens mala esse, & vitanda decernit, nihil ea appetimus nec sectamur vnquam, quin exhorremus ea reiicimúsque, & quæ dolorifica molestáque & vitanda prorsus sensui videntur, sibi bona ea salutariáque & amplexanda decernit intelligens, appetimus ea amplexamúrque. Quò nimirum & appetens & mouens facultas intelligens arbitrio appetit, motúsque edit: & nullo illo temporis momento, quo iniuria malóve affecta indignari excandescereque & tristari videtur, iniuria se malóque effectam intelligere decernereque potest, quòd quæ vt decernat cognoscenda sunt, nota ei sunt, aut esse videntur omnia. Itaque (quod dictum est) perperam Aristoteles virtutes vitiáque facultates non esse inde astruit, quòd hæ inconsultò, consultò illæ operantur. Et si virtutes vitiáque habitibus attribuenda videntur Aristoteli, quòd probè iis vel malè in perturbationibus affecti sumus, & rectè etiam ei visum est virtutibus vitiisque non commoueri nos, sed affici quodammodo, ad perturbationes nimirum motúsque ita vel ita disponi, si omnino (quod maximè Aristoteli placere videtur) ex animæ conditiones virtutes vitiáque ponendæ sunt, quibus ad perturbationes ita vel ita disposita est anima: iam eo etiam nomine virtutes vitiáque facultates ponantur oportet. Manifestè enim iuxta harum vires ad perturbationes ac motus ita vel ita singuli dispositi sumus.

Etsi (vt Aristoteli placet) is modò iuxta virtutem operatur, qui quas edit operationes sciens eas edit voléns que, neque ob aliud quicquam, sed illarum edendarum studio, & qui maximè insuper in iis operandis constans stabilisque: vtique non habitibus consuetudine comparatis, nec ita operandi consuetudini, sed facultatibus ipsis, ipsique animæ substantiæ, puritati, probitatique virtutes attribuendæ sunt. Quæ nimirum & exquisitissimè rerum naturas rerúmque euentus intelligit, & sui natura probis gaudet operationibus, in iisque edendis quin constans sit stabilisque nullis à rebus abstrahi potest. Nam operandi assiduitas vt rerum, circa quas operationes eduntur, notitiam quandam indat, & vt quæ contra proprium animæ ingenium eduntur operationes, perpetuò operandas libens ipsa statuat, & si quid statuat interdum: at quauis occasione iuxta propriam naturam operandi oblata, decretorum quorumuis oblita veluti ad ingenium redit, itaque operatur, prout natura operari gaudet. Postremò, & quia secus ac Aristoteli visum est, virtutes vitiáque natura nobis inesse, non consuetudine comparari declaratum est, nec habitibus illa consuetudine comparatis, sed facultatibus, naturæ videlicet, assignanda sunt.

Quòd si paulò diligentius virtutum vitiorúmque & facultatum habituúmque ingenium munúsque intueamur, liquidò id pateat. Quoniam enim (vt sæpè dictum est) id est virtutum munus vitiorúmque, idque omnino virtutes præstant vitiáque, vt anima, cuius sunt, bona vel praua fit, & rectè vel prauè proprias edat operationes, animam nimirum vt seruent perficiántque, vel perdant corrumpántque, & ad proprias, qualescumque eæ sint, agant operationes, nequaquam res veluti animæ appensæ, & quæ nullo ex ea negotio remoueri queant, sed quæ penitus ei inhæreant, penitúsque ei infixæ vnitæque, animæ scilicet substantiæ propriæ sint, vel fiant saltem, virtutes sint, maximè est necessarium, proindéque nihil ea immutata, nihil & ipsæ vel longè ægerrimè immutentur, & nequaquam quæ segnes inertésque sint, & nihil ipsæ operentur, neque ipsis donata anima nullis operandi donata sit viribus, sed quæ quas anima edit operationes, si non ipsæ, at ipsarum certè opera, & quatenus ipsis donata est, eas anima edat omnes. Huiusmodi virtutes vitiáque cùm sint, & habitus manifestè veluti extrinsecus ad animam aduenient, & qui præsertim animæ substantiæ eiúsque facultatum naturæ aduersantur, nunquam adeo infigi ei possint, quin nullo ea negotio auellantur, & nullas ipsi operationes edant vnquam, nec eas edendi vires, animæ indant vllas, sed præinexistentes tantùm veluti confirment, nihil videlicet eorum quæ virtutum vitiorúmque propria sunt eum habeant, facultates contra penitus animæ inhæreant, quin ita eius substantiæ infixæ vnitæque sunt, vt siquidem ratione, alia certè re ab ea seiungi non possint ex eáque auelli nullo pacto queant, at tandiu eædem seruentur, quandiu & substantia ipsa, & quæ quod anima appetit atque operatur, vel ipsæ omnino, vel ipsarum certè opera, & (vt dictum est) quatenus ipsis donata est anima, ea appetat opereturque omnia, conditionibus nimirum, quæ virtutum vitiorúmque propriæ sunt, facultates donatæ cùm sint omnibus: quin virtutes ac vitia facultates sint ambigi non potest. Itaque (quod dictum est)

virtutes vitiáque non habitus, sed quas diximus facultates esse liquidò patet.

Capvt XXXV.

Virtutum, nec scopum, nec numerum rectè ab Aristotele positum esse.

IN eo etiam incusandus videtur Aristoteles, quod non certum conspicuúmque nobis virtutum scopum proposuit, ad quem proprias dirigentes operationes virtutes nobis comparemus, & à quo earum etiam numerus haberi posset, sed admonuit modò passiones atq; operationes medias oportere esse. Siquidem continuis iis coniunctísque existentibus, & quæ maximè vtramque in partem extendi queant, longè ægerrimè, quod ipsarum medium sit, inuenire licet, multóque etiam ægrius, quod ad nos id fit, cùm præsertim nullo temporis momento idem permaneat. Certus itaque scopus, & certus firmúsque proponendus erat finis, quem intuentes rectè operemur, & qui etiam virtutum numerum, & singulorum munus nobis manifestet. Neque enim rectè haberi is potest, nisi cuius gratia illa sint innotuerit. Nusquam igitur Aristoteles vel eas, quas ponit, virtutes esse, & nec plures, nec pauciores esse posse declarat, sed veluti ab aliis eas sumens, earum ingenium declarat. Itaque multas, & maximè necessarias clarásque Solertiam, Beneficentiam, Gratitudinem, aliásque omittit, Sobrietatem Castitatemque (quæ & natura diuersæ sunt, & non perpetuo sibiipsi coeunt, sed separatæ in multis inueniuntur) in vnum agit, Sapientiam Prudentiamque, quæ (vt expositum est) vna prorsus sunt, separat seiungitque At si animæ conseruatio perfectioque illarum ponatur scopus: animæ substantia semel conspecta, ne volentes quidem erremus vnquam, & virtutum numerus, virtutesque ipsæ statim manifestæ fiant. Eæ nimirum animæ vires virtutes sint, quæ, quæ ad animæ conseruationem perfectionémque spectant, operentur. Beati, qui natura probi, & animæ substantiam intuiti, quoad licet, eam perficiunt, & perfectam seruant.

FINIS.





